TRACTATVS AVREVS DE SACRAMENTIS.

QVAECVNQVE AD IPSORVM MATERIAM, eorum custodiam, & administrationem; Missam, & ipsius Mysteria;
Locorum sacrorum cultum, & Ecclesiasticæ supellectilis ornatum, cum ipsius mystica significatione, tam theoricè, quàm practicè, pertinent, complectens.

IN QVO TRIPLICI METHODO QVAECVNQVE materia proposita
Scholasticè primum, adhibitis etiam tum sacrarum litterarum locis, tum Canonum Decretis, tum Sanctorum Patrum, & Iuristarum testimonijs, strictim & dilucidè tractatur:
Deinde Sententiæ Sanctorum Patrum, eidem materiæ conuenientes, in vnum collectæ, adiunguntur:
Tertiò demum Hæreses circa eam materiam quocunque tempore exortæ recitantur, & refelluntur.

Authore Lælio Zeccho, Theologo & I. V. D.

S. Andrea della Valle.

BRIXIAE. Apud Petrum Mariam Marchettum. MDXCV.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO,

ET REVERENDISS.

D. D. AVGVSTINO VALERIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

VERONAE EPISCOPO.

LAELIVS ZECCHVS S. D.

EA EST rerum omnium, vt optimè noſti (CARDINALIS AMPLISSIME) conditio & viciſsitudo, vt quadam vi ipſis à ſummo conditore inſita, vel naturæ pondere, vel inſtinctu congenito concitæ, proprios, vnde ortum duxere, repetant locos; ſic etenim cernere licet, & aues nidos, & feras nemora, & piſces vndas, & flumina maria, vel patenter, vel per occultos terræ meatus, concitato curſu adire. Hoc ego excogitans, Illuſtriſs. Præſul, cum ſub Amplitudinis tuæ ductu, optimas tuas leges, & inſtituta ſequens, tum in ampliſsima tua Diœceſi, tum in Venetæ Eccleſiæ viſitatione, dum ibi Amplitudini tuæ, tum Auditoris, tum Viſitatoris munere, inſeruirem, rationem aliqua via didicerim, quo nam pacto, Sanctiſsimum ſacrificium Altaris, & Sanctiſsima Sacramenta

tractanda & administranda sint, quaque ratione loci Deo sacrati, & ecclesiastica suppellex, conficienda, & custodienda; nō parum à naturæ finibus mihi declinare viderer, cum Tractatus hosce, in quibus de Sacramētorum vi, custodia, & administratione, de sanctissimo, ac viuifico & tremendo Altaris mysterio, & de cultu locis sacris præstando, peregi, si sub alio, quàm Amplitudinis tuæ, vnde originem duxere, nomine insignitos, in lucem prodire sinerem; vt, quod ex seipsis ornamenti, ijs deest, ex authoris præstantia, ipsum adeuntes, illis accresceret, illosque virtutis tuæ præstantia (vt in quo excellens rerum omnium cognitio elucet) collimares, & Amplitudinis tuæ authoritate, quæ inter omnes magnarum artium fautores, & Reipublicæ Christianæ Principes, maximè enitet, tuereris; certus fore, vt cui multis abhinc annis, operam meam, qualem qualem non ingratam accidisse intellexi, hoc item tenue obseruantiæ in te meæ monumentum, pro tua singulari humanitate, non iniucundum accidat; labores autem mei, sub vmbra nominis tui, inque humanitatis tuæ sinu, tutam quietem obtineant. Ne dedigneris igitur, Princeps Illustriss. eius arboris fructus accipere ac degustare, quam tu non semel beneficijs tuis rigasti, qui, si minus perfecti videbuntur, non tam ò-ro, meam ad maiora molienda minus aptam naturam incuses, quam tuam in iudicandis ingeniorum fœtibus, excellentiam admireris. Vale. Teq; Deus Opt. Max. Ecclesiæ sanctæ diu incolumem, & bonis omnibus seruet.

TRACTATVVM HVIVS VOLVMINIS, & eorum Capitum.

Index

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM.

a, Indicat primam Columnam: b, ſecundam.

A

Culpa

Confessor

Eucharistia

Hæresis,

Pec-

Pęni-

Satis-

Appendix Indicis Tractatuum, Capitum, & rerum, quæ continentur in præsenti opere, incipiendo á pagina 651. vsque ad finem voluminis.

Index Tractatuum, & eorum Capitum.

c Index

Con-

Hæresis,

ex

Alia Errata, præter notata in fine voluminis, sic corrigantur.
Pagina 45. col. 1. lin. 9. baptismum, addendum, in actu, modo quo infra, tract. de baptismo lin. 11. esset, est.

DEL MOLTO REVERENDO
SIG. GIO. PAOLO BRACCINO.

DA l'alto Olimpo al Mauritano Atlante,
E di quì à Calpe, à Battro, e al mar di Tile,
Alcun non può bramar più grato stile,
Nè carte al mondo più deuote, e sante.

Hor da Ponente al feruido Leuante
Pigli'l foco ciascun, l'esca, e'l focile:
Che di Giapete il figlio vn più sottile
Reca, e più degno in terra, e più prestante.

Quegli'l corso del Cielo, e de le stelle
Di desiderio acceso, al fin'intese,
E la cagion de' fulmini, e natura.

Ma questi intento à più sublimi imprese,
Di condurci appò DIO, la via sicura
Ardente mostra in queste parti, e'n quelle.

CHI hà sete, al laco venga, al fiume, e à l'onde,
Riuo, ruscel soaue, aurato, e chiaro,
Al secol nostro apparso vnico, e raro,
Ch'acque viue contien celesti, e monde.

Fra quanto il Mondo gira, e'l mar circonde,
Fonte non fia giamai più grato, e caro:
Cui altri non vedrem leuarsi à paro,
Che stille habbian più dolci, e più gioconde.

Eufrate è questo nò, Danoia, e Anfriso,
Il Nilo, Idaspe, il Gange, Hibero, Anauro,
Nè Aretusa, Aganippe, od Hippocrene.

Son quì del sommo Rè l'eterne vene,
Ch'auanzan d'Oriente e gemme, & auro:
E piou'ei (sua mercè) dal Paradiso.

QVI

QVI balaſci, giacinti, ambre, e coralli,
Criſoliti, carbonchi, e margherite,
E zaffiri, piropi, e calamite,
Smalti, topatij, e lucidi criſtalli
Raccolt'hà il nobil ZECCO, e recat'halli
Tra robini, ſmeraldi, & infinite
Gemme le più ſuperbe, e più gradite,
Che'n terra huom miri, in mare, monti, e valli.
Queſte naſcon non già là, doue il Sole
S'erge co' chiari, e luminoſi raì,
E i colli imperla, e le campagne indora.
Ma l'Empireo le pioue vniche, e ſole:
V'l ſommo ben ſi gode, ama, e s'adora:
Che di veder mai ſempre io ſoſpirai.

ALTRA, che di liguſtri, e roſe, e gigli,
Croco, amaranto, ò ſian narciſi, ò acanti,
Viole, geſmini, e ogn'altro fiore, ò quanti
Clori hebbe in ſeno candidi, e vermigli,
Queſt'è ghirlanda, anzi giardin de i figli,
Et heredi del Ciel deuoti, e ſanti,
E per trar fuori ancor gli ſpirti erranti
Del nemico Infernal da' fieri artigli.
Coroniſi ciaſcun, ciaſcun ſe'nfiori,
Et adorni di DIO la bella imago
Di bellezze immortali, immenſe, e vere.
Quì dentro ogni fedel potrà vedere,
Come l'huom debba eſſer ardente, e vago
Di giugner glorioſo à eterni honori.

DELL'ILLVSTRE ET MOLTO REVER. P. SIG. DON LVCILLO MARTINENGHI.

NOn fonte è quì, che'n pietra alpestra, e dura
Nasca, e rigando il piano, si diffonda;
E'l verde, e i fiori, e l'herbe con chiar'onda
Rinfreschi, auuiui senza d'arte cura;
Fonti raccolti da celeste, e pura
Vena di fonte, che distilla, e inonda
Questi lucenti, e viui, e ne feconda,
N'empie di quel, che darti il Ciel procura;
Sacr'onde, oue si specchia, e purga, e auuiua
La mente, il core, e l'alma, e merto, e palma
Nasce à sè, che germoglia eterna gloria;
L'alma credente si ristora; e priua
D'ogni neo impuro, fassi eterna & alma;
Appresta frutti d'opre, e'n Dio se'n gloria.

M. PVBLII FONTANAE.

IN, patrum sacris adytis quæ LAELIVS hausit
In numerum digesta, potest iam quiuis Olympum
Prædulci studio, prædulci scandere gressu.

DE SACRAMENTIS.
LAELII ZECCHI
Canonici Brixien.

PROEMIVM.

TANTA est Sacramentorum nouæ legis præstantia & excellentia & tam admirabilis, qui ex eis oritur fructus (diuina nempe gratia omnem humanum sensum, & rationem excedens) existit, vt nullus, licet seraphice labris purgatus, nisi supernum auxilium accedat, de ijs digne eloqui valeat, cum .n. humanus intellectus à sensu, quòd ad præsentem attinet vitam, cognitionem accipiat, qui fieri potest, vt quis quæ supra omnẽ hominis naturalem captum existunt, humanis fretus auxilijs, intelligat? nisi Dei auxilio adiutus, ipsius sacris oraculis in sanctis literis contentis auditum præbens, humiliter assentiat? Hinc nemo mirari debebit, si ego inter sacrarum litterarum alumnos, minimus, de tanta re verbum faciendo, balbutire potius quã eloqui videar, vnde ne indegna in tam excelsa re proferam, supernum numen humiliter supplico, vt mihi hoc opus ad communem vtilitatẽ conscribere cupienti celeste lumen infundat, sic .n. diuinæ Maiestatis (licet indignus) calamus effectus, fore confido, vt non indigna prorsus in tanta prouincia in medium proferam; quæ facilius mihi attingere posse persuasi, si generaliter de ipsis agam, quo aptius quæ sequũtur, intelligantur, operam dando, vt quæ dicuntur, vbicunq; fieri per me licuit, sacrarum litterarum testimonijs, canonum diffinitione, & Sanctorum patrum, ac summorum Theologorum, & iuristarũ authoritate munirentur, ne quid in tam sublimi materia, ex proprio tantum captu proferre viderer, id etiam enitens, vt nõ solum nil eorum quæ ad theoricam spectant, intactum relinquerem, sed etiam quòd ad praxim attinet, rationem traderem, qua singula sacrã sint honorifice, & Religiose custodienda, & ministranda, his etiam coniungens copiosissimum Tractatum de Missa, in quo primo loco declaraui, ꝙ & quantum sit sacrificium ꝙ in missa peragitur, & quantas afferat vtilitates, & fructus, tum de eius ministro peregi, de ecclesijs oratorijs altaribus, & huiusmodi locis, in quibus missæ sacrificium peragitur, qua ratione cõstrui, dotari, & ornari debeant, quæ vasa vestimenta, & huiusmodi in sacrificio Missæ sint adhibenda qui ve colores, & quæ sint eorum misticæ significationes, quaq; forma construi debeant;

qua item hora celebrari possit, subiungens tabulas astronomicas, quibus quaque die dignosci valeat, qua hora sit media nox, initium aurorae, & meridies, tum singula misteria quae in missa aguntur mistice, & moraliter exponendo, ac quomodo quibusue cerimonijs adhibitis missa à sacerdote sit celebranda, & à ministro ei inseruiendum, quique defectus in missae celebratione occurrere possint, & quomodo eis sit succurrendum, ac qua ratione & obligatione missa sit audienda; tum in Sacramento Poenitentiae, poenitentias apposui quae ex antiquis canonibus concilijs, vel penitentialibus cuilibet crimini sint adhibendae, quaq; ratione huiusmodi pęnitętię à sacerdote sint moderande, & quae remedia cuilibet peccato sint applicanda, quoq; ritu huiusmodi sacramentum sit peragendum. Tum his affines coniunxi Tractatus de clauibus ecclesiae, de censuris, in quibus etiam casus particulares excommunicationum, suspensionum, interdictorum, & irregularitatum, qui in iure communi, vel bullis continentur, apposui, & explicaui, agendo etiā de suffragijs defunctorū, de purgatorio, & de Indulgentijs. Vltimo vero loco (ordinem eximij, & Angelici Doctoris D. Thom. in 3. p. secutus) Tractatus de carnis Resurrectione, de iudicio vniuersali, de statu beatorum, & damnatorum, apposui, vt nihil, ꝙ ad operis vtilitatem spectat, ad Dei optimi maximi gloriam, intactū relinqueretur, à nomine prius & diffinitione sacramenti initium sumendo.

DE SACRAMENTIS in genere.

De nomine, & diffinitione Sacramenti, materia, & forma. *Cap. I.*

Obseruandum est primo loco in vniuersum, ꝙ Sacramentum aliquando sumitur pro sponsione, & promissione, vnde Isid. Orig. lib. 5. d. sacramentum est pignus sponsionis, vocatum autem sacramentū, quia violare quòd quisque promittit perfidiae est.

Aliquando sumitur pro iuramēto, sic enim inquit Isid. Orig. lib. 9. sacramentum in quo iurat vnusquisque miles post electionem se non recedere à militia, nisi post completa stipendia. i. militiae tempora, & in hoc sensu accipitur etiam in Concil. Tolet. 11. c. 9. & 22. q. 5. c. paruuli. & in c. sacramentum. 2. q. 4. & in auth. sacramēta puberum. C. si adu. vend. & per Veget. lib. 2. de re litari.

Aliquando accipitur pro secreto, sic accipitur Tob. 12. sacramētum Regis abscondere bonum est, i. secretum, vt ibi exponit Gl. & ad Eph. 3. & Sap. 2. & Apoc. 17.

Vltimo accipitur a secretis virtutib. vel sacris abditis, vnde Isid. lib. 6. Etim. d. sacramentum est in aliqua celebratione cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatꝫ, ꝙ sanctè accipiendum est, Sunt autem Sacramenta Baptismum, & sacrum Chrisma, corpus & sanguis Christi, quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorūdem sacramentorum operatur, vnde & a secretis virtutibus, vel sacris abditis sacra dicuntur, quae ideo fructuose penes ecclesiā fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eorum latenter operatur effe-

ctum

ctum siue per bonos malosvè administrentur, & in hoc sensu accipitur sacramentum de quo propositū est verba faciendi. Vnde & Bern. in serm. de cœna Domini, sacramentum dicit esse sacrum signum, vel sacrum secretum ab etimologia vocabuli, ꝙ etiam Aug. lib. 10. c. 5. de ciu. Dei docet.

Secundo, Notādum, signum esse id ꝙ præter speciem quam sensib. ingerit, in aliquid aliud ex se facit cogitationem venire, vnde debet esse similitudo inter signum & gratiam ab eo signatam, vt docet Aug. ep. 23. & de catech. rud. cap. 17. Bas. lib. de bapt. c. 2. Chrys. hom. 1. in epist. ad Rom. vt vestigio viso transisse animal cuius est vestigium cogitamus, & viso fumo subesse ignē cognoscitur, & huiusmodi, vt per D. Aug lib. 2. de Doct. Christ. in princ. to. 3. & sequitur Mag. 4. sen. d. 1.

Signum quid sit & quotuplex, & quō suma tur in sacramētis.

Signorum autem, vt ibi per August. quoddam est datum, vel secundū impositionem vt signum in taberna, & quoddam naturale vt fumus, & in sacramentis primo modo accipitur signum. Signum datum est duplex, aliquod habet sui significati similitudinem, vt si extra tabernam ponatur panis & vinum, quoddam non gerit vt signū simplex, hic vero accipitur signū primo modo prout gerit similitudinē sui significatus, non secundo modo.

Vlterius, signum ꝙ gerit similitudinem sui significatus est duplex, quoddam enim est signum, sed non causa, vt signum in taberna, aliquod signum & causa eius quòd significat, & sic accipitur sacramentum nouæ legis.

Sacra res quot modis sumat, & quomodo i sacramentis.

Tertio, Notandum, ꝙ sacrum, vel res sacra sumuntur multipliciter. Aliquādo pro locis diuinis cultibus institutis, vt per Isid. Orig li. 15. c. 4. Num. 2. Leu. 8. Aliquando pro signo demonstrāte tantum rem sacram vt crux quę demonstrat crucem in qua Christus pendens redemptionem nostram cōsummauit, aliqñ pro rebus quibusq́ue diuino cultui dicatis, aliquādo ꝓ disponentibus ad sanctificationem, vt sacramentalia; aliquando demum vt sacrat & sanctificat, & est instituta in cultum diuinum. Et quia Nomina sumuntur ab illis quæ sunt potiora in ipsis & nobiliora, vt inquit D. Th. 2. sen. dist. 23. q. 2. art. 2. sed contra, ideo hoc vltimo modo sumitur in sacramento res sacra, prout sacrat & sanctificat ꝙ fit per gratiam iustificantem, & prout est instituta in cultum diuinum, & non prout solum Deo est dedicata, vt locus vel res sacra, nec vt solum significat vt crux & imagines, nec prout solum iustificat, quia si homo dolorem tantum animi interius ex peccatis ex Dei offensa commissis concipiat, vt iustificetur inuisibiliter a Deo, attamen non est sacramentum, sed oportet vlterius, ꝙ res illa sacra vel eius signum sit institutum in cultum diuinum, & simul iustificet instrumentaliter, vt est diffinitum in Concil. Flor. super vnione Ar. & in Trid. sess. 7. can. 6. & explicatur per Th. Vald. de sacr. c. 20. Et in hoc sensu sacramenta nouæ legis accepta, varijs nominib. a S. Patribus appellantur, a Dion. enim lib. de eccl. hierarc. sacra simbola vocantur, ab Aug. lib. 16. con. Faust. c. 11. notæ Christianorum. ab Amb. lib. 2. de pęnit. c. 9. remedia peccatorum, ab eod. August. in Ps. 73. vasa gratiæ, & alibi ab ipso etiā dicuntur marsupium in quo Christi sanguis continetur, vt infra dicetur. à Bas. oratione exhorta. ad baptismum, mistica signa, vel tesseræ militū Christi.

Ex his colligitur primo, ꝙ sacramētum est in genere signi, authoritate Aug. 10. de ciuit. Dei. c. 5. & c. sacrificium. de consecrat. dist. 4. vbi d. sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum. i. sacrum signū est. ratio est, quia ꝙ significat aliquid est in genere signi, sed sacramētum significat aliqd aliud præter id ꝙ apparet in eo, ergo; Minor ꝓbatur, primo, quia sicut Christus fuit redemptor noster in cruce, & institutor Religionis nostrę, sic sacramenta emanāta ex passione sunt nobis medicina morbi, & cerimonię q. bus Deum colimus, secundo quia quę

habet ordinem ad aliquid ab illo denominatur vt medicina sana dicitur effectiue, sic sacramentum dicitur sacrum, quia causat sanctitatem in nobis, & quia indicat sanctitatem, sicut vrina indicat sanitatem, & sic accipitur in diffinitione, vt est ostēsiuum rei sacræ. Vbi aduertendum, ꝙ licet dicatur signum rei sacræ, per hoc non dicitur ꝙ res sacra non sit sacramentum, quia est sacramentum formaliter, vt sanum competit animali, medicinę, & vrinæ, animali formaliter, medicinæ effectiuè, & vrinæ vt signum, sic sacramentum dicitur de re sacra, de efficiēte, & ostendente sanctitatem effectiue, & 3. modo loquimur vt est signum sanctitatis effectiuè tamen; Secundo notandum, ꝙ de essentia & ratione sacramentorum nouæ legis, est causare gratiam, licet enim dicatur signū rei sacræ, non tollitur quin noua sacramēta causent in quidditate sua gratiam. tertio notandum, ꝙ signum est in genere relationis, refertur enim ad signatum. vt d. Scot. in 4. d. 1. q. 2. In quātū vero sanctificat est in genere qualitatis, vt & charitas. vt d. Sot. 4. d. 1. ar. 1. potest etiam considerari, vt est in fieri & est in genere actionis & pssionis.

Sacri diffinitio, quę. 2. Ex prædictis colligitur diffinitionem sacramenti quam tradit Aug. d. c. 5. 10. ciuit. Dei, ꝙ sit signū rei sacræ, esse bonam; Si partes in diffinitione contentæ declarentur, vt supra, videlicet primo, ꝙ sacramentum dicatur a secretis virtutibus, vel sacris abditis, secūdo ꝙ accipiatur pro signo effectiuo sanctitatis & gfæ quam demōstrat, tertio ꝙ res sacra accipiaē pro re sanctificante, & dicata ad cultum diuinū.

Vnde Magister hęc attendens. 4. d. 1 d. ꝙ sacramētum est signum rei sacræ eius similitudinem gerēs, cuius signū est, vel inuisibilis gratiæ visibilis forma ad nostram iustificationem institutū, quę diffinitiones sustineri possunt, eas tamen declarando, vt supra.

Canus aūt de sacramentis in genere. d. sacramētum esse sacrum & occultum signa ad sanctificandum institutū.

Alij vniuersaliter desiniunt, vel potius describunt.

Vnde notandum ex Scot. in 4. dist. 1 q. 2. ꝙ ad rectam diffinitionem quinque requiruntur, primo ꝙ sit ens positiuum. primo poster. nam negatio & priuatio non habet propriam diffinitionem. secuudo ꝙ sit per se vnum. 7. metaph. 3. ꝙ sit ens reale. 5. metaph. t. 14. quarto, ꝙ sit compositum ex diuersis partib. vt materia & forma, vel saltem genere & differentia, Vnde Deus his carens non potest diffiniri; quinto ꝙ sit vniuersale, cum particulare non prædicetur de pluribus. sic sacramentum est quid vniuersale, prædicatur eńi de Baptismo, Confirmatione, &c. est etiam compositum ex rebus & verbis, genere & differentia, quia distinguit vnum ab alio, est etiam ens positiuum non priuatiuum. Videtur tamē ꝙ non sit per se vnum cum constet rebus & verbis. Respondetur per Arist. 5. metaphy. t. 7. ꝙ contingit vnam rem in vno genere esse plura, in alio vnū, vt domus in genere substantiæ est plura vt petræ calx &c. in genere qualitatis & formæ est vnum, sic sacramētum in genere signi est vnum, verba enim & res faciunt quid vnum, idest vnam rem, quia significant illam gratiam. Videtur tamen ꝙ non sit ens reale, cū sit signum. Respondetur, ꝙ est ens rationis quatenus significat, quo ad res tamen est ens reale, quatenus efficit ꝙ significat, Ita ꝙ, licet sacramentū non possit exacte diffiniri, tamen aliqualiter diffinitur vt & artificialia.

Vnde ex his sustineri potest diffinitio D. Aug. declarata tamen vt sup. quæ sic declarata potest hoc pacto extendi, ꝙ sacramentum sit signum sensibile ex diuina institutione gratiā Dei iustificantē, cuius similitudinē gerit & cā est significās effectiue ad salutē hoīs institutū, & in cultum diuinum ordinatum, Dicitur signum sensibile, quia præter id ꝙ ingerit sensibus vt ablutio in baptismo, significat gratiam suscipienti conferri, idq; effectiue, quia ex diuina institutione, vt in diffinitione,

ne, significat rem sacram. i. sacrantem vel sanctificatem, & efficit, ac eius causa est, Dicitur ad salutem hominis institutum, ibi enim & sacraméti necessitas, & finis institutionis eiusdem qui est nostra iustificatio, declaratur. Dicitur demum & in diuinum cultum ordinatum, vt differat a gratia quæ in alio signo, vt in linguis super Apostolos missis, collata est.

Ex quibus patet sacramentum esse signũ rei sacræ, & diffinitionem cõuerti cum diffinito, vt per D.Th.3.p.q.60 art.1.& 2. & quid nomen sacramenti, ꝙ patres quandoque signi mistici simboli, vel sacri nomine appellãt, vt apud Sot.d.art.1. quæque eius sit diffinitio, seu mauis descriptio.

Sacramenta quare sub sensibilibus instituta.

Ideo auté sub signis visibilib. Deus virtutem & gratiam suam largitur, vt nostræ se imbecillitati accommodet, si enim incorporei essemus, nuda ipsa bona incorporea nobis tradidisset, ut d.Io.Chris.hom.23. in Math. sed quia anima coniũcta est corpori in sensibilibus intelligibilia traduntur; Natura enim fit vt ad eorum quę intelligenda sunt cognitionem non nisi fere per ea q̃ sensu percipiuntur, perueniatur, principium enim nostræ cognitionis a sensu est.2.poster.& 2.de anima, & tradit Apost.Rom.1. Inuisibilia Dei, &c. Vt ergo Dei operatio secreta mente facilius cõprehendi posset, signis quibusdam visibilibus id Deus voluit demõstrare, & etiam eius sapientia est factũ, vt sicut a sensibilib. lapsus occasio sumpta est, sic in eisdé visibilib. remediũ inueniretur, Signa quoq; hęc elementum dici possunt, ad quæ simul vt accesserit verbum erit sacramentum. Vnde Aug.tract.20.in Io.d. Detrahe verbum & quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum etiam ipsum visibile verbũ, & paulo post, Vnde est hæc tãta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? quæ cum sint medicinæ peccatorum a D.Ambr.lib.2.c.9.de pęnit. remedia peccatorum vocatur, vt esset ꝙ corpus tangeret, & præterea ꝙ animam afficeret. Hosius. de sacram. c.31.

Sacramenta cui' rei sint signũ.

Cum igitur sacramenta sint sub genere signi: Aduertendum, ꝙ non sunt signa vnius rei tãtum, sed trium, sunt enim signum nostræ sanctificationis. In qua tria possunt cõsiderari, scilicet ipsa causa sanctificationis nostrę, quę est passio Christi, & forma nostræ sanctificationis, quæ consistit in gratia & virtutibus, & vltimus finis sanctificationis nostræ qui est vita æterna, quæ omnia per sacramentum significãtur, Vnde sacramentum est signũ & rememoratiuum eius ꝙ præcessit, scilicet passionis Christi, & demonstratiuum eius ꝙ in nobis efficitur per passioné eius. s. gratiæ, & prognosticum. i. prænuntiatiuum futuræ gloriæ. ita D.Th. d.q.ar.3.& licet Eucharistia sit signum rei sacræ, accidétia enim denotãt corpus Christi, & tamen non cõferat gratiam nisi actu suscipiatur; Respond. satis esse, ꝙ ibi est gratuitus effectus, id est Christus, qui est causa efficiés gratiæ Dei, qui reliquit hoc sacramentũ, qui effectus applicatur dum actu suscipitur, vt sit & in cęteris sacramentis. Quod vero sacramentum hæc tria significet, docet Apost. Rom.6. vbi explicat hæc tria significare, & Dion. c.2.Eccl.hier. & Dam.lib.4.c.10. baptismum dicit fuisse tipũ mortis Christi, ꝙ & in Eucharistia perspicuum est. Lucæ 22.vt per Sot.d.q.ar.3.

Sacramenta sunt res sensibiles.

Ex diffinitione sacramenti, patet sacramentum semper esse aliquam rem sensibilem. Et primo auth. Aug. in Ioã. tract.8.& habetur in c.detrahe.1.q.1. vbi habetur, accedit verbũ ad elementum, & fit sacramentum. secũdo auth. Dion.1.Hier.eccl.d. ꝙ cęlestis hierarchia constat intelligibilibus, terrestris sensibilib. & ideo vbique sacraméta & signa & simbola. i. inditia appellat, ꝙ & Tertull.lib.1.adu. Marcionem, sequitur, Ratione id probatur, nam res sacræ significatæ per sacramentum sunt bona intelligibilia, quibus homo sanctificatur, ergo per res sensibiles est ĩplenda significatio sacraméti, ergo ad sacra-

ſacramenta res ſenſibiles requirũtur. prima conſequentia probatur ex parte noſtri, quia modus naturalis noſtræ cognitionis eſt vt per ſenſibilia progrediamur ad intelligibilia, 1. poſter. at ſignum eſt quo in alterius cognitionem deuenimus. ergo requirũtur res ſenſibiles ex parte Dei, quia prouidet omnibus ſecũdum ſuam conditioné, ſed homo eget ſenſibilibus, vt ſupra, ergo. D.Thom.d.q.art.4. id etiam habetur in Conc Floren.ſub Eug.4. & in Trid.ſeſſ.7. can.vlt. & Conc.4.Cartag. can.81. habetur ex Clemente epiſt. 3. ex Iulio primo epiſto.1.c.2. Aug.1.de Doct.Chr.c.1. de fide ad Petr. c.3.lib. 19.contra Fauſt.c.11. tract.80. in Ioã. accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.ex Baſ.de vita ſolit.c.1. & oratione de bapt. Chriſ.hom.83.in Math.Cir. Alex.2.in Io. vtroque Gregorio oratione in S.Baptiſma.

Materia ſacramentorum, quæ ſit.

Ex prædictis ſequitur, quòd ſemper in ſacramentis ſit aliqua res ſenſibilis determinata ex Cõcil.Flor. §.hęc oĩa. Tr.ſeſſ.7.can.vl. Nã in ſacramentis nouæ legis, oportet vti rebus ex diuina inſtitutione determinatis, vt de baptiſmo patet. Ioã.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Sp. ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, vbi determinatur aqua pro re ſenſibili, & licet ex Euangelio non habeantur omnia explicite, quæ pertinẽt ad res ſenſibiles omnium ſacramentorum, id tñ habemus ex traditione apoſtolorum, qui id ex ore Chriſti Domini acceperunt, vt ſuis locis Deo dante dicetur. Ratione probatur, nam non pertinet ad aliquem determinare ꝙ eſt in alterius poteſtate, ergo ad hominem nõ pertinet determinare rem ſanctificatiuam, & ſic res determinatas in ſacramentis, per quæ ſanctificamur. 1. Cor. 6. abluti eſtis ſanctificati eſtis, ſecundo quia cultus, & ſanctificatio pertinet ad ſacramenta noſtra, vt ſupra, ſi n. pertinerent tantum ad cultum, licet Deus debuiſſet determinare pertinentia ad ſacramenta, poſſet tamen & homo aliqua determinare, ſed quia ſanctificatio eſt in eis, ergo non poſſunt homines determinare res pertinentes ad ſacramenta. D.Th.d.q.ar.5.

Sacramentorum materias, & formas mutare nõ licet.

Et quòd non liceat immutare materias ſacramentorum, & formas patet per rationes D.Thom. ſupradictas, & etiam in conc. Flor. §. Hæc omnia, deſinitur ſacramentum confici rebus tãquam materia, & verbis tanquam forma, & perſona miniſtri, quorum ſi aliquid deſit non perficitur ſacramentum. Vnde ſi quis in oleo, vel vino baptizaret non eſſet baptiſmus, vel pané fabarum cõſecraret nil ageret, vt ſuis locis dicetur per rationes D. Thom. ſupra deductas.

In ſacramẽtis verba vel forma requiritur.

Ex prædictis etiam colligitur ꝙ in ſacris requiruntur verba, præter res ſenſibiles, ꝙ probat D. Thom. d.q.ar. 6. Primo auth. ap. ad. Epheſ. d. mundans eam lauacro aquę in verbo vitę, ꝙ Chriſ. intelligit de verbo ſacramenti. Secundo, Io.3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Sp. Sancto &c. & Marc. vlt. Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Tertio ex Aug. tract. 10. in Io. d. accedit verbũ ad elementum, & fit ſacramentum, id etiã diffinitur in conc. Flor. d. § hæc omnia, de baptiſmi forma probatur, Io.3. & Mat.vlt. de forma cõfirmationis. Eph. 1. ſignati eſtis ſpũ promiſſionis ſancto, Euchariſtia, Matth.26. Luc. 22. 1.Cor.10. pęnitentia. Io. 20. quorum remiſeritis &c. extrema vnct. Iac. 5. de alijs ſacramentis dicitur res ſenſibiles per verbum ſanctificare, quòd denotat rem ſenſibilé, 1. ad Tim.1. ita eſt conſuetudo eccleſiæ teſte Dion.2. Eccl. Hier. Amb. ſecundo de ſacr. lib. ſerm. de ſtellis. Ratio ſumitur ſic, ſacramenta adhibentur ad ſanctificationem, vt quædam ſigna, ergo requiruntur verba, ꝙ probatur. ſ. conſequentia, primo quia ſanctificatio iſta conſideratur, vel ex parte cauſę ſancti ficantis, vel hominis, vel ex parte ſignificati; Ex parte cauſæ ſanctificantis. ſ. Chriſti qui eſt verbum incarnatum, ſic ſacramentum debet conſtare ex verbo, nam ſic ſacramentũ quodam

dammodo conformatur verbo diuino incarnato, in hoc q rei sensibili verbum adhibetur, sicut in misterio incarnationis carni sensibili verbum Dei est vnitum. Ex parte hominis sanctificati qui componitur, ex anima, & corpore, requiritur etiam in sacramēto verbum, ei .n. proportionatur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corpus tangit, & per verbū ab anima creditur, vt d. Augu. tract. 20. in Io. vnde ista tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciēre verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Ex parte etiam ipsius significationis sacramentalis requirunt verba, nam cum sacramenta sint signa, verba inter homines obtinent principatum ad significandum animi conceptus, vt d. Aug. 2. de Doct. Christiana, in principio, ideo ad perfectionem significationis sacramentalis, necesse fuit, vt significatio rerum sensibilium, per aliqua verba determinaretur, quia aqua potest significare, & emundationem, & refrigerationem, sed cum dicitur, ego te baptizo, significat emundationem spiritualem. D. Thom. d. artic. 6.

In Sacramētis forma, quæ. - Notandum autem in quolibet sacramento, posse assignari verbum, & res, de baptismo est clarum, & de Eucharistia, & etiam de extrema vnctione, Iac. 5.

In pœnitentia actus pœnitentis sunt pro re, & q in sacramentis requirātur verba habetur ex scriptura, & est determinatio catholica, & contraria assertio esset hæretica, & dicuntur à Doctoribus materia, & forma; Et hoc dogma approbatum est à concil. Flor. sub Eugenio 4. §. hæc omnia. d. omnia sacramēta tribus, perficiunt, videlicet reb. tāquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quòd facit ecclēsia, quorum si aliquid desit non perficitur sacramentum. Durandus tamen qui fuit ante dictum concilium, contra hanc doctrinam tripliciter arguit. 4. d. 1. q. 3. d. n. primo q in matrimonio non sint res sensibiles cum nutu perficiatur, secundo quia per hāc doctrinam res, & verba contraponuntur, sed in pœnitentia, & matrimonio nullæ sunt res præter verba; tertio ponūtur hic res, vt materia, verba vt forma, sed in matrimonio neutrum apparet ergo.

Respondetur quòd nutus, & litteræ sunt quædam sensibilia in matrimonio, quæ verborum loco habentur; Ad duo vltima respondetur, ex D. Th. 4. dist. 26. q. 2. ar. 1. q cum tam pœnitentia quā matrimonium non perficiantur per aliam rem quam per actū suscipientis, in neutro horū alia materia est necessaria, quam actiones suscipientis, vel sint verba, vel actiones, quæ tenent vicem elementi, & sic verbum res accipitur hic pro omni quòd est in matrimonio, & distinguitur à forma, licet sit verbum, ex D. Thom. 4. dist. 14. art. 1. d. q vt aliquæ medicinæ in sola passione egri consistunt, vt emplastri impositio, quædam vero in eius actione vt exercitatio, sic in quinque sacramentis, nulla requiritur suscipientis exterior actio præter intentionem, vnde in illis requiritur materia quasi extrinsecus apposita, vt oleū aqua &c. Sed quia in pœnitentia, & matrimonio actus suscipiētis sunt necessarij, illi gerunt vicem materiæ, vt in pœnitentia actus pœnitentis. s. contritio confessio, & satisfactio gerunt vicem materiæ, vt est diffinitum in d. conc. Flor. verba dant formam dum sacerdos absoluit; At in matrimonio difficilius est discernere materiam, & formam, vnde dictum conc. Flor. nō assignat in eo materiam, & formam. Tamen in hoc dubio dicendum, verba, nutus, vel litteras quibus consensus mutuus exprimitur esse sibi inuicem materiā, & formā, quia qualibet pars perficitur per aliam, & habet rationem materiæ, quatenus perficitur, formæ quatenus perficit, dum vnus alteri præstat consensum; Vnde cōsensus nō est forma in matrimonio, quia oportet, vt forma in sacramento sit

signum

signum sensibile, quod non præstat internus consensus, non etiā benedictio sacerdotis est forma, vt d.D.Tho 4.dist. 26. q.2.art.1. Nec etiam personæ contrahentes sunt materia sacramenti, nā materia debet esse pars essentialis sacramenti, suscipiens autem non est pars sed subiectum sacramēti, ita optime Sot.d.art.6. Vel dici potest quod in matrimonio forma sunt verba cōtrahentium, vel quicquid verborum locum tenet quo vtriusq; consensus exprimatur, cum sit quidam ciuilis contractus, vnde in eo non sunt determinata verba statuta, vel signa, satis.n.est quod mens & cōsensus significet, materia vero est corporum contrahētium traditio, vel venditio quo quis alteri sui corporis potestatem tradit, vt d. Ap. vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier & econuerso, & forma verba, vel signa quibus declaretur hæc traditio, aut venditio corporum.

Nec ob. c. sufficiat 27. q. 2. vbi d. solum consensum perficere matrimonium, ergo non requiri determinatas res, & verba. Respondetur quod verbum solus consensus excludit consensum parentum, & copulam carnalem, & benedictionem, sine qua est matrimonium, sed includit consensum in aliqua re sensibili expressum.

Non obst. secundo, quod sola sponsalia superueniente copula, fint matrimonium, & tamen nec sponsalia sunt matrimonium, nec copula forma, respondetur, quod si copula fiat affectu maritali est sensibile signum interpres coniugij, & consensus, & sic est sibi inuicem materia, & forma, alias si adsint verba de futuro licet adsit copula mēte maritali, si non adsit signum mutui consensus, non resultat matrimoniū, quia copula non est signum sufficiens consensus maritalis. Pal. in 4. d. 1. q. 4. Hodie autem in tr. conc. sess. 24. statuitur matrimoniū contractum absq; præsentia ordinarij, vel parochi, vel alterius de eorum licentia, & duobus, vel tribus testibus irritum esse. Aliqui insignes viri dicunt sacerdotem, & testes requiri ad firmādum matrimonium quatenus est contractus ciuilis, secus autem vt est sacramentum, quia primo casu princeps potest modum adhibere contractibus celebrandis, & sic potest priuare filios natos ex huiusmodi matrimonio iure legitimæ prolis, & ipsos contrahentes iure matrimonij, sed prout est sacramentum contractum per solos contrahentes tenere.

Sed quia hęc distinctio videtur contra mentē dicti concilij, ideo alia via huic difficultati satisfieri potest. d. quod olim ministri matrimonij iure diuino erant ipsi cōtrahentes & nunc sunt, sibi inuicem materiam, & formam applicantes vt per Mag. 4. d. 18. vbi D. Thom. artic.3. & Sot.d.26.q.26. q. 2. artic.3. Nunc vero testes, & sacerdotē requiri ad præstandum authoritatem sacramento matrimonij, vnde si prædicti nil etiam dicerent, valeret matrimonium; primum tamen dictum magis defendit dictum. D.Thom. supra d. quòd homo non possit quicquam innouare circa substantialia matrimonij, cuius difficultatis resolutio est à sacra congregatione perenda. Vel melius dicendum est, quod ecclesia licet non possit immutare materiam, & formam sacramentorum, nec ministrum iure diuino institutum, potest tamen noua impedimenta matrimonij statuere, vereraq; mutare, vt est diffinirum in conc. Trid. non ita clare sess.24. de sacramento matr. can.3. & 4. & late probat Victoria, in summa. num. 303. & ideo determinat ecclesia matrimoniū inter personas quę tales conditiones non seruant esse nullum, & ratio huius differentiæ esse potest, quia si ecclesia immutaret quicquam circa materiam formam, & ministrum iure diuino institutos, sic disponeret circa id quòd est in manu Dei vt.s. gratia quæ à solo Deo confertur daretur sub signis ab homine constituris, quod non licet per rationem D. Thom. supra. art.5. declararam, & diffinitionē conc. Florētini supra allegatam,

gatā, sed noua impedimenta adinueni re nō est aliquid immutare circa mate riā, formā, vel ministrum, sed tn̄ circa subiectū aptū vel non ad hmōi formā, & materiam suscipiēdā, quia cum oīs homo Papę subsit in ijs quæ ad animā spectāt, vt inquit Ap. Rom. 13. oīs aīa sublimiorib. potestatib. subdita sit, & in Extrauag. cōi. de Maior. & obe. c. 1. statuitur esse de necessitate salutis om nes Christi fideles subesse Romano Pontifici, cum ergo de necessitate oēs ei subsint, potest vtiq; ex causa decernere hunc, vel illum non esse subiectum aptum ad materiam vel formam sacramenti suscipiendam.

Et de facto videmus, q̄ papa reduxit impedimentum ex consanguinitate vel affinitate proueniētem q̄ prius ad 6. gradum extendebatur, ad quartum. in c. non debet de consang. & affinit. & impedimentū publicæ honestatis ad primū gradū m. c. 3. sess. 24. in Tr. Conc. & impedimento ex fornicatione proueniens ad 2. gradum. ibid. Nā & in Conc. legitime congregato residet tota ecclesia virtualiter, & ideo ei dem quoq; est obediendū, ut alibi d.

Ex prędictis sequitur, q̄ in sacris cū requirāt verba ex diuina institutione, q̄ & in ijs requirātur determinata verba. probatur de consec. d. 4. c. 41. 42. 43. 45. 50. vbi baptizati a paganis in noīe Trinitatis nō expressis p̄sonis sunt rebaptizādi, & c. 82. & 107. Tert. li. de bapt. & li. 4. con. Marc. & li. de oratione. Iust. m. ap. 2. pro Chrīanis Ath. 3. ser. con. Arr. Bas. li. de Sp. S. c. 12. ho. in S. baptisma. Cip. ep. ad Iulianum, & ad Ciliciū. & ser. de cena Dn̄i. Dion. c. 3. eccl. hier. Cir. Hier. Catech. 4. & 5. Euseb. Emiss. hom. in pascate. & hom. ī ramos palm. Niss. orat in S. baptisma Esichius lib. 6. c. 22. Amb. 4. de sacr. 4. & 5. Iero. ep. ad Euag. Chriso. hom. 2. in ep. 2. ad Tim. hom. 83. in Mat. ad pop. Ant. Aug. ser. 28. de verbis Dn̄i. lib. 3. de baptismate. c. 14. con. Don. c. 15. lib. 6. cap. 25. & epist. 23. & probat D. Tho. d. quęst. ar. 7. nam in sacramentis verba se habent per modum formæ, res sensibiles per modū materiæ, vt supra, in omnibus vero compositis ex materia & forma principiū determinationis est ex parte formæ, q̄ est velut finis & terminus materiæ, & iō principali⁹ requirtur ad esse rei determinata forma, q̄ determinata materia, materia. n. determinata requiritur vt sit proportionata determinatę formę; cum ergo in sacris requirātur determinatę res sensibiles, quę se habēt ad modum materiæ, multo magis requirūt determinata verba, quæ se habent ad modū formæ, q̄ concl. probatur ēt ex Euāgelijs, vbi Dn̄s præscripsit verba baptismi, & consecrationis. Marc. vlt. Io. 3. Mat. 26 Hæc etię conclusio probatur in Concil. Floren. loco supra alleg. sufficit aūt q̄ hæc forma, licet in scriptura expresse non cōtineat, q̄ sit ex traditione Apostolica, aliter argueretur Apost. qui in Act. Ap. baptizabat in noīe Christi, & tn̄ Christus instituit. Matth. vlt. baptismum in noīe Trinitatis, sic docet Dion. 1. eccl. hier. & Basil. lib. de Sp. S. ca. 17. Dam. epist. 3. docens traditionē saris esse, & clarius in concl. ap. lib. 3. c. 16. & 6. c. 15. D. Thom. 4. dist. 2. Teoph. 2. ad Tess. c. 2. & ibi Chris. Cū vero dicit determinata verba intelligit nō naturaliter, sed formaliter. i. sm̄ sēsū certū, & certā significationē quā Chrs instituit, nō aūt sm̄ certū idioma, ut docet Aug. cū d. nō q̄a dr̄, sed quia creditur. i. formaliter. & 19. con. Fau. d. non esse verborū efficaciā in sono, sed in significatione, q̄ determinata verba sic ītellecta requirāt, pbat ex scriptura, q̄ vbi īstituit sacra determinata verba decreuit. Itē ex traditione ap. ut d. S. Cle 3. 1. Cor. 1. & determinat ī cōc. Cart. 1. c. 1. Eus. papa. ep. 1 ad ep̄os Gal. & 3. Tuscię & Cāpanię. Cilicius. 1. epis. 1. & 4. Vig. ep. 1. Leo 1. ep. 45. ad Leandrum. In matrimonio tn̄ est dubiū, an ibi sint determinata uerba. R. q̄ oīa sacra īsti tutione diuina hn̄t determinatā v̄ba, q̄a ē eius p̄scribere formā sacri cui⁹ est īstituere, sed Christus sacrm̄ instituit, ergo. Non tamē oīa sacramenta habēt verba determinata explicita, aliqua

B enim

enim habent verba præscripta, vt in baptismo & Eucharistia, qa hæc duo sacramentorũ sunt oĩbus cõia. Aliæ vero ex Euangelio facile depromunt, & ex Apostolorũ traditione eas ecclesia habet tanquã de fide receptissimas, vt patet de forma pœnitẽtiæ, Ego te absoluo, q̃ elicitur ex Math. 16. ibi, quodcũque solueris super terram erit solutũ & in cœlis; quibus etiam verbis sacerdotes iudices constituuntur cum causa incognita iudicare non liceat, vt ergo forma proportionetur materiæ. s. actui penitẽtis, ergo hæc forma applicata pœnitenti confitenti contrito, & satisfacienti, Ego te absoluo, est conueniens forma.

In alijs sacramentis, licet non oẽs formæ excipiantur ex Euãgelio, quia multa oretenus ab Apostolis sunt edocta. vt 2. Thessal. 2. seruate traditiones quas accepistis, siue per epistolas, siue per sermonem. i. citra scripturam. & 1. Cor. 1 cætera cum venero disponam, quæ tamen dispositio nusquã in sacris literis inuenitur, & ideo ore censetur promulgata, attamen omnes a Christo sunt vel verbo, vel oretenus instituta, nam sacramentorum institutiones, & perinde materiæ & formæ non sunt ponendæ inter Apostolorũ traditiones, vt eorũ instituta, nã ap. 1. Cor. 7 distinguit primo inter mãdata Dei, & sua, d. præcipio nõ ego, sed Dñs, & infra cũ de se dicit, d. nam cæteris ego dico non dñs, ideo sacrm formæ & materiæ nõ sunt ab Apostolis, sed a Christo, qa apostoli nõ potuerũt sacra instituere, vt inf. dicetur, sed ita existimat & tenet, q ipsi eas ab ore Chri susceperĩt, & ecclesiæ promulgarint, & id patet ĩ sacr. Confirmationis, extremæ vnctionis, & Ordinis, quo ad eorũ formas.

In matrimonio aũt nõ tradidit aliã formã, quã quæ iure naturæ cõsensum coniugũ demõstrat, vel id verbis, vel nutib. fiat, & ideo verba posita. in c. licet. de spõs. Ego te accipio in meã, &c. non sunt necessario sic exprimenda, sed de cõgruentia, modo aliter cõstet de cõiugali consensu, In mrimonio tñ solenniter fiendo sunt seruanda. In pœnitẽtia forma colligitur ex illis verbis supra dictis. & ẽt Io. 20. quorum remiseritis peccata, ergo posset absolutio perfici per verbũ remitto, licet absq; culpa nõ immutaretur; ideo aũt in pœnitẽtia in Euãgelio nõ est determinata forma, quia nõ cõsistit in consecratione, vt in Eucharistia, nec ĩ vsu, & applicatione, vt in Baptismo, sed potius ĩ remotione materiæ. s. peccatorum D. Th. 4. d. 14. q. 1. ad 2. cætera in sacramẽtis sunt de ornatu non necessitate, ea tamen omittens peccaret.

Dum aũt dr, q in sacris requirũtur determinata verba põt ĩtelligi, vel accipiẽdo verbũ materialiter vt caracteres, vel formaliter quo ad significationẽ, primo mõ nõ accipiũtur in sacris, sed 2. quia siue sint voces Latinæ, Grecæ, vel Hebraicæ, vel alteri⁹ linguæ nõ refert, dũmodo sensus nõ immutetur, nã ut d. Aug. super Io. c. 15. verbum in sacris nõ operatur, quia exteriori sono vocis dr, sed quia intus mente creditur, vnde si retinetur idem sensus, quacunque lingua id fiat, sufficit. Notandum ẽt q licet in eadẽ lingua plura verba significent idem, & ideo quæcunq, verba fuerint cõficiant sacra, dũ mõ idem significẽt, tamẽ ex præcepto ecclesiæ debent sumi illa verba, q̃ sunt cõsissima illi linguæ, vel ex ꝓprietate, vel ex accommodatione vsus, vt dum d. Ego te baptizo, est vox græca, tñ ex vsu est nobis accommodata, alias quis peccaret. Vltimo in hoc Not. q qñ corrumpuntur verba Sacrorum, q aut ex industria corrũpuntur, & sic non videtur confici sacrm, qa non intenditis facere q facit ecclesia, vt inquit D. Tho. ar. 7. ad 3. si tñ ex hac mutatione intenderit facere q facit ecclesia, si non mutetur sensus, tenebit sacramentũ, licet peccet mortaliter si sit scandalũ, vel cõtẽptus, alias venialiter. vt inquit Iosephus in Flor. in princ. concl. 6. f. 4. Si vero id fiat ex errore vel lapsu linguæ, si sit tãta corruptio q mutet sensum locutionis, non vr confici sacramentum, & maxime id contingit in parte prin-

ci-

cipij dictionis, secus in fine, si dicatur, Ego te baptizo in nomine patrias & filias, &c. qa licet huiusmodi verba ex se nil significent tamē ex vsus accommodatione accipiūtur, vt significātia, vt inquit D.Tho.ibi ad 3. ut habetur in c.retulerunt. de consecr. dist.4. vbi papa de tali baptizato determinat tenere, tñ uel variatio sit in principio, uel in fine, si tollatur sensus, non perficitur sacramentum, ut in sequenti dicetur, & explicat. Sot.d.art.7.

Ex prędictis vltimo colligitur non licere aliqd addere vel minuere uerbis ĩ quib. consistit forma sacri, interrūpere, vel immutare. sub infrascriptis tñ dist. Notandū .n. ꝙ ecclesia mutauit aliqua circa sacra hac triplici cõditiōe. primo si pceptum finis sacri seruet. 2. si qđ mutat a Chro & Apostolis significetur esse traditū. 3. si id miraculo pbatur. Vnde rpe Cipriani, qa non erat nota hæc ecclesiæ potestas dubitabit, an aspergere sufficeret baptizādū, vel oporteret ĩmergere. vt vr significari. Io.3. tñ Cipr. ep.7. lib. 5. d. aspersionē esse Christi baptisma, quia vtroq; modo apostoli vsi sunt. Tria vero possunt mouere ecclesiā ad mutandum aliqua circa sacra, primo necessitas, vnde vt d.Cipr. ob eā cām aspersio est introducta, & eā ecclesia retinuit eadē durāte causa necessitatis. 2. ad determinandū aliqđ dogma, cõtra hęreses. ut d. Aug. serm.39. de verb. Dñi. 3. ad vitādū periculū, sic sustulit cōionē calicis in laicis ob periculū effusionis. Et primo aduertēdū ex parte ministri, nā si mutādo ñ intendit facere ꝙ facit ecclesia, nō cōficit sacramentum, si ex industria mutat verba ut errorē inducat, aut ille error est in forma, & non conficit, alias secus, licet peccet, Pal. in 4.d.3.q.1. de eo tñ qui ex industria mutat, nisi constet eum habere intentionem faciēdi ꝙ facit ecclesia iudicandum est in dubio ꝙ non confecerit sacramentum, si tamen minister presens interrogatus, dicat se intendisse facere ꝙ facit ecclesia secus est; vnde si hæreticus baptizet intendens facere ꝙ facit vera ecclesia, licet ettet quæ sit ista ecclesia, tenet sacramentum, secus si non intendat facere quòd facit ecclesia, quia aliud est quem esse hæreticum, aliud in sua administratione errorē impingere, quia primo casu tenet sacramentum, secundo non. Sot.4.d.1.q.1. ar.8. Ex parte vero significationis verborū, vel est corruptio, vel additio, vel subtractio, vel interruptio, vel verborum transpositio, quo ad primū si aliqd apponatur ꝙ sit corruptiuū sensus debiti tollitur veritas sacri, vt si Arrianus dicat, Baptizo te in noīe Patris maioris, & Filij minoris, vel si dicat, Baptizo te in noīe Patris & Filij, & Sp.S. ac beatæ Virginis intendens apponere Virginē personis diuinis, vt causam sacri non erit sacramētum; si uero apponit vt ītercedat pro baptizato erit sacrm, ꝙ si huiusmodi corruptio non tollat sensū perfectū, vt si quis dicat, Baptizo te in noīe Patris oīpotētis, Filij vnigeniti, & Sp.S. paracliti, erit sacramentū quia id est dogma catolicū, etiā si in fine dicat, Beata Virgo te adiuuet, quia nō inducitur virgo quasi eius noīe celebretur sacrm. Itē si quis corrumpat verba, vt si loco est, p velocitate dicat es, vel loco meā, dicat meū, vel meus, quia nō recte sciat proferre vel balbutiat, aut ignoret linguā latinam, erit sacrm, quia seruatur sensus si intēdat facere ꝙ facit ecclesia, vt in d.ca. retulerunt. Quo vero ad additionē & subtractionē si seruetur sensus idē est sacrm, vt si dicatur, Baptizo te in noīe Patris oīpotentis, & Filij sapientis, & Sp.S. boni, est sacrm, sic in minutione, si aliqd minuatur ꝙ non tollat sensum & formam sacri erit sacramentū, vt si dicat Hoc est corpus meum, omittendo .n. quia hmōi detractio non mutat sensū, sic si omittitur, Ego, ĩ baptismo, sed dicatur, Baptizo te, erit sacrm, alias secus, si mutetur sensus, vel īducatur error hæreticalis, vt supra, quia sic non intēderet facere ꝙ facit ecclesia. Quo vero ad mutationem, Si varietur forma in termino sinonimo, si nō varietur sensus, est sacramētum, vt si Hispa-

Forma sacramentorum, quō corrumpatur.

ne dicatur, este es mi cuerpo. vel mixim dicatur, hoc est mi cuerpo, qa seruatur idem sensus orationis, Vnde & si qua respublica imponeret nomina noua rebus, vt si statueret q̀ A significet patrē; B, filium; C, Sp.S. & quis diceret, Ego te baptizo i à b.c. esset sacramentum, quia non variatur sensus, nam illa vtēdum est voce in qualibet lingua, quæ illi est frequentior in vsu, Vnde & si quis absoluens Regem diceret, Absoluo Maiestatem vestram, vel Absoluo vos, esset sacramentum, vel si Episcopus diceret, Nos absoluimus te, esset sacramētum, similiter, si loco, verbi baptizo, diceret te abluo, vel tingo esset sacramentum, quia Roma.6. dicitur, baptizati estis, abluti estis, & Ciprianus epistola ad Cæciliū, verbum baptizantes mutat in tingentes. Secus si diceretur te mundo, vel purgo, quia id debet fieri per modum ablutionis. Valeret etiam sacramentum, si quis diceret, remitto tibi peccata tua, quia eo verbo vtitur Dominus. Ioan. vltimo. & etiam, si quis loco hoc, diceret istud est corpus meum, quia est idem sensus. Similiter si quis diceret, baptizetur Antonius, quia idem sensus retinetur, nec ecclesia id damnat, licet græci ea forma vtantur, & conficiant in fermentato, & ecclesia id tolerat. Quo ad interruptionem, cum in sacramento, sicut requiritur certa forma verborum, sic & cōtinuatio, ideo si interruptio tanta est vt tollatur intentio pronuntiantis, tollitur veritas sacramenti, secus si parua, nam interruptio vel fit per cessationem, vel interpositionem alieni verbi, aut negotij, per cessationem vt per moram magnam nil faciendo, & tunc si subsequentia verba non connectūtur, cum precedentibus non conficitur sacramentum, aut per tussim, vel quid simile non euacuatur sacramentum, Si vero per interpositionem alieni verbi, vt si dicto, Ego te baptizo, dicat ministro, da mihi sudarium, & sequatur, erit sacramentum, dummodo longam extraneamque non inferat orationem; & reliqua adiungat, quòd si dicto, Ego te baptizo, vadat domum, & multum immoretur, non erit sacramentum, quia non cōtinuatur forma, secus si parua sit morula. Et si dicto, Ego te baptizo, intenderet non baptizare, nō erit sacramentum, nisi pœniteat statim eius intentionis, & prosequatur.

Quo ad transpositionem, vt si dicatur, Te baptizo ego, vel in nomine Patris te baptizo, &c. vel in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, Ego baptizo te, erit sacramentum, quia nō variatur sensus, imo etiam si dicat in nomine Filij, & Patris, dummodo non intendat asserere, quòd filius sit principium patris; Cauendum vero ne transpositio mutet significationem, vt si dicatur, meum est hoc corpus, dubium est, quòd hoc non sit sacramentum, id enim videretur significare quòd corpus Christi esset corpus Christi, & non significaretur aliquid fieri corpus Christi.

At qui mutat formam ab Ecclesia ordinatam suo genere committit peccatum mortale, quia est sacrilegium sua natura; potest tamen esse veniali, vel quia tenuis sit corruptio, vel deliberatio non fuit plena, vel leuis negligentia, quòd iudicio prudentis committitur, nam si ex industria quis corrumperet formam vt vitiaretur sensus, esset peccatum grauissimum, & etiam si sit notabilis negligentia. Si vero negligentia sit modica erit veniale, & si casus repentinus occurreret ministro quo animus eius diuelleretur, licet formam omitteret nullum esset peccatum, vbi vero mutatio vel corruptio non aufert legitimum sensum, non est de facili quis de mortali damnandus, nisi ex contemptu vel scandalo, vel in re graui ordo & præceptum ecclesiæ uioletur, & ideo tutius est vt mulierculæ baptizent lingua vernacula, & vbi dubitatur an sufficiens forma

sit seruata in baptizãdo, est baptizãdũ sub cõditione, Si nõ ẽ baptizatus, &c. vt in cap.de quib.de bapt. cum in alijs sacramentis reiterabilibus nil referat reiterare formam. D Thom.& Sot.d. art.8.Alex.quæst.13.m.3.ar.3.D.Bon. 4.dist.3.1.par.Richar.ibi.art. 2.quæst. 3.Scot.& alij ibid.

Notandum etiam in Baptismo, Cõfirmatione, Ordine, Extrema vnctione, tutius esse applicare materiam durante prolatione verborum, ut inquit gl.in c.detrahe. 1.q.1.Maior.4.d.2.q.2 Caiet.q.l.1.q.16.quam expectare ꝙ sit finita forma, licet non sit id accipiendum punctualiter:sufficit.n.antequam applicetur tota forma, applicare materiã incipere, vel econuerso.vt ibi d.Gaiet. qñ vero forma interrũpitur quid iuris sit, sup.est dictum, vt.s.si tanta sit mora vt corrumpatur intentio, sacrm̃ non teneat,& quacunq; lingua forma proferatur, si sensus nõ corrumpatur sacramentum tenet.Silu.absol.1.q.5.

Ex his colligitur in sacris, præter verba, res, vel materiam & formã, requiri etiã ministrũ qui ea ministret; sic.n.diffinitum in Conc.Flor. dicto.§. hęc oĩa.d. hęc omnia sacramenta trib. perficiuntur, videlicet reb.tanquã materia, verbis tanquã forma & persona ministri conferentis sacrm̃ cum intentione faciẽdi ꝙ facit ecclesia, quorum si aliquid desit non perficit̃ sacramentum,& eum in oĩb.sacramentis cõuenire apertum est, excepto tñ matrimonio, de quo tñ supra dictũ est iure diuino cõtrahentes sibi inuicẽ esse ministros, iure humano adiectũ esse alterũ ministrũ.sess.24.In Trid.Cõc.& ita tenet Viuald.in Candelab. de sacr.mat.

Cõtraria tñ snĩa, ꝙ matrimoniũ vt est sacrm̃ requirat ministrũ, & verba ministri vt formam sacri quib. forma applicetur materiæ, quę est consensus contrahentiũ, probatur primo ex diffinitione sacri, ꝙ est vt sacrm̃ sit sacrum signũ, vt inqt Aug.de ciu.Dei,c.5.& in cultũ ac Religionẽ institutum, cum ergo matrimoniũ solis verbis viri & fœminæ ciuiliter cõtractũ, licet rei sacræ signaculũ sit, non tñ religionis opus sacrum sit, ergo non est sacramentum, sacrm̃ præterea oportet vt gerat similitudinẽ eius sãctificationis cui⁹ signũ existit, vt in baptizato lotio exterior significat lotionem interiorem a peccatis. vt d.Aug.ep.13.ad Bonif. sed matrimonium ciuiliter tantum contractum, nec sanctificationis imaginem gerit, nec ad sanctificãdũ sub quadam exteriori sanctitatis spẽ exhibet̃; pterea Conc.Flor.in vnione Arm.d.sacramenta tribus constare, rebus vt materia, verbis vt forma,& ministro, sed verba contrahentium, licet materia esse possint, forma non possunt, forma.n. ab agente existit in passum mediãtib. causis administris, Vnde sacramẽtorũ formę a Deo per sacrorum ministros in eos prodeunt qui sacramenta recipiunt, vnde licet materia sit res naturalis, forma tamen est res supernaturalis a Deo instituta, at verba contrahentium, te accipio in meam, naturaliã & vsurpata sunt ab oĩb.gentibus, ẽt quæ sine fide contrahunt̃. Hanc sentẽtiã ẽt ꝙ matrimoniũ non sit sacramentum sine ministerio sacerdotis, tenet Gul.p.lib.de sacr.tr.de Matr.c.9.q.1.& D.Th.4.d.1.q.1.ar.3.ad 5.vbi d.matrimonium sm̃ ꝙ est in officium & pęnitentiam sm̃ ꝙ est virtus non habere aliquã formã verborum, sed vt vtrunq; est sacrm̃ in dispensatione ministrorũ ecclesię consistens, vtrunque hẽt aliqua verba.& idem d.4.cont.gent.c.78. Calistus in epist.ad omnes Gal.episcopos. & habet̃ ĩ c.lotarius.31.q.2.& 30. q.5.per tot. De sim.c.cum in ecclesiæ. c.Religiosi.de priu. & Scot. idem seq. præterea sacramentum ex opere operato confert gratiam, vt sup. sed matrimoniũ occulte cõtrahentes nedũ gratiam non consequũtur, sed peccant, vt d.Pan.in c.1.de clãd.desp. & ita Canus late hanc opinionẽ defendit. de locis Theo.lib.8.de auct.Doct.Sch. Concil. autẽ Trid.sess.24.c.anathematizat dicentes clãdestina matrimonia cõsensu contrahentiũ facta non esse vera mr̃imonia donec ea ecclesia nõ irritarit.

In hac difficultate ſic videtur dici poſſe, ꝙ matrimonium factum ſine miniſtro ſacro ſit contractus ciuilis, & verum matrimoniũ prout eſt in officiũ, non tamen eſſe ſacramentum, nec cõferre gratiam. Ad Conc. Trid. ſine gl. tamen dici poſſe videtur ibi non agi de matrimonio, vt eſt ſacramẽtum, cum tamen appelletur matrimonium, ſed vt eſt ſolum matrimonium, & ſic in officium, ꝙ etiam graues viri conſiderarunt, & ideo nil innouauit in eo prout eſt ſacramẽtum, quia ſp miniſter ſacer a tempore Apoſtolorum, vt d. Canus, in eo eſt adhibitus, ſed innouat ſolum vt eſt contractus ciuilis, quia ante clandeſtine contrahentes poterant id matrimonium publicare, & facere vt valeret, ꝙ hodie non poſſunt, ſed requiriť a principio p̃ſentia miniſtri, & teſtiũ.

Ad ſacramenti autem eſſentiam cuiuslibet tria requiruntur neceſſario: Materia, forma, & miniſter, vt eſt diffinitum in Conc. Flor. ſub Eug. 4. & ſup. eſt dictum, de qualitate miniſtri, inf. dicetur, & intentione.

Et licet hęc opinio Cano habeat in ſe probabilitatem, contraria tamen ꝙ miniſter ſacer in ſacramẽto matrimonij, vt eſt ſacramentum, non ſit neceſſarius iure diuino, eſt magis communis & vera, vt diceť infra in ſacramento Matrimonij, quid vero egerit Concilium Tridentinum, in illo capit. ibi explicabitur.

De neceſſitate Sacramentorum. Cap. II.

Neceſſarium quot modis dicatur.

Notandum, ꝙ neceſſariũ diciť dupliciter, ex parte rei, vel de neceſſitate conſequentiæ, vt ſi quid Deus præuidet eſt de neceſſitate cõſequẽtiæ, Ex parte rei eſt duplex, ex ſe & in ſe, & ex alio, in ſe eſt ꝙ non põt ſimpliciter nõ eſſe, & hoc eſt ſolus Deus, ex alio vel effectiue, vel finaliter, primum dicitur violentiæ, ſecundum ſuppoſitionis, vt ſi quis pergit ad carcerẽ eſt effectiue neceſſarium violẽtiæ, vel quis vadit per mundum vt lucretur, hæc eſt neceſſitas ſuppoſitionis, & ex fine, & hęc vel ſimpliciter, vt ſine ea non poſſit haberi finis, vel ad bene eſſe, vt neceſſe eſt ꝙ quis manducet, vel ꝙ laute comedat; prima eſt finis ſimpliciter, ſecunda ad bene eſſe, vel vt quis ad inſulam accedat eſt neceſſaria ei nauis, & eſt neceſſariũ ſimpliciter, vel vt quis accedat Mediolanum cum equo eſt ad bene eſſe. Vel clarius. Neceſſarium vt per Ariſt. 5. metaphy. primo ſumitur pro eo ꝙ eſt abſolute neceſſarium, ſic dicitur neceſſaria reſpiratio animali, vt ſine qua non viuit, ſecundo pro expediẽte, & vtili, ſic equus dicitur neceſſarius ad iter faciendum, tertio ex ſuppoſitione dicitur aliquid neceſſariũ, vt ſi diceretur alas eſſe neceſſarias homini, ſi ſupponatur eũ volaturum; primo modo ſacramenta nõ ſunt neceſſaria, nam vt d. D. Aug. 13. de ciuit. Dei. ca. 4. nec Chriſti incarnatio fuit abſolute neceſſaria, & ſic neceſſarium ſumitur hic pro neceſſitate conſequentiæ non abſoluti, & etiã hic neceſſarium ſumitur pro conuenienti.

Prima ergo ſit concluſio, Sacramẽta ſunt neceſſaria ad ſalutem hominis acquirendam ex ſuppoſitione, non ſolum, quia ſint ſigna, vt dixit Calu. in ſua prima inſt. Chriſt. & Bucer. in ep. ad Rom. c. 3. ſed ẽt ſine quibus humana ſalus non habetur. Rurſus cum ſint ſeptem ſacramenta in eccleſia nõ omnia abſolute ſunt eque neceſſaria ex ſuppoſitione, ſed tria tantum baptiſmus, pęnitẽtia, ordo ſacer, primus ſimpliciter eſt neceſſarius neceſſitate finis; ordinarie enim non poteſt haberi ſalus ſine baptiſmo, at pęnitentia ſuppoſito peccato mortali eſt neceſſaria, ꝙ ſi peccatum auferatur nõ eſt neceſſaria poſt baptiſmũ, & hæc pęnitentia eſt ſecunda tabula naufragij, dicitur etiam ſecundus baptiſmus, ſacer ordo nõ eſt ſingulis Chriſtianis neceſſarius ad ſalutem, ſed Reipublicæ Chriſtianę eſt neceſſarius, quia cultus diuinus

Sacramenta ſunt neceſſaria.

eſt

est exhibendus & exercendus necessario in Christiana Religione, secundo si duo sacraméta præcedentia sunt necessaria; etiã sacerdos & minister qui habeat facultatem ea administrandi. Matrimonium vero est necessariũ ad prolem propagandam, in qua cultus Dei etiam amplietur, non est aũt simpliciter necessarium, cætera sacramenta etiam sunt necessaria necessitate pcepti. i. ex superioris imperio recipiẽtis, sic Eucharistiæ sacramẽtum necessarium est vt sumatur semel in anno. c. omnis vtr. sex. de pœnit. & rem. non finis necessitate, sed præcepti, id enim ex præcepto tenetur quisq; facere singulis annis; probatur autem conclusio, q sacramenta sint necessaria ad salutem consequendam. Ioã. 6. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. & Io. 6. nisi mãducaueritis carnem filij hominis, &c. & Luc. 13. nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis; Iacob. 5. cõfitemini alterutrum peccata vestra vt saluemini. Conc. Tr. sess. 7. can. 3. de sacramentis in genere, vbi d. sacraméta esse ad salutem necessaria, licet non omnia singulis. Et in Conc. Flor. sub Eug. 4. in vnione Armenorum. Areopagita lib. Eccl. hier. c. 2. August. 19. contra Faustum. cap. 11. docens in omni Religione necessarium fuisse visibile signaculum. i. sacramentale vinculum, vbi valde commendat sacramentalem virtutem, quæ cõtemta facit sacrilegos, & sine qua perfici non potest pietas, sic ep. 118. & c. multi. 1. q. 1. ex Greg. Ambr. de Sp. sancto, hoc idem Vgo de S. Vict. primo de sacr. p. 9. c. 5. Ratio sit, media sine quibus parari finis nõ potest, sunt necessaria, talia sunt sacra ratione nostri finis, ergo, maior patet Matt. 28. vbi dicitur baptizantes, & docentes eos seruare omnia &c. sed Dominus iussit omnes baptizari; & alia sacramenta suscipere. ergo. secundo. Mar. 16. qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, ergo. Io. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, vbi si necessaria est peccatorũ remissio, certe est necessarium sacramentum pœnitentiæ. Item nascimur peccatores, vt ergo fiamus filij Dei, & cœli hæredes debẽt esse media aliqua, sed præter sacramenta nulla alia sunt constituta in ecclesia, ergo. Si dicatur baptismum esse necessarium ratione finis, non Eucharistiæ sacramentum, at Io. 6. eodem modo docuit vtriusq; necessitatẽ sacramenti, Nisi manducaueritis, &c. Resp. D. Th. ex Aug. super Io. eam necessitatem intelligi de spiritualis manducationis necessitate, crede & manducasti; Item notandum duplicẽ esse necessitatem finis & præcepti, nos dicimus Eucharistiã esse necessariam necessitate præcepti semel in anno, nõ finis; pueri enim sine viatico saluantur; Baptismus autem est necessarius ratione finis, nam vt d. Sotus loco inf. allegato, cũ baptismus sit ianua ecclesiæ Christi, est medium primum quo incorporamur Christo, & per quem primo gratiam assequimur, & inchoamus primo spiritualem vitam, & ideo est necessarius absolute ex sua naturã, Eucharistia vero est quasi consummatio & perfectio baptismi, & ideo satis est si habeat in voto, per baptismũ regeneramur in Christo, per Eucharistiam nutrimur spiritualiter, & augemur in gratia, quæ auctio & nutritio gratiæ non est necessaria existenti in gratia de necessitate salutis.

Secunda cõclusio, fuit conueniens sacramenta in ecclesia constitui, probat Aug. loco supra cit. & Areop. ca. 1. eccl. hier. D. Th. 3. p. q. 61. ar. 1. nam decet diuinam prouidentiam ita cũ homine concurrere ad finem acquirendum vt hominis natura requirit, sed hominis natura cum constet anima & corpore requirit vt per sensibilia ducatur ad intelligibilia, & per ea suum finem consequatur, ergo Deus debuit dare ea media homini quæ constarẽt ex sensibilib. & tẽporalibus, talia sunt sacramenta, ergo, secundo decuit hominem sanari in ijs in quibus erat vulneratus, in sensibilibus erat saucius, quia homo peccãdo subditus fuit cor-

pus, ergo per eadem debuit in Deum reduci. tertio ex studio humano, nam homo post peccatum circa corporalia delectatur, ergo vt vitet noxia præben tur ei sancta exercitia corporalia sacramentorũ. ita D.Th. Vlterius si debuit esse vinculum aliquod in ecclesia certe debuit esse manifestũ ijs qui debent colligari eo vinculo, sed spirituale vinculũ non ita oĩbus potest esse ma nifestum, vt sensibile, ergo præter spirituale vinculũ debuit esse sensibile, vt sunt sacramenta. 5. post peccatũ homo maxime fuit deditus sensibilib & quia etiam constat sensibili natura, ideo libentius Deum colit in sensibilib. quã in spiritualibus, ergo debebant signa sensibilia dari. 6. Gul. par. tract. 1. de sa cr. c. 4. ecclesia Dei dicitur similis tem plo sacrato Deo, vt 1. Cor. c 3. & 5. & ciuitati. Math. 15. & domui priuatæ. 1. Tim. 3 & gregi ouiũ Ioã. 10. Ego sum ostium. & exercitui. Eph. 6 & cano. 6. ex his colligitur conuenientia sacramentorum in ecclesia Dei, templum enim nemo intrat nisi sanctificatus, vt est in lege, ergo debuit esse purificat⁹ qui intrat Dei ecclesiam; purificatio vero fiebat per quid sensibile, hoc est sacramentum, ergo, in templo omnes associanť, sic sensibili vinculo exterius debent vniri Christiani. i. sacramẽto, vrbs constat lapidibus politis, sic eccle sia hominibus purificatis ab infidelita tis errore, qui donatur vrbe accipit signum exterius sensibile quo noscať a ciuitate, ergo qui iungũtur Dei ecclesiæ dñt habere signum, ex quo cognoscanť. In familia etiam bene ordinata pater familias officia oĩb. partitur, & signum dat aliquod exercẽdi officij, sic in Ecclesia Deus pater familias dat signum exterius. Grex ab altero distinguitur signo sensibili, sic Christiani debent distingui a cæteris natio nibus aliquo signo. Sic de signo & tessera militum exercitus, quibus milites vnius dignoscuntur a militibus al terius exercitus.

Aliæ ratio, conditio humana postulat ut quoties accipit promissiones signo aliquo externo firmentur, sic vagamur incerti de remissione peccatorum semper donec confiteamur, quasi accepto signo ea dimissa esse peccata; In veteri uero lege Deus semper aliquo signo suas promissiones confir mabat, ut in Exodo, de potestate data Moysi, Exodi septimo, Leuit. 9. Deut. 4 vltimo Iosue data potestas firmata, & 3. Regum, cap. 4. instituit externam vnctionem regalem in signum potestatis regiæ. hoc autem fit, quia sicut cum auxilio diuino homo recipit om nia, nec certus est donec hic naturali modo intelligẽdi nõ fuerit adiut⁹, ita & hic, & sic docet Chris. Sacramentũ esse aptum nostro mõ intelligẽdi. Alia Clem. Alexan strom. 5. dicit, necessaria fuisse sacramenta, ut diuina secreta reuelarentur sub velaminibus, significato ueli quo operiebatur tabernaculum legis, more Pitagoreorum qui ve labant sua misteria Physica multis inuolucris, iuxta illud Matth. 7. Nolite margaritas mittere ante porcos. item ad uitandum ocium data sunt sacramenta, ut se homo exerceret in diuino cultu, si enim non essent, otiosus esset homo secundum corpus, & anima tantum coleret Deum. Rursus per sacramenta homo humiliatur; peccauit enim superbia, hinc rident nos gẽ tes ꝙ colamus sacramẽtorũ sensibiles res, & male, ut alibi referť. Sic Cyrill. contra Iul. secundo tenetur Deum colere homo & mentis actu & corporis, ideo data sacramenta in quibus exercemus utramque potentiam, sic tenemur etiã bonis externis corporis & animæ honorare Deum, Scoti hæc ratio est. 4. 5. distinct. 1. quæst. 3. quia consuetum est nostræ humanæ naturæ, duci ad cœlestia per sensibilia; ideo Gul. par. dicit, deuotionem nostram maxime adiuuari exercitio sacramentorum, exemplo Dauid qui ex citabat animum suum dulci sono citharæ ad prophetandum. August. ep. 109. docet sacramenta esse ut facultas & tubas bellicas; animus enim accenditur in Deum ut igne, & ut tuba ad bel-

bellandum contra dæmones. D. Bonauent. d. per sacramentum mirandam Dei potentiam ostendi, quòd per sensibilia, & vilissima elementa possit producere nobilissimam qualitatem spiritualem quæ est gratia, & sapientiam qui contrario medicamento sanet hominem qui peccarat in sensibilib. & iustitiam qui homin.m humiliauit sub sensibilib. q voluit tolli supra diuina, & misericordiam; homo enim per sacramentum induit Christum, & nomen honoratissimum.

Hæretici dicunt non fuisse conueniens sacramenta dari in quibus nostra salus ponatur, nam dicit Christus Math. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, non sumi sacramenta. Resp. inter mandata Christi, esse hoc præcipuum vt & sacramentis vtamur, legatur Euangelium, vt supra, habemus etiam in mandatis Christi, vt seruemus traditiones. Marc. 7. inter quas hæc est sumendi sacramenta. Si dicatur, saluatur quis sine sacramētis, vt Abel, Noe, ergo non sunt necessaria. Respondetur, non dici sacraméta ita necessaria, vt Deus sua vi nequeat sine illis saluare, sed ordinarie non saluantur homines sine illis vt apparet in Euangelio, Tum si quid alicui factum est ex priuilegio non debet inferri, ergo omnes saluantur sine sacramento. Rursus dicunt hæretici ex veneratione Sacramentorum, multa mala oriri, si ponamus nostram salutem in sacramentis, ergo & nostram spem, at maledictus est qui ponit suam spem in creatura etiam homine inferiore. secundo trahimur quasi inuiti ad Idolatriæ cultum, adoratur enim panis in sacraméto. Resp. sacramentum nos non dicere esse id tantum q est signum sensibile, sed in sacramento includimus etiā virtutem diuinam, ideo nostram spē non ponimus tñ in sensibilib. elemētis, sed in virtute supernaturali, & in sanguine Christi, qui vt in marsupio est in sacramentis, eāq; etiā virtuté in eis contentam veneramur, quæ solutio est D. Aug. lib. de catech. rud. c. 10. Dicunt ēt non esse decēs hoīem natura superiorem se subdere elemētis insensibilib. & inferioribus. Resp. diuina sapientia factum vt ijs homo se subdat, quib. se voluit exaltare.

De necessitate Sacramentorum in statu Innocentiæ. Cap. III.

IN hac q. Alen. 4. p. quęst. 1. & Dur. 4. 5. distin. 1. q. 2. dicit in eo statu etiam fuisse necessaria, qnia tūc etiam fuit opus protestari, & profiteri Deum, ad hoc vero sacramenta sunt conuenientissima, ergo. 2. erant homines edocendi res supernaturales, sed finis sacramentorum est huiusmodi, ergo. Contrariū tenet D. Th. 4. 5. d. 1. q. 1. ar. 2. q. 3. & hic q. 61. ar. 2 3. p. d. tunc non fuisse necessaria, quia vel vt delerent peccatum, sed tunc non erat, ergo, vel ob augmentum gratię, vt in ea homo proficeret, & perficeretur, sed nec hoc, nā tunc tales fuissent homines, vt habuissent potentias inferiores subiectas rationi, & corpus animæ, sed secundum hunc ordinem potentiarum animi & corporis homo sine sacramentis potuisset proficere in eo statu & in gratia perfici, ergo, imo fuisset cōtra hunc ordinē ut hō suā perfectionē quęreret externe ab elemētis quā intrinsece ex se hēre potuisset, pugnātā Thomistę an id contigisset in solo Adamo, vel in oī ex eo in illo statu descēdēte. Pro veritate notandū, nō qri an ad remediū pcti tunc fuerint sacra necessaria; sic in. est clarū nō fuisse necessaria, sed an ob aliquē aliū finē fuissent necessaria statui innocētię, si dicat i illo statu Innocētię hoiem venialiter potuisse peccare, & sic necessaria fore ad delenda peccata venialia. Resp. i illo statu ob illū ordinem potentiarū hoies nec venialiter peccasset, & si fuisset peccatū veniale ad eius remissioné nō fuissent sacramenta necessaria, nā veniale non tollit gratiam, ergo, & ēt cum tollitur veniale nō est opus noua gratia introducenda, at sacramentum ordinatum est

est ad introducendum in animo gratiam, ergo si dicatur fore necessaria, vt se homo seruaret in gratia, & vitaret pericula peccandi. Respond. Dur. potuisse hominem seruari a peccato in gratia solis internis auxilijs & donis à Deo acceptis, si ijs bene voluisset vti; secundo cum dicitur necessaria, vel non necessaria fore sacramenta, non dicitur de potentia Dei absoluta, sed de ordinaria est sermo.

Necessaria fuere sacramenta in statu innocentiæ. Prima conclusio, Sacramenta in eo statu non fuissent necessaria proprie sumpta. vt d. D. Tho. d. quatenus sua vi referuntur ad gratiam gignendam, habent enim sacramenta nostro modo vsurpata, vt sint remedia & arma, vel ne peccemus, vel vt tollatur peccatũ, & sic non erant necessaria, habent etiã vt referantur ad nostram humiliationem ad fidei & Religionis protestationem, nec sic dicũtur fuisse necessaria, quia sua originali iustitia potuisset se homo ducere ad gratiæ perfectionẽ, & Aug. contra Faustum, lib. 9. ca. 13. d. data nobis sacraméta ob statu nostri imperfectionem vt perficiamur, at ille status erat perfectus in quo homo se potuisset ducere ad perfectionem sine auxilio sacramẽtorum, sic Bas. Exam. Aug. 13. de ciu. Dei. c. 20. Greg. Moral. 18. cap. 13. 15. vbi d. multa quæ nobis nunc sunt necessaria, tunc non fuisse. Illos vero fines Durandi potuisset homo sine sacramentis multis modis assequi, & sic prima sententia sublata est. De sacrificio vero ꝙ & ipsum est in sacramentis si fuisset necessariũ in eo statu, cum sacrificiorum finis sit expiatio peccatorum, & pro eis satisfactio, dicendum, nõ fuisse in eo statu necessaria. Est alter finis sacrificiorum vt arceatur populus a falso cultu Idolorum & falsorum Deorum; tertio vt electus Dei populus exerceatur cultu externo erga Deum, Inst. Mar. in Tripho. indicat hos duos fines, & lib. 9. Cir. contra Iul. Ireneus addit alium finem, vt populus institueretur per sacrificium legis ad amplectendum sacrificium, ꝙ erat Christus daturus. c. 18. 30. 32. Ire. contra Valent. & Tert. 2. contra Marcionem. Aug. 10. de ciuit. Dei. c. 4. & Ps. 17. in verba, & oblationem noluisti; & Psal. 90. sed tamen ob hos fines non erant necessaria sacrificia, per gratiam enim & originalẽ iustitiam homines erant ita edocti de Dei cognitione vt non possent errare in ea re, multis etiam alijs modis cultum illum externum potuissent homines exercere; de vltimo fine, secundum tenentes Christum non venturum si Adam non peccasset, certum est non fore instituendũ sacrificium, secundum vero contra tenentes alio modo potuissent etiã edoceri futuri Christi sacrificium, si dicatur matrimonium tunc fuisse, ergo d. Sotus ꝙ erat in officium tantum non in remedium, ideo non fuit sacramentum, & licet significaret Christi cum ecclesia coniunctionem, non tamen erat sacramentum, quia prima significatio id non agebat, vt censeretur sacramentum.

Secunda cõclusio, & si post lapsum fuerit cõueniens institui sacramenta, tamen erat conueniens etiam in statu innocentiæ institui aliquod sacramẽtum; post lapsum enim est institutum ob finem principalem, idest in remedium peccati, quem finis in eo statu non habuisset sacramentum. Et licet eos fines qui sunt sacramento propositi, potuisset homo sine sacramento assequi, conueniens tamen fuit, vt consequeretur etiam eosdem per sacramenta & sacrificium, sicut per baptismum solum potest homo suam salutẽ assequi, & per pœnitentiam post baptismum, tamen fuit conueniens esse in ecclesia etiam alia sacramenta; quæ vero in contrarium adducũtur, probant tantũ sacramenta non fuisse necessaria, non autem probant non fuisse conuenientia.

De fide an fuerit necessaria in statu Naturæ. Cap. IIII.

Fides an fuerit necessaria in statu Naturæ.

QVæstio est an satis fuit homini in statu naturæ legis credere in Deum q̃ sit, & q̃ est remunerator, an etiam fuit necessaria fides Christi venturi. Ioã. Chrisf. hom. 20. in Math. c. 11. d. q̃ non, sed satis esse credere q̃ Deus est; & hom. 2. de Lazaro. d. Lazarũ fuisse ante Euangelium, & saluatum esse sine fide Resurrectionis. Iust. mart. lib. q. 8. a gen. propositarum. d. multi fuerunt Christiani, quia iuste vixerunt, vt Socrates, Eraclitus, & lib. de Monar. d. saluos esse tum quia iuste vixerunt, & Deũ crediderũt, Dur. 3. sen. d. 21. q. 1. sequitur hanc sententiam, & Tostad. in Gen. c. 2. q. 4. in 17. Gen. allegant. P. Rom. 1. d. non glorificauerunt vt Deum cognouerunt, ergo hæc duo sufficiunt, de fide vero nulla fit mentio in causa damnationis, ergo fides non erat necessaria. Idem Dion. lib. eccl. hier. d. Deum dedisse Angelos pro Doctoribus, Hebræo & Gentili populo vt abdicarẽt a falso cultu Deorum, & esse tantum damnatos qui vitijs se dediderunt; secundo Deus non exigit ab homine q̃ est impossibile præstari, sed homini est impossibilis cognitio Incarnationis Christi sine speciali auxilio, ergo, cum & in lege veteri sufficeret credere ea quæ credenda proponebantur, & Aug. de prædest. sanct. d. Cornelium fuisse gratum Deo antequã crederet in Christum; & videtur sequi Alexan. lib. 5. & 6. strom.

Contraria sententia est D. Aug. qui d. post lapsum fuisse necessarium credere in Christum Redemptorem, & Saluatorem, ita d. 18. de ciu. Dei. c. 47. & lib. de gratia Christi a cap. 7. ad 17. De natura & gratia, a c. 1. ad 5. de peccato originali epist. 147. lib. de nupt. & concupis. 2. c. 12. de prædest. sanct. c. 7. de correptione gratiæ. c. 7. ep. 47. 49. q. 4. Vgo idem tenet in Dialogo Magistri & Discipuli. Rationibus confirmatur, primo, nam omnes Patres qui in Scriptura leguntur esse saluati, habuerũt veram cognitionem de incarnatione Christi, ergo verisimile est saluos esse per hanc cognitionem, antecedens patet ex Gen. 3. inimicitias ponam inter te, &c. ipse cõteret caput tuum, & multi Patres censent Adam quasi cecidisse in desperationem ob peccatum, nisi reuelatione misterij consolaretur; & Gen. 21. in semine tuo benedicẽtur omnes gentes, Iacob, Isaac etiam meminit Paulus. Iob gentilis, vt patet. ca. 19. habuit hanc cognitionem incarnationis Chri; Secundo si sine fide Christi potuissent Pres saluari, gratis Christus fuisset mortu9. Gal. 2. & 3. c. d. Paulus hæreditatem esse dandã credentibus in Christum per fidem. ergo, tertio patet in scriptura nullum potuisse saluari sine sanguine Christi, Rom. 3. & 5. cap. 1. Cor. 15. Act. 4. non est datũ aliud nomen hoĩbus in quo oporteat saluari, ergo erat eis necessaria fides in Christum vt saluarentur; sic tenet Mag. 3. lib. dist. 8. vbi Pal. Ric. de Media Villa, & Alb. q. 4. confirmat anthoritate Greg. hom. 17. in Ezech. vbi d. omnes qui in Iudęa fuerunt iusti, & nunc sunt crediderunt in Christum, & qui præibant, & qui sequebantur, vnde ad Centurionem missus est Petrus qui eum erudiret in fide Christi, cum nõ satis esset fides in Deum, & Philippus ad Eunuchum, Candacis Reginæ, vt sic saluaretur. Act. 8.

Pro solutione, Notãdum, duplicem esse fidem, implicitam & explicitam, & dupliciter potest intelligi, primo modo vt sit fides in habitu non in actu, vt puer qui baptizatur ante vsũ rationis habet fidem in habitu, nõ autem actiones potest fidei exercere, qa caret vsu rationis, secũdo modo cum aliquid cognoscitur & creditur in vniuersali, sub quo multa alia credibilia continentur, & huic fidei implicitæ respondet fides explicita. i. cognoscendo credibilia in particulari, sicut illi priori respondet fides in actu postquam

adest

adest vsus rationis; tertio certum est in omni statu post lapsum fuisse necessariā quandā fidei mēsuram aliàs salus nulli esset. Heb. 10. accedētem ad Deū oportet credere, & quod sit remunerator; hæc enim est mensura huius fidei. Authores op. citatæ non discrepant in hoc fundamento, neque Chrisost. Sed quæstio est, vtrum hæc fidei mensura satis esset alicui statui ad salutem assequendam. Chriso. concedit hanc esse sufficientem Iudæis & gentibus, & in statu naturæ. Aug. lib. de præ dest. sanctorum. ca. 7. exponit illud de Centurione exemplum, vt ostēdatur eius fides non fuisse sufficiēs, ideo ad ipsum missum Petrum, & lib. 1. ad Simplic. ca. 2. d. quicquid vnquam fuit necessarium ad salutem totum datum a Christo. Rursus in hac q. multa sunt certa sine Patrum cōtrouersia. primo omnes qui saluati sūt post lapsum meritis Christi saluos esse, & probatū est in incarnatione, vbi dictum Christum esse redemptorem vniuersalem, & Io. 1. Agnus Dei qui tollit peccata mundi. secundo omnes qui sunt iustificati, & iustificantur, omnes per Christum iustificatos & iustificari, Rom. 3. quem posuit propitiatorem, &c. Controuertunt tamen Patres an hæc fides sit implicita, vel explicita secundo modo, & hoc modo tractatur quæstio. tertio, certum est in omni statu alicui reuelatum esse incarnationis misteriū. Adā, inimicitias, &c. Gen. 3. Abraham, vt supra, & Patriarchis omnibus, de quo d. Io. Apoc. 5. qui agnus occisus est ab origine mundi, vbi id exponitur, ꝙ misterium passionis Christi a principio mundi hominibus est reuelatū. Iob ét & gentibus. Iob 17. 19. dicitur etiam reuelatio facta Sibillis, de quib. Aug. 15. de ciu. c. 23. & lact. de diu. inst. & D. Th. hoc approbat, 1. p. q. 3 2. art. 1. & 1. 2. q. 2. ar. 2. ad 3. & Christus d. quæcunque scripta sunt in lege, prophetis, & Psalmis &c. Luc. 24. quarto omnes qui bus facta fuit explicita reuelatio hui⁹ misterij, explicite tenebātur credere. Sic P. Act. 9. d. se non potuisse reuelationi factę sibi nō assentiri. His positis.

Prima conclusio, sententia D. Aug. est probabilis, vel ob eius authoritatem, & quia rationes contra allatæ facile soluuntur; Illud enim de impossibili soluitur, ꝙ Deus non exigit ab homine, ꝙ ei est impossibile, sed voluntatem ad assentiendum ijs quæ fuerint reuelata, & faciant homines tantum ꝙ in se est, talibus eīn non deest Deus, nec deerit reuelare ea quæ ad salutē assequendā sunt necessaria, & hoc interius reuelādo, vel per Angelum, vel per hominem monendo. Ad illud Cornelij exponitur, ꝙ sicut habuit aliqualem fidem in Christo, ita aliquam virtutem, & iustitiam erat assecutus, quæ cum esset & fides & iustitia imperfecta debuit perfici, & factum est per sanctum Petrum. Cōfirmatur opinio Augustini, authoritate Hiero. 4. con. Val. c. 1. & 40. qui d. eādem fidem fuisse sanctorum Patrum, & nostram, & Euseb. 1. hist. eccles. 1. cap. Epiph. 1. con. hæreses. Aug. tract. 48. in Io. lib. 2. con. epistolas pelib. capit. 37. Psal. 73. 77. 2. lib. con. Pelag. & Cælest. c 25. idem habet.

Secunda propositio, probabilis est sententia Chris. i. fidem explicitam in Christo non fuisse omnibus, nec semper necessariam, satis fuisse autem implicitam modo explicato. Sic Ambr. 1. de vocat. gent. c. 5. & 2. c. 1. & 5. D. Tho. Dur. 3. d. 2. q. 1. explicatur autem sententia sic, cum dicitur fides implicita satis esse ad salutem, non intelligitur cognitio naturalis aliqua de Deo, sed cognitio habita per donum fidei supnaturale, ratio est, quia per solam naturalem cognitionem constat nullum posse saluari, vt Sap. 9. quicunque tibi placuerunt per diuinā sapientiam placuerūt, & alibi, Mitte illum nobis de cœlis sanctis tuis. Es. 45. & 1. Rom. iustus ex fide viuit. & Heb 9. Abac. 2. Roma. 3. iustitia Dei per fidem, & Gal. 2. neminem posse iustificari, nisi per fidem, & credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. c. 3. Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere, ei P. Aug. d. si sola naturalis cognitio

gnitio satis esset ad salutem Christus esset mortuus gratis; Constat etiã hominem per peccatum amisisse aliquod donũ supernaturale quo intellectus ꝑficiebatur, vt docet Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 3. & 19. primo retract. 8. 9. 16. ca. 6. contra Iul. c. 5. hoc autem supernaturale amissum homo suis viribus asseq non potest, ergo donum fidei necessarium. August. epi. 47. citat quatuor Cõcilia prouincialia, quæ dicunt naturali cognitione non esse salutem. Conc. Mileu. can. 8. Concil. Numidię, Africanum, & Cartaginense. & damnata hęresis Pelagij qui dixit per vires naturę solas posse homines saluari. si dicatur satis esset cognosci, quòd Deus sit, & quòd sit remunerator, ideo fide non opus esse, quia hæc naturaliter cognoscũtur. Respond. non differt mea sententia ab opinione Augustini; fidem enim exigo vt & ille, & quo soluendum argumentum illud, Deus nõ exigit impossibile, ergo, cũ constet nos fidem habere nõ posse nisi a Deo infundatur. Resp. ad secundum, Aug. ita fidẽ requirit, vt velit explicitam fidem in Christum nos implicitam tm̃ in Christo; ad tertium dr̃ Deum exigere a nobis vt hanc cognitionẽ naturalem bene impendamus, ad exercitiũ Dei cultus, & sic si sapientes qui hæc cognouerunt, Deum glorificassent bene viuendo, donati essent gratia a Deo, & salui facti fuissent, hoc autem exigere non est impossibile. D. Thom. 2. 2. q. 3. declarat rem dicens, Deum promouere omnia creata ad suum finem iuxta vires & modum rei conuenientem, & quia homo constans animo & corpore, non potest habere collocatum suũ finem in naturalib. ideo Deus hoĩem ĩ suũ finẽ promouẽs, dat ẽt media supnaturalia, vt donũ fidei & alia. Ad primũ dr̃, primo naturaliter posse quidẽ haberi talẽ cognitionẽ, sed non esset sine hęsitatione ita naturalis tm̃, ideo non est satis ad saluan. sic Iust. 2. apo. & oratione paren. ad gẽtes. Cle. 5. strom. Aug. de ciu. Dei. 2. c. 7. & li. 3. c. 17. & d. Aug. d. nõ posse homines naturaliter sine Dei auxilio ꝓponere sibi vt vltimũ finem Deum, qui nisi proponatur quasi vltimus finis, non saluatur quis, ergo naturalis cognitio non saluat, Dr̃ enim fides iustificare, quia teste Aug. prima datur, & per quam alia necessaria ad salut ẽ impetramus, est. n. ianua adeundi Christum. Probatur modo conclusio, quia nos non cogimur recurrere ad miracula cũ hoc sentimus in iustificatione sicut cogũtur authores alterius sententiæ. Et satis est nobis dicere hominem in illa lege posse iustificari modo quasi naturali ꝓprio illius legis, vt cum non essent capaces tũc homines apertioris reuelationis, saluentur per eam naturalẽ, sicut nũc pueri baptizati iustificantur; sicut etiam per ænigmaticam fidem in Christum implicitam homines illius legis iustificabãtur. Itaq; tres modi sunt iustificationes, imperfectissim⁹ est legis naturę, magis perfectus legis scriptæ, perfectissimus vero noster; Cõstat in scriptura gentes exclusas a vera cognitione Dei, quam Israel habebat, Deuter. 3. Leuit. 19. 20. non ita tamẽ sunt exclusi vt eos omnino reijceret a salute Deus, vt 14. cap. Actor. patet: quarto non uidetur conuenisse legi naturę habere cognitionem explicitam reuelatam; si enim erat lex naturalis, non erat hominibus illis imposita alia lex supernaturalis, non tamen excluditur quosdam per priuilegium potuisse habere explicatiorem cognitionẽ de Christo. Confirmat̃ ex Ciril. li. 3. d. Iudęos fuisse Dei filios primogenitos, habuere ergo alios fratres. i. populos, qui poterant & ipsi saluari, & Ro. 2. cũ .n. gentes naturaliter ea q̃ sunt legis. i. bona opera faciunt, & ipsi sibi sũt lex, ergo saluari pñt. Iust. 2. apo. vbi d. multos fuisse Christianos, non tñ extimatos, & quosdã extimarat esse saluatos, vt Socratem. Idem fere in Dialogo cõtra Tripho. vbi etiã d. in resurrectione multos ex gentib. salutẽ esse consecutos, & d. pro ijs Socratem mortuũ esse, pro quibus martyres sunt mortẽ perpessi, & hoc d. in illa 2. apo.

Ad

Ad argumenta Augustini de fide implicita. locus Clementis potest exponi, primo per eos qui sunt in inferno intelligi a Clemente eos qui erant in tenebris ignorantię infidelitatis, & deditos Idolorum cultui, & omni vitio, ꝙ patet, quia eos vocauit homines qui sunt in tenebris, & mox ꝙ dixerat de Christo, dicit de Apostolis, ꝙ dicit descendisse cum Christo ad inferos, & prædicasse, constat vero eos non descẽdisse ad infernum, ergo illos homines intelligit quibus Christus, & Apostoli prædicarunt. secundo descendisse ad limbum, & reuelasse ijs qui ibi erant aperte misteria incarnationis, & quæ implicite ante cognoscebant, sicque dicuntur illustrati & saluati, Ad Theophil. dicitur esse mendam in scriptis eius, & corrigẽdum; dicẽdũ enim est, erat saluaturus eos qui in ipsum crediderant, cum crediturì erant. Vtraque vero opinio conciliari potest, vtendo mea distinctione, Aug. velle fidem explicitã vel implicitam, prout natura requirit cuiusuis status & hominis. Idem Chris.d. satis esse ꝙ sit fides ꝙ Deus sit & remunerator, nã de rigore nec nũc de omnibus est necessaria fides explicita cuilibet Christiano. Et Sotus tenet, probabiliter solã eam cognitioné naturalem ꝙ Deus sit & remunerator, fuisse satis in statu naturę ad salutem, quia omnia fidei misteria in illis duobus continentur, in primo q̃ ad Deum pertinent, in secundo quæ ad Christi incarnationem, quia aliter excluderẽtur a salute quibus nulla reuelatio fidei est facta, ꝙ videtur contra diuinã bonitatem, quæ ex se nullum excludit a salute, probat ex Ieron. in 2.c.ad Galat. qui dicit, satis esse quæ cognoscere poterãt naturaliter, ijs hominibus ad salutem, adiutis tamẽ Dei auxilio, & etiam quia requireret impossibile Deus ab homine, sed quia id videtur sapere hæresim Pelagianam, excludere. s. omne lumen supernaturale fidei.d. Domino: nemo venit ad me, &c. & P. non sumus sufficientes, &c. correxit ergo se Sotus videns periculum, d. eam cognitionem naturalem esse pręparationem quandam ad fidem recipiendam, vt operatio secundum illam cognitionem fuerit quasi meritũ, quo congruum erat Deum concedere ijs hominibus sua dona necessaria ad salutem, quia fecerunt ꝙ in se est; hancq. diffuse tractat ad partes Canus. de sacramentis in generali. 2.p.d. primo fidem Christi implicitam in oĩ lege fuisse hominibus necessariam ad salutem non autem explicitam, secundo quòd post lapsum fides Christi saltem implicita fuit semper hominibꝰ necessaria, tertio ꝙ post Euangelij diuulgationẽ fides Christi explicita est ad salutem omnibus necessaria, quæ pluribus rationibus, & auth. probat. per Aug. contra ep. Pelag. c. 21. & in Io. tr. 45. & ep. 157. ex scriptura. 1. Corinth. 10. Rom. cap. 3. scilicet in secunda conclus. tertia conclus. probat. Marc. vlt. ex Bernard. ad Vg. epist. septuagesimaseptima, Ioan. 3. 6. 10. 14. 17. Act. 7. 16. ad Rom. cap. 10. in simbolo Athan. cap. firmiter. de summa Tr. Conc. Floren sub Eug. 4. & vbi Euangelium non est publicatum si iuste non viuẽt, certum est, si secus, Deus eis ꝓuidebit de fidei instructione. D. Th. 3. d. 25. q. 1. ar. 1.

Deueniendo autem ad q. principalẽ, an in l. naturæ fuerint necessaria, & præcepta sacramenta. Ales. 4. p. q. 1. m. 3. ar. 3. d. in l. naturæ fuisse quædã sacramenta, non tamen de necessitate pręcepti, sed de consuetudine, quia erant inquit quasi infantes homines eius tẽporis in via Dei, ideo incapaces sacramentorum. D. Bon. 4. 5 d. 1. ar. 8. q. 2. & 3. idem tenet, & Vgo de S. Vict. primo de sacr. p. 11. c. 3. per c. quod autem. de consf. d. 4. nam sacramẽtum non est nisi Deo authore, sed non legitur Deum in illa l. dedisse sacramenta, ergo, prætera effectus sequitur causam, sed causa sacramentorum est Christi passio, quæ secuta est, ergo sacramẽtum non potuit institui ante Christi passionem. Scot. d. in ea. l. sacramenta fuisse de præcepto, adeo vt ij peccassent qui sacrificio aliquo, vel aliquo externo signo

gno non essent professi suam fidem. Idem Gab.4.5.d.1.q.1.a.3.nam finis sacramẽtorum est deletio peccati, in eo statu erat peccatum, ergo, secundo erat fides profitenda, ergo aliquo signo externo. Dur.d.in ea lege sacramenta fuisse improprie non proprie.

Notandum pro veritate, primo necessarium hic sumi ex suppositione; secundo, notandnm esse magnam differentiam inter sacramenta nouæ & veteris l.de quibus alibi, & licet vtrorunque fuerit causa passio Christi, tamen in diuerso genere causæ, veteris enim l.sacramentorum finalis causa fuit, q̃a erant ordinata ad Christi passionem significãdam, nostrorum vero est causa efficiens, quia sacramenta nouæ l.dicuntur fluxisse a latere Christi, & q̃a virtus in nostris sacramẽtis faciendi gratiæ est sumpta a Christi passione, & quia hæc virtus est quasi causa formalis sacramentorum, Christi passio erit etiam causa efficiens, & hoc docet D.Th.hic 3.p.q.61.ar.3. tertio non intelligitur Christi passionem esse solũ causam finalem eius gratiæ, quæ aliquo modo confereret in veteribus sacramentis, sed dicitur sacramẽtorum illorum esse causam finalem, eius vero gratiæ causam effectiue, sicut nostræ etiam gratiæ est causa efficiens, hac tamen differẽtia, ꝙ nostrę gratiæ est causa, vtens ijs quæ instrumentaliter, effectiue tamen gratiam atsingunr, & conferunt, commemorãdo Christi passionem, illius vero gratiæ erat causa quaper actum fidei suscipientium. i. ex opere operante, Christi passio gratiam conferebat, illis sacramentis figurantibus nostra, quæ ex opere operato. i. ex ipsa vi sacramenti diuina institutione causant gratiam. quarto se mutuo sequũtur fidei, & sacramentorum necessitas, adeo ve eo mõ fides sit necessaria, quo sacramentum, & quo modo fides non est necessaria, nec sacramentum fidei, ergo implicitæ respondet sacramentum in vniuersali, explicitę vero institutio sacramenti in particulari, vt latè prosequitur Canus loco supra alleg. 3. p. vbi probat sacramenta post Adæ peccatum fuisse omni tẽpore ad salutem necessaria.

Prima ergo sit conclusio, in l.naturæ nulla fuit in particulari sacramẽtorum institutio, sed tantum in vniuersali; prima pars explicat̃, institutio particularis sacramentorũ est præceptum particulare aliquod datum de particulari sacramento pro remedio originalis peccati, vt fuit Circuncisio in Abrahamo, probatur nũc hæc pars, quia in ea.l. non fuit necessaria fides explicita in Christum, ergo nec explicitum sacramentum, sed tantum vniuersale aliquod institutum iuxta fundamentum 4.ꝙ est D.Th.3.par.q.62.ar.3. secunda pars explicita fit ex superioribus; omnes enim debebant aliquo modo Deo sacrificare, probatur nunc eodem fundamento, quia fides implicita fuit necessaria illi tempori, ergo & sacramentorũ institutio vniuersalis. Chris.hom. 33.in Mat.& eccl.hier.c.1. idem a Dionisio probatur. dicit enim esse congruum humanæ conditioni, vt ex sensibili ducatur in insensibilia. secundo religio & cultus est in omni statu necessarius, vbi est cultus dẽt esse sacerdos, hic non est sine sacrificio, ergo, probatur etiam ex finibus propositis sacramentis, vt supra, & ex Aug.19.cõtra Faust.c.11. nunquam fuisse Religionem quæ non fuerit alligata vinculo signaculorum sensibilium, idest aliquo sacrificio. *Sacramentorũ institutio ã fuerit necessaria in particulari in l.naturæ. Prima conclusio.*

Secunda cõclusio, si facta fuit reuelatio explicita alicui misteriorũ Christi in ea lege, ꝓbabile est ei datam in particulari aliquam sacramentalem institutionẽ, dicitur probabile, quia ante Abraham constat talem institutionem non esse datam, secundo consequẽtia est bona, si explicita fides ẽ data alicui & ĩ particulari, ergo data est ei in particulari sacramentorum institutio. Rursus Iob constat factam esse reuelationem huiusmodi, & cõstat sacrificia obtulisse.Iob 1.quorum institutionem probabile est habuisse a Deo in particulari. Hæc tamen institutio par- *Secũda cõclusio.*

particularis sacrificij non obligabat totum genus humanũ, ut nec omnes obligabãtur ad habẽdam fidem explicitam, sed tantum ij quibus erat reuelatum, & ita habet D.Thom.d.ar.3.ad secundum.

Tertia cõclusio. Tertia propositio, & si non fuerit sacrificium præceptum in particulari, & ad sacramentum exercen. tamen certum est homines eius legis non habuisse aliquod diuinum præceptum quo tenerẽtur celebrare aliquod genus sacramentorum, neque in vniuersali habuisse scriptũ præceptum a Deo de hac re; probatur ex diuersitate legum, lex enim naturæ fuit a l.scripta diuersa, illa enim regebat tantum duce natura, nil supernaturale habens, hæc vero habebat multa præcepta scripta, & data diuinitus, ergo illa nullum habebat præceptum, nam in hoc vt supra differt vna ab altera. secũda ratio ex nomine l.naturæ, ex eo enim ꝙ dicebatur l.naturæ, non patiebatur habere præceptum supernaturale ad obseruandum, vt d.D.Th.3.p.q.60.art.5. ad 3. tantum enim instinctu interiori mouebatur ad hoc uel illud genus sacrificiorum in Dei cultum, per instinctum vero naturalem, nõ intelligitur tantum naturale lumẽ, nec solum interna motio naturalis voluntatis, sed comprætenditur etiam intrinseca mẽtis illustratio & diuina mentis motio, sed quia hęc concursu naturali, & modo ordinario hominib. accidebãt, nõ dicitur præceptum, sed instinctus interior, huc facit ꝙ d. Vgo eum populum caruisse certis cerimonijs, & decretis ad colendum Deum, attamen per dictamen cuiusque mentis illustratæ, & propẽsionem cuiusque, vnusquisque eligebat aliquod genus sacrificiorum sicut de fide dictũ est accidisse illis hominibus, modo quasi naturali, confirmatur ex Hiero.ad Gal.c.2. vbi docet ꝙ dixi, auxilium enim diuinum vocat illam illustrationem mentis, & voluntatis diuinam motionem, quam dixi, & instinctum interiorem nominat D. Thom. probatur etiam, quia Moses in sua scriptura de præcepto sacrificiorũ eius l.nõ meminit; Si dicatur, quomodo sciebant homines quando & quo sacrificio Deum colere deberent. Respond.cum D.Th.4.5.d.1.q.2.ar.6.qui d. dedit eis hoĩbus instinctum docens eos quando & quomodo deberent sacrificare Deo, quibusve rebus sensibilibus vtendum in sacrificando, & 1. 2.q.103.ar.3. d. ante legem Mosis non fuisse determinatas cerimonias, in aliqua lege.i.diuina, vt exponit Sot. quibus Deus coleretur, potest exponi tamen neque ab humana l. & credibile est non fuisse l. humanam cõstitutam qua homines eius ætatis tenerẽtur cerimonijs vti in sacrificijs, fuisse tamen verũ est in aliqua priuata familia certum genus sacrificiorũ, & cerimoniarum, ut legitur in scriptura de Abrahã qui a Deo accepit Circuncisionem, & eius familiæ omnes tenebantur ad illam, non tamen alij homines. Si dicatur, quomodo præceptum id internũ poterat homines illos obligare, & quomodo poterant certo scire tale præceptum esse sibi seruandum? Respond. vt supra, legem illam intrinsecã indicasse illis hominibus omnia quæ pertinerent ad præcepti obseruationem, dico etiã Adam inspiratum de hac re, & ei datam legem intrinsecus de colendo vero Deo, & sic cũ eo est inspirata toti humanæ naturæ; illud enim donũ non erat personale, sed illius naturæ humanæ, & ad naturam vniuersalem pertinens, itaq; in Adamo omnes homines fuerunt commoniti & edocti de eadẽ re, hæc solutio est D. Thom. 3. p.q.70. ar.2.ad 2. significans etiã Doctores Patres admonuisse filios vt colerẽt Deũ, obligabat vero præceptum, quia inspiranti Deo nephas est non obedire; Si dicatur D.Tho. loco prædicto. d. sicut in ea lege quædam fuere iudicialia ꝑcepta ad proximum spectantia, sic etiã quasdam cerimonias ad Deum colendum pertinentes, ergo habebant certas cerimonias & sacrificia illi homines. Resp. sicut & iudicialia præcepta non erant a Deo instituta, sed vel ex con-

conuentione naturę dictāte, sic & cerimonię erāt cōsuetudine & cōuetione hoīum institutę moraliter, mouente tñ & iuuāte Deo, & credibile est in oī populo bene instituto esse certa sacrificia, & cerimonias proprias in qb. totus populus cōueniret, ꝙ ēt Phil. significat. 5. eth. c. 7. vbi de iure naturali loquēs & sacrificijs. d. ius naturale in cōi oīb. idē esse, sed diuersum esse in particulari. i. in diuersis populis, sic & sacrificia erant eadē in vniuersali, oēs .n. gentes offerebāt, sed in particulari erant diuersa, quędam. n. gens hoc, q̄dā illud adhibebat sacrificiū, sic dicendum est de l. naturæ; probatur etiam, quia sicut illis erat cōe vnum principium quo oēs eius status homines ducebantur ad sacrificandū, sic ēt vnum genus sacrificiorum eis erat cōe, & sicut principium in particulari nō erat idē, sed diuersum, sic genus sacrificiorum in particulari erat ēt diuersum, principiū vero sacrificiorum in hoīe est intellectus, & volūtas diuino & naturali lumine illustrata, intellectus vero & voluntas in oībus in cōi est idem principium in particulari diuersum; Ideo cōcluditur in eo statu primo nō esse ponen. certum genus sacrificiorū in particulari. 2. in vniuersali nō fuisse illis pceptum supernaturale datū, sed secundum diuinitus intrinsecus inspiratū, & sic non tenebātur oēs offerre idem genus sacrificiorū, licet oēs tenerentur aliqñ Deo inspirante aliqđ sacrificium offerre, & cum dr̄ nō fuisse illis supernaturaliter datum præceptum, intelligitur non esse eis datum præceptum externe dictum, vt est datum in l. Mosaica, non excluditur tamen interna mētis illustratio, & volūtatis motio Ideo arg. soluitur pro prima sententia positū, ꝙ probat nō fuisse sacra in ea lege, quia licet Deus nō dederit l. extrinsecus illis, tñ inspirauit eis modo quodā & naturali vt genus aliqđ sacrificij offerrent. Si opponatur D. Aug. 19. con. Fau. c. 11. d. oēm Religionē habuisse aliquod sacramētum & sacrificium, ergo & in l. naturæ; 2. sacrm̄ & sacrificiū distinguit populū Deo seruientē a non seruiente Deo & non electo, ergo in eo statu debuit esse aliquod genus sacrificiorū, ꝙ distingueret populū electum a nō electo, sed mea ꝓpositio est vera, qua dico id sacrificiū non fuisse vlla l. præceptū, sed vel consuetudine, vel conuentione ordinatū, & hoc potuisse fieri in ea. l. quę oībus in Adamo dr̄ esse infusa, & hoc etiā gentiles intellexerunt, .i. hanc l. nobis inditam esse, vt Aris. 1. de cęlo. t. 22. d. oībus hominibus fuisse aliquā extimationem de Deo, & oēs purāt locū in quo Deus existit esse cęlū, & hinc pro alia sententia argumēta allata soluuntur; probant. n. vel non fuisse necessaria sacramenta in ead. l. simpliciter, vel non fuisse determinatum aliquod genus sacri, ꝙ suscipere oēs eius l. tenerentur, vel non esse datum eis a Deo pręceptum cui oēs essent subiecti. Ad c. ꝙ autem. de cons. d. 4. vbi d. ꝙ nobis baptismus illis fuisse fidem ad delendū peccatum originale. Respon. hoc 4. conditionibus, ꝙ actus fidei internus non erat satis illi statui ad delendum peccatū originale sine signo exteriori, nam tenebatur Deum homo interne colere, & cultum Dei exercere aliquo visibili signo, rursus fides sine operibus mortua est; & Iacob capit. secundo, dicit Abraham per solam fidem non fuisse iustificatum, sed quia per fidem obtulit filium Deo, ergo nec nudus actus fidei intrinsecus erat tamen satis ad delendum peccatum originale, sed exterior protestatio requirebaur. Tertio homo nunquam est tutus de peccati remissione nisi habeat externum signum quo sit certus de tali remissione, ergo vt ij homines essent certiores de peccati originalis remissione debebāt externum signū habere, Vnde non fit nobis remissio peccati originalis, nisi per applicationem passionis CHRISTI in aliquo actu, per baptismum enim & alia sacramenta virtus Passionis Christi nobis applicatur in sacramentis,

sic antiquis patribus non eadem virtus passionis applicabatur per internā fidem nisi interueniente aliquo actu visibili externo, quòd ergo nobis est nunc fides, illis erat externus actus visibilis, & quòd nobis est baptismus illis erat motus fidei internus, nobis fides sola nō dat gratiā, nec illis actus exterior, actus internus fidei illis gratiam dabat sicut nobis baptismus, bene ergo, d. c. ꝙ autem in contrarium alleg. quia principaliter per illam internam fidem habebāt gratiam, sed non sine actu exteriori, sicut nobis principaliter per baptismum remittiē peccatum originale, sed non sine fide.

Quarta conclusio, in progenie sanctorum patrum eius status fuerunt data determinata sacramenta vera, non quæ tamen ex opere operato gratiā conferrent, sed quæ Deo essent grata, quia Deus per fidem, gratiam conferebat, ijs sacramentis significatam, probatur, nam si necessitas sacramentorū fidei necessitatē sequitur, cum ijs data est explicita in Christum fides, datū est etiam certum sacramentorū genus, quo fidem eam explicitam in Christum profiterentur, vnde Abel obtulit Deo sacrificium, & fuit ei gratum. Gen. 4. vnde Aug. 14. de ciu. Dei c. vlt. d. nostram Ecclesiam non esse nouam, sed antiquam, quæ cum genere humano inceperit; Idem Grego. hom. 10. in Ezech. & Bern. ep. 72. d. nostram fidem per incrementum profecisse, & fuisse semper certa sacrificia, quibus Deus coleretur; Ideo autem Deus in eo statu voluit homines habere certa sacrificia, & sacramenta vera, vt ijs suam fidem in Deum profiterentur, & exercitatione, tali auocarentur à cultu Deorum; si dicatur ante cultum Deorum fuisse huiusmodi sacrificia, vt Abel, qui tamen Idola nō coluit, & tamen Deo sacrificauit, & patres d. ante Noe non fuisse Idolatriā, Cir. 4. lib. con. Iul. Theod. 3. de aff. cur. Greg. & Athan. oratione cōtra Idola, & tamen Gen. 7. Noe grata Deo obtulit sacrificia: Secunda ergo solutio datur, vt testarentur Dei iustitiam, & misericordiam, iustitiam occisione victimarum declarando se reos esse mortis, ꝙ Aug. q. ex ver. test. 12. videtur dixisse, misericordiam, quia fatebantur Deum acceptare victimarū mortē pro morte hominū. Tertio, vt per ea quacunq; ratione, & modo adumbrarent vnum Christi in cruce sacrificium, vt d. Aug. 11. de ciu. Dei, c. 5. 6. & 20. lib. con. adu. legis, & proph. c. 105. & c. 8. vt gratū animum in Deum declararent: Quot vero fuerint sacramētorū genera, in l. naturæ. Vgo de S. V. primo de sacr. p. 11. cap. 6. d. fuisse tria genera, oblationes, decimas, & sacrificia, de sacrificio satis est Abel, Gen. 4. & Noe. 7. Abraham 15. 22. 26. Isaac erexit altare nō tamē legitur sacrificasse, Iacob. 43. 46. oblationes Cain obtulit Gen. 4 & Melch. Gen. vero 14. decimat⁹ est Abrahā, fuerūt hæc tria genera, quia tenebantur profiteri Deum esse creatorem, redemptorē, glorificatorem, vt creatori oblationes, vt saluatori sacrificia, vt glorificatori decimas offerēdo vt d. Vgo loco prędicto, & Alex. 4. p. q. 1. m. 2. art. 2. & hæc de lege naturæ.

De eadem necessitate Sacramentorum in l. scripta. Cap. V.

Sit propositio. In lege scripta fuit eadē & maior necessitas fidei quā fuit ī l. naturæ, dr̄ eadē. i. vt crederet ꝙ Deus esset & esset remunerator, ꝙ probatur vbi sup. de l. naturæ, & quia prętereà id lumē naturę, & lex naturalis erat impressa hoībus in statu legis ac in statu naturæ, dr̄ maior, quia qui fuerunt sub l. præter lumen naturale, habuere multa scripta prophetarum, & l. scriptam, per quæ ducebantur ad credendum eadem duo principia. Sacramenta an fuerint necessaria in l. scripta. Prima cōclusio.

2. propositio, qui erāt sub lege tenebātur credere explicite incarnationē Christi, nō in vniuersali tm̄, sed in particulari vt aliqua ēt misteria incarnationis Christi tenerentur in particulari credere; probatur, quia in lege, psalmis, prophetis, Chri misteria continen- 2. conclus.

tinen-

tinentur, explicite tenebantur credere oĩa quæ erant in ijs scriptis, ergo, minor probatur a Christo. Luc. 24. q̃ sunt scripta in l. Psal. prophetis de me, & in Emau explicauit multa misteria scripta in ps. & Mose de se, & Ioã. 4. vbi Samaritana d. se expectare Messiam, & dubitare vtrum venerit nec ne Christus, erat ergo notorium de Christo venturo, vt in Math. ex Es. 62. Christus docet venturum Messiam & modum quo erat venturus, Ecce Rex tuus venit; & pueri clamant, Benedictus qui venit in nomine Domini. Math. 21. ex communi opinione de Christo venturo, & Iudæi dixere Christo, aliquando nos audiuimus ex l. q̃ Christus manet in æternum, quomodo ergo dicis, &c. confundentes vnũ aduentum Christi cum altero; & Act. 10. dicitur de Christo prophetas prædixisse, & tenebãtur credere prophetis. Deut. 13. ergo, huc faciunt oẽs authoritates q̃ contra Iudæos sunt allatæ cũ de incarnatione ageretur, probando Messiam venisse, & eius conditiones in scripturis esse declaratas.

Tertia cõclusio.

3. propositio, non tenebantur oẽs credere misteria Chr̃i incarnationes & ei9 cõditiones explicite, tenebãtur tñ credere, q̃ Messias erat futur9 Deus & hõ ex virgine nasciturus, & huiusmodi; probatur concl. primo, Rom. 3. vbi d. Dei iustificationes fuisse explicatas per fidẽ Christi, & prophetis significata. Gal. 3. nos fuimus in l. conclusi per fidẽ quæ erat in Christo reuelãda, erat ergo abscõdita, vbi ẽt facit legem fuisse pedagogũ ducen. ad Chr̃m, & statum illũ l. vocat noctẽ, Nox præcessit, dies appropinquauit, &c. i. lex euãgelica; dr̃ ẽt vmbra futurorũ & nostræ l. Col. 2. Gal. 3. Heb. 10. 1. Corin. 10. ergo p̃fecte oẽs hoĩes nõ poterãt videre clare futura misteria Chr̃i oĩa quæ in figura illis cõtingebãt, & 2. Cor. 3. affert velamen Mosis tanquã vet. l. in qua vt velamine erãt multa misteria euangelij, tollen. vero d. velamen, q̃ Chr̃s remouit nobis, patet ẽt ex proportione triũ legũ, naturæ q̃ ĩperfectissima, Mosaica clariori, Euãgelica clarissima ĩ cognitione Chr̃i misteriorũ, sicut eñ se habuit lex naturæ ad Mosaicã, ita Mosaica ad chr̃ianã quo ad cognitionẽ & notitiã Chr̃i & Dei & fides q̃ implicita tñ fuit in l. naturę, ĩplicite & explicite in Mose, imp̃fecte tñ, nr̃a vero p̃fectissima est, patet ẽt Gal. 4. vbi d. legẽ Mosis puerilẽ, q̃a adũbrabat misteria Xp̃i, docẽt Bern ep. 72. Gre. ho. 10. ĩ Ezech. Aug. ep. 49. q. 2. & ep. 53. & cont. Faust. Manich. lib. 19. c. 14. Conc. Flor. act. 10.

4. propositio, in progenie aliquot illorũ Patrũ fuisse clarã notitiã de misterijs Chr̃i, & habuisse explicitã Christi fidẽ, & hoc dr̃ de eis q̃ priuilegio fuere a Sp. S. magis illuminati, vt prophetæ, Moses, &c. diuina & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. 2. si verũ est ecclesiã Dei fuisse s̃p p̃petuã, & fuisse ĩ aliquo viro semper illã verã cognitionẽ Christi, vt d. Aug. patet hęc concl. atq; ij tales illustrati ex priuilegio p̃ Sp. S. soli nõ cæteri sine tali priuilegio & notitia de fide Chr̃i, tenebantur credere omnia quæ erant reuelata explicite. — Quarta cõclusio.

5. propositio, in illa etiã l. necessaria fuerũt determinata sacra & certa, q̃b. oẽs eius l. obligarent, & tale p̃ceptum fuit diuinũ, iõ transgressores mortaliter peccabãt, nec saluari q̃s poterat sine susceptione aliquorũ saltẽ sacrorũ, patet cõclusio ex circũcisione q̃ sub pęna mortis. i. æternæ data fuit, & Ro. 4. d. datã circuncisionẽ in testimoniũ iustitiæ Abrahã, & oẽs sub circũcisione fuisse, q̃ abrogata fuit veniẽte maiori circũcisione. i. baptismo, patet ẽt ex ceremonijs, & vnctionib. quibus in illa l. promouebantur homines ad ordines sacros, vt Leuit. 1. 2. 3. 4. 6. 8. — Quinta cõclusio.

Decẽs vero fuit in ea. l. sacra constitui, & primo ob rõnes supra allatas ad proban. necessitatẽ sacrorũ ĩ l. naturę. 2. quia l. antiqua fuit vmbra nouæ, ergo dẽbat habere quædã quib. sacra nouæ l. significaret, hæc aũt debuere esse sacra. 3. nam ut sup. Greg. homil. 10. in Ezech. & Bern. ep. 72. d. q̃ nostra fides, & cultus Dei creuit per incremẽta tẽporũ, ergo si in l. naturæ oportuit esse

sacramenta, multo plura debuere esse in l. scripta; 4. quia lex naturæ erat iam obliterata, & & restinctum lumen, ergo lex erat reficien. & lumen illustran. visibili aliquo sacramento, videtur id Paulus Rom. 7. & 5. & Gal. 4. significare & Aug. lib. q. ex veteri test. 4. q. & in Psal. 57. & ex consuetudine delinquendi erat lex delusa. vt Amb. ep. 72. d. quito vt legis imbecillitas significaretur. ideo Aug. Ps. 83. & 102. d. legem veterẽ esse significatam per piscinam habentem quinque porticus in quib. multitudo languentium iacebat expectan. aquę motum vt sanarentur; non enim ait in l. poterant esse nisi imbecilles, & infirmi, & tantum infirmitatem ostendere, & futuram salutẽ indicare significatur per expectationem aquę motus factę ab Angelo veniente, erat autem Christus Angelus venturus, qui vt Beda in 2. Luc. tactu mũdissimo carnis suæ virtutem dedit aquis regenerandi, 6. vt ille populus pronus ad Idolatriam reuocaretur, & ad cultũ Dei verum traheretur, sic Chris. hom. 4. in ep. ad Colos. & Amb. epist. sua 72. septimo vt præmitterẽtur multæ dispositiones ad Saluatorem recipiendum, sic Hieron. 4. contra Val. 74. habetur in 6. Sinodo Constant. celebrata. act. 8. vt certis sacramẽtis disponerentur homines ad vera suscipienda.

At quot fuerint talia sacramenta. Vgo, primo de sacr. par. 12. cap. vlt. ad tria capitalia genera reuocat sacramenta veteris l. primum genus erat in remedium, secundum propter deuotionem, tertio ad exercendum cultũ diuinum. In primo genere erant ordinata ad sacrificia, quæ pro remissione & satisfactione peccatorum offerebantur Deo. In 2. hostiarũ oblationes propter gratiarum actiones, In 3. oĩa quæ quocunq; modo referebantur ad Dei cultum exercen. Ales. 4. p. q. 6. m. 2. ar. 3. d. fuisse duo præcipua genera sacrorum, quorum vtrumq; alia genera subalterna contineret. Vnũ erat in remediũ, alterum in ministerium. Inter prima erant quæ in se tñ remediũ habitu significabãt futurum aliqđ sacrm, & hoc vel significabat vniuersale remediũ, vt erat serpẽs æneus exaltatus in deserto, Agnus pascalis q̃ significãt Chrm futurũ remediũ vniuersale, neutiũ tñ erat remediũ, q̃dam vero particulare remediũ futurũ significabãt vt ablutio q̃dã corporis qua vtebant̃; trãsitio per mare rubrũ, vtrunq; .n. baptismũ significat remediũ ꝓ peccato originali. Quędã significabãt & afferebãt remediũ, vt circuncisio significãs futurũ baptismũ, & emũdans a peccato originali, iuxta illud Greg. 4. mor. c. 2. q̃ illis fuit circuncisio, nobis est baptismus, quędã significabant & afferebãt remediũ pro peccato actuali, vt aqua expiationis pro populo, & ꝓ sacerdotib. aqua labij ęnei ĩ porta tẽpli ad delen. culpas quotidianas; q̃dã ad delẽda alia pcã & spũales sordes tollen. q̃ erãt varię purificationes. Erat aliud sacrm in remediũ cõcupiscẽtiæ originalis. i. mrimonij sacrm, alia erãt sacra ad cõfirman. humanã imbecillitatẽ, vt esus mãne, agni pascalis, & panes ꝓpositionis. 3. gen᷒ ĩ ministeriũ vt su. ẽ dictũ, q̃ cõtinuit sacrificia, oblationes hostiarũ, & q̃cunq; ad illa peragenda aliquo mõ spectabãt, vt vasa, tabernaculũ, amphoras. D. Th. 1. 2. q. 102. ar. 4. d. ꝑcepta cerimonialia fuisse distincta ĩ 4. gña, sacrificia, sacra, sacra, obseruãtias, quã diuisionẽ exponit, q̃a oĩa cerimonialia ꝑcepta erãt ordinata ad Dei cultũ, & q̃a in diuino cultu tria pñt cõsiderari, 1. cultus diuinus, 2. instrã quib. ille cultus exercetur. 3. cultores. ĩ cultu diuino cõsiderant̃ quatenus exercẽt̃ in sacrificijs, proprie. n. diuinus cultus in sacrificijs cõsistit, sic fuere necessaria sacrificia, Instrã fuere iam dicta. s. vasa, &c & sic sacra sunt necessaria. i. res diuino cultui cõsecrata. Si cõsiderent̃ cultores, vñr adhuc duo esse necessaria, 1. est necessaria institutio, & cõsecratio colẽtiũ Deũ, q̃ fit ꝑ sacra, necessaria ẽ ẽt q̃dã particularis ꝯuersatio q̃ cõsistit ĩ quadã obseruatione librorũ, vestiũ, & celebrationũ aliquorũ dierũ, qua obseruãtię distinguebant̃ a cæteris; licet ergo sacra pro his. 4. sæpissime vsurpent̃, tñ ꝓprie ea sacra cẽsent̃

qui-

quibus cultores ordinabantur, & instituebantur colentes Deum. Et D.Tho. sacramenta sic sumpta, d.q.103.art.5. simul diuidit, & ponit ratioñe diuidendi.d.sacramenta illa triplicia fuisse, vel cultor erat populus, vel sacerdotes, circa vtrunque primo conceditur ipsa institutio, & consecratio cultoris, & ita populus cultor fiebat circuncisione, sacerdotes vero alijs proprijs cærimonijs, & consecratione. Secundo, erant consideranda, quæ in lege scripta erant, & sic iam sacratus circūcisione populus habebat esum agni paschalis, ad quem tātum circuncisi introducebātur, sacerdotes habebant vsum panis propositionis, oblationem victimarum; tertio debebant tolli impedimenta cultus diuini, & sic populus habebat varias purificationes, quibus mundabatur etiam a corporalibus fordibus ne indigne vacaret Dei cultui, & quadā expiatione vtebaē tollēte fordes spirituales. Sacerdotes vero habebant varias faciei munditias, & pedum lotiones, abrasiones capillorum, quæ omnia litteraliter & figuraliter exponit D. Tho. loco prędicto in solutione argumentorum.

Sacramenta veteris l. qñ cessare debuere.

Si quęratur quando debuit cessare vsus sacramentorum, & l. veteris, habetur Matth.10. Luc.16. lex & prophetæ, vsque ad Ioannem Baptistam, vt hinc possit notari tunc cassare l. veterem & sacramenta, & sic a tempore Ioan. Bapt. vsque ad promulgationem Euangelij caruisse virtute sanctificandi, & eo tempore nō fuisse transgressores qui sacramenta omitterent, & l. non seruarent.

Quidam illum locum intelligunt, vt Titelm. q lex & ꝓphetæ omnes ad tempora Io Baptistæ spectarunt, Teoph. magis placet, qui primo declarat legem & prophetas ibi significare l. & prophetarum scripta, non ipsos prophetas, nam non solum vsq; ad Ioan. Baptistam fuere prophetæ, sed etiam post Christum, vt in Act. Ap. & donum prophetiæ inter dona Sp. sancti commemoratur, & Io. in Apoc. multa ꝓdixit, & docet quoties vox propheta cum lege coniungitur significare scripta prophetarū, non hoīes, vt iuxta illud, q̄cunque in l. & prophetis scripta sunt de me. Luc.24. sumendo ergo sic exponit populū fuisse erudien. in lege & edocen. in lege vsq; ad tpā Io. Baptistę, quo tēpore cū cępit lux nouę legis lucere, cessare debuerunt vmbræ & figuræ. Confirmatur ex Epiphanio 1.li. con. her. qui d. ibi non significari post Io. Baptistam vet. l. & scripta prophetarū esse spernenda, sed relinquenda, & accipiēdā nouā l. a Christo; erat.n. ait l. pedagogus ducēs ad verū doctorem, pedagogus vero non spernen. cum ducat puerum ad doctorem, sed retinēdus, sic retinen. est lex vetus, audiēdus tamen a nobis verus doctor Christus.

Diciē rñ veterem l. desijsse in morte Christi, confirmato.n. nouo testamento vetus debuit abrogari, debuit vero nouū testatoris sanguine firmari, hoc factū est ī morte Chri; sed cur debuerit cessare. Notandū primo, q̄a erant ad tps oīa misteria illa, vt l. veteri noua ęternū durās succederet. 2. ex natura l. veteris, quæ erat præparatoria ad nouā; forma ergo accedente debuere dispositiones cessare, ad Heb.9.3. ex natura l. nouæ q̄ est cōsummatio & perfectio l. vet. q̄ in ea erant imperfecta, & promissa, hic sunt adimpleta & facta ꝑfecta, erat vmbra, nr̄a vero l. ad cuius vultū cessat nox, Rom.8. Itē q̄a Chrs īpleuit oīa q̄ in l. erant ꝑdicta. Luc.5. & q̄a Chrs l. nouā īstituit, Apostoli Corneliū docuerūt cessasse l. veterē. Ac.15 Cessatio vero l. fuit ꝑfigurata, primo ī fractione tabularū Mosis, & īstauratione nouarū, hę.n. nouā l. futurā significāt. Itē ꝑ trāslationē sacerdotij a domo Heli, & regni ad Dauid, & supplātationē Esau ꝑ Iacob factā, & exhęredatione Ismaelis ab Isaac. Dubitaē inter Aug. & Hier. an post mortē Christi, & l abrogata l. illa fuerit mortifera suis cultorib. Hier. affirmat, Aug. negat, & Conc. Florent. sentit cum Aug Act. 16. legitur enim Paulū circuncidisse Timoteū. Notandū ēt l. non esse abro-

gatā, ꝙ mala fuerat, sed quia tantum nostram ægritudinem mōstrabat nullo allato remedio, vt d. Aug. nec dabat auxilium ad seruanda præcepta, quæ continebat, vt d. 15. contra Faustum, Man. & epist. 19. Habuit autem initiū l. vetus ex parte aliqua sub Abrahamo cui primo data est Circūcisio sine qua non delebatur illis peccatum originale, secundum totū vero cœpit in monte Sina illam donante Deo, & secundū aliqua sacramenta, magna enim illorū pars est instituta post tabernaculi erectionem. i post annum primum egressus ex Aegypto, Luc. 10. non tamen in deserto vbi cępit obligabat secundum omnia populum, sed quo ad illa tantū quæ poterant commode seruari in deserto, cætera cœpra sunt seruari in habitatione terræ Chanan. Deuteron. 4. & Num. 15.

De eadem necessitate Sacramentorum post Christum. Cap. VI.

Sacramenta necessaria fuerūt post Christum.

Propositio sit debuisse esse aliqua sacramēta post Christum. Nam sicut antiqui Patres saluati sunt per fidem Christi venturi, sic & nos saluamur per fidem Christi iam nati, & passi, at sacramenta sunt quędam signa protestantia fidem qua homo iustificatur, oportet autem alijs signis significare futura præterita vel præsentia, ideo oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea quæ fuerunt in Christo, præter sacramenta veteris legis, quibus prænuntiabātur futura. D. Thom. 3. par. q. 61. art. 4. & probatur rationibus sup. deductis ad probandam conuenientiam institutionis sacramentorum.

De differentia Sacramentorum veteris legis, & nouæ. Cap. VII.

Licet ex supra deductis aliquo modo dignoscat differentia inter sacramenta veteris & nouæ legis, attamen specialiter id pertractando.

Hæc sit differentia, Sacramenta nouę l. continent gratiam, & eam digne suscipientibus conferunt, continēt nō vt causa naturalis, sed vt causa moralis, quia cōtinent sanguinem Christi, cuius pretium applicando conferunt gratiam, cum virtus sacramētorum sit sanguis Christi, sicut virtus redēptionis in marsupio est, in quo pretium redemptionis seruatur; Sacramenta vero veteris l. nulla prorsus causa fuere salutis & gratiæ. Vnde Ap. ad Gal. 4. vocat ea infirma & egena elementa, nec ab hoc excipitur Circūcisio, nam Apost. ad Rom. d. circuncisionem acceptam non in iustitiæ causam, sed in signum, ꝙ explicat Ambros. epist. 77. ad Constant. & Aug. ep. 19. ad Hieron. & Hier. ad Galat. 5. vbi d. ꝙ circuncisio ideo eis vtilis fuit qui lege vixerunt, non quia circuncisi erant, sed q a credita sunt illis eloquia Dei, quæ in opera vertētes a salute extranei non fuerunt. Et D. Thom. 3. p. q. 62. ar. 6. sic arguit, si sacramenta veteris l. erant causa gratiæ, aut id erat ratione sui sine merito Christi, & hoc, non quia sic Christus gratis mortuus esset, vt arguit Apost. Gal. 2. vel erant causa virtute passionis futuræ, ꝙ affirmari non potest, nam causa efficiens siue principalis, siue instrumentalis semper præcedit effectum, vnde humanitas Christi eiusque sanguis antequam in rerū natura essent, causæ finales esse poterant, efficientes esse non poterant, vnde sacramenta veteris l. salutem & gratiam virtute passionis Christi efficere non valebant; sed eam solum per passionem Christi dandam figurabāt, nostra

Lex vetus vt differat a noua.

stra veró & continent gratiam, & conferunt digne suscipientibus, ita diffinitum est in Conc. Florent. sub Eug. 4. in vnione Arm. §. nouę legis; & î summa, hoc sic intelligitur ꝙ sacramenta nouæ l. ex opere operato. i. virtute sacramenti conferunt gratiam, vetera vero non virtute sacramenti, sed ex opere operantis. i. ob fidem suscipientis vt signa non effectiua, sed demonstrantia tantum; gratiam suscipientibus conferebant.

De effectibus Sacramentorum. Cap. VIII.

Sacramentorum esse ẽ duplex præcipue, & qui.

DVplex est effectus præcipuus sacramentorum, primus est gratia grati ficans. secundus character quam in anima imprimût quędam sacramenta, de quibus dicendum est, & circa primum, primo an sacramenta ex opere operato gratiam efficiãt sua virtute, secundo quomodo eam præstẽt.

Ad primum constat sacramenta nouæ l. gratiam efficere ex opere operato, & esse causam effectiuam gratiæ & iustificationis. Dicitur sacramenta nõ excludendo virtutem Dei interius operantem, concluditur enim in sacramento etiam virtus ipsa interius operans, non tantum signa visibilia. Dicitur sua virtute non intelligendo sacramenta esse causam principalem, sed dicitur sua virtute. i. nulla habita ratione bonæ voluntatis suscipientis, ipsa enim ex eo ꝙ exhibẽtur gratiam conferũt. i. ex opere operato quo ad se; pbat cõcl. Io. 3. Nisi quis ren. fuerit. &c. Calu. d. ꝙ ibi Dñs de baptismo non loquitur & ꝙ baptismus sit signum gratiæ acceptæ non causa, errat max. locũ exponunt omnes Patres de Baptismo. Iust. 2. apoc. pro Christianis Cipr. li. 3. con. Iud. c. 23. Orig. comm. eius loci, & 6. c. ep. ad Rom. Athan. lib. de humanitate verbi Aug. ep. 23. luculentissime, dicens gratiam recipi a pueris nõ ex side parentum, sed ex aqua regenerante. & Cir. 2. in Io. & Rom. 6. & ad Tit. 3. constat etiam homini datam per baptismum quãdam regenerationem; saluos enim nos fecit Christus per lauacrũ regenerationis, quibus locis Caluin. fatetur loqui de baptismo. ꝙ si Io. 3. Christus non exponit hanc regenerationem. doceat Calu. quo loco Euangelij habeatur, neque aquę vt est a baptismo separata, aquæ enim vt elemento non conceditur virtus regeratiua, sed addita diuina virtute, hoc enim est baptisma. Idem probatur Marc. vlt. qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Calu. d. ibi loqui de causa & signo regenerationis, causam esse fidem signum baptizandorũ, ꝙ probat, quia ibi damnationis causam assignãs nullam mentionem facit de baptismo, sed solum de fide; qui vero non crediderit. Respond. ꝙ ibi Christus loquitur de baptismo adultorum, quibus conferri non pôt gr̃a, nisi habeãt fidem; secundo baptismum & fidẽ in hoc se habere tãquam specificũ & genericum, fides genericum, baptismus quid specificum magis particulare, & quia negato genere, negatur species; sic negans fidem statim negat baptismum. bene ergo Christus d. qui enim non credit a baptismo nil vtilitatis habet; qđ vero fides quid sit genericum; probatur, quia sine baptismo esse potest, vt animal sine homine, at baptismus in adultis nunquam potest esse efficax sine fide in actu. probatur etiam Act. 2. pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Calu. exponit in remissionẽ. i. in signum remissionis peccatorũ, errat, nam in scriptura talis locutionis modus non inuenitur, nec in Patribus, & si id voluisset Petrus sciuisset loq hoc modo, vt Paulus d. circuncisionem nõ esse causam, sed signum iustitiæ. Rom. 4. loquebatur etiam Petrus ijs qui primo verbum Christi audiebant prædicatum, quomodo ergo illis baptismus poterat esse signum iustitiæ nondum habitæ? verba vero quæ sequũtur vr-

gent Caluinum, & accipietis Sp. sanctum, ergo baptismus est causa gratiæ non signum. vlterius 1. epist. Petri. 3. vos saluos fecit baptismo, &c. vbi dicitur baptismum esse causam salutis nedum gratiæ. Calu. d. ibi poni res pro signo. Respond. q; est modus loquendi nouus. Patres nunquam sic locuti Aug. in disputatione cum D. Hier. horret hūc modū exponēdi, & Petrus si sic etiā tribuēs plus figuræ quā figurato; cōfert enim baptismum cū arca Noe quæ saluas fecit animas octo, vt baptismus omnes homines, q; si baptismus vere non facit saluos, arcæ erit plus tributum, quam baptismo cum illæ octo aīas saluarit, baptismus vero non saluet, & si vtitur figura Petrus id facit ad ostendendū duplicem effectum baptismi, vnum q; exterius mūdat, q; est commune omnibus baptismis nostro & Iudæorum, 2. q; interius mūdat inferendo conscientiā bonam per gratiam factam, qui est effectus proprius baptismi. Item August. ep. 50. ex ep. ad Eph. 5. mūdans eam lauacro in verbo vitæ, vbi totā baptismi essentiam exprimit. Calu. d. Deum vti sacramento vt instrumento, sed signo nullam concedi virtutem sanctificādi, licet in cōm. contra Bucerum doceat sacramētum esse signum efficax contra seipsum. præterea id probatur ad Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, vbi per, significat causam efficientem salutis, & quidem instrumentalem quam solemus tali præpositione notare. Et Ezech. cap. 39. Effundam aquam mundam & mūdamini ab omnibus inquinamentis. Mich. 7. demerget omnes, &c. Et Rom 6. quicunque baptizati sumus in morte ipsius baptizati sumus, vbi Chr. hom. 10. d. nos in Christi morte esse baptizatos, quia in baptismo morimur, & q; illi crux, nobis est baptismus, non in iisdem tamē rebus morimur, ille enim in carne nos peccatis, vt ergo crux instrumentum fuit mortis Christi, sic baptismus quo nostra peccata curātur, eodē modo Teoph. & Teod. exponunt, & Amb. vocat baptismum mortem peccatorū. vlterius 1. ad Cor. 6. hæc aliquādo fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis sed sanctificati. vlterius Io. 6. nisi comederitis carnem filij hominis, &c. qui māducat meam carnem viuet in æternum. vlt. sunt loca quibus Christus Apostolis dedit potestatem dimittendi peccata. Ex Patrib. 1. Iren. 1. cōtra Val. ca. 18. vocat enim baptismū regenerationem in Christo. & lib. 2. c. 39. in baptismo pueros & iuuenes renasci & sanctificari. lib. 1. c. 3. etiam citato dicens errare eos qui tollunt sacramentorum virtutem dicentes solam fidem posse sanctificare, Iust. quæstio. .. d. hanc esse differentiam inter baptismū Christi & Ioannis q; Christi cōfert salutem & gratiam. Ioan. vero erat præludium, & 56. q. pueros baptizatos a non baptizatis differre, quòd illi salutem sunt assecuti, non autem isti, Apologia secunda pro Christianis eadem fere, & citat locum prophetæ. Is. 1. lauamini mundi estote, &c. & locum Io. supra cit. Clem. Alexan. primo Pedag. capit. 6. vocat ea medicamenta. Orig. 24. hom. 2. c. Luc. d. per baptismum a peccato liberari ob id baptizatos vocat pueros. Tertull. de Incarnat. verbi. d. in baptismo anima roboratur, & lib. de baptismo. refutat dicentes baptismum non habere vim tollendi peccata. Cipr. lib. 3. epist. ep. 8. d. pueros esse baptizandos, quia habeāt peccata, ne ob periculum mortis imminētis damnentur. & libr. 4. epist. 2. d. stolā credentibus conferunt sacra compendia, idest sacramenta. libro de elem. in baptismo fit remissio peccatorum. lib. de baptismo, Christum venisse ad Ioannem Baptistam, non q; mundari debuerit eis aquis, sed vt sacramentis daretur authoritas serm. de Cæna Domini, in sacramentis esse virtutem singularem, & apportare vitæ effectus. Ambro. fere locis omnibus ex Diuo Paulo citatis eadem habet, & Psal. 17. 28. 45. 74. 81. confregisti capita draconum in aquis, libro de pœnitentia. cap. 12. sacramentum pœnitentiæ, & ba-

baptismũ sãctificare, l.3. de Sp.S.c.19. 1. de sacramen.c.5.& c.per aquam.de consecrat.dist.4.lib.6.c.1. vtitur Ioan. testimonio.c.6.lib. de ijs qui misterijs initiantur·Lact.3.cap.26.& lib.3. cap. 5.baptismum tollere peccata. Bas homil.15. hortatoria ad baptismũ, quia tollit peccata, Nissen. oratione de baptismo.Naz.oratione 2.in S.Epiph.luminaria, & 3. in S. baptisma idem tenet,Chrisost.hom.24.in Gen. aquam baptismi generare spirituales animas. & 39.in 13.cap.Gen. nobis est baptismus,ꝙ antiquis erat circumcisio. Idẽ 23.hom. Act. Apost. per baptismũ nos adoptiuos filios Dei fieri,25.& 35.homil.in Ioann.idem, homilia de Adam & Eua auferri peccatum originale baptismo,idem hom.de Resurrectione. Ieron.3.con.Pelagianos. Cirillus 2.in Ioan.ca.42. Spiritum sanctum dari nobis in baptismo, idest virtute diuina operante in elementis, sicut & aqua igne calefacta etiam vrit nedum calefacit,Epiphan.homil.28.bene sentire, qui dicũt baptismum habere vim sanctificandi,Anguft.retract.lib.cap.13.9. confess.cap.11. epist.50. lib.7. de ciuitate Dei,à cap.22.ad 27.& 3.con.duas epist.Pelag. cap.tertio, lib.de hæres. capit.46.Enchirid.c.45. habet eadem. Teophil.6.cap.epist.ad Rom.& omnibus locis Pauli supra citatis, & sic etiam Theodoretus. In Concil. Nicæno, baptismum afferre salutem & remissionem peccatorum, vt est in simbolo.Conc.Lateranen. Viennensi. ca. firmiter.in Clement.de summa Trin. & c.maiores.de baptismo. Conc.Flor. act.4.in vnione Armen.Triden.sess.7. can.6. prima ratio ex formis sacramẽtorũ,ꝙ sunt,vel oẽs, vel multę a Chro institutæ iuxta dicta supra baptismi ẽ, Ego te baptizo, pænitentiæ,Ego te absoluo,vel ergo sacerdos vere baptizat non baptizatum,& vere absoluti in pęnitentia,vel non;si non, Christus nos decipit,quòd nefas est dicere,& sic habetur intentũ, quo argumenti modo vsi sunt Patres in Concil. Trident.sess. 6.cap.2.& vbi loquũtur de sacramenti consecratione,& in Cartaginen.1.ep. ad Innoc.Conc.Mileu.secundo ex antiquis sacramentis quæ dicuntur vmbræ,figuræ,signa sacramentorum nouorum,si illa peccata dimiserunt, ergo nostra magis peccata dimittent, si illa non dimiserunt nostra debent, significato enim debetur maior virtus, quam signo & vmbræ, hunc arguendi modum habet Bas.de Sp.S.c.14 & 15. Iust.dialogo cum Triphone,& Chris. hom.35.in Ioan.3.ex consuetudine ecclesiæ;solet enim ecclesia. 8. die pueros baptizare, & ante etiam si instet mortis periculum, statuit etiam vt sacerdos baptizet, sin minus diaconus, & in necessitate quilibet potest baptizare, ꝙ si baptismus gratiam non confert, non aufert peccatum, quorsum hæc?4. ex miraculis quæ acciderunt tẽpore baptismi Christi, patris vox audita,columba descendit, ideo dicitur regressus Christus a deserto plenus Sp. S.aperti sunt celi.& Act.15. in visibili forma Sp.S.descendit ad baptizatos.

Secunda propositio, quamuis sacramenta nouæ legis conferant gratiam, tollant peccata, virtutem in se habeãt auferendi peccata,tamen nõ sunt causæ principales auferẽdi peccatum, vel effectiua gratiæ,sed tantum instrumẽtalis,idq; non ꝙ sit sacramentis virtus impressa permanenter qua possint iustificare, sed sunt instrumentum ꝗ cũ mouentur, a causa principali eam virtutem sumũt effectiuam gratiæ, & tollendi peccata,dicitur instrumẽtaliter, quia vnus Deus est causa principalis effectrix salutis & gratiæ,qui habet solus etiam virtutem creandi; gratia enim creatione tantum producitur. *Sacramenta quomõ cãnt gratiam.* Item sacramentum non operatur gratiam nisi motum a principali causa, idest Deo, & cum dicitur sacramentum, non nuda elementa intelligũtur & verba, sed elementa & verba cum virtute Dei in illis contenta.& sic formaliter iustificant sacramenta,nec naturalem habent hanc virtutem, sed qua sunt instituta a Christo, & ordinata,ꝙ dicit August. li. de catech.rud. c.3.

c.3.& etiam alio in loco.& Cipr.ferm. de chrifm. hoc ipfum declarat cum d. diuinam virtutem operari potentius in elemétis.i. facere plufquam poffent fecundum naturalem virtutem elemé ta facere.Sacramentum ergo totaliter conftituitur ex elemétis, & virtute in eis contenta, & Clem.ep.1. vbi d.per verbũ Dei fanari peccata, eodem modo eft intelligendus.

De modo quo facramenta conferant gratiam. Cap.IX.

QVidam dicunt facramenta fua vi non poffe gratiam attingere,quidam oppofitum,fundamentũ primæ opinionis eft.primo non poteft agens corporeum effectum incorporeum producere,gratia eft quid incorporeum,facraméta funt agens corporeum, ergo non poffunt gratiam attingere. fecundo,tunc accidens dicitur effici cum in fuo fubiecto producitur, gratia eft accidés in anima rationali exiftens, ergo nó poteft produci nifi in anima, vnde fequitur vt agens ꝙ debet efficere gratiam neceffario ipfam gratiam attingat, fed facramenta, quia corporea tantũ corpus poffunt attingere, nó animam ergo nec gratiam; tertio,nó poteft quid in anima effici quin corpus aliquo modo prius afficiatur ob mutuam coniunctionem, fed aliquod facramétum eft ꝙ gratiam confert & corpus non attingit,vt patet de abfolutione,furdus eñ poteft abfolui qui tamé per abfolutionem nil patitur in corpore. In hac fententia vidétur effe fere omnes Patres. Ambr.ep.84.Auguft.lib.83.q.53.& in Leu.q.84.Cipr.lib.de baptifmo Chrifti.Sed quia eft de fide facramenta gratiam efficere, ideo differunt qui hanc fententiam fequũtur,quidam enim dicunt difpofitiue tantum gratiam attingere, i.ꝙ difponunt ad gratiam introducendam,& ꝙ id eft caracter, vel ornatus.ita videtur fentire Alex.4.p.q.8.m.3.& 5.& D.Thom.4.d.1.q.1.ar.4.fed hæc fententia non eft tenenda,volunt enim gratiam non poffe effici a facramentis, quia res temporales non poffint efficere fpiritualem,& caracterem poffe, qui tamé eft fpiritualis qualitas in anima, præterea idem agens eft difponens materiam & introducens formam,fi ergo facramenta poffunt animã difponere ad gratiam, ergo eandé introducere. Item non eft ratio cur fi poffunt facere caracterem nó poffint gratiam,quia vnus poteft effe fine alio vnde accedens fide ad baptifmum accipit gratiam, fed non caracterem, fi non accipit re baptifmum, fed tãtum voto, fic ficte baptizatus accipit caracterem non gratiam.

Ad argumenta in contrarium allata dicitur non habere vim,dicitur eñ ad exemplum de generatione hominis, effe magnam differétiam,primo, quia in anima introducere poteft feminalis virtus aliquid, quia poteft dici homo hominis caufa, non tamen homo caufa effectiua animæ rationalis, vt facramentum dicitur caufa animæ gratæ,& ipfius gratiæ. præterea in facramentis non operatur res corporea tantum, fed virtus diuina in eis contéta fimul tamen cum figno fenfibili, & ideo animam attingunt. Ad Patres dicitur, fignificare principalem caufam effectiuam gratiæ effe Deum,facraméta inftrumentalem.fic Aug.c.aliud. de conf d.4. præterea quo ad primum argumentum, licet res corporea per fe non poffit attingere incorporea tamen virtute principalis agétis poteft, fic calor naturalis eft infra genus rei animatæ,& tamen virtute animæ mouentis rem animatam producit. Ad id ꝙ corporeum nó agat in incorporeũ, inftatur fic, de fide eft quod ignis purgatorij,& inferni eft corporeus,& tamen de fide exurit animas & dæmones torquet,nec alia ratio redditur nifi qua talis ignis eft inftrumentum diuinæ iuftitiæ,ergo facramétum vt inftrum diuinæ mifericordiæ hoc ipfum faciet. vlterius peccatum originale natu-

turali & seminali generatione produ citur, non tamen anima, sed a Deo, anima vero efficitur, quia corpori infunditur, qȝ tali generatione gignitur ratione cuius corporis anima traducit peccatũ, ergo, potest ergo per corpus infici, ergo & per corporea sacramenta sanari. ad tertium, non oportet vt virtus diuina cum corpus attingit attingat corpus, sed potest sine medio ad animam pergere.

Secunda sententia est Gul. hic tract. de ord. & bapt. qui d. sacramenta esse causam gratiæ deprecatorie, adeo vt sacramenta sint preces ministrorum, quib. gratia impetratur suscipientis sacramentum.

Tertia opinio d. Deum ex pacto & conuentione sacramentis assistentem gratiam conferre sacramentorũ suscipienti, quam sine præsentia sacramentorum non conferret, vt sacramenta dicantur gratiæ causa, vt quæ sunt dispositio sine qua non. Ric. de Med. Vil. in 4. d. 1. art. 1. q. 1. D. Bon. d. 1 ar. 1. q. 3. Biel. d. 1. 4. q. Scot. d. 1. q. 4. & 5.

Quarta sententia. Sacramenta attingere gratiam. Sot. d. 1. q. 3. ar. 1. sed non facere illum, nec principaliter, nec instrumentaliter.

Quinta d. sacramenta esse causam gratiæ, non tamen physicam, sed moralem, causa naturalis dicitur ignis q. calefacit, moralis quę a libera uoluntate procedit & effectum attingit actione non naturali, sed libera, ut iubens dicitur causa libera, in peccato est causa phisica. s. actus ipse, & moralis ut iubens consulens, &c. quæ sententiæ referuntur a Cano. de sacramentis. p. 4. & confutantur.

Sexta sententia D. Thom. 3. p. q. 62. ar. 1. d. duplicem esse causam, principalem & instrumentalem, causamq; principalem gratiæ esse solum Deũ, sacramenta instrumentaliter, eatenus enim d. producunt gratiam quatenus mouẽtur a Deo. Aug. con. Fau. c. 16. 3. ad Tit. Saluos nos fecit. de verit. 27. q. ar. 4. nã vt d. D. Th. ibid. d. ar. 1. causa instrumẽtalis nõ agit per virtutem suæ formę, sed solum per motum quo mouetur a principali agente, vnde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti, vt lectus nõ assimilatur securi, sed arti quæ est in mente artificis, gratiã vero producit solus Deus principaliter cum sit quædam participata similitudo diuinæ naturæ. 2. Pet. 1. instrumentaliter sacramenta, & hoc modo causant gratiã, quia adhibentur ex diuina ordinatione hoĩbus ad gratiã causandam, vt d. Aug. loco prædicto, qȝ omnia sacramentalia fiunt & trãseũt, virtus tamen, scilicet Dei, quæ per ista operatur, iugiter manet. ita D. Thom. d. ar. 1. His positis.

Prima sit conclusio, Sacramentorũ proprius modus operandi est ex opere operato, sensus quorum verborum ex cipitur ex scriptis sanctorum Patrum, cum dicitur ex opere operato, non æstimandum virtutem sacramentorum esse penes opus quod exercetur in adhibendo sacramento, sed significatur ex propria virtute a Deo habita, nec ĩ adultis excludit deuotio, fides, dispositio aliqua, sed volumus gratiam tamẽ a nulla causa effici, quã a Deo, vt causa principali, & instr̃aliter a sacris, cętera vero concurrunt tantũ vt conditiones sine quibus non, vt etiam cum dicitur ignem calorem efficere, non excluduntur conditiones necessariæ ad calorem faciendum in ligno, vt approximatio, ligni exiccatio, sed significatur ignem tãtum esse causam caloris, fides in sacramentis sumendis tantum quandam præparationem, & approximationem d. & ligni siccitas est in nobis pęnitentia, contritio, deuotio, quę non sunt causa effectiua gratiæ, sed cõditiones, & dispositiones, nec ab igne aufertur vrendi vis etiã si lignũ sit humidum, sic indeuotio & infidelitas nõ tollunt virtutem sacramentis, sed tollunt tantum ne gratiam producant; probatur ex Conc. Trid. sess. 14. can. 5. & Flor. in vnione Armen. can. 4. 6. 7. 8. Aug. 4. con. Don. ca. 24. d. magnam esse virtutem sacramẽtorum, & ex se multum valere. & lib. de pec. merit. & rem. c. 13.

Sacramenta operantur ex opere operato.

13. 19. cur. d. infantes baptizati inter Christianos numerantur, nisi in causa est virtus baptismi? & q̄ d. Aug. ex se. i. virtute sua, ego dico ex opere operato, significat Chrisost. hom. 24. 35. In Io. hoc idem, cum docet piscinam nõ habuisse virtutem sanandi ex se, sed ex motione Angeli facta, sic sacramenta non sua naturali vi, sed cum mouētur a Deo gratiam faciunt, & hęc est differentia nouæ veterisq; l sacramentorum, q̄ nostra ex opere operato, illa ex operante gratiam conferebant, vt supra est declaratum.

Sacramentorũ virt' an sit qualitas pmanens.

Secunda propositio, hæc virtus sacramentorũ nõ est permanẽs qualitas in sacramẽtis impressa, sed trãsiẽs (hic nõ est sermo de Eucharistię sacramẽto in quo author gratiæ continetur) probatur, nam si est. v. g. virtus corporea gratiæ qualitas non attinget spiritualem, nec animã sanctificabit, tum frustra sit: sed Deus dices potuisset naturali sacramentorum qualitate corporea vti ad gratiam faciendã, at si virtus corporea ex se grãm posset attĩgere, quorsũ ergo sacramẽtis dedisset virtutẽ incorpoream? Si vero est spiritualis qualitas non potest existere in sacramentis corporeis pmanẽter, siquidẽ incorporeũ accidẽs nõ põt esse in subiecto corporeo in quo quod recipitur p̄ modum recipientis recipitur. Si dicatur animam rationalem existere in corpore. Respond. enim quòd est substantia & a corpore in esse nõ pendet, cui esse dat, accidens vero vt est hęc qualitas gratiæ necessario dependet a subiecto a quo habet esse; licet sit a Deo

Sacramenta sunt cã gratie per modũ causę naturalis, instrumẽtaliter tamen.

Tertia propositio, sunt sacramenta gratiæ causa instrumentalis per modũ causæ naturalis, nisi q̄ in duobus differt modus conditionis sacramentorum a modo conditionis causæ naturalis, hæc enim producit effectum per formam quam habet in se, at sacramẽta habent tantum motum a principali agente, non formam permanentem. secundo naturalis est causa principalis sui effectus, sacramentum vero est tantum causa instrumentalis, duæ n. sunt nostræ iustificationis causę, Deus principalis, & vna instrumentalis principalis, quæ est humanitas Christi, & quæ dicitur instrumentum diuinitati coniunctum, instrumenta altera sunt sacramenta, vt diuinitas per Christi humanitatem, & sacramenta nostra operetur iustificationem, vt funditor vtitur duplici instrumento manum vt instrumento coniuncto, funda vt separato. At conuenit sacramentum cũ causa naturali, quia sicut causa naturalis aliqua propria actione effectum attingit, sic sacramenta virtute aliqua propria in illis reperta gratiam faciunt, hanc vero virtutem qua sacramenta faciunt gratiam dicitur esse illum motum quo mouētur a principali agẽte. Ar. 2. de gen. anim. c. 1. d eam esse differentiam inter ea quæ per se agunt, & ea quæ sunt instrumenta, q̄ illa actu talia esse debent vt quę faciũt, vt ignis q̄ ignem producit, actu ignis est hæc vero non est necesse vt sint ea actu quæ operentur salutem in actu permanenti, sed tantum quasi per motum formẽt in anima effectum a principali agẽte, vt pictor habet actu in mẽte imaginẽ, penecillus vero quo pingit nõ habet in se eã imaginem quã pictor pingit, sed tantum vario tractu, & modo formationis, penecillus eã imaginẽ facit, sic in genere animalis, semẽ nõ est actu animal, at fit ea alteratione, qua virtute mouetur ĩ animali, q̄ d. Ar. de hoc etiã dicere possumus de sacramẽtis, vt non habeãt actu permanentem gratiam, sed modo quo Deus vult & & motu qui est quasi forma in sacramento per quam in nobis gratia fiat. Vnde Patres cum loquuntur de virtute sacramentorũ, causam, tribuit elementis non significãt, ideo Aug. miratur tantam esse aquæ virtutem, vt sup. Rursus significatio non est ratio ob quam sacramenta sint causa gratiæ, sed potius contra, quia gratiæ causa sunt sacramenta, ideo significantia. Quidam putant sacramentis imprimi qualitatem quandam transeuntem, per quam sacramentis Deus vtẽs effi-

efficiat gratiam, & hoc fieri in omnibus inſtrumentis quibus Deus ad efficiendum quemnis effectum miraculoſum vtitur, ſicut fecit in luto quo cæcum illuminauit, adeo vt poſſit Deus ſuis inſtrumentis imprimere qualitatem etiam contrariam naturali qualitati inſtrumenti ad efficiendum effectum qui repugnet qualitati inſtrumenti, & hoc eſſe Dei inſtrumentum proprium, ars enim & natura nullam ſuis inſtrumentis qualitatem imprimunt, ſed ars ſumens inſtrumenta, & vario motu mouentis efficit actionem; natura vero propriam qualitatem inſtrumenti naturaliter moderatur ad effectum naturalem agendum, ut ignis naturam temperat, vt non in infinitum exurat, ſed tantum quantum ſatis eſt pro effectu naturali, ratio eſt eius quòd eſt dictum, quia Deus ſolus habens potentiam infinitam, poteſt in inſtrumento, tum formam, tum materiam ita mutare, vt poſſit materiæ cuilibet quamlibet formam imprimere, natura verò hanc vim non habet.

Sententia eſt probabilis, ſed eam qualitatem puto eſſe diuinam motionem; quid enim aliud eſſe poſſit dicere eſt difficile, qualitas enim in fluxu poſita eſt motus, ſi vero alio modo ineſt gratiæ qualitas, improbabilis erit ſententia, erit enim ſuperflua, ſatis enim motio eſſe poteſt, nec ſoluit argumentum contra ſententiam ponentem qualitatem in ſacramentis factam, nec vlla ratio eſt ſi poteſt Deus ſuam naturam eleuare ſupra vires naturales vt faciat effectum quem ſua naturali vi non faceret, cur Deus idem hoc non poſſit.

An gratia ſacramentalis differat a gratia communiter dicta. Cap. 10.

Vocatur gratia cõmuniter dicta, quæ facit gratam Deo aĩam, abſtrahendo ab oĩ alio particulari effectu, quem vł̃ ſignificare vnumquodq; ſacramentũ, baptiſmus n ꝑter gratiã gratũ facientem, d. particularem effectum. i. generare nouum hominem, & Chriſti corpori inſerere tali modo, quia baptiſmus ordinatur ad quandam ſpiritualẽ regenerationẽ qua homo moritur vitijs, & fit membrum Chriſti, in confirmatione robur.

Prima ſententia eſt gratiã ſacramẽtalem a gratia cõiter dicta virtutum, & donorum differre nomine tantũ, & leui ratione, Biel in 4. diſt. 2. q. 1. art. 3. exponit hanc ſententiã, & addit gratiam ſacramentalem nihil a charitate differre, poſſe tamen differre a fide & ſpe cũ hæ duæ virtutes ſint informes, probat non differre a charitate, quia non poſſunt inuicem ſeparari.

2. ſententia, gratiam cõiter dictam a ſacr̃ali tm̃ differre penes reſpectũ quẽ dicit ad proprios effectus, vt cõiter ea gr̃a ſit, q̃ vel ad aĩam eſſentialiter ꝑficien. vel potẽtias ipſas, ſacr̃alis vero q̃ referẽ ad ſanitatẽ in aĩa facien. augen. & cõſeruan. hinc ſacr̃a medicinę vocãtur. Ales. 4 p. q. 8. m. 4. ar. 2. Bon. 4. d. 2.

3. ſnĩa. D. Th. 3. p. q. 62. a. 2. & 4. 5. d. 1. ar. 4. & ſupponit primo gr̃am cõiter dictã in aĩa eſſentialiter reſidere, virtutes & dona in potẽtijs, vt ſicut ex aĩę eſsẽtia fluũt potẽtię, ſic ex gr̃a cõiter dicta in aĩę eſsẽtia reſidẽte dona fluãt & virtutes, & ſicut gratia ad aĩę eſſentiã perficien. referẽ, ſic virtutes & dona ad potẽtias ꝑficiẽ. ſacr̃alis vero gr̃a ordinẽ ad creãdũ quẽdã effectũ propriũ, vt baptiſmalis ad regñationẽ in Chr̃o, &c. vt ergo virtutes & dona gr̃ę cõiter dictę ſupaddũt quãdã ꝑfectionẽ, ſic gr̃a ſacr̃alis ſupaddat ꝑfectionẽ virtutib.

tibus & donis, qua anima perficiatur ad aliquem effectum certum agẽdum, quæ perfectio vocatur auxiliũ speciale a D.Thom. ex quo quærunt Thomistæ quid sit hoc auxilium speciale. Capr.4.d.3.q.d. esse caracterem in sacramentis imprimẽtibus eum, in alijs ornatum quendam animæ. Palud. 4.d.1. q. 3. d. esse habitum quendam distinctum ab habitu gratię communiter dictę Caiet.& Sot. esse diuinum concursum quo particularis effectus per sacramenta in suscipiente perficiatur.

Sacramentorum gratia an differat at cõmuniter dicta. Pro solutione notandum, tria in hominibus esse, animæ essentiam, potentias, act⁹, & an potẽtię realiter differãt ab anima quæstio est, constans tamen opinio est potẽtias ab essentia formaliter differre, hæc tria deprauata peccato, gratia erant reformanda, vt sicut differunt inuicem, sic gratię quib. reformantur, differunt. Secundo, Notandum esse valde probabilem inquirendi modum quomodo formaliter differant ex effectibus earum, quæ ratio si tollatur, vel nulla, vel incerta supererit eas intelligendi via; dicitur etiam valde similem esse hanc quæstionẽ de distinctione gratiæ sacramentalis, & communiter dictæ, cum ea qua quæritur qua ratione potentiæ inuicem differant, & animæ quæ sunt in homine. Tertio, Notandum gratiam dici vitam, quia facit in anima, ꝙ anima facit in corpore, & dicitur gratia quædã cęlestis vitæ participatio. Quarto, Notandum, instrumenta distingui ex distinctione effectuum a quib. esse suum etiam habent. His positis.

Prima cõclusio. Prima propositio: gratia communiter dicta, gratia donorum & virtutũ, gratia sacramentorum differunt formaliter, de gratia communiter dicta, de gratia donorum certum est hoc; nam gratia communiter dicta perficit essentiam, gratia donorum & virtutũ potentias, & sicut essentia, & potentiæ differunt inter se formaliter, sic etiam gratia communiter dicta, & gratia donorum, nam illa ad essentiam, hæc ad potentias pertinent. De sacramentali etiam est clarum, probatur, quia sacramenta efficiunt, ꝙ significãt ex Conc. Flor. & Trid. sess. 7 can. 6. sed sacramenta formaliter significãt nõ gratiam solum gratum faciẽtem, nec dona ac virtutes, sed aliquid aliud, ergo aliquid aliud agunt præter gratiam communiter dictam donorum & virtutum; minor probatur, nam baptismus non tãtum significat hominem fieri Deo gratum, vel dona ac virtutes, sed significat proprie regenerationem spiritualem in Christo, sic de alijs sacramẽtis; secundo fieri potest, vt quis ante susceptionem sacramentorum, gratiam cõmuniter dictam habeat dona & virtutes, ergo cum suscipit sacramẽtum nihil de nouo acquireret, & frustra susciperet, tertio, quia non esset necessarium post susceptionem baptismi alia sacramenta suscipere, cum per baptismum omnia quæ per alia sacramenta suscipi possunt, suscepimus, quòd est absurdum.

Secũda cõclusio. Secunda propositio; Si concursus Caietani & Soti, Dei concursus extraneus intelligitur, ita vt sacramenta ꝓducant tantum gratiam gratum faciẽtem; Deus vero immediate concurrat ad illum particularem effectũ producẽdũ, errant, quia tunc sacramenta nõ agerent ꝙ formaliter significant, nam significãt particularẽ effectum præter gratiam communẽ dona & virtutes, quia Deus immediate per ipsos efficeret, non sacramenta, secundo sacramẽta, quia sunt instrumenta distinguuntur penes effectus suos, sed si solũ gratiam communiter dictam producant dona & virtutes, sacramenta non different inuicem. tertio D. Thom. hoc auxilium, ꝙ superaddunt sacramenta putat esse specifice distinctũ, at secundum illos esset idem prorsus specie auxilium, nã esset idem in omnibus sacramentis Dei concursus, variæ ac variæ operationes. Tum vnum sacramẽtum non esset maioris necessitatis quã aliorum, sed cum omnia sacramẽta ad vnam eandem gratiam communiter dictam referantur eundem haberent effe-

effectum, & ideo eiusdē essent necessitatis contra Decretum Melchiadis papæ in epist. ad Episcopos Hispaniæ, vbi d. baptismum esse maioris necessitatis quam alia sacramenta, vbi etiam effectus sacramentorū distinguit particulares quos non concursui diuino, sed ipsis sacramentis attribuit.

Tertia propositio, gratia communiter dicta ad cæteras gratias, quæ per sacramenta producunt se habet quasi genetrice, & eo modo quo vita se hēt ad sensitiuam & rationalem vitam, & specificatur p varios particulares gradus, in vita nō fit reciprocatio, nec in gratia, vita enim esse potest sine sensibili & rationali non econtra, sic gratia esse potest sine sacramenti gratia, at hæc non potest esse sine gratia communiter dicta.

Quarta cō clusio.

Quarta, ea est distinctio inter has gratias, quæ est inter habitum generi cum & specificum, inter vitam & uitā sensibilem & rationalem, vt si sit illa realis distinctio, sic etiam ista videri realiter distingui, nā si effectus distinguuntur naturalis formę distinctione indicat q & effectus harum gratiarū realiter differant, adeo vt vnus possit esse sine altero, vt baptismi gratia, & effectus potest esse sine alia, & effectus vnius sacramenti non potest perfici a gratia communiter dicta, ita vt maior in confirmatione extiterit gratia communiter dicta, quam in baptismo, tamen erat aliquis effectus in baptismo qui in Confirmatione esse non poterit sine baptismo, hinc ergo patet gratias distingui, q videtur voluisse significare D. Thom. d. q sacramentalis gratia addit auxilium speciale gratiæ cōmuniter dictæ donis & virtutib⁹, sicut secundum D. Thom. potentiæ reipsa differunt ab essentia, ergo, & quia d. virtutes & dona pfectiones addere gratiæ, & gratiam sacramentalem addere auxilium speciale gratiæ virtutibus & donis, & cum nequeat intelligi auxilium, eo modo quo Gaiet. & Sot. dēt intelligi esse quendam gratiæ gradum per sacramenta additum, cū quo Deus efficit aliquid particulare in anima.

Ex quibus facile ad contraria respōdetur, nam verum est gratiam cōmunem, & gratiam sacramentalem non differre penes effectum faciendi gratum cum Deo, quia id vtraque facit, sed sacramentalis pducit particularē effectum, vt in baptismo regenerationem in Christo, in confirmatione robur ad pugnandum, licet non confirmatus ex actibus exercitis virtutum possit habere pleniorem gratiam gratum facientem, tamen non habebit pdictum effectum; pręterea in statu Innocentiæ fuit gratia cū virtutibus, & donis, & tamen non fuere sacramenta saltem modo nostro.

An in sacramentis sit aliqua virtus effectrix gratiæ. Cap. XI.

Qui sacramenta d. efficere gratiam ex pacto & conuentione dicūt nullam habere virtutem sacramenta, qui vero materialiter tantum concurrere materialem virtutem in esse sacramentis dicunt. Qui dicunt sua virtute sacramenta gratiam attingere, coguntur in sacramentis ponere aliquā virtutem. Scot. in 4. d. 2. q. 1. ponit propriā virtutem in sacramentis. Henr. de Gād. quodl. 4. q. vlt. d. esse virtutem in sacramentis quæ sit in illis, non tamē deberi dici ipsorum, sed Dei qui operatur in eis, Sotus secundum veritatē, & D. Thom. 3. p. q. 62. art. 4. docet non esse in sacramentis aliam virtutē præter motum quo sacramēta a Deo mouētur, & exponit in omni quasi instrumento esse duplicem motum, unū naturale ex propria forma naturali instrumenti productum, alterum productū a arte exterius ab artifice in instrumento, qui duo motus se habēt ut materia & forma, adeo ut motus naturalis sit materia, extraneus uero sit quasi forma eius naturalis, ut per se patet ī sa-

Sacramenta an habeant uirtutem aliquam effectricem.

ſacramento v.g. baptiſmi eſt motus naturalis aquæ qui eſt abluere ſordes corporis,& motus extraneus Dei qui priorem reformat,& eleuat ad ſubliniorem effectum vt animæ ſordes ex purget, quem effectũ modo naturali ſacramenta non poſſunt efficere, poſſunt tamen ſecundo modo.

His poſitis.

Prima cõcluſio. Sit propoſitio, licet in omni ſacramento ſit quædam naturalis diſpoſitio, quæ cum diuino concurſu ad gratiam producendam concurrit, verum talis diſpoſitio neceſſaria non eſt, adeo vt ſine ea diſpoſitione Deus vti nõ poſſit ſacramẽto ad gratiam efficien. imo & contrariam diſpoſitionem poſſet adhibere ad eandem producendam; luto enim Chriſtus vſus eſt ad viſum cæco reddendum, cum tamen lutum non ſolum non habeat naturalem diſpoſitionem ad viſum reuocãdum, ſed contrariam, non negatur tamen fuiſſe conuenientiam, vt Chriſtus apto inſtrumento vteretur ad gratiam faciendam, ratio vero cur id nõ ſit neceſſarium, eſt, quia Deus ſecundis cauſis non eſt alligatus nec eis ſuã virtutem obſtrinxit, ob ſuam etia virtutem infinitam & illimitatam poteſt eleuare res ad altiſſimas operationes, ſicut de Chriſti humanitate factũ eſt, quæ cum ſit creata, ad eſſe tamen diuinum eſt eleuata,& ſecundo, quia principale agens non vtitur inſtrumẽti actione propria ad ſuum effectum producendum, atque hinc colligitur etiam Deum & Chriſtum vti reb. omnibus & verbis. ſ. & rebus ex quibus conſtat ſacramentum ad gratiam efficiendam, licet magis principaliter vtatur verbis, q̃ locum habent formæ, ex Aug. 80. tr. in Io. d. accedit verbum ad elementum,& ſit ſacramentum, tamen aqua non ſit niſi aqua. probat Auguſt. ex Io. 15. iam mundi eſtis per ſermonem, docens virtutem ſacramẽti in verbis conſiſtere, non tamen ita vt ſola verba ſufficiant ad ſacramenta efficienda, quib. verbis eos tueri poſſumus, qui dicũt Deum vſum eſſe ſacrorum ſignificatione ad gratiam efficiendam; cum enim verba in ſacramentis locum habeãt formæ & verba formaliter conſtituantur per ſignificationem, ſequitur etiam ſacramenta conſtitui quodammodo per ſignificationẽ, d clarando tamen vt infra.

Secunda propoſitio, ſententia D. Tho. vt exponitur a Gaiet. & Soto eſt vera, & eſt tenenda de virtute ſacramentorum. Duo tamen videntur nõ ita probabilia in eorum explicatione quæ dicunt. primo, ꝙ ſagittæ Sotus concedat virtutem impreſſam; ſecundo ꝙ d. ſacramentum eſſe inſtrumentum Deo coniunctum, de primo non eſt diſputandum, quia eſt res phiſica, tantum dicitur eſſe impoſſibile in inſtanti quaſi tãtam virtutem proiecto imprimi vt diu moueatur nulla alteratione facta in proiecto, aut mutatione, quo ad ſecundum eſt contra Diuũ Th. 3. p. q. 62. ar. 5. in corpore, vbi ponens differentiam ſacramentorum a Chriſti humanitate d. vtrunque eſſe virtutis diuinæ inſtrumentum, ſed humanitatem Chriſti eſſe diuinitati inſtrumentum coniunctum; ſacramentum ſeparatum. puto vero inſtrumentum qua inſtrumentum,& neceſſario eſſe coniunctum aliquo modo agenti principali proximo. ratio eſt, nã Philoſophus docens diuerſa mouentium genera quædam dicit eſſe quę non mouẽt niſi mota, exemplum manus, baculi, lapidis, baculus enim non mouet niſi a manu motus, ſagitta mouetur & coniuncta eſt principali agenti a quo mouetur immediate, & eſt aer pulſus & agitatus Si dubitetur an motus quo ſacramenta a Deo mouẽtur ſit ſpiritualis vel corporeus. Reſpond. motum hunc eſſe ſpiritualem a virtute ſpirituali productum & ineſſe poſſe corpori non per modum qualitatis permanentis, ſed tranſeuntis, & qua ſacramenta ſunt diuinę ſpiritualis virtutis inſtrumenta, nec eſt mirum, nã vox & oratio eſt corporeũ inſtrumentum, & tamen qua ſpirituali quodam motu cientur ab intellectu loquẽtis, audi-

auditores ſpiritualiter mouet, ſi hoc in naturalibus eſſe poteſt, ergo magis in diuinis, dicitur etiã rem ſpirituale in re corporea eſſe non poſſe dependenter ab illa, ſed res ſpiritualis non dependenter a re corporea eſt in illa, exemplum eſt animæ rationalis, quæ eſt ſpiritualis, & ineſt corpori, q a ab eo non dependet in eſſe, motus vero quo ſacramenta a Deo mouentur non pendet a corporeis ſacramentis, imo illis vt forma quædã ineſt, quoddam nouum & ſpirituale eſſe largiẽs. Si dicatur poſſe eſſe virtutem ſpiritualem in ſacris permanenter q̃ non depẽdet ab ijs; ℞. cum hęc virtus neceſſario ſit acſis, neceſſariũ eſt ſi ſit permanens neceſſario pẽdere a ſuo ſubiecto, ꝙ in virtute trãſeunte nõ accidit, cuius rõ eſt, vt non tã a ſubiecto quã ab agẽte pẽdeat; & ſic in ſacris eſt virtus cauſatiua & effectrix gratiæ inſtrũaliter.

An ſacramentorum virtus ſit a paßione Chriſti deſumpta.

Cap. XII.

Sacforum virtus ã ſit ex paſſione Chriſti.

NOtandum, vt noſtræ iuſtificationis cauſam Chri paſſioni, & eius actibus ac fidei attribuunt Patres, & ſcriptura, ſic etiam virtutem ſacramẽtorum, ſed diuerſa ratione, nam fides non dicitur virtutem dare ſacramentis, ꝙ ſacramentis virtutem imprimat, nec ꝙ fides cum ſacramentis partialiter gratiam faciat, tunc enim noſtra ſacramenta a veterib. nõ differrent, vtraque enim gratiam fidei virtute efficerẽt, ꝙ abſurdum, & paruulis in quib. actu fides eſſe nõ poteſt, gratia tamen ijs per baptiſmum cõfertur, ergo fides virtutem dare dicitur ſacramentis, qua ſacramẽta habent iuſtificandi virtutem ex Chriſti inſtitutione, quæ non ratione humana, aut aliqua perſuaſione, ſed ſola fide teneri poteſt, quaten⁹ ergo fide credimus inſtitutionẽ habemus per fidem, dr̃ ſacramentis dari virtus, hoc docet Aug. 4. con. Donat. 25. c. vbi d. paruuli eatenus dicuntur fide parentum iuſtificari in baptiſmo, quatenus ad baptiſmũ non afferentur ſine fide parentum, vbi docet fidem parentum eſſe neceſſariam diſpoſitionẽ pro baptiſmo paruulorum, non ꝙ fides parentum poſſit gratiam pueris elargiri. ſecundo Notandum, Chriſtum virtutẽ habuiſſe iuſtificandi etiam ſine ſacramentis, vt cum Magdalenam & latronem iuſtificauit, & ſi ſacerdos eam habet non habebit Chriſtus cui data eſt clauis Dauid aperiendi & clauden. Eſ. 22. & hoc non ſolum Chriſto cõcedimus ſm̃ diuinam naturam, ſed etiã humanam, ꝙ in ſcriptura probatur, vt Luc. 5. & Math. 9. vbi miraculo ſanitatis paralitici probat ſibi eſſe talem poteſtatem, cum d. vt autẽ ſciatis, &c. & Math. vltimo, Data eſt mihi omnis poteſtas, quòd de diuina natura non poteſt intelligi, nam Chriſto ſecundum diuinã naturam nihil eſt datum, & Cir. epiſt. ad Neſtor. habeturque Conc. Epheſ. vbi docuit Cirillus, Chriſti carnem eſſe iuſtificatricem. tertio Chriſti paſſionem, vel actionem proprie dici nõ poſſe inſtrumẽtum iuſtificationis, ſed vel cauſæ erunt effectrices, vel aliud dici nõ poteſt, quam actio ipſa. ratio, quia actiones non ſolemus vocare inſtrumenta, ſed quia tunc eſſe debet inſtrumentum præſens, quando dicitur eſſe effectus, ſed noſtra iuſtificatio etiam nunc fit, ergo cauſa eius inſtrumentalis præſens eſſe debet, omnis vero actio & paſſio Chriſti iam tranſijt, ergo. quarto notandum, eſſe differentiam inter Chriſti actiones, quæ fuerunt ante mortem eius, poſt mortem, poſt reſurrectionem quo ad noſtram iuſtificationem pertinẽt; actiones enim ante mortem potuerunt eſſe cauſæ tripliciter noſtræ iuſtificationis, primo effectiue, ſecundo meritorie, tertio ſatisfactorie, cum enim primo Chriſtus in eo ſtatu fuerit ante mortẽ, in quo potuit vt viator mereri, potuit etiã nobis mereri ſuis actionibus cœlum; item 2. pro nobis ſatisfacere applican. ſuarũ actionum merita ad ſatisfactionẽ nr̃orum peccatorum,

tertio effectiue, qa haberet vim iustificandi, hoc docet Aug. 4. de Trin. c. 3. profuisse dicens secundæ nostræ morti mortem Christi, colligitur etiam ex 1. Cor. 15. post mortem actiones Christi nil nobis mereri potuerunt, tunc enim non fuit meriti capax, potuit tamen eo in statu pro nobis satisfacere applicando sua merita, nam status post mortem ante resurrectioné, licet meriti capax non sit, est tamé satisfactionis, sic qui in Purgatorio sunt satisfaciunt. post resurrectionem nec mereri Christus, nec satisfacere potuit, ná ille status est in termino & perfectissimo, potuit tamen nostram ascensioné & resurrectionem efficere, vt per suá ascésionem & resurrectionem fit operatus nostram. vt per D. Th. 3. p. de ijs quæ post mortem aguntur. q. 50. ar. 6. de ijs quæ post resurrectionem. q. 56. ar. 1. de ascens. q. 57. His positis.

Prima cõclusio. Prima conclusio, Deus principalis causa sacramentorum virtutis, potuit sacramentis virtutem dare a Christi passione non depen. est. n. potétia non alligata actioni Christi, aut passioni.

Secũda cõclusio. Secunda conclusio, virtus in sacramentis existens potuit ab vnaquaque Christi actione, & passione desumi, ratio est, quia oĩs Christi actio & passio erat valoris infiniti, idem: enim omnium actionum, & passionum erat suppositum diuinum.

Tertia conclusio. Tertia virtus sacrorum appropriate ex Chrĩ passione vltimo desumpta est. ratio diuinæ voluntatis beneplacitũ, & forsan, qa ea vltima passione qua si quodá compendio fuerunt collatæ oẽs Christi actiones & passiones secũdum id, consummatum est. Gl. Ord. super 1. c. ad Rom. ponit probationé huius conclusionis, vbi ait, sacra è latere Christi fluxisse, ergo, quia sacramentorũ virtus habita est ex ea vltima passione, & desumpta. D. Thom. hoc loco quæst. 62. artic. 5. dicit causam iustificationis principalem Deum esse, instrumẽtalem duplicem; prima est Deo coniuncta, hipostatica Christi humanitas est, secunda sunt sacramenta á Deo separata. i. non hypostatice, adeo vt se héat Deus per sacramenta ad nostram iustificationé, sicut se habet homo manu & baculo trahens baculum, homo enim est causa principalis, manus instrumentum coniunctum, baculus separatum, & potest homo sine manu & baculo trahere lapidem non cõtra, sic Deus põt iustificare sine Christi humanitate, & sacramẽtis, & Christi humanitas vt manus lapidem, sic potest operari sine sacramentis nostram iustificationem, sacramẽta vero vt baculus nunquá sine Christi humanitate, nec sine Deo possũt iustificare. hæc mouentiũ ordinatio hr̃ Phis. 8. t. 33. vnde elicitur primæ probatio conclusionis, 2. id q̃ supra est dictum, videlicet. virturem instr̃alem esse motũ principalis agentis, probat deinde D. Th. qa sacr̃alis gr̃a hr̃ duplicem finé. primũ tollen. peccata, 1. actum transeuntem, & reatum in anima permanentem, præter actum transeuntem per quem quĩ committit peccatum relinquit in anima reatá, vtrunque tollit gratia Christi, atqui peccatorũ remissiõ, & sublatio a Christi passione appropriate sumitur, quare & virtus sacri, quę tollit peccatum ab eodé sumitur. Alterũ est perficere aĩam in ordine ad cultũ Dei exercen. & quia Christus sese in in cruce offerens ritib. & cerimonijs Chr̃ianis dedit initium, ideo sacramẽtorũ virtus quæ pertinet ad ritus illos seruan. ab eadem passione pendebit. Confirmatur ex signo in Chr̃i passione, dr̃ fluxisse sanguis & aqua, ad significandum duo pręcipua sacra Baptismum, & Eucharistiam, adde q̃ virtus testamenti sanguine testatoris firmatur, ergo; Si dicatur effectus non pręcedit causam, sed Baptismus dicitur institutus ante Christi passionem, discipuli enim tunc baptizabant. Ioan. 3. 4. ergo. Respond. huiusmodi fuisse baptismum Ioan. quòd non erat sacramentum; sed dispositio ad Christi baptismum. Si dicatur gratiam datam sic baptizatis, qui est effectus Christi baptismi, vt ait Cir. 2. in Ioan. Respon.

po-

potuiſſe dari gratiam per eum baptiſmum eo modo quo per Sacramenta veteri lege, poteſt etiam dici baptiſmum diſcipulorum fuiſſe baptiſmũ Chriſti, ſed non completum, quia gratiæ non habebat abundantiam, cœlum non aperiebat, completum verò in morte & paſſione Chriſti; Si dicatur cum Chriſto latus eſt apertum erat iam mortuus, ergo vim ſacramentis dare non potuit. Reſp. quoſdam hæreticos ſentire Sacramenta non potuiſſe fluere ex Chriſti latere, vt habetur Clement. firmiter. de ſumma Trinit. Dicuntur ergo inde fluxiſſe, quatenus ex eo latere ſignum fluxit baptiſmi, & Euchariſtiæ, vel licet tunc Chriſtus eſſet mortuus, tamen ante mortem Chriſtus potuit applicare eam aperturam ad largiendam virtutem ſacramentis, vel quatenus inde ſanguis fluxit ſalutis pretium, quòd pretium nobis per ſacramenta applicatur in quibus continetur.

De caractere, an ſit in anima. Cap. XIII.

Character quare detur.

DATVR character ad diſtinguendam rem cui ineſt, ſic Iren. contra Valent. 4. cap. 34. characterem vſurpat, vſus & idem Deus eſt, vt d 3. capit. 11. vbi vocat propheticum characterem. Theod. in Ezech. dicit, Sabbatorum celebrationem fuiſſe Iudæis caracterem, quo ab alijs populis diſtinguebantur, nam circuncisio fuit illis communis cum Iudæis, & Iſraelitis, qui tamen ſabbata non habebant, & dicit dari etiam Chriſtianis debuiſſe caracterem, ſic Baſil. 4. homil. de pœnitentia. dicit eum eſſe nobis ad diſtinctionem aliorum populorum; & vt teſtimonium militiæ Chriſtianæ. His poſitis.

Sacra aliqua an imprimant characterem.

Prima concluſio.

Prima concluſio. De fide eſt aliqua Sacramenta caracterem imprimere ſuſcipienti; probatur ex ſcriptura. 2. Corinth. 1. Vnxit nos Deus, & ſignauit nos, & dedit pignus in cordibus noſtris, vbi gratiæ vnctionem ſignificat, & ſignum caracteris, pignus vero arram exponunt ſancti Patres, datur enim gratia in Sacramento, & cum gloriæ ſiue pretio computetur, datur pignus quòd remanet, & eſt diſtinctum ab arra, ideſt gratia, dicitur in cordibus, ſignificatur enim caracterem eſſe in anima non in corpore, & Epheſ. 4. nos a Deo eſſe ſignatos in die redemptionis noſtræ, id eſt baptiſmi die, ſic Patres exponunt. hæc loca Pauli, Chryſoſt. Theoph. Theodor. Ambroſ. Hierony. & dicunt Chriſtianos ſignari regali ſigno, ſicut oues alicuius gregis ſignantur. Theophilatus vocat ſigillum ſpirituale, circuncisionem vero carnale ſigillum Iſraelis. 3. Epheſ. 1. ſignati eſtis ſigno promiſſionis Sanctorum quem locum eodem modo exponunt Sancti Patres, legatur Chriſoſt. homil. 2. eius loci, Ambroſ. exponit ſignum baptiſmi, & confirmationis, contra Durand. & Apocalip. 7. donec ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum, Angeli ergo nocebunt omnibus non baptizatis. & Beda Angelum Chriſtum exponit, & Apoc. 9. locuſtis præcipitur ne noceant ſignatis Dei charactere, locuſtæ ſunt dæmones, & c. 15. dicuntur multi habere characterem. & 14. capit. idem. & Ezech. capit. 9. vidit propheta præcipientem vt ſignet ſeruos ſigno Tau, quo, vt ait Hierony. manus percutientis effugiant. Areop. 2. eccleſ. hierarch. part. 2. d. nos ſignatos Spiritu ſancto, & parte tertia nos ad coronam cum Deo receptos & ſignatos lumine diuino. Baſil. 4. oratione, de pœnitentia, & orat. exhort. ad baptiſ. d. Angelum non defenſurum eum qui caret charactere. Tertul. lib. de pœnitentia. vocat baptiſmum fidei ſigillum & obſignationem. Naz. oratione in S. baptiſma, multa habet Nuſ. ſa-

 cramen-

cramentum Ordinis efficere hominem Augustum & animam ordinari signari inuisibili forma, idest, charactere. Chrisostom. 4. Ephes. sicut rex purpura discernitur, sic Christus sublimiorem stolam gestat, quam nec tinea corrodit, nec tempus absumit, per stolam enim characterem intelligimus, altioris tamen dignitatis quam est nobis, & de stola, idest charactere loquens dixit, nec tinea corrodit, quia character est indelebilis. Cir. 2. in Ioan. capit. 43. d. nos per characterem in quandam diuinam qualitatem transformari. Ambros. lib. de ijs qui sunt misterijs initiandi. capit. 7. vt habetur de consecratio. distin. 4. capit. etiam. d vnguentum suscepimus quòd signũ sequitur spirituale. Damasc. 4. de fide. signaculum tutelæ vocat. in quo lib. profitetur se loqui ex communi sententia Patrum, Gregor. 2 lib. Regist. epist. 32. dicit, non esse rebaptizandos homines baptizatos ab hæreticis quia habent caracterem, Hierony. loco illo Ezech. & locis iis Pauli idem sentit, August. 8. locis hoc argumento vsus est, contra Donatistas, cur non sint rebaptizandi baptizati ab hæreticis, quia habent caracterem, & lib. 2. capitu. 30. 31. contra epistol. Petil. & libro 6. contra Donat. de baptismo. capitul. 1. & lib. 2. contra Parmen. capitul. 15. & 2. contra Petilian. cap. 45. & vlt. tract. 5. in Ioan. epist. 104. ad Donatum Donatistam. Nec obstat, quòd August. loco citat. per caracterem baptismum intelligat, vt videtur ex eo colligi. Respond. August. negantem baptizatos à Donato habere caracterem loqui ex suppositione, si Donatus hæreticus nomine proprio baptizaret; verum non Christi, sed suum characterem damnat, quia baptizans suo nomine, neque verè baptizat, neque characterem vllum imprimere potest, ideo hic reuertens in ecclesiam esset baptizandus iterum, & Christi caractere signandus. c. 13. lib. citato, contra Petil. docet apertè baptismum conferre caracterem. Conc. quartum Cartagin. vt est in c. non licet de consecr. dist. 4. & Tarraconense. dist. 5. ca. dictum est. licet in iis Conc. prædicta a Gratiano allegata non inueniãtur, quia forte mutilata ad nos deuenere. Florent. sub Eugen. IIII. can. 5. Triden. sess. 7. can. 9. & 13. & Epiph. primo lib. contra hæreses. cap. primo. sect. 7. post medium, docet, dicens baptismum esse magnam quandam circuncisionem, quæ nos signat in nomine Dei. Legatur Cypr. contra Demetriadem, ratio, quia circuncisioni successit baptismus, nisi quòd circuncisio erat carnalis, baptismus vero spiritualis, ergo vt carnalis circuncisio carnaliter signabat; baptismus debet signare spiritualiter; secundò, quia sicut sacramenta omnia sunt accommodata naturæ humanæ, sic etiam baptismus, sed baptismus extranee signat Christianos, à non Christianis, ergo etiam in anima intrinsece debet signare, vt totam naturam perficiat; tertiò, nulla ratio reddi potest cur à Concil. & Patribus sit determinatum, vt quædam sacramenta possint quædam iterari non possint; est enim quia quædam imprimunt characterem, quædam non. Patres etiam & Conc. nil solent determinare nisi quod putant elici ex sacris scripturis, vel per aliquam traditionem diuinam, vel apostolicam, hoc est ita, ergo.

Secunda conclusio. Quamuis non sit necessarium ponere characterem absolutè, fuit tamen conueniens, quòd probat Diuus Thom. sexagesimatertia quæst. par. tertia, artic. 1. sic: sacramenta habent duplicem finem, primò gratiam conferre, & regenerare; secundò perficere hominem in ordine ad Dei cultum, sed quia ad aliquod officium obtinendum ordinati solent signari aliquo signo, vt miles ad bellum ineundum certa tessera, ergo Christianus speciali signo debuit signari spiritualiter certaturus cum hoste. August. loco citat. contra Parmen. hoc asserit, & etiam est exemplum Secũda cõclusio.

mul-

multiplex, oues signantur certo caractere a pastore, & milites. & 1. Pet. c. 1. Christiani efficiuntur Sacerdotes, & Reges, tales vero personæ certis signis discernuntur, ergo, Ait etiam, quondam non populus nunc populus, habetur ergo aliquid per quod fit Dei populus, hoc gratia esse non potest, quia etiam ante baptismum gratia esse potest, & etiam amitti potest, & si esset Dei populus, ergo debet esse caracter constituens Dei populum, est modus loquendi Sāctorum Patrum, & Conc. non enim ponunt necessariū caracterem, sed conueniens tantum esse vt ponatur.

Quid sit caracter. Cap. XIIII.

Dur. 4. 5. dist. 4. quæst. 1. d. caracterem, si est, esse respectum rationis in anima, vt baptismi caracter sit quædam hominibus aptitudo ad alia sacramenta suscipienda ex Chrī ordinatione, cui dispositioni nō ē necessaria alicuius entis realis impressio, sed est satis rationis respectus, vt gubernatori Vrbis Rex nil imprimit reale, sed tantum rationis respectus donantis. Sot. 4. distinct. 1. quæst. 4. artic. 2. putat Dur. non multum errare a veritate. Scot. 4. distinct. 6. quæst. 10. putat caracterem si est, esse respectum realem in anima & poni in relatione. Mars. 4. quæstio. 4. refert caracterem ad qualitatis speciem. Altiss. 4. tract. 3. cap. 2. dicit esse ornatum & dispositionem ad gratiam suscipiendam. Biel 4. distinct. 6. dicit caracterem vagari per multa prædicamenta qualitatis passionis, & relationis. D. Thom. 3. p. quæst. 63. artic. 2. dicit caracterem esse potentiam quandam spiritualem ordinatam ad ea quæ sunt diuini cultus & tamen non esse in aliquo prędicamento, sed reduci ad tertiam speciem qualitatis, probat, quia tria tantum possunt esse in anima, passio, habitus, potentia. ex 3. ethic. sed caracter est in anima, & non potest esse passio, quia cito transit, caracter manet; nō habitus qui indifferenter non potest applicari ad bonum & ad malū, caracter vero potest esse in bono & malo sacerdote. His positis. Caracter quid sit.

Prima propositio, Caracter est ens reale in anima a Deo per sacrm̄ impressum, probatur ex communi consensu omnium Scholasticorum. secundo ex modo loquendi de caractere Sanctorum Patrum, quorum aliqui vocant lumen ornatum, alij signum tutelæ, signum per quod Angelus nos cognoscens tuetur, fidelis ab infideli discernitur. Item ex effectu, fit enim anima potens per caracterem ad sacramenta suscipienda, & alijs administranda, vt d. D. Thom. d. art. 2. qui effectus est realis, ergo, tertio est vera differentia realis infidelis ab infideli. ergo, quarto nō est ratio qua dici possit aliqua sacramenta non posse iterari ob caracterem si caracter non est realis, sed tantum rationis, tūc enim omnia possunt vel non reiterari, & illud Pauli pignus seu arra Sp. sancti, est autem pignus quid reale, & etiam arra, cum premio computetur, ergo si caracter datur, datur realiter. quinto Concil. Flor. vbi de caractere loquitur, dicit imprimi in anima, ens autem rationis non dicitur in anima imprimi, tum docens duplicem effectum sacramenti, Concilium, d. vnum esse gratiæ effectricē, alterum caracteris, vt ergo illa vere realiter producit effectum. i. gratia, ergo & caracteris erit effectrix entis realis. Prima cōclusio.

Secunda conclusio, vere & proprie caracter ad nullum prædicamentum potest perduci, tale enim est ens habens duo principia actionem, & passionem, idest sola entia generabilia correspondentia in prædicamentis ponuntur, quòd secundum Aristotilem dicitur, quia secundum aliam Philosophiam non est sermo, ratio vero cur aliquid in prædicamento non ponatur, non est, quia hæc sint finita, vel infinita, & quia solus Secūda cō clusio.

Deus est infinitus, ideo arcetur a prędicamentis, sed est illa Ar.9.metaph.& 13.a 20.t.vsque ad fi.cap.

Tertia cõclusio. Tertia conclusio, si character debet referri ad aliquod prædicamentum, debet esse vnum ex absolutis categorijs, contra Scot. qui refert ad relationem, non negatur tamẽ aliquis respectus characteri, sed per se & proprie ad relationem non potest referri, tale enim est, ꝙ totum suum esse habet ad aliud, quæ vero per se primo dicũt quid absolutum connotando respectum ad relationem proprie non reducuntur, & hæc relatiua sunt secundum dici non secundũ esse; probatur propositio, q̃a character dicit per se, & primo aliquid in anima de nouo a Deo per sacramẽta productum, ergo character primo & per se non est respectiuum. secundo relatio in aliquo nunquam fit de nouo, quin prius fuerit in altero relatiuorum facta necessario, sed ad characterem producendum non est facta necessario nisi in anima; ergo aliquid prius ponendũ est in anima de nouo, ad ꝙ hic respectus characteris sequatur. tertio, nec potest esse relatio termini, nec principium motus; character vero est vtrunque, ergo, principium, quia vere sacerdos charactere ornatus facit aliquid reale in anima suscipiente, sine quo charactere nihil ageret terminus, quia actus baptizantis necessario terminatur ad characterem, cũ baptizatus ponit obicem ad gratiam suscipiendam, quæ necessario realis est, & diuina, ergo etiam terminus. D.Th. eandem sententiam refutat, 3. art. dicens, hæc relatio, vel esset in anima qua anima, vel qua aliquid absolutum de nouo suscipit, non primum, quia bis anima haberet characterem, ergo secundo modo.

Quarta cõclusio. Quarta conclusio, character ad qualitatem pertinet, & ad primam quidem speciem non ad quartam, quia hæc figuram proprie continet expressam in superficie, & propria quantitatis est, character non est tale, ergo, si dicatur ad eam reduci, quia est animæ decor & pulchritudo. Respon. eodem modo gratiam charitatiuam esse referendam ad illam cum alijs habitibus, quæ omnia sunt decus & ornatus, nostræ animæ perfectiones, & hanc sententiam refutat hic D.Th. in hoc ar.2. ad secundum; Neque ad tertiam, & est ratio, hic enim ponitur tantũ passio ac passibilis qualitas, neutrum est character, ergo. Neque ad secundam, & ratio est, nam fundamentum D. Tho. est imbecille. Respond. enim ob id nõ ad primam speciem posse referri characterem, quia habitus nõ potest indifferenter vsurpari eque ad bonũ & malum finem, maxime vero character, vt supra, Contra, dantur habitus qui indifferenter pro intelligentia vsurpantis, sumuntur ad bonum & malum, vt scientiæ habitus est & refertur ad bonum & malum finem; Conceditur tamen virtutis habitum esse de bono fine determinato, vitiorum habitum ad malum; conceditur etiam habitibus esse magis vnum finem propositum, quam alium, vt scientiæ magis bonũ quam malũ; Character ergo potest esse habitus indifferens ad bonũ & malũ, quamuis per se ad bonum magis inclinet quam ad malum; secundo si character est potentia animæ, ergo non potest esse in potentia aliqua animæ contra D.Th.ar.4. qui ponit characterem in potẽtijs animæ, ratio est, quia vna potentia non est in alia tanquam in subiecto. tertio character non dicitur ipse posse aliquid facere, sed anima per illum dicitur potens, ꝙ est habituũ proprium. quarto in secunda specie naturalis tantum ponitur potẽtia & impotentia, character vero spiritualis potestas est. vltimo, nam puto animæ potentias nõ differre realiter ab anima, & ideo non potest aliqua animæ potestas adiungi, quin fiat in anima aliqua essentialis mutatio, aliter non esset eadem amplius anima.

Quinta cõclusio. Quinta cõclusio, quamuis proprie character referatur ad primam speciẽ qualitatis, tamen improprie & per varias similitudines potest ad aliud prędica-

dicamentum referri, & alias qualitatis species. Ad primam, quia est habitus animam disponens, qua vero signum discretiuum (signum vero est ad aliud) pertinet ad relatiua secundũ dici tamen non esse. Qua decor animę ad quartam speciem qualitatis, qua eã facit potentem, ad secundam, & sic de alijs. Ad D.Th. dicitur caracterem nõ pertinere ad prædicamẽtum propriè, sicut nec virtus sacramenti, quæ consistit in fluxu, hoc quomodo? quidam dicunt, hoc dictum esse à D.Tho. quia virtus sacramẽti, & caracter vere sunt spiritualia, & in prædicamento res spirituales non ponũtur, sed contra hoc est, ꝙ D.Th. putat omnia præter Deũ poni in ꝑdicamentis. alij, quia ad secũdam speciem qualitatis proprie virtutes principales referuntur, non instrumentales, vt est caracter. alij, quia caracter res est artificiosa, talis vero res non ponitur in prædicamentis, sed vtrique ex D.Th. pelluntur, dicit enim ob id virtus improprie ad prædicamẽta refertur, quia est in fluxu & motus quidam est, itaque si similitudo caracteris & virtutis in eo esse debet, quòd improprie ad prædicamenta referantur, bene vltimi dicunt, sed si similitudo vtriusque ad rationem referatur; non bene dicunt. Dicendum ergo, caracterem esse quandam virtutem quę formaliter, vt virtus est effectiua in fluxu consistit, licet enim qualitas in anima sit permanens, tamen formaliter vt virtus formaliter in fluxu consistẽs est, & quia D.Th. formaliter de caractere, vt potestas quædam est loquebatur, ideo vtrique fecit eandem rationem & conclusionem, & ita mea opinio aliquo modo potest cum D. Tho. conuenire, nolo tamen potentias esse ab anima realiter distinctas. An vero in Christo fuerit caracter. D.Th. in 4. d.4.q.vlt.art.3. negat in eo fuisse caracterẽ de quo nunc loquimur, fuit quidem patris imago & figura & caracter eius excellens, non tamẽ caracter hoc modo quo nos loquimur qui est figura Christi in nobis quędam participatio & communicatio potestatis Christi in nobis, qua potens fit homo ad exercendum actus diuinæ Religionis, & ad exercenda sacramenta, in Christo vero fuit perfecta figura & plenaria potestas. Item necessitas Christi non fuit suscipiendi sacramenta, neque vt per caracterem ab alijs dignosceretur, sicut nec in Imperatore qui vnus est, id est opus. Et licet ĩ Christo sint virtutes, tamen in eo ponũtur, quæ non dicunt imperfectionem, at caracter dicit per se imperfectionem, quia dicit communicatam potestatẽ, Christus habuit plenam, caracter ponit rationem subditis, Christus fuit omnium Dominus, ergo.

Sexta conclusio, caracter importat quandam potentiam spiritualem ordinatam ad ea quæ sunt diuini cultus, ꝙ probat D.Thom.d.ar.2. sic, sacramenta nouæ l. caracterem imprimũt, quatenus per ea deputantur homines ad diuinum cultum, secundum ritũ Christianæ Religionis perficientẽ hoĩem diuinum, & communicatorem diuinorum, vt ait Dion. 2.cap. hier.eccles. diuinus autem cultus consistit, vel in recipiendo aliqua diuina, vel in tradendo alijs, ad quorum vtrunque requiritur quædam potentia, ad tradendum alijs potentia actiua, ad recipiendum passiua, ideo importat quandam spiritualem potentiam ordinatã ad ea quæ sunt diuini cultus, quæ tamen potentia est instrumentalis, vt etiam est dictum de virtute sacramentorum, habere enim sacramenti caracterem competit ministris Dei, minister autem se habet per per modum instrumẽti principalis agentis. 1. Polit. capit. tertio. Sexta conclusio.

An caracter sit in essentia animæ, vel potentijs.
Cap. XV.

DVrand.4.distinct.4.q 1. d.caracterem,si est,esse in potentijs executiuis,vel in lingua verba proferen.vel in manibus abluentibus baptizatum,vel in potentia suscipientiũ. Mai s.4.artic.4. d. esse in animæ essentia. Alij dicunt esse in potentijs animæ,vel in anima ratione potentiarũ, principaliter tamen in intellectu.Ales 4.p.q.19. memb.3. D.Thom.4. d.14.q. 1.ar.3.Sot.4.d.1.q.4.Pal.d.4.q.2.Alb.d. 6.art.3.q.9. probat Sot. quia per caracterem homo recipit quandam Dei trãsfigurationem,& est in homine, vt est Dei imago, sed homo Dei imago constituitur ratione potentiarum,ergo earum etiam ratione caracterẽ suscipit. Scot.4. d.6. q.11. putat caracterem esse in voluntate; putat enim caracterem & gratiam re non differre inter se; secũdo,quia putat vtrunque in voluntate consistere; Sotus vero & Thomistæ contra Scot.dicunt,caracterem non esse idem cum gratia,& gratiam esse in animæ essentia non in potentijs.ex D.Tho.1.2.q.110. art.3. vbi probat illa duo realiter differre. alterum ex D.Tho. in hac q.63.ar.1.2.3.4. Vltima sententia est D.Tho.hic art.4. vbi vniuersaliter probat caracterem esse in essentia animę non in potẽtijs, nam datur nobis ad ea suscipiẽda, vel ministrãda, quę spectant ad cultũ Dei exercendum,at diuinus cultus in quibusdam actib.cõsistit,ad actus vero ordinantur potentiæ animæ,sicut essentia ordinatur ad esse, ideo caracter nõ est in essentia animę,sicut in subiecto, sed in potentijs,& respõns.ad 3.d. esse in potentia intellectiua, quia ibi erit ponendus caracter,vbi est præcipua fidei professio,hæc est in intellectu, ergo. His positis.

Prima cõclusio. Prima propositio, de fide est caracterem non esse in potentijs executiuis & corporeis, contra Dur. Concil. Trid.id determinat,sess.7.can.9 & Floren.sub Eug.4.in vnione Arm. vbi determinat q̃dam sacra in anima nostra imprimere caracterẽ,si ergo in anima non in potentijs executiuis.2.patet & ex conditionib.caracteris,dr enim potestas spiritualis, at res talis nõ pŏt esse in potentijs corporeis,dr indelebilis, & qui post mortẽ in aĩa remanet, q non esset si in corpore existeret, & in potẽtijs executiuis,3.etiam ex fine pp quem ponitur caracter, si.n.poneretur vt sit ad gratiam dispositio, erit tm̃ in anima vbi etiã existit gratia, si vt sit potestas per quam homo sit potens ad sacra suscipienda vel conferenda,ẽt non erit nisi in anima. Itẽ si debet esse vt tessera distinguens milites Christianos a dęmonis, cum Chri milites sint spirituales nõ carnales, ergo & caracter.4. datus est nobis caracter sicut veterib circuncisio,quæ carnalis & corporea erat, ergo,cẽrra caracter erit spiritualis, & ideo in anima.

Caracter non est in potentijs anim ę exe cutiuis, & corporeis.

2. cõclusio, si caracter sit spiritualis potestas,vt D.Tho.d in sola animę essentia esse poterit, si vero sit habitus spũalis,vt ego censeo,& in essentia,& in potentijs esse poterit; probatur,prima pars, nam si est potestas,vna potestas in altera esse non potest, maxime si vtraq; sit perfecta non diuersi ordinis (ex duob.n.pfectis nulla fit cõpositio,neq; ex reb.diuersi ordinis)sed caracter & q̃libet anime potẽtia est perfectissima,& caracter non pŏt poni eiusdẽ ordinis ac aĩæ potentia,ergo totalis ptãs fieri non pŏt. Confirmatur, nã potentię realiter non differunt ab aĩa,2. hęc aĩæ potestas non probatur, nam arg.allatum cõe est tam in potentijs,quã in essentia,q.s.homo Dei imago est constitutus, at homo nõ solum pp potentias, sed etiam pp essentiam constituitur Dei imago,Deus.n.cuius homo est imago, est vna natura ĩ trib. personis subsistens, ergo imago esse dẽt eius,vt sit vna aĩa tribus potentijs subsistens; altera pars probatur, quia nul-

Caracter est ĩ essentia animæ & potentijs.

nullus habitus realiter esse pōt in potentijs, quin existat in essentia, qa potentię realiter nō differunt ab anima, ideo vnus idēq; caracter erit in essentia eā distinguens perficiens & ornās, & erit in potentijs habiles eas faciens ad Dei cultum exercendum, cū sit lumē diuinitus intellectui īfusum, vt dicūt Thomist. ac lumē ē habitus, ergo.

Caracter quid sit. 3. conclusio, caracter est habitus in aīa indelebilis. ex Conc. Trid. sess. 14. can. 9. & in Flor. loco prælleg. & Aug. 2. con. Parmen. c. 13. Cipr. ser. de ablutione pedū. ratione probatur, qa caracter est animæ, vel eius potentiarū cōsecratio, & ea est natura consecrationis, vt nunquā deleatur donec cōsecrata res seruatur integra, sed aīæ essentia, vel potentia ęterna est & incorruptibilis, ergo seruabitur in ęternū integra, ergo & caracter, cū sit quædam participatio sacerdotij Christi in fidelib. eius vt sicut Christus habet plenā potestatem sacerdotij spiritualis, sic fideles ei configurentur in hoc ꝙ participant aliquā spūalem potestatem respectu sacrorum, & eorum quæ pertinent ad diuinū cultum, sacerdotiū vero Christi est ęternum, ideo oīs sanctificatio quæ fit per sacerdotiū eius, est perpetua re cōsecrata manēte, sed caracter est in anima, & in intellectu, ꝙ est subiectum fidei, & est perpetuū, ergo & caracter. D. Th. ibi art. 5.

Caracter ī quibus sacrīs imprimatur. 4. conclusio, tria sunt sacramēta caracterē imprimentia Baptismus, Confirmatio, Ordo. Ex Conc. citatis. Trid. & Flor. locis predictis. Nam sacramenta ordināntur ad deletionē peccati, & diuinū cultū, primum est cōeomnibus sacramentis, sacrum vero pertinet ad diuinum cultū tripliciter, primo per modum actionis, vt Eucharistia in qua principaliter diuinus cultus consistit, quatenus est ecclesię sacrificiū, & per hoc nō imprimiť homini caracter, qa per hoc sacrm nō ordinať hō ad aliqd vlterius agendū, vel recipiendū in sacrīs cū potius sit finis & consummatio oīum sacrorū, vt d. Dion. 3. c. eccl. hier. 2. ꝑ modū agentis, & sic ad agētes in sacrīs pertinet sacrm ordinis, qa ꝑ hoc sacrm deputantur hoīes ad sacra alijs tradenda. 3. per modū recipiētis, & ad hoc pertinet sacrm Baptismi, quia per hūc hō accipit ptātē recipiēdi alia ecclesię sacra, vnde dr ianua oīum sacrorū, & ad idem quodāmodo ordinatur Confirmatio vt inf. suo loco, ideo per hęc tria īprimitur caracter. s. Baptismum, Confirmationem, Ordinem, & reitari non possunt. D. Thom. d. q. art. 6. & declaratur in Conc. prædictis.

De potestate instituendi sacramenta, vel sacramentorum ministris, Cap. 16.

Sacra quis possit instituere. Potestas efficiendi sacra triplex traditur authoritatis excellētię, & ministerij. prima ē Dei solius, ptātis. n. authoritas Dei naturā & maiestatē cōsequitur, quā ptātē Deus creaturę cōicare nō pōt, esset. n. aliqua creatura īdepēdēs. 2. est Chri tm, quia ipse suis meritis meruit sacrīs virtutē & dign°, factus est vt sacra in eius nōie cōferantur, & solus pōt ēt sine sacrīs sanctificare, & itē quia fuit primus institutor sacrorū. 3. est hoīum. Quo ad primā q̄ritur an solus Deus opereť grām & effectū in sacrīs, & an fuerit primus author sacrorum. De primo est ꝓpositio D. Th. 3. p. q. 64. a. 1. ꝙ sic ꝑ modū principalis agētis, qa sol⁹ illabiť aīę, ī qua effectus sacri cōsistit, & nō pōt q̄d īmediate operari vbi nō est, 2. qa grā q̄ est interior effectus sacri est a solo Deo, caracter ēt qui est interior effectus in aliqbus sacrīs est virtus instrālis, q̄ manat a principali agēti q ē Deus; ꝑ modū vero instri hō pōt operari ad iteriorem effectū sacri quē sortiť ex virtute principalis agēris qui est Deus. Cōfirmatur ex Conc. Trid. sess 6. can. 7. vbi dr causas nræ iustificationis finales esse gloriā Dei, & Chri & vitā æternā, efficientem Deū qui gratuito abluit & sanctificat, meritoriā Chrm dnm, qui sua passione iustificationem nobis meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit, Instrālem sacrm baptismi, &c. for-

formalem iustitiam Dei. de Deo etiã dicitur Es.43.50.51. Ego saluaui solus, ego redemi, & Os.13. Non est saluator præter me, Malach.7. ipse est qui demerget iniquitates nostras in profundum,& Psalm.60.vana salus hominis.Luc.5.solus Deus est qui dimittit peccata. Ro.8.ipse est,&c.& quos præsciuit,&c. ratio est, quia ille solus potest peccata dimittere, in quẽ sunt peccata commissa, is solus Deus est, Ps.50.tibi soli peccaui. Iustificatio est filiorum Dei adoptatio,hoc Deus tantum facere potest,ergo, gratia est diuinæ naturæ participatio, nobis hoc Deus tantum dare potest, ergo,gratia est gloria inchoata,qui ergo gloriam dat,& gratiam.

Quo vero ad ministrum. Bon.4.d.17.ar.3.q.1.d. confessionem ab Apostolis institutam,Mars.4.q.12.ar.2.coro.2.d. confessionem esse a Deo implicite institutam,non explicite,implicite, cum Apostolos iudices peccatorũ constituit, ꝙ sine confessione fieri non potest, & cognitione Ales.4.p.q.24.d. confessionem institutam in Concil.Mildensi, alij confirmationem a Iacobo Apostolo d.institutam.Iac.5.Sic Vgo de S.Vict.lib.1.de sacr.p.15.c.2.& Mag.4.d.23.

D.Th.vero hac q.ar.2.docet solum Deum esse authorem sacramentorũ, ratio eius est duplex; primo,quia is debet esse author sacramentorum, qui eis iustificandi virtutem potest largiri,hic solus Deus est,ergo, secunda quæ colligitur in responsione ad 3. q2 sacramenta sunt ex quibus ecclesia cõstituitur; per ipsa enim ecclesiæ membra mutuo colligantur, ergo is est author sacramentorum qui solus potest ecclesiam constituere, hic Deus est,ergo,& hęc cõclusio determinatᷣ in Cõc. Tridẽ.sess.14.can.1. vbi determinatur omnia sacramenta a Iesu Christo fuisse instituta,multa tamen sacramentalia & ceremoniæ ad essentiã sacramentorum non pertinentia potuere ab hominibus institui.

Sacramenta oĩa noPrima propositio de fide est omnia nouæ l.sacramenta esse a Deo institu ta,& licet non omnia ex scriptura cõceptis verbis habeantur,vt poscũt hęretici,tamen hoc ꝙ dicitur sola ecclesiæ authoritas potest confirmare, cui ecclesiæ ita credendum putat Aug. vt neque Euangelia reciperet, nisi ipsa proponeret tanquam vera ecclesia; probatur ex Concil.Triden.sess.14.c.1.vt supra,& sess.6.c.2.d.omnem causam iustificationis esse a Deo, ergo & causam iustificationis quæ habetur de sacramentis.Aug.etiam tract.5.in Ioã. eam ob causam putat sacramenta in nomine Ioannis non conferre gratiã, quia sacramenta non a Ioanne, sed a Christo habentur,patet ex Conc.Viẽnen.vbi hoc statuitur, & ex Anastasio Papa prima epist.decretali,ex illo Pauli loco, neq; qui plantat est aliq̃d, &c. Confirmatur, quia si a Deo non sunt sacramenta, supra sacramẽta haberet authoritatem ecclesia mutandi,addẽdi,detrahendi, at ecclesia putat se nõ habere talem authoritatem, ergo. [margin: Sacramen ta oĩa nouę l.a Deo sunt instituta.]

Secunda conclusio,de fide est quædam sacramẽta a Deo immediate per ipsummet esse instituta, & sunt fere quinque, Baptismus, Eucharistia, facer Ordo,Matrimonium. De Baptismo patet Io.1. super quem vid. Spiritum sanctum descendentem, ille est qui baptizat in Spiritu sancto, formã instituit Math. vlt. baptizantes eos in nomine Patris, &c. præceptum vero. Io.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. De Eucharistia. Mat.26.vbi suis manibus panẽ accepit, benedixit, fregit, &c. forma & materia habetur. 1.Cor.11.Luc.22. præceptũ vero.Io.6. Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis non habebitis vitam in vobis,&c. De pęnitentia. Math.16.18. quorum remiseritis peccata,remittũtur eis,&c. & Io.20. sicut misit me pater,& ego mitto vos,&c.& certum est vbi Christus dimittendi peccata authoritatem concessit, ibi sacramentũ quoque pœnitentiæ instituisse, & remota eius materia sunt peccatores, [margin: Secũda cõclusio. Sacramenta quædã a Deo immediate sunt instituta.]

pro-

proxima peccata confessa, vel actus pœnitentis, contritio, confessio, satisfactio, quod est idem, nam peccata cõfessa includunt prædicta. De ordine sacro habetur locus vbi Eucharistiã instituit, præcipiens Apostolis vt eadẽ facerent in suæ mortis memoriam, quibus verbis fecit Apostolos sacerdotes. Matrimonium ibi confirmat vbi libellum repudij dat Iudæis, ob cordis eorum duritiam. Mat. 19. Alia duo sacramenta a Deo mediate instituta potest teneri.

Tertia conclusio. Tertia conclusio, non est de fide, asserere cætera sacramenta esse a Deo immediate instituta, quamuis negare hæc sacramẽta esse de iure diuino sit hæreticum, ideo tuta non est Ales sententia qui d. confessionem institutam in Conc. Meldensi, dicitur non esse de fide, quia Conc. Trid. loco citato exponi potest, cum d. omnia sacramenta a Christo instituta esse, sine glo. appositione, vel per seipsum, vel per Apostolos, & multi Doctores tenent confirmationem ab Apostolis institutã: Ego tamen puto tutius dicendum omnia sacramenta à Deo immediate esse instituta, tum quia Concilij authoritas vix expositionem patitur, & eã solam vt eos tantum liberet ab hæresi, qui tenent contrarium; deinde opera Dei sunt perfecta, ergo cũ cœpit Deus opus sacramentorum, nil omisit spectans ad eam l. ergo nec Christus, habetur in Gloss. super 1. cap. epist. 1. ad Cor. & D. Paulus. 1. Cor. 4. & 2. c. 6. vocat Apostolos ministros, & dispensatores misteriorum Dei, ergo; Demum ecclesia haberet authoritatem super sacramenta, est illud August. 24. cap. 4. contra Donat. vbi d. quæ non sunt in aliquo Concilio determinata putandum est a Deo instituta, sed hęc sacramenta in nullo Concilio determinãtur, ergo a Deo sunt instituta.

Vtrum homini possit concedi facultas condendi sacramenta, & quid de Christo, vt homo. Cap. XVII.

Diuus Thom. prædicta q. ar. 3. dicit Christum vt Deũ habuisse potestatem authoritatis condendi sacramẽta, vt homo autem meritorie, & efficienter, sed instrumentaliter, quia passio eius secũdum humanã naturam, causa est nostræ iustificationis meritorie & effectiue non per modũ principalis agentis, sed instrumenti quatenus eius humanitas est instrumentum diuinitatis, coniunctum tamen in persona ex quo habet principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum quæ sunt ministri ecclesiæ, & sic vt homo habet potestatem instrumenti principalis, vel excellentiæ in sacramentis quæ cõsistit in 4. primo, quod meritum & virtus passionis eius operatur in sacramentis. Rom. 3. secundo, quod in eius nomine sacramenta sanctificantur. tertio quod ipse qui dedit virtutem sacramentis potuit instituere sacramenta; quarto, quod effectum sacramentorũ potuit sine exteriori sacro conferre. art. vero 4. d. authoritatis potestatem Christi quam habuit vt Deus, nulli potuisse communicari, sicut nec essentiam diuinam, at potestatẽ excellentiæ alijs potuisse cõmunicare, adeo vt potuerit Christus alicui tantam gratiam donare, vt is cũ ea gratia vim potuerit dare sacramẽtis, & vt eius nomine ad ipsius inuocationem sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituere; & etiam gratiã conferre solo imperio sine sacramentis, probat, nam quo robustius est instrumentũ coniũctum eo magis virtutem suam instrumento separato tribuere potest vt manus baculo, sed humanitas Christi fuit robustissima iuncta diuinitati, ergo; Confirmatur ex Aug. tract. 5. in Io. vbi docet

Sacramentorũ institutio ã homini possit cõcedi, & quid de Christo.

cet Christum potuisse trãsferre in seruum suum vim constituẽdi baptismũ vti baptismus eius eãdẽ dare potuerit sanctificandi virtutem, quã noster baptismus habet, noluisse vero dare ne seruus in seruo spem suã collocaret, in resp. vero ad 3. D.Thom.d.noluisse Christum potestatem excellentiæ ministris communicare, ne essent multa capita in ecclesia,& si communicasset ipse esset caput principaliter alij secũdario.Dur.4.d.2.q.1.d.potuisse Chrm hanc excellentiæ potestatem alicui secundum aliquid concedere non simpliciter,& potuisse concedere alicui vt materiam & formam sacramenti instituerет sibi, & si postea Christus sacramento daret virtutem,concedere vero non potuisse ministro,vt sacramento daret virtutem sanctificandi. Scot. 4 d.1.q.3.art.2.hanc sententiã probat. Biel.4. d.2. Ales.4.p.q.24.m.2.& Bon. 4.d.5.ar.3.q.1.Rich.de Med.Vil.4.d.5. arr.1.q.2.

Notandum primo, constare Doctoribus catholicis solum Deum sibi reseruare authoritatis potestatem, nulli autem posse concedere,ratio est,quia ea potestas naturam diuinam cõsequitur quæ creaturis concedi nõ potest. 2. supponen. quæ dicta sunt de Incarnatione, primo satisfacere ad æqualitatem duo requirere,primo vt fiat ex proprijs non acceptis; 2. vt reddatur æquale.Supponitur etiam purum hominem.i. non Deum et ad æqualitatẽ non posse satisfacere, primo, quia est finitæ virtutis,tum quia cum sine gratia non satisfaceret, ex accepto satisfaceret.Item pro nostra iustificatione facienda erat satisfaciendum ad ęqualitatem,demum Christum satisfecisse ad æqualitatem, quia eius suppositum erat diuinum, & quia ex propria humanitate assumpta satisfecit, legatur Ep.81. Leo.ad Palestin. Cir.11. in Ioã. 14.Aug.tract.84. in Ioan. Ilar.in Mat. can.14.Clem.6.in extrauag. Vnigenitus.tit.de pœnit.& rem.

Tertio Notandum,concedi potestatem excellentiæ posse intelligi tripliciter.primo, vt Dur. intelligit secundũ quid, secundo vt minister assumatur per quem vt instrumentum Deus instituat sacramenta. tertio vt ministro Deus det tantam virtutem, vt ea ipsa possit sacramenta instituere,& eis dare vim sanctificandi.

Prima cõclusio,primo modo Christus potuit concedere excellentiã potestatis,Apostolis,& cæteris,nil enim hoc prohibet, nec repugnat naturæ creatæ,nec Deo, potest etiam Episcopus sibi successorẽ instituere cui suã potestatem donet. Prima conclusio.

Secunda conclusio, secundo etiam modo potuit,vt sint tanquam instrumenta,nam etiam concedit virtutem sanctificandi hominib.vt ministris, & si sacramentis eam virtutem põt concedere,cur non ministris? Secũda cõclusio.

Tertia conclusio, tertio modo non potuit, nam hoc tertio modo sic intelligitur ista potestatis cõcessio,vt Christus eandem gratiam & potestatem, quam ipse capitalem habet, ministris cõcedat,q; est impossibile; eam enim Christus gratiam & virtutẽ instituendi sacramenta habet, qua Deus est, & homo; Item ad hanc potestatem habendam requiritur in eo virtus infinita, q; in solo diuino supposito reperiri potest, & si laborare velimus vt explicemus habuisse vim satisfaciẽdi ad æqualitatem; cum tamen Deus esset & homo, quomodo dicemus purũ hominem posse habere eam virtutem? fatendum est ergo,vel hanc potestatẽ puro homini concedi non posse, uel creaturæ vim creandi dari posse, nam maius est opus impiũ iustificare, quã cœlum & terram creare, ex August. in 15.Ioan. Tertia cõclusio.

Quarta conclusio, cõcedere potest Deus puro homini excellentiæ potestatem eam qua ex acceptatione sacsa instituit, & ijs virtutem largiri etiam faciendę gratiæ, itaque is non sua virtute & meritis sacramẽta institueret, sed solum depẽdenter a Deo,potestas autem excellentiæ Christi est indepẽdenter.i.ex proprijs Christi,non acceptat- Quarta cõclusio.

ptatione acquisita. Et hoc probari potest eodem modo quo probatum est purum hominem ex acceptatione posse satisfacere, aliter non bene sentiret, nec sibi constaret, quia cum sit eadem ratio merendi vel satisfaciendi pro culpis omnium hominum, quæ est instituendi sacramenta, & largiendi gratiam, & D.Thom.3.par.quæst.1.art.2. dixerit purum hominum ex proprijs nō posse satisfacere, sine dubio si concedit hominem posse instituere sacramenta, & gratiam largiri, necessario deberet concedere posse satisfacere pro culpis hominum ex accepta gratia, ideo putò Augu. & alios sic intelligendos, cum dicunt potuisse concedere seruo Christū, vt baptismum institueret, & valeret sicut Christi baptismus, nam præterquā quòd non esset verum assertum, Augu. nullo alio modo posset intelligi, seruus enim non ex proprijs, sed accepta gratia sacramentum institueret; Non obst. quòd Paulus adimpleat quę desunt passionis Christi, ad Phil.2. D.Thom l.2.1. cap.1.ad Cor. sic locum exponit, vt dicat se adimplere non secundum meritum, sed gratiam, illud enim Christi meritum erat infinitum, & nulla eget expletione, vel dicatur intelligi de satisfactione pro pœnis, pro quibus vnus pro alio potest homine satisfacere, non pro culpis, quòd Deus tantum potest.

De Ministro Sacramentorum. Cap. XVIII.

De Ministro duo sunt tractanda: primò de eius conditione: secundò vtrum cōcurrat & quomodo ad gratiam efficiendam. De primò sunt tria genera conditionum Ministri, quædam sunt omnino eius conditiones essentiales, sine quibus nihil ageret, quædam accidentariæ tantum, quædam mediæ. De primis ergo est intentio, de qua quæritur an sit necessaria essentialiter ad sacramentum; cuius rei intentio sit necessaria, tertiò quomodo esse debet. Lutherus d.non esse necessariam vllo modo, & sine illa perfici sacramentum, & q̃ minister absoluit si absolutus credat se esse absolutum, ita eriā Calu tenet, fundamentum est, quia sola fides sanctificat, & quia Phil. cap 1. dicitur valere verbum Dei à quocunque & quacunque intentione proferatur. 3. quia si esset necessaria, nemo de sua salute certus esset posset, nemo enim de intentione alterius certus esse potest, si fuit aut quomodo fuit, ob quod argum. quidam catholici putant vbi deest ministri intentio, in pueris quidem Christum supplere, in adultis fidem & deuotionem. Refutat hanc sententiam D.Thom.d.quæst 64.3.p.art.8. in resp.ad secundum, quia fides & deuotio suscipientis posset operari gratiam baptismi, sed non caracterem, qui naturaliter sacramentum sequitur; & quo ad certitudinem dicit, quod satis est exterior prolatio verborum ministri, qua exprimitur intentio ecclesiæ, cuius is nomine agit; Ex qua respon. Adr. de baptismo, quæst. 4. d. intentionem necessario requisitam esse solum illam ecclesiæ, quam verborum declaratio exterior ministri declarat, qui non vt causa principalis sacramenti perficit, sed vt minister ecclesiæ, quare illa rituum obseruatio, & exterior prolatio sufficit, & rem docet exemplis, nam si quis vendit per seruum non requiritur quòd id seruus intendat, & D. Athanasius puer pueros baptizauit, & ratum baptismum habuit Alexander Episcopus, certum tamē puerum Athanasium nullam potuisse habere intentionem. Pal. 4. distinct.6. q. 3.art. 2. Dur. distinct. 6. quæst. 2. referunt hanc sententiam.

His positis.

Prima conclusio. Intentio ministri est necessaria ad sacramentum, aliter non perficitur; probatur ex Concil. Florent. sub Eugenio Quarto, & Trident.sessione 7. canone 11. & 14. cano. 6.& 9 & ratio, nam Christus sacramenta instituit humanis actionibus exercendis, ergo necessariò requiritur intentio, patet

Ministri intētio est necessaria ad sacramentum.

patet antecedens, vbicunque Christus aliquod Sacramentum expressit, Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Matth. vlt. Baptizantes eos, &c. Luc. 22. & 1. Cor. 11. patet consequentia, nam actiones humanæ sunt quæ cum intentione perficiuntur. Arist. eth. 1. c. 1. & 2. lib. c. 1. patet etiam, nam actio humana eatenus humana est quatenus à principio humano proficiscens est, sed propria hominis potentia est mens & intellectus, ergo actio humana ab intellectu dependet; Deinde Christus ministerium hominum instituit, ergo secundum quòd homo, ergo secundum actiones humanas eum instituit, vt si homo est minister Christi & qua talis perficit Sacramentum, ergo illud debet saltem homo intendere, quòd Christus voluit sacramentum instituens, Quo ad argumentum hæreticorum ex dictis refutatur, & vlterius videndum de qua intentione intelligant, nam requiritur ex prædictis intentio ministri; Ad Paulum dicitur, à Paulo responderi Philos. eo quòd quidam Christi verbum prædicabant Paulum diffamantes, & ob malum finem Christum prædicantes, quòd etiam nos dicimus de fine, si enim hæreticus ob finem malum Sacramentum conficeret, bene conficeret, sed Paulus non d. non esse necessariam vllam intentionem, sed finem esse necessarium ob quem; præterea Paulus non loquitur de verbo quo fit sacramentum, sed de prædicatione.

Intentio exterior à sufficiat in confectione sacramentorũ. Secunda conclusio. Exterior intentio declarata verborum prolatione, & ritu seruato, non satis est conficiendi sacramentum, quia Conc. Triden. sess. 7. can. 11. saltem eam ministri intentionem requirit, quòd intendat id, quòd ecclesia intẽdit; deinde minister est instrumentum rationale, ideo qua tale secundum suam actionem propriam debet cõcurrere ad Sacramentum, vt enim Christus ad abluendam animam vsus est aqua, secundum propriam aquæ actionem, ita etiam ministro debet vti secundùm propriam eius actionem. tertio Vgo de S. Vict. d. ministrum aliquando iocantem perficere sacramentum aliquando non, non cum iocus in intentione ministri cadit, sic cum serio intendit, & ioco impendit; si autem exterior intentio satis esset quocunque modo sacramentum conferret, ratio conclusionis est, nam actio exterior humana perficitur ab intentione, quæ est actus & forma exterioris, & hæc est quæ distinguit actiones externas in bonas, vel malas, Vnde si sacerdos haberet in vase multas particulas, & vnam tantum intẽdat consecrare, indifferenter proferẽdo verba in omnes, illam vnam tantum cõsecrat, modo qno alibi, quòd non esset verum si exterior intentio satis est, quę fuit communis omnibus contentis particulis.

Intẽtio interior an sit necessaria in confectione sacramentorum. Tertia conclusio. Præter intentionem exteriorem, obseruatos ritus, & prolationem verborum, est etiam necessaria interior intentio, hæc conclusio à secunda pendet, & concludenter probatur eisdem Concilijs, & Patribus, Cip de Cęna Domini, monemur vt quasi vnguam findamus. i. intẽdendo facere, quòd Christus fecit instituendo sacerdotes, & sacramenta. Idẽ Iren. con. Val. 4. c. 34. post medium, & omnes Patres loquentes de Sacramento, dicunt orando & deprecando fieri sacramentum, quæ duo non fiunt sine intentione, sic Hiero. ad Euagt. & 14. Mar. cap. Isichius, lib. 2. c. 8. 6 ca 22. Teof. 1. & 2. paschali. Cir. Hierol. catech. & 4. & 5. Ciril. Alex. 12. in Io. ca 1. Orig. hom. 9. in Leuit. Chris. homil. 2. in secundam ad Timoth. in 3. ad Eph 83. in Matth. 60. 61. ad pop. in homil. de Iud. prodrtione. lib. 6. de sacerdotio. Gregor. 4. Mor. & hom. 2. in Euang. Iust. M. 2. Apol. ad Anto. & Athe. 2. apologia sua, eadem habent, Cathar. tamen d. satis esse externam intentionem ministri, & ex D. Tho. & Chris. conatur probare. nam D. Thom 4. d. 6. q. 1. art. 2. ad secundum & tertium, & 3. par. q. 64. art. 8. ad 2. d. satis esse vt minister exterius vtatur prolatione verborum, quæ exterior intentio satis est ad sacramentum conficiendum, quòd tamen intelligitur vt suscipiens sit certus de sua salu-

te, non enim aliter sentit D.Th. vt ibi d. Gaiet. alias ut ipse Cath. dicit, Deus nos nimis torqueret si talem intentionem ministri requireret, quia sic non possemus esse certi de nostra salute, vt nec de intentione ministri. Item ecclesia q; facit per ministros per se facit, sed per illos tantum formam materiæ applicat, ergo hoc ipsum facere ĩtendit; Ideo dicit esse impossibile q; minister lauet aliquem, & non intendat se illum abluere, & Chrisost. hom. 84. in Ioã. d. ministrum tantum afferre manum & linguam, & de intentione nulla sit mentio. Item Nicolaus Papa respondet Bulgaris d. baptizatos a Iudæis & Paganis non esse rebaptizandos, si forma bona fuerit, sic etiã si ab hæreticis, fieri tamen potest vt baptizantes ipsi vel nullam habuerint intẽtionem, vel non actualem in baptizando. Idem dicendum de eo qui ficte ad baptismum accedit, qui caracterẽ accipit non gratiam. Cõfirmatur ex August. tract. 5. in Ioan. d. de baptismo, & ministro eius, qui d. ebriosum ministrum non timeo, at hic caret interna inteutione, ergo, sed Cathar. partim requirit internam intentionem, partim repellit, requirit d. impossibile ministrum aliquem abluere, & tamẽ nõ intendere, &c. ergo secundum ipsum aliqua requiritur interior intentio, q; si vult significari non requiri explicitam talem intentionem, & hanc sentit, nil cõtra nos, si vero excludit omnem intentionem internã falsa dicit, Neque ei D.Th. fauet, qui aperte. 8. ar. d. quia intentio interior ad multos fines potest referri, v. g. locutio ad Iocum, ad seriũ, ideo determinat requiri etiam externam intentionem, quæ declaret internam faciendi q; facit ecclesia. Ad id ex D.Thom. allatum, dicitur bene exponi a Caiet. q; satis est accedenti ad sacramentum, si exterior intentio declaret interiorem quã ecclesia intendit, & hoc modo suscipiẽs est tutus; Dici etiam potest argumenta D.Th. procedere de recta vel nõ recta intentione, vel mala fide ministri, ideo d. satis esse si ecclesiæ declaretur intentio, obseruando ritus, quæ ecclesiæ intentio satis est ad sacramenta pficienda, satis enim est si intendatur facere q; intẽdit ecclesia. Sotus dubitat, quia D.Tho. ad secundum d. de gratia dici posse nõ de caractere, qui a Christo suppleatur in pueris, fides in adultis, vbi videtur sentire cum dicentib. pueros mortuos negligentia parentũ saluari Dei benignitate, vt sentit Ales 4. par. q. 13. m. 1. ar. 1. & Dur. 4. d. 6. q. 2. Contra tamen est, ait Sotus, Nisi quis renatus, &c. Ioan. 3. sic enim etiam dicitur Gen. 17. omnis caro præputij q̃ non fuerit circuncisa morietur, & respond. ad D.Tho. cum duplex sit effectus baptismi caracter & gratia, satis habuisse D.Th. demonstrasse contra illos, alterum horum effectuum nõ posse suppleri sine baptismo, de quo alibi. Ad id nos Deus torqueret, respondetur argumentum esse commune, & eque valere in ipsum ac hæreticos, in ipsum qui putat non fieri sacramentũ, cum praua vel contraria intentione, interna, ergo nec ipse qui solam externam intentionem requirit, certus esse potest de salute, quia nescit intẽtionem ministri, in hæreticos, quia fidem ministri necessario requirunt, nemo vero potest esse certus an ita credat, sicut requiritur, ergo satis esse vt suscipiẽs sit quietus, moraliter certitudine quadam, vt cum videt ministrum probatum proferentem verba quæ iussit Dominus seruantem ecclesiæ ritus. Ad Chrisost. dicitur velle eum significare deprauatos ministri mores, non officere sacramento, q; nõ meritis ministri, sed Christi impendatur, vel ẽt significare vitia ministri non obstare quominus suscipiens sacramentũ non suscipiat gratiam, quæ ex opere operato non operantis confertur, eadem enim hom. paulo ante Chris. intentionẽ internam requirit. Ad alia arg. respon. non requiri intentionẽ explicitã vel fidem prauã nec rectam intentionem finis, satis enim est intendere facere quòd facit ecclesia.

Secun-

Secundum Caput. Cap. X IX.

Intentio quæ dicatur.

CVius rei intétio requiraſ, Scot. d. miniſtranti ſacramenta neceſſarium eſſe vt habeat finem, ne ſit fortuita actio. 2. d. non eſſe opus vt ſibi proponat finem vltimum ſacramenti, v. g. facere illum adoptiuum Dei filium hæredem cœli, &c. tertio neceſſe eſſe vt habeat proximum finem ſuæ actionis .i. intendat facere Chriſtianũ & membrum Eccleſiæ militantis, ſic etiã Gab. 4. d. 6. q. 1. ar. 2. concl. 3.

Prima propoſitio, vera eſt ſentẽtia Scoti circa primum & ſecundum dictum, vere enim actualis eſt actio, & nihil faceret ſine vllo fine propoſito, & miniſter eſt agens per intellectum, ꝙ ſp aliquem finem ſibi proponit ex Ariſt. 2. eth. & D. Th. 1. 2. in princ.

Secunda propoſitio, non eſt neceſſe quòd ait Scot. tertio loco, ſatis eñ ſi intendat facere ꝙ Chriſtus inſtituit, vel ꝙ eccleſia inſtituit, vel ꝙ miniſtri eius, vel qui ritè baptizant intendũt, cum vero dicitur eccleſia non intelligitur aliqua particularis eccleſia, vt Cõſtãtinopolitana, ſatis enim eſt, ꝙ intendat facere ꝙ facit eccleſia in genere, ſic baptizans hæreticus cum hac intentione bene baptizat, niſi ſecundum ſuam hæreticam eccleſiam intendat facere; Miniſtri eccleſiæ intelligũtur vniuerſi & in genere, quia hęc omnia virtute in vno continentur; probatur concluſio, ex Conc. Niceno. 9. can. Laod. Arelaten. primo, vbi decernitur baptizatos ab hæreticis in bona forma non eſſe rebaptizandos; ſi dicatur hæretici nõ poſſunt intendere ꝙ facit Romana eccleſia. Reſpon. de Chriſto, de baptiſmo, de eccleſia prauè ſentire poſſunt, tamen bene baptizant modo dicto. i. intendendo facere ꝙ intendit vera eccleſia; Item probatur ex Aug. ep. 23. d. pueros baptizandos etiã oblatos a parentibus cum praua intentione bene baptizari modo dicto, & D. Thom. hoc loco ar. 10. qui dicit, ſi miniſter cum confert ſacramenta intendat peccare mortaliter, & tamen ſeruat formam, baptizare, vt quia intendat peccare cum matre baptizati, eſt etiam hiſtoria Athan. creati Epiſcopi in pueritia, baptizantiſque pueros, & ratum habeſ eius baptiſmum, dixit. n. ſe intendiſſe facere ꝙ faciebat Alexander Epiſcopus, & aliquando puer hebręus baptizatus eſt a pueris Chriſtianis, & ratum eſt habitum baptiſmum ab Epiſcopis. Scot. d. ſicut non requiritur actio propria miniſtri, ſed opus principalis agentis, ita intentio particularis miniſtri requiri nõ debet ad ſacramenta. ſecundo ad ſacramẽtum neceſſariæ ſunt tantum partes ſacramenti, & res ſacramenti, ſed miniſtri intentio neutrum eſt, ergo, reſpõdens ad primum, multa d. de differenria miniſtri, & cauſæ ſecundę, tandem ſoluit argumentum. d. miniſtrum eſſe inſtrumentum quo ſua actione diſponit ad effectum principalis agẽtis, ſicut ſe habet calor ad ignem inducendum, quæ ſolutio eſt falſa, maxime ꝙ facit miniſtrum concurrere tantum diſpoſitiuè, & ſacramenta tantum concurrere diſponendo non gratiam conferendo. Reſpondetur ergo ad primum, ꝙ miniſter per intentionem inũgitur Chriſto, ſecundo Deus aſſumit actionẽ miniſtri, qua gratiã faciat, ſicut aſſumit ablutionem in baptiſmo ad animam abluendam, ad aliud dicitur, non eſſe partem ſacramenti, ſed perficere partem principalem, quia eſt inſtrumentalis cauſa, licet non eſſentialis ſacro, eſt tamen neceſſarius, dicitur etiã cauſam efficientem in rebus quæ ſunt in fluxu locum habere cauſæ formalis, vel eſſentialis, vt 1. & 2. poſter. cum tonitrui cauſa formalis ſit ignis in nube exiſtens, cum tamen hoc ſit cauſa efficiens tonitrui.

Quanta vero debeat eſſe intentio. Notandum triplicem intentionem eſſe, actualem, virtualem, habitualem; habitualis eſt in dormiente & ebrio, quia habet habitum ad ſacramẽta miniſtranda, actualis eſt cum mente intelligit actu, & voluntate vult prompte

pte facere q Christus instituit, virtualis quæ ex aliquo præcedenti actu virtute quadam elicitur, sic sacerdos cũ accedit ad sacrm vel sacrificium præparat calicem, librũ, &c. si mox vsq; ad consecrationem nihil cogitat, is consecrans virtuali intentione consecrare dicitur. His notatis.

Intentio q sit necessaria i sacramẽtorum confectione.

Vnica sit propositio, habitualis intẽtio non est sufficiens, actualis vero nõ est necessaria, virtualis satis est, Scot. 4. d. 6. q. 6. ingeniose distinxit hanc intẽtionẽ in actualem virtualem habitualem; & D. Th. q. 64. ar. 8. ad 3. d. habitualem intentionẽ sufficere ad sacrm, q intelligitur de virtuali quã dicit Scot. q patet, nam D. Th. id exponens, d. minister accedens nihil cogitans, tamen quia aliquid fecit ex quo ecclesię intẽtio explicatur, satis fuit ad sacrm conficien probatur concl. & primo habitualem non esse satis, quia interna intentio ideo requirit vt per ipsam exterior determinetur actio, quæ actio externa ad plures fines & vsus referri poterat, sed habitualis quæ per modũ potentiæ tm se hẽt, determinate & definire non potest, ergo actus requirit qui sua virtute externã definiat actionem. secundo quia ad sacramentũ requiritur actus deliberatus, qui solus est humanus, sed actus qui ab homine ducitur habitualiter non est talis, quia potest esse casualis, ergo. Neque actualis, q impossibile est habere actualẽ intentionẽ perpetuam, ad impossibile vero Deus nõ obligat, ergo. Virtualis est sufficiens, & hęc tanta est, quantum ad actus præcedentes, à qua ducitur, virtus se potest extendere, Vnde si parochus in die qua nascitur puer intendit eũ baptizare octauo die ab eius natiuitate, & ita proponat; toto vero 8. dierũ spatio hac de re nil cogitat, si i 8. die baptizat sine noua ĩtẽtione nil efficit, q virtus prçcedẽtis actus a quo duci vr virtualis intentio se non potest extendere per tãtum tẽporis spatium. Nau. d. virtualem esse etiam intentionem ministri si ex tempore rogatus sine titubatione respondeat se sacramentum conficere. Dubitat hic Sotus, si cæcus parochus putãs se fœminã baptizare baptizet masculum, si ratum est sacrm, videtur q nõ, si enim putans ducere Catarinam, ducat Magdalenam nõ est ratũ matrimonium, error enim personæ tollit sacramentum. Silu. respondit, si intendit in singularem personã præcise, & aliam baptizat, non est ratum sacramẽtum. Nau. d. nil facere in baptismo sexuum distinctionẽ dummodo minister non sta in Catarinã actionem extendat vt excludat aliã, at in matrimonio intentio est in singularem personã non in aliam, intentio vero in baptismo est practica qua ecclesię intentio explicatur, licet ergo aliam personã credit baptizare, si diuersum non intendit in practica facit sacramẽtum, ad illud de matrimonio non est eadem ratio, q in eo requiritur eiusdis contractus cũ consensu partium sine quo non est sacramentum, talis vero contractus essentialiter pendet a personis contrahentib. q tollitur sublata persona cõtrahente, in baptismo vero talis contractus non requiritur, nec per eũ fit baptismum, sic D. Th. 4. d. 30. q. 1. ar. 2.

De Ministro in peccato existente an conficiat sacramentum, et an ab eo liceat sumere sacramenta, & is possit conferre. Cap. 20.

Fuit hęresis Vuiclef & Io. Hus. qui putarunt existentem in mortali nõ conficere sacramenta, nam d. in ministro necessarium est primo, q Christo in vita cõformetur. 2. q intendat facere, q Christus instituit, sed qui est in peccato caret primo & secundo q pendet à a primo. 3. requiritur etiã bona intentio ad sacramentum conficiendũ, hãc non habet existens in mortali, ergo. quarto potestas conficiendi sacramẽtum est data Apostolis, & eorum veris successoribus, peccatores huiusmodi non sunt, ergo.

Secunda dubitatio, an liceat sumere sacramenta a malo ministro, nã Rom. 1. dicitur eum peccare qui consentit peccantibus, sed sumens sacramenta a malo ministro consentit, ergo.

Tertia dubitatio, an minister existẽs in peccato mortali possit sine peccato sacramenta conferre, vr̃ posse, quia omittit tantum. conditionem quandã, quam vocat D.Th.art.5.ad bene esse, vel decentiam. secundo si malus minister bene operando non peccat, ergo neque si sacramentum conferet; tertio esset valde perplexus minister an debeat sacramentum conferre, vel non; nescit enim vnquam an non sit in peccato. Notandũ, ministrum vel ex officio, vel voluntate conferre sacramentum; 2. minister vel est paratus sua spõte conferre sacr̃m vel non, & non nisi rogatus & exactus confert. 3. suscipiẽs vel est in extrema necessitate vel nõ, sed ob suam deuotionem optat suscipere sacramentum.

Sacr̃m an possit confici a ministro peccatore.

Prima propositio, charitas & bonitas ministri non est necessaria perfectioni & integritati sacramentum, sed tantum ad decentiam, & ex praecepto; probatur Mat.7. vbi refutantur ij qui in die Iudicij dicent, Dñe nonne in nomine tuo prophetauimus? &c. & ex eo super cathedram Moysi, vbi notat Chrys.nos moneri vt Scribarum & Sacerdotum doctrinã malorũ assumamus, quia non qua mali, sed qua Christi ministri eã tradunt, mala vero non sunt intelligenda, quia ea, vt viri mali tradant, sed non vt Christi discipuli, 3. ꝙ Christus arguit Apostolos volentes prohibere quosdam demonia eijcientes, sed non ipsum sequẽtes, & 1.Cor. 3. neq; qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementũ dat Deus, & mox, eius sumus adiutores. & 1.Philip. gaudens d. ꝙ Christi nomen etiã per eius aduersarios annuntietur. Ex Teoph.Math.7. gratiam Christi etiam esse efficacem per malos ministros. Chrisost. hom.85. in Ioan. idem, Hieron. in Aggaeum. Gratianus. 1. quaest. 1. c. oportet. elicit ex Ambros. lib. de ijs qui diuinis initiantur misterijs. cap. 5. Ciril 5. in Leuit. Nazianz. oratione in sanctũ baptisma. vbi dicit, eandem esse baptismi virtutem mali & boni ministri. August. 5. contra Donat. de baptismo. cap. 21. & 8. & lib. 6. capit. 1. & lib. 8. in Crescon. Gramm. & lib. de vnitate ecclesiae, hac de re ex professo. Fabianus primus epist. 1. Leo primus, & habetur 1. quaest. 1. capit. 81. Anastasius secundus epist. ad Anast. Imp. cap. 7. & 8. tantum sibi nocere malos ministros sacramenta conferendo, addit exemplum etiam radij Solis qui non sordatur etiam si luceat super sordes, & exemplo Iudae quem d. habuisse potestatem ministrandi sacramenta, habetur. 1. q. 1. capit. 84. & 90. quia sacramenta a Christo non ab homine. Nicolaus primus. tit. de presbyt. cap. 5. & 2. quaest. 1. capit. 110. Martinus I. epist. pro confirm Conc. Constant. eadem. & octaua Synod. capitu. 9. 1. q. 1. determinatur in Conc. Constant. sess. 8. 12. & 15. Trident. sess. 7. can. 12. & sess. 14. can. 6. & 21. sess. idem. Ex August. in decreto. sunt multi canones. 1. quaest. 1. cap. 36. 47. 48. 97. 99. de consecrat. dist. 4. cap. 23. 24. 26. 33. 39. Prima ratio est, quia sacramenta gratiam conferunt ex opere operato non operãtis, a quo non dependet integritas, & efficacia sacramenti, secundo minister in sacramento conferen. est tantum instrumẽtum; at hoc non ex propria virtute effectum conficit, sed principalis agẽtis, vel mouentis. ergo; tertio forma per quam instrumentum operatur qua tale operatur non est propria forma quã ab arte vel natura susceperit, sed est ille motus quo a Deo mouetur instrumentum, sed caritas & gratia in ministro est propria eius forma, non qua instrumẽtum, sed qua est homo, ergo non secundum eam operatur, idem dicendum est de malitia. 4. valde esset perplexus sacramenta suscipiens, nesciens an minister sit in gratia, vel nõ, & sic nesciret an verum susceperit sacramentum, vel non; quinto virtus & potestas conferen. sacramenta est gratia

tis data spectās ad vtilitatem ecclesiæ non conferentis. 6. peccatum & gratia sunt dona vel mala personalia, & sicut nemo potest alteri mereri primā gratiam, directe. s. sic non poterit impedire, quominus alter gratiam suscipiat. Vnde etiam prelato malo vel inepto, iusta tñ docenti predicanti, vel hortāti, est obediendum, mathe. c. 23. c. qui resistit. 11. quæst. 3.

Soluuntur argumenta Vuiclef, negando fundamenta eius; non enim est verum existentem in peccato mortali nil boni posse agere, sed tantū potētia ligatur. ex Sot. de nat. & gratia. i. talis enim potest opus indifferens agere, Item bonum opus morale, ad secundū dicitur ex Aug. 6. contra Donat. c. 1; vbi d. aliud esse sacramentum, aliud fructum vel effectum sacramenti, quo ad effectum requiritur vt minister sit imitator Christi in gratia si vult aliquid lucrari, quo vero ad primū non requiritur, sed tantum q perficiat q Christus intendit, ad 3. negatur minor, potest enim bona intentio dupliciter intelligi. primo vt in ministrando sacramento bonus finis sibi a ministro proponatur. 2. vt intendat facere omnia quæ intendit ecclesia cum ministrātur sacramenta, & sic dicitur primam intētionem non esse necessariam ad perficienda sacramenta. secūda vero necessaria est & per se sufficiens; ad quartū resp. potestatem esse cōcessam Apostolis non quo sancti erāt, sed qua a Christo in ministeriū sumebantur; probatur, nam Iudæ est data eadē potestas, ac Ioanni, & diaconus etiam fuit Nicolaus hæreticus. Dubitatio quædam sumitur ex authoritate imperfecti in Matth. hom. 83. vbi significat malos sacerdotes, & malos diaconos non esse a Deo ordinatos, sed ab hominib. nec secundum Deum sacerdotes vel diaconos esse, sed tantum secundum homines, idem videtur dicere Hieron. in epist. ad Gal. citat vero ille author canonem quendam Apostolorūm, qui habetur 8. lib. const. Apost. sancti Clementis. c. 1. Ad contraria respond. authorem illum, velle significare malos ministros non esse Deo gratos. & Hieron. loquitur de effectu sacramentorum in malis suscipientibus, non de integritate sacramenti.

Secudda conclusio, malus sacerdos existens in mortali sine necessitate sacramentum conferens peccat mortaliter, secus si cū necessitate, necessitatem sacri voco, quæ est in baptismo, hoc enim sacramentum vocat D. Th. necessitatis sine quo est ĩpossibile salutem habere; Item vt sit vera necessitas non debet esse alius qui digne possit sacramentum conferre, & si sine solennitate conferat sacramentum, probatur conclusio a D. Th. 4. p. quæst. 64. art. 6. ex authoritate Dionis. 1. c. hier. eccl. & epist. ad Demophilum, ratione, quia is peccat qui non operatur, vt oportet 2. eth. c. 3. & 7. sed ille minister qui in peccato confert sacramentum non operatur sicut oportet, quia dicitur Leu. 19. sancti estote, quia ego sanctus sum, debet enim minister conformiter operari cum sua causa principali, & Eccl. 10. sm̃ iudices ita & minister, ergo. 2. quia sacerdos vel minister vet. l. si cum corporali immūditia tractasset sacramenta, peccabat mortaliter. Ex. 18. 30. Leu. 20. & 21. ergo magis peccat, qui ista sacramenta nouæ l. tractat indigne, nam legali vmbræ veritas respondet, hoc etiam d. August. lib. 2. cōtra Parmen. a cap. 5. per multa cap. & tract. 5. in Ioan. habetur in ca. per Esaiam. c. omnia. c. q quidam. c. quæsitum est de temporibus. t. q 1. Ex Gregor. can. necessarium est. Ex Gelasio can. sacrosancta: ratio D. Thom. nam ministrans sacramenta in peccato mortali facit irreuerentiam contra Deū, hoc autem est peccatum mortale, & quia, quantum est in ministro, maculat sacr̃m, licet sacr̃m maculari nequeat, & quia sacerdos agit contra suā sanctificationem acceptā in ordine, quæ ordinata est ad bonas & sanctas actiones. probatur etiam propositio secunda ex D. Th. ad 3. d. qui subijcitur necessitati non agit contra suā consecrationē,

Minister sine necessitate conferens sacramentū in mortali peccat mortaliter.

ergo non peccat mortaliter. secundo subueniens necessitati nõ se offert vt ecclesiæ minister, nã hoc etiam nõ minister ecclesiæ facere potest nẽpe laicus, hæreticus, excõicatus. Contra sentit Adr. q. 3. de baptismo. & 5. Dur. 4. d. 5. q. 2. Pal. 4. d. 5. q. 2. Horum rationes nullius sunt momenti, & eas soluit ratio D. Th. Ad rationes hæreticorũ respondetur, ad 1. resp. Caiet. nõ esse caritatem & bonitatẽ ministri necessariam conditionẽ ex integritate sacri, & tamen bonitas est necessaria conditio ministro ne peccet exercens sacramenta, & vt sit conformis principali agenti Deo. Ad D. Th. respond. ibi esse sermonem de integritate sacri, & ob id docet id esse ad decẽtiã, nõ tamen excludit q dicitur, Ad aliud respondet D. Tho. quia alia bona opera non exercentur cũ cõsecratione, nec solum possunt exerceri ab ecclesiæ ministro, ideo qui eas actiones existẽs in mortali exercet nõ peccat, quia nõ agit contra cõsecrationẽ, nec ministri rationẽ, & itẽ malus ad iustitiam suscipiendã disponatur; ad vltimũ dr̃ non fore ministrum perplexũ, nã vel certò nouit se in pc̃õ mortali esse, si nouit nõ dẽt sine necessitate sacrm cõferre, si non, si adest excusabilis ignorãtia. i. inuincibilis nõ peccat cõferẽs sacrm.

Mortale non est ea exercere, quæ fiunt sine consecratione ĩ peccato.

Secunda propositio, Exercere actiõnẽ quę fiat sine cõsecratione nõ est letale peccatũ ei qui ĩ peccato exercet, q̃ propositio videtur esse D. Tho. 4. d. 24. q. 1. art. 3. & D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 16. §. 14. nam D. Tho. probans ministrũ in peccato posse sacramentum ministrare in necessitate sine peccato, probat, quia d. non agit cõtra consecrationẽ, sed exercens tales actiones sine consecratione, non agit cõtra cõsecrationẽ vnde exercens opera charitatis in peccato non peccat, quia non agit contra consecrationẽ. Nec ob. q habens gradum Teologiæ agat contra suã dignitatem. Resp. tamen id nõ pertinere ad cõsecrationẽ; potest etiam esse labor Teologiæ sine tali gradu, deinde omnes chrismati peccarent exercendo suas actiones, vt resistendo demoni & eius tentationi, q est falsum.

Concionari in peccato mortali an sit mortale.

Tertia propositio, cõcionari in peccato mortali non est mortale, contra tñ vr̃ sentire Gaiet. primo, quia tale officium est sacerdotio coniunctũ. & Ps. 49. peccatori aũt dixit Deus, quare tu enarras iustificationes meas? & Roma. 2. qui p̃dicas nõ furan. furaris? Sot. tñ cõtrarium tenet in 4. dist. 1. q. 5. ar. 6. ratio, nam reuera nõ agitur contra consecrationẽ. Nec est verũ concionatoris officium esse ei coniunctum, in l. veteri prophetæ. n. laici concionabantur, & in noua S. Patres, & heremitæ cõcionabant̃ non sacerdotes, patet ẽt in consecratione sacerdotis vbi nõ fit mentio de concionis officio, patet ex Amb. ad Gal. 4. vbi nomẽ Euangelistarũ interpretatur ẽt diaconos. de iure tñ positiuo tale officiũ est sacerdoti cõmissum. 16. q. 1. c. sic p̃cipitur. c. adiicimus. c. sicut de hęret. c. excõicamus. q̃uis ẽt diacono tunc licuerit sine catedra cõcionari, non tñ ita sacerdoti est cõmissũ vt teneat̃ oĩs sacerdos concionari. imo dãnatus est Io. Hus. in Conc. Constant. sess. 8. d. ex necessitate teneri sacerdotes cõcionari. imo non pñt sine licentia ep̃i, vel ea simul accepta cum fiũt parochi. vt in c. 2. sess. 5. in Tr. Cõc. Ad auth. Gaiet. dr̃ esse interpretãdas de pc̃õ manifesto, nã tũc ob scandalũ peccaret concionando sacerdos, sermones. n. qui morib. non consonãt, contẽnunt̃, d. Ar. sic manifestus peccator si cõcionaretur daret occasionem vt verbũ Dei contemnatur, vt d. Greg. cuius vita despicitur eius p̃dicatio cõtemnitur; prior tñ sententia Gaiet. est tutior, quã sequitur ẽt Nau. in Man. c. 25. sub §. de peccatis concionatorũ, qa negari non põt quin officiũ prędicandi iure ecclesiastico annexum sit ordinatis. Et in sũma minister ecclesiæ peccat mortaliter existẽs ĩ mortali, cũ vt minister aliqd agit ad cũ pertinẽs rõne alicuius cõsecrationis, vel ordinis sacri, vt d. Gaiet. 2. 2. q. 33. art. 5. Vnde sic peccat ministrans sacramentũ pœnitentię, vel cũ baptizat, vel ordines

con-

cõfert, vel qui ex officio peccatorem reprehendit, vt & incurrit irregularitatem clericus tempore interdicti faciens actum alicui ordini deputatũ, vt celebrando, canendo Euangelium cum apparatu diaconali; cum sit diaconus, vel subdiaconus. Secus si facit actus pertinẽtes ad omnes ordinatos, vel nõ, vt cantare psalmos, antihonas, versus, sic etiam peccat qui capitulum vel collectam pronuntiat in choro, cũ id faciat vt presbyter, secus si priuatim; & item peccat si aquam benedicit, non tamen si pronunciat antiphonas, versus, & huiusmodi in choro, modo non dicat collectam Epistolam, Euangelium, vt sacerdos, diaconus, vel subdiaconus, nec ferat cereos vt acolitus, vel alios actus exerceat alicui ordini peculiariter deputatos, vt talis, secus si canat, vt & laici. Nau. de orat. capit. 16. nu. 40.

An a peccatore liceat sumere sacramenta. Cap. XXI.

Sacramenta an possint pcipi a malo ministro. Prima cõclusio.

PRima propositio, ab excommunicato notorio, vel publico clerici percussore nõ licet suscipere sacramenta sine extrema nècessitate, quia neque cũ tali licet loqui & versari. In necessitate vero tali licet a tali etiam hæretico sacr'm necessitatis suscipere, idest baptismum contra Adrianũ, & quosdam quos refert Scot. in 4. d. 2. q. 5. qui negant id, & dicunt si adultus est baptismo fluminis & voti baptizetur, si infans moriatur sine baptismo, censetur enim nullus adesse minister, cum talis adesset. Cõtrarium tamen tenet D. Thom. 4. dist. 5. q. 2. ar. 2. quęst. 5. ad primum, & August. de vnico baptismo, & habetur in cap. si forte aliquis. 27. quæst. 1. & Gregor. 4. Moral. laudat quendam qui suscepit tale sacramentum ab hæretico Adr. d. esse sententiã Chrisost. & habetur in canon. pœnitẽ. pro hac sententia rationes sint quæ p D. Thom. sunt supra allatæ, quia subuenire cuique licet in necessitate. Non tamen a tali ministro in necessitate licet sumere confessionem; non enim est par ratio vtriusque, quia licet ambo sint sacramẽta necessitatis, differunt tñ q sacramentum baptismi non habet determinatum talem ministrum, deinde non requirit aliquã potestatem, sed confessio habet determinatũ sacerdotem ministrum, qui ordines & clauiũ habet potestatem, ita D. Th. 4. d. 17. q. 3. ar. 3. q. 1. ad 2. & d. 19. q. 1. ar. 2. ad 2. & 3. p. q. 82. art. 7. ad 2. Couar. in c. alma. parte prior. §. 6. de sent. exc. 16. de quo alibi melius, & ẽt ministrans baptismum in casu necessitatis, licet in mortali nẽ peccat, q̃a id facit non vt minister, sed vt ex officio subueniens necessitati, vt d. Gaiet. d. q. 64. & 6. & sic si baptizat sine solennitate, alias secus, q̃a id faceret vt minister, vt ibi Gaiet. & habetur. de baptismo. in cap. si quem forte. 24. quæst. 1.

Secunda conclusio. Secunda conclusio, licet ab excõicato non notorio, nec percussore clerici sumere sacra etiam in non necessitate dummodo sit paratus conferre, vel sit parochus, licet suscipiẽs certo sciat eum esse excõicatũ dũmodo publice non sit excõicatus, vt est decretum in Conc. Bitur. tit. de excõm. vit. & Extrauag. Mart. 5. approbata in Cõc. Basiliẽ. si. sess. 15. quę d. licere sumere sacramẽta ab excõicato non notorio, vel ob pcussionẽ, si sit paratus cõferre, vel sit parochus, nã aliter ego peccarẽ inducens eũ ad conferen. & sic peccandũ, sed si est paratus vel parochus nõ inducitur, quia primo casu est paratus, 2. est parochus, & vtor iure meo qđ mihi licet, & transferre peccatũ alterius in meam vtilitatem, quia licet vti iniquitate alterius, & nemo peccat petẽdo sibi debitũ a suo debitore, vnde ex cusantur qui a curato tenente cõcubinam sacramenta petunt, vt d. Gaiet. d. art. 6. quando etiam homo eget sacramento & minister est paratus ministrare, non peccat accipiens, quia ratione licet egenti petere mutuum ab vsurario, vt ibi d. Gaiet.

Tertia cōclusio.

Tertia propositio, a malo ministro etiam non parocho, nec parato, licet suscipere sacramētum necessitatis, patet vt sup. nec obstat, q̃ in extrema necessitate non liceat aliquem inducere ad vsuram, ergo nec ad dandum sacramenta. Respon. non esse parem rationem vsuræ & sacramenti, id enim ex suo genere est mortale, non autē dare sacramentum, imo ex suo genere bonum, licet per accidēs alicui sit malum, ideo mihi licet per se bonum petere, q̃ per accidens est alicui malum, maxime cum ego necessitate vrgear, qui vero confert sacramentum nō vrgetur ea, potest enim pœnitere de suo peccato; præterea vsura est de bonis corporeis existentis in necessitate, id vero de sacramēto est de bonis animæ, & animæ bonum debet præferri bono corporis, idque intelligitur nedum in necessitate mortis, sed etiā implendi præceptum ecclesiæ, quia posito in necessitate quilibet subuenire tenetur.

Quarta cōclusio.

Quarta propositio, a malo ministro non præciso parato cuicunque conferre sacramentum licet suscipere, etiam sine necessitate, docet hoc Nicolaus primus in respōs. ad Bulgaros, vbi docet Christi fideles posse sumere sacramenta a malo ministro, is enim tantū se lædit, sicut fax accensa sibi detrimētosa est, tamen existētibus in tenebris dat lucem, idem in Conc. Tridē. sess. 7. can. 12. & Conc. Constant. sess. 10. can. 21. facit. c. scifcitatus. 15. q. 8. patet, q̃ a ego non induco illum, est enim paratus, & mihi licet vti eius malo ad meū bonum, sicut & petere vsuram a parato, licet tamen hoc liceat sine peccato debemus tamen eligere meliorem ministrum, opus enim operantis in charitate multum valet impetratorie suscipientibus, non autem pro integritate sacramenti id est necessarium, vt supra.

Quinta cōclusio.

Quinta, a malo ministro & parocho licet sumere sine necessitate, imo eum cogere licet, qui enim suo iure vtitur nulli facit iniuriam, parochus vero ex officio debet cuicunque petenti cōferre & tenetur, & quia si mihi notum non est esse in peccato, clarum est q̃ possum suscipere ab eo, & si ego sciā, id non debet mihi derogare, etiam si sciam eum occultum excommunicatum, non tamen denūtiatum; Si tamē potest quis sine iactura corporis, vel animæ ab alio sumere qui non sit in peccato ex consilio id debet agere, quia contra charitatem est inducere ad peccandum.

Sexta conclusio.

Sexta conclusio, non licet a non paroco, & non parato in peccato existenti sumere sacramenta extra casum necessitatis. Ratio huius est, nam Rom. 1. peccato consentiens peccat, & qui peccati occasio est peccat, qui inducit alium ad ministrādum in peccato, est huiusmodi, ergo peccat, si peccat, ponit obicem sacramento ne ei cōferat gratiam, ergo.

Septima cōclusio.

Septima conclusio, minister si sit in peccato, debet confiteri, antequam sacramenta ministret, & pœnitere de peccato, vel saltem cōteri, si vero missam celebret tenetur actualiter confiteri modo sit ei copia cōfessoris, alias peracta missa in necessitate diei festi, vel scandali forte vitandi, quam primum confiteatur, vt in Concil. Trid. sess. 13. cap. 7.

Octaua cōclusio.

Octaua conclusio, suscipiens sacramenta in peccato mortali peccat mortaliter; probatur ex Dion. c. 1. eccles. hier. ratione, quia irreuerētiam facit sacramento indigne id sumendo, vel diuina præter diuinitatem exequens. vt idem d. epist. ad Demophilum. & is debet confiteri, vel saltem conteri is omnibus sacramentis; si vero Eucharistiam sumat debet actualiter confiteri, vt infra loco suo dicetur, & tradit D. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. Sot. 4. dist. 1. q. 6. art. 6. & quæst. 3. ar. 1. & Nau. ca. 22. nu. 3.

De

De fide Ministri an sit necessaria. Cap. XXII.

IN hac quæstione videtur quòd requirantur fides in ministro, ex Cipr. ep. 3. & 12. & 2. lib. ep. 2. & ep. ad Imbr. tit. de rebus hæreticis. epist. ad Pomp. & ad Quintinum, & 6. epist. ad Magnum, & Concil. Africano. Fundamentum huius opinionis est, quòd vnica est ecclesia Christi. Cant. 4. vna est sponsa mea, secundò extra ecclesiam non posse esse salutem, figura, quòd ad esum agni tantũ circuncisi admittebantur, & conuentus erat eiusdem familiæ. & Iosue præcipitur domi tenere Raab suos ne occidantur, & Petrus d. arcæ Noe esse ecclesiã similem, quæ vna est & extra eam non est salus; at sit propositio.

Fides ministri ã sit necessaria de integritate sacramenti. Fides de integritate sacramenti non est in ministro necessaria, satis enim est si ea perficiat omnia secundùm ritus ecclesiæ, quæ supra dicta sunt requiri ad sacramentorũ necessitatem etiam si patiatur fidei defectum circa sacramentũ quòd exhibet, credens per id non conferri vllum interiorem effectum, quòd agit exterius; non ignorans tamen ecclesiam catholicam intendere, per id ꝙ exterius agitur, præbere sacramentum; & intẽdens hoc pacto facere quod facit vera ecclesia, licet id nil æstimet; seruãdo tamen formam ecclesiæ, id enim sat est ad sacramentum perficiendũ; & multo magis si non erret circa sacramentum, sed circa aliud quid, etiã si credat ecclesiam hæreticam esse veram ecclesiam; dummodo seruet formam veræ ecclesiæ, hoc dicit D. Thom. 3. p. q. 64. art. 9. cuius ratio est, quòd minister non concurrit ad sacramenta peragenda secundùm propriam formam quæ est charitas, sed secundùm eam gratiam quam mutuatur à principali agente, quæ est ea motio qua mouetur à Deo, quia non agit à virtute propria, sed Christi, fides verò ad ministrum vt propria forma particularis spectat, vt & bonitas ac charitas, ergo: Et hæc conclusio est de fide; habetur enim in primo Conc. Nic. can. 8. & primo Arerelat. & secundo Arelat. cap. 17. dicuntur hæretici habere veros ordines, secundo Nic. act. 1. dicuntur esse vera sacramenta apud hæreticos. 6. Synod. dicitur fuisse multos episcopos præsentes ibi ab hæreticis tamen baptizatos, Conc. Africano. & Flor. sub Eugenio quarto, Triden. sess. 7. can. 4. & ex consuetudine ecclesiæ id habetur, quæ non rebaptizat hæreticos reuertentes ad se, quòd etiam tempore Cipriani seruabatur, & Cornelius vigesimus Papa à Petro tempore Cipriani decreuit non esse rebaptizandos hæreticos. Stephanus vigesimus secundus à Petro negat recipi debere sententiam Cipriani. Euseb. 7. eccl. hist cap. 3. d. à Stephano scriptum omnibus ecclesiarum episcopis ne reciperent illam, & Cipr. ep. ad Stephanum, d. vetitum sibi à Stephano ne eam doceat. Eusebius primus ep. 1. idem habet. Innocentius primus ep. 2. c. 8. & 22. c. 5. idem. Leo primus ep. 32. cap. 2. & 77. cap. 70. & 90. c. 16. d. reuertentes non esse rebaptizandos, sed tantum eis manus imponendas, vt accipiant Spiritum sanctum. Ex Leone primo de consecrat. dist. 4. cap. hi. & Pelagio Papa can. 51. Isid. de consecr. dist. 4. can. Romanus Pontifex. Ex Beda cap. si hæretici. 1. q. 1. habetur d. 1. q. 1. à cap. 40. vsq; ad 54. & cap. 106. idem. & d. 1. q. 1. à can. 30. ad 38. quòd sumitur ex August. de dogm. ecclesi. cap. maximè 54. legantur libri 1. contra Cresc. cap. 10. & 3. cap. 14. & 1. de baptismo. cap 1 & 2. lib. 3. cap. 10. 15. libro 4. cap. 1. Ratione D. Tho. supra allata: secundò, sacramentum vim habet sanctificandi ex Christi institutione, sed Christi institutio fidem in ministro non exigit, ergo, patet minor, nam vbicunque suos ministros instituit sacramentorum non meminit de fide. Tertiò, sacramentorum collatio est in bonum commune ecclesiæ, sed fides pertinet ad bonum particulare habentis fidem, ergo. Quartò, sacramenta habent

virtutem ex opere operato conferendi gratiam, sed fides in ministro ad opus operantis spectat, ergo non pertinet ad integritatem sacramenti. & Cipr. tantū probat ministrum hæreticum non posse cum sacramento gratiam conferre, quòd intelligitur de suscipiente sacramentum ab hæretico scienter, tunc enim fit obex gratiæ recipiendæ, & contra ecclesiæ præceptum communicando cum hæretico, & hoc non ex parte sacramenti, sed suscipientis, & sic Leo primus exponit ep. 77. cap. 7. & 90. c. 16. & 1. q. 1. cap. non sanat. & cap. etiam. & cap. corporalia sacramenta. & quòd ait Aug. & Athan. oratione 3. contra Arr. Immunda est hæreticorum aqua, si verò infans suscipit, gratiam suscipit & saluatur. Aug. 3. lib. cont. Don. intelligitur si suscipiens ignoret hæreticum esse ministrum; Aug. 3. lib. contra Petil. c. 31. vel si suscipiens cogitur ex necessitate sumere sacramentum baptismi gratiam suscipit. Augu. locis citatis; & August. lib. de hæresi. cap. 19. sententiam Cipriani tribuit Donatistis, legatur Niceph. lib. 6. cap. 7. & licet canones ex Pontificibus, & decreto citati de baptismo tantum esse videantur, tamen cum sacramentorum omnium vna eadem videatur esse ratio, quòd de baptismo decreuerunt, decreuerunt etiam sic de omnibus alijs sacramentis, non est autem facta mentio de alijs sacramentis, quoniam mota circa illa nulla fuit quæstio.

De Angelis, an sint Ministri sacramentum.
Cap. XXIII.

Sacra an ab Angelis cōfici possint.

PRima conclusio. Angeli non habent potestatem sacramenta administrandi; Tota enim virtus sacramentorum deriuatur à Christi passione vt homine, ergo ad homines tantum spectat ministrare sacramenta, probatur consequentia, quia conuenit ministris conformari in naturā institutori; præterea Christus vt patiens est minor Angelis, sed minister non debet esse maior institutore, idque de potentia Dei ordinaria.

Secunda conclusio. Potest conferri Angelis quòd administrent sacramenta, quia Deus non alligauit suam potestatem hominibus, sicut nec sacramentis.

Tertia conclusio. Si Angeli boni administrarent sacramentum habendum esset pro rato, quia sunt nuntij veritatis, & ideo existimantur Dei præcepta fecisse.

Quarta conclusio. Si dæmones id facerent habendum esset pro falso, quia sunt nuntij mendacij. D. Thom. ita tertiæ partis quæst. 64. art. 7. & ibi Caiet. & Sotus.

De suscipientibus sacramenta.
Cap. XXIIII.

Sacra quot modis sumant, quibus neganda.

NOtandum, quòd quidam suscipiunt sacramentum tantum, vt peccatores, quidam rem sacramenti non sacramētum vt qui voto, & desiderio, ac præparati cupiunt recipere sacramentum, sed non possunt; hi enim accipiunt gratiam, quæ est effectus, vel res sacramenti. de quo in capit. credere in Iesum Christum. de consecrat. dist. 2. aliqui accipiunt rem sacramenti, & sacramentum, idest benè dispositi suscipientes sacramentum. Cath. de sacram. in genere.

Qui ergo in peccato publico existens petit publicè à parocho sacramentum est ei negandū, nisi publicè constet eum pœnituisse, ꝙ procedit et si occultè pœnituerit, quia debet constare et alijs eū pœnituisse per remotionem meretricis, & huiusmodi, si tñ is occultè petat sacramentum & emendatus sit, potest ei exhiberi, de quo alibi. Si verò sit in peccato occulto ꝙ parochus scit in confessione,

stione, vel publicè, vel secretè id petat non est ei denegandum, quia sic reuelatur confessio, quòd si scit extra confessionem occultè tamen,& publicè petat sacramentum, non debet ei negari, secus si petat in secreto, quia debet moneri vt abstineat. Sot.4.dist.12 q.1.art. 6. concl.1.& 2. text.est in cap.sacerdos. de pœnit. dist.6. in cap. non prohibeat. de consecr.dist.2.

In prædictis verò casibus si non sit parochus, vel publicè, vel occultè petantur, potest remitti ad eius parochum, se excusando secundùm modos traditos ab Armilla,confessio.nu.18.

De numero Sacramentorum. Cap. XXV.

Quidam dicunt non esse septem sacramenta,nam Dionis. ecclesi. hierarch. 2.cap. part.3. quatuor tantum numerat sacramenta,& Aug. lib.19.contra Faustum. cap.13.& epist. 108.libro de doctrina Christiana.cap.8. docet nouæ legis sacramenta esse pauciora veteribus, sed in lege veteri non fuit sacramentum respondens Confirmationi, nec extremæ vnctioni, ergo. Tertiò, ex Ambros. in opere de sacramentis, qui meminit duorum vel triũ sacramentorum,neque sunt necessaria, aiunt,tot sacramenta: sic Lutherus sustulit confessionem cum alijs sacramentis, & Iacobitæ auricularem confessionem d.non esse necessariam, Vuiclef sequutus Valdenses confessionem cum contritione remouet; Armeni in matrimonio putarunt nullam esse sanctificationem. Tatianus nuptias sustulit, & Marcio, ac Manichæi, teste Hieron.lib. contra Iou. Lutherus ordinem sacrum sustulit,& dicit esse tantum ritum quendam eligendi concionatorem. Alij putant esse plura sacramenta; sunt enim plura signa rei sacræ,quam septem, ordo episcopatus est in ecclesia sacramentum ab alijs distinctum,ergo, & Vgo de S.Vict. lib.1.de sacram. part.12.cap.10. dicit decimas, oblationes, & sacrificia fuisse sacramenta in lege veteri,ergo & in noua.

Duo docenda sunt; vnum de fide esse septem sacramenta, secundum esse hũc numerum conuenientem, primum patet in Concil. Flor.in vnione Armen. & Trid.sess.7.can.1.Constant.sess.15. Magunt. can.4. Qui numerus fuit in lege figuratus: primò,septem lucernis lucentibus in candelabro. Exod.40. secundò, septem lotionibus Siri. 4.Reg.5. tertiò, spicis plenis & vacuis, vacuis sacramenta vetera, plenis noua significantibus: quartò, numero septenario columnarũ sustinentium templum. Prouer.9. quintò,septem oculis ab Ezechiele visis: sextò,in sono tubæ septimò,quo ruit Hiericho; facie hominis habentis septem candelabra aurea. Apoc.1.8. & Ioannes audiuit septem angelos canentes tuba. & c.5.cum vidit agnum soluentem sigilla septem quibus clausa erat pagina veteris testamenti, vt optimè declarat Osius de sacr.c.33. Ratio, quia septem sunt virtutes, quibus animus hominis perficitur, Fidei rñdet Baptismus, Spei Confirmatio, Charitati Eucharistia,ad iustificationem pertinet Pœnitentia,ad fortitudinem cuius pars est perseuerantia,pertinet extrema Vnctio, ad Matrimonium temperantia,ad prudentiam sacerdotium. Secundò,sunt septem vulnera mortalia,ergo & septẽ medicaměta, Baptismo obruitur superbia,contra accidiam Confirmatio, contra inuidiã Eucharistia,contra gulã Pœnitentia,cõtra iram extrema Vnctio, contra luxuriam Matrimonium, cõtra auaritiam,Ordo. Sunt etiam septem gradus intrantium ad vitam,renascimur Baptismo, firmamur Confirmatione, pascimur Eucharistia,sanamur Pœnitentia in anima,& in corpore per extremam Vnctionem, spiritualiter per Ordinẽ multiplicamur, carnaliter per Matrimonium.Est etiam ecclesia vrbs, in quam non intrant nisi Baptizati,pugnant Confirmati pascuntur Eucharistia, sanantur Pœnitentia, præparãtur ad cœlum extrema Vnctione, ciues multiplicantur Matrimonio,

Sacra sunt septem, & conuenienter.

re-

reguntur sacerdotio omnes; Præterea sacramenta conuenienter ordinantur contra defectum peccati; Baptismus contra carentiam vitæ spiritualis, Confirmatio contra infirmitatem animi innuper natis, Eucharistia contra habilitatem animi ad peccandum, Pœnitentia contra actuale peccatum post baptismum commissum, extrema Vnctio contra reliquias peccatorum, quæ ex ignorantia vel negligentia contracta, per pœnitentiam non sunt sublatæ, Ordo contra dissolutionem multitudinis, Matrimonium contra concupiscentiam personalem, & contra defectum multitudinis qui per mortem accidit; de his & huiusmodi D. agit Th. tertiæ par. q. 65 art. 1. Ad Dionisium resp. D. Thom. 4. dist. 2. quæst. 1. art. 2. d. ibi sacramenta connumerari tantum quibus homines sacrantur vnctione aliqua, sunt autem tantum quatuor sacramenta vngentia homines, vel quia sacramenta omnia erāt etiam veteri legi communia, ideo vetera sunt amissa, tamen argumentum ab authoritate negatiuè nullum est. Ad Aug. dicitur enumerare omnia sacramenta præcipuè quarto libro contra Donat. cap. 2. & epist. 108. dicuntur verò nostra pauciora ob multitudinem sacrificiorum legis antiquæ, quæ diceban tur sacramenta; Confirmatio verò, nec extrema Vnctio erant tunc, quia nec erat cœlum apertum, nec plenitudo gratiæ, sunt etiam pauciora nostra, quia illa erant figuræ potius, & similitudines, quæ non ex omni parte rem declarant, sed aliqua, ideo etiam nostrum sacramentum debuit multiplici figura declarari: sic Eucharistia multis modis est declarata, azimo, pane propositionis, manna; sic etiam Ambros. omnia enim enumerat. Ad alia argum. respond. non omne signum rei sacræ esse sacramentum. Ad Vgonem resp. ea pertinere ad sacramenta in lege veteri, non possunt verò esse in nostra, quia illa non conferebant gratiam.

Sacra con uenienter ordinant, Secunda propositio. Sacramenta conuenienti ordine disponuntur loquendo de ordine dignitatis, vel generationis. Vnde inter sacramenta vltima sunt Ordo & Matrimonium, nam sicut vnus est prius multitudine, ideo Ordo & Matrimonium pertinentia ad multitudinem postremo loco ponūtur, Inter hæc duo verò Ordo est prior Matrimonio, quia sacramenta ordinantur ad spiritualem vitam, sed Matrimonium minus participat de ea præ cæteris, ergo. Inter prima quinque, Pœnitentia, & extrema Vnctio sunt posteriora, illa enim sunt priora, quæ ordinantur ad perfectionem alicuius prius per se, quam per accidens, priora ordinantur per se, alia per accidens, quia in Baptismo renascimur, in Confirmatione roboramur, in Eucharistia nutrimur, & dicunt quid positiuum, Pœnitentia pertinet ad remouendos defectus, & sic per accidens, Pœnitentia verò est prior extrema Vnctione, quia completio sanitatis est posterior sanitate, per Pœnitentiam sanamur, ergo. Inter prima verò prior est Baptismus, secundò Confirmatio, tertiò Eucharistia; primò enim renascimur, secundò roboramur, tertiò consequitur quis finem debitum. D. Thom. d. quæst. art. 2. & disponū tur.

Eucharistia præcedit alia sacramenta. Tertia propositio. Sacramentum Eucharistiæ est potissimum inter omnia; Primò ex contento ipso, qui enim quid continet per essentiam, est nobilius eo quod continet per participationem, at in Eucharistia continetur Christus qui est sacerdos, in alijs per participationem virtus eius passionis. Secundò, quia omnia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam vt ad finem, Ordo enim ordinatur ad consecrationem Eucharistiæ, Baptismus ad eius susceptionem, Confirmatio roborat ne quis timeat eam suscipere, Pœnitentia ad dignè suscipiendum, extrema Vnctio ad dignè suscipiendum eius effectum, scilicet vnire nos cum Christo, Matrimonium eam attingit, vt significat vnionem Christi cum ecclesia, quæ in Eucharistia figuratur.

Sacramenta quādo- Tertiò, ex ritu sacramentorum, sacramenta enim omnia ferè consum- man-

que se excedũt, quã doque exceduntur.

mantur in Eucharistia. Inter alia vero sacramenta diuerse se superant, baptismus enim præcedit omnia necessitate, Ordo quo ad perfectionem excedit alia excepta Eucharistia, Confirmatio medio modo se habet, Penitentia & extrema vnctio sunt inferiora, quia pertinent ad remouendos defectus, & ex his magis est necessaria pœnitentia, dignior vnctio, quia perficit Pœnitentiam, Matrimonium habet excellentiam ob significationem. D. Th. ibi art. 3.

Sacramenta an sint necessaria

Quarta propositio, quo ad necessitatẽ sacramentorum. Necessarium est duplex, per se, & ad bene esse, primo modo sunt necessaria Penitentia, Baptismus, Ordo; Baptismus omnibus, Pœnitentia omnibus peccantibus, Ordo ob communitatem ecclesiæ. Alia sacramẽta sunt necessaria ad bene esse, quia Confirmatio perficit baptismum, vnctio pœnitentiam, Matrimonium, bonum cõe. D. Thom. ibi art. 4.

Sacramenta quomodo conueniant, & differunt.

Conueniunt autẽ omnia sacramenta, pro intelligẽtia nouitiorum, quòd omnia conferunt gratiam, vt supra; secũdo ꝙ nulla possunt ministrari, vel recipi digne ab existenti in mortali, vt supra est dictum; tertio, ꝙ omnia cum signo crucis ministrãtur. ca. nunquid. de consf. dist. 5. consultiue tamen & ad bene esse.

Differunt vero, ꝙ tria iterari non possunt, quia imprimunt caracterem, scilicet Baptismus, Cõfirmatio, Ordo, adeo vt nec mortuus qui resurgeret posset illa reassumere, vt est t. in c. ꝙ quidem. 1. q. 1. notat D. Th. in 4. d. 2. q. 1. alia vero iterari possunt, Matrimonium tamẽ etiam morte naturali dissoluitur, nec remanet in resuscitato. 2. ꝙ omnia, Eucharistia excepta, in vsu tantum & applicatione. i. dum a ministris suscipienti conferuntur sunt sacramenta, vt notat gl. in c. 1. de consf. d. 4. sanctissimũ vero Eucharistiæ sacramentum etiam in pixide extans est verum sacramentum. c. multi. 1. q. 1. & habetur in Conc. Trid. sess. 13. can. 5. tertio, ꝙ tempore interdicti conceditur baptisma omnibus & Confirmatio, & Pœnitentia omnibus qui non sunt culpabiles in interdicto, excepto articulo mortis. c. alma. c. quoniam. de sentẽ. excõm. in 6. modo tamen quo exposui in tractatu de interdicto, quo etiã tẽpore conceditur matrimonium excepta benedictione, vt ibi dixi non alia.

Quinta, ꝙ in omnibus sacramentis requiritur iurisdictio, adeo ꝙ illa ministrans non subdito, peccat, tenet tamen sacramenti collatio excepta pœnitentia, in qua omnino requiritur iurisdictio etiam extra tempus paschale, nec ad id sufficit ratihabitio ꝓprij ex post facto, vt notatur in ca. omnis. de pœnit. & rem. in alijs vero sufficit ad excusandum a peccato, nisi sit Religiosus qui ministret Matrimonium, Eucharistiam infirmis, vel extremam vnctionem, cum huiusmodi sint excõmunicati. cl. 1. de priu. sine licẽtia prędicta, & etiam in matrimonio requiritur ꝙ sit proprius. sexto quòd in baptismo est peculiare ꝙ ficte accedens recedente fictione, vel superueniente contritione, vel debita attritione consequitur eius fructum, in alijs vero requiritur a principio saltem attritio æstimata, vt dicam infra in sacramento Pœnitentiæ, & etiam baptisma collatũ ab hæretico vel excommunicato laico & muliere tenet, vt dicam infra de baptismo, ꝙ non est in alijs sacramentis regulariter, saltem quo ad recipiẽdum gratiam, quando suscipiens scit id impedimẽtum, & etiam quia in baptismo solo iure cauetur, vt id iterans sit irregularis. c. 2. extra de apost. cum ibi not. septimo ꝙ in solo baptismo & confirmatione requiritur suscipiens, ex quo actu oritur cognatio impediẽs & dirimens Matrimonium, vt in Concil. Trid. sess. 24. c. 2.

In alijs vero sacramentis nõ requiritur, nec contrahitur proprie cognatio huiusmodi, nec in sacramento Pęnitentiæ, vt alibi dicam. octauo, ꝙ in omnibus sacramẽtis debet simul proferri forma cum materiæ ministratione, in pœnitentia vero potest esse post ab-

absolutio impendi, vt d.Silu.verb. vnctio.q.7.8. q in Baptismo & Cōfirmatione non requiritur de rigore ætas determinata, in alijs sic.

Nono, q sacramenta imprimentia caracterem violenter accepta rescindi non possunt, alia sic, cap. maiores. §. item. de bapt. de Matrimonio tamen quid iuris sit, suo loco dicetur.

Decimo, q sola extrema vnctio habet formam deprecatiuam, vt inquit Sot.in 4.dist.23.in textu. & q.1.ar.4.cętera vero demōstrant actum ministri applicantis formam simul cum materia suscipienti excepta pęnitentia, vbi materia est in ipso pœnitente, cum sit per modum remotionis impedimēti, scilicet peccati; & ideo oportet vt materia sit in ipso pœnitente, vt suo loco dicetur; & Eucharistia vbi ministratur absque applicatione formæ suscipienti, eam tñ applicando materiæ vtens verbis Christi in consecratione, ratione de qua infra loco suo.

De ritu administrandi sacramenta. Cap. XXVI.

Cerimoniæ quę attendendæ in sacramentorū administratione.

IN sacramentorum administratione consuetę cerimoniæ, quibus externo cultu Deus colitur, & eo demonstratur internus noster erga eū amor & reuerentia, vt d.Ol. de externo cultu. c.86. cum seq. contemni, mutari, vel omitti a ministris pro libito sub anathemate prohibētur Conc.Triden. sess.7.can.vlt. vnde si res non sit leuis, culpa erit mortalis. Sot.d.1.q.1.art.8. versic. diximus, quia cerimoniæ vim sacramentorū nobis demonstrant, & dæmonum vim contundunt ne a fructu sacramentorum noceantur. D.Tho.q.66.art.10.3.p.Sot.d.3.q.1.art.10. & in his consuetudo Romanæ ecclesiæ, vt d.Io.And.in c.dolentes. de celeb.miss. est seruanda, & etiam propriæ metropolitanæ.c.de his.d.12.nisi sit cōtraria legibus, & consuetudini Romanæ Ecclesiæ.c.nolite.cap.fi.11.d. si vero talis consuetudo metropolitanæ vel particularis ecclesiæ, non sit contraria Romanæ, sed tantum diuersa, & rationabilis sit, seruari potest.ca.ecclesiasticarum.11.d. & etiam iudex delegatus à papa, iuxta talem consuetudinem loci iudicare debet. vt p.gl.in c.illud. 12.d.

2. Sacramēta non sunt cōferenda ei qui egre suscipit si rationis vsum habeat. arg.c.sicut Iudæi. vbi glo.de Iudæis. & qui habet intentionem ob alium finem quam a Christo sint instituta, fictus dicitur. D.Thom.3.p.q.69. ar.9. & d.4 q.9.ar.1. cum seq. Sot.d.6. q.1.ar.7.

3. Sacramenta a proprio tantū parocho accipienda sunt. Clem.1. de priu. c.eos. cum seq. de tēp.ord.in 6.c.si diligenti. de foro compet. c. nullus. de paroch. Abb in c.vt dominicis. de paroch. ea enim ratione parochiæ sunt distributæ, vt singulis suæ tātum portiones ascribantur, & alterius messem alter non ingrediatur. ca.1.13.q.1. Nau. c.22.nu.7. ver. 8.

Valent tamen collata excepta pœnitentia, & hodie Matrimonio. ex ca. 1.sess.24.in Tr.Conc. & sufficit licētia data a proprio.c.super cathedram. de sep.in extr.cōm. vel q sint delegati ab ordinario, vel parocho.

4. Locus sacramentorū admin. vt sępius ecclesia esse debet. Clemēt.vn.de bapt.auth.vt in priu.dom.&in c.sicut. de cons.d.1. Baptismus tamen, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, & Matrimonium, cum ratio suadet alibi administrari possunt ex ecclesiæ consuetudine, vt sit in principibus. clem. 1.de bapt.

5. Vt vero cōmodius sacramēta administrari possint, fines diœcesum & parochiarum sunt distinguendi, & vsus tollendi si qui sunt, vt per familias, & non certos fines, parochiæ diuidantur, & qui nullius sunt dięcesis ex Cōcil. Trid. debent vniri vni ex vicinioribus Episcopis.

Vbi vero parochiæ partē parochiæ extra menia habent, vniri debent parochiæ viciniori ab episcopis, vel no-

uæ ibi erigendæ, assignata eis cõgrua portione ex fructibus ad ecclesiã matricem spectan. & in subsidium compellatur populus ad subministrãdu nouo parocho vitæ necessaria, c.cum ad audientiam. de ecclesijs ædif. Triden. Conc.sess.21.c.4. Concil.primo Med. sub tit. quæ ad sacramentorum administrationem pertinent.

In parochialibus etiam ecclesijs tot sacerdotes adiungantur earum rectoribus vbi populus ita excreuit, ut unus sacerdos non sufficiat sacramentis ad ministrandis, & diuinis officiis obeundis, quot pro illis muneribus obeundis iudicarit necessarios eos ex fructibus ecclesiæ alendos, ex Concil.Trid.sess. 21.c.4. Concil.Mediol.ibid. in ijsque administrãdis sacerdotes semper cotta & stola vtantur. ibid. & in eorum administratione, vel alias vbi opportunum erit, eorum vis explicetur, ex Trid. Conc. sess.23. c.7.

Et populum ad eorum frequẽtiam hortetur, & ægros etiam non vocati inuisant, atq; ad illorum susceptionẽ eos inuitent. Iidem conficiant libros quibus baptizati cõfirmati, & matrimonio iuncti notentur, qui fideliter custodiantur, & is abeuntibus successoribus dentur. Ibid.

Sacramenta libere conferantur. In sacramentis vero administrãdis ritus qui in qualibet cathedrali seruã tur, vel ritualibus sunt expressi, ab omnibus obseruentur. Const.Boll.de sacramentis.

Nec aliquem ad sacramenta admittãt, nisi armis depositis, & nisi iidẽ externo habitu erga sacramẽta reuerentiam demonstrẽt. Nec quicquam verbo vel signo in iis administrandis petant, non vetantur tamen spõte oblata accipere. ibid. & elicitur ex c. ad apostolicam. vbi Abb. de sim. & in iis administrandis cotta & stola vtãtur, alias peccant, & eo magis si adsit constitutio particularis id præcipiens, & quid de administrante baptismum, dicetur infra.

Sacramenta quomodo custodienda, & ijs abutentes, quam grauiter peccent. Summoperè verò curandum est, vt in omni parochiali & collegiatã ecclesia, vt not. Abb. in cap. sane. de celebr. miss. semper Eucharistia adsit in sacrario, iuxta Constit. Innocen. III. in Cõcil. gener. in cap. 1. de custod. Euchar. cap. presbyter. de consecr. distin. 2. & sess. 13. cap. 6. & can. 3. quæ & cultu latriæ est adoranda ac flexis genibus. d. c. sane. § sacerdos. de celebrat. miss. & prædicta sess. cap. 5. & can. 6. & deferri debet honorifice ad infirmos, lumine præcedente, iuxta dicenda infra tractatu de Eucharistia. & habetur in d. cap. sane. & d. cap. 6. & can. 7. in Conc. Trid. alias sacerdos incaute Eucharistia custodiens suspenditur per tres menses ab officio. d. capit. 1. de custod. Eucharistiæ; & magis etiam si magna sit negligentia, vt d. & Orig. in cap. 6. Matth. opera etiam danda est vt adsit chrisma, & sit in omnibus parochialibus, quod singulis annis ab Episcopis est conficiendum, vt statuit Fabianus papa; & habetur in c. omni tempore. de consecrat. dist. 4. fine quo nec ad baptismum licet accedere. cap. nullus presbyterorum. ead. dist. quod fit ex oleo & balsamo. capit. primo de sacramento vnctionis, quòd balsamum eius impensis est emendum. capit. statuimus. 1. quæstio. prima, & conficiendum ipsum chrisma adhibitis cerimoniis, de quibus in Pontific. parte secunda, quo chrismate fontes baptismales benedicũtur, calices, patenæ, consecrant ecclesiæ, altaria, pueri in frõte vngũtur, episcopi in capite, & in manibus. d. c. oleum etiã cathecumenorũ, quo pueri baptizandi vnguntur in pectore, & scapulis, & ẽt manus presbyterorũ cũ ordinãtur, & sinus ac homeri Regũ ex antiquo instituto. vt d. Cassan. in gloria mundi. S. P. consideràt. 31. & tradit Guil. lib. 6. cap. 74. nume. 21. in suo rationali, vbi rationes assignat quare adhibeat, & hoc oleum seruit etiã ante consecrationem ecclesiæ vel altaris. Adesse etiã debet oleum infirmorũ in ecclesijs parochialib. regularibus & collegiatis, quo vngãtur infirmi in extremo articulo cõstituti, adducẽs sanitatẽ aĩæ & ẽt corporis, prout expedit, ex Conc. Flor.

Flor. in vn. Arm. & tradit Gul. d. lib. 6. c. 75. & August. serm. 21. de tempore. & habetur Iacob. 5. Ad quorum oleorum essentiam, oportet oleum esse consecratum ab episcopo. ca. si iubet. 26. q. 6. & d. c. 1. de sacra vnct. cap. illud. 95. d. ad hoc vt ex ijs fiat sacramētum ex vniuersali ecclesiæ vsu. vt d. Sot. 4. d. 23. q. 1. ar. 3. & habetur iuribus prædictis, ex quibus etiam oleis consecratis maxima virtus prouenit, cum & ex eorum vnctione habeatur multos esse sanatos ab Apostolis. Marc. 6. & refert Card. Host. de sac. extr. vnct. fol. 74

In his vero oleis, quæ per se non sunt sacramētum, sicut nec aqua, nec panis, nec vinum, nisi accedente forma, vel verbo ad elementum. cap detrahe. 1. q. 1. & habetur in Conc. Flor. in vn. Arm. & Trid. sess. 7. in princip. si ijs consecratis oleum desit, potest addi non consecratum in minori tamen quātitate, quia sic totum fit consecratum. c. q in dubijs. vbi Abb. de consecratiō. ecclesiæ, & cauendum ne vēteri oleo quis vtatur nisi articulo mortis excepto, sed quotannis renouetur. c. si quis de alio. de consecr. dist. 4. qđ accipiatur quotannis a proprio episcopo per se, vel alium eiusdem ordinis non per minorem clericum. c. presbyteri. de consecr. dist. 4. & etiam cauendum ne pretio accepto hæc sacramenta ministrentur, alias grauis pena incurritur. c. si quis. 1. q 3. c. placuit. cum seq. 1. q. 1. & vigilandum ne cum his sacramentis sacrilegi aliquod nephas exerceant, q est grauissimum crimen vt d. Abb. in c. 2. & per tot. de sortileg. & si accedit inuocatio dæmonis in ijs, hæresis crimen incurritur, vt d. Grill. tr. de sortil. q. 10. nu. 15. & habetur supra tr. de hæresi, & multos huiusmodi legatur miraculose a Deo punitos, vt idem ibi d. & Io. And. in rubr. de celeb. miss. Vnde hæc olea non sunt alicui concedēda etiam sub specie boni, sed fideliter sub clauibus tutis sunt custodienda, & casus reseruetur ab episcopo pro ijs qui sacramentis abutūtur, & participantibus etiam sub excōmunicatione latæ sententiæ, & vasa detinendorum sacramentorum ab episcopo benedicantur, vt in pontif. fol. 164.

Maxime vero attendēdum ne in sacramentis ministrādis cerimoniæ statutæ omittantur, q sine peccato fieri non potest, vt supra est dictum, & etiā quia vtilissimæ sunt, nam vt oriuntur ex pia deuotione, sic illam conseruāt, & augent. vt d. Aug. lib. de cura ꝓ mortuis. c. 5. & ep. 119. c. 11. vnde & cū quis pulchras ingreditur basilicas, & bene ornatas deuotionem concipit, & rudibus cerimoniæ sunt loco scripturæ, cum iuuent intelligētiam, vt d. Aug. d. ep. c. 7. & ijs fides exercetur, & conseruatur religio, & aliquæ ex ijs habent vim ex opere operato, vt signum crucis, Tum ex apprehēsione dæmonū, q terrentur cū sibi opponi vident crucē qua victi sunt, & per eam merita Christi, & ex deuotione hominum, & ex opere operato, vnde aliqui sine vera fide solo signo crucis adiuti sunt, vt Iulianus apostata. teste Naz. oratio. 1. in Iul. Iosephus Hebræus, vt d. Epiphan. hær. 30. & alius hebræus teste. Grego. li. 3. dialog. c. 3.

Hæc de sacramentis in genere, in quo qnia prolixe egi, in alijs strictius procedam.

Sententiæ.

AVgust. Bonifacio. ep. 23. t. 2. si enim sacramēta quandā similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt, non haberent, non essent sacramenta. Ex hac autem similitudine plerunque etiam ipsarum rerum nomina accipiūnt. — *Sacramenta signum vel similitudo rei sacræ, & res inuisibilis in eis honoratur.*

Et lib. de cath. rud. c. 26. d. signacula quidem rerum diuinarum esse visibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari. Et de ciu. lib. 10. c. 5. sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est.

Bern. serm. de cœna Domini. sacramentum dicitur sacrum signum, vel sacrum secretum.

Amb.

Author sacramentorum Christus.

Amb. de sacr. li. 4. c. 4. author sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? de cœlo ista sacramenta venerũt.

Et Aug. in Ps. 138. Si ergo Adam forma futuri, quo de latere dormientis Eua facta est, sic ex latere Domini dormientis. i. in passione morientis, & in cruce percusso de lancea manauerũt sacramenta quibus formaretur ecclesia. & id figuratum est in ostio lateris arcæ. quia inde sacramenta manarũt, quibus credentes initiãtur. vt inquit idem lib. 15 ciu. c. 26.

Aug. in Ps. 73. alia sunt sacramenta dãtia salutem, alia promittentia Saluatorem, sacramenta noui testamenti dãt salutem, sacramenta veteris testamenti promiserunt saluatorẽ, mutata sunt sacramenta, facta sunt pauciora, faciliora, salubriora, feliciora.

Sacra nouæ l. conferũt & causant gratiam, cum seq.

Concil. Flor. in doctr. de sacr. ecclesiæ, sacramenta veteris legis non causabãt gratiam, sed eam solum per passionem Christi dãdam esse figurabãt, hæ vero nostra & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt.

Conc. Trid. de sacr. sess. 14. c. 8 si quis dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solum fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

Tert. lib. de resurr. carnis. c. 8 sed & caro abluitur, vt anima mundetur, caro vngitur vt anima consecretur, caro signatur vt ea anima muniatur, caro manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur, caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur.

Greg. lib 6. c. 3. in 1. Reg. vel c. 16. Foris sacramenta percipimus, vnde intus Spiritus sancti gratia repleamur, foris namque homo, Deus intus operatur, foris namque homo surgit, intus se spiritus dirigit.

Chris. hom. 60. ad pop. & 83. in Mat. Nihil sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles, omnes autem intelligibiles, in baptismate enim per rem sensibilem nempe aquam, donũ confertur, intelligibile vero quod perficitur generatio & renouatio, si enim incorporeus esses nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona, sed quoniã anima corpori conserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet.

Sacra etiã per malos administrata vera sunt, & etiam per malos vere recipiũtur, licet nõ ad gratiã iustificantem.

Aug. lib. 3. contra Don. c. 10. baptismus Christi verbis euangelicis consecratus, & per adulteros & in adulteris sanctus est, quamuis illi sint impudici & immũdi, quia ipsa sanctitas per immundos pollui non potest.

Et lib. 5. con. eosdem. cap. 20. si Deus adest sacramentis & verbis suis per quoslibet administrẽtur, & sacramenta Dei vbique recta sunt, & mali homines quibus nihil prosunt, vbiq; peruersi sunt.

Idem tract. 80. in Ioã. detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum etiam ipsum tanquam visibile verbum. vnde ista tanta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat? nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur, nã & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens; quæ verba vltima declaranda sunt, vt supra in materia.

Sacra constant materia, forma, & ministro cum debita intẽtione faciẽdi q facit ecclesia.

Conc. Flor. in doctrina de sacramẽtis, hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tãquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi q facit ecclesia, quorum si aliquod desit non perficitur sacramentum, & idem habetur in Concil. Triden. sess. 14. can. 10. de sacramentis.

Idem in doctr. de sacr. nouæ l. septẽ sunt sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. & idem statuitur in Triden. sess. 14. de sacr. can. 1. vt supra probatũ est, cum ageretur de sacramentis in genere.

Sacra nouæ l. septẽ.

Bas. in exhort. ad bapt. Tesseram duces sub se militantibus dant, vt amici facilius inuicem se noscentes exhorten-

tur,& si eum hostibus commisceatur, eo facili⁹ discerni ac separari possint; Quod si forte commilitonum separatio fiat, nemo te, quatum, nostrarum an aduersarij partium sis, nouerit, nisi misticis signis familiaritatem præ te feras, nisi signatus sit super te vultus Domini, nisi characterem in te agnoscat Angelus, quo nā modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vīdicabit, quomodo inquam, dices Dei sum, signa non ostēdens, an ignoras quemadmodum signatas domus in Ægypto exterminator præterijt, in non signatis vero primogenita peremit? Thesaurus non obsignatus furibus facile patebit. vbi patet sacramenta instituta vt notæ quibus Christiani a fidelibus noscātur, & præterea vt remedia cōtra peccatum, & etiā vt sint signa diuinæ erga nos misericordiæ, vt dictum est supra in materia, vbi de hoc est actum.

Sacramenta cur instituta.

Naz. orat. in S. baptisma. Ne dicas baptizet me Episcopus, atq; is Metropolitanus, aut Metropolitanus, non.n. locorum est gratia, sed spiritus, isque etiam claro & nobili genere ortus, (graue enim fuerit nobilitati meæ ob eius qui baptizat, labem ac dedecus inferri) aut si presbyter, saltem qui cęlebs sit, qui continētiæ laude atq; angelica viuēdi ratione floreat, opus sit, graue.n. fuerit si in purgationis tēpore inficiar atque commaculet, ne concionatoris aut baptizantis authoritatem inquiras, Et inf. Tibi autem quiuis ad purgationem satis idoneus est, qni modo inter probatos cēseatur, atque non aperte cōdemnatus sit, & ab ecclesia alienus, qui curationis indiges in iudices iudicium ne arripe, nec eorum a quibus purgaris dignitates exquire, nec inter genitores delectū habe. Est quidem alius alio præstātior vel inferior, te autem quiuis est superior.

Sacramenta vera p malos administrantur.

Aug. tract. 5. in Ioan. aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatē, baptisma enim tale est, quale est ille in cuius potestate datur, nō qualis est ille per cuius ministeriū datur, quid tibi facit minister malus, vbi bonus est Dominus, sint ministri iusti si volunt, si autem noluerint esse iusti qui cathedram Moysi tenent, securū me fecit magister meus, de quo Sp. eius dixit, hic est qui baptizat.

Conc. Trid. sess. 14. can. 12. de sacr. in genere. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existētem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit. ijdem tamen peccant mortaliter, si nō sint saltem contriti, exemplo Ozæ. 2. Reg. 6. quia imitari debent Dominū bonum, & sancti esse. Es. 52. Num. 1. & dictum est supra in materia, cū de hoc ageretur.

Bas. de Sp. S. c. 21. Dogmata quæ in ecclesia prædicantur quędam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione in misterio .i. in occulto tradita recepimus, quorum vtraque parem vim habēt ae pietatem, nec his quisquam cōtradicit, quisquis sane vel tenuiter expertus est, quæ sint iura ecclesiastica.

Concil. Trid. de sacram. in genere. sess. 14. can. 13. Si quis dixerit receptos & approbatos catholicæ ecclesiæ rit⁹ in solemni sacramētorum administratione adhiberi consuetos, aut cōtemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in alios nouos per quemcūque ecclesiarum pastorē mutari posse, anathema sit, & latius vt supra in materia de hoc est actum.

Hæreses.

VT ordinē in primo Tomo captū prosequerer, hæreses, quæ circa sacra extitere apponere volui, in quo tamē cōcionatores & parochos monitos volo vt eas populo fideli non euulgent, nisi necessitas vrgeat, vel cū hæreticis agē dum sit, ijsq; optime solutis.

Hæ-

vt eas populo fideli non euulgent, nisi necessitas vrgeat, vel cum hæret. cis agendum sit, iisque optime solutis.

Hæresis, quod sacramenta non conferant gratiam, reijcitur.

Hæretici tenent sacramẽta esse necessaria, non quod contineant gratiam, sed quia sint simbola Religionis profitendæ, exercend. discernendæ, putant vero esse signa inania, sine vlla virtute & gratiæ productione, sic tenet Augustana cõfessio. ar. 13. Bucer. in epist. ad Rom. ca. 3. Calu. in sua prima institutione Christianæ Religionis. Luth. in 11. & 12. assertione, qui asserit eo quod credit quis se absolutum esse, esse vere absolutum, siue sacerdos ioco, siue serio eum absoluit.

Hæresis, quod sacramenta nõ sint veneranda, reijcitur.

Item dicunt ex veneratione sacramentorum multa mala oriri, primo si collocamus nostram salutem in sacramentis, ergo & nostram spem, & maledictus qui ponit spem suam etiã in creatura homine inferiore. secũdo dicunt, trahimur quasi inuiti ad Idolatriæ cultum, adoratur enim panis in Eucharistia.

Ad primum respondetur sacramenta non esse signa tantum significatiua, sed vere effectiua gratiæ, & in hoc distinguũtur à sacramentis veteribus, quæ in fide operãtis, idest suscipientis conferebant gratiam, nostra ex opere operato, idest virtute sacramenti instrumentaliter, vt supra late probatum est; & ideo non sunt tantum signa, nec inania, Ad Luth. intentionem etiam in ministro requiri faciendi, quòd Christus instituit, & ideo si ioco impendatur absolutio, modo supra exposito, nullius est momenti, quia sic gratia penderet ex opere operantis, & sic suscipientis, & non ex virtute sacramenti, contra supra asserta.

Ad secundum respondetur, nos nõ dicere sacramentum esse illud tãtum quòd est signũ sensibile, sed in sacramento includimus etiam virtutem diuinam, ideo nostram spem non ponimus tantum in sensibilibus elemẽtis, sed in virtute supernaturali, & in sanguine Christi, qui vt in marsupio est in sacramentis, eamque etiam virtutem in eis cõtentam veneramur, quæ solutio est D. Aug. de cath. rud. ca. 20. & in Eucharistia non adoratur panis, sed Christus ibi contentus. nec ob. quod non cõueniat hominem natura superiorem subdi elementis, & inferioribus. Resp. em primo non subdi elemẽtis tantum, sed virtuti diuinæ in eis contentæ. secundo fieri diuina sapientia vt homo se ijs subdat quibus se voluit exaltare.

Hæresis, quod sacramenta nõ possint gratiã efficere, reijcitur.

Tertia hæresis est suscitata à discipulis Marci, qui dicebant res cęlestes & inuisibilia mysteria non posse effici per visibiles creaturas, gratia est res cęlestis, & inuisibilis, sacramenta res visibiles, ergo. Armeni eandem sententiam habuere, & post Luterani, qui fundãtur, quia putãt solam fidem esse satis ad iustificandum, sacramenta vero sunt tantum signa, vt aiunt beneuolentiæ Dei erga nos exhibitę, & & quibus certiores simus de nostra salute, & propter quietem conscientiæ, dicitur enim Rom. 1. Iustus ex fide viuit, ergo. & Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, & cõfirmatur ex August. tract. 8. in Io. d. quæ est tanta vis aquę vt corpus tãgat, & cor abluat? & resp. hoc efficere verbum coniunctum elemento; verbum, non quia dicitur, sed quia creditur, ergo virtus iustificandi in sacramento est per fidem. & 1. Pet. dicit nos saluos fieri baptismo per fidem Christi; addit Zuinglius, quia solus Deus potest peccata remittere & & animas mundare, non ergo sacramenta. secundo turpe esse velle Deũ esse alligatum vilissimæ creaturæ, vt gratiam conferat, sacramenta sunt elementa vilia, ergo. Caluinus quarto suæ institutionis. capitu. decimoquarto, & Antidoto Concil. Trident. duplici fundamento vtitur primo aliam virtutem non esse concessam sacramentis nouæ quam veteris legis, quia omnium author Deus, & in vtrisque collata promissio salutis, vt vetera non iustificant etiã secundum catholicos, ergo; secundo, quia

F putat

putat eandem rationem habendā sacramentorū, ac Euāgelij, sed prædicatio Euangelij non iustificat, ergo nec sacramenta. Item Abraham ex fide, dicitur iustificatus.

Fides sola non sufficit ad iustificationē. Pro solutione notandum, solam fidem, vt est etiam donum supernaturale non satis esse ad iustifican. de qua fide habetur Hebr.10.& per Bas.hom. de conf.fid.Leo.ser. 4. de Nat. Domini.Aug.serm.1. de verbis ap.

Probatur conclusio Math.7.nō qui dixerit Domine Dñe intrabit in regnum cęlorum, sed qui fecerit volūtatem patris & parab.decem virg.quarum quinque oleo bonorum operum caruerunt, habentes tantum lucernā fidei,& 1.Cor.13.horum maior est caritas; & mox nil esse etiam martiriū & 2.Cor.1.oēs relaturos prout gesserunt in corpore.& 1.Tess.c.5.huc pertinet iudicij causa,nudus erā, &c. vbi fidei non meminit,& Sap.10. dicitur Dominus redditurus mercedem laborum.Ioā.ep.1.c.7.qui non diligit manet in morte. Iacob.1.Factores verbi iustif.& cap.2. Fides sine operib.mortua est;& Ioan.15.ex parabola vitis & palmitū, vbi palmites instructuosi eruuntur ex vite.Ap.14. opera enim illorū sequunt̃ illos . Theoph.in 7.Mat. & ibi Hier.Bas.in reg.Mon.c.64.Aug. Ps.47.& tr.5.super ep.can. Ioan.ibi in hoc degnoscuntur filij diaboli, &c.In Enchir.c.100.ser.de temp.53.& 15.de Trin.c.18.serm.de verbis Domini.23. & lib. de hær. c.54. Et vt ignis facit oleum splendere in lucerna,sic fides illustrat nostra bona opera. Ignat.i ep. ad Eph.Pechus in ep.ad Armenos episcopo .vt solo speculo quis non ornatur sic sola fide quis non ornatur.

Ad primum argumentum satis responsum est per supra dicta, cum sola fides non iustificet, nec satis sit.

Ad illud fides iustificat. Respond. quòd ad iustificationem concurrit Deus, fides, & sacramentum; fides vt conditio sine qua non, quæ tñ caritate sit informata, & nō nuda,vel informis, Deus authoritatiue pricipaliter est etsi causa principalis gratiæ,Christus effectiue instrumentaliter vt homo,meritoriè principaliter, sacramēta vt instrumenta, quibus nobis applicantur merita Christi. Ad id,Iustus ex fide viuit.Respon.Chris.legis promissiones non iustificare sine fide in Christum.& primo ad Rom. exponit, iustū ex fide viuere ea vita, quæ est in patria, vbi est charitas.Ilar.Psal.118. iustum viuere ex fide charitate informata; Ad id Abrahā ex fide fuit iustificatus. Aug. serm.68. de tempore. d. Abraham esse iustificatum per fidē sine opere, q̃ opus fidem antecesserit, nam se exercuit in multis bonis operibus antequam fidem haberet,in iis tamen Deo non placuit, sed cum fidē est assecutus, iustificatus est in bono opere, legatur Ilar. can. 8. in Matth. Ciprianus 3. ad Quirinum . capitu. 52. & 53. qui docet eam fidem iustificare,quæ est cum dilectione. Ad id vbi dicitur fides necessaria ad salutē, verum est, non tamen satis est sola fides, verum vero actus fidei in suscipiente sit necessarius dubium est,nūc dicitur simpliciter & absolute non esse necessarium, aliter neque furiosus posset sacramenrum baptismi suscipere,neque puer, vtrunque tamen baptizat Ecclesia.

Ad Aug.respond.eum velle significare, quòd supra in secunda conditione statutum est, idest sacramenta nō naturali virtute posse sanctificare,sed diuina, & sensus Augustini est verbū sanctificare, non elementa sua vi naturali sanctificare, sed verbum Dei, quod in illis exponitur, quod sanctificat,non qua dicitur, idest non secūdum eam virtutem, quæ sensu percipitur,sed per diuinam, quæ sola fide tenetur. Ad aliud, sacramentis Deus non est alligatus, dicitur Deum principaliter iustificare, sacramenta instrumentaliter, nec alligatur Deus sacramentis, sed ex suo beneplacito voluit nobis dare gratiam per sacramenta. Si dicatur, si quem Deus prædestinauit eius prædestinatio non potest,

fi-

fine suo carere; ergo sacramenta frustra, potest retorqueri argumentum, si quem Deus prædestinauit, ergo fides frustra; soluitur tamen argumentũ, quia Deus prædestinauit aliquos ad gloriam, vt eam sibi per sacramenta communicaret, simul enim prædestinat & ordinat media quibus gloriam assequantur, sic soluit Aug. con. Iul. & 1. de origine animæ. capit. 9. de corr. gratiæ. cap. 7. Ad id sacramenta veteris l. non conferre gratiam. Resp. nullam esse consequentiam; potest enim idem author maiorem vim dare nostris sacramentis, quam veteris l. nõ erat tunc futura passio ex qua omnis virtus sumpta est gratiæ conferendæ, at vero simul cum passione noua sacramenta fuere instituta, vel post cõsummata, causa vero in actu maiorẽ vim habet quam in potentia. Ad id de vsu sacramentorum & euangelii, dicitur diuersum esse vsum Euangelii & sacramentorum; id enim tantũ gratiam ostendit, hæc conferunt, id non prodest iustificationi, nisi fidei actu comprehendatur. Hebr. 3. Ioan. 6. at sacramenta ex opere operato iustificant eos, qui nec actu fidei credunt, id a quocunque promulgetur eandem virtutem habet, sacramenta habent determinatos ministros. & verbum sacramentorum est efficax, non illud Euangelii ex se. vt docet Cipr. serm. de passione Domini. Chrisost. homil. de perditione Iudæ. Ambros. 4. de sacrament. & quinto libr. de iis, qui sacris init. capit. 9. Item oportet vt is qui debet iustificari per Euangelium ex opere operantis iustificetur, sacramenta vero ex opere operato semper iustificant.

Heresis, quod nullus in nobis inueniatur caracter, reiicitur.

Quarta hæresis Vuiclef, dicit, nullum in nobis inueniri caracterem, in 4. lib. Dialogi. cap. secũdo, teste Vald. 2. de sacramentis. cap. 109. Lutherus sentit cum Vuiclef, teste Castro.

Prima ratio, nil affirmandum est in rebus fidei, quòd ex scriptura non constat, at non constat de caractere in scriptura, ergo; confirmatur sicut in humanis nil innouatur, quòd probabili aliqua ratione non firmetur, sic in rebus fidei, quòd ex scriptura non habeatur, quod non sit in scriptura probant, nam ubi Christus ex professo loquutus est de sacramento imprimente caracterem, nil est loquutus de caractere. Ioan. tertio. Nisi quis renatus, &c. vbi caracter? secundo caracter non est necessarius, probant antecedens, esset enim necessarius vel vt dispositio ad gratiam recipientiũ, vel ob alios effectus. Non primum, nam etiam catholici refutant sententiam dicentium caracterẽ esse dispositionem ad gratiam; non secundum, nam vnus eius posset esse effectus ut caractere vt quasi signo fidelis ab infideli discernatur; non hoc, quia extrinseco signo fit talis differẽtia in baptismo vbi est trina immersio, intrinseco vero per gratiam in anima factã, alter effectus esse potest, vt sit signum rememoratiuum; contra, vel esset rememoratiuum Deo, vel nobis, uel proximo; non Deo, quia non eget signo ad suos noscendos, non nobis, quibus certior est illa trina immersio quam intrinsecus caracter ignotus, tum pro caractere esse posset gratia tale signum, non proximis, non enim possunt nostrũ caracterem agnoscere in hac vita, in altera non eo egent vt nos cognoscant, apparet enim tum gratiæ signum illustrius. Item si deberet esse necessarius caracter sacramentorum, ergo charitatis, fidei, & spei deberet esse caracter, harum virtutem nullus est caracter, ergo. prætereа esset in nobis perfectio quędam diuina, & habens plures caracteres esset perfectior, accidit tamen contra ut qui plures habet caracteres sit imperfectior, deinde Christus nullũ legitur caracterem accepisse, careret ergo aliqua nostra perfectione. quarto si est diuina perfectio caracter est Spiritus sancti donum, quomodo ergo etiam Dei inimicis traditur, ut si quis ficte baptismum suscipit, & ordines sacros in peccato mortali, quibus

caracter detur, non tamen gratia; quinto, nullo modo est necessarius, quia nec Ecclesiæ, & Reipublicæ christianæ, nec suscipienti est vtilis, non primum, nam satis esse possunt gratiæ gratis datæ, non secundum, nam per caracterem suscipiens vt signo tantum distinguitur a non baptizato, & carente caractere. hæc hæretici.

Pro solutione notandum, aliquid ex scriptura haberi tripliciter intelligi; primo cum conceptis verbis & formatis habetur, quòd affirmatur vt quòd sine baptismo nemo possit saluari. Ioan. tertio. secundo quando ex scriptura expressa aliquid necessario deducitur. tertio, quando neque exprimitur, nec necessario deducitur ex scriptura, sed aliquo modo significatur, & communi consensu Patrum ex ponitur scriptura in hunc sensum, & etiam sit aliqua traditione Ecclesiæ obfirmatum. Quibus stantibus utendum est auth. & rationibus quibus supra probatum est esse caracterem, & eius vtilitates.

Ad primum hæreticorum dicitur hæreticos dupliciter errare, primo, quòd putant nil esse ponendum, nisi aperte sit in scripturis, ponitur vero etiam quod habetur per traditiones; secundo, quia ex scriptura elicitur caracter, saltem modo tertio supra explicato, subobscure enim significatur a scriptura, & fit manifestum communi Patrum interpretatione. Ad secundum respondetur; argumentum probare, caracterem nō esse absolute necessarium, vt & ego dixi, non tamen probat nō fuisse conuenientē, negatur secundo per gratiam baptizatum distingui à non baptizato, cum fieri possit vt non baptizatus habear gratiam, dicitur præterea esse signum rememoratiuum Deo nobis, & proximo, licet enim vt Deus suas oues agnoscat non egeat caractere ad recolendum de eius filijs, placuit tamen eius bonitati suos per signum dignoscere, & eo si recordari, nobis est rememoratiua per fidem in hac vita, in altera per apertam cognitionē, & sanctis afferr gloriā & gaudium augetta e signum, in inferno vero aufert in signi recordationis pœnam, proximo etiam secundum eandem rationem, & præterea, quia externa illa ablutio pertransiens non potuit baptizatum à non baptizato discernere permanenter.

Ad tertium dicitur esse spiritualē, perfectionem, habet ergo plures perfectiones habens plures caracteres, sed hæ perfectiones sunt potius referendæ ad gratias gratis datas, Christus vero habuit sublimiorem caracterem, quia vera patris imago, & figura substantiæ eius, & habuit omnes perfectiones eminenter communicatas caracteribus, non enim debet habere Rex idem signum, quòd miles, nec pastor idem, qui ouis.

Ad quartum responsum iam est, efficere differentiam, quæ a gratia effici non potest.

Ad quintum dicitur donum Spiritus sancti gratum faciens peccatori non dari, at gratias gratis datas dari, donum enim linguarum, curationum legitur datam ijs qui Christum non sequebātur; Saul etiā prophetabat, concedunt etiam ipsi recipientem baptismum recipere donum fidei mortuæ, quod est Spiritus sancti munus, cur ergo, &c. Dicunt etiam esse indelebilem caracterem, si esset, & tamen non ita esse, quia quod generatur & corrumpitur. Respondetur esse indelebilem, quia Dei dono seruat... quanquam sit factus, sic & anima rationalis sit, seruatur tamen men incorruptibilis Dei beneplacito.

Quinta hæresis est Vuiclef, ex Vald. de sacramentis. capitu. centesimodecimoquinto, dicit Deum solum baptismi esse authorem, qui omnino sustulit Sacramentum Confirmationis. Hæresis, quòd Deus solū baptismū instituerit, reijcitur.

Hæc

Hæc hæreſis eſt exploſa, vbi ſupra actum eſt de poteſtate inſtituendi ſacramenta, vbi pluribus auth. probatum eſt, omnia ſacramēta a Deo inſtituta.

Hæreſis, ꝙ i ſacramētis non requi- untur verba, reiicitur.

Sexta d. in ſacris non requiri verba, ſic tenet Bucerus in 26 Mat. & Idelburgenſes, quia Chriſtus in cęna ſacrm̄ inſtituens nullā mentionem, docēs Apoſtolos, fecit de proferēdis verbis in hoc ſacramento faciendo. d. n. hoc facite, non hęc verba, &c. 2. nec in ſcriptura reperiri Chriſtum dixiſſe, verbum accedēs poni vel vino. Reſp. primo ex eo loco quo ipſe nititur i dr̄ .n. Chriſtus accepiſſe panē, benedixiſſe, fregiſſe, nec eſt veriſimile benedixiſſe mutis ſignis, & Paulus potionem benedictā uocat. benedictio ergo verbis fit, cū ergo d. hoc facite, intelligitur ēt verbis benedicere. 2. præcipit repeten. totā actionē illam factā in vltima cęna, inter quæ eſt illud, hoc eſt corpus meū, ergo & id eſt repetē. huc facit id Aug. tract. 80. in Ioā. quid eſt aqua niſi aqua ſine verbo, accedit verbū ad elementum, & fit ſacrm̄, & Paulus expreſſit materiā, & verba eſſe neceſſaria ſacramento. Eph. 4. Chriſtus tradidit ſe pro eccleſia vt eā mundaret in verbo vitæ. Eraſmus ergo inepte quæriti in 1. ad Cor. cupiens a Paulo expreſſa verba dicta a Chr̄o in Euchariſtia conſecranda; Ratio, cum oīs res ſenſibilis ſua natura poſſit ad uarios vſus referri hoīs; puta aqua ut determinetur ad aliquē vſum, verbis opus eſt, aqua. n. ad ſordes tergen. lauandum corpus, refrigeran. & baptizan. ſumitur, vſus ergo verbis eſt diſcernen. additur, quia propriū eſt hominib. ſuā intentionem verbis exprimere, & manifeſtare quæ hēt in aīo.

Hęreſis, ꝙ i ſacramētis nō ſint certa & determinata verba, reiicitur.

Septima hæreſis Caluini. 4. ſuæ inſtitut. Bezæ ſuo dial. Buzeris lib. de Dei Maieſtate. d. verba nō eſſe certa & determinata in ſacramentis. & alter hæreticus d. ſacramenta certa forma conſecrata eſſe cantionem magicam comediarum; & initio eccleſię Chriſtus & apoſtoli fuerunt ſuſpecti de magia, Chriſtus. n. dictus eſt in Beelzebub eiicere dæmonia, & Act. 19. quidā tentarūt dæmones eiicere eadē fere forma verborum qua vtebātur apoſtoli, quæ erāt certa & determinata verba quib. in ſanando utebātur & ſacra cō ficiebant. Ideo & Simon emere putabat virtutē S. Petri. & Iren. refert Marcum diſcipulum Simonis Magi putantē ſanguinem Chriſti in calice fieri à Chriſtianis arte magica; ſic etiā ꝙ populus Dei faciebat vi diuina, ante natiuitatem Chriſti putabat facere arte magica, ideo. n. Balaam eſt conductus a Rege, vt remedium cōtra Magicam Iudęorum, vt notat Origenes. probāt authoritate Aug. hæretici ſuā ſententiā non quia verbum dr̄, ſed quia creditur; at credi uerbū nequit niſi prędicatur, ergo verbū prędicatum a miniſtro facit ſacramentum. ratione, q2 gręci alijs verbis baptizant quam latini. d. enim baptizetur ſeruus Chriſti Ioannes, &c. & vere baptizant, tertio in ſacramento matrimonij non ſunt præſcripta verba, ergo, nec erunt in aliis ſacramentis. quarto, virtus Chriſti non eſt alliganda certis verbis, ergo.

Contraria tñ ſentētia eſt cath. & late probata eſt multiplici teſtimonio.

Ad locū Aug. reſp. eius ibi intētionem eſſe loqui de intentione ſacri, & quia debet credi talis fuiſſe intentio ſacramenti, ideo vere ibi loquitur de forma ſacramēti, dicit. n. qd eſt aqua niſi aqua, accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramētum, ꝙ accedere eſt formæ proprium; 2. ſol nā duplex eſt virtus in verbo ſacramenti vna ex humana inſtitutione formata, altera ex diuina volūtate. prima eſt qua ea verba ſenſum noſtrum mouent & intellectū, ut intelligatur ꝙ ſignificatur per verba ex humana inſtitutione. 2. eſt virtus ſecreta quā indidit Deus ſacri uerbis uidelicet iuſtificare, prima uirtus explicatur per id nō quia dicitur, .i. non ſanctificāt uerba, quia facta ex humana inſtitutione, ſed quia credit. ideſt, dicunt ſignantem, & inſtituenté. 3. ſolutio. ut ibi loquatur Aug. de

adultis sacrā suscipiẽtibus, in quibus fides est necessaria dispositio, vt iustificentur, sic verba in sacro sanctificãt, non quia dicuntur, id est percipiuntur ab humano sensu a suscipiẽtibus, sed quia creduntur, id est secũdum fidem, quam habent suscipientes.

Hæresis, ꝙ sacramenta nouæ legis nõ differant à sacramentis veteris legis, reijcitur.

Octaua hæresis d. sacraměta nouæ l. non differre a veteris, l. sacramentis secundum substantiam, sed secũdum mensuram reuelationis tantum, quæ est clarior in nouo, & secundum hanc hæresim ita fuit corpus Christi in mãna, vt nunc est in hostia, tantum illustrius d. esse in Eucharistia, nostra enim sacramenta clarius significãt, sic d. Buz. Calu. Beza, Magdeburgen. putant differre duo testamenta externo sacerdotio tantum; nouũ enim habet tantum internum sacerdotium spirituale, ꝙ habeť ex baptismo. Nos dicimus secundum substãtiam differre essentiis. Hic tamen notandum primo Ier. in q. Heb. super c. 17. Gen. vbi habetur Bereth vertendum non testamentum, sed fœdus, & pactũ, & neminem pręter 70 eam vertisse vocem testamentum. & com. ep. Gal. 3. excusat Paulum, ꝙ testamentum verterit, sed non bene. hæc contendit Hieron. peritiores enim eius linguę aiunt verti posse vocem in testamentum, Paulus vero etiam alibi vocat testamentũ vt Heb. 7. 8. 9. 11. Philo Iudæus lib. de ijs quæ obtulerunt Cain & Abel vertit testamentum Euangelistę, vertunt sic Luc. Act. 7. vertit testamentum, & Cant. Zac. eodem modo dicitur Matt. 20. Mar. 14. Apoc. 11. Arcam testamenti vocat, & ecclesia solet dicere nouũ & vetus testamentum, ꝙ vocabulũ putãt dictum a verbo occidere, eligere, comedere, non enim pactum fœdus, & testamentum fiebat, nisi occisiõe; eligere, quia in vtroque testamento apparet electio Dei, & voluntas erga nos comedere; in vtroque enim paratus est cibus, ibi vmbratilis, & figuratiuus, hic vero verus.

Testamentum vero licet videatur significare vltimam tantũ dispositionem, qua hęres instituitur, tamen significare potest omnem dispositionẽ factam testibus adhibitis, & quam facit Deus cum hominibus. Dispositio hoĩs inter Deum, & hoĩem requirit aliqd ex parte hoĩs, ex parte Dei, & ex parte Dei ẽ promissio, vel hæredis nũcupatio, ex parte hominis obligatio ad seruanda eius ꝓcepta, quæ cõditio est in vtroque testamento. Dicitur nouum & vetus. ex Aug. de spiritu & litera. c. 13. 19. 20. nouum vero ob spiritus nouitatem, vel quia nouissimo tẽpore datum, vel ob nouas promissiones in illo factas. Prima differentia, quia veteris hominis noxa per l. veterem minantem non sanabatur, vetus erat particularis dispositio, & nuncupatio Israelis tantum, nouum vniuersalis omnium gentium. secũda vetus tpalia tm̃ promittebat, nouũ cęlestia. tertia vetus sanctificat vitulorũ aspersione, mõ de quo alibi nouum Christi sanguine asperso. quarta, nouum habet maiorem rationem testamenti, quam vetus, quia vbi est testamẽtum oportet intercedat mors testatoris. Gal. 3. quæ in nouo est facta. Ier. c. 31. dicitur hoc est nouum testamentum & pactum, ꝙ feriam vobiscũ, & c. vbi patet differentia vtriusque. primo enim noua l. scribitur in corde, secundo fit peccati remissio, non in veteri, ꝙ in tabulis scribebatur. Vbi aduertẽdũ, hæreticos errare, noui testamenti hæredes esse tantũ qui crediderunt post Euangelium vulgatum in Christo, nam etiam qui Christum pręcesserunt f. noui testamenti omnes ab Adam ad hæc tempora, qui fuerũt hæredes huius promissionis, omnes eñ gratiæ Christi fuerunt participes, & eius virtute saluati sunt. Aug. ep. con. Pelag. & Christus cum d. Abraham vidisse diem eius, & gauisum. i. suæ gratiæ factum participem. Io. 1. lex dicitur data per Moysen, gratia per Christũ; præterea vetus nõ dabat gratiã, & erat figura, non veritas, & Paulus vocat infirmum, imperfectum, egenum vetus testamentum, quia nõ dabat salutem,

lutem, nouum vero sic. vnde dicitur omnia illis contigisse in figura, nos vero clariorem cognitionem Dei habemus. 1. Cor. 11. Heb. 2. lex habebat vmbram futurorum. Dion. c. 4. eccl. hier. vbi hoc explicat; Petrus etiam vocat vetus lucernam in loco caliginoso positam. De his differentijs agit D. Aug. lib. de sp. & litera. & 2. lib. cõ. adu. leg. & proph. Tert. 3. con. Mart. & 4. contra eundem. Iust. M. cum Triph. Amb. ep. ad Cor. c. 11. lib. de Cain, & Abel. Male ergo sentiunt Magderb. nam in nouo est etiam sacerdotium externum, & in veteri fuit etiam spirituale. primum patet Heb. 9. vbi Sacerdotes antiqui dicuntur typi, ergo figuratũ debet esse in nouo, sacerdotium vero Christi etiam debuit significari per principale aliquod sacerdotium, & sic Ex. 67. d. vocabimini sacerdotes Altissimi Dei minus principales loquẽs sacerdotibus, & ꝙ Petrus d. de nobis regale sacerdotium dictum est in Gen. ad populum de spirituali sacerdotio. Turr. lib. 4. c. 20. ergo ita differunt sacramenta, vel testamenta, ergo essentialiter differunt, vnde nostra sacramenta differunt in gratię collatione, & veritate à vet. l. sacramentis, nec differunt tantum in clariori significatione, nec Agni Paschalis caro illustrius Christi carnem significat, quã panis, sic de sanguine, dixit tamẽ quandoq; Calu. nostra sacramenta gratiam conferre. Christus Io. 6. de hac differẽtia loquitur; nõ Moyses, &c. vbi se cõfert cibum verum cum cibo Moysis, & cũ d. patres vestri, &c. significat gratiam & vitam nostrorum sacramentorum, has differentias omnes patres asserũt. Aug. Psal. 73. homil. 27. 50. homiliarũ. lib. de vtil. pœn. & retract. in Io. Amb. lib. de ijs qui mist. in 8. & 9. ca. & 4. de sacr. cap. 3. in epist. ad Heb. c. 10. & ibi omnes expositores ostendunt veritatem corporis Christi. Tert. 4. contra Marc. Orig. homil. 9. in Math. & 17. in Luc. De virtute baptismi, & Eucharistiæ. Ieron. 2. cap. ad Tit. Cipr. 2. epist. epist. 3. & ser. de cęna Domini. Gaud. Brix. tract. 2. Bas. de Sp. S. c. 14. ser. 2. de bapt. Cir. in Io. c. 14. 16. 18. 3. c. 38. Chrisost. de proditione Iudæ. in Math. 60. Leo. Psalm. 7. serm. de Passione Domini. Teod. 1. ad Cor. 11.

DE SACRAMENTO Baptismi.

De Nomine, Diuisione, & Diffinine Baptismi. Cap. I.

QVO ad primum, Baptismum Grece, Latine tinctio interpretatur, vel immersio, & ablutio, & ex vi nominis extenditur ad omnem lotionẽ, à verbo baptizo græco, dictum, ꝙ est abluo, tingo, immergo, translatũ tamen est ad ablutionem, quæ fit in anima, cum nomina debeant semper intelligi in potiori, & nobiliori significatu, vt inquit D. Thom. 2. sent. d. 23. q. 2. ar. 1. ver. sed contra. *Baptismus vnde dicatur, & quibus nominibus appelletur.*

Nã sicut aqua exterius purgat corpus, ita latenter eius misterio per Spiritum sanctum purificatur & animus, quia ibi spiritu gratiæ in melius immutatur homo, & longe aliud quam erat efficitur. prius enim deformitate peccatorum fædi eramus, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum. Ita Isid. lib. 6. Orig. sub Tit. de Officijs. Qua ratione a patribus multis nominib. appellatur; à Basilio lib. 1. similitudine. 9. sigillũ, ac tessera quædã Christiani militis, est enim sacramẽtum fidei, ꝙ in eo Christianam fidem profitemur. ab Authore operis imperfecti in Matth. dicitur signaculum fidei, à Tertull. lib. 3. con. Euno. & Hom. 5. in c. 4. Math. lauacrũ, obsignatio fidei, & causam reddit Greg. Naz. in oratione in sanctũ Baptisma, cur vocetur sigillum, quia est conseruatio, & dominij significatio, hoc est, quia per eum consignati, cuius Domini sim⁹, cognoscimur, atque ab insidijs tuti cõseruamur, quòd

euim sigillo aliquo notatum est, furũ aggressioni non patet, à Dionisio lib. hier.eccl.c.2.vocatur principium sanctorum mandatorum, quia est iauua sacramentorum,in quorum communionem non admittũtur nisi baptizati;à D.P.ad Tit.3.vocatur lauacrũ generationis,quia qui nati eramus mũdo,renascimur cęlo.Rom.6. qui nati eramus serui peccati,renascimur liberi iustitiæ. Eph.2.qui nati eramus filij iræ,filij diaboli,filij gehennæ,renascimur filij Dei, filij gratiæ, hæredes regni cęlorum.Eph.2.& à Dion. loco prædicto,vocatur mater filiorum, mater adoptionis, quia virtus Altissimi, quæ fecit vt Maria pareret Saluatorẽ, eadem fecit vt regeneret vnda credentem.

Baptism⁹ quotuplex

Quo ad secundum D.Athan.lib.de diuersis. q. 133. q. ponit octo species baptismi,primum diluuij quo peccata excisa sunt. Gen.7. & 8. secundum in transitu maris rubri.1.Cor.11.vbi nubes aqua ignis,vt ĩ nostro aqua Sp. S.tertium legale,quo immundi lauabautur,& ita purificati redibãt in castra. Ecclesi.34. quartum D. Ioannis Bapt. introductorium tantum . Ioan. 1.quintum Domini nostri Iesu Christi,totum spirituale. sextum lacrymis constans vere laboriosum. Ps.6.laboraui in gemitu meo. 7. per martyriũ & sanguinem quo Dñs est baptizatus. Marci 10.Luc.11.8.non salutare ꝙ fine sine punit peccatores. Alij communiter ponũt tres species baptismi, sanguinis,flaminis,fluminis;de primo d. D.Aug.lib.4.con. Don.c.23. baptismi vicem aliquando supplere passionẽ, vt latroni contigit cui dictum est hodie mecum eris in paradiso. & Cyrillus hier.cath.3.illuminat.d.redimens terrã Saluator per crucẽ & in latere vulneratus sanguinẽ &aquã emisit,vt alij quidem pacis tpe in aqua baptizarẽtur, alij aũt tempore persecutionis in propriis sanguinib⁹,pro nomine. f. Christi patiendo, & fidei cõfessione, & de hoc baptismo hr de conf. d. 4.c. baptismi vicem per D.Th.3.p.q.66.a. 12.De 2.d.D.Aug.li.13.de ciu. Dei.c. 7.quicunque pro Christi confessione moritur tñ eis valet ad dimittenda peccata,quantum si ablueretur sacro fonte baptismatis,licet ad primũ baptismũ id possit applicari.& D.Cip.ser. de cœna Dñi, d. nõ tñ passionem pro Christi nomine id ꝙ baptismo deerat posse supplere,sed etiã fidẽ conuersionẽ quã,ꝗ cordis, si forte ad celebrandũ baptismi misteriũ in angustiis temporũ succurri non põt, & est quando quis accedit fide ad baptismũ aquę,& morte præuentus non põt id suscipere,tunc.n.Sp.S.inuisibiliter supplet vicem baptismi, de quo ẽt dr ſe Luc.12. baptismo habeo baptizari,& hoc dicitur baptismũ pęnitentię, & p illud cõsequitur quis salutẽ, dũ eius cor mouetur à Sp.S.ad ostendendũ & diligẽdum Deũ,& pęnitendũ de peccatis,& casu morte præuentus baptismũ aquę suscipere non põt.D.Th.3.p.66.ar.11. 3. consistit in determinata verborum forma & aqua. Io.3. & Math.vlt. Hæc oĩa baptismata tria mundãt a peccato originali,& actualib. c.regeneranti.c. paruuli. de conf.d.4. Differunt tñ,quã baptismus sanguinis est alijs eminentior,vt inquit Orig.Hom.7.in li.Iud. & Clemens lib.5.c.7.Const.Ap.vocat eũ coronã, & ipso ẽt cathecumenum mundari testatur, & Tert.de corona militis. d. sordes baptismo fluminis mundari,martirio candidari,& Cipr. lib.de Exhort.mart.d.esse baptismum in quo Angeli baptizãt, in quo Deus & Christus exultat,post ꝙ nemo peccat,& de mũdo recedẽtes statim Deo copulat, & eum sequitur Greg. Naz. orat.2.de Theophania.& Chris.hom. 24.in Io.& Ambr.in Ps.118. serm.3.& est potissimum oĩum ob maiorem dilectionem.D.Th.d.q.2.12. & prędicta duo supplent vicem baptismi, tamẽ si post illa quis superuiuat aqua est baptizandus. Io.3.D.Bon.4.d.6.ar.1.q. 2.Alexand.membr.4.art. quarto. Vltimum tamen aquæ, scilicet tantum est sacramentum. Sot. 4. distinct.3.q. vnica,art.12.

Quo

Baptismi diffinitio. Quo ad tertium multæ traduntur diffinitiones baptismi. Scot.n in 4 d. 3.q.1.d.ꝙ baptismus est ablutio hoīs aliqualiter cōsentientis, facta ab alio simul verba certa cū debita intentione proferente, significans efficaciter ex institutione diuina ablutionē animę a peccato. Hęc diffinitio impugnatur à Soto, quia sit nimis comata contra Arist.doctrinā. Hugo de S.V. lib.1.de sacr.p.9.c.2.d. ꝙ baptismus ē aqua diluendis criminibus sanctificata, sed hæc diffinitio impugnatur à D.Th.3.p.q.66.ar.1. quia sacramentū non perficitur in aqua, sed in applicatione aquæ ad hominum quæ est ipsa ablutio, & aqua est materia remota baptismi, ablutio ipsa proxima. præterea in baptismo tria habēt considerari, sacramentum tm̄, res & sacramentū, & res tātū; sacramentum est quid visibile, ꝙ est signū interioris effectus, Res & sacramentū est caracter qui significatur per exteriorem ablutionē, est tamen etiam signum internę gratiæ, Sot.d.q.vnica, art.1.conel.2. & est signum sacramentale interioris iustificationis, quæ est res tm̄ huius sacramēti.s.significata, & nō significans, vt inquit D.Tho.d.loco, s.gratia, quæ significatur, & non significat, at diffinitio prædicta Vgonis, non compręhendit prædicta, quia aqua per se est tantū materia remota, proxima vero ablutio ex aqua per applicationem passiuam ad suscipiētem, vt d.ibi Sot. qui alias duas diffinitiones proponit, primo ꝙ baptismus est sacramentū regenerationis ex aqua & Sp.S.2.ꝙ est ablutio aquæ in verbo vitæ ab originali culpa, quæ diffinitiones patiunt aliquā difficultatem, prima, quia ibi nulla mentio fit de forma, secunda ꝙ nō tangit omnem effectum baptismi, dū d.originali culpa. Ideo Magister.4.d. 3.d. ꝙ baptismus est ablutio corporis exterior sub præscripta forma verborum, quæ diffinitio cōmuniter tenetur, attamen aliquid habet difficultatis, quia notificatio debet conuenire notificato præcise, sed hæc non est talis, quia potest esse ablutio corporis cum pscripta forma verborum, & nō esse baptismus. Ideo est declaranda, ꝙ in eo ꝙ d. exterior denotatur esse sacr̄m ꝙ est signū sensibile, & sic sacr̄m, dum d. ablutio significatur res sacramenti.s.ablutio aīæ interior, per hoc ꝙ dicitur ablutio significatur materia quæ est aqua, dum d.corporis significatur subiectū, & sic suscipiens, dū d. sub præscripta forma verborū, significatur non q̄libet verba sufficere, sed determinata a Christo Math.vlr.cum sacr̄m constet ex determinata forma verborū; Et ita hæc diffinitio ita declarata sic posset extēdi, ꝙ baptismus est sacramentum per ablutionē hoīs aqua factā ex diuina institutione effectiue significans interiorem animæ uitorem, sub determinata forma verborum formatum.

De Materia Baptismi. Cap. II.

Aqua est materia baptismi ex diuina institutione.

PRopositio prima, aqua ex institutione diuina ē propria materia baptismi.cōclusio est de fide, hr̄.n.Io. 3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Sp.S.non pōt intrare in regnū cęlorum, & refertur in Cōc. Flor. sub Eug. 4. vbi dicitur veram & naturalem aquam esse materiam huius sacramenti. & in c.in quadam.de celeb. miss. D.autem Th.d.q.66.ar.4. multiplicem ponit huius rei conuenientiā, primo quo ad rationem baptismi qui est regeneratio in spiritualem vitam, quòd maxime congruit aquæ, quia viuētium geniture est accommodata, vnde & semina ex quibus generantur omnia viuentia, scilicet plantæ, & animalia humida sunt, & ad aquā pertinēt, vnde Thales, vt refertur primo Physic.posuit aquam primū oīum rerum principium, in cuius figuram Ezech.47. vidit aquas subter limē domus egrediētes, ad quas oēs veniētes sanabātur, & viuebant.2.cōuenientia sumit ex effectib. baptismi inter quos primus est aīam purgare, at aqua sua humi-

humiditate lauat. secundo aqua sua frigiditate superfluitatem caloris téperat, qua ratione etiam competit baptismo. eius secūdus effectus est ardorem cōcupiscétię sedare & mitigare. tertio aqua sua diaphaneitate est luminis susceptiua, vnde conuenit baptismo, quatenus est sacramentum fidei, per quod illuminamur; in cuius figuram Ezech.c.1. vidit aspectum quasi cristalli horribilis sup capita Euangelistarum, ad significandū sacramentū fidei, quod suo lumine super cęlos nos erigit. tertia conuenientia est, qa conuenit ad repræsentandum Christi misteria, quibus iustificamur, nam per baptismum cōsepelimur, & complantamur Christo. Rom.6. quæ significatio nec per terram fieri posset ob sui densitatem, nec per aerem ob sui raritatem, nec per ignem ob sui combustionem, nam vt d. Chris. super 3. Ioā. sicut in quodā sepulchro in aqua submergētibus nobis capita vetus homo sepelitur, & deinde nouus rursus ascendit. quarto ratione suæ communitatis, nam cum sacramētum baptismi sit omnibus necessarium, debuit eius materia omnibus esse in prōptu. Vlterius, vt squit Cyril. Hier. cathec. 3. illum. primo, quia vnū ex quatuor elementis est aqua, secundo quia cęlum Angelorum habitaculum, at ex aquis sunt celi, tertio terra hominum locus, at ex aquis etiam terra, quarto ante rerū distinctionem spiritus Domini ferebatur super aquas, ergo & in baptismo vbi sunt aquæ.

Aqua simplex elementaris est materia baptismi, & qd de alijs aquis, vel si ei misceatur, & quę aqua sic dicatur.

Secunda propositio, aqua simplex elementaris est materia huius sacramenti. hæc conclusio est de fide. Io.3. & ex Concil Flor. supra alleg. & Trid. sess.7. de bapt. can.2. Dum autem dicitur requiri aquam simplicem, intelligere, & puram, vt d. D. Tho. d.q.66. ar. 3. suam autem puritatem & simplicitatem aqua dupliciter potest amittere, primo per admixtionem alterius corporis, & per alterationem, quorū vtrunque fieri potest tam per artem, quam per naturam. Ars vero differt à natura, q nō potest formam substantialem præbere, sed accidentalem tantum, ideo vbi fit transmutatio per simplicem artem, ibi non fit trāsmutatio, vnde in tali aqua potest fieri baptismus, vt si per artem mutaretur color aut odor, aut sapor aquæ, vel miscere tur gutta vini, nisi mixtio esset tanta, vt esset potius res mixta, quam aqua, vt si aquæ apponeretur plurimū vini, vel terræ, ita vt sit magis terra, quam aqua; Sic etiam per naturam soluuntur species aquę, vt aqua irrigans terram calore vitis vertitur in vinum, & calore oliuæ in oleum, vnde ibi nō potest fieri baptismus, nec in luto; Si vero illa alteratio non soluit speciem aquæ, vt cum aqua calefit, vel fit amara, vel turbida per admixtionem terrestrium partiū, vt in aqua maris, ob salsedinem potest ibi fieri baptismus, & probabiliter etiā ex aqua, quę fluit ex sale. vt sentit Armilla. verbo Baptismus. De niue vero, gelu, & grandine est diuersa ratio, quia non sunt cō pletè aquæ grando, & nix, sed quia facile transmutātur in aquam, ideo in illa aqua, in quam nix, & grando resoluitur baptismus fieri potest, sicut ī vapore & rore eleuato a terra, dum ad iustam condensationem aquæ deuenerit. Commixtio etiam chrismatis non soluit speciem aquæ, vt nec per elixationem carnium, vel piscium in aqua, vnde ibi fieri potest baptismus, nisi tanta sit resolutio corporum elixatorum, vt liquor habeat plus illius pinguedinis, quam aquæ, vt illa nō sit vere aqua, si tamē arte posset inde exprimi pura aqua, vt & ex luto, vel vino lymphato, posset ibi eē baptismus, qa & ex latere Christi vere aqua exiuit. d.c in quadam. de celebr. miss. Vnde & ex lixiuio, & aquis sulphureorū & balneorum potest fieri baptismus, quia tales aquæ nō incorporātur corporibus mixtis, sed solū alterātur; Nō autem in lachrymis, vel sudore, quia non sunt aquæ puræ, & minus vrina, quæ est corporis egestio. Nec in cereuisia, & id genus potabilibus liquo-

quoribus, quia sunt aliæ species ab aqua, Nec in aqua expressa ex ordeo, vel pane, rosis, aut alijs herbarum succis, & alchimicis aquis. ita D.Th.d.ar. 4. in corp. & in resp. ad contr. & Sot. 4. d.3.q. vnica. art. 4. nec in saliua. c. pen. de bapt. potest etiam fieri in aqua fœtida, vel olente, etiam si ei mixta parua quãtitas aquæ rosaceæ sit, sic tamẽ vt non soluat speciem aquæ naturalis. In prædictis tamen aquis non est baptizãdũ, nisi in casu necessitatis. clem. 1. de baptismo, extra quem casum cõueniẽs est, vt aqua sit pura, nec aliquo modo coinquinata sit. vt inquit Tho. ab Arg. d.3.q 1. ar. 1. concl. 1. ver. ad 3. ac nulla res ei admixta sit, nec fętida, aut corrupta, & solẽnibus cęrimonijs benedicta in Sabbato ante Resurrectionem, ac Pentecostes renouata. vt in Missali Pij V. iussu edito. & habetur in c. de ritib. & c. Sabbato Sancto. de cons. dist. 4. ac chrismate & cathecumenorũ oleo aspersa debet esse. alias omittens grauiter peccaret, vt d.Th. Arg. d.5.q. 1. ar. 1.

De Forma Baptismi. Cap. III.

Baptismi forma apud Latinos quæ, & quare; & quomodo corrsipatur, vel non.

PRima conclusio. Apud Latinos hæc est conueniẽs forma baptismi. Ego te baptizo In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Conclusio est de fide. habetur enim Matt. vlt. baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; & in Conc. Florent. supra alleg. idem determinatur, & in Trid de bapt. sess. 7. can. 4. & in c. 1. extra de bapt. in qua forma quædã sunt substantialia, quædam non, nam pronomen Ego, non est de substantia quia intelligitur in verbo baptizo, & ptinet ad maiorem expressioné intẽtionis, vt inquit D.Th.d.q. 66. ar. 5. ad primum, verbum Amen, non est etiã de substantia, quia non ponitur ab Euangelistis, omittens tamen peccaret grauiter, cum sit de necessitate præcepti ex forma data ab Ecclesia. in d.c 1. & in c. 1. de cons. dist. 4. posset etiã minister dicere abluo te, non tamen si dicat, te mundo ab originali peccato, vt supra dictum de sacramentis in genere; & etiam si esset episcopus posset dicere: Nos te baptizamus, vel si quis principem baptizaret posset dicere, Ego baptizo vos, ex vsus accommodatione, vt ibi est dictum, licet ridicula esset ista prolatio, & male ageret sic proferens, potest etiam quis simul plures baptizare aquam aspergendo, vel infundẽdo, dicẽdo, Ego baptizo vos, vt faciebant Apostoli. Armil. bapt. nu. 27.48.57. posset etiã quis mutare formam. d. ego Petrus baptizo te, vel tu baptizaris à me, vel baptizetur seruus Christi, vel baptizo hunc vel Ioannẽ, vt probat Sot.d.q. vnica. ar. 5. de essentia vero est exprimere pronomen te, quia oportet vt adsit suscipiens baptismum, vt ei applicetur, & id exterius significetur, q̃ interius efficitur, & habetur in cap. 1. de bapt. & per D. Th. in d. ar. 5. ad 2. dictio etiam, in, est de substantia baptismi, vt habetur in d.c. 1. & per D.Th. loco præalleg. ad 2. & Silu. Baptismus. 1. quia significatur id quo, vel in cuius nomine baptizat, aut authoritate, & in summa, in baptismo requiritur q̃ exprimatur actus baptizantis, & baptizatus, cum inuocatione Trinitatis, vnde dictio in, verbo saltem inclusa, te, ac, &, sunt de essentia baptismi. c. 1. de bapt. vbi Inno. D.Th. 3. p.q. 66. ar. 5. & Maior. in 4. Nõ etiam potest dici in nominibus, quia licet sint tria nomina personalia diuinarum personarum, est tamen vnum essentiale, & virtus diuina quæ operatur in baptismo ad essentiã pertinet, & sic non fieret sacramẽtum, vt d. D. Th. d. ar. 5. ad 6. & comprobat Sot. d.q. vnica. ar. 3. & hoc est dicere, in nomine. i. in virtute, potestate, & authoritate, si quis tamen diceret, In nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus sancti perficeret sacramẽtum, quia ibi est tantum vnum nomẽ essentiale. Nõ etiam potest dici in nomine Trinitatis non explicãdo distincte personas, alias non est baptismus.

ita

ita D.Th.d.q.ar.6. quia sacraméta habent efficaciam ab institutione Christi,& ideo si quid omittatur eorũ quę Christus instituit circa sacraméta carent efficacia, ut inquit D Th d.ar.6. Non etiam potest dici in nomine genitoris geniti,& procedétis, quia ibi non exprimuntur personæ nominis a Christo præscriptis,sed actus persona rum,ut probat Al.4.p.q.13.membr.3. art.3.& Sot.d.art.5.ubi hãc asserit esse communé Theologorum sentétiam; & Scot.idem in prædictis tenet.4.d.3. q.1.§. de tertio. sed si quis lapsu linguæ corrumperet uerba baptismi, ut d.in nomine patrias, & filias, si id dicat non errore,quia puret patrem habere filiam, sed lapsu linguæ est baptismus c.retulerunt.de consf.dist 4.& dictum est supra de sacram. in genere. In nomine Christi baptizare tñ. D. Th. d.9.art.6.d.tempore Apostolorũ, ut patet Act.2.8.10.19. licuisse ex speciali reuelatione Christi facta Apostolis,ut nomen Christi q̃ erat Iudæis & Gentilibus odiosum honorabile redderetur,& talis disp éſatio in primitiua Ecclesia cõueniéter fieri potuisse, quia nomine Christi tota Trinitas intelligitur.ibi em̃ intelligitur persona uncta, ungens pater, & Sp.S.quo unctus est,ut d.Amb.in lib.de Sp. S. Hodie uero D.Th d.ar.6.d.non licere,qa non seruatur forma a Christo tradita,& idem diffinitur in c.si reuera. & in c.multi.& in c.in sinodo.de consf.d. 4.& in c.1.de baptismo.& Matr.ult.& probatur,nam baptismus est quædam protestatio fidei,sed non sufficit protestari fidem in unam personam Trinitatis,qui in aliam non protestatur, ergo.Nec obst.c.a quodã.de consf.d.4. ubi uidetur baptismus datus in nomine Christi ualere. Resp.enim ibi Turre Cr.q̃ Papa ibi intelligitur, q̃ baptismus est Christi qui interius baptizat,per sacramentum baptismi; & tamen in nomine sanctissimæ Trinitatis debet fieri secundum institutioné ipsius Christi, & hanc opinionem tenent fere omnes,vt probat Flor.Teol. q.de eff.baptismi. & Sot.d.q.vnica.ar. 6.& Turre Cr.in d.c.& Pet Sot.de Sacr.bapt.in princ. d.hanc esse tutam opinionem. Silu.baptismus primo. nu. 4.& habetur in Concil.Flor.præalleg. & per Did.in lib.de S.S.Ad c.a quodã. in quo est tota uis cõtrarię opinionis. dicimus aliter esse Seb.Med. de consf. d 4.ar.11.Resp.q̃ illud c.loquitur pro tempore primitiuę ecclesiæ in quo ex familiari consilio Sp.S.vel speciali reuelatione apostoli baptizabant in nomine Christi,ut nomé Christi q̃ erat cũctis fere odiosum,redderet̃ amabile,secũdum id 1.Cor.1. & quia in collatione baptismi dabat̃ visibiliter Sp. S. per hoc nomen Christi, factum est amabile, ideo cessante causa prædicta debuit cessare & effectus baptizandi in nomine Christi,imo non potest; si tamen denuo fieret noua reuelatio, vel præceptũ emanaret a Deo, aut dispensatio, ecclesia posset sic baptizare;Vel aliter dici potest secundum eũ ex mente Alen q̃ quando creduntur tres personæ,sed vna tantum exprimitur est plenum sacramẽtum fidei, sed non est plenum sacramentum.i.q̃ vere is est fidelis, sed non perficit sacramentum,& secundum prędicta sentit esse Turre Cr.Vel vltimo dici potest, q̃ Gratianus ibi inducit. d.c.a quodã. ad probandum baptismum collatum à Iudęo uel pagano esse ualidum,non autem ad probandum quæ forma requiratur in eo. & ideo ad primũ probãdũ, ideo probat per auth. prædictã Nicolai, q̃ si baptismus cõferatur à pagano vel Iudæo, dummodo in nomine Trinitatis,vel tãtum in nõie Christi fiat,valet.& sic non intédit assignare formam baptismi,sed tantum probare primum assertum,q̃ baptismum collatum à pagano valet, q̃ inde patet aperte, nam q̃ d. de inuocatione Trinitatis,& Christi d. tantum exemplari gratia, cum si vellet id assertiue diffinire sibi contrarius esset & communi assertioni,cùm & supra probatum sit baptismum in nomine Trinitatis collatum non expressis personis nõ vale-

valere,& ideo vt eſt declarata vox illa in nomine Trinitatis. i.in nomine Patris,&c.explicite, vt ibi declarat gloſ. ita & vox in nomine Chriſti, licet gl. ibi male explicet. ꝙ baptiſmus valeat in nomine tantũ Chriſti.i.pro tẽpore primitiuæ eccleſiæ, vel ſi ſpecialis reuelatio adeſſet licere id fieri; quæ ſolutio ex eo confirmatur, nam vbi Gratianus voluit inducere canones probantes ex profeſſo, & non obiter, vel implicite ponentes, vt ille, formã baptiſmi induxit.c.ſi reuera. c.multi.c ĩ ſinodo de cõſ.d.4.in quibus ex Decretis.Zachariæ Papæ,& aliorũ oſtẽdit ad formã baptiſmi neceſſariũ eſſe, ꝙ baptizetur in nomine Patris, & Filii, & Sp.S.& ꝙ baptiſmum collatum in nomine Chriſti non valet.& hanc expoſitionem vidi poſt hæc ſcripta receptã à Bellar.& aliis,quia qđ ibi Papa dicit de baptiſmo in noíe Chriſti,nõ intendit determinare tãquã de fide, ſed tñ intẽdit reſpõdere ad principale quæſitũ de baptiſmo collato à Iudæo, cũ dictum Papæ,ſi non intendat aſſerere tanquam de fide non faciat rem de fide,vt dixi ſupra in tractatu de Romano Põtifice. Ad id ꝙ d Amb.in lib.de Sp.S. in nomine Chriſti intelligi totã Trinitatem.Reſpon.vel id eſſe per circuminceſſionem quatenus vna perſona eſt in alia, prout eſt vna trium ſubſtantia, vt dixi in prima parte, at hoc non ſufficit ad baptiſmum vbi tres pſonæ ſpecialiter ſunt proferẽdæ,vt ſupra.Nec etiã.2 ſufficit exprimere nomen Chriſti,ꝙ in eo exprimitur perſona vngens, vncta, & quo eſt vncta, quia Trinitas in baptiſmo non eſt exprimenda per alia nomina,quam patris,filii,& Sp.S.non enim pater ſignificat noíe innaſcibilis genitoris, &c. vt probat D.Th.4.d.3.ar.2.ad 4.ergo.

Forma grę corũ, quæ. Secundum vero formam græcam, ſeruant hanc formam, baptizetur ſeruus Chriſti talis in nomine patris, & filii,& Sp.S. Nam Græci non tribuunt actum baptiſmi miniſtris ad euitandũ antiquum errorem,qui virtutem baptizantibus tribuebant dicentes, Ego ſum Pauli,ego Cephas, Et quia exprimitur actus exercitus per miniſtrum cum inuocatione Trinitatis,verũ perficitur ſacramentum.D.Th.d.q.66.ar. 5.ad primum.

His ſtantibus probatur ex D. Th ꝙ prædicta ſit conueniens forma baptiſmi.diſt.q.66.ar.5. Nam baptiſmus per ſuam formam conſecratur, & verbis Euangelicis. Eph.5.& per D.Aug.in lib de vn bapt. & lib.6. de baptiſmo. con.Don.c.25.t.7. ideo oportet quòd in forma baptiſmi exprimat eius cauſa;ẽ vero duplex eius cauſa; Vna principalis à qua virtutem habet, quæ eſt ſancta Trinitas, alia inſtrumentalis. ſ. miniſter, qui tradit exterius ſacramẽtum, ideo oportet in forma baptiſmi de vtraque fieri mẽtionem, miniſter vero tangitur cum dicitur,Ego te baptizo, cauſa principalis, cum dicitur in nomine patris,& filii,& Sp. ſancti. Vnde duo non poſſunt vnum baptizare, quia actus multiplicatur ſecũdum multiplicationem agentium ſi perfecte ab vnoquoq; agitur, ideo ſi vnus eſſet mutus, & alius careret manibus non poſſent ſimul baptizare vno dicẽte verba,alio infundẽte aquam; poſſet tamẽ vnus in caſu neceſſitatis plures baptizare; quia nullus reciperet niſi vnum baptiſmum,quo caſu dicẽdum eſt,ego baptizo vos; quia intelligitur baptizo te & te,&c. ita D.Tho.d.ar.5. ad 4. Cætera quæ deſiderantur circa difficultates occurrentes in forma baptiſmi, vt in mutatione,tranſpoſitione petãtur ſupra de forma ſacramentorum in genere,ne eadem ſepius repetantur, & dictio Amen, non eſt de eſſentia. Silu. bapt.1.q.3.

Quo vero ad modũ baptizandi,im merſio nõ eſt de neceſſitate ſacramẽti, ſed ſufficit abluere exterius ad ſignificãdam interiorem ablutionem, & id maxime habet locum quando multi ſimul baptizantur,vt faciebant Apoſtoli.Act.2 &4.& habetur Ezech. 36.Effundam ſuper vos aquam mundam, eſt tamẽ conuenientior modus immerſionis,quia ibi magis ſignificatur

Baptiſmũ quo pacto ſit conferen.& quæ membra abluen. & quomodo vitietur, vel non.

tur

tur Christi sepultura, cui in baptismo consepelimur, Rom.6. licet aliis modis ēt aliqualiter significatur, & ideo ē alii modi sufficiūt maxime ob multitudinem baptizādorū vel debilitatem ministri non valentis sustinere infantem si mergeretur, vel ob debilitatē baptizandi cui posset imminere periculum mortis ob immersionem, ita D.Th.d.q.66.art.7. in corp.& ad 3.Al. 4.p.q.13.& morem hunc effundendi aquam ecclesia retinuit. Quo ad mēbra abluenda, si totus homo non immergitur, est abluēdum caput, in quo manifestatur principium animalis vitæ, & vigent sensus animæ, ideo licet per generationis membrum traducat originale peccatū, tñ quia baptismus illum traductionis actum non abluit, sed animam pollutam, ideo commodius caput, in quo sunt sensus animæ, quam alia mēbra, abluitur. ita D.Th. d.ar.7.ad 3.Chris.Io.3.nisi quis renatus &c.Aug.hom.super Io.c.9.& habetur in c.postquam.de cōs.d.4. ideo omittere abluere caput, nisi necessitas adsit, non est sine graui peccato, si tamen bona pars corporis abluatur erit sacramētum, si vero minima pars corporis, vt digitus, non est tutum, ꝙ ibi sit baptismus, sed est reiterandus sub conditione, & minus est sacramētum si soli capilli abluantur, ac minus si solæ vestes, quia oportet omnino ꝙ aqua corpus tangat. sic & de aqua tāta debet esse, quę sufficiat, vt homo dicatur ablui. ita Sot.d.d.3.q.vn.ar.7.clarius Flores Theol de ess.baptismi.

Quo vero ad Trinam immersionē, non est omnino necessaria, & vna ēt sufficit. ꝙ probat D.Th.d.q.66.ar.8. ꝙ probat auth. Gregorij in ca.de trina. de consec.dist.4. vbi non est contra fidem, ꝙ semel tantum quis immergatur. Ratione sic sacramento baptismi ablutio est de necessitate, alia per accidens ad sacramentum se habent, sic in proposito, nam per vnicam immersionem significatur vnitas mortis Christi, & vnitas deitatis, per trinam vero significatur triduum sepulturæ Christi, & Trinitas personarum.d.ca. de trina. Ideo secundum diuersa tempora facta est ī hoc mutatio ob diuersas causas, nam in primitiua Ecclesia, quia Arriani de Trinitate male sentiebant Christum purum hominem ponentes, & baptizantes tantū in cōmemorationē mortis Christi, ideo in canone 49. Apos. statutum est baptizari debere in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, vt habetur in c. si quis. de cons.d 4. sed quia orta est hæresis rebaptizātium, ideo statutum est semel immergēdum. c.propter.ead.d.4. qua causa cessante cōiter seruat in baptismo trina īmersio vel infusio, ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quasi ritū Ecclesiæ nō obseruās. D.Th.d.a.8. q.66. vbi cauendū ne in qualibet mersione vel infusione verba repetat minister, quia sic grauiter peccaret, quātum in se est, ter baptizando. vt d.D.Th.ibi ad 3. sed debet simul cum infusionibus incipere & terminare verba sacramenti, non tamen id requiritur punctualiter, sed sufficit ꝙ verborum prolatio incipiat antequam terminetur ablutio, vel econuerso. vt d.Rich. 4.d.3.Silu.baptismus.5. & Sot.d.q.vn. ar.8.& Scot.4.dist.6.q.3. Qua ratione proijciens puerum in puteum, vel flumen de ponte in periculo mortis peccat mortaliter, & homicida est si inde extrahi non potest; quo casu debet eū per funes immittere & alligare, ita vt aquam tangat, & abluatur, & proferendo verba erit baptismus, alio vero modo quādo immergitur & moritur, non est tutum, ꝙ sit baptismus, quia ibi nō videtur seruari debita forma, nō enim baptizatur per modum ablutionis, licet multi contrarium teneāt, ꝙ si ex ablutione notabiliter acceleraretur mors nō esset abluendus, sed leuiter aspergendus, alias accelerās esset irregularis; & si omnino moreretur si aspergeretur nō esset cum periculo proprio baptizandus, maxime si sit spes eius vitæ.

Nec est tutum dicere, ꝙ Deus inuisibiliter suppleat vicē baptismi in paruulis,

nulis, quia est contra. t. Ioã. 3. Sot. d. q. vn. art. 8. & Silu. baptismus. 4 §. 8. licet non ita clare, & in verbo. baptismus. primo teneat, vbi minister cępit formam baptismi, & ante eam terminatam moritur infans, credendum pie summum sacerdotem supplere eã inuisibiliter, & sepeliendum in cęmeterio, si vero superuixerit, baptizãdum sub conditione, sed suam opinionem non probat, & ideo nõ videtur etiam hoc casu recedendum ab Euangelio Io. 3. nisi quis renatus, &c. nõ enim est perfecta forma baptismi, non baptizatur baptismo flaminis, quia ĩfans nec habet desiderium suscipiendi baptismum, ideo non videtur recedendum ab opinione Soti.

Baptism⁹ iterari nõ potest, nisi quãdoque sub cõditione.

Baptismus autem iterari nõ potest. vt probat Aug. ad Maximinum, & habetur in c. rebaptizare. de cons. d. 4. & in Conc. Flor. prælleg. & Tridẽ. sess. 7. de baptismo. can. 11. probatur vero ratione sic à D. Th. d. q. 66. a. 9. primo, nã baptismus est spirituali regeneratio, qua quis moritur veteri vitæ, & incipit nouam agere Ioã. 3. vnius vero est tãtum vna generatio, ideo baptismus reiterari non potest, sicut nec carnalis generatio. vt d. Aug. tract. 11. in Io. secundo, nam in morte Christi baptizamur, per quam morimur peccato, & resurgimus in nouitatẽ vitæ, Christus vero semel est mortuus, ideo baptismus iterari non debet, Vnde contra quosdam rebaptizantes, dicitur Hebr. capit. 6. eos iterum crucifigere filium Dei, vbi gl. d. vna mors Christi vnum baptisma consecrauit. tertio quia baptismus imprimit caracterẽ, qui est indelebilis, & cum quadã consecratione datur, vnde vt aliæ consecrationes non iterantur in Ecclesia, ita nec baptismus. quarto, quia baptismus principaliter datur contra originale peccatum; ideo sicut originale peccatum nõ iteratur, ita nec baptismus. Rom. 5. & etiam probatur Eph. 4. vna fides, vnum baptisma.

Hæc conclusio ampliatur, vt procedat etiam si quis sit baptizatus apud hęreticos cum debita intentione materia & forma, adhuc non est rebaptizandus ad ecclesiam reuertens, quia iniuria fieret sacramento, sicut non amittit baptismum is qui ex Christiano transit ad infidelitatem. §. est. in c. ostenditur. vbi Turre Cr. de cons. d. 4.

Secundo ampliatur etiam si Iudęus vel paganus baptizet, debita tamẽ intẽtione materia & forma, quia virtus baptismi non pendit ex meritis baptizantis, sed virtute Sp. S. interius sanctificantis. c. Romanus. vbi Turre Cr. cum seq. de consec. d. 4.

Fallit prædicta conclusio, si quis rebaptizet quẽ ignorat baptizatum vt infantem exposi[tu]m sine signo, vel dubitur probabiliter, an debita materia, vel forma ab obstetrice, vel alio sit adhibita, tunc enim est bapt. sub conditione, de qua in ca. de quibus. extra de bapt. videlicet hac forma, si baptizatus es non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo in noĩe patris, &c. nam non iteratur, quod nescitur factum, vt inquit D. Th. d. ar. ad 4. quod si puer secreto domi baptizatus fuerit sine solennibus ceremonijs, & benedictionibus ecclesiæ, eo casu non debet reiterari baptismus aquę, sed infans debet ferri ad ecclesiam & exorcizari ac cętera in c. sequenti descripta peragenda. vt statuitur in Concil. Elibert. c. 38. in c. si nulla. de cons. d. 4. & refertur à Nicephoro. lib. 3. hist. eccl. c. 37. aqua tamen nõ debet infundi, alias rebaptizans sciẽter baptizatum efficitur irregularis. c. 2. de apost.

Quo vero ad tempus quo cępit baptismus habere efficaciam. d. D. Tho. quod fuit institutus quãtum ad ipsum sacramentum quando Christus fuit baptizatus, necessitas vero vtẽdi hoc sacramẽto indicta fuit homini post passionem & resurrectionem, tũ quia in passione Christi terminata sunt figularia sacramenta, quibus succedit baptismus, & alia sacramenta nouæ l. tũ quia per baptismum configuratur hõ passioni & resurrectioni Christi, qua

tenus moritur peccato, & incipit nouam iustitiæ vitã, ideo oportuit prius Christum pati, & resurgere, quam hominibus dareĩ necessitas se cõfigurandi morti & resurrectioni eius. D Th. d.q.66.ar.2.& sic inchoatiue aqua recepit vim sanctificãdi in specie instrumenti ex contactu carnis Christi, & in passione Christi est completa, ante tamen passionem Apostoli baptizabant baptismo Christi. vt probat Sot. 4.d.3.q.vn.ar.2.

De Ritibus Baptismi, Cap. IIII.

Ritus qui seruãdi in baptizando, & eorũ misticę significationes.

Propositio vnica. Ritus qbus ecclesia in baptismo vtitur sunt conuenientes, ꝙ probat D.Th.d q.66.ar.10. nam in sacraméto baptismi quædam sunt de necessitate, quædam de solennitate; de necessitate est forma, quæ designat principalé causam sacramenti, & minister qui est causa instrumentalis, & vsus materiæ, s. ablutio ĩ aqua, ꝗ significat gratiam in baptismo collatam. Cætera pertinét ad quandam solennitaté sacramenti, quæ conuenienter adhibétur propter tria; primo ad excitandam deuotionem fidelium, & reuerentiam ad sacr. secundo ad fidelium instructionem, simplices enim per aliqua sensibilia signa vt picturas, oportet erudiri. tertio, quia per orationes, benedictiones, & huiusmodi; prohibetur vis dęmonis ab impedimé to effectus sacramenti. Nam baptizandus vngitur oleo in pectore, & in scapulis quasi atleta Dei, vt vndique muniatur, & ad bona opera facienda per gratiam Dei roboretur, vt inquit D. Th. ibi ad primum. Sed prius ante fores ecclesiæ statuitur, vt inquit Dion. Eccl. hier. c. 2. & nomé eius petitur ex Concil. Cartag. 85. & hr in c. baptizandi. de cõs. d. 4. & vt d. idé Areopagita, interrogatur baptizandus antequam ingrediatur ecclesiã, an eius velit esse professoris, idest an velit esse fidelis, ꝙ nomen sumi debet ex nomine alicuius sancti ex Concil Nic. can. 30. & ex Dionis. Alexã. apud Euseb lib. 7. hist. c. 20. & post confessionem simboli, in alterius commendatur dominiũ & patrino traditur, & vt se alienauit à prioris possessoris dominio, & ter renuntiauit Satanæ, & ea quæ sunt abrenuntiationis confessus fuerit, vt dicit idem Dion. i. mũdo se abrenuntiare, diabolo, & pompis eius, exsufflatur ab eo potestas sæua, vt per piũ sacerdotis ministerium Spiritui sancto cedat fugiens malignus spiritus, vt inqt Rabanus de inst. cler. lib. 1. c. 27. & habetur in c. postquam. & c. sicut nostis. de consecr. d. 3. postea signatur signaculo sanctæ Crucis, tam in corde, quã in fronte, vt in eo videns diabolus signaculum, sciat ex eo tempore eum sibi esse alienum c. postea. ead. distin. tum dicũtur super eum orationes, & in os baptizandi sal datur, vt per sal typicum, sapientiæ sale conditum, fętore careat iniquitatis, ne à vermib peccatorum vltra putrefiat, sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Rab. loco prædicto. & c. exhinc. & c. sal. ea. dist. Deinde iterũ exorcizatur vt diabolus suam nequitiam cognoscés, iustum super se Dei iudicium timens, recedat ab homine, nec eum contendat arte sua subuertere, ne baptismum cõsequatur, sed magis honorem creatori suo Deo exhibendo, reddat opus Deo factori suo. c. de hinc. e. dist. & sacerdos postea tangit ei nares, & aures de saliua dicens Ephetа, ꝙ est adaperire, vt per saliuã typicam, & sacerdotis tactum, sapientia & virtus diuina salutem eius operetur vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, vt aperiatur ei sensus in intimo corde ad respondédum; Rabanus loco prædicto, & in c. postea tanguntur. ea dist. Deinde à sacerdote inungitur vt sacrum baptisma cum fide acceptum custodiatur, vngitur illius pectus oleo sanctificato cum inuocatione S. Trinitatis, vt nulla reliquiæ latentis inimici in eo resideant, sed in fide S. Trinitatis mens eius confortetur,

tur, vngitur & inter scapulas de eodé oleo, vt vndique muniatur, & ad opera bona facienda per Dei gratiam roboretur, & fons consecretur, vt ad ipsum baptisma accedat. capit. dehinc à sacerdote. ead. distin. 4. & habetur in c. cum venisset. extra de sacra. vnct. §. quia vero. vbi d. vngi in pectore, vt abijciatur ignorãtia, inter scapulas, vt abijciatur torpor & negligẽtia, & fides per dilectionem operetur in vertice vt sit paratus omni petenti de fide rationem reddere. de hoc etiã Clemens Rom. cõst. Apost. li. 7. c. 23. d. de baptismo sic statuit apostoli, baptizãdum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sed prius baptizãdum, vngendum oleo, cauendum vero ne qs veteri chrismate vtatur alias pęnã graue subit. c. si quis de alio. de cons. d. 4. dehinc baptizãdum aqua postremo vngendum, vt vnctio sit participatio Spiritus sancti, aqua sit simbolũ mortis, vnguentum sigillum pactionum, & si desit oleum vel vnguentum, sufficit aqua ad vnctionem, & ad sigillum. Tum tribus immersionibus, & emersionibus baptizatur in testimonium triduanę Domini sepulturę, cuius munere sanctificatur, vnguento postea signatur in testimonium quòd postuhac particeps fieri potest Eucharistię, & veste noua induitur tanquam nouam innocentem vitam adeptus, vt inquit Dionis. d. cap. 2. Hæ sunt cerimoniæ & ritus in baptismo adhibendi, quos ab Apostolis originem ducere, scribit Tertull. libro de corona militum, & de baptismo, renuntiationẽ fieri diabolo, & angelis eius, & pompis, adhiberi manuum inunctionem, & alia prædicta; & habetur in cap. primum. de consec. distin. 4. De Exorcismis & exsufflationibus sermonem habet Chrysost. homil. de Adam & Eua. tomo primo, & in capit. 15 ad Corint. & Diuus Augustinus ad Sixtum. & in libro de ecclesiast. dogmat. capit. 31. & epist. 105. de sale etiam meminit Origenes homil. sexta in Ezech. Tempore vero Dionysij exorcismi grauibus verbis eum impositione manuum super caput, & signo Crucis fiebant. Et in adultis præcedit cathechismus, id est instructio in fide baptizandorũ, prius enim eos oportebat simbolum discere, & permanere inter cathecumenos per octo menses, vel aliud tempus arbitrariũ. capitu. siue paruuli. vsque ad cap. venit. de consecrat. distinct. 4. & in Concil. Laodicen. cap. 46. & in cap. baptizandos. & cap. Iudæos. cum seq. ea. distinct. Indicebatur etiam adultis baptizandis pęnitẽtia interior non exterior. cap. omnis. cum seq. & c. sine pęnitentia. de consecr. dist. 4. De sputo etiam meminit Ambr. lib. 1. de ijs qui misterijs initiatur, vt cogiterur humanæ naturæ infirmitas, & pœnitentia agatur. De renuntiatione iterata ex traditione Apostolica, meminit Dionis. loco prædicto, & Hier. in 6. Amos. quòd post renuntiationem vngatur ter, traditio est apostolica ex Orig. in Ezech. homil. 7. Prudentius etiam in Hymno cerei Paschalis, dicit, olim datum cereum accensum baptizato. Aquam vero baptismi debere benedici in Ecclesia trina Crucis impressione cum oratione & inuocatione, docet Dionis. de ecclesiast. hierarch. par. 2. cap. 2. Bas. de Sp. S. cap. 27. Cipr. lib. 1. epist. 12. August. lib. 6. de bapt. contra Don. & ex Decreto Clemẽtis in Cõc. Vien. in cle. 1. de bapt. debet tãtum in ecclesijs, casu necessitatis excepto, parochialibus tradi baptismus, ꝙ etiam baptizatus chrismate sit vngendus, ꝑter Dion. tradit Tert. lib. 1. cont. Marcionem. D. Amb. li. de ijs qui initiãtur mist. c. 6. De veste alba meminit idem Amb. prędicto li. 1. c. 7. & hr li. 12. hist. trip. c. 14. vt sciat se innocẽtiã adeptũ, & mistico velamine post baptismũ tegi caput ei⁹, ut sciat se diademate re & sacerdotali dignitate potiri; est. n. quilibet fidelis Rex, vt se virtutib. & alios regat, sacerdos vt cor cõtritum Deo offerat. c. postquam. vbi gloss. de cons. d. 4 De his etiã omnibus meminit Cir. Hierosol. catechesi mistagog. 1. & 3. Adhibendum etiam patrinũ,

vel patrem luſtricum, docet Dion. loco ſæpe cit. c. 7 & eum tenere fidem & confeſſionem baptizati polliceri, vel teſtari de fide & conſenſu baptizati, vt inquit D. Aug epiſt. 23. ad Bonif. de bapt. paruu. & lib. 4. c. 23. contra Don. De quo patrino vel ſuſceptore Dion. lib. cęl. hier. p. 2. c. 7. ad fin. d. iſtud cum pijſſimis parẽtibus noſtris veniſſet in mẽtem, viſum eſt admittere infantes hoc modo vt naturales oblati paruuli parentes puerum vni ex fidelib. tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit, quaſi ſub patre diuino ſanctæque ſalutis alũno. ſponſoris ergo munus eſt ſpiritualem filium commendatum habere, & curare vt talis ſe opere pbeat qualẽ ſe futurum ſolenni cęrimonia ſpopõdit. vnde D. Aug. ſerm. 163. de tempore. d. admoneo fratres chariſſimi, quicũque viri, quæcũque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritualiter ſuſceperũt, agnoſcant ſe pro ijs fideiuſſores apud Deũ extitiſſe, & ideo ſemper illis ſollicitudinem veræ charitatis impendant; vt etiã habetur in c. nos autem. de conſ. d. 4. & adhibetur, quia baptiſmus eſt quædam regeneratio ſpiritualis, & vt genitus eget nutrice & pedagogo, ſic baptizatus patrino qui eum inſtruat in fide & his, quæ pertinent ad vitam Chriſtianam, cum prælati his vacare non poſſint. D. Thom. 3. p. q. 67. art. 7. & tempore neceſſitatis tenentur eos inſtruere, cum tamen viuunt inter Chriſtianos ab hac cura excuſantur ſi præſumunt parentes eorum curã habere ꝙ ſi contrarium ſentirent, non excuſantur. D. Tho ibi ar. 8. qui tñ patrinus non eſt de eſſentia ſacramenti. Sot. 4. diſt. 4. q. vn. artic. 5. ſed qui ſuſcipiat infantem de fonte, idem dicendũ eſt de confirmato in confirmatione, alias non contrahunt compaternitatem. capitu. in baptiſmate. de confec. diſt. 4. Silu. baptiſmus. 5. in fi. & in verbo. Confirmatio. in fi. & peti de ber qũ præſentiũ patrini eſſe volunt, alij enim nõ contrahunt cognationẽ vt in d. Conc. Candel. de ſacr. baptiſmi. nu. 69. Ex quo colligitur nõ quoslibet paſſim, qui potentia ac opib. præſtent, ad id muneris deligendos, ſed pios & charitate feruentes, qui ſpiritualis filij ſaluti proſpicere poſſint, vnde in c. in baptiſmate. & c. in cathech. de conſec. diſt 4 ſtatuitur vt qui baptizatus vel confirmatus non eſt nullũ baptizandum, vel confirmandum offerat, excepta neceſſitate, ſua ſuis referendo, & multis in locis prohibetur ne qui eo anno confeſſi non ſunt, vel publici ſint peccatores aliqnẽ de ſacro fonte ſuſcipiant.

Ad vitãdam etiam monachis cum mulieribus conuerſationem prohibetur monachis, & Religioſis aliquem de ſacro fonte leuare. ca. non licet. 1. de conſ. d. 4. c. placuit. 2. 15. q. 4. mater ẽt propria & pater prohibetur filium de fonte leuare alias iure debiti coniugalis priuatur. 30. q. 1. per tot. & vnus tantum, vel vna poteſt infantem ſuſcipere. c. 1. de cognatione ſpirituali in 6. Hodie vero ex diſpoſitione Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 2. diſponitur vt vnus tantum, vel vna, vel ad ſummum vnus & vna baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem tantum, necnon inter baptizatum & baptizantem, baptizatique patrem ac matrem tantum, ſpiritualis cognatio contrahatur, & Cathechiſmus Rom. ad fi. de baptiſmo hortetur vt baptizato, nomen Sancti imponatur, vt & eius virtutes imitari baptizatus ſtudeat, & eum ſe patronum ſperet habere in cęlis, & ad pericula euitanda quamprimum infans ad eccleſiam baptizãdus deferatur, vel ſaltem antequam octauus tranſactus ſit dies.

De ritibus baptiſmi, late tradit Diuus Amb. lib. de ijs qui miſterijs init. & lib. de ſacr. 1. & D. Bon. late. 4. d. 6. q. vlt. & optime.

De

De Ministro Baptismi. Cap. 5.

Baptizare quis possit, sub varijs cóclusionibus.

PRima propositio. Ad presbyterum pertinet ex officio baptizare, Nam sacerdotes ad hoc consecrátur vt sacramentum corporis Christi cóficiant, q̃ est sacr͂m ecclesiasticę vnitatis. 1. Cor. 10. per baptismum vero q̃s accipit potestatem ecclesiasticæ vnitatis, vnde & fit particeps accedendi ad dñi mensam, ideo sicut ad sacerdoté pertinet consecrare Eucharistiam, ad q̃ principaliter sacerdotiũ ordinatur, ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare, quia eiusdem vĩ esse operari totũ, & partem in toto disponere. D. Th. 3. p. q. 61. ar. 2. & est diffinitum in c. constat. de cons. dist. 4. Vnde & Hilar. in Psal. 97. de Eunucho. d. q̃ sacramentum baptismi adeo impatientes cupiditate desiderij præuenerit, vt à diacono officium apostolicum exigerit, & Aug. con. Parmen. lib. 2. c. 13. d. laicũ, si i necessitate baptizat nullũ peccatum cómittere; sed si absq; necessitate d. non iterandũ, sed illicite id officiũ vsurpatũ, & Clemés Rom. li. 2. can. 11. const. Ap. d. nec clericos baptizare debere, sed solos episcopos & p̃sbyteros, q̃ etiam affirmat Tertull. in prologo librorum de Sp. S. q̃ si sacerdos sit mutus non confert baptismũ. Arm. bapt. num. 19. secus si careat manu modo aquam infundat.

2. cócl. ad Diaconũ non pertinet ex officio tradere sacr͂m baptismi, sed in eius collatione, & alioi ũ sacrorũ assistere & ministrare maioribus definitum est à Gelasio in cap. diacones. 93. dist. quia ad Diaconum pertinet assistere, & ministrare sacerdoti. c. perlectis. 25. distinct. & traditur per Dion. celest. hierarch. cap. 7. & per Diuum Thom. d. quæst. articul. 1. instante tamen necessitate, vel de sacerdotis licentia possunt baptizare. dicto capit. diacones, quòd tantum intelligitur in primitiua Ecclesia ex dispensatione ob sacerdotum paucitatem, nunc vero id non liceret, quòd si clericus absque necessitate solenniter baptizaret esset irregularis. cap. 1. de clerico non ord. minist. & Siluestr. baptismus. 3. si vero sine necessitate, sed non solenniter Candelabrum. de baptismo. num. 38. tenet non esse irregularem, & profectò hæc sententia videtur satis probabilis, nam is solus est irregularis qui exercet actum ordinis quẽ non habet, cum id exercet tanquã eo ordine ordinatus, non autem vt laicus, vt per Doct. in d. cap. 1. & dicã infra de Irregularitate, at hic ministrat, vt laicus sine necessitate, ergo. Nec solum requiritur vt sit sacerdos, sed oportet etiã, vt sit parochus, vel alius sacerdos de parochi, vel ordinarij licentia, si tamen absque dicta licentia alius sacerdos ministret peccat mortaliter, non tamen est irregularis. Siluest. bapt. 3. qui tamen si sit Regularis est excommunicatus. Clem. 1. de priu. remoto casu necessitatis, & si parochi negligentia aliquis sine baptismo moritur est deponendus. capit. quicunque potest. de consec. d. 4. nec excusat eum casus etiam pestis. Armil. de homic. nu. 7. ver. episcopus. §. 3.

Tertia conclusio, in casu necessitatis omnis vir, vel mulier: laicus, vel clericus, excommunicatus, suspensus, & irregularis, hæreticus, vel infidelis, potest baptizare si debita materia & forma vtitur, & intendat facere q̃ facit ecclesia. conclusio est de fide. est enim determinata in Concil. Florent. sub Eugenio Quarto, in vnione Arm. cap. 5. in Trid. sess. 7. can. quarto. & habetur in cap in necessitate. ca. a quodam. cum seq. de consecrat. distinct. 4. vbi late Turre Crem. & probatur ratione, ad misericordiam enim Dei pertinet vt in his quæ sunt de necessitate salutis homo facile remedium inueniat, baptismus vero est omnibus necessarius. Ioan 3. ideo sicut prouidetur in eo de aqua quæ omnibus est in promptu, sic instante necessitate debet prouideri de ministero qui omnibus pateat, scilicet de quolibet homine, vel mulier sit, vel vir apud

Dominum enim nō est masculus, vel fœmina, si vero extra necessitatē prędicti baptizent peccant, sed verum tamen baptismum conferunt. D. Thom. d.q. art. 3. in corpore. & ad primum, & art. 4. in corpore. & ad 2. Vnde Aug. li. 3 de bapt. cap. 10. & 15. d. baptismum Christi uerbum Euangelicis consecratum, & per adulteros, & in adulteris sanctum esse, licet ipsi sint immundi, quia eius sanctitas pollui non potest. & idem d. in lib. de Vnico bapt. ca. 11. sicut & Solis vel lucernæ lux cum per cęnosa loca diffunditur nil inde sordium contrahit. & idem d. Anastasius Papa ad Anastasium Augustum. & de Pagano vel non baptizato, quòd possit baptizare probat. D. Thom. d. q. 67. art. 5. primo auth. Nicolai papæ. in ca. à quodam. de consecr. distinct. quarta. secundo ratione sic, nam sicut de aqua Dominus prouidit, quæ omnib. patet pro materia, sic & de omni homine in casu necessitatis, & rationem rationis affert in resp. ad primum, nā homo baptizans adhibet tantum ministeriū exterius, sed Christus est qui interius baptizat qui potest vti omnibus hominibus ad quodcunque voluerit; vnde & pater in necessitate baptizans filium proprium legitimum, nō amittit ius petendi debitum ab uxore. c. ad limina. 30. q. 1. Nauar. c. 22. nu. 40. secus si non adsit necessitas, vel sit filius concubinæ, quia non poterit eam ducere in vxorem obstante impedimento cognationis spiritualis. c. 1. de cognat. spir. in 6.

Quo tamen ad peccatum vitādum peccat offerens paruulum baptizandum præciso vel hæretico, quia vel est casus necessitatis, & potest ipse baptizare, vel non, & est ad sacerdotem non præcisum deferendus, Turre Cr. in cap. non in nobis. de consec. dist. 4. quòd si sit adultus, & extra casum necessitatis a præciso, vel hæretico scienter recipit baptismum peccat, quin ponit obicē gratiæ recipiendæ, & licet recipiat sacramentum, non tamē recipit rem sacramenti, scilicet gratiā cum inducat eum ad peccatum & ipse cōsimiliter peccet, ꝗ si casus sit necessitatis vnus infidelis potest aliū in necessitate baptizare, alias peccaret, licet conferret sacramētum. Turre Cr. in d. c. ad 3. & d. Th. d. art. 5. Imo & pater naturalis in casu necessitatis pōt & dēt baptizare propriū legitimū filiū nec per hoc perdit ius petendi debitū ab vxore. c. nosce desideras. & c. dictū est. & c. de eo. 30. q. 1. ꝗ si non sit filius naturalis & legitim⁹ nō poterit pſ ducere eius matrem ob cognitionem spirituale superueniente. c. 1. de cog. sp. in 6. Si vero nō sit casus necessitatis amittit illud ius petēdi debitū ab vxore, & peccat mortaliter. Nau. in Man. n. 40. c. 22. ī fi. est ī c. ad limina. 30 q. 1.

Quando vero adest necessitas baptizandi non debet mulier baptizare præsente viro, nec laicus præsente clerico, nec clericus præsente sacerdote, sacerdos vero ꝓsente episcopo id potest, quia hoc ad eū ex officio spectat. D. Th. d. q. ar. 3. si tamen maior nesciret formam esset per minorē tradendum vt obstetricem, quæ eam scire tenetur, nec peccat tamen mortaliter mulier in necessitate baptizans præsente diacono, quia ad neutrum id ex officio spectat. Flor. de Min. bapt. f. 56.

Qđ vero duo simul vnū baptizarēt si dicāt, Nos te baptizamus, non esset baptizatus, nisi ex accōmodatione vsus vt si vnus esset eps. ꝗ si simul id dicant nos, nō est baptizatus. 1. quia nō seruatur forma. 2. hō baptizat vt minister Christi, vnde sicut vnus est Christus, ita & vnus debet esse minister. Si vero vterq; dicat ego, is qui prius explicat cōficit sacr̄m, alius nō, & est puniendus de iteratione. Si vero simul, vterq; est puniēdus de ī ordinatione baptismi, sed nō iteratur sacr̄m, quia vterq; intēdit nō baptizatū baptizare. D. Th. n. q. 67. ar. 6 & Turre Cr. in c. non licet. de cons. d. 4. si vero vnus proferat verba, alius infundat aquam, nō esset sacr̄m, quia neuter id proficeret. Turr. Cr. in d. c. & supra est dictū. Ne ꝗ quis seipsum pōt baptizare. Scot. d. 6.

q.4.D.Bon.dist.5.art.1.q.1.& habetur in cap.debitum. extra.eo.

Si etiam quis intēdit baptizare masculum & sit fęmina, si quidem intendit baptizare tm̃ masculum non erit baptismus secus si personā Silu. Bapt. 3.nu.13.D.Tho.4.d.30. q.1.art.1.ꝙ si baptizet sine intentione baptizandi sufficit baptizato bona fides. Armill. bapt.nu.49.50.51. 54. Si vero id constet,est rebaptizandus sub cōditione.

Quod si cępta forma moritur sacerdos secundum aliquos erit baptismus sub cōditione, ꝙ si puer moritur creditur Deũ supplere inuisibiliter. Ric. 4.dist.3.q.3.ar.1.& ibi D.Tho.& Silu. bapt.1.nu.5. quæ tamen opinio est dubia ex illo Ioan.3.Nisi quis,&c. Tum quia puer non habet motum voluntatis quo desideret illud, nec ecclesia in cuius fide baptizatur, potest ei id applicare, vt d. Sot. ideo primo casu absolute videtur baptizandus.. secundo ob authoritate Doctorum illorum videtur, quòd possit sepeliri in loco sacro, ego tamen dubitarem, quia datum nō dicitur, quòd non est perfectum.

De suscipientibus Baptismum.C.6.

Baptism' ab omnib. de necessitate est suscipiēdus.

PRima propositio. Baptism' est de necessitate omnib. suscipiendus, & est de necessitate salutis. concl.est de fide.habetur enim Ioã.3. Nisi quis renatus,&c. & diffinitur in Conc.Tr. sess.7.de bapt.can.5.& de eccl. dogm. c.24.& 74.& colligitur ex 1.Io. super quem videris Sp.S.descendentem,hic est qui baptizat,per quēcunque enim Christus est qui baptizat.

Ratione probat id D. Th.3.p.q.68. ar.1 quo ad primũ,nam omnes ad id tenētur sine quo salutē consequi non possunt, at nullus salutem consequi potest nisi per Christũ. Rom. 5. vnde ante Christi aduentum nũquam homines potuerunt saluari nisi fierent membra Christi,nō enim est aliud nomen in quo nos oporteat saluos fieri. Act.4.sed ante Christi aduentum homines Christo incorporabātur per fidem Christi vēturi,cuius fidei signaculum erat circuncisio.Rom.4 & ante circuncisionem sola fide cum sacrificiorum oblatione,quibus suam fidē ꝓfitebātur Christo incorporabātur. baptismus vero datur vt per ipsum regeneratus incorporetur Christo factus membrum eius. Gal.3. vnde patet,ꝙ baptismus est omnibus necessarius, & sine eo non potest esse salus. ita D.Thom.d.art.1.in corp.& ad primum;id vero intelligēdum de eo qui potuit suscipere baptismum, ꝙ si desiderio eius accensus morte præuētus casu id suscipere non potest, amittit quidem sacramentum,sed nō rem sacramenti, quando ex fide quæ ex dilectione operatur id assequi cupit,vt inquit Amb.lib. de obitu Valentiniani. Deus enim qui non colligauit virtutē suam sacramentis inuisibiliter eo casu gratiam confert. D.Tho.d.q art.2. quæ concl. D.Th. probatur ex Conc. Trid.sess.6.cap.4. vbi diffinitur sufficere votum baptismi suscipiendi, & habetur in c.1.de cler.non bapt. minist. ꝙ si forte presbyter non est baptizatus,& id ignorarit, quia in sanctæ Ecclesiæ fide,& Christi nominis confessione perseuerauit ab originali peccato esse mundatum, & cęlestem gloriā adeptum. & ad probandam necessitatem baptismi.D.Th.3.p.q.38.art.6. & Scot.4.d.6.dicit Apostolos, Ioannem Baptistam,& etiam Beatissimam Virginē fuisse baptizatā, vt refert Sot.4. d.5.q.vn.ar.2. licet id nō fuerit necessariũ.vt d.ibi.& Amb.sup 5.Mat.de Ioã. Baptista.id ꝓbat. Et licet Sco.4.d.7.d. infantes si muniantͤ signo crucis sine baptismo in casu necessitatis saluari. tamen id est contra.cap.nulla.de con. secr.distin.4. vbi dicitur nullam infantibus præter baptismum salutem adesse. & ita sentit Vgo de Sancto Vict. de sacram.bapt.cap.6.vbi & dicit,ꝙ si capta ciuitate pro Christo, cuius patres sunt cultores, infantes non baptizati occidantur, non esse tutum ꝙ saluentur. & primum dictum probat

D. August. in lib. de peccatorum meritis, & baptismo paruulorum, & epist. 28. ad Hier. de origine animæ. & lib. 1. c. 18. de bapt. paruu. & alijs locis, vt refert Sot. d. art. 2. & alijs pluribus probat. Ad baptismum vero flaminis requiritur conuersio in Deum per fidē & dilectionem, & propositum bene viuendi, dum quis primo venit in vsum rationis, & q̄ actu non potuerit suscipere baptismum, martyrij vero baptismum non requirit hanc displicentiam, sed solum hūc actum, volo mortem pro Christo perpeti, hic enim cū ipso opere exteriori sufficit ad remissionem omnium peccatorū quo ad culpam & pœnam, si non opponatur obex complacentiæ alicuius criminis. Sot. 3. d. 3. q. vn. ar. 11. ad 11.

Baptism' nō est differēdus in suscipiendo.

Ex his colligitur cum baptismus sit tanti momenti q̄ non est differēdus. primo, nam in pueris non expectatur maior instructio. secundo ob periculum mortis, & alio remedio eis subueniri non potest, quam per sacramentum baptismi, ideo peccant id differētes, adultis vero subueniri potest per solum baptismi desiderium, ideo in eis differtur baptismus; primo ne ecclesia decipiatur ficte accedētibus baptismum conferens, cum non sit omni spiritui credēdum, sed spiritus probandi. 1. Ioan. 4. q̄ fit cum per aliquod temporis spatium fides & mores accedentis probantur. secundo ad vtilitatem suscipientium qui aliquo tempore egent vt instruantur in fide, & spectantibus ad vitam Christianam. tertio ad reuerentiam sacramenti dum ministratur in præcipuis solennitatibus S. Paschæ & Pentecostes. Quæ tamen dilatio omittitur primo, quādo ij apparent instructi in fide & ad baptismum idonei, vt Philippus statim baptizauit Eunuchum. Act. 8. secūdo ob infirmitatem, vel periculum mortis, vt d. Leo Papa. epist. 4. cap. 6. de positis in periculo mortis, obsidionis, persecutionis, & naufragij, & qui intra tēpus ab ecclesia statutū morte præuenti nō possunt id suscipere saluātur ex desiderio; si vero vltra differunt, peccant, per contritionem tamen superuenientem huiusmodi peccatum remittitur. D. Th. 3. p. q. 68. ar. 3. hodie tamen non est statutum certum tēpus cath. ideo si differant baptizari vltra tempus à prælatis statutum peccant mortaliter, contritio tamen superueniens id tollit. Flor. Theol. q. de recipientibus bapt. fol. 52. concl. 4. cū seq. & parochus cuius culpa aliqs sine baptismo moritur est deponendus. cap. quicunque. de consec. d. 4. Inst. can. de bapt. §. baptizandi.

Baptismus an peccatoribus sit conferen.

Secunda propositio, peccatoribus baptismum non est conferendum, si peccatores accipiant pro his qui actu habent voluntatem peccandi, secus si accipiātur pro his qui habent reatū tātum originalis, vel mortalis peccati præteriti. Si tamen peccati voluntatē habentes actu baptismum suscipiunt, verum suscipiunt sacramentum & caracterē, sed sine gratia. probatur primum dictum. primo per baptismum Christo homo incorporatur. Gal. 3. sed qui habet voluntatem manēdi in peccato Christo coniunctus esse non potest. 2. Cor. 6. & D. Aug. lib. de pœnit. med. ca. 2. & habetur in c. omnis qui. de cons. d. 4. secundo, nam in operib. Christi, vel ecclesiæ nil debet fieri frustra, at frustra fit q̄ suo fine caret, finis vero baptismi est à peccato mundare, sed velle manere in peccato ei de directo opponitur, ergo. tertio, nā in sacramentalibus signis nulla debet esse falsitas, falsitas vero signi est cui res significata nō respōdet, q. vero baptismo se subdit, significat se ad interiorem ablutionem disponere, at qui propositum peccandi habet mortaliter falsum signum adhibet, ergo. Nec ob. Math. 13. parabola de sagena missa in mare, & Luc. 14. debiles & claudos introductos, & Math. 13. de zizanijs. Respondetur enim & malos suscipere sacramentum baptismi, sed non rem sacramēti, vnde vocati ad nuptias carētes veste nuptiali grauiter sunt reprehensi. Sot. 4. d. 5. q. vn. ar. 4.

Baptizatis non imponitur satisfactio.

Tertia propositio, peccatoribus baptizatis opera satisfactoria non sunt imponenda. probatur conclusio. primo auth. Amb. super Rom. 11. ex c. fine praesentia. de cons. dist. 4. Ratione autem sic. nam per baptismum commorimur Christo & sepelimur cũ eo, & incorporamur morti eius. Rom. 6. sed mors Christi fuit satisfactoria sufficienter pro peccatis non solum nostris, sed etiam totius mundi. 1. Io. 2. ideo ei qui baptizatur pro quibusque peccatis non est aliqua satisfactio iniungenda, id enim esset facere iniuriã morti & passioni Christi quasi ipsa non esset sufficiens ad plenam satisfactionem pro peccatis baptizatorum. D. Th. d. q. ar. 4. Nec ob. q per pęnitentiam & alia sacramẽta commorimur passioni Christi, omnia. n. sacramenta virtutem hñt ex passione Christi, vt supra diximus, sed in pęnitẽtia imponũtur opera satisfactoria. secundo, nã licet passio Christi quo ad sufficiẽtiã sit infiniti meriti, tamen quo ad efficaciam non operatur nisi vt applicatur vt si quis se cõuertit per actum vnius gradus gratiam recipit vt vnum, ergo sic & in baptismo, quia in sacramento Deus confert certum gradum gratiæ. Respond. ad primum negãdo per alia sacramẽta excepto baptismo nos commori Christo; aliud est enim virtutem habere à passione q conuenit omnibus sacramentis aliud repræsentare passionem q soli baptismo cõuenit per illam submetsionem configuratam morti Christi. Ad secundum, licet in baptismo sit certus gradus gratiæ, tamen quia per ipsum incorporamur Christo, & efficimur mẽbra eius; satisfactio eius reputatur plenaria nostra, per sacramentum vero pęnitẽtię non regeneramur, nec incorporamur Christo, sed p claues ecclesiæ recuperamus salutem, quam per propriũ peccatũ actuale amiseramus, ideo satisfactio eius non applicatur nobis, nisi secundum modum actus quo resurgimus. Sor. d. q. ar. 5.

Baptizãdũ oportet pœnitere, & quõ.

Quarta propositio, pęnitẽtia interior est necessaria accedẽti ad baptismum, probatur auth. Aug lib de pęnitentiæ Medicina. c. 2. vbi d. nullus suæ voluntatis arbiter constitutus põt nouam vitam inchoare, n. si veteris eum pęniteat. & d. c. fine pęnitentia. de cõs. d. 4. & Alexã 2. 2. d. q debet dolere de omnibus mortalib. & venialibus. Sco. tamen 4. d. 4. d. q non tenetur dolere de venialibus ad accipiendum effectũ sacramenti, licet non accipiat complementũ, quia non delet veniale de quo non dolet, & sic secundum quid dicitur fictus, sed recedente fictione, idest superueniente cõtritione habebit remissionem peccatorum. Confessio vero exterior quæ fit sacerdoti non est ante baptismum ab eo faciẽda, primo quia est sacramentum, sed baptismus est ianua sacramentorum. secundo, quia in pœnitentia absoluitur quis à peccatis, & ligatur ad opera satisfactoria, q nõ est in baptismo; tertio, quia cõfessio est pęnosa ob verecundiam, baptizato vero nulla pęnitentia imponitur, ideo non requirit̃ in eo specialis confessio peccatorum, sed sufficit generalis qua abrenuntiatur Satanæ, & omnibus põpis eius. D. Tho. d. q. 68. art. 6. Si vero velit is facere confessionem peccatorum non est absoluẽdus sacramentaliter Sot. d. 5. q. vn. ar. 6. ad 10. Nec est necessaria cõtritio, sed solum attritio de necessitate, nam baptismum est sacramentum regenerationis, at per cõtritionem homo reunitur Deo, ergo sic baptismus non esset sacramẽtum regenerationis. Ales. q. 18. m. 2. ar. 1. D. Th. q. 68. art. 4 Scot. d. 3. q 5. si vero sit cõtritus augetur ei gratia, & vlterius per baptismum confertur, & gratia sacramentalis, de qua supra, & hac ratione non est superfluus in contritis.

In suscipiendo baptismo in adultis requirit̃ intentio, & quæ.

Quinta propositio, in habẽte vsum rationis requiritur intentio suscipiẽdi baptismum, nam per baptismũ homo moritur veteri vitæ, vt nouam inchoet. Rom 6. ideo vt homo virę veteri moriatur, oportet vt eiusdẽ pęniteat, ita vt nouam inchoet, requiri-

tur vt eius habeat inchoandæ voluntatē, quæ inchoatio fit per susceptionem sacramenti, ideo requiritur intentio suscipiendi sacramentū baptismi. D.Th.d.q.ar.7.i. q habeat intentionē suscipiendi caracterem; circa aūt hāc propositionē distinguēdū est, q si quis inuitus simpliciter baptizatur, nō recipit caracterem, simpliciter vero is dicitur qui absolute dissentit & cōtradicit, quia tunc sequeretur aliquē inuitum cogi ad obseruandam Christianæ fidei regulam; Si vero quis absolute consentiat in baptismum, licet conditionaliter metu mortis inuitus esset, sacramentum verè recipit quo ad caracterem & fidem mortuā, non autem gratiam, vt si quis terroribus ac percussionib. motus, vt mortem vitaret, baptizari cōsentiret, Christianus fieret, is enim licet cōditionaliter nollit, tamen absolute vult. 3. eth. & volūtas coacta voluntas est. ca. merito. 15. q. 1. de hocque intelligitur. cap. de Iudæis. dist. 45. & hi tenentur profiteri Christianam religionem. ita diffinitū est ab Innocen. 3. in c. maiores. §. item quæritur. extra de baptismo. Non tamen debet quis vi cogi ad suscipiendum baptismum, quia nemini ad credendum potest vis inferri. ca. sicut. de Iudæis. c. de Iudæis. d. 45. potest tamē sic statui, q subditus baptizetur, vel ciuilem mortem patiatur. l. cūctos populos. C. de summa Trin. & ita factum esse in Regnis Hispaniæ. d. Flor. Teol. q. de recipient. bapt. f. 50. concl. 2.

Baptismū suscipiens an op⁹ fit vt habeat rectam fidem.

Sexta propositio. Recta fides in eo qui baptizatur necessaria est ad recipiendā gratiam & remissionem peccatorum, qui est vltimus effectus baptismi. Rom. 3. ad suscipiendū vero sacrm & eius caracterē non est necessaria in suscipiente recta fides, sicut nec recta fides baptizātis, mō adsint cętera quæ sūt de necessitate sacri. s. materia, forma, & intētio suscipiēdi, & cōferendi qa baptismus non perficitur per virtutē eius q cōfert vel suscipit, sed p virtutē Dei. c. baptismus. de cons. d. 4. & licet de baptismo nō recte sentiat, sufficit generalis intētio suscipiēdi, quod Christus instituit, & ecclesia tradit. D.Th. d. q. ar. 8. in corp. & ad 4. probat prima pars, nam gratia non suscipitur pponētes obicē sacro cum peccato, vt supra, sed infidelitas est grauissimū peccatorū, ergo. 2. pars pbatur ex pdictis. D. tū Bon. 4. d 3. art. 1. q. 2. tenet q est necessaria fides ad suscipiēdum baptismum, nam oia sacra virtutē habent à fide, vt d. Vgo, & maxime baptismus qui est signaculum fidei. ergo; pręterea in fide est prima ratio vniēdi, & eleuandi supra naturā, per baptismū vero incorporamur Christo, vt supra, ergo debet adesse fides in suscipiente, per quā passionis meritū applicet & virtus actiua Trinitatis efficiēs operetur in nobis. & hāc opinionem tenet Seb. Med d. 5 art. 2. Turre Cr. in c. necessariū. ad 3. de cons. d. 4. & profecto ista opinio est valde probabilis, nā sicut dormiens non pōt baptizari, nec is ad quē nunquā relatio venit de baptismo vt Indi ante aduētū Hispanorū ad eos. sic nec carens fide, ideo oportet vt habeat saltē fidē baptismi, & Trinitatis, & passionis Christi, vt d. D. Bo. loco pdicto. cōprobatur, quia sicut requiritur intētio in suscipiente, sic ēt fides, alias se haberet vt dormiens.

Baptismus pdest paruulis ad remissionē originalis & quō id fiat, & etiā virtutes eis infunduntur, & quomodo

7. ppositio paruuli sunt baptizandi, & eis collatū baptismū est verū sacrm, & per illud remittit eis peccatū originale. concl. est de fide. hī. n. diffinita in c. maiores. de bapt. & in Conc. Trid. sess. 7. can. 15. Sed difficultas est quō cū actu non credant eis prosit baptismū. 2. qd pid eis cōferatur, quo ad primū D Tho. d. q. 68 ar. 9 ad primū. d. q sicut filij in vtero matris constituti ex nutrimento matris sustentantur, sic pueri vsum rationis non habētes quasi in vtero matris ecclesię cōstituti non per seipsos, sed per actū ecclesię salutem accipiūt. vt d. Aug. lib. 1. c. 25. de pecc. meritis & remissione. & ad Bonifac. epist. 25. vbi dicit, paruulis ecclesiam os maternū pbere, & offerri non tam ab ipsis qui illos offerunt ad percipiendam gratiam,

tiam, quam ab vniuersa societate fidelium, etiam si parentes sint infideles, quorum infidelitas eis non nocet. D.Thom. ibi ad 2. Vel vt d. D.Bonau. 4 dist.4.ar.2.q.1. paruuli recipiũt rem sacramenti, scilicet remissionem culpæ originalis merito passionis Christi, & alienæ fidei; & virtute sacraméti, idque tum ratione diuinæ misericordiæ, tum propriç impotentiç, tum talis culpæ, nam quia per actum alterius fuit culpa contracta, nec poterât se adiuuare, conueniens fuit Deum illis per aliũ subuenire, ideo Christus pro omnibus satisfecit, sed quia passio Christ non prodest nisi his, qui volunt fieri membra Christi, paruuli id non possunt, ideo subuenit eis fides, & voluntas aliena, sed quia fides subuenit profitendo, & hæc est in sacramento, vbi est professio mortis Christi in signo, ideo subuenitur sacramé to, & sic tria sunt quæ disponunt paruulum ad salutem, passio Christi, fides aliena, scilicet ecclesiç. non enim necessarium est, q offerens sit fidelis, tertio & immediate virtus sacramenti.

Quo ad secundum sunt varij modi dicendi, quidam dicunt dare eis virtutes quantum ad radicem, quidam quo ad habitum imperfectum. Diuus vero Bonauent.dist.art.quæst.2.d.quòd dantur eis habitus virtutum perfecti, vt & adultis, licet per illos non operentur ob naturç imperfectionem, tamen in se sunt perfecti, quia habét ortum à Deo, sed quicquid sit de hac quæst. certum est per baptismum in paruulis dimitti peccatum originale, & gratiam infundi etiam ipsis nõ consentientibus, quia & sine eorum volũtate est contractum, actuale vero non dimittitur in adultis per baptismum sine eorum voluntate, cum voluntatate contrahatur. d.c.maiores. §. Verum quidam.

Baptizari possunt filij infidelium si habent vsum

Octaua propositio, pueri infideliũ si habent vsum rationis etiam inuitis parentib. possunt baptizari, quia quo ad ea quæ sunt iuris diuini, vel naturalis sunt suæ potestatis, sin secus, nõ debent, quia dum carent vsu rationis sub cura parentum sunt secũdum ius naturale, & ideo contra naturalem iustitiam esset eos de manibus eorũ eripere, & etiam quia de facili ad infidelitatem reuerterêtur. D.Tho.d.q.art. 10. In hac tamen cõclusione videtur probabile sic distinguendum, nam si paruuli infidelium sunt sub dominio Christianorum possunt inuitis parentibus baptizari dummodo Christianis nutriendi tradantur; quia cum dominia sint subordinata, licet pater infidelis qui est persona priuata, velit oppositum princeps tamen qui est minister iustitiæ poterit illos auferre, & Deo consecrare. hanc opinionem tenet Scot.4. dist.4.q.9. Durand, ibi q.6. Si vero paruuli infidelium non sint subditi Christianis, nec cũ eis sit bellum, non possunt inuitis parentibus baptizari; Si vero hoc casu baptizentur, Duran.d.dist.4.q.7. relinquit sub dubio an suscipiant sacraméntum. Ego tamen sentirem q sic, nam in baptismo paruulorum non est necessaria fides parentum, nec offerentium, nec baptizantis, sed sufficit fides ecclesiæ, Med.de consec.dist.4. art.4. ideo nihil obstat quo minus suscipiât sacramentum, quòd si sit adulti, & inuiti baptizâtur non recipiunt sacramẽtum, si tamen id faciunt, vt mortem vitent sibi intimatam, erunt baptizati, licet gratiam non recipiant. Armill.Bapt. num. 59.

rationis inuitis paréntibus, & quãdo, & quid de carentib. vsu rationis.

Octaua propositio, pueri existentes in vtero matris non sunt baptizandi, quòd probat Diuus Thomas distinct. quæst. sexagesima octaua, artic. vndecimo; primo authoritate Augustini epist. quinquagesima septima, ad Dardanũ, nemo renascitur, inquit, nisi prius nascatur, cum ergo per baptismum puer renascatur non est conferendum, nisi iam nato. Ratione probat sic. de necessitate baptismi oportet vt homo tactu aquæ abluatur, secundum Augustinum supra, quæ est vis ista aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, & Ioann. capit. tertio,

Baptizari an debeât existentes i vtero matris, & qd quãdo mé brũ apparet, & qd de eis fit.

at existens in vtero non potest aqua tangi.ergo; præterea si mater baptizatur eius baptismus ad puerum nó extenditur, tum quia anima matris est distincta ab anima pueri, tũ quia corpus pueri animati est iam formatum, & sic à corpore matris distinctum, ergo & hæc conclusio habetur in c. si ad matris.de conf.d.4. & c.firm.ibid.

Nec hoc casu mater est aperienda, quia non sunt faciẽda mala vt veniãt bona, si tamẽ mater viuẽte prole moritur debet aperiri,& puer baptizari. D.Th.ibi ad 4. & habetur in l. posthumus.ff.de inoff. testa. de Iulio Cesare sic extracto, & si mater sit morte puniẽda debet prius expectari ꝙ pariat. l.prægnantis.ff de pœnis. ꝙ si caput egreditur in quo vigẽt omnes sensus, periculo imminenti debet ibi baptizari, nec est rebaptizãdus, si perfecte nascatur.D.Th.ibi ad 4.& idẽ de qualibet alia parte egredienti,sed quia in nulla aliarum partium integritas vitę cõsistit vt in capite, ideo si integre nascitur est rebaptizandus sub cõditione, si nõ es baptizatus,&c. qui nõ videtur dici nõ natus,nec plene natus, & si moritur est sepeliendus in cęmeterio, vt ibi per eũ, licet probabiliter teneri possit,ꝙ is sit baptizatus, vt tenet Abb.& Innoc in c.debitum.de bapt.Vig.de bapt.ver.8.Nau ca.22.nu.7. cum non sit creden.cũm S.Petrus baptizauit tria millia, omnes aqua in capite aspersisse, prima tamẽ opinio est tutior.D.Th.ibi.Si vero mater occidatur pro Christo baptismo sanguinis sanctificatur & filius, non per mortẽ mřis,sed quia ipse moritur pro Christo.Sot.4.d.5.q.vn.ar.11.in fi.Quod si nullo pacto possit baptizari non est tenẽdum,ꝙ ei fides applicetur,quia velit Deus in quolibet statu saluare.Respon.enim illos qui sunt in ventre nõ facere statum, quia nondum prodierunt in lucem, sed matri sunt alligati, vnde illis in nulla l. naturæ, vel scripta fuit applicatum remedium, Deus enim prouidet de baptismo nascentibus,ꝙ si nati non sunt,nõ est quòd de Deo conquerãtur,quia eos non occidit nisi per causas naturales,qui eas secundum suum cursum agere sinit, damnãtur vero ob peccatum originale,& ꝙ Deus permittat aliquos nasci alios nõ, nõ est alia cã afferenda, nisi ꝙ Iacob dilexi,&c. sicut si mulier in nemore enixa non posset puerum baptizare non posset de Deo conqueri, nec tñ saluaretur puer. vt probat D.Th. q1.6.Sot.ibi. quia gratia præsupponit naturã,ergo oportet, vt nascatur antequam renascatur, vt habetur in c.si quis ad matris. & ca.qui in maternis. de conf.d.4. vbi Car. d. existentem in vtero à solo Deo posse iustificari, qa solo Deo est notus, & secundum prædicta tenet Scot.in 4.d.4.q.3. Quod si adsit necessitas baptizandi,& nõ adsit aqua,sed prope flumen, vel puteum, curandum est, vt aqua eruatur vase, vel pallio & ex eo exprimaẽ, vel puer alligetur funi,vel canistro,& sic mittatur in aquam & extrahatur,simul proferendo formam; dato vero ꝙ prædicta fieri nõ possint si in fluuium proijciatur probabile est eum esse baptizatum,dummodo cum aquam tangit & antequã moriatur verba proferantur,quia est eadẽ ratio,vt in casu pręcedenti. & sic tenet Maior.4.d.4.q. 1. & Abb.in c.nõ vt apponeres. extra de bapt.licet Sot.d.3.q.vn.art.8.dicat cõmunem esse in contrarium.

Amentes quomodo baptizãdi.

Decima propositio, Amentes si nulla habent lucida interualla debent baptizari in fide ecclesiæ,vt de infantib. est supra dictum;Si vero ex sana mente in amentiã lapsi sunt,si ante amentiam apparuit in eis voluntas suscipiẽdi baptismum debent baptizari alias secus. & hoc etiam deciditur in c. maiores.de baptismo.vbi & idem de dormientibus statuitur, qui vero habent lucida interualla, si tunc volunt baptizari sunt baptizandi etiam in amẽtia constituti si periculum adsit, alias expectetur sanitas,ꝙ si in eis non apparuit voluntas accipiendi baptismum non sunt baptizandi. Quidam omnino non sunt ita amentes, vt de sua salute

lute non possint cogitare, & hi vt sani volentes possunt baptizari, inuiti nō. D.Th.d.q.68.ar.12.Rich.d.6.ar.1.q.2. Scot.d.4.ar.4.Dur.d.5.ar.5.quia attēditur in amente status in quo erat sane mentis in vltimo actu, & secūdum illum iudicatur secundum prædictos.

Monstrum vt baptizādum. Vndecima propositio. Monstrum si appareat habere duas animas, & duo capita, quatuor pedes, duas spinas in dorso, & huiusmodi, tunc baptizetur quilibet per se, & intingatur. Si vero dubitatur, quia habeat vnum caput, quatuor pedes, vel duas spinas, baptizetur principalis per se & simpliciter, alius sub conditione, Si non es baptizatus, &c. nec baptizet minister intētione vaga, sed se determinando ad vnū, alias nil faceret, colligitur aūt esse duas aīas per actum, intellectus, & volūtatis scire & nescire, velle, & nolle. Iand. in 4.d.6.q.2.Silu.Bapt.3.p.q. 10.Scot.4.d.3.q.vn.art.9.ver.ad hūc.

Baptizare sub conditione quādo liceat, & qūo. Duodecima propositio, quādo dubitatur an quis sit baptizatus, nec ne, maxime si sit expositus, vel in nemo re, sine signis baptismum denotantib. vel dubitatur an forma sit bene prolata, debet baptizari sub conditione, si es baptizatus, ego te non rebaptizo, sed si nōdum es baptizatus, ego te baptizo, &c.c.2.de bapt.Sot.4.d.3.q.vn. ar.9.ꝙ si credit quis se baptizatū, nec reuera sit, in fide bona perseuerans, præcepta seruans saluatur; si tamen id sibi innotescit debet baptizari. c. de clerico non ord. min.

Quo vero ad peccatum vitandum, nō possunt baptizari peccatores, qui sunt in voluntate peccandi, nec inuiti, nec filij infidelium inuitis parentibus, nec in vtero matris existens, nec proijci ex ponte, nec minor potest baptizare præsente maiore, aut pater, vel mater excepta necessitate.

Quo ad suscipientes, non potest suscipi ab hæretico, excōmunicato, vel peccatore, excepto casu necessitatis, quia sic esset cooperari eius peccato. D.Tho.Bon. & Scot.& Sot.locis supra alleg.Flor.Teol. de sacramēto baptismi, & Candelabr.eodem.

Baptismus quādo cępit obligare. Quo demū ad tempus quo baptismus cępit obligare. Primum sit dictū, Baptismum ante passionē Christi est institutum, & eo viuente baptismo Christi eius vsi sunt discipuli aliqui. Io.3.4.& docet Cyrill.li.2. in Io.c.57. Aug.tra.13.15.in Io. & ep.108.& Vgo de S.Vict.lib.2.de sacram.par.6. ca.4. Secundum dictum, baptismus est institutus quando Christus in Iordane est baptizatus, ibi enim notauit materiā .s.aquam, formam, cum ibi tota Trinitas sensibiliter apparuit, effectus per aperitionem cęli. Tertium dictum. baptismus non fuit necessarius necessitate medij, & præcepti ante Christi mortem, quia lex antiqua illuc vsque vim suam obtinuit, ideo cepit obligare eius susceptio à die Pentecostes, quia l. vetus licet cessauerit in morte Christi, tamen legis nouæ promulgatio solennis, ꝙ ad l. requiritur, est facta die Pentecostes. ex Conc. Tr. sess. 6.c.4.ita Bell.de sacr.bapt.li.1.c.5.

De Effectibus Baptismi. Cap. 7.

In Baptismo delēt omne peccatum ex se. PRima propositio. Baptismum in digne suscipientibus delet omne peccatū. Nam per baptismum commorimur Christo, & viuim⁹ Deo, baptizati ī morte eius.Rom.6. vnde per baptismum homo moritur uetustati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ, omne vero peccatum ad pristinā vetustatem pertinet, vnde sequitur, ꝙ omne peccatum per baptismū tollitur.D.Tho.3.p.q.69.ar.1. Ex quo sequitur, ꝙ per illū tollatur omnis reatus etiam peccati. Nam per baptismū incorporamur passioni & morti Christi, Rom.6. vnde omni baptizato communicatur passio Christi ad remediū ac si ipse passus & mortuus esset, passio vero Christi est sufficiens satisfactio pro peccatis omnium hominum, vt in prima parte est dictum, ideo qui baptizatur liberāt a reatu totius pœnæ sibi debitæ pro peccatis, ac si ipse suffi-

ſufficienter ſatisfeciſſet pro peccatis ſuis. D. Thom. d. q ar. 2. & ſequitur D. Bon. 4. ar. 1. q. 1. 4. d. 4. vbi etiam Magiſter, & omnes, & gl. Ex. 14. & ſupra ꝓbatum eſt. & ſic per baptiſmnm tollitur omnis culpa & pęna. Ezech. 36. & probat D. Bon. d. ar. 1.

Hæ concluſiones ſunt de fide: ſunt enim diffinitæ in c. per baptiſmum. c. ſine pęnitentia. c. per aquam. ca. regenerante. de conſ. d. 4 in Conc. Flor. & Trid. ſeſſ. 6. c. 7. probatur etiam Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ioan. 3. Act. 2. Hebr. 11. Rom. 8. Gal. 3. ad Tit. 3. ca. firmiter. de ſumma Tr. Clem. fidei. de ſumma Tr. quibus locis, & authoritatibus, probatur baptiſmum conferre gratiam, & remittere peccatum originale, & actuale.

Baptiſmũ non tollit pœnalitates huius vitæ.

Secunda propoſitio, baptiſmus nõ tollit pęnalitates huius vitæ. Nam per baptiſmum homo incorporatur Chriſto vi membrum eius, ideo ei conformari debet, Chriſtus vero à principio ſuæ conceptionis habuit plenitudinẽ gratiæ, & habuit corpus paſſibile, ꝙ poſt paſſionem ad vitã glorioſam eſt reſuſcitatum, ſic baptizatus in baptiſmo recipit gratiam quo ad animam, ſed habet corpus paſſibile in quo pro Chriſto poſſit pati, ſed tandem reſuſcitabitur ad vitam immortalẽ. Rom. 8. ſecundo id conuenit ob ſpirituale exercitium, vt homo pugnans contra concupiſcentiam, & alias paſſibilitates coronã acciperet tertio id cõueniens fuit ne homines accederent ad baptiſmum ob impaſſibilitatẽ pręſentis vitæ, & non ob ſpẽ æternæ, poſt hanc vitam vero conſequitur baptizatus vitam immortalem ex effectu baptiſmi. D. Th. d. q. ar. 3. & D. Bon. d. ar. q. 2. & confirmatur ex Aug. lib. de pec. & mer. & bapt. paruu. c. 39. d. n. q. per ſacramẽtũ euacuatur caro peccati, nõ ita vt in carne concupiſcentia innata conſummetur vt non ſit, ſed vi nõ obſit. & habetur in c. non ex quo. de cõſ. d. 4. & comprobatur ex Ap. 2. Cor. 4. & ſi exterior noſter homo corrũpitur, interior tamen renouatur de die in diem. & Rom. 7. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ. & Gal. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, hæc tamen concupiſcentia poſt baptiſmum non habet prorſus rationem peccati, & ad agonẽ relinquitur; non etiã debilitatur per baptiſmum, quia eſt ſenſualitas & potẽtia naturalis, quæ rebellare nata eſt aduerſus rationem, tamen ſine cõſenſu voluntatis, vel negligentia illa rebellio non erit peccatum. dicitur tamen debilitari & ligari fomes ille, vel concupiſcentia, quæ eſt pęna peccati originalis per baptiſmũ quatenus ſpiritus per gratiam baptiſmi contra eius pugnas adiuuatur, ut certamini non ſuccumbat, vt d Aug lib. de libero arb. & habetur in c. gratia. de conſ. d. 4. & determinatur in Conc. Mileu. c. 2. & 3. Sot. 4. d. 6. q. 1. ar. 2. Nec per baptiſmum tollitur accuſatio criminis, poterit enim is de crimine prius commiſſo accuſari, tollitur tamẽ per eum omnis ſequela peccati, vnde tollitur per eum infamia quæ ſequitur peccatum, vt in vſurario. Item irregularitas quæ ſequitur ex homicidio, non autẽ ea quæ oritur ex defectu ſacramenti, & bigamia. Abb. ĩ c. gaudemus. de diu.

Baptiſmũ affert gratiam, & virtutes.

Tertia propoſitio, per baptiſmum confertur gratia & virtutes. propoſitio eſt de fide. habetur enim ad Tit. 3. ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, id eſt per baptiſmum, & renouationis Sp. S. quẽ effudit in nobis abunde, id eſt ad remiſſionem peccatorum & copioſam virtutem, vt ibi gl. exponit. & habetur in c. aquam. de conſ. d. 4. per D. Amb. lib. 1. de ſacr. c 4. & ſeq. per D. Aug. li. de bapt. paruu. & habetur in cap. ad hoc. ead. diſt. 4. & in Conc. Trid. de ſacr. in genere. ſeſſ. 7. c. 6. & in Clem. 1. de ſumma Tr.

Ratione probatur ſic. per baptiſmũ incorporamur Chriſto vt mẽbra, ſed à capite Chriſto in omnia membra eius gratiæ & virtutis plenitudo deriuatur. Ioan. 1. de plenitudine eius omnes accepimus. ergo per baptiſmũ cõſequi-

sequitur quis gratiã, & virtutes. vt d. D.Tho d.q.69.ar.4. Ampliatur vt per baptismum eriã consequaẽ quis duos actus virtutum. primo, vt est intellectus illuminaẽ quo ad veritatis agnitionem. vnde D.Dionis.2.eccles.hier. tribuit baptismo illuminationem, secundus effectus est fęcundare voluntatem fęcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem, vt dicit Gloss. Psalm.22.Super aquam refectionis educauit, &c. dicit animam peccatorũ ariditate sterilem baptismo fęcundari. vtraq; vero propositio probatur; nam per baptismum efficimur membra Christi, & regeneramur in spiritualem vitã. Gal.3.vita vero membrorum in hoc consistit, quòd sint capiti vnita à quo esse recipiant, à capite vero deriuantur in membra, primo sensus, secundo motus, ergo per baptismum primo recipimus sensum ad cognoscẽdam veritatem, & motum per gratiam ad bene operandum, & licet remaneat concupiscentia, non tamen obest nolenti, nec sequitur virtutes non infundi, quibus delectabiliter operamur, licet post baptismum remaneat pronitas ad malum. Respond. enim id esse non ob defectum habituum virtutum, sed ob concupiscentiam, quæ est naturalis post peccatum, nec omnino tollitur per baptismum, potest etiam dici, quòd delectabiliter operemur, quia dũ sumus in gratia constituti ex dilectione qua mouemur ad seruandũ Dei præcepta delectabiliter operamur. Hæc autem gratia facit baptizatum Deo gratum, sed an sit qualitas distincta ab homine diuinitus concreata, qua fiat Deo gratus, vel habitus inhærens infusus, probabilior est hæc secunda opinio ex Clement. prima de summa Trinit. & in Triden. Concil. sess. sexta, de iustificat. can. Si quis dixerit, vbi appellat gratiam inhærentem; & secunda ad Corinth.1. dicitur pignus, quòd rem aliquam significat, ergo virtutes per baptismum infunduntur, & de Theologicis omnes consentiunt, & de moralibus omnes per baptismum infundi tenet Diuus Thom.1.2.quæst.63. art. 3.Sot.d.q.art.3.

Secundo ampliatur, vt procedat etiam in paruulis, vt & ipsi accipiant per baptismum gratiam & virtutes. Nam pueri per baptismum efficiuntur membra Christi, vt & adulti, ergo oportet vt a capite recipiant influxum gratiæ & virtutis. præterea gratia est vita æterna. Rom. sexto. quòd si eam non reciperent nil eis prodesset baptismus, ideo in eis insunt secundum habitum, licet secundum eas non operentur, vt dormiens, licet habeat habitus virtutum, tamen impeditur ab actibus eorum propter somnum, & pueri credunt non per actum proprium, sed fidem Ecclesiæ, quæ eis communicatur. Diuus Thomas, d. quæst. articulo sexto in corpore, & ad tertium. & Diuus Augustinus lib. primo de pecc. mer. cap. vigesimosexto, dicit, paruulos baptizari vt reconcilientur Deo, vt in illo viui, vt salui, vt liberati, vt redempti, vt illuminati fiant. & habetur in capitulo paruulo. & capitu. paruuli. de consecrat. distinctione quarta. & in Clem. prima. §. ad hoc. de summa Trinitate, vbi Clemens tenet tam in adultis, quam in paruulis infundi gratiam informantem, & virtutes quo ad habitum, licet non quo ad vsum in paruulis quousque venerint ad ætatem perfectam contra tenentes per baptismum paruulis peccata remitti, sed gratiam non conferri.

Ex quo sequitur, quòd esse effectus baptismi sit aperire ianuam regni cęlestis.

Conclusio probatur ex Concilio Florentino sub Eugenio IIII. nam dicit, quòd si baptizatus statim moreretur euolaret in cœlum, & habetur in cap. per baptismum de consecrat. tione distinctione quarta; & probat Diuus Thomas d. quæst. artic. 7. nam aperi-

aperire ianuã cęli est amouere impedimentũ, quo quis impeditur cęlũ ingredi, hoc autem impedimentum est culpa; & reatus pęnæ, sed per baptismum tollitur omnis culpa & pęna, ergo per eum aperitur ianua regni cęlestis. & probat Beda super Luc. 3. in eo ꝙ Christo baptizato cęli aperti sunt, d. n. virtus hic baptismi ostẽditur, de quo quisque cum egreditur ianua regni cęlestis ei aperitur, & habetur in c. per aquam. de cons. d. 4.

In Baptismo an detur æqualis gratia omnibus.

Quarta propositio, In Baptismo quo ad paruulos datur omnib. æqualis gratia virtute sacramenti. cap. nec quicunque. vbi gl. de cons. dist. 4. Sot. 4. d. 6. q. 1. art. 6. Bon. 4. d. 4. art. 1. q. 3. & ideo nec precibus ministri, aut circũstantiũ deuotione potest vni fieri maior accessio gratiæ quam alteri paruulo, quia sic mereretur quis alteri de condigno, vel de congruo; de condigno nemo quicquã gratiæ alteri mereri potest prȩter Christum qui est ecclesiæ caput, non de congruo quo quis alteri mereretur temporalia bona, vel etiam gratiam; primo quia de condigno meritum quo qui est in gratia per charitatis officia sibi meretur gratiæ augmẽtum fit ex certa & infallibili l. & semper effectũ suũ habet, meritum vero de congruo eandem certitudinẽ nõ habet, imo Deus vt sibi videtur quandoq; annuit, quãdoque renuit. præterea paruulo carenti vsũ rationis nemo primam gratiã, vel eius augmentum mereri de congruo valet, quia id fieri non potest, nisi merendo ei vt bonum animi motum habeat, vel bonũ opus exerceat, ꝙ paruulis non est possibile. Sot. d. 6. q. 1. ar. 6. ver. aliud ergo. & hoc de gratia habituali, quam nemo potest alteri mereri nisi qui habet gratiam capitis, ꝙ soli Christo conuenit, potest tamen precibus parentum dari ei maius auxilium ad bene operandum, vt de B. Nicolao dicitur, qui ter in hebdomada à lacte abstinebat. Flor. f. 59.

Quo vero ad adultos, effectus qui per se est ordinatus in baptismo, scilicet conferre gratiam & virtutes, auferre culpam & pęnam, ęqualiter omnibus datur. Quo vero ad quantitatẽ gratiæ, non ęqualiter omnibus prȩstatur, quia quidam accedunt cum maiori deuotione, quidam cum minori, ideo quidam plus, quidam minus de gratia percipiũt, sicut ab eodem igne accipit plus caloris qui ei plus se appropinquat. Effectus vero qui est per accidens ad sacramentum, scilicet ut lex peccati, quæ est in mẽbris nostris omnino extinguatur. Rom. 6. non datur in baptismo nisi miraculose, & secundum ordinem diuinæ prouidentiæ, cui Deus vult, licet cũ æquali deuotione accedant. D. Th. d. q. ar. 8.

Fictio an ĩpediat effectum baptismi, & quid ea recedente.

Quinta propositio, fictio impedit effectum baptismi, dicitur autẽ fictus qui non credit, cum tamen baptismus sit fidei sacramentũ. secũdo qui id paruipendit & contemnit non æstimans in eo esse efficaciam ad saluandũ, tertio, qui id celebrat cõtra prohibitionem ecclesiæ, vt contra ritum vniuersalis ecclesiæ, vel recipit ab excommunicato, vel quia indeuote accedit, vt explicat D. Tho. 4. dist. 4. Vt enim quis recipiat effectum, oportet vt sit dispositus ad causam agentem, & ad effectũ percipiendum, ideo indispositio voluntatis, quæ effectum vltimum baptismi impedit, scilicet gratiæ infusionem, vna est secũdum ordinem ad sacramentum, alia secundum ordinem ad effectum sacramenti, ad sacramentũ potest dupliciter esse ĩdispositа. primo per subtractionem necessarij; secundo per additionem contrarij, & quia omnis actio est per contactum, ideo oportet ꝙ recipiens sacramentũ quodammodo ipsum cõtingat per intellectum, ꝙ facit fides, & per affectũ ꝙ facit deuotio, ideo indispositus est, & qui non credit, & qui indeuote accedit. Contraria sunt dupliciter, primo eorum quæ exterius agũtur, & sic est indispositus qui aliter celebrat. secũdo ex parte virtutis intrinsecę, quæ secretius operatur salutem, & sic est indispositus qui contemnit; Similiter

per

per cōparationē ad effectū baptismi, oportet.n. ꝙ disponatur aliquis adhibendo necessarium, s. fidem quę cor purificat, & peccati remouēdo cōtrarium; s. volūtatem per cōtritionē, vel secundum alios attritionem. D. Th. d. loco & 3. p. q. 69. art. 9. Med. de conf. d. 4. ar. 13. & probatur etiam concl. Sap. 1. Spiritus sanctus effugiet disciplinæ fictū, & vt d. Dam. lib. 2. cap. 30. Deus neminem ad iustitiam cogit. Quę autem dispositio requiritur? Respō. sub his cōclusionibus; primo, ꝙ ad digne suscipiendum baptismum, sufficit nō obijcere obicem gratiæ. probatur ex c. maiores. de baptismo; præterea per baptismum homo moritur peccato, ergo nō debet opponere obicem primæ gratiæ. Ad tollendum vero hunc obicem non sufficit, ꝙ homo priuatiue se hēat erga peccata, idest nil cogitet circa ea, sed requiritur in adulto aliquis actus positiuus pœnitentiæ mortalium. Act. 2. Pęnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. tertio non requiritur detestatio peccatorum in particulari, sed sufficit pęnitere se peccasse; quarto ad baptismū nō est necessaria cōtritio, quia ea tollerētur peccata, & esset baptismus flaminis, & baptismus non faceret de attrito contritum. & ideo sufficit existimata attritio, & etiā nota, quia licet non sit conuersio ad Deum, est tamē amotio volūtatis à peccato si adsit intentio mutandi vitam, vt sic differat à pęnitentia in qua non sufficit, ꝙ pet si stat in dolore peccati nil cogitando de offensa Dei, quia sic nō doleret ꝑ Deū, nec amoueret volūtatē a peccato quatenus peccatum est, i. quatenus est offensa Dei. ita Sot. d. q. 1. art. 7.

Recedente tamen fictione baptismus incipit habere effectum, & illum cōsequitur. probatur authoritate Aug. in li. de bapt. cō. Don. c. 12. vbi d. tunc valere incipit baptismus ad salutem cum illa fictio veraci confessione recesserit, & habetur in c. tunc enim. de conf. dist. 4. Ratione sic, Baptismus est quædam regeneratio, dum autem aliquid generatur simul cum forma effectum consequentem suscipit, nisi aliquod obstet impedimentum, vnde illo sublato statim eundem effectum consequitur, vt lapis cū generatur statim deorsum mouetur, nisi impediatur. quare amoto impedimēto statim cadit, sic qui baptizatur caracterē suscipit baptismalem quasi formam baptismi, & iō gratiā simul susciperet, nisi obstaret fictio, qua per pniām sublata, recipit gratiam. D. Th. d q. art. 10.

De impedimento fidei supra dictū est, de alijs vera est conclusio, ꝙ recedēte fictione remittūtur peccata, quæ ante commisit, nam quæ post commisit remittunē per pęnitentiam, & pro eis pęnitentia est imponenda; Ratio cōclusionis est, nam cum baptismum non sit reiterabile, & imprimat caracterem, habet omnem efficaciam recedēte fictione quā habuisset ante, iō remittit oīa peccata añ cōmissa, quo ad culpā & pęnā. D. Bon. 4. d. 4. ar. 2. q. 3. & hęc ē opinio oīum, vt d. Card. in c. nūc valere. de cōs. d. 4. licet discordēt ī modo, tñ in hoc est sequēda opinio D. Th. supra allegata, ꝙ s. causa huius est caracter qui est dispositio ad lucē gratiæ non simpliciter, sed quantum in se est ad illam disponit si impedimentum non adueniat, scilicet peccatum mortale, ꝙ diuidit inter Deum illuminantem animam, & hominem, vnde sicut diaphanum potest habere corpus medium quo stante non illuminabitur sit caracter stat cum peccato mortali, quo stante non infunditur lux grẽæ, sublato vero ipso statim lux gratiæ infunditur, ita Turre Cre. in d. c. ad Argumentum primum, d. tamen Sot. dist. 6. q. 1. ar. 8. recedente fictione deleri peccata commissa ante baptismum, non tamen prauam susceptionem, & ideo recedente fictione sufficit, ꝙ dicat cōfessori suscepi baptismū in peccato mortali sine expressione illius peccati, si vero suscepit baptismum in iniquo proposito mortali tenetur id confiteri, quia ad forum ecclesiæ pertinet. Sot. ibid.

De

De Circunciſione. Cap. 8.

Circuncisio fuit pparatio ad baptiſmũ, & eius figura.

PRima propoſitio. Circuncisio fuit præparatorium, & figura baptiſmi. Nam baptiſmus dicitur ſacramentum fidei, quatenus in eo fit quædam fidei profeſſio, & p illud hõ aggregatur congregationi fidelium, ſed eadẽ eſt fides noſtra & antiquorum Patrũ. 2. Cor. 4. habentes eundem ſpiritum fidei credimus, Circuncisio vero erat quædam proteſtatio fidei, Rom. 4. Abraham ſuſcepit circuncisionem vt ſignaculum fidei, per eamq; antiqui aggregabantur communioni fideliũ, vnde patet q fuit præparatoria ad baptiſmum, & eius figuratiua ſecundũ q antiquis Patribus omnia in figura contingebant. 1. Cor. 10. vt & fides eorum erat de futuro. D. Tho. 3. p. q. 70. ar. 1. & probatur concluſio. Coloſſ. 2. Circuncisi eſtis circuncisione nõ manu facta in expoliatione corporis carnis; & circuncisio eſt ſacramentum applicandæ fidei in remiſſionem originalis culpæ, & eſt inciſio præputij tanquam ſignaculum iuſtitiæ fidei.

Circuncisio fuit cõuenienter instituta.

Secunda propoſitio. Circuncisio fuit conuenienter inſtituta. probatur concluſio, nam inſtitutio fuit facta à Deo cuius perfecta ſunt opera. Gen. 17. ſecundo duplex fuit ratio eius inſtituẽdæ. primo vt eſſet profeſſio fidei Chriſti, & vt per illã ſingularis populus, vnde Chriſtus erat naſciturus, à cętero orbe ſecerneretur, vtraque vero ratio reperta fuit in Abraham, ipſe enim primus iuſſus fuit à Deo egredi de domo & cognatione ſua. Gen. 12. & ipſi poſtea fuit facta promiſſio naſcituri Chriſti ex ſuo ſemine, ĩ quo omnes gentes benedicerẽtur, ergo in Abrahã fuit conuenientiſſime circuncisionis ſacramentum inſtitutum. D. Th. d. q. art. 2. vbi notandum, q d. non ſolum tempore Abrahæ, ſed in Abraham, innuens primo, q tempus Abrahæ fuit huiuſmodi inſtitutioni aptũ, ſecundo q ipſi tantum & ſuo ſemini, vel familiæ inter cũctos mortales fuerit præcepta. Aduertendũ vero eſt circa tempus Abrahæ id fuiſſe principiũ tertiæ ætatis mundi, mundi enim infantia durauit vſq; ad diluuiũ annis 1656. pueritia inde ad Abrahã annis ferè 300. qui natus fuit anno mundi 1948. & cum eſſet annorum 75. iuſſus eſt egredi de domo ſua. Gen. 12. quia in gñationibus Nembrohot erat ple na ſpurcitia & idololatria, paulo. n. ante eius ortũ Ninus in Babilone Idololatrię principiũ fecit, qui Belo patri ſuo diuinos honores ĩſtituit, & eo tpe viguit vitiũ Sodomoiũ q cũ Idolatria ſemper iũctum fuit: Tum cũ eſſet 99. annorum Gen. 17. pepigit fœdus cum Deo ſeruandę fidei venturi Meſſiæ, & in ſignum fœderis accepit circũciſionem, qua à ceteris gentibus diſcerneretur, & ita circuncisio fuit inſtituta anno à mundi ortu 2048. Tum fluxit tertia mundi ætas. ſ. adoleſcentia vſq; ad legẽ latã p Moyſen, & inde proceſſit 4. vſq; ad Dauid, & 5. vſq; ad captiuitatem Babiloniæ, & 6. vſq; ad Chriſtum, qui initium fecit 7. anno mundi 3960. vnde inter ortũ Abrahæ & Chriſtum fluxerunt anni 2002. & circuncisio differebat à ſacramẽtis legis naturæ, illa. n. non fuei ũt ordinata pcepto Diuino exterius, ſed tñ erat obligatio interior, vt aliqua fieret fidei proteſtatio, quã ſingulæ nationes ſuis ſacrificijs ſignificabant. de circũciſione verò fuit peculiare pręceptum Dei, vt d. Vgo de S. V. de ſacram. lib. 1. p. 12. c.

Tertia propoſitio. Ritus circuncisionis fuit conueniens. Ratio, nam circuncisio eſt quoddã ſignũ fidei inſtitutum à Deo cuius ſapientiæ non eſt numerus. Determinare verò conuenientia ſigna eſt opus ſapientię, ergo. D. Th. d. q. art. 3. hic verò ordo hmói fuit primo, vt eſſet in mẽbro gñationis, idq; conuenienter primò, quia erat ſignum fidei quo Abrahã credidit ex ſuo ſemine Chriſtum naſciturum. ſecundò quia erat in remediũ peccati originalis, q per actum generationis traducitur. tertio, quia fiebat ad cõ-

Circuncisionis ri. fuit cõueniens.

pri-

primendam concupiſcentiam, quę operculo illo ardentius excitatur. ſecũdo fiebat cultello, vel petrino, vt dicit Vgo. lib. 1. de ſacram. vel ferreo, vt d. D. Thom. ad 2 quo figurabatur circunciſionem ſpiritualem fiendã per Chriſtum, qui petra dicitur, vt ibi ad ſecundum. tertio fiebat octauo die, ſunt enim tres circũciſiones, vt d. Vgo. ibid. prima ſacramẽtalis ĩ carne de qua ſupra. ſecunda ſpiritualis per gratiã nõ manu facta. tertia glorioſa per expoliationem mortalitatis. & tam ſecunda, quam tertia deſignatur per octauũ diem, quia lex vetus deſignabatur per diem Sabbathi, vt docet Aug. c. 3. li. 6. & lib. 16. de ciuit Dei. cap. 26. lex vero gratiæ deſignatur per diem Dominicam, quæ eſt octaua, per quam denotatur finalis reſurrectio poſt ſeptẽ ætates mundi. Sot. 2. diſtinct. quæſt. 1. articulo 3. & D. Thom. loco prædicto, in ſolutione argumentorum. poterat tamen octauus dies præueniri ob periculum ſecundum aliquos, ſed non eſt verum, ſed cum erant in periculo applicabatur eis fides, vt in lege naturę, & tunc omnibus cõferebatur gratia, ſicut nunc infirmis per extremam vnctionem, licet ſint euaſuri, ſi vero ſuperuiuerent erant circuncidendi, vt fierent Iudæi, ſicut nunc in vtero matris ſanctificati. Sot. ibid.

Circunciſio cõferebat grãm, & quõ.

Quarta propoſitio. In circunciſione conferebatur gratia ad remittendum peccatum originale, & faciẽdum Dei amicum, & dignum vita æterna, & ad reprimendam concupiſcentiam per gratiam, nam minima gratia valet cuicunque concupiſcentiæ reſiſtere, omnemque vitare mortalẽ trãſgreſſionem, quia minima charitate, quæ comitetur gratiam plus diligitur Deus quam omne temporale bonũ. Aliter tamen gratia confertur in baptiſmo, quam in circũciſione, nam in baptiſmo confertur virtute baptiſmi vt inſtrumenti paſſionis Chriſti iã exhibitæ ex qua ſumit virtutem. In circunciſione vero conferebatur gratia, non virtute circunciſionis, ſed virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignũ erat circunciſio, vnde circunciſus illo ſigno profitebatur ſe tũc ſuſcipere huiuſmodi fidẽ, vel adultus nomine paruuli. Rom. 4. vlterius baptiſmus imprimit caracterem, circunciſio non, quia baptiſmus, cum ſit inſtrumentũ paſſionis Chriſti, incorporat nos Chriſto, caracter vero eſt ſignum mẽbri Chriſti. Sed circunciſio erat tantũ ſignum Chriſti venturi, ideo nõ imprimebat ſpiritualem caracterem. vlterius baptiſmus confert copioſiorem gratiam, vt inſtrumentũ Chriſti iã paſſi, quàm circuncifio qua profitebatur fides tãntum venturi. D. Thom. d. quæſt. ar. 4.

De Praxi adminiſtrandi baptiſmũ, & cuſtodiendi Baptiſterium. Cap. 9.

Baptiſmi aqua ſtatis ce. imonijs conſecretur, & baptiſmus ſtatutis ritibus conficiatur.

SAcramentum baptiſmi cõficiatur ſacris cerimonijs ĩ Sabbato ſancto Paſchæ & Pentecoſtes, vt inquit Auguſt d. 5 q. 1. ar. 2. & in Rub. Miſſ. & in c. de titib. ca. ſublato. de conſ. diſt. 4. & fons baptiſmalis habeať in omni paro chiali, vt d. Paul. de Viſit. 2. p. q. 3. n. 33.

Ad vitandum vero periculum mortis quamprimum infantes ad eccleſiã deferri poſſunt, & baptizari debẽt, c. nulla. de conſ. d. 4. cle. 1. de bapt. D. Th. 3. p. q. 78. ar. 3. Sot. d. 5. q. vn. art. 3. cõcl. 1. Bach. d. 6. q. 1. ar. 2. Et in Cõcil. prou. Med. 1. Tit. de bapt. imponitur excommunicationis pęna ijs qui intra nonũ diem infantes qui eorum curæ cõmiſſi ſunt baptizari non fecerint, quod non debet fieri in priuatis ædibus, niſi in caſu neceſſitatis, quia id licet tunc & ſacerdotibus & laicis, & ideo ſacerdotes populum docere debent formã baptiſmi adminiſtrandi in caſu neceſſitatis, nil admonẽtes ei addi vel detrahi debere, quod ſi in priuatis ædibus quis eſt baptizatus intra nonum diẽ, ſi fieri poteſt in ecclesia ſiſtatur, vt ei ritus & cęrimonię baptiſmi adhibeantur.

Ijdem fideles moneant vt in baptizandis filijs eos compatres eligant, qui eorum animæ cõſulere, potius quam

inopiæ ſubuenire poſſint, & ideo eos eligāt, qui fidei & morū ratione ſuſcepto muneri ſatisfacere poſſint, ij vero reijciuntur qui Orationem Dominicam, Symbolum, & Salutationem Angelicam ignorāt, excommunicati, vel qui Paſchæ tempore confeſſi non fuerint, & ſacram cōmunionem nō ſumpſerint, & qui confirmatus non eſt, nec qui minor ſit annis 14. gloſſ. in c. in baptiſmate. de conſ. d. 4. ꝙ & in confirmatione ſeruetur, & ꝙ non baptizatus, vel non confirmatus nō poſſit eſſe patrinus, probatur in c. in baptiſmate. vbi gloſſ. de conſec. diſt. 4. ꝙ ſi de facto id fiat non contrahitur compaternitas. Silu bapt. 3. ad fin. & verbo. confirmatio. ad fi. non prohibetur tamen vir & vxor eundem ſuſcipere de baptiſmo vel confirmatione, vt d. Nau. ca. 22. nu. 39. & deſignentur qui debēt eſſe compatres, alias omnes tangentes, vel leuantes infantem contrahunt cognationem. Nau. c. 22. nu. 39. & ſacerdos venit puniendus; compatres etiā moneant vt à iocis, & nugis abſtinentes, religioſe & pie quid agatur attendant, filios nempe ſpiritualiter Chriſto generare, ſeque in parentum defectum teneri eos pro ſuæ ſuſceptionis officio catholica fide, & probatis moribus inſtituere.

Et ad tollendum omnem abuſum, & auaritiæ ſuſpitionem conſuetudo collocandi infantes in altari, vt inde muneribus compatrum redimantur, omnino tollatur, nec compatres, aut commatres infantibus, quos ſuſceperunt, vel eorum parētibus quicquam baptiſmi tēpore largiantur. eo. Cōcil.

Et vt decentius oleū chriſmatis cōſecretur in eius conſecratione præſentes adſint qui dignitates, & perſonatus obtinent, canonici, & Eccleſiæ cathed. clerici.

Sacrū vero chriſma à laicis ne tāgatur, nec linteola q̄bus baptizatis ſacri chriſmatis vnctio tegitur, nec in prophanum vſum conuertantur, ſed purgata in ſacrum vſum conuertantur, aliàs comburantur, & cineres in ſacrarium proijciantur. Conc. eod. & Conſtitut. Bollani, Epiſcopi Brix.

Vbi infantes expoſiti ſunt, etiam ſi ſignum collo baptiſmi collari appenſum habeant, ſi poſt diligētem inquiſitionem nō fuerit repertum certo ipſos eſſe baptizatos baptizentur ſub cōditione, Si non es baptizatus, &c. Cōcil. Med. 3. de bapt.

Fons vero baptiſmalis è marmore, vel ſolido lapide cōſtet, vnde aqua nō effluat, ac operimētum habeat, vel ciborium ad ſacra olea tuto & decēter conſeruanda in eo ipſo fonte accommodatum, & conopęo ſaltem è tela opertum ſit, tabellamq; intus habeat, quę dimidia tantū aperiatur, & fontis oſtium compreſſe claudēs aquā à puluere, & ſordibus ſeruet, ſepiatur etiā quodlibet baptiſterium ferreis, vel lapideis, aut ſaltem ligneis cancellis epiſcopi iudicio. Et ſi extra fornicatā capellam, vel parietis concauitatem hòmicicli inſtar cōſtructum, totū vel ex parte ſit, tum tegumen habeat, ꝙ ex marmore, vel aſſeribus conſtet, vel ſaltem è tela decenter picta, & in capella ponatur imago S. Ioan Baptiſtæ Chriſtum Dominum baptizantis. Collocetur vero fons baptiſmalis in ingreſſu Eccleſiæ à ſiniſtra parte ingredientiū, niſi aliud Epo videat. Vbi vero hmōi fontes ſunt in eccleſijs, vel capellis eo noīe cōſtructis, fere adhęrētib. Cathedrali, vel parochiali eccleſiæ; inde non amoueanť, ſed illæ eccleſię, vel capellę aptētur, & vbi in ijs eccleſijs, vel capellis non ſunt, ibi in eccleſijs ſaltem inſignibus fieri debent.

In baptiſmali vero fonte, vbi per infuſionē baptizatur, caueatur ne aqua infantis capiti infuſam, in eundē fontem recidat, ſed in ſacrariū profluat, ideo ſacrarium è marmore vel ſolido lapide prope fontem cōſtruatur, & in ciborio mantilia duo candida, & ab omni ſorde munda ſeruentur ad caput infantis tergendum.

Moneat vero parochus mulieres, vt cum primū domo poſt partū egrediētur, eccleſiam adeāt gratias Deo actu- Puerperæ eccleſiam adeāt gra-

tias acture postpartũ. ræ, & benedictionem à sacerdote accepturę. ca. 1. de purif. post. Et ne ante annum expletum infantes in lecto detineant sine ea cautione quam episcopus pręscripserit, vt periculo suffocationis obuietur, vt not. in c. fin. de his quę filios proprios.

Baptizandis ornamenta nõ adhibeantur. Idẽ iubeat oẽ vt ornamẽtum ab infante baptizando amoueat cui in baptismo se renũtiare ꝓfiteť, & cũ duo infantes offeruntur prius marem baptizet quam fęminã, vt antiqui moris est ipse uero minist. alba stola vtatur.

Obstetrices vero officiũ ne pręstẽt, nisi ab Episcopo, vel Vicario foraneo approbatæ, quæ dum baptizabũt adhibeãt si fieri potest duos saltem testes qui id testificari possint, vt ex ijs interrogatis parochus scire possit an rite baptismus collatus sit.

Baptizari vt debeãt adulti. Cum adulti baptizabũtur oĩa quæ eo loci supra necessaria esse declarata sunt, adhibeãtur & maxime vt malę vitę actę eos pęniteat, cũ proposito non peccandi de cetero, parochus vero quottannis exemplum baptizatorum Episcopo tradat. Concil. 3. Mediolan. titu. de bapt.

Baptismũ cum cotta & stola ministretur. Caueat vero sacerdos ne sine cotta & stola hoc sacramẽtũ administret, alias mortaliter peccat, vt d. Sot. d. 4. q. 1. art. 3. cõcl. 2. Caueat etiam ne exorcismos, cathechismos, & huiusmodi cerimonias solẽnes in baptismo omittat, alias fiet irregularis. vt idẽ d. ibidẽ. ar. 2. & ar. 3. concl. 1. & sequitur Candelabrum in Appendice. cap. 7. ꝙ tamen non est certum, cum irregularitas non incurratur nisi casib. iure expressis. cap. is qui.

Quod si in casu necessitatis domi quis baptizatur à cõmatre, est postea deducendus ad ecclesiam exorcismos ibi recepturus, si superuiuit, qui tamẽ cum leuauit domi, erit compater, nõ autem qui in ecclesia, cũ ibi nõ fiat sacrm, vt declarauit Pius V. in c. cum illius. 1566. in princip. & § nos piarum, & tradit Nauar. in Man. cap. 22. num. 36. cum seq.

Fons baptismalis Renouetur vero fons baptismalis in Sabbato sancto, & Vigilia Pẽtecostes, vt habetur in Rub. Missalis reformati. & habetur in Cath. Rom. & per Gul. in rationali. lib. 6. c. 106. quia repręsentat Dominicam sepulturã & mortẽ, ex qua baptismus recipit plenã efficaciam, & quia in eo datur plenitudo Spiritus sancti in remissionem omniũ peccatorum, sic tamen vt aqua chrismate, & oleo sanctificetur, per quorũ mixtionem significatur vnio Christi, & ecclesiæ, cum chrisma Christum, aqua populum significet; & licet baptismus actu non conferatur, aqua tamen prædicta remanet benedicta, vt d. gloss. in c. 1. de consec. d. 4. licet non sit per se sacramentum nisi forma accedente, de quo populus instruatur, ne decipiatur, ꝙ item est de materijs alijs sacramentorum, excepta sanctissima Eucharistia, quę post cõsecrationem sacerdotis est sacramentum, licet actu non ministretur, sed sit tantum in pixide. quando renouandus.

De Baptisterio, & alijs instrumentis ad Baptismi vsum adhibendis.

In omnibus Cathedralibus Ecclesijs ac parochialibus, & alijs vbi Episcopo videbitur, baptisterium habeatur dignitati ecclesiasticę respõdens. Baptisterium qua forma construendũ.

In eo construẽdo locus à fronte ecclesiæ meridiẽ versus eligatur, in quo sacellum capellave sub nomine Sancti Ioannis Baptistæ, cuius vacuum 33. cubitis sit, insigni structuræ opere ædificetur forma rotunda, vel octangula, quæ perfecti circuli fines non egrediatur. Huius ædificij tectum fornicato cõcameratove opere sit, pro modo formæ eminentius fastigiato, laminis plumbeis operto, & in summo fastigio è Tholo constet, vnde lux ab omni parte excipiatur, pauimentum è marmore, vel lapide solido, ac opere tessellato, vel saltẽ testaceo fiat, & à solo vix tribus cubitis altius sit, ita tamen vt Ecclesiæ solum non superet.

H 2 Ianua

Ianua ad occidentem spectet, paruo vestibulo ornata, forma vt & Ecclesię ianua, fenestras plures habeat pro ędificij ratione architecti iudicio, & altitudo ædificij latitudini respondeat.

In hoc sacello altare vnum duobus cubitis à pariete orientem versus extructo distans, ædificetur, quòd muniatur, sepiatur, & extruatur forma aliorum altarium, super quo altari piè expressa sit imago Sancti Ioannis Baptistæ Christum Dominum baptizantis, & si altare ibi extrui non potest, saltem icona in pariete cum dicta imagine adsit.

Vbi vero sacellum vel Ecclesia sancti Ioannis Baptistæ extrui non potest, in Ecclesia ipsa fiat capella intus ad ostium maius à latere Euangelij instar aliarum Capellarum lateralium, quæ pro altaribus extruuntur, seruata forma latitudinis, altitudinis, &c.

Vbi vero capella præ angustia extrui non potest tantæ magnitudinis, ea tamen ædificetur, quæ situs sui spatio saltem baptisterij totius opus capiat, ac præterea locus sit sacerdoti baptizanti, & compatribus.

Vbi vero neq; hęc preangustia fieri pôt, tûc à latere Euangelij ad ostium paries ita concauetur, vt foras etiam ad hemicicli formam promineat, in qua concauitate baptisterium totum vel pars apte cohęreat, & clathris ferreis à tribus partibus sępiatur.

Vbi vero nec id fieri potest; tunc ab ipso latere prope parietem collocetur, sic tamen vt ianuæ situs impediri occupariue non possit, & clathris muniatur, inter quæ & opus baptisterij saltē cubitus inter sit, forma quadrata vel octangula, cauendo tamen quam maxime fieri potest, ne baptisterium prope parietem adsit, & ab vtroque pariete cubitis saltem duobus, si fieri potest distet, in cuius medio baptisterium locetur, ita vt à clathris, si fieri potest, cubito vno & dimidio saltem distet. Quod si Ecclesia nauibus, & intercolumnijs inter se non valde distantibus est constructa, intra illius intercolumnij tâtum Ecclesiæ ostio maiori proximi fines, a latere Euangelij, vel in eo spatio, quòd intercolumnio & ianua maiori continetur, baptisterium pręscripto spatio clathris ferreis claudatur, & ita, vt is situs conclusus formā quadratam, vel octangulam aliamue pro loci ratione exhibeat; clathris adhibitis ad formā ꝓ altaribus supra assignatam. Quod si præ tenuitate Ecclesiæ baptisterium clathris ferreis sepiri non potest, nec marmoreis, ligneis saltem muniatur; baptisterij vero capella hemiciclus, vel paries ornetur pictura Sancti Ioannis Baptistæ Christum Dominū baptizantis, in quo loco vel situ, vt supra, baptisteriū collocetur, ad quod vno vel pluribus gradibus descendatur.

De situ & forma Baptisterij.

Baptisterij situs in media capella sit, cubitis vndecim latus, & ita profundus, vt à capellæ pauimento descēdatur saltem tribus gradibus, in imo vero spatium vacuum sit, quòd per diametrum ample pateat cubitos septem, vncias sexdecim. In eo spatio vas baptisterij, in quod aqua defluet, ponatur, cuius latitudo vacua per mediam rectam lineam sit cubitorum trium, altitudo duorum, forma rotunda, vel octangula, aliave capellæ conuenienti. Conficiatur autem ex vno, si potest, lapide solido marmoreo, vel alterius generis, duabusve vel pluribus laminis marmoreis, aut lapideis, crassitudine vnciarum octo, quæ laminæ solidæ, nec spongiosæ sint, ac recte commissura inter se compactæ, & firmiter conglutinatæ, intus præterea opere leuigato expolitæ, extrinsecus decenter ornatæ, & pie exculptæ.

Huius vasis fundum sternatur ac solidetur, si non constat ex vno tantum

lapi-

lapide, sectilibus crustis marmoreis, vel siliceis aptis, vt supra, inter se connexis, ac bitumine bene firmatis. Vndique etiam diuexus, & paulo accliuior fit, aliquos exiguos canticulos foramen habens, quibus ad foramen medio situ sub basi columellæ suffossum, aqua deriuetur. Sub fundo huius vasis cisterna paruula, pro sacrario, loco subterraneo effodiatur, in quam aqua è capite infantis, qui baptizatur, dilapsa confluat. In cuius fundi loci ve medio columella marmorea figatur, vel erigatur, supposita eius scapo basi triangulari, quadrangula, vel sexágula aliaue forma, ornate elaborata.

In huius columellæ summa parte uas ipsum baptismale, in quo per totum annum aqua baptismalis seruabitur apte locetur, quòd uas forma rotunda uel octangula sit, eliaue, quæ formæ capellę respondeat, & vasis inferioris, late patés cubitos duos, profunde vero uncias duodecim, vel circiter pro ecclesiæ ratione. Hoc uas, altius collocatum illo inferiori esse poterit uncijs circiter sexdecim, altitudine, scilicet ab inferioris summo labro ad huius, quòd superius est, vasis labri summitatem, perpendiculo ducta.

De alia forma Baptisterij.

Vas rotundum, uel alia forma decenti, è marmore, uel solido lapide per diametrum late cubitis duobus, & dimidio patens fiat, profundum vncijs octo, uel decem ad summum, & in fundo sensim concauum cum suis caniculis, ut supra. In base uel columna collocabitur, a pauimento uero usque ad labrum uasis non altius cubitis duobus. In cuius medio foramen digito circiter patens fit, quòd per columellam & basim usq; ad paruulam cisternam effusæ aquæ baptismalis excipiendæ causa suffossam penetret.

Præterea in eiusdem uasis medio sit alterũ etiam uas marmoreum forma simili, & amplitudine minori, ita ut per diametrum cubito uno, & uncijs octo, cum ipsius uasis crassitudine late patens statuatur, quòd uas sustentetur a liquo marmoreo, uel lapideo fulcimento, quòd in uase inferiori nitatur, & in hoc uase minori aqua baptismalis seruetur:

Baptisterio uero, quod extra capellam extructum est, fiat tegumentum uel opere fornicato, quòd duabus pluribusve columnis à pariete paululum extantibus suffulciatur, uel struatur tabulis sectilibus, & ijs pictura pie ornatis, uel è tela picta fiat, quòd integumentum è tela, uel ligno cathenis ferreis è tecto pendentibus, uel alia firma structura sustineatur.

Ciboriũ apta forma extruatur, ex tabulis nuceis sectilib. polite elaboratis & ubi potest etiã pictis & decorè inauratis, quæ tabulæ inter se commissæ aptæ cohæreant, & earum commissuræ paruulis & tenuibus assulis, & coronicibus recte annexis, ita contegi debent, ut nec puluis, nec aliæ sordes in baptisterium penetrent. Id uero ciborium labro uasis inferioris baptisterij nitatur & suffulciatur; A cuius cibórij parte superiori armariũ paruulum seruandis sacris oleis ac alijs rebus ad baptismi ministeriũ accommodatum extrui debet, quòd à summo uase distet uncijs octo, & intus tela serica albi coloris bene uestiatur.

De alia forma Baptisterij.

Alia forma Baptisterij permitti poterit, ubi pre magna inopia Eṗs eam concedendam iudicarit, hoc pacto. lapis marmoreus solidus opere sculptili apparetur, qui forma ouata fit, & lõge cubitos duos vnc. 8. pateat, late cubitum vnum & vnc. 12.

In quo lapide vasa duo, vnciarum 3. interuallo inter se distincta, scalpro polite concauentur, quæ & forma rotunda sint, & eadem altitudine ac amplitudine. Tum columella etiam, vt supra, sub ouato lapide statuatur.

Ex his duobus vasis vnum erit ad altare maius vergens in quo aqua baptismi seruabitur, alterum in quo aqua dū infans baptizādus infunditur spectans ad parietem altari maiori oppositum, in cuius fundo paruulus canalis fiat per quem ad foramen, quod è latere in vna parte fodietur, aqua ducatur, & inde per columellā intus vacuam ad subterraneam paruulā cisternam fluat, hoc item baptisterium ciborio ligneo, vt supra, tegatur armariolo etiam & reliquis, vt supra adhibitis.

Vascula vero sacrorum oleorū Cathedralis Ecclesiæ ex argento, vel saltem stāno britannico puriori sint, forma ampullari, ventre amplo & turgido summo ad collum sensim orbiculari accliuitate sine vllo cęlaturæ opere ascēdentia ore hiante extensa, ab extremo in angustum paulatim vsque ad pedem deducta opere sphęrali cōcludantur, cui pes à summa parte angustè, ab imo latius patens firmissime hæreat, duabus ansis constent, quæ cęlaturæ speciem in ea parte exhibeāt, in qua cum vasis annectuntur; operimento semisphęrali in fastigio paruulam crucem habente tegantur, & ita annexo, vt à fibula argentea, vel stamnea qua annectitur totum à tergo pendeat, à fronte apte fere in superiori ventris parte paruulus tubus agglutinatus hæreat, vnde oleum defluat, qui huiusmodi sit, vt ab imo patulus sensim anguste ascendens pari cum vasis altitudine, à summo vero paulum incuruus ore angustiori extet. Vasa tria cōficiātur vnum in quo sacri chrismatis, alterum sacrę vnctionis, tertium cathecumenorum oleum conseruetur, literis grandiusculis signata, & eius magnitudinis, vt Ecclesiæ Cathedrali respondeant, sic tamen vt in ministerio commode tractari possint. Vasa prædicta, die Cœnę quādo sacra olea conficiūtur, tegātur velo longitudine cubiti, albi coloris pro chrismate, pro alijs rubro. Vascula ministratoria, tria sint è stamno, vel argento olei pondo duo tantum capientia, à tergo solum ansata.

In plebana ecclesia vascula argentea, vel stānea sint, literis vt supra inter se distincta, instar phialæ sint, duplici operculo tecta, vno quo in os vasis inseratur, altero quo vasis collū extra tegatur, quod vtrūque in girum oblique torqueatur, vt ijs ita firmiter opertis oleum sacrum effundi non possit. Capsulam habeāt vsui portandi sacra olea & seruādi, cum ab ecclesia Cathedrali mittētur, quæ è ligno sit, in tres partes distincta, vt in singulis sacri olei vasculum cum bombacio apte collocetur corio decenti tegatur, & intus ornatu serico rubro circumuestiatur; operculum huiusmodi habeat, quod extra planum non sit, sed forma paulo eminentiori, claue & sera ita claudatur, vt cum ad accipiēda sacra olea portatur aperta tradita, possit à ministro cathed. oleis consignatis, digito à superiori paulum presso claudi, nec alia claue aperiri possit, quàm ea quæ apud præpositū seruatur, ad olea autem accipienda clerici tantum in maioribus constituti mittantur.

In parochiali ecclesia vascula argētea, vel saltem stamnea sint perpolita, & munda, tria vero parentur formæ rotundæ inter se similia, & sic coniuncta vt trianguli figuram exhibeant. quibus omnibus operculum vnum solidum adhibeatur. ita confectum, vt vndique capiat, & cum illa aperiūtur, hoc non disiungatur, sed in vna parte filo hæreat, & totum vasculorum opus operiat. Idque operculum licet vnum & solidum, triplici tamē ordine distinctum, & triplici concauitate ab interiori parte constans, & ab exteriori paulum eminens, quæ concaui-

cauitates vsui sint ad reponendū bombacium, quo sacrum oleum opertum est, cum ad ministerium adhibetur, & intus ac extra in quolibet circulo literas aperte expressas habeat, quibus olea inter se dignoscātur. In imo vasculo oleum sacri chrismatis seruetur his literis in scr. CHR. in altero oleū cathecumenorum his literis, CATH. in tertio vase ꝙ minusculum sit ex argento, vel stanno inseratur operculo contecto sal, vt cum renouandus est, inde tuto depromat̄; scatula fiat è nuce, vel alia materia tornatili, cū operculo, ꝙ totum cerio tegatur inaurato. & scatula cū operculo à parte anteriori ornamento serico albo vestiatur, ita confecta, vt paulo depressior sit, quam vasculi altitudo, vt facilius aperiatur. Sacculo etiā serico albi coloris tegatur, si quando opus sit Episcopi permissu, in locis montuosis baptismum ministrare in alia ecclesia, quam parochiali. In eo vero spatio, in ꝙ aqua defluet, ponatur vas baptisterij, cuius latitudo vacua sit cubitorum trium, altitudo duorum forma rotunda, vel octangula capellæ respōdente, & conficitur vno lapide solido marmoreo si fieri potest, vel pluribus laminis marmoreis crassitudine vnciarum octo, quæ solidæ nec spōgiosę sint, & ītus opere leuigato, & exterius decenter, & piè sculptæ, ac expolitæ.

Huius vasis pondus sternatur ac solidetur, si ex vno lapide tantum non constat sectilibus crustis marmoreis, inter se connexis, & bitumine bene firmatis, Vndique etiam diuexus, & paululo accliuior sit, exiguos aliquot canaliculos habens, quibus ad foramen, medio situ sub basi columellæ suffotum, aqua deriuetur. Sub fundo huius vasis cisterna paruula pro sacrario, loco subterraneo effodiat̄ in qua aqua è capite infantis effluēs dilabat̄, ī cuius fundi medio columella marmorea erigatur suppofita eius scapo basi triangula, octangula, vel huiusmodi decenter elaborata.

In columellæ huius sūma parte vas baptismale, in quo per totum annum baptismalis aqua seruabitur apte locetur, ꝙ vas forma rotunda, vel octangula sit, aliaue capellæ respondente, & vasi inferiori, ꝙ vas late pateat cubitos duos, profundum vncias 12. pro ecclesiæ ratione. Hoc vas altius inferiori locetur vncias 16. perpendiculo ad illud declinans.

Cochlear argenteum ad aquam capiti infantis infundēdam adhibeatur, ꝙ superiori vasi manubrio appendatur e cuius altera parte canale paruulum existat, vnde tenuiter in caput infantis aqua infundatur.

De Ciborio.

Operimentum, vel ciborium eius è marmore solidovè lapide in īsignioribus ecclesijs fiat, & columellis pilastrisq; angustioribus, vt in intercolūnijs satis commodi spatij detur, altitudine duorū cubitorum suffultum, firma structura nitatur, quæ columellæ pilastratævè vasis inferioris labro sūmo fixæ collocentur, In ēa vero columellarum summitate ornatus decens & coronix de architecti consilio adhibeatur, tum totum opus operimenti tegatur tecto marmoreo forma orbiculari, vel pyramidali, in cuius summa parte statua collocetur S. Ioannis Baptistæ, Christum Dominum baptizantis. Spatia vero illa inter pilastratus interiecta abaculis æneis aliqua pia historia conflatis, ita occludātur, vt cum opus erit, amoueri possint.

De Mensa.

Vasi baptisterij ad baptismatis aquę seruandæ munditiem, mensa è duab. tabulis nuceis constans, & fibulis ferreis media inter se iuncta, & inter ciborium, & vas ipsum collocata adhibeatur, qua eiusdem vasis ostium pro illius vasis forma, & modo plane tegatur, & claudatur.

De Columnario.

Situs baptisterij solidetur tessellato opere marmoreo,& cingatur colũnario opere à sũmo gradu,forma vero columnarij sit pro baptisterij ędificij forma, constet columnis octo ordine singulis,vel 16.ordine binis,& si sit sexãgula forma, colũnis sex,vel 12. pro formæ ratione. ornetur & tegatur à summa parte zophero & coronide,de architecti consilio. Operiatur tecto laqueato,vel fornice, vel opere concamerato arundinibus firmiter contexto, tectorijsque incrustaturæ,& albarij operis cęlati, inaurariq; specie exornato. Septum etiã sit hoc columnarium clathreo opere, ab vna ad alteram columnam ducto.

Conopæum ad ciborium totum tegendum adhibeatur,idque ex serico, vel subserico coloris albi.

Armarium vero in quo sacri chrismatis,& olei cathecumenorum vasculum, liber Ritualis Sacramentorum, mãtilia, & reliqua ad baptismi necessaria reponũtur,in ipsa capella ab aliquo latere in pariete,vel parieti adhęrens de consilio architecti fiat, valuis sera & pessulo bene clausum, & marmoreo opere sculpturave pijs imaginibus elaborata ornatũ, intrinsecus vero partitum, pro ratione & vsu rerum quæ ibi seruandæ sunt, & tabulis populeis circumamictum,vt ab humiditate, quæ ex muro vel marmore existit, omnino defendatur,& panno serico albi coloris vndique circumuestitum sit.

Vbi autem præ situs angustia, vel facultatis tenuitate S. Ioãnis Baptistæ sacellum & baptismum ita altũ extrui non potest, angustius fiat seruata tamẽ eadem forma,ita vt baptisterium amotu columnario opere, clathris solum ferreis gradui quem vnum tantũ in descensu habeat,affixis cingatur,& tecto sacelli solo operiatur, cum alterum proprium præ ædificij humilitate habere nõ possit,Facultas etiã operimẽti,vel ciborij,cum armario quoque coniuncti, ex ligno, forma infra demonstranda construendi erit, vbi id marmoreum fieri non poterit.

De alia forma Baptisterij.

In ecclesia intus ad ostium maius à latere Euangelij capella extruatur ad instar aliarum pro altaribus, vt supra constructa. Vbi vero extrui non potest quæ tantum spatij contineat, saltem ita ampla sit,vt locus sit sacerdoti baptismũ ministrãti, & cõpatribus; vel ex alia parte locetur. At vbi capella fieri non potest paries saltem intra ecclesiã ibidẽ excauetur,vt foras etiã ad hemicicli formã promineat,in qua concauitate baptisterium totum, vel pars aptè cohæreat,& clathris ferreis à tribus partibus sepiatur. Sed si nec hoc modo construi potest saltẽ ab eodem latere prope parietem locetur, sic tamen quòd ianuæ impedimento nõ sit,& clathris muniatur,relicto inter ipsa & opus baptisterij cubiti spatio,& vbi præ inopia baptisteriũ clathris ferreis sæpiri non potest; ligneis saltem Episcopi concessu fiat.

Vasculum præterea phialæ argẽteę vel stamneę forma confectum sit tres vncias aquæ capiens, ꝙ operculũ habeat cathenula minuta affixũ, quo in orbem vbiq; versatili integatur, tum alteram catenulam operculo trib.vnc. altiorem, quæ illi deferendo vsui esse possit, adiũcta huic catenulę cordula sericea, quæ dũ affertur à collo sacerdotis ferentis pendeat;& hoc vas vsui sit ad reportandum aquam baptismalem è Cathedrali & plebana Ecclesia ad ecclesiam quamlibet parochialem Sabbato sancto, & Vigilia Pẽtecostes.

De ordine administrandi sacramentum Baptismi.

In administratione Baptismi parochus existens in ianua Ecclesiæ cotta & stola alba indutus, intellecto nomine baptizandi extra fores,infante brachio

chio dextro patrini innixo, dicat, Ioannes, vel Maria, Quid petis ab Ecclesia Dei? Resp. Patr. Fidem. Sac Fides qd tibi præstat. Patr. Vitam æternam. Sac. Hæc est autem vita æterna: Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum ficut teipsum. Tum insufflet ter in faciẽ baptizãdi in modum crucis, d. Exi ab eo spiritus immunde, & da locum Spiritui sancto paraclero, In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen. Ipse enim tibi imperat qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergẽti dexteram porrexit; Ergo maledicte diabole recognosce sententiã tuam, & da honorẽ Deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo filio eius & Spiritui sancto vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei, qa eũ ita sibi Deus, & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem fontemque baptismatis dono vocare dignatus est, vt hoc signũ sanctæ ✠ Crucis, (hic pollice signet frontẽ) quod nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole, numquã audeas violare, per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Oremus. Oratio. Omnipotẽs sẽpiterne Deus pater Domini nostri Iesu Christi respicere digneris super hũc famulum tuum N. quem ad rudimẽta fidei vocare dignatus es, & oẽm cęcitatem cordis ab eo expelle, disrũpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, Per eundem Christum Dominum nostrũ. Amen. (Benedictio salis) Benedic ✠ omnipotens Deus hanc creaturam salis tua Bene ✠ dictione cœlesti, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus sancti ad effugandum inimicum, quam tu Domine sanctificando, sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, fiatque omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine eiusdẽ Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignẽ. Amen. (Tunc inserat de ipso sale in ore infantis, dicens,) N. accipe salem sapientiæ qui propitiatio fit tibi in vitam ęternam. Amen. Pax tibi. Respond. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus Patrum nostrorum, Deus vniuersę author veritatis, te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum propitius respicere digneris, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, sed eum cibo repleas cœlesti, quatenus sit semper tuo spiritu feruens, spe gaudens, tibi iugiter seruiens, & perduc eum ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrũ. Amen. (Deinde pollice signet eum sancto signo Crucis. In Fronte dicẽs) Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucem Domini (In auribus) Signo tibi aures ✠ vt audias diuina præcepta, (in oculis) signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem Dei. (In ore.) Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vitæ, (in pectore) signo tibi pectus ✠ vt credas in Deum. (In scapulis) Signo tibi scapulas ✠ vt suscipias iugum seruitutis eius. (In toto corpore) Signo te totum in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti. vt habeas vitam æternam, & viuas in secula seculorum. Amen. Oremus. Oratio. Preces nostras, quæsumus Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum N. Dominicæ crucis impressione signatum perpetua virtute custodi, vt agnitionis tuæ rudimenta seruans per custodiam mãdatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christũ Dominum nostrum. Amen. (Tum sacerdos pollice & indice accepto proprio sputo tangat ei aures & nares, tangẽdoq; vtranq; aurẽ dicat) Epheta, quod est adaperire, (& tangẽdo nares dicat, in odorẽ suauitatis (subdẽs) Tu aũt effugare dia-

diabole; appropinquabit enim regnũ Dei. (His actis Sacerdos ponat extremam partem ſtolæ in manibus baptizandi, ſi adultus, ſin minus in manib. patrini portantis, & introducat eum in eccleſia d.) N. ingredere eccleſiam Dei, vt habeas partem cum Chriſto in vitam æternam. Amen. Et dum accedunt ad baptiſmi fontem tã per ſacerdotem, quam per baptizandum, vel eius ſuſceptores coniunctim dicitur, Credo in Deum patrem. & Pater noſter. (poſtea interroget baptizandum proprio nomine, d.) N. Abrenuntias Satanæ? Reſp. Abrenuntio. Sac. & omnibus pompis eius? Reſp. Abrenũtio. Sac. & omnibus operibus eius? Reſp. Abrenuntio. (His dictis pollice oleo catechumenorum intincta baptizandum in pectore, & inter humeros vngat in modum crucis. d.) Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto Ieſu Domino noſtro, vt habeas vitam æternã. Amé. (poſtea abſtergat ſudariolo, & interroget d.) Credis in Deum patrem omnipotentem creatorem cęli & terræ? Reſp. Credo. Sacerd. Credis in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum natũ, & paſſum? Reſp. Credo. Sacer. Credis in Spiritum ſanctum, Sanctam Eccleſiam catholicam Sanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam æternam? Credo. (Tũ expreſſo nomine baptizandi, Sacerdos dicat) vis baptizari? Reſpõ. Volo. (baptizans vero in caſu neceſſitatis omiſſis his verbis, & forma infraſcripta, parochus omnia alia exequatur) Tũc patrinus, vel matrina admoueat manus baptizando, & Sacerdos baptizans ſemel tantũ, dicat,) Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spũs ſancti ✠ Amé. (ad ſingulas cruces fundens aquam baptiſmi ſuper caput baptizandi, deinde dicit) Pax tecum. Reſp. & cum ſpiritu tuo. (Et intingẽs Sacerdos pollicem in chriſmate ſignat in vertice, & dicit orationé) Oremus. Deus omnipotens pater Domini noſtri Ieſu Chriſti qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem peccatorum omnium, ipſe te liniat chriſmate ſalutis in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro in vitam æternam. Amen. (& album ſudariolũ capiti baptizati imponit, & ſimul abſtergit dicens) accipe veſtem candidam, & immaculatam, quam proferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam. Amen. (poſtremo dans ei vel patrino candelam accenſam dicit) accipe lampadem ardenté & irreprehenſibiliter cuſtodi baptiſmum tuum, vt cum Dominus noſter venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei in aula cęleſti. Amen. Tum ſudariolo ſacerdos aqua intincto loca baptizati ſacro oleo inũcta, ſcilicet pectus, ſcapulas & caput, & etiã pollicé proprium abſtergat, & ſuper ſudariolum ipſum aquam iterũ infuſam in ſacrarium exprimat.

His actis, parochus librum habeat in quo baptizatos deſcribat, & deſcribat nomen ac cognomen baptizati, & ſuſcipientium, hac forma.

Die 13. mẽſis Iulij 1593. Antonius & Ioannes Maria filius Domini N.N. & Dominæ N.N. eius legitimæ coniugis, baptizatus fuit per me presbyterum N.N. parochũ eccleſiæ Sãcti, &c. vel per me presbyterum N. de licentia Parochi, & ſi filius eſt illegitimus, ſi quidem parentibus certis, ſcribatur filius naturalis Domini N. N. & N. N. eius concubinæ, quòd ſi mater ſcitur, pater vero eſt incertus, dicatur filius talis mulieris, & Domini N. N. vt ipſa aſſerit, quòd ſi vterque parentum ignoratur, ſcribatur, ex poſitus, natus ex parentibus incognitis, &c. patrino Domino N.N. & ſuſceptrice Domina N. N. Huius verò libri exemplum quotannis mittatur ad Epiſcopum.

Baptizati qua forma ĩ libro deſcribendi.

Sen-

Sententiæ.

Baptiſmus triplex.

AVguſt.de bapt.con.Donat. lib.4.c.22.baptiſmi vicem aliquando implere paſſionē,de latrone illo cui non baptizato dictū eſt, Hodie mecū eris in paradiſo non leue documentum item B.Cyprianus aſſumit,ꝙ etiam atque etiam conſiderans inuenio, inquit,non tātum paſſionem pro nomine Chriſti,id ꝙ baptiſmo deerat poſſe ſupplere,ſed etiam fidem cōuerſionemq; cordis, ſi forte ad celebrādum miſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt.

Idem de pecc.meritis & remiſſ. cō. Pel.lib.1.c.23. Ab hoc peccato,ab hac ægritudine,ab hac ira Dei,cuius naturaliter filij ſunt,qui etiam ſi per ętatē non habent proprium, trahunt tamē originale peccatum, non liberat, niſi Agnus Dei qui tollit peccata mūdi, non niſi medicus qui non uenit propter ſanos,ſed propter ægrotos, nō niſi Saluator, de quo dictum eſt generi humano;Natus eſt vobis hodie Saluator,non niſi redemptor,cuius ſangui ne deletur debitum noſtrum,Nā quis audeat dicere,non eſſe Chriſtum infantum Saluatorem, nec Redemptorem?vnde autem ſaluos facit, ſi nulla eſt in eis originalis ægritudo peccati? vnde redimit, ſi nō ſunt per originem primi hominis venditi ſub peccato? Nulla igitur ex noſtro arbitrio pręter baptiſmum Chriſti ſalus æterna promittatur infantibus.

Baptiſmus oībus neceſſarius, cum ſeq.

Amb.lib.de ijs qui miſt.init.c.4.credit cathecumenus in crucem Domini Ieſu, qua & ipſe ſignatur, ſed niſi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filii,& Spiritus ſancti, remiſſionē nō poteſt accipere peccatorum, nec ſpiritalis gratiæ munus haurire.

Clem.Rom.ep.4.ad Iulium, & Iulianum. Nec putetis,ꝙ etiam ſi omnē pietatem colatis,omnemque iuſtitiā, baptiſmum vero non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud Deum.

Conc.Trid.de ſacr.bapt.ſeſſ.7. can. 5.ſi quis dixerit baptiſmum liberū eſſe,hoc eſt nō neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.

Idque procedit etiam in paruulis, vt ſupra.Vnde etiam.

Chriſoſt.hom.de Adā & Eua. prædicat eccleſia catholica,vbique diffuſa debere paruulos baptizari propter originale peccatum. Et inf.quia ipſa conceptio ſine carnis cupiditate non ſit.

Baptiſmus etiam paruulis ē neceſſarius.

Aug.li.3.de anima,& eius origine, noli credere,noli dicere,infantes antequam baptizentur,morte præuētos peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum,ſi vis eſſe catholicus.

Conc.Trident. ſeſſ.5.in decreto de peccato originali. Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil trahere originalis peccati, ꝙ regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam cōſequendam, Vnde ſit cōſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum, non vera ſed falſa intelligatur, anathema ſit.

Non iterandus.

Baſil.lib.de Sp.S. vnum nouimus ſalutiferum baptiſma, quando quidem vna eſt pro mundo mors, & una ex mortuis reſurrectio, quarum figura eſt baptiſma.

Clem.Papa.lib.6.conſt.Apoſt.c.15. qui miſtice initiatos,iterum baptizare aggreditur,iterum agunt in crucē Dominum, iterumque eū interficiūt, irrident diuina,ludibrio habent ſancta,contumelia afficiunt Sp.S. & ſanguinem illum ſanctum ut communē paruipendunt,impij ſunt in eum qui miſit,in eum qui paſſus eſt, in eū qui teſtimonium præbuit.

Baptiſmus non reiterandus.

Dam.lib 4.ſid.ortod. c.10. Iam uero baptiſmum unum in peccatorū remiſ-

missionem, & vitam æternam confitemur, baptismus quidem mortem Domini designat, per baptismum enim cum Domino sepelimur, vt D. Ap. ait, quemadmodũ igitur Dominus semel morte perfunctus est, sic nos etiã semel baptizari necesse est, baptizari inquam vt à Domino dictũ est, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.

Rom. 6.

Concil. Trid. de sacr. in genere. sess. 7. can. 9. Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo, s. Cõfirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, vnde ea iterari nõ possunt, anathema sit.

Alexã. 3. Papa Abbati S. Genouefæ, vt hr̃ in c. ex litter. de apost. Ex litterarum tuarum tenore perpendimus, quòd quidam ægritudine longa confectus, insano sortilegarum mulierũ credens cõsilio, vt sanaretur per iterationem fecit iniuriam sacramento baptismatis, & inf. quia ergo tua nos prudẽtia duxit consulẽdos qualiter puniri debeat acolythus, quẽ minor ætas & intentio fraternæ salutis excusare videtur, D. t. præsentibus litteris r. quòd ad superiores ordines promoueri, si publicum est, quòd propon. f. nõ valebit, nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis ipsius, circa cũ valeat dispensari, Si vero occultum est promoueri poterit & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

Paruuli in fide parentum, vel offerentium & ecclesiæ recte baptizantur.

Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 23. quo loco perscrutari illud homines solent, cum eo accepto plerique moriãtur priusquam ex eo quicquã cognoscere potuerunt. qua in re satis pie recteque creditur prodesse paruulo eorum fidem à quibus consecrandus offertur.

Paruuli nõ baptizati omnib. minus puniẽtur.

Idem de pecc. mer. & rem. con. Pelag. li. 1. c. 16. potest proinde recte dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros.

Idem d. li. 3. c. 23. Dicunt, quid opus erat vt nasceretur qui antequã iniret vllum vitæ meritũ excessit è vita? aut qualis in futuro iudicio deputabitur, cui neque inter iustos locus est, quoniam nihil recte fecit, neque inter malos quoniam non peccauit? quibus respondetur. Ad vniuersitatis complexum, & totius creaturæ, vel per locos, vel per tempora ordinatissimam connexionem, non posse superfluo creari qualemcunque hominem, vbi foliũ arboris nullum superfluo creatur.

Paruuli cur añ baptismum moriãtur, inscrutabile, non tamẽ superfluum iudicãdum.

Concil. Tr. de sacr. bapt. sess. 13. can. 13. Si quis dixerit paruulos, eo quòd actũ credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles cõputãdos non esse, ac propterea cum ad annos discretionis peruenerint esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum baptisma, quam eos non actu proprio credẽtes baptizari in sola fide catholica, anathema sit.

Paruuli recte baptizantur, & eis est baptismus necessarius, nec rebaptizãdi sũt.

De eius materia.

Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.

Chris. hom. 24. in Io. nam quòd pernecessaria sit aqua, vel inde perspicuum est, quòd cum ante aquam Spiritus inspirasset, in hoc tamen non quieuit Apostolus, sed ad aquæ necessitatẽ ostendẽdam ait, nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos.

Materia baptismi aqua.

Concil. Flor. de sacr. materia huius sacramẽti est aqua vera & naturalis, nec refert frigida sit an calida, & idẽ statuitur in Conc. Trid. sess. 7. can. 2. & probatur alijs testimonijs supra in materia adductis, cum rationibus ibidẽ positis.

De eius forma.

Amb. de ijs qui mist. init. c. 4. cathecumenus nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filij & Sp. S remissionẽ non potest accipere peccatorum.

Forma baptismi.

Conc. Flor. de sacr. in vnione Arm. Forma huius sacramẽti est, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus

ritus ſancti, & aliis teſtimoniis ſupra in materia adductis.

De eius Miniſtro.

Aug.de bapt.con.Don.lib.1.c.2.Nã ſi quẽ forte coegerit extrema neceſſitas, vbi catholicum per quẽ recipiat nõ inuenerit,& in anima pace catholica cuſtodita, per aliquem extra vnitatem catholicam poſitum acceperit, quod erat in vnitate catholica accepturus,ſi ſtatim etiam de hac vita migrauerit,non eum niſi catholicum deputamus. Si autẽ fuerit à corporali morte liberatus,cum ſe catholicæ congregationi etiã corporali præſentia reddiderit, vnde nunquam corde diſceſſerat,non ſolum non improbamus quod fecit,ſed etiã veriſſime,ſecuriſſimeq; laudamus,quia præſentem Deum credidit cordi ſuo, vbi vnitatẽ ſeruabat, & ſine ſancti baptiſmi ſacramento, quod vbicunque inuenit, nõ hominum, ſed Dei eſſe cognouit, noluit ex hac vita migrare. Subiungit tamen non debere accipi, extra eccleſiam ſi aliter fieri poteſt.

Baptiſmus etiã ab infidelib. datus valid9 eſt.

Et lib.3.con.Donat.c.15.t.7.quamobrem ſi euãgelicis verbis in nomine Patris & Filii & Sp.S. Martion baptiſmum conſecrabat, integrum erat ſacramentum.

Et li.de vnico bapt.c.9. quiſquis extra eccleſiam fuerit ab hæreticis, vel ſchiſmaticis,tamen Chriſti baptiſmate conſecratus, cũ ad eccleſiam uenerit, non eſt negandum ſacramentum veritatis,quo imbutus eſt,ſed adiiciẽda eſt pietas vnitatis, à qua ſeparatus eſt, & ſine qua illud ineſſe illi poſſit prodeſſe non poſſit.

Conc.Flor.de ſacr.in vn.Arm.Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos,cui ex officio competit baptizare,in caſu autem neceſſitatis nõ ſolum ſacerdos vel diaconus,ſed etiam laicus vel mulier, imo etiam paganus & hæreticus baptizare poteſt,dũmodo ſeruet formam eccleſiæ, & intendat facere quod facit eccleſia, & idẽ decernitur in Cõc. Trid.de ſacr. bapt.can.4.

De eius effectu, & laudibus.

Baſ.hom.42.exhort.ad S.baptiſma. ô rem admiratione dignam. renouaris,& non conflaris, reformaris & nõ contereris,curaris, & non dolore affligeris,& non conſideras beneficiũ? Si ſeruus eſſes, & propoſita eſſet ſeruis libertas,nonne ad ſtatam diem occurriſſes,patronos conduxiſſes,& iudices inuocaſſes, vt omni molimine in libertatem aſſereris.

Et inf.Baptiſma captiuorum redẽptio, debitorũ remiſſio,mors peccati,regeneratio animæ, indumentũ lucidum,ſigillum,cui nullæ inſidiæ ſtrui poſſunt,vehiculũ ad cælum,regni largitor,adoptionis donum.

Baptiſmi effectus & encomia, cum ſeq.

Bern.ſerm.in cęna Dñi.lauamur in baptiſmo, quia deletur chirographũ damnationis noſtræ,& gratia hęc nobis confertur, ne iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen a conſenſu abſtinemus.

Naz.orat.40.in S.baptiſma. Baptiſmus ſplendor eſt animarũ,vitę in melius mutatio, conſcientiæ ad Deũ interrogatio,baptiſmus infirmitatis noſtræ adiumentũ, baptiſmus carnis eſt abiectio,ſpiritus affectatio, verbi participatio,figmenti correctio, peccati diluuium,lucis communicatio,tenebrarum oppreſſio. baptiſmus vehiculum ad Deum, peregrinatio cũ Chriſto,fidei adminiculum, mentis perfectio,cęleſtis regni clauis,vitæ commutatio,ſeruitutis depulſio,vinculorum ſolutio, compoſitionis in meliorem ſtatum conuerſio.

Chriſ.hom.ad Neophitos. Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur paulo ante captiui, & ciues eccleſiæ ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore,& iuſtitiæ in ſorte verſantur, qui fuerunt in confuſione peccati.

Aug.li.1.con.duas ep.Pelag.c.13.dicimus baptiſma dare omnium indulgẽtiam peccatorum,& auferre crimina non radere.

Et li.3.ca.3.baptiſmus abluit quidẽ om-

omnia peccata, prorſus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue quæ ignoranter, ſiue quæ ſcienter admiſſa ſunt. ſed non aufert infirmitatem cui regeneratus reſiſtit, quādo bonum agonem luctatur.

Baptizat⁹ quid ſeruare dēat. Ambr. de init. miſt. ca. 2. ingreſſus es regenerationis ſacrarium, repete q̄d interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis, renuntiaſti diabolo & operibus eius, mundo, & luxuriæ eius, ac voluptatibus, memor eſto ſermonis tui, & nunquā tibi excidat ſeries cautionis tuæ.

Chriſ. hom. 21. ad pop. Vocis illius recorderis, quam dum ſacris initiareris, emiſiſti, Abrenuntio tibi Satana, & pompæ tuæ & cultui tuo, circa margaritarum enim cultum inſania eſt pompa ſatanica, Aurum enim conſpiſti, non vt corpus vincias, ſed vt pauperes ſoluas & enutrias, dic igitur cōtinue, Abrenuntio tibi Satana, nihil hac dulcius voce, ſi ipſam per opera exhibeamus.

Aug. lib. 4. de ſimb. ad cath. c. 1. Diabolo vos renuntiare profeſſi eſtis, in qua profeſſione nō hominib. ſed Deo & Angelis eius conſcribentibus dixiſtis, renuntio, renuntiate non ſolū vocibus, ſed etiam moribus, non tātum ſono linguæ, ſed & actu vitæ, nec tantum labijs ſonantibus, ſed operib. pronunciantibus. Scitote vos cum callido antiquo & veternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen, non in vobis poſt renuntiationem inueniat opera ſua, nō iure vos attrahat in ſeruitutem.

De patrinis vero & ceremonijs late adducta ſunt teſtimonia Patrum in materia ſupra.

Hæreſes.

Hęreſis, q̄ baptiſmus non ſit neceſſarius ad ſalutē, refellitur. PRima Hæreſis. d. Baptiſmū nō eſſe neceſſarium ad ſalutem, nec ad regnum cęlorum, aut remiſſionem originalis peccati, quæ eſt hæreſis Pelagianorum. Aug. d. lib. de hæreſib. ca. 69. & poſtea Vuitclef, Zuinglij, Luteri, Caluini, & aliorum.

Mouentur primo ex c. 17. Gen. Ero Deus tuus, & ſeminis tui, q̄ dictū eſt Abrahæ, & eius poſteritati, ſed nos per Chriſtum ſucceſſimus in poſteritate Abrahæ, ergo.

Secundo. 1. Cor. 7. Filij veſtri immūdi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.

Tertio ſic, profanatur baptiſmus cum datur ei qui ad Chriſtū non pertinet, ſicut ſigillum regium, cum eo ſignatur falſum diploma.

Quarto, infantes Iudæorū qui ante octauum diem moriebantur, non poterant circuncidi, & tamen nō eſt veriſimile eos perijſſe, ergo ſine circunciſione ſaluabātur; ſed eadem eſt ratio baptiſmi apud Chriſtianos, & circunciſionis apud Iudæos, ergo.

Quinto, Si baptiſmus eſt neceſſarius peribūt ſine ſua culpa infiniti infantes, quòd alienū videtur à Dei miſericordia, ergo.

His tamen non obſt. ſententia catholica & veriſſima eſt baptiſmum eſſe neceſſarium ad ſalutem, vt probatum eſt ſupra in materia. & probatur vlterius ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. & can. 5. ſeſſ. 6. ca. 3. Ex Innoc. 1. epiſt. 26. Leone I. ep. 80. Ex Patrib. Iren. lib. 3. c. 19. Orig. in ca. 6. ad Rom. Naz. orat. in S. lauacrum. Baſil. orat. 13. de exhort. baptiſmi. Cipr. li. 3. ep. 8. Amb. lib. 2. de Abrahā. c. 6. Hier li. 3. cōt. Pelag. Aug. lib. 1. de pecc. mer. & rem. c. 16. 23. 24. 27. li. 2. de orig. animæ. c. 12. & li. 3. c. 9.

His ſtantibus ad contr. reſp. & primo, q̄ obijciunt, q̄ filij Chriſtianorū naſcuntur liberi à reatu peccati originalis, non q̄ non habeant peccatum, ſed quia eis non imputatur cum ſint filij Sanctorum. Reſp. enim q̄ Iacob & Eſau erant filij optimi patris Iſaac, & tamen Deus dilexit Iacob, Eſau odio habuit, Rom. 8. filij ergo Sanctorum non naſcuntur ſancti. præterea Dauid erat filius hominis fidelis, & tamen d. ſe in iniquitatibus conceptum eſſe. Pſ. 50. & Ap. erat filius Sanctorū, vt d. 2. Cor. 11. & tamen dicit Eph. 2.

Eramus

Eramus & nos natura filij iræ.

Ad primum resp. promissionem illam ad litteram non fuisse promissionem remissionis peccatorũ, sed peculiaris gubernationis, & protectionis & terrenæ fœlicitatis, sensu tamẽ quodam mistico, fuisse etiam spirituales promissiones, & remissiones peccatorum, & vitæ æternæ, & ad nos pertinere, sed ad nos descendere non per carnalem generationem parentum, sed per spiritualem regenerationẽ Christi, vt patet Rom. 4. & 9. & Gal. 3. & 4. esse veros filios Abrahæ qui non sunt filij carnis, sed Dei. i. qui imitãtur fidẽ Abrahæ i. incipimus esse filij Abrahæ cum incipimus esse fideles, ꝙ paruuli non faciunt nisi cum baptizantur, q̃a illis baptizari est credere, vt d. Aug. li. 1. de peccatorum meritis & rem. c. 27. Vlterius per carnalem generationem non possumus fieri filij Abrahæ, cum parentes nostri ab Abraham non descendant, sed quia Christus vere fuit filius Abrahæ, tunc nos etiam incipimus esse filij Abrahæ, cum incipimus esse Christi filij, vel fratres, ꝙ non potest fieri nisi per baptismum. Ioã. 1. & Io. 3. & docet Aug. ep. 200. ad Aselicũ.

Ad secundum, ꝙ, quicquid significetur per hanc filiorum sanctitatem, nõ posse intelligi filios fieri sanctos sine baptismo, vt d. Aug. li. 3. de pecc. mer. & rem. c. 12. quia ibi Ap. d. sanctificari cõiugem infidelem per fidelem, & tamen stultum est coniugem infidelem sine conuersione ad Deum & baptismo Christi posse peruenire ad salutẽ, eo solo ꝙ adhæret coniugi fideli. prçterea locus ille exponitur filios ibi vocari sãctos quadã sãctitate ciuili, q̃a legitimi nõ spurij sint, vt ibi exponũt Ambr. S. Th. & Ansel. Vel filios ibi dici sanctos, quia consecrãtur Deo per alterum coniugem fidelem, & per baptismum Christiani fiunt, & in timore Dei educantur, vt exponit Tert. lib. 2. ad vxorem, & ex eo Hier. lib. 1. con. Iouin. & ep. 153. ad Paulinum. & Aug. li. 2. de pecc. mer. & rem. c. 26. & lib. 3. c. 12. & lib. 1. de serm. Dñi in monte. ca. 27. Vel ꝙ infidelis sanctificatur per fidelem, quia ab eo discit seruare leges coniugij, & non abuti matrimonio, vt faciunt infideles.

Ad tertium respon. baptismum nõ profanari, cum datur immundis, sed potius sanctificare & mundare immũdos, quia est instrumentum conferẽs gratiam, & signum gratiæ quæ tũc datur, & non ad sigillum gratię acceptę, vt d. Caluinus.

Ad quartum resp. arg. constare rebus incertis, multi enim veteres negatũt circũcisionem datam in remediũ contra peccatum, non scitur etiã, an ante diem octauum filij hebræorũ habuerint aliquod remedium. præterea remedium datum à Christo est certissimum, communissimum, & facillimũ; tunc vero quid fieret sciri non potest cum scriptura nil dicat. id vnum certo scimus ex diuinis literis omnes nasci peccatores, nec saluari, nisi ꝑ Christi passionem certis medijs applicatã, vt d. Aug. trib. lib. de pecc. mer. & rem. & quatuor libris de origine animæ.

Ad 5 resp. Dei iudicia esse occulta, cur tot paruulos perire sinat, iustissima tamen vt d. Aug. li. 2. de bono perseu. c. 12. & Prosp. li. 2. de vocat. gen. c. 8. quia paruuli licet sine sua culpa non baptizẽtur, nõ tamẽ sine sua culpa pereunt, cum habeãt peccatum originale, nec habent aliud remedium prçter baptismum, vnde tam propere curritur ad baptismũ, vt d. Aug. ep. 28. Nec prædicti infantes sine baptismo saluãtur, vt d. Aug. lib. 3. de orig. animæ. ca. 10. quia prædictis remedia efficacissima ad salutem prouidit, vnde omnes qui prædestinantur, si in infantia moriuntur, sine dubio baptizãtur, & contra si reprobi sint non baptizantur.

Secunda hæresis. d. Martyriũ & pœnitentiam non supplere vicem baptismi. ita Kemnitius. 2. p. examinis. pag. 90. 91. 92. Heresis, ꝙ martyriũ & pęnitẽtia nõ suppleant vicẽ baptismi, refellitur.

Mouetur sic, Martyrium & pęnitentia sunt opera nostra, absurdum vero est huiusmodi æquari sanguini Christi, & virtuti baptismi confirmat ex Aug.

Aug.lib.4.con.Don.c.12.d.latronẽ bonum non paſſione ſua obtinuiſſe remiſſionem peccatorum, ſed ex fide apprehendente Chriſtum.

His tamen non obſt. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, martyrium & pęnitẽtiam modo expoſito ſupra in materia, æquare baptiſmum, & eius vicem ſupplere, vt probatũ ibi late fuit. Et probatur ex Tert.li.de bapt.Cipr.li.de exhort.mart.Amb.in Pſ. 118.ſerm.3. Hier.in c.4.ad Eph.Aug. li.13.ciu.c.7.quo ad martyriũ.& probabile eſt, ꝙ ex opere operato martyrium conferat primam gratiam, ita vt ſufficiat accedere ad martyrium cum fide & dilectione inchoata, & pęnitẽtia imperfecta, licet alias ĩ pcatis ſit, modo non habeat is actualem cõplacentiam in peccato. vt d.D.Tho.4.d.4. q.3.art.3.q.3.ad 1. & q.4.& ibi Maior. De pęnitẽtia habetur per Ambr.orat. de obitu Valenriniani.Aug.li.4 de baptiſmo.c.22.Bern.ep.77.& habetur in c.ad Apoſtolicam.de presb. non bapt. & in Conc. Trid. ſeſſ.6.c.4.

Ad arg.Kemnitij.Reſp. nos non æquare opera noſtra virtuti baptiſmi, vel Chriſti ſanguini, cum dicimus per martyrium & pœnitentiã remitti peccata, & ſuppleri baptiſmũ, ſed ęquare Dei gratiam Dei gratiæ, & Chriſti pactum & inſtitutionem Chriſti pacto & inſtitutioni, quia vt in baptiſmo aquæ, ꝙ præcipue operatur eſt inſtitutio diuina & gratia, ſic etiam in martyrio & pęnitentia, quia paſſio martyrũ ex ſe non habet vim iuſtificãdi, ſed ex pacto & ꝓmiſſione Chriſti. Similiter & pœnitentia ac conuerſio eſt ſolum quædam diſpoſitio, ad quam ex pacto & promiſſione Dei ſequitur iuſtificatio, præterea diſpoſitio eſt præcipuũ opus Dei, qui primo inſpirat pęnitentiam & amorem martyrii, tum iuuat ad proficiendum.

Hęreſis, ꝙ aqua non ſit materia baptiſmi, refellitur. Tertia hæreſis d. aquam nõ eſſe materiã baptiſmi, ſic ſenſere Manichęi, teſte Aug.lib.de hær.c.46. & ſequitur Seleucro & Hermia.

Mouentur, nam ſcripturæ quando comparant baptiſmum Ioannis cũ baptiſmo Chriſti, d.Ioannem baptizaſſe in aqua, Chriſtum baptizaturũ Spiritu ſancto & igne. Math.3.Luc.3.Io. 1.Act. 1.

Contraria tamen ſententia catholica eſt & veriſſima, ꝙ aqua naturalis requiratur ad baptiſmũ, vt eſt probatum ſupra in materia, & definitur in Conc.Trid.ſeſſ.7.can.2.

Quo ſtante ad contr.reſp. nã authoritates illæ non dicunt ſolam differentiam inter baptiſmum Ioãnis & Chriſti eſſe, ꝙ vnum eſſet in ſola aqua, & alterum in ſolo ſpiritu vel igne, ſed ꝙ vnum eſſet in ſola aqua, alterum non in ſola aqua, ſed in aqua & ſpiritu, vt dicitur Io.3.& 1.Ioã.3. ꝙ vero dicitur de igne.Mar.3.& Luc.3.non intelligitur ibi ignis elementaris, ſed cęleſtis & diuinus, vt coniungitur cum Sp. S. poſſũt vero ſignificari illo igne, vel linguæ igneæ quæ deſcenderunt in Apoſtolos die Pentecoſtes, vel ignis Purgatorii, vt d.Hier.in c.3.Math.& Beda in cap.3.Luc. vel ignis diuini amoris, vt exponit Ilar. can.2.in Mat.vel ignis tribulationis in hac vita, qui nulli baptizato deeſt, vt exponit Author operis imperfecti in Math.c.3.

Hęreſis errans in forma baptiſmi refellitur. Quarta hæreſis errat in forma baptiſmi, licet enim oẽs fere diuina prouidentia conueniant in forma baptiſmi ne infiniti fere infantes pereãt, tamen in hoc aliqui ſunt & fuerunt errores, quidam enim tempore Apoſtolorum baptizabant in nomine trium principio carentium, vt trium Patrũ, trium filiorum, trium paracletorum, ꝗ error damnatur. can.48. Apoſtolorum.Gnoſtici, vt d.Iren.lib.1.c.18.baptizabant in nomiue ignoti patris, in veritate matris omnium, & in nomine deſcendentis Ieſu.Paulianiſtæ non baptizabant in nomine patris, & filii, & Sp.S.ideo denuo baptizari iubẽtur in Concil.Nic.can.19. & Laodicenſ. can.8.aliqui Arriani, ĩ nomine patris per filiũ in Spiritu ſancto. Alii in Domini mortem, Lutherus d.nõ eſſe neceſſariam determinatam formam in ba-

baptiſmo, Zuingliani baptizabant in nominibus patris, filij, & Sp.S. qui eſt Arianiſmus, q̃a nomẽ ſignificat poteſtatẽ, & authoritatẽ ex ſcriptura Mar. vlt. Ioã. 5. Sed vt eſt vna Deitas trium perſonarum, ita vnum nomẽ, vna virtus, vna authoritas. Vnde Ambr. lib. 2. de ſacr. c. 7. & Hier. in c. 4. ad Eph. d. in baptiſmo fieri trinam immerſionem, & tamen non dici in nominibus, ſed in nomine patris &c. ex catholicis pter hos errores, eſt incommoda quorundam opinio, q̃ ad baptiſmum ſufficiat inuocatio vnius diuinæ perſonæ, & maximè Chriſti. Sic ſentire vſ Amb. li. 1. de Sp.S. c. 3. Beda i c. 10. Act. & Bern. ep. 340. Mouentur primò, nã Apoſtoli baptizabant tantũ in nomine Chriſti. Act. 8. 10. 19. Secũdò, nam in qualibet perſona diuina implicitè cõtinentur oẽs tres, qui .n. d. Chriſtum, d. patrem vngẽtem, filium vnctum, & Sp.S. quo vnctus eſt, qui d. Patrem d. Filium, & Sp. oris eius, qui d. Sp.S. d. Patrem, & Filium à quibus ſpiratur.

Quicquid tamen ſit de hoc, baptiſmum datum in nomine Chriſti abſolutè, vel ſub conditione eſt repetendum, vt d. grauiores Theologi. 4. d. 3. Vera ergo forma baptiſmi eſt, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Sp.S. Io. vlt. & habetur in Conc. Flor. & latè ſupra eſt probatum in materia, & q̃ tres perſonæ diuinæ ſint exprimẽdæ patet in c. ſi reuera. & c. multi ſunt, & c. in ſynodo, de conſ. diſ. 4. & can. 49. Ap. Ex patrib⁹ id probat Dion. c. 2. de hier. ecc. Iuſt. apol. 2. Orig. in 6. c. ad Rom. Ath. ſerm. 2. cõt. Arr. Chriſ. in c. 5. ad Eph. Naz. orat. in S. lauacrũ. Dam. lib. 4. c. 10. Tert. li. con. Praxiã. & de corona militis, Ilar. li. de ſynodis. Amb. lib. 2. de ſacr. c. 5. 7. Aug. lib. 6. de bapt. c. 15.

Ad primum. Reſp. primò eos id feciſſe peculiari iſpiratione Sp.S. rationibus in materia allegatis, vel q̃ Ap. in nomine tm̃ trium perſonarũ bapti zarunt, vt cõfirmarı põt ex c. 19. Act. q̃ verò dr̃ Act. 2. 8. 10. 19. eos baptizaſſe in noĩe Dñi Ieſu, Reſp. id poſſe intelligi vt dicant baptizaſſe in fide dñi Ieſu, vel authoritate eius, vel baptiſmo à Chriſto inſtituto, vel in noĩe dñi Ieſu adiũcto Patre, & Sp.S. Sic .n. hæc loca vſ intelligere Ilar. li. de ſynodis ad ſi. Fulg de Incar. & gratia Chriſti. c. 11. Baſ. lib. de Sp.S. c. 12.

Ad ſecundũ. Reſp. non ſufficere in baptiſmo implicitam metionem triũ perſonarũ, tum quia Dñs in Euangelio, & oẽs patres explicitam tradunt, tum quia ſacramẽta ſunt ſigna externa, & ſenſibilia, ideò oportet inuocationem triũ perſonarũ exterius & ſenſibiliter ſonare, nec ſufficit ſi vnius pſonæ inuocatio exterius ſonet, aliæ ũ verò ſola mente concipiatur, quod fit quando ſolum implicitè inuocantur.

Quinta hæreſis d. laicos non poſſe baptizare ẽt in extrema neceſſitate, ita Calu. li. 4. Inſt. c. 15. §. 20. 21. & 22. Obijcit autem primò Chriſti mandatum. Mat. vlt. Euntes docete &c. quòd pertinet ad ſolos apoſtolos, ergo. Hęreſis, q̃ laici non poſſint baptizare in neceſſitate, refellit.

Secundò, nam veteribus ẽt, ait, nõ rectè cõſtabat an rectè fieret, vt laici ĩ neceſſitate baptizarẽt, licet hunc morem ipſi tenerẽt, vel permitterent, q̃ pbat ex Aug. li. 2. cont. Parm. c. 13. vbi & ſi laicus inquit neceſſitate compulſus baptiſmũ dederit, neſcio an quiſquam dixerit baptiſmum eſſe repetẽdum, nulla enim cogẽte neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt, ſi autem neceſſitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt.

Tertiò obijcit Conc. 4. Cartag. can. 100. vbi phibenẽ mulieres baptizare.

Quartò, obijcit Tert. li. de virginib. velandis, vbi d. non licere mulieri tingere, & idem li. de bapt. & Epiph. hær. 42. qui d. Martionem permittere mulieribus, vt baptizent, & hær. 79. ne B.V. datum eſſe vt baptizaret.

His tamen non obſt. contr. ſententia catholica eſt, & veriſſima, licet enim ius baptizandi ex officio ſolis epis, & presbyteris conueniat, vt d. Hier. dialogo, con. Lucifer. & Tert. li. de bapt. & diaconis ĩ abſẽtia Sacerdotũ, vel eorũ iuſſu, & ſic cõcordare Cath. vt d. Ge-

las.ep.1.ca.9. licet ét laicus non possit vnquam solenniter baptizare, nec priuatim, præsente Sacerdote, vel dia cono, aut ijs ét absentibus extra casum necessitatis, vt dicit Aug.li.2.con. Parmen. Licet tñ ijs in casu necessitatis baptizare, imò & non baptizatis, si sciant ritum, vt est diffinitũ in Conci. Flor. & ét fœminis, vt ibi dr̃, & in Cõ. Carta. 4.ca.100. Vnde & Exo.4. Sephora vxor Moisis filiũ suũ circuncidit, at circũcisio erat figura baptismi, ergo. ꝑterea Act.8. Philippus Diaconus baptizauit, & Act.9. Ananias Paulum baptizat, & tamen laicus erat.

His stantibus ad contr. Respon. Ad primũ non esse verũ ea dicta esse solis apostolis, probabile.n.est ibi ꝑsentes fuisse multo plures, vt patet 1.Cor.15. ꝑterea apostoli declararunt vrgente necessitate id licere facere, cũ ratum habuerint ꝙ Stephanus concionaretur, Ananias baptizaret.

Ad secundum. Resp. ibi id intelligi, non nisi impiè id affirmari pôt. Sequẽtia verò verba indicant peccatũ veniale esse cũ laici non adhibent oẽm diligẽtiam, vt Sacerdoté inueniãt, nullũ verò si Sacerdote nõ inuẽto baptizãt.

Ad tertiũ. Resp. ꝙ ibi Conc. excipit casum necessitatis, sicut & Apost. cum d.1.Tim.2.1.Cor.14. nõ licere mulieribus loqui, intelligitur extra casum necessitatis.

Ad quartum, ꝙ ibi loquunẽ de publico ecclesiæ ministro, & ordinario, vt ibi patet.

Hęresis dicens infantes nõ esse baptizandos, refellitur.

Sexta hæresis d. Infantes nõ esse baptizandos, quã refellit Bern.ser.66. in Cantica. & ep.140. & eandẽ sequũtur hodie Anabaptistæ, & Calu.lib.4.Inst. c.16.§.29.

Obijcunt primò sic, In sacris literis non inuenitur pædobaptismus, & nullum de eo mandatum, vel exemplum habetur, ergo reijciendus.

Secundò, mandatũ est, vt prius doceamus, postea baptizemus, prius ergo docendi infantes, postea baptizandi. Mat.28. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos &c.

Tertiò, gloriatur Ap. & gratias agit Deo, ꝙ nullum baptizasset, præter domum Stephanæ, Caium, & Crispũ. 1. Cor.1. & Xp̃s ne adultũ quidẽ baptizauit, vel Ioãnes Baptista infantẽ, ergo pædobaptismus nõ est necessarius.

Quartò, reprobi non sunt baptizãdi, multi ex infantibus sunt reprobi, ergo abstinendum, ne prophanetur sacramentum per nostram ignorantiã.

Quintò, qui nõ credit, à baptismo est reijciendus. Act.8. Infantes nõ credunt, nec sciunt bonum, vel malum. Deut.1. ergo.

Sextò, cogere hoĩes ad baptismum est plus tribuere sacramẽto, ꝙ̃ par sit, & Papæ opinionẽ stabilire, qui docet neminẽ sine baptismo posse saluari.

Septimò, coniungenda est aqua cũ spiritu, veluti fides cũ baptismo. Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. at infantes spiritu obtusi sunt, & credere non possunt, ergo.

Octauò, ad fidei articulos tñ credendos ecclesia obligatur, ergo cogi ad pædobaptismum non debet, cum non sit articulus fidei.

Nonò, si infantes baptizandi sunt, ergo & cõicandi, vt ostendit vetustas, quę huiusmodi inanes lotiones, & cęnas pueris obtrudere coacta fuit.

Decimò, non datur baptismus sine pœnitentia. Act.8. & Marc.1. At infantes pœnitere nesciunt.

Vndecimò, Naz. orat. de bapt. optat differri baptismum donec pueri de fide sua possint aliquid respondere, & Aug.li.4.con.Donat. dicit baptismum paruulorũm non fuisse à Concilijs stabilitum, & cœpisse tempore Origenis, & addunt testimonium Trismegisti, Sibillarum, & Musculi.

Duodecimò, Corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Rom.10. id paruuli nõ pñt, ergo, &c.

Decimotertiò, perfecta sacramenta cum sint, perfectos requirũt, infantes multum imperfecti sunt, ergo, &c.

Decimoquartò, Cœna domini requirit externam fidei confessionem, & ideo ab ea arcentur paruuli, at baptismus

ptiſmus externam etiã requirit fidei professionem, cum nil aliud ſit quàm fidei proteſtatio.

Decimoquintò, Chriſti ſymbola ad ipſius commemorationem, & prædicationem ſunt ordinata, nil horum poſſunt paruuli facere, ergo, &c.

Decimoſextò, Fides per auditum, auditus per verbum Dei, ſi dicatur infantes fidem habere, noua reuelatio in eis eſt demonſtranda, quòd ex verbo Dei probari non poteſt.

Decimoſeptimò, Chriſtus annorũ triginta baptizatur.

Decimooctauò, quicunque baptizantur Chriſtum induũt, infantes ita non ſunt, ergo, &c.

Decimononò, Noui teſtamẽti ſacra ſunt ſpiritualia, infãtes toti carnales.

Vigeſimò, Apoſtoli hominũ piſcatores ſunt, non infantium.

Vigeſimoprimò, qui accedũt ad ſacramẽtum probare ſeipſos debent 1. Cor. 11. Infantes id nõ poſſunt, ergo.

Vigeſimoſecundò, qui Chriſtianus fieri vult, induere debet nouũ hoĩem, veteri exuto, id non poſſunt infantes.

Vigeſimotertiò, Fidelis diſpenſator dat cibum in tẽpore ſuo, & aſpicit albas meſſes, nõ virides, & minimas.

Vigeſimoquartò, illi verè dicuntur fratres, qui ex eodem poculo bibere poſſunt, infantes non poſſunt, ergo.

Vigeſimoquintò, qui ſacramentorum externam tantum partem ſumit, nihil ſumit, infantes aqua ſola tinguntur, cum careant ratione, ergo.

Vigeſimoſextò, nõ debet ad Xp̃m vocari, qui nõ pôt à Ioãne Bapt. ꝑparari.

Vigeſimoſeptimò, baptiſm⁹ eſt tinctio cum doctrina, & manuum impoſitione. Heb. 6.

Vigeſimooctauò, baptiſm⁹ eſt mortificatio, & ablutio cum inuocatione nominis Ieſu. Act. 22.

Vigeſimononò, baptiſmus eſt ablut corpore aqua in certitudine fidei. Heb. 10. depulſa mala conſcientia.

Trigeſimò, baptiſmus eſt depoſitio ſordium, & peccatorum, & ſepeliri cum Chriſto. Col. 2.

Trigeſimoprimò, baptiſm⁹ eſt ſtipulatio bonæ conſciẽ, erga Deũ. 1. Pet. 3.

Trigeſimoſecũdò, Baptiſmus eſt lauacrum regenerationis, & renouationis Sp. S. Tit. 3. Io. 3.

Trigeſimotertiò, Baptiſmus qui à prophetis figuratus eſt Ezech. 36. Zac. 13. nil ad infantes pertinet.

Trigeſimoquartò, Sacramẽta ſunt cibi ſolidi, infantes lacte indigent.

Trigeſimoquintò, prius nos oportet eſſe aĩales, deinde ſp̃uales, 1. Cor. 5. Sacra ſunt inſtrumenta ſp̃ualia, ergo infantes ſpiritu renaſci non poſſunt.

Trigeſimoſextò, adultos, cæcos, ſurdos, mutos nemo vnquam baptizare audebit, ergo minus infantes qui audire, nec loqui poſſunt.

His tñ non obſt. contraria ſnĩa Catholica eſt, & veriſſima, infantes eſſe baptizãdos. probatur ex ſcriptura, nã circuncisio erat figura manifeſta baptiſmi. Col. 2. At circuncisio dabatur paruulis. Gen. 17. ergo. ſecundò Io. 3. Niſi qs renat⁹ fuerit, &c. vbi gñaliter loquit, nec excepit infantes. Nec obſt. ꝙ dr̃ Mat. 19. Mar. 10. Sinite paruulos venire ad me, taliũ eſt. n. regnum cœlorum, ergo paruuli nõ pereunt. R. ꝙ ibi infantes nõ excluduntur à regno cœlorum, ſi tñ baptizentur, vt dr̃ Io. 3. & ſic intelliguntur loca illa Mat. 19. Mar. 10. tertiò, id probatur ex traditione eccleſiæ, q̃ vt apoſtolorũ traditionem ſemper id docuit, & ſeruauit, vt probatur ex Dion. de eccl. hier. c. vlt. Iuſt. c. 56. Iren. li. 2. c. 39. Orig. li. 5. in c. 6. ad Rom. Cip. li. 3. ep. 8. Aug. li. 10. de Gen. c. 23. li. 4. de bapt. c. 24. Conc. Mileuita. can. 2. Gerunden. can. 5. 2. Bracaren. can. 7. Clem. j. de ſum. Tr. in Cõ. Vien. Clem. j. li. 6. Conſt. ap. c. 15. Sentio ep. j. Innoc. I. ep. 26. Leone I. ep. 84. Greg. I. li. 3. ep. 9 c. maiores. de baptiſmo. Ratione probatur, paruuli ſalui eſſe poſſunt. Mat. 19. at extra eccleſiã nõ eſt ſalus, Mat. 12. & ꝓbat Hier. in ep. ad Damaſ. & Cipr. li. de vnitate eccle. d. non hr̃e Deum patrẽ, qui nõ hẽt eccleſiã matrem. Aug. lib. 4. de bapt. c. 1. Conc. Later. ſub Innoc. c. 1. quia ſicut infan-

tes participes sunt peccati Adæ, ergo & gratiæ Christi; Si itaque infantes possunt intrare ecclesiam ex prædictis; id verò non possunt facere sine baptismo. Rom. 8. Act. 2. ergo eos baptizari oportet.

His stantib. ad contr. Resp. licet nõ sit expressum in scripturis, id tñ ex eis vt supra colligitur, & ex traditionib. quibus vtimur vt scripturis, vt supra loco suo probatum est.

Ad secundum, ꝙ ibi ponitur ordo seruandus in conuersione gentilium, vt scilicet prius instruantur, postea baptizētur, tum moneantur non sufficere fidem, & baptisma, nisi addant obēdientiam, & bona opera, quæ omnia.s. fieri possunt, si enim in deserto, aqua deficiēte, infidelis esset periturus, sufficeret eũ instruere, & excitare ad fidem Christi, pœnitētiam, & desideriũ baptismi, sic infantes, cum non sint capaces instructionis, prius sunt baptizandi, ne sine hoc vnico remedio pereant, tum instruendi, si vixerint.

Ad tertiũ probabile esse, Paulum, & Ioannem baptizasse infantes, cum oĩs Iudæa curreret ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, Mat. 3. Marc. 1. Christus per se nõ baptizabat, sed ꝑ alios, per se tñ aliquos baptizauit. Ioã. 4. vt haberet baptizatos, ꝑ quos alij baptizarētur, vt d. Aug. ep. 108. & Niceph. li. 2. hist. c. 3. ex Euodio. d. B. V. & Petrũ à Christo baptizatos. Ioãnes nullum forte dici potest infantem baptizasse, quia eius baptisma nõ erat ad salutẽ necessarium, Christus verò, & Paulus id alijs committebant officium. Io. 4. & Act. 19.

Ad quartum. Resp. Sic probari, nec adultos esse baptizãdos, secundò, respon. licet aliqui ex baptizatis sint reprobi forte, tamen dum baptizantur verè iustificantur.

Ad quintum. Resp. hoc argumentũ esse contra Lutheranos. d. sacramenta esse tantum instrumēta alendæ fidei, ad argumentum verò dr̃ sufficere infanti fidem alienam, sicut obfuit ei peccatum alienum.

Ad sextum. Resp. argumentum concludere contra Caluinum, non contra nos.

Ad septimum. Resp. locum illũ non dicere baptizatũ debere sentire motionem Sp. S. sed solum vim aquæ in baptismo esse à Sp. S. & vt aqua lauat exterius, sic Sp. S. lauare interius, ꝙ potest fieri ẽt in dormiente, & nõ sentiente, quia illa lotio, & renouatio interior fit per infusionem habituum, qui sine actu nostro infundi possunt, ꝙ verò attinet ad fidem, Mar. vlt. intelligitur de adultis, sed in infantibus stultum est prædicare, præterea non deest illis fides necessaria.

Ad octauum. Resp. ad fidem pertinere infantes posse baptizari, cum de hoc sit traditio, & id eliciatur ex scriptura, vt supra.

Ad nonũ. Resp. non esse parẽ rationem baptismi, & cõionis, quia baptismus est necessarius paruulis, quia aliter pereunt in æternũm, nulla verò alia sacra sunt necessaria, nisi adultis post baptismũ. Eucharistia. n. est instituta vt conseruet vitam sp̃ualem in baptismo acquisitam, ꝙ facit in rebus corporalibus cibus corporalis, qui vitam aĩalem conseruat, vt ergo sine cibo põt aliquandiu viui. s. donec vitalis calor non cœperit humorem vitæ corporalis consumere, sic ẽt sine Eucharistia conseruari põt vita sp̃ualis, donec concupiscentiæ calor non cœperit humorem gratiæ, & virtutũ depasci, ꝙ nõ accidit in infantia, sed tũ in ætate adulta; & tunc veteres ex certis causis in os infantium Eucharistiã ponebant, ꝙ hodie cessat.

Ad decimum. Resp. pœnitentiã esse necessariã in baptismo adultorum, de quo tractatur ijs locis, ob peccata actualia, quę adulti commiserunt, nam peccatum originale non est materia pœnitentiæ, nam pœnitentia nõ agitur de peccatis non commissis à pœnitente, & ꝙ in eius potestate non est, originale verò peccatum ipsi non committimus, sed trahimus ab Adam. Rom. 5.

Ad

Ad vndecimum. Reſp. Naz. optare baptiſmum differri ad triennium, niſi adſit periculum mortis, præterea eius conſilium non admittitur ab alijs patribus, vt nec Tertulliani, quia nec in triennio infantes vtunt ratione, quò ad Aug. perperã citatur, quia contrarium docet lib. 4. de baptiſmo paruulorum. Triſmegiſtus, & Sibillæ non loquuntur de baptiſmo Chriſtianorũ, ſed de aliqua ethnica lotione, quæ nihil ad nos.

Ad duodecimum. Reſp. cum Aug. lib. 4. de bapt. c. 24. Apoſtolos hoc tradidiſſe infantes per baptiſmũ ſaluari ét ſi non credant, nec ore confiteant, quia licet fidem actualem non habeant, habent tamen fidei ſacramentũ, q ſupplet fidei actualis, & propriæ defectum, vt econtra fides, & votum ſacramenti, ac pœnitentiæ ſupplet eius defectum in neceſſitate.

Ad decimumtertiũ. Reſp. res perfectas ſi cõparẽtur earum agenti nõ cõuenire, niſi perfectis, quia perfecta opera artifices tãtum perfecti faciũt, ſed ſi comparetur ad cauſam patientem. i. materiam, vel ſubiectum, ſunt conuenientes imperfectis, quia earũ munus eſt perficere res imperfectas; Sic baptiſmus reſpectu hominum eſt ſacramentum perfectum, q perficit homines imperfectos. Heb. 6.

Ad decimumquartum. Reſp. q tam cœna domini, q̃ baptiſmus ſunt externæ profeſſiones fidei, ideo per eorum ſuſceptionem profitemur fidem, etiã ſi nil omninò verbis diceremus, vnde paruuli dum baptizantur profitentur fidem, & idem facerent ſi communicarent, quia non hac de cauſa arcẽtur à communione.

Ad decimumquintũ. Reſp. ſuſcipiẽtes Chriſti ſimbola, hoc ipſo commemorare, & prædicare Chriſtum, q ét paruuli faciunt, qui dum merguntur in aquam cõmemorant Chriſti mortẽ, & ſepulturam, dum eleuãtur ab aqua commemorãt Chriſti reſurrectionẽ, nec Apoſt. aliud requirit. Rom. 6.

Ad decimumſextũ. Reſp. argumentum concludere contra Lutheranos, qui fidẽ actualẽ ponũt in infantibus.

Ad decimũſeptimũ. Reſp. cũ Naz. oratione in ſacrũ lauacrũ, q non omnia q̃ Chriſtus fecit, à nobis fieri poſſunt, vel debent, q a ieiunauit ſine omni cibo, q nos non facimus, Euchariſtiam poſt cœnã dedit, nos ante, vſq; ad trigintaannos diſtulit baptiſmum, quia eo non egebat, nos mox nati eo egemus. præterea Chriſtus in infantia eſt circunciſus, & q Iudęis erat circunciſio, nobis eſt baptiſmus.

Ad decimumoctauũ. Reſp. q infantes induunt Chriſtũ, quia per habitũ gratiæ infuſum exuunt veterẽ hominem, & induũt nouum, q poteſt fieri ſine proprio mẽtis actu. Rom. 5. Vnde ſicut naſcenti communicatur peccatum Adæ licet mentis vſum nõ habeat, ſic cum quis renaſcitur ex Chriſto per baptiſmum cõicatur ei Chriſti iuſtitia, & ſic Chriſtum induit, licet per ætatem vſum rationis non habeat.

Ad decimumnonũ. Reſp. q ideo recipiunt ſacramenta ſpiritualia, vt etiã ipſi fiant ſpirituales, quales verè fiunt per habitum, non per actum.

Ad vigeſimum, q infantes ſunt homines, præterea piſcari ibi poteſt intelligi pro prædicare, q infantibus nõ eſt faciendum.

Ad vigeſimumprimum. Reſp. q ibi Ap. loquitur ſolũ de Euchariſtia, quæ requirit talem probationẽ, vt quis nõ ſit in peccato mortali, qua rõne eccleſia nõ cõicat infantes, qui nõ poſſunt diſcernere corpus dñi, in baptiſmo verò non requiritur hmõi probatio, q a põt quis accedere cũ conſcientia peccatorum, dummodo pœniteat peccaſſe, & habeat propoſitum rectè viuendi, quia baptiſmum eſt inſtitutum, vt purget peccata. Et ét in adultis requiritur ẽt, vt non accedant animo ficto, nec cũ affectu peccati, in infantibus tamen nulla probatio eſt neceſſaria, cum obicem ponere non poſſint.

Ad vigeſimũſecundũ. Reſp. aſſumptũ eſſe falſum, licet ẽt maior propoſitio non ſit omnino vera, cũ Chriſtianus ſit qui eſt ẽt malus, modo baptiſmũ perceperit, & fidẽ Chriſti pfiteaſ.

Ad 23. resp. optime facere ecclesiã quæ paruulis dat baptismum, non autẽ cõmunionem, quia baptismi semper est tempus, non autem cõmunionis, regiones vero albæ ad messem dicuntur homines dispositi ad accipiẽdam salutem, ꝙ est semper in paruulis, non autem tales semper sunt adulti, qui varijs desiderijs & peccatis impediuntur.

Ad 24. ꝙ dicuntur fratres qui bibunt eodem poculo, magis vero, qui eodem baptismo renascũtur, quia baptismus facit filios Dei, & fratres Christi ac aliorum renatorum. bibere vero ex eodem poculo est solum signum fraternitatis, vt ostẽdit in vtroque Apost. 1. Cor. 12. & 1. Cor. 10. ꝙ si qui ex nullo calice bibant vt in paruulis, non impeditur fraternitas quæ aliunde haberi potest, scilicet ex baptismo qui nos facit fratres sub vno patre, imo & membra vnius corporis. 1. Cor. 12.

Ad 25. resp. falsum esse assumptum, quia licet infãtes careãt vsu rationis, non tamẽ anima rationali, & eius potentijs, in quibus Deus per gratiã habitare potest, & habitat cum baptizati sunt, vt d. Aug. ep. 57. ad Dardanũ, d. Deum habitare in paruulis qui eũ non norunt, & nõ in Philosophis qui eum norunt, non tamẽ glorificant vt Deum, de quibus Roman. 1. vt idem dicit lib. 1. de peccatorum meritis, & rem. cap. 9.

Ad 26. resp. id esse verum si egeat præparatione, qua paruuli non egẽt. Math. 19.

Ad 27. respondetur, quòd ibi non definitur baptismus, tinctio cum doctrina, sed dicitur doctrinam de baptismo ad incipientes non ad perfectos pertinere.

Ad 28. respõ. ꝙ baptismus etiam in paruulis mortificat peccatum, inuocatio vero illa non est de substantia, sed conueniens cum fieri potest.

Ad 29. ꝙ ibi Apost. non definit baptismum, sed d. eum qui vult accedere ad Deum, debere habere plenam fidem, conscientiam bonam, & præterea baptismum.

Ad 30. ꝙ id etiam infantibus cõuenit qui habent originale peccatum. Rom. 5. Eph. 2.

Ad 31. resp. ꝙ is est effectus baptismi, non ipsa essentia, quia abluit peccatum, ex quo oritur postea testimonium bonæ conscientiæ.

Ad 32. & 33. respond. ꝙ falsum assumunt, putantes infantes non habere peccatum originale.

Ad 34. respond. ꝙ sacramentum Eucharistiæ est cibus solidus, ideo est institutum sub specie panis, nec paruulis datur, baptismus vero non est cibus, sed regeneratio, quæ maxime pertinet paruulos qui nasci solent. Hebr. 6.

Ad 35. quòd sacramenta sunt spiritualia sic vt homines spirituales ex animalibus faciant, cum habeant vim regenerandi, & renouandi. Ioã. 3. Tit. 3.

Ad vltimum resp. adultos huiusmodi si aliquo modo indicare possint, ꝙ velint baptizari, vel ante indicarint, quã illum morbum inciderint, baptizandos. ex Concil. 3. Cartag. cap. 34. & Arausicano 1. c. 12. & August. lib. 1. de adult. coniug. c. 26. de ægrotis qui statim obmutescunt, ꝙ si sciri nõ potest eorum voluntas non baptizãtur, quia in ijs qui rationis vsum habent requiritur eorum consensus. nescitur eriã an adulti, cæci, muti, &c. non ponant obicem, ꝙ de infantibus certo scitur non ponere.

Septima hæresis, d. fidem actualem, vel quid simile esse in infantibus, ita Lutherus lib. de captiu. Babil. cap. de Baptismo. Alij quibus hæc opinio nimis dura videbatur dixere paruulos non baptizandos, credentes sine fide baptismum nil prodesse, alij non negarunt paruulos baptizandos, sed negarunt fidem in paruulis requiri, qui sunt sacramentarij. Alij dicũt primo errorem illis esse reijciẽdum sententium saluari infantes sine aliqua actione ipsorum, secundò in illis fieri sanctos, & nouos motus, licet nos id non intelligamus. vt in Ioanne Baptista, quando

Heresis, ꝙ fides actualis non sit in infantibus, refellitur.

quando exultauit in vtero. tertio licet non ſit imaginandum, ꝙ infantes intelligant, tamen motus eorũ & inclinationes ad credendum & diligendum Deum ſimiles eſſe motibus fidei & dilectionis, idq; eſſe intelligẽdum, cum dicuntur infantes credere.

Prima pars, ꝙ infantes habeant fidem actualem, probatur ab iis primo ſic, ſi infantes non crederent, illuderetur ſacramentalis ſacrilego mendatio, dum reſpondetur pro infante, Credo, ergo.

Secundo. Math. 18. qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, ergo puſilli credunt.

Tertium argumentum pro alia eorum propoſitione. Io. Baptiſta exultauit in vtero. Luc. 1. non ergo mirum ſi infantes habent nouos motus.

Quarto infantes ſaluari poſſunt, dicente Domino. Math. 10. Niſi quis acceperit regnum cęlorum ſicut paruulus non intrabit in illud, ergo oportet infantes accipere Spiritum ſanctum, & ſic aliquam eius operationem, ſed non poſſunt recipere fidem cum cognitione, ergo nouum motum ſine cognitione.

Contraria tamen ſententia catholica eſt & veriſſima ſub his dictis; primo, ꝙ infantes non habent fidem actualem probatur, nam Deuter. 1. & Ionæ vlt. dicitur, infantes non cognoſcere diſtantiam boni & mali. Secundo, nam Patres hanc ſententiam reijciunt Lutheri. Naz. oratione in ſancta lumina. d. infantes ſine ſenſu ſãctificationis ſanctificari. Aug. ep. 57. ad Dardanum, vbi ridet hanc Lutheri ſententiam, vt quæ ſenſibus repugnet, & ep. 23. tr 80 in Io. lib. 4. de bapt. c. 24. & lib. 1. de peccatorum meritis, & rem. c. 20. Ratione probatur, nam fides nõ poteſt oriri in mẽte, niſi ex diuina reuelatione, quæ vel imediate fit à Deo vel per organum verbi Dei prædicati vel lecti, primo modo non d. Luth. fidem infantibus dari, ſed ſecundo, non enim primo, quia ſic omnes infantes cum baptizantur eſſent prophetæ, & is motus datus forte ſolum apoſtolis, & prophetis, non ſecundo, nã non audiunt, vel intelligunt.

Secundum dictum, non habent infantes dũ baptizãtur vllos nouos motus, & inclinationes ſimiles actibus fidei, & dilectionis, nam in ſcriptura nõ habetur nomen fidei in ea ſignificatione, vt deſignet motum quẽdam ſine ſenſu, & cognitione, ſed potius contrario modo, vt patet Rom. 10. Fides ex auditu. & Hebr. 11. Præterea ij motus vel ſunt in corpore, & tunc nõ poſſunt eſſe ſimiles actibus fidei, & dilectionis, qui ſunt in animo, præterea motus ad credendum Deo, & eum diligendũ non poſſunt eſſe corporales, cum Deus ſit obiectum ſpirituale, & altiſſimũ, ꝙ vix mente attingi poteſt, vel in animo, & tũc implicatur ꝙ ſint ſine cognitione, quia motus intellectus eſt intelligere, vt & oculus mouetur videndo. Sic etiam voluntas nõ poteſt inclinari niſi præcedẽte cognitione, cum obiectum volũtatis ſit bonum cognitum.

Tertium dictum, Infantes non iuſtificãtur ſine vlla fide, ꝙ eſt contra ſacramẽtarios, probatur nam ſcriptura dicit fidem eſſe medium ad ſalutẽ neceſſariũ. Io. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt. ex quo loco elicitur infantes habere aliquã fidem, vt docet Auguſt. lib. 1. de pecc. mer. & rem. c. 33. & Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. & Rom. 3.

Quartum dictum, Infantibus dum baptizantur infunduntur habitus fidei, ſpei, & charitatis, ſic D. Thom. tert. part. quæſt. 69. artic. 6. Scot. Durand. Gabriel. & alij fere omnes 3. diſtinct. 23. & hanc ſententiam vt probabiliorem ſequitur Concil. Vienn. vt habetur in clement. j. de Summa Trinit. & idem videtur ſentire Concil. Triden. ſeſſ. 5. de peccato originali. & ſeſſ. 6. can 7. & Auguſt. tract. 44. in Ioan. Præterea paruuli baptizati verè dicũtur fideles, vt d. Auguſt. lib. 1. de peccatorũ mer. & rem. c. 33. & Conc. Trid. ſeſſ 7. can. 13. de baptiſmo. ſed fideles dicimur ab habitu fidei, non ab actu, aliter cum dormimus, vel de ea

non cogitamus, non essemus fideles. præterea Deus infundit paruulis occultam gratiam cum baptizatur, vt d. Aug. lib. 1. de pecc. mer. c. 9. Sed gratia vel est charitas cũ fide, & spe, vel alia qualitas cum qua coniunctæ sunt illæ tres virtutes.

Quintum dictum, paruuli actu credunt, partim reipsa dum baptizatur, partim aliena fide, prima pars probat ex Aug. lib. 1. de pece mer. c. 27. dicẽte infantibus ipsum baptizari esse credere quia actio ipsa est fidei professio, & idem d. ep. 23. secunda pars probatur ex Iust. q. 56. Dion. de eccl. hier. c. vlt. Ambr. in c. 11. ad Heb. Aug lib. 3. de libe. arb. c. 23. vbi d. hanc esse totius ecclesiæ sentẽtiam. ep. 23. 57. & 105. lib. 4. de baptismo. c. 24. 25. & Serm 10. & 14 de verbis Apoc. & Conc. Triden. sess 7. can. 13.

Notandum autem duplicem fidem requiri ad baptismum. vnam actualẽ, quæ præcedit baptismũ, vt dispositio quædam, & ea est quæ requiritur à baptizandis cum iubentur recitare simbolum, & interrogantur an credant, & hæc nõ est, vt plurimum ex habitu fidei, sed ex speciali auxilio Dei, vnde Cathecumeni cum hac fide nondũ dicuntur fideles; aliam, quæ sequitur baptismum, estq; pars essentialis iustificationis, & nõ est actus, sed habitus, & hanc intelligunt baptizãdi, cum interrogati, quid petant, respondent, fidem vitam æternam. vt habetur in Conc. Trid. sess. 6. c 7.

Cum ergo patres dicunt infantes baptizari in fide parentum, vel ecclesiæ, nõ loquuntur de fide posteriore, sed priore; & cũ dicitur paruulos baptizari in fide parentum, non est sensus eos iustificari formaliter, vel esse fideles aliena fide, vt vult Kemnitius, sed sua habituali. Nec est sensus, paruulis impetrari fidẽ qua iustificentur, à fide, & precibus offerentium, & ecclesiæ, nam fidem iustificantem habent paruuli infusam ex opere operato sacramenti, non ex opere operãtis ministri, vel ecclesiæ, sed sensus est fidem actualem, quæ requiritur vt dispositio ad sacramentum, non haberi à paruulis propriam, sed alienã. Quæ quidem fides aliena multum prodest paruulis, primò enim eos ad baptismũ adducit, quia sicut adulti nisi credentes ad baptismum nõ veniunt, sic nec nisi credentes infantes ad baptismum adducunt. Vnde sicut fides propria cuilibet prodest, quia est causa proprij baptismi, sic fides aliena prodest infanti, q̃a est causa vt infans baptizetur, vt cõtra infidelitas est causa ne infans eius baptizetur, quam caussam assignat Prosper de Voc. gen. lib. 2. c. 8. Secunda vtilitas, ꝙ hoc modo Deum colunt, dum fidẽ profitentur, & satanæ abrenunciant, & implent q̃ ad Baptismum pertinent, saltem per os alienum, quia Deus habet gratum hoc obsequium per alios præstitum, cum ipsi per se non possint, vt d. Aug. locis prædictis.

Fides tamen aliena non est ita necessaria, vt nõ sit baptismus verus, & fructuosus si ea desit, cum nõ sit de essentia iustificationis, vel baptismi, est tamen necessaria ad solẽnitatẽ ritus, & cærimoniæ, & pueris baptismo tradendum.

His stantibus, ad contraria Respondetur. Ad primum, quòd ibi nullum est mendacium, qui enim respondet, Credo, non significat infantẽ credere proprio actu, sed alieno, vt d. Aug. serm. 10. de verb. Ap. idq; meritò, cum alieno etiã peccato grauẽtur, licet sibi inhærente.

Ad secundum, ꝙ ibi pusilli pueri grandiores erant, quia ibi dicit scandalizari posse, & venire ad se, ꝙ infantibus non conuenit.

Ad tertium, quòd vnum exemplum non facit regulam generalẽ, vt dicit Aug. ep. 57. præterea ibi Ioannes non exultauit sine cognitione, vt ibi dicit Amb. & Beda.

Ad quartũ, ꝙ vltima cõsequentia non valet, nam infantes possunt & reipsa recipiunt habitum fidei, qui nec est fides cum cognitione, nec motus sine cognitione.

Octaua hæresis dicit, ꝙ attinet ad effe-

Hæresis, ꝗ peccata per baptismum non remittantur, refellitur.

effectum baptismi, peccata per baptismum non tolli, sed tñ non imputari, qui olim fuit error Origenistarum apud Epiph. hær.64. & Lutheri in assert.2. & Caluin. in antidoto.Concil. Trid.sess.5.

Mouentur, nã putant concupiscentiam quæ manet in baptizatis vsque ad mortem, esse verè, & propriè peccatum.

Cõtrariá sentẽtia Catholica est & verissima per baptismum tolli oĩa peccata probatur, primò ex scripturis, q̃ vtuntur nominibus lauandi, tollendi, delẽdi. vt Psal.50. Mich.7. Eph.5. secundò ex ijs q̃ dicũt tolli maculã, inquinamenta, vel iniquitates. Cant.4. Io.13. Ezech.36. 2.Cor.7. Eph 4. Coloss.3.

Tertiò figurarum baptismi, in Circuncisione. Collos.2. in mari rubro. 1. Cor.10. In Iordane sanante lepram. 4.Reg.5. In suffocatione porcorum. Matth.8. In probatica piscina. Io.5. In lotione, & curatione cæci nati. Ioã.9. sed in Circuncisione vere, & non per solam imputationem abscindebatur caro, & sic de alijs. Quartò ex locis q̃ cõparant mũdationem iustificationis rebus verè mundis. Psal.50. Is.1. & 44. Quintò ex similitudine peccati originalis. Rom.5. Sicut per vnius inobedientiã peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam constituẽtur iusti multi. Sed illi verè iustitiã amittunt, nõ sola imputatione. Io.3. 1.Cor.15. Sextò ex similitudine mortis Christi. Rom.6. Collo.2. at Christi mors, & resurrectio veræ fuerunt, ergo, septimò ex locis dicẽtibus per baptismum nos renasci. Io.3. Tit.3. Col.2. 1.Pet.2. Sed vera vita requirit verã mortem peccatorũ, ergo. Octauò ex locis d. non posse simul habitare lucẽ, & tenebras. 1.Cor.10. 2.Cor.6. Nonò, ex locis habentibus Deo odio esse peccata. Psal.5. & 44. Sap.14. Sed si peccatum maneret Deus id odisset, si odisset punire vellet, si punire vellet non ignosceret, Vnde dicere Deum nõ imputare peccata, quæ manent, contrariatur scripturis, d. Deum esse hostem seuerissimum peccatorũ. & probatur ex Conc.Trid.sess.5. de peccato originali, vbi hæc hæresis damnatur.

His stantibus. Ad contrarium resp. ꝗ concupiscẽtia, quæ manet in renatis non est peccatum, sed relinquitur ad agonem, & pugnam, vt sic certãtes coronentur, vt definit Conc.Trid. sess.5. de peccato originali, & colligitur ex sacris litteris, vt ibi notatur.

Secundus error ponit non veros effectus baptismi, dicit quinq; primò ꝗ baptizatus non possit damnari, et si velit, nisi nolit credere. secundò, ꝗ baptismus liberat ab obedientia diuinæ legis; tertiò, ꝗ liberat ab humanarum legum obseruatione; quartò, ꝗ liberat ab omnibus votis; quintò, ꝗ sola memoria baptismi iustificat à peccatis, quæ fiunt post baptismum, primus error est Iouiniani, teste Hiero. lib.2. con. Iouin. & Aug lib. de hær.c. 82. Mouetur ex 1.Io.3. Omnis qui natus est ex Deo peccatũ non facit, quia semen ipsius in ipso manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. & 1.Ioan.5. Qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat illum.

Hic error damnatur à Conc.Trid. can.6. & eum reprehendit Hier. loco not. ex Rom.11. Tu fide stas, noli altũ sapere, sed time, & Heb.6. & 2.Pet.2. & Act.8. vbi Simon credidit, & baptizatus est, & tamẽ ibi habetur eius casus.

Ad authoritates Io. R. eas loqui in sensu composito, vt & id Matth.7. Nõ potest arbor bona malos fructus facere. i. dũ arbor bona manserit, ibi enim vult ostendere Ioan. Non esse iustum qui malè agit, vt exponit Aug. Tr.5. in ep.Ioan. & Hier. li.2. contra Iouin. In hoc articulo alius fuit error, baptizatos non posse damnari, etiam si perditissime viuerẽt, modo ab ecclesia nõ recedãt, qui error refellit ab Aug.lib. 21.Ciu.ca.25. & ab eo refellitur, nam repugnat scripturis, quæ dicũt fidem non sufficere si opera aduersentur. Rom. 8. Si secũdùm carnem vixeritis moriemini. 1.Corin.6. Nolite errare, neque fornicarij &c. Galat.5. Eph.5. 1.Tess.4. 1.Timoth.6. & 1.Corint.13.

Circa

Circa ſecũdum punctũ Kemnitius d. baptiſmũ liberare ab obligatione legis, contrarium tamen definitur in 7. can. Conc. Trid. Nec ob. ꝙ ipſe dicit primò, quod renũciamus ĩ baptiſmo ſatanæ, & profitemur nos Deo ſeruituros, vnde Concilium colligit baptiſmi gratiam non pendere à ſola fide, ſed etiam à conditione legis, ſecundò, nam quia baptizamur in Chriſtum, non Moyſen, Concilij patres pro nomine Euangelij legem poſuerunt, vt indicarent gratiam baptiſmi pendere à legis obedientia. R. enim, ꝙ ex quo renunciamus in baptiſmo ſatanæ, & promittimus Deo nos deinde ſeruituros, non poteſt colligi, gratiam baptiſmi pẽdere à cõditione legis ante impletæ, cũ è contrario profiteamur illa abrenunciatione, & promiſſione nos ante baptiſmum ſeruiſſe ſatanæ, & non Deo.

Circa tertium pũctum Kemnitius d. per baptiſmum nos liberari ab obligatione legis eccleſiaſticæ. Mouetur ſic, per baptiſmum addicimur diuinæ ſeruituti, ergo liberamur ab omnib⁹ alijs vinculis, & ꝙ eſt ꝙ dicitur Matt. vlt. Baptizantes eos, &c. & docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis, Et 1. Cor. 7. Pretio magno empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Coloſſ. 2. Ezech. 20. In præceptis patrum veſtrorum nolite ambulare. Matt. 15. Fruſtra me colunt mandatis hominũ. Addit Caluinus Iacob. 4. Vnus eſt legiſlator qui poteſt ꝑdere, & ſaluare.

Contrarium tamen definitur in Conc. Trid. can. 8. ſeſſ. 7. per baptiſmũ nos non liberari ab obſeruatione legis eccleſiaſticæ.

Ad contraria. Reſp. per baptiſmum nos liberari à ſeruitute contraria, & Deo addici, contraria verò ſeruitus non eſt obedientia, quæ præſtatur hominibus, ſed ſeruitus diaboli, & peccati. Rom. 6. Ephe. 6. Col. 3. Rom. 13. vbi habetur obediendum hominibus dominis patribus &c. Ad Mat. vlt. Reſp. Dominum præcipere, vt mãdata eius obſeruent, quorũ vnum eſt, vt obſeruent leges prælatorum, Luc. 10. Qui vos audit me audit. Ad 1. Cor. 7. Reſp. ꝙ ibi prohibet Apoſtolus ſeruitutem humanam, quatenus eſt contraria diuino obſequio, vt ſi ſeruireẽ homini contra Deũ, vel ratione ipſius hominis, & non Dei, vt exponit Col. 3. Ad Iac 4. Reſp. ꝙ ibi loquitur de ſummo legiſlatore, qui ita fert leges vt à nullo accipiat, ac poteſt perdere, & ſaluare, talis enim eſt non Papa, vel Imperator, ſed ſolus Deus. Nõ tamen inde colligitur non eſſe ẽt homines veros legiſlatores, licet ſub Deo ſummo cõſtitutos, qui vt dãt leges inferiorib⁹, ſic accipiunt à ſuperiore. i. Deo.

Circa quartum punctũ, Lutherus, Caluinus, & Kemnitius d. per baptiſmũ homines liberari ab omnibus votis ẽt factis poſt baptiſmum, excepto eo ꝙ fit in baptiſmo ſeruandi legem Dei. Mouetur, nam in teſtamento veteri diſpoſitum fuit de votis, quomodo, quando, & de quibus rebus fiẽda, in nouo verò Chriſtus, & Apoſtoli de eo nil præſcripſerunt, niſi vnicã promiſſionẽ, quæ fit in baptiſmo. Mat. vl. ſecũdò, vel vouemus nos res à Deo ꝓceptas, vel non, ſi primũ fruſtra id fit, cum in baptiſmo vouerimus oĩa præcepta, ſi non præceptas, pugnamus cũ baptiſmo, qui nos liberauit ab omnibus humanis inuẽtionibus, tertiò in baptiſmo plus vouemus, quàm implere poſſimus, ergo ſtultus eſt qui aliqd aliud vouet, & iniuriã facit baptiſmo, quaſi votũ in eo factũ nõ ſit ſufficiens.

His tamen non obſt. contrariũ definitur in Cõc. Trid. can. 9. per baptiſmum non fieri irrita omnia vota.

Ad primum. Reſp. ẽt ſi Chriſtus, & Apoſtoli de voto nil præſcripſiſſent, non eſſe mirum, cum vota ſint de Iure naturæ, vt patet ex voto Iacob. Gene. 28. Falſum eſt tamen Apoſtolos de votis nil præſcripſiſſe. vt patet 1. Tim. 5. vbi Apoſtolus loquitur de voto continentiæ iuxta interpretes ibi.

Ad ſecundum. Reſp. poſſe vouere tum res præceptas à Deo, tum etiam non præceptas, modo ſint bonæ, nec fruſtra res præceptæ vouentur, tum quia per votum quis ligatur, & certior

tior redditur implendi, tum quia ſic eſt actus duarum virtutum, & ſic excellentius, quàm quod fit ex ſolo præcepto. vouere verò etiam non præceptum, non eſt contra profeſſionem baptiſmi, quia baptiſmus liberatam peccato, non ab ijs rebus, quæ iuuant ad peccata vitãda, & Deo magis ſubijciunt, vt ſunt vota. Nec vota dicuntur humana inuenta, cum in ſcriptura commendentur. Pſalm.75 Eccl.5. Si quid vouiſti Deo, non moreris reddere.

Ad tertiũ. Reſp. eſſe falſum nos in baptiſmo plus promittere, quàm implere poſſimus, Mat.11. vbi Dominus vocat legem ſuam iugum ſuaue, & Apoſt. Roma.8. & Conc. Arauſicano. à can.25. & Baſ. in. id attende tibi. d. blaſphemum eſſe dicere mãdata Dei eſſe impoſſibilia. Nec inde putamus promiſſionem factã in baptiſmo eſſe inſufficientem, quia eſt ſufficiens ad ſaluandũ hominem, licet aliquid addi poſſit, vel vt facilius, vel vt excellentius aliquis ſaluetur.

Circa quintum pũctum. Lutherus loco prædicto, & Calu. lib.4. Inſtit. ca. 15.§ 3.& 4.& Kemnitius in cẽſura huius cano.10 d. primò baptiſmum non aliter iuſtificare, niſi ſubijciendo ante oculos promiſſionem, & eo modo excitando fidem, quæ ſola iuſtificat. ſecundò inde colligunt, cum quis peccat poſt baptiſmum poſſe per memoriam baptiſmi iterum redire ad gratiã baptiſmi, quia dicta memoria excitat fidem, & ſic iuſtificat, ſicut & cum quis videt imaginem Crucifixi, mouetur ad eius amorem. tertiò colligunt inde ſacramẽtum pœnitentiæ nil aliud eſſe niſi ipſum baptiſmũ memoria, ac fide repetitum, & ſicut poſt baptiſmum non remanet vlla ſatisfactio, nec ſunt neceſſariæ indulgẽtiæ, nec purgatorium poſt hanc vitam, ita exiſtimant, poſt pœnitentiam.i. poſt memoriã baptiſmi nullam ſuper eſſe ſatisfactionem. quartò colligunt non rectè dixiſſe Tert. lib. de pœnitentia, & Hier. in c.3. Iſ. quod pœnitentia ſit ſecunda tabula, nã baptiſmi nauis nũquam frangitur, qui verò ſecundò peccant poſſunt redire ad ipſam nauem, quæ integra remanet.

Mouentur, primò Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit ſaluus erit, quæ promiſſio eſt ſemper vera, vnde quando peccando à fide, & baptiſmo recedit, ſi iterũ incipiat credere, amplectiq; fœdus baptiſmi ſaluus erit, quod confirmat Lutherus d. quando Iudæi conuertebantur ad pœnitentiam reuocabant ad memoriam exitũ de ægypto.

Secundò, Scripturæ cum loquũtur de effectu baptiſmi, modo eũ deſcribunt per tempus præteritum, modo futurum, modo præſens, ergo baptiſmus habet vim purgandi oĩa peccata præterita, præſentia, & futura, antecedens probãt. ex Tit.3. Saluos nos fecit &c. Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. 1.Per.3. Saluos nos facit baptiſma, & Eph.5. Mundans eã lauacro aquæ. de quo loco agit Aug. lib.1. de nupt. & concup. c.33.

Tertiò fœdus Dei cũ homine perpetuum eſt. Iſ.54. Rom.3.2 Tim.2. Hier. 3. ergo fœdus initum per baptiſmum nunquam ita frangitur quin ad illud redire poſſimus, ac id renouare, quod cõfirmat, nam ap. Gal.3.& 1.Cor.12. Lapſos poſt baptiſmũ reuocat ad promiſſionem gratiæ baptiſmi, demum nam natura eius promiſſionis ea eſt, promiſſio enim baptiſmi eſt, vt iuſtificati gratia Chriſti hæredes ſimus vitæ æternæ. Tit.3. Quæ eſt generalis ratio iuſtificationis poſt quemcunque lapſum, ergo ſemper iuſtificamur per baptiſmum.

Quartò, in baptiſmo cõmunicatur nobis Chriſti puritas, ea autem ſemper viget, nec maculis vllis opprimitur, ergo ſemper manet virtus baptiſmi nobis collati, & ſemper ad eam redire poſſumus, & per eam iuſtificari, quod confirmant ex patribus reprehendentibus eos qui nolunt baptizari vſque ad mortem.

Quintò, poteſtas clauium non poteſt ſeparari à baptiſmo, ergo qui poſt baptiſmum lapſi virtute clauiũ reconciliãtur, per baptiſmum reconciliant; ans probant, nam poteſtas clauium

non

non exercetur ſine prædicatione euã gelij, qua annunciamus impios mundari Chriſti ſanguine, ſignum verò, & æſtimationem ſanguinis Chriſti effuſi eſt baptiſmus, ergo poteſtas clauiũ non exercetur ſine baptiſmo.

Contraria tamen ſententia Catholica eſt, & veriſſima ſola memoria, & fide baptiſmo ſuſcepti peccata nõ remitti, poſt baptiſmũ patrata, ſed neceſſariũ ẽt pœnitentiæ ſacramentum, probatur. can. 10. Trid. Conc. licet. n. baptiſmus vi ſacramenti, & ex opere operato remittat peccata, quæ inuenit in homine nõ antea dimiſſa, non tamen ſe extendit ad futura. probatur Hebr. 9. Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, iterũ renouari ad pœnitẽtiam, ſcilicet eo modo quo per baptiſmum renouantur, vt ita homines à peccatis deterreantur. ſecundò probatur ex patribus, qui grauiſſimos labores impoſuerunt lapſis poſt baptiſmum, antequã eos admitterent ad recõciliationem, vt patet ex Cipr. ſerm. de lapſis, & alijs. præterea æquitas non patitur, vt pari ratione æquè facilem viam habeant ad gratiã Dei, qui poſt baptiſmum lapſi ſunt, & qui ante, cum illi Deũ ignorarent, hi nõ.

His ſtantibus ad contr. Reſp. ad primum argumentum non concludere, quia licet veritas promiſſionis ſit perpetua, tamen conditionalis eſt non abſoluta, aliter omnes apoſtatæ ſaluarentur, vnde cõditio intelligitur ſi manſerit in fide, & fidem baptiſmi ſeruauerit, ibi verò commemorabant exitũ ex Aegypto, vt ſe prouocarent ad pœnitentiam ne ingrati eſſent.

Ad ſecundum. Reſp. nullibi probari peccata futura baptiſmo deleri, ad Marc. vlt. Reſp. ꝙ ibi loquitur de ſalute in re. i. de gloria æterna, quæ non eſt effectus, ſed finis baptiſmi, effectꝰ enim baptiſmi eſt remiſſio peccatorum preteritorũ, finis verò vita beata futura, Rom. 6. ad id 1. Pet. 13. Reſp. ꝙ ibi comparat tempus Chriſti, cũ tempore Noe, ꝙ ſicut tunc Diluuium ſaluauit voto per arcã, ſic ſemper Chriſti baptiſmus ſaluat credentes. Ad c. 5. ad Eph. 5. Reſp. ꝙ ibi id mundans, nõ refertur ad ſingulos homines, ſed ad varios qui vnam eccleſiã cõſtituunt, Chriſtus enim quotidiè mũdat eccleſiam lauacro aquæ, quia quotidiè aliqui baptizantur. Vel ſi refertur ad ſingulos homines, & ad peccata futura. Reſp. ꝙ per gratiam baptiſmi remittuntur peccata venialia, ſi venia petatur, præterea per baptiſmi characterem ius habet quis [ad] ſacramentum pœnitentiæ quo peccata purgantur, ꝙ ſacramentum percipere non poſſunt qui baptiſmo carent.

Ad tertium. Reſp. Iſaiam continere promiſſionem abſolutam, ſcilicet de fouenda perpetuo eccleſia ſine vlla conditione, cum inter Chriſtũ, & eccleſiam; ſit id matrimonium indiſſolũbile. Sic etiam locus. Rom. 3. continet abſolutam promiſſionem, ſcilicet de mittendo Meſſia in mundum, promiſſio verò baptiſmi nõ eſt abſoluta, ſed conditionata, quia includit conditionem fidei, perſeuerantiæ &c. Locus 2. Tim. 2. Eſt pro nobis, quia dicit Deũ eſſe fidelem, quia facit ꝙ promiſit, dum iuſtos præmio, impios pœna afficit; Locus Hier. 3. docet Deum recipere homines ad gratiam ſi redeũt, ſed non dicit eo modo, & per eadem inſtrumẽta quibus antea recepit, alia loca ad rem non faciunt.

Ad quartum. Reſpõ. argumentum niti falſo fundamento ꝙ iuſtificemur iuſtitia Chriſti nobis imputata, quia ea ſemper viget & eſt impolluta, falſum tamen eſt ea nos iuſtificari formaliter, nam iuſtificamur propria, & nobis inhærente iuſtitia, quæ maculatur, & aboletur, cum peccamus. Ad patres Reſp. eos hortari ad ſuſceptionem celerem baptiſmi alijs de cauſis, ob periculum, & incertitudinem mortis, & alia bona, quæ ſecum affert baptiſmus.

Ad quintum. Reſp. falſum eſſe clauium poteſtatẽ non exerceri niſi prædicatione Euãgelij, præterea ſanguis Chriſti latius patet, quàm baptiſmus, ſemper enim mundat, ſed per varia inſtrumenta applicatur, quandoque

per baptiſmum, quandoq; per alia ſacramenta, aliquando ſine ſacramẽtis per fidem, & veram conuerſionẽ, aliquando per martyrium.

Hæreſis mortuos eſſe baptizãdos, refellitur.

Nona hæreſis d. mortuos baptizandos, quæ fuit Cataphrigiorum. vt teſtatur Euſeb. li. 5. hiſt. à c. 15. ad 19.

Contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima mortuos non baptizandos, nec enim baptiſma quicquam eis ꝓdeſt, vt teſtať Theoph. in 1. ad Cor. c. 15. & ibi Amb. & definitur in Conc. 3. Cartag. c. 6. Et colligitur ex ſacris literis. 1. Cor. 15. Eccl. 9. 11. 17. 19. Marc. vlt. & Io. 9.

Decima hæreſis d. rebaptizãdos eſſe, qui ſemel baptizati ſunt, vario tamen modo, nã Donatiſtæ rebaptizabant eos, qui ex eccleſia catholica ad eos veniebant, quia dicebant apud ſe ſolos eccleſiam eſſe, vt teſtatur Aug. lib. de hære. c. 69. & hunc errorem ſequuntur etiam Armeni.

Huic errori accedit error ẽt Cipriani d. baptizatos ab hæreticis eſſe rebaptizandos, ꝙ tamen tenuit antequam eccleſia contrarium diffinierit.

Contraria tamen ſententia catholica eſt, & veriſſima, baptizatos ſemel nõ eſſe rebaptizãdos, ẽt ſi ab hæreticis ſint baptizati, mõ debita materia, forma, & intentione vſi ſint, vt ſupra latè probatũ eſt in materia, & colligitur ex Io. c. 4. Io. 1. 1. Cor. 3. c. à quodã. de conſ. d. 4. c. qũo ibid. & colligitur ex Eph. 4. & Rom. 6. Conc. Cartag. 1. c. 1. Conc. Vien. in clem. fidei, de ſum. Trin. & Flor. ſub Eug. IIII.

Hęreſis, ꝙ baptiſma Ioãnis valuerit, vt Chriſti baptiſmus, refellitur.

Vndecima hæreſis. d. Baptiſma Ioãnis fuiſſe eiuſdem efficaciæ cum baptiſmo Chriſti. ſic d. Petil. Donatiſta. vt refert, & refellit Augu. lib. 2. cont. litt. Petil. c. 32. 34. 37. Melancthon in locis anni. 58. lit. de baptiſ. Io. Calu. & alij.

Mouentur primò ſic, eadẽ fuit doctrina, idem ritus, eadem gratię oblatio in baptiſmo Chriſti, & Ioannis, ergo idem baptiſmus erat, & eiuſdẽ efficaciæ, añs probant, nam Ioannes quò ad doctrinam prędicauit Chriſtũ eſſe hoſtiã pro peccatis noſtris. Ioã. 1. quo ad ritum baptizauit in aqua, & in nomine Chriſti. Act. 19. quo ad oblationem gratiæ, vterque in pœnitentiam, vterq; in remiſſionem peccatorum baptizauit, vt patet de baptiſmo Ioannis. Luc. 3. & de baptiſmo Chři. Act. 1.

Secundò, nã Apoſt. Eph. 4. per gradationem oſtendit in nouo teſtamento, vbi vnũ eſt corpus, vnus ſpiritus, vna ſpes vocatiõnis, vnus dominus, vnus pater, vna fides, ibi ẽt eſſe vnum baptiſma, ſed illa omnia erant tempore prædicationis Ioannis Baptiſtę, ergo idem erat tunc baptiſma.

Tertiò, ea eſt conſolatio Chriſtianorum, ꝙ vnum, & idem habeant baptiſmum cum ſuo capite Chriſto, at hæc tota conſolatio perit, ſi non eſt idem baptiſmũ Ioannis cũ Chriſti baptiſmo, Chriſtus enim Ioannis baptiſmo baptizatus eſt, non autem baptiſmo Chriſti.

Quartò, Chriſtus cũ baptizaretur à Ioanne, contactu carnis ſuæ ſanctificauit aquas, & præterea adeſſe voluit præſentia Sp. S. viſibiliter in ſpecie columbę, & ſonare vocem gratię, & beneplaciti Dei, quæ inuiſibiliter adſunt in noſtro baptiſmo, non ergo diuerſa ſunt baptiſmata, illud & nřm.

Quintò, Ap. 1. Cor. 12. d. nos omnes effici vnum corpus per baptiſmum, at vnum corpus efficimur nõ ſolum internos, ſed etiam cum Chriſto, ergo idem baptiſma habemus cũ Chriſto.

Sextò, vnum corpus ſumus non ſolum inter nos, ſed etiã cum illis, qui erant prædicante, & baptizante Ioanne, antequam Chriſtus baptizare inciperet, ſed vnum corpus efficimur per baptiſma, ergo.

His tñ non obſt. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, baptiſma Ioannis differre à baptiſmo Chriſti, probatur primò, nam non fuit ſacramentũ idem cum baptiſmo Chriſti, ſi quidem à Ioãne erat inſtitutũ, vt patet Matth. 3. 21. Mar. 11. Luc. 20. Act. 1. vbi vocatur baptiſma Ioannis, ſed purus homo nõ poteſt ſacramentum inſtituere maxime nouæ legis,

vt

vt eſt probatum ſupra de ſacramẽtis in genere, ergo. ſecũdò in baptiſmo non ſola aqua eſt de eſſentia ritus, vel ſacramenti, ſed ẽt inuocatio Trinitatis, vt ſupra eſt probatum, ſed Ioannẽ ſub ea inuocatione baptizaſſe nullibi in ſacris litteris, vel ex traditionibus habetur, & id affirmat Amb. li. 1. de Sp. S. c. 3. tertiò, baptiſmus eſt ſacramentum noui teſtamenti, ergo inſtitutum ab ipſo authore noui teſtamenti. prætereà baptiſmus noſter iterari non poteſt, ſed baptizati à Ioanne iuſſi ſunt iterum ab apoſtolis baptizari.

Hinc colligitur, ꝙ baptiſmũ Ioannis non habet eandem vim, & efficaciam cũ baptiſmo Chriſti, vi ſua, vel ex opere operato, licet ex deuotione & fide accedentium, & contritione, q̃ homines ex prædicatione, & baptiſmo Ioannis concipiebant, id fieri facile potuit. ſic intelligunt illa verba Marc. 1. prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, Baſ. li. 1. de bapt. c. 2. Niſſ. oratione de laudib. Baſilij Mag. li. 5. de bapt. c. 10. probatur autem propoſitio ex Conc. Tr. seſſ. 7. can. 1. & colligitur ex c. 1. Marc. vbi Ioãnes diſtinxit ſuum baptiſmũ à baptiſmo Chriſti, d. ego vos baptizaui aqua, ille vos baptizabit Sp. S. Ex patribus id probatur; Orig. lib. 5. in ep. ad Rom. Iuſt. q 37. ad ortodoxos, Naz. oratione in S. lumina. Chriſ. hom. 10. & 12. in Matt. Ciril. li. 2. in Ioan. c. 57. Dam. li. 4. c. 10. Baſ. li. 1. de bapt. Tert. li. de Bapt. Cipr. ſerm. de bapt. Chriſti. Ilar. in c. 3. Matt. Amb. in c. 3. Luc. Hieron. dial. con. Lucif. Aug. ep. 48. & 163. Ench. c. 49. li. 2. con. literas Petil. c. 37. li. 3. c. 76. Vltimò id probatur ex perſona, & officio Ioannis, nam erat ſolum præcurſor Domini, & ſolum venerat vt pararet vias eius. Luc. 1. Ioan. 1. ſed parare viam Saluatori, non eſt dare ſalutem, & iuſtificare, ſed ſolum diſponere ad recipiendum Saluatorem, & ſalutem.

Rurſus inde colligitur, ꝙ poſt baptiſmum Ioannis neceſſariò erat recipiendus baptiſmus Chriſti, probatur ex differentia vtriuſq; baptiſmi, ꝙ vnus in aqua, alius in Sp. S. & igne. Matth. 3. Luc. 3. Mar. 1. ſecundò, nam rari admodum erant, qui non eſſent baptizati à Ioanne in tota Iudæa, & vicinis regionibus, vt patet locis prædictis Marc. 1. Luc. 3. Matth. 3. ſed poſt aſcenſionem Petrus cœpit prædicare neceſſitatem baptiſmi Chriſti. d. pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ in nomine Ieſu, & baptizati ſunt eo die tria millia, poſt quinque, & alij, vt habetur Act. 2. 4. 8. cum ergo, Marc. 1. dicatur vniuerſos Hieroſolymitanos baptizatos à Ioanne, non eſt credibile ex ijs, qui baptiſmo Chriſti ſunt baptizati, nullos ex eis extitiſſe. tertiò habetur expreſsè Act. 19. vbi Ap. iubet baptizari duodecim viros in nomine domini, qui conſeſſi fuerant ſe non habere niſi baptiſmum Ioannis.

His ſtatibus, ad cont. Reſp. primò, non eſſe verum, eandem fuiſſe doctrinam Chriſti, & Ioannis, niſi in eo ſenſu, ꝙ Ioannes nil docuit contrarium Chriſto, ſed tñ doctrina nil facit ad eſſentiam ſacramẽti, aliter hæretici haberent falſa ſacramenta, qui eſt error Donatiſtarum. Quo ad oblationem gratiæ falſum eſt, ꝙ vtriq; in pœnitentiam, vtriq; in remiſſionem peccatorum baptizarent, nam baptiſmus Ioannis paſſim dr̃ baptiſmus pœnitentiæ. Mat. 3. Luc. 3. Mar. 1. Act. 13. & 19. ſed baptiſmus Chriſti non dicitur baptiſmus pœnitentiæ, ſed lauacrum regenerationis. Tit. 3. Ad Act. 2. R. ibi non dici baptiſmum Chriſti, baptiſmũ pœnitentiæ, ſed requiri pœnitentiam ante ipſum baptiſmum, vt diſpoſitionem, vt ẽconuerſo baptiſmũ Ioannis ſequebatur pœnitentia, vt eius effectus. Quo ad remiſſionem peccatorum, tribuitur baptiſmo Chriſti, vt immediatus eius effect⁹. Act. 2. Tit. 3. Eph. 5. baptiſmo verò Ioãnis nullibi tribuitur remiſſio peccatorum, vt immediatus & proximus effectus, ſed tantum, ꝙ inuitabat ad pœnitentiam

quam

quam qui agerent, vt oporteret, consequerentur remissionem peccatorũ. vt exponũt Bas. & Nis. qui plurimum tribuunt baptismo Ioãnis, nam Tert. lib.de bapt. Aug.lib.5.cont.Don.c.10. Greg.hom.20.in Euang. Beda in c.3. Luc.illa verba in remissionem peccatorum referunt ad baptismum Christi,non Ioannis.

Ad secundum resp. Si argumẽtum valeret,probaret ẽt tempore Moysis, & Dauidis fuisse verum baptismum, quia tunc erat idem vnum corpus ecclesiæ,eadem spes,eadem fides, idem Deus;Sic ẽt probaretur apud hæreticos non esse verum baptisma, quia apud eos non est vnũ corpus, vnus spiritus, vnũ baptisma; probat ergo ibi Ap.non esse idem baptisma,vbi nõ est vnus Deus,vna fides,sed Christianos debere seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, quia sunt vnũ corpus, vnus spiritus, vnum Deum, vnam fidem, vnã spem, vnũ baptisma hñtes.

Ad tertium,ꝙ non est bona consolatio, quæ vel gloriam Christo detrahit,vel ei contumeliã irrogat, baptismum verò Christi vix ei tribui potest sine eius iniuria,quia cum sit lauacrũ regenerationis,& adoptionis,si Christo tribueretur videret eguisse regeneratione,& adoptione, quæ est iniuria Christo facta, cum sit eius filius naturalis, & ab instanti cõceptionis sanctissimus, & plenus gratia fuerit, ita vt gratia in eo crescere non potuerit.

Ad quartum. Resp. varijs ex causis Christum voluisse à Ioãne baptizari, primò ad exemplum humilitatis, vt habetur Matt.3. & confirmat Aug. in Ench.c.49.& Bern.serm.4. de Epiph. secundò, vt confirmaret baptismum Ioãnis, vt bonum, & Deo gratum, vt d.Hier.in c.3.Mat. tertiò,vt ostenderet quanti facere deberẽt peccatores baptismum Dñi sui,cum ipse Dñs, & iustus tanti fecerit baptismum serui sui.vt d.Aug.tr.4.& 13.in Ioã quartò, vt lauaret nr̃a crimina in Iordane, vt veterem Adam suffocaret in aqua, & nouum emergere faceret, ꝙ fecit non vi baptismi, sed merito humilitatis suæ. vt d.Naz.orõne in S. lumina. quintò, vt ipse in sua persona figuraret baptismum nostrũ, & gratiã quã ex eo accipimus. vt d.Aug.li.15.Tr.c.26.præcipue verò vt baptismum salutarem institueret,& consecraret, sanctificando aquas contactu carnis suæ. vt d.Amb.& Beda in ca.3. Luc.Hier.& Chris.in c.3.Mat.& ibi Ilar.& ideo ibi Sp.S.apparuit, ꝙ ante non fuit, vt ostenderetur differentia vtriusque.

Ad quintum. Resp. iniuriam fieri Christo, quasi eguerit baptismo, vt fieret membrum ecclesiæ,cum ipse sit caput verum nõ per baptismum, sed per gratiam hypostaticæ vnionis.

Ad sextum.Resp.ꝙ ecclesia semper fuit vnum corpus misticum, nõ tamẽ semper eodem sacramento homines adiungebantur huic corpori, aliquando enim per baptismũ,aliquando alio modo, per baptismum verò solũ post Christi tempora; Vnde tempore Ioannis erant vnum corpus per circuncisionem, non per baptismum Ioãnis vel Christi. Apost.verò loquitur de tẽpore suo. Nec obst ꝙ Apostoli nõ fuerunt baptizati nisi baptismo Ioannis, & Apollo,vt habetur. Act.18. Resp.n. apostolos esse baptizatos baptismo Christi,ex Tert.li.de bapt.& Aug.ep. 108.ad Seleucianũ. & li.3.de orig.animæ.c.9.quia cum Io.3. dicatur neminem saluari sine baptismo, nõ est credendũ eos; qui postea vixere,& ecclesiæ sunt aggregati,baptismo caruisse. Ad id de Apoll.Resp. esse baptizatum baptismo Christi,vt testatur Chris.& Oecumenius.in c.18.Act. De Ioanne Baptista esse in coniectura,eũ à Christo esse baptizatum. Matth 3.ego à te debeo baptizari,vel saltem spiritu est ab eo baptizatus, vt d.Naz.orat.in S. lumina. & author operis imperfecti. in c.3.Matt. ꝙ si non est baptizatus aqua,non est mirum, cum mortuus sit antequam lex baptismo Christi obligarit.Hæc latè tradũtur ꝑBellarm. li. 1.de sacr.baptismi in controu.gen.& Castro.con.hær.verbo baptismus.

TRACTATVS DE SACRAMENTO

Confirmationis. Cap. I.

Confirmatio quotuplex sit, & de qua sit sermo.

NOTANDVM, quòd Confirmationis nomẽ significat robur. ca. 1. §. pro frontis. de sacram. vnct. Duplex est autem confirmatio, vna interior, qua solidamur ad credendum in Deum, & eum amandum; exterior verò de qua hic, quæ à Dion. de eccles. hier. c. 4. & Amb. li. 3. de sacr. c. 2. dicit perfectio, & facere plenos Christianos. vt squit etiam Clem. ep. 4. & Rab. de instit. cler. c. 30. & ét dr obsignatio à S. Cornelio apud Eusebiũ. li. 6. hist. c. 35. & sigillum promissionũ à Clem. li. 7. c. 34. & signaculum Dominicum à Cip. ep. 73. & signaculum spiritale ab Amb. li. 1. de his qui mist. c. 7. & manuũ impositio ab Aug. li. 3. con. Don. c. 16. & chrisma supercœleste. in Con. Laodicen. can. 48. & confirmatio à Clem. ep. 4. & li. 3. const. Ap. c. 17. est ergo roboratio quædã ad cõstanter confitendũ ea q̃ sunt fidei coram persecutoribus. Vnde Rabanus. de Inst. cler. lib. 3. c. 30. d. à summo Sacerdote per impositionem mmanus paraclitũ tradi baptizato, vt roboretur per Sp. S. ad prædicãdum alijs donum, q̃ in baptismo consecutus est. & habetur in c. nouissime de cõs. d. 5. & Melchiades Papa in c. Spiritus S. ibid. d. Spiritus S. qui sup aquas baptismi in fonte plenitudinẽ tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiã, & quia in hoc mũdo inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitã, post baptismum roboramur ad pugnam, in baptismo abluimur, post baptismũ roboramur, & licet cõtinuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamẽ necessaria sunt cõfirmationis auxilia. Et cum in hac vita pugnandum sit, 2. Tim. 4. ideo post baptismum datur nobis Sp. S. qui adiuuat infirmitatem nostrã, cum in baptismo non ad fidem ociosam, sed pugnam vocati simus, qui si nobis non adesset turpitur ex acie nos fugere oporteret, ideo sicut in baptismo Sp. S. accepimus in remissionem peccatorum, ita in cõfirmatione datur nobis idem Sp. S. in robur contra hostes nostros, cuius ope adiuti eorũ impetum facilius depellere valeamus, & hac ratione cõfirmatio dicitur maius sacramentum baptismo, quia à maiori ministro confertur, licet ita coniuncta sint, & vnum sine alio ritè perfici non possit. c. de his de cõs. d. 5. His ita not.

Prima sit propositio. Cõfirmatio est sacramentum nouæ legis, propositio est de fide, est enim diffinita in Cõc. Flor. sub Eug. IIII. & in Trid. sess. 7. de sacr. in genere can. 1. probatur cõclusio. Act. 8. vbi d. tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Sp. S. quem locum omnes patres de sacramento confirmationis intelligũt, confirmatur, ex c. de his. c. manus. c. vt ieiuni. de cons. dist. 5. ex Clemente ep. 4. ad Iulium, & Iulianum. d. non confirmatum septiformi gratia spiritus ab epo perfectum Christianum esse non posse, si non necessitate, sed iniuria, vel voluntate remanserit. & Damasus Papa in epist. de coepiscopis. & Innoc. in ep. ad Decentium. ca. 3. Leo primus 1 ep. ad vniuersos Germaniæ, & Galliæ epos, Euseb. Papa ep. 3. ep. ad epos Tusciæ, & campaniæ. Idem statutũ est in Conc. Melden. & Aurelian. in Conc. Nic. instit. 77. in Conc. Laodicen. sub Damaso primo. can. 48. Cartag. II. can. 3. Cartag. III. can. 36. Flor. & Trid. sess. 7. Tolet. I. Hispalensi II. Bracarensi II. Borneatiensi can. 2. & Constantiensi Romano sub Syluest. can. 5 Ex patribus Basil. lib. de Spiritu S. Aug. lib. 2. cont. litteras Petil. c. 104. vbi allegat id Ps. 132. Sicut vnguẽtum in capite &c. q̃ possit interpretari de sacramento confirmationis. & lib. 3. con. Don. c. 16. id ad Rom. 4. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Sp. S.

Confirmatio est sacramentũ nouæ legis.

Sp.S. qui datus est nobis sic intelligit, & lib. 15. Tr. ca. 26. Cipr. lib. de ablut. pedum. Fabianus papa in ep. ad orientales episcopos, vbi appellat id traditionem diuinam. Dion. lib. eccl. hier. c. 4. 5. Hieron. cont. Luciferianos. Euseb. lib. 6. suæ hist. ca. 33. Tertul. lib. de resurrect. carnis, & lib. de baptismo. idem Cipr. lib. de Vnct. chris. & ep. 73. ad Iubaianum. Bas. lib. de Sp.S. ca. 27. Orig. hom. in Leuit. probatur ratione à D.Th. 3. p q. 72. art. 1. Nam sacramenta producunt speciales effectus, vt supra, vbi ergo erit specialis effectus, ibi erit speciale sacramentum. Sed quia sensibilia gerũt similitudinẽ spiritualium & intelligibiliũ, ex his q̃ in vita corporali specialiter agunt̃ pcipi potest, quid in spirituali vita gratiæ speciale existat, sed in vita corporali specialis quædam perfectio est, q̃ homo ad perfectã ætatem perueniat, & perfectas hominis actiones agat. 1. Cor. 13. Vnde præter motum generationis quo quis accipit vitam, est motus augmẽti, quo quis producitur ad ætatem perfectam. Sic ergo & vitam spiritualẽ homo accipit per baptismũ qui est spiritualis regeneratio. In confirmatione verò accipit quasi quandã perfectam ætatẽ spiritualis vitæ, vt d. Melchiades papa. ex supra dictis ergo confirmatio est speciale sacramẽtum, & sic per sacramentũ hoc homo consolidatur in fide, & roboratur contra dæmonis tentationes; q̃ dicitur etiã chrisma supercœleste. in Cõc. Laodic. can. 48. & confirmatio. à Clem. ep. 4. & li. 3. Const. Ap. c. 17. non q̃ in hoc sacramento teneamur confirmare professionem fidei quam in baptismo fecimus per nos vel susceptores, quasi debilem, vt hæretici dicunt, id enim est falsum, quia vis baptismi ad id sufficit, sed dicit̃ confirmatio quia Deus confirmat hoc sacramento in nobis, quod operari cœpit, & nos facit perfectos Christianos; & auget, ac dat nouam gratiam, vt alia etiam sacramenta.

A quo & vbi fuit institutum.

Cap. II.

Ales 4. p. q. 24. membr. 1. d. institutum quò ad materiam & formam quam habemus in Cõc. Meldensi. at hæc opinio reprobatur quia sacramẽta sunt tm̃ ex institutione diuina. Vnde melius dictũ est institutũ fuisse à Christo non exhibendo sed promittendo secundũ id Io. 16. nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos, si aũt abiero mittam eum ad vos, & hoc, q̃ a in hoc sacramento dat̃ plenitudo Sp. S. quæ nõ erat danda ante Christi resurrectionem & ascensionem, secundum id Io. 7. Nõdum erat Sp.S. datus, quia nondum Christus erat glorificatus. ita D.Th. ibi ad primũ. In cœna verò vbi Christus eandem promissionẽ fecit, chrisma, q̃ est eius materia, conficere docuit, quòd videtur colligi ex epistola Fabiani papæ ad oẽs orientales epos. vt refertur de consi. d. 3. c. literis, dum d. vt ab apostolis & eorũ successoribus accepimus, & ob id ibi mãdat nouum chrisma quotannis in cœna domini confici & vetus comburi, q̃ confirmat ex Dion. de eccl. hier. c. 4. vbi dicit post baptismum hierarcha, i. episcopus, sacro vnguento signat baptizatum q̃ de sacramento confirmationis intelligitur, nam vnctio quæ fit baptizatis in vertice capitis postea à Siluestro papa fuit instituta. Et licet hæc testimonia non sint adeo aperta, satis est ecclesiam decreuisse confirmationem esse sacramẽtum ex diuina & apostolica institutione & traditione emanatam. d. cap. literis. & quòd confirmatio à tempore apostolorum inter sacramenta sit habita in ecclesia probat Dionis. loco citato. Clem. ep. 4. Sin. Laod. can. 48. cap. omnes fideles. c. literis. c. Spiritus sanctus. de conse. d. 5. & alij supra cit. Apostoli enim eo vsi sunt, vt patet Act. 8. 19. idque ex præcepto Christi, & probat Perez. de sacramento cõfirmationis, & Sot.

Confirmationis sacramentũ est institutũ à Christo, & q̃n.

& Sot.4.dist.7.quæst.vnic.art.1. vnde Act.18.& 19. cernitur apostolos confirmasse.

De necessitate Confirmationis. Cap. III.

Confirmationis sacramentũ an sit de necessitate sumendum.

NOtandum, quòd est duplex necessitas ad salutem, vna necessitate finis, alia necessitate præcepti. primo modo confirmatio non est necessaria, sed sufficit baptismus. d.c.Spiritus sanct. Alia sunt necessaria non simpliciter, sed ad rei commoditatẽ, vt equus ad iter faciendũ, & hoc modo confirmatio est necessaria. d.c.Sp.S. & patet ex supra dictis. vbi apparet hæc duo sacramenta scilicet baptismum, & confirmationem, ita esse coniuncta, vt vnum sine alio perfici non possit. si tamen sacramentũ confirmationis contemnatur peccat contemnens, & hoc modo est necessarium ad salutem. ita D. Tho. ibi dicit ad tertium, vel etiã si negligatur vt dicit Vgo de S.V. in 3. part. de sacram. confirm. cap.1. in fin. De necessitate verò præcepti dicetur inferius.

Confirmatio q̃d sit.

Est autem cõfirmatio sacramẽtum vnctionis chrismatis consecrati, quo episcopus frontem baptizati inungit sub certa verborum forma. Magister vb: D.Th.& alij.4.d.7.

De Materia Confirmationis. Cap. IIII.

Confirmationis materia est chrisma.

PRima propositio. Chrisma est conueniens materia huius sacramenti, probatur ex cap. literis. & alijs authoritatibus supra allegat. & cap. presbiteri. de cons. dist. 4. & in Conc. Flor. Ratione sic. In hoc sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti ad robur spirituale, quòd conuenit ætati perfectæ, homo verò cum ad perfectam ętatem peruenit incipit communicare actiones suas alijs, ante enim sibi quasi singulariter viuit, gratia verò Spiritus sancti in oleo designatur, vnde Christus dicitur vnctus oleo lætitiæ ob plenitudinem Spiritus Sancti, ideo oleum conuenit materiæ huius sacramenti. Miscetur verò balsamum ob fragrantiam odoris quod redundat ad alios. 2.Cor.2. & licet alia sint quæ odorem emittant, tamẽ accipitur balsamum, quia habet præcipuum odorem, & etiam quia ab incorruptione seruat. Eccles. 24. D.Thom.d.q.art.2.& hæc materia chrismatis, teste Fabiano Papa, ex Christi institutione est, qui chrismatis ritum, & verba, quibus in eius administratione ecclesia vtitur, præcepit, & Apostoli ab eo acceperunt & nobis tradidere. Cath.pag.223. Coar. variar. resol. lib.1. cap.10. num.4. Sot. 4. dist.7. quæst.1. art.2. Est verò chrisma nomen græcum idem significans, quòd vnguentum in genere, vt dicit Augu. Tr.33. in Ioan. Rab. lib. de Inst. cap.30. ex ecclesiæ tamen vsu accommodatur ad significãdum id quòd ex oleo & balsamo conficitur vt in c. vni co. de sacra vnct. Innoc. dicit, & habet in Conc. Bracar. II. ca.4. & ex Fab. ep. ad omnes oriẽtales epos. c.1. & Greg. in c.1. Cantic. oleum autem debet esse oliuarum non nucũ, nec huiusmodi quia solũ oliuarũ est propriè oleũ, vt & aqua artificialis baptismi non est materia. ita Sot.4.d.7.q.vn.ar.2. & D. Th.d.art.ad tertium.

Balsamum verò licet sit de necessitate præcepti, nõ tamen est de necessitate sacramenti, & sine eo oleum est sufficiens materia sacramenti. probatur in c.1. de sacr. non iter. vbi Romanus pontifex dicit confirmationis sacramentum in eo reiterari non debere, qui per errorem non fuit chrismate, sed oleo delibutus, sed cautè supplendum, q̃ deest tantum, ergo sacramentum validũ est, licet grauiter peccet qui id omittit, & ita tenet Gaier. in d.art.2. super D.Tho. & Sot.d.q.vn. ar.2. vbi optimè respondet contrarijs. Nauar. cap.22. num.8. Coar. varia. resolut.

solut.lib.1.cap.10.num.4.

Hoc verò chrisma recens esse debet, q singulis annis in die cœnæ domini conficiatur, vetere combusto.c. si quis.de alio. de cons.d.4.c.referente.de celeb.miss.

Chrisma debet necessario ab ep͡o esse benedictū

Secunda propositio. De necessitate sacramenti chrisma debet ab episcopo esse consecratum, cum in alijs sacramentis baptismo excepto benedictio non sit de necessitate, qui ep͡s solus huius sacramenti etiā minister est, vtraque conclusio.s. q chrisma debeat esse consecratum, & episcopum esse eius ordinarium ministrum, probatur in c.presbiteri.de cons.d.4.in c. manus. cū seq. de cons.d.5.in c.quanto.de consuet. & in Tr.Conc.de confirm.sess.7.can.3.vbi anathemate damnantur qui dicunt confirmationis ministrum ordinariū non esse solum episcopū, sed quemuis simplicem sacerdotem.& confirmat Dion. loco supra cit. cū patribus supra alleg. Magister ēt id sequitur in 4.d 7. & ibi D.Th.q. 6.art.1.& ibi Scot.q.1. & ibi Arg.q.3. concl.1. Ratione probatur primum dictum quò ad consecrationem, nam cum tota sacramētorum sanctificatio à Christo fuerit deriuata, considerandum est, ibi esse triplicem differētiā, quædam enim sunt quæ habent materiam corpoream, & horum quædā sunt quibus Christus vsus est, s.baptismus, & Eucharistia, quæ subinde ex vsu ipsius Christi, aptitudinem acceperunt ad vsum sacramenti. vt in ca. nunquam. de cons.d.4. Sic idem Dn̄s accipiens panem benedixit, similiter & calicem.Mat.25.Luc.22.ideo de necessitate horum sacramentorū nō est necessarium, q materia prius benedicatur quia sufficit benedictio Christi, si qua verò benedictio adhibetur pertinet ad solemnitatem, non necessitatem sacramenti, vnctionibus verò visibilibus Christus non est vsus ne fieret iniuria inuisibili vnctioni, qua vnctus est, ideo tam chrisma, quàm oleū sanctum infirmorū prius benedicuntur, quàm adhibeātur ad vsum huius sacramenti.D.Th.3.p.d.q.72.ar.3.præterea hoc sacramentum soli Apostoli dispensabant. Act.8. ergo episcop qui in locum apostolorū successerūt. c.in nouo. dist.20.c.quorum vires.68. dist.cap.vn.§.per frontis.de sacr.vnct. sunt eius ministri, præterea in eo datur plenitudo Sp.S. ergo est dandum hoc sacramētum per solos episcopos qui sunt prælati pontificales in ecclesia, præterea æquum erat, vt prælati, quorum est subditis prouidere, aliquod sacramētum per seipsos immediate ministrarent. ita D. Bon. d.dist. 7.ar.1.q.3. & q in specie soli episcopi sint ordinarij ministri huius sacramenti, probatur Act.8. vbi soli apostoli, quibus episcopi successere. vt d.Aug.in ps.44.& Clem.li.3.c.16.id munus obibant. Idem probatur ex Vrb. I. c.oēs fideles. de cons.d.5.Melchiad. ep.ad Hispan.episcopos. Damas.ep.4. Leon.ep.88. Euseb.papa ep.3. Innoc. I.ep.1. Conc.Hispal.can.7.Roma.sub Silu.can.5. Cartag.2.can.3. Cartag.3. can.36.Tolet.1.c.20.Flor. & Trid.sess. 7. Ex patribus, Aug.q. nou.Test.42.& li.15.Tr.c.26.Amb.ad ca.4.ep.ad Eph. potest tamen Papa hanc potestatem committere simplici sacerdoti qui id munus in defectū episcopi exequi poterit.c.peruenit.95.dist. & colligitur ex Conc.Flor.& Trid.prædictis, dum dicunt episcopum esse eius sacramenti ordinarium ministrum, ergo ex priuilegio pōt id simplici sacerdoti delegari.& ita tenet etiam D.Th.d.dist.7. q.6.ar.3. & Sot.in d.q.vn.ar.3.in hanc inclinat sentētiam, & Th.ab Arg.ead. d.7.ar.3.concl.2. & Car.à Turr.in d.c. peruenit. 95.dist. idem comprobat.d. q episcopus, ex D.Tho.non habet supra simplicem sacerdotem, nisi quandam elationem in ordine ad corpus ecclesiæ misticum, in ordine verò ad verum nullam, & ideo Papa qui est supremus hierarcha potest committere simplici sacerdoti ea quæ pertinent ad corpus ecclesiæ misticum, non autem verum, ideo ei committi non potest, vt ordinet sacerdotes qui ordi-

nantur ad cóficiendum corpus Christi verum, sed vt bene ministret ordines minores. & sic habet Greg.lib. 3.ep. ep.26.vbi cócedit presbiteris baptizatos chrismate tangere in absentia & defectu episcoporum, cum ante tamen. ep.19. eod. lib. id presbiteris prohibuerit.

Si verò opponatur, quod Apostoli per simplicem manuum impositioné confirmarent. Respon. eos dupliciter hoc sacramentum administrasse. primò per Spiritus Sancti visibilem collationem, vt illis datus fuit in die Pentecostes. vt patet Act.8. & 15. & 19. vbi dicit, cumq; cœpissent loqui cecidit super illos Spiritus Sanctus. Et ita Sp. S. signis visibilibus descendebat super baptizatos vt confirmarentur. Quando verò huiusmodi signa visibilia non dabantur vtebanť cómuniter chrismate in administratione huius sacramenti. vt d. Dion. de eccl. hierar. c.4. est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri, scilicet Apostoli chrismatici hostiam vocant. & probat Aug. lib.5. de bapris. con. Don. cap.19. Hieron. aduersus Luciferianos, & Ciprian. de vnct. chris. primo modo non erat necessaria chrismatis exhibitio, quia cum datur signatum, iam non opus est signi. & Can. de sacra. confirm. c.1. num.7.

De forma Sacramenti Confirmationis. Cap. V.

Confirmationis forma quæ sit, & eius cóuenientia.

PRima propositio. Hæc est conueniens forma huius sacramenti, signo te signo crucis, & cófirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti; hæc conclusio est de fide, nam traditur in Conc. Flor. sub Eugenio IIII. & ex ep. Fabiani papæ ad omnes orientales episcopos, quæ habetur, licet non integra. in cap. literis. de consec. dist.3. vbi dicit Christum docuisse in cœna apostolos conficere chrisma, idq; ex apostolica nos habere traditione. Ratione probatur per D.Thom. tert. part. d. quæst. art.4. nam quandoq; ab Apostolis dabatur Spiritus sancti plenitudo qui est effectus huius sacraméti miraculosè sub signis visibilibus, Deus enim potest sacramenti effectum sine sacramento conferre. & tunc non erat necessaria materia nec forma huius sacramenti, quandoque verò vt ministri sacramentorum hoc sacramentum præbebant, & tunc vt materia sic & forma ex mandato Christi vtebãtur, nam Apostoli multa seruabant in sacramentorum collatione, quæ in scripturis communiter propositis non sunt tradita. vt dicit Dion. in fi. eccles. hierarch. ergo. præterea sicut forma rei naturalis speciem ei confert, ita & forma sacramenti continere debet quicquid ad speciem attinet, per hoc verò sacramentum confertur plenitudo Spiritus sancti ad robur spiritualis pugnæ, nam in eo tria sunt necessaria quæ per formam explicãtur, primò causa cóferens, quæ est sancta Trinitas illis nominibus expressa. In nomine Patris &c. secundũ robur ipsum spirituale gratiæ, quòd designatur cũ dicitur, confirmo te chrismate salutis. tertium characteris insigne, quòd militi sicut in prælio ciuili datur, cum dicitur, consigno te signo crucis, in quo rex noster triumphauit. Coll.3. Vbi notãdum, quòd verbum te est de necessitate vt subiectum; quod circa inuocatio trinitatis etiam est de necessitate, quia hoc sacramentum omnibus inungitur, & pleni Christiani fiunt. c. omnes. de cons. dist.5. vnde reliqua sacramenta quia non sunt fidei professiones, sed fidem iam roboratã supponunt, non exigunt eandem Trinitatis inuocationem, vt dicit Sot.4. dist.7. q. vn. art.4. signum crucis etiam est de essentia sacramenti. cap. nunquid. de cons. d.5. nam ascribimur in eorum numerũ qui fidem Christi ex officio tenere, & eum cruci affixũ prædicare debemus. Verbum confirmo etiam est de necessitate, quia per hoc homo

homo roboretur contra hostiũ impetus, verbũ quoq; , chrismate salutis, & est necessarium, vt denotetur, qua re confirmamur. Neq; vim facere debet ꝙ hæc forma præcisa non habeatur in sacris literis, quia nõ opus fuit, oĩa quæ Christi institutione Apostoli faciebant, scripta esse, multa.n. eorũ traditione, viua voce ad nos peruenerim, iuxta id 1. Cor. 11. Cætera, cum venero disponam, quæ tñ dispositio nusquam legitur. Vnde 2. Thess. 2. d. tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem. i. verbo, siue per epistolam nostram. & Io. 2. d. plura habens vobis scribere, nolui per chartã, & atramentum, spero. n. me futurum apud vos, & os ad os loqui. Vnde colligitur ea quæ ex traditione Apostolica habemus ; ita esse ac si in scripturis haberentur. Et ita hæc forma est ex traditione apostolorum à Domino accepta. Ang. conf. num. 9. Vig. de conf. ver. 2. Cath. Rom. de cõf. pag. 224. 225. & ad hanc formam alludere videtur Amb. lib. de his qui mist. init. d. repete, quia accepisti signaculum spirituale, spiritũ scientiæ, spiritũ sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, & infra. Signauit te Deus pater, confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus spiritus in cordibus tuis. & lib. 1. de Sp. S. c. 6. sancto igitur spiritu signati sumus, non natura, sed à Deo.

De charactere Confirmationis. Cap. VI.

Confirmatio imprimit characterem.

Prima propositio. Sacramẽtum cõfirmationis imprimit characterẽ. conclusio hęc diffinita est in Concil. Tarracon. & hr in cap. dictum est. & in c. de homine. de conf. dist. 5. Idẽ habetur in Conc. 8. c. 7. & in Concil. Flor. & Trid. sess. 7. de sacr. in generel can. 9. Ratione autẽ probatur sic per D. Th. d. q. ar. 5. character est quædam spiritualis potestas ad aliquas spiritua les actiones ordinata, sicut autem baptismus est quædam spiritualis regeneratio, ita & confirmatio quoddam spirituale augmẽtum ad ætatem perfectã, sed ex similitudine corporalis vitæ, alia est actio hominis statim nati, alia cum peruenerit ad ætatẽ perfectam, ideo per sacramentum cõfirmationis datur homini spiritualis potestas ad quasdam alias actiones sacras præter illas ad quas datur ei potestas in baptismo, nam in baptismo accipit potestatem ad ea agenda quæ pertinẽt ad propriam salutem, prout secundum se viuit, sed in confirmatione accipit potestatem ad agẽdum ea quæ pertinẽt ad pugnam spiritualem contra hostes fidei, vt patet exemplo Apostolorum, qui vt acceperunt Sp. S. egressi è cœnaculo, non verebatur publicè fidem Christi prædicare etiam coram inimicis fidei christianæ, vnde sacramentum hoc imprimit characterẽ, quatenus accipitur potestas publicè fidem Christi profitendi quasi ex officio D. Th. ibi ad secundũ. ideo imprimit caracterem, & reiterari non potest iuribus prædictis. Iterãs autem confirmationem non efficitur irregularis, sicut iterans baptismum; probatur ex d. c. dictum est, vbi nõ imponitur huiusmodi pęna, & irregularitas non incurritur nisi in casibus à iure expressis. c. is qui. §. qui vero. de sent. excomm. in 6. De baptismo vero id est expressum in cap. 2. de apost. in odium Donatistarum sustinentiũ hęresim, baptizatos ab hęreticis esse rebaptizandos, non sic autem est statutum in confirmatione, ideo pęna non est amplianda. arg. c. odia. de reg. iur. in 6. & ita tenet Scot. 4. d. 7. q. 5. & ibi Palud. q. 2.

Secunda propositio. Character cõfirmationis præsupponit caracterem baptismi, ita ꝙ si non baptizatus confirmatur nil recipit, sed oporteret ipsum denuo cõfirmari post baptismũ; probatur conclusio in c. omnes fideles. & in ca. nouissimè. de conf. d. 5. baptismus enim est ianua sacramento- Confirmationis character præsupponit characterẽ baptismi.

 rum.

rum.c.præter hæc.dist.32. & est diffinitum in Conc.Floren.vnde qui ante baptismum ordines recepit,iterũ post baptismum est ordinandus.c.1.de pre sbytero non bapt.minist. Ratione sic à D.Th.d.q.ar.6.nã sicut se habet confirmatio ad baptismum, sic augmentum ad generationem, sed nemo potest promoueri in ætatem perfectã, nisi prius fuerit natus, sic nisi quis primo fuerit baptizatus, non potest prius sacramentum confirmationis accipere.

Sed an alia sacramenta sine confirmatione possint suscipi. Resp.ꝙ licet vbi commode fieri potest aliud sacramentum sine cõfirmatione suscipi nõ debeat, non tamẽ est mortale,nisi ex contemptu id fiat. Sot.d.7.q.vn.ar.7.

De effectu Confirmationis. Cap. VII.

Confirmationis effectus quis sit.

PRopositio vnica. Per confirmationẽ confertur gratia gratum faciens. conclusio est de fide, ꝓbatur c.1.de cons.d.5. vbi dicitur per confirmationem plenos Christianos fieri, & in c.Sp. Sãctus. vbi dicitur per id sacramentũ baptizatis augmentũ præstari ad gratiã.& in c.nouissime.ibid. Ratione probatur per D.Th. d.q.art. 7.nam per hoc sacramentũ datur Sp. S. ad robur baptizatis, vt est datus in die Pẽtecostes apostolis, Act.2.& per apostolos datur per manuum impositionem.Act.5.sed missio,vel datio Sp. S. non est nisi cum gratia gratum faciente,vt in 1.par.q.43.art.3.dicĩ ergo apertè potest hoc sacramentum conferre gratiam gratum facientem. De effectu verò proprio, & speciali huius sacramenti est dictum supra. Idem Melchiades Papa ad Hispan. episcopos, & in Conc.Flor.hr.in hoc sacramẽto Sp.S.dari ad robur,& Cip. ep.72.ad Iubaianum. Aug.tract.6.in ep.Ioan. Hier.cont.Lucifer.Amb.lib. 3.de sacr.c.2.

De suscipientibus Cõfirmationem. Cap. VIII.

Confirmatio est omnib⁹ exhibenda, & quare.

PRima propositio.Confirmationis sacramentũ omnibus est exhibendũ. probatur cõclusio. Act.2. vbi d.ꝙ Sp.S. impleuit totam domum, ergo omnibus est dãdum & ex decreto Vrbani Papæ in c.oẽs fideles.de cõs.d.5.vbi d.omnes fideles per manus impositionem epõrum Sp.S. post baptismum accipere debere, vt pleni Christiani inueniãtur. Ratione probatur per D.Th. d.q.72.art.8.nam sicut est de intentione naturæ omnẽ ex carne natum,nisi morte præuentũ ad perfectã ætatẽ perducere, ita multo magis intentio Dei est oĩa opera sua ad perfectionẽ promouere, iuxta id Deut.32. Dei perfecta sunt opera, & ideo quotquot ex aqua, & Sp.S. renascũtur in fide perficere. Cum ergo anima quæ renascitur sit immortalis, & ita nec iuuenis nec senex, sit vt sicut in senectute potest homo natiuitatem spiritualẽ consequi,ita & in iuuentute,& pueritia possit augmẽtum percipere ætatis, ergo quicũq; baptizatus tam in pueritia, q̃ in senectute confirmari põt. Ex quibus colligitur pueros statim baptizatos posse confirmari vt d.Dion.2.cap.eccle.hierch. & Clem.ep.4. ꝙ pueri statim nati cõfirmabantur, & eis ministrabatur Eucharistia & est verum Sacramentum, an verò id expediat infra dicetur.

Confirmatio est conferenda, morituris senibus, & pueris.

Secunda propositio. Morituris, vel senibus hoc sacramentum est conferendum. Ratio est nõ propter pugnã quæ illis immineat, sed vt in Resurrectione perfecti appareant, iuxta id Ephe.4.donec occurramus in virũ perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde Vgo de S.V.lib.1. de sacr. par.7.c.2.d.omnino periculosum esset si ex hac vita sine confirmatione migrare contingeret, non quia damnaretur, nisi propter contemptũ, sed quia detrimentũ perfectionis pateretur, vnde etiam pueri confirmati

dece-

decedentes maiorem gloriam consequuntur sicut & hic maiorē obtinēt gratiam D.Th. ibi ad 4.

Confirmatio mulieribus est conferēda

Tertia propositio, etiā mulieribus hoc sacramentum est conferendum, nam cœleste stadium omni ætati sexui, & statui paratur, quędā verò mulieres in martirio virorum fortitudinem æquarunt, quædam superarunt, ideo cum detur ad robur hoc sacramentū mulieribus seruis & omni statui est dādum. D.Th. ibi ad 3. oportet tamen ꝙ quicunq; confirmatur ante susceperit baptismum alias non conferret characterem. ca. nouissime. de cōſ.d.5. Turr.cre. in c. dictum. ead. dist.

Confirmatio nō debet cōferri pueris ante vsum rationis.

Quarta propositio. Non expedit pueris ante vsum rationis hoc sacramentum conferre, ꝙ probat Palud. 4. d.7.q.4. ex vsu ecclesiæ quæ non consueuit hoc sacramentum cōferre infantibus. & ca. omnes. debet intelligi secundùm ritū ecclesiæ, ideo si in aliquibus nationibus confirmētur ante vsum rationis, potest id sustineri, qa decretum ecclesiæ vniuersalis nō obstat. Et licet Conc. Aurelianen. ꝙ habetur in c. vt ieiuni. de conſ.d.5. dicat requiri ætatem perfectam in confirmādo, & gl. ibi exponit de duodecim annis, Palud. tamē ibi d. sufficere si septem annos attingant, ꝙ cōfirmatur ēt in Cathec. Conc. Trid. nā sat est vt intelligant id ꝙ fit, vt eius sint memores, & etiam sciant distinguere inter malum, & bonum, & ēt quia tunc minores ordines suscipere possunt. c. vlt. de temp. ord. in 6. quos non licet sine confirmatione præcedente suscipi. c. 4. sess. 23. in Tr. Conc. nam cū per confirmationem quis fiat miles Christi, & per ordinem dux, indignū videtur ducem nisi ex militibus creare, suscipiens tamen ordinem ante confirmationem non incurrit aliquam censuram, Candelab. de sacr. conf. nu. 41. per auth. Soti supra alleg. & alios. & sacramentū ordinis tenet vt ibi Sot. tenet etiam post Conc. Trid. Candel. de sacr. conf. nu. 41. præterea cū per confirmationē perficiatur gratia baptismi, decet, dum illa manet, antequam per culpam mortalē timeatur perdi, adhibeatur cōfirmatio, licet nō sit negligētia id protrahere vsq; ad duodecim, vel quatuordecim annos, vlteriº verò erit notabilis negligētia. Et eps non cōfirmans ex negligētia peccat mortaliter Candel. de sacr. cōf. num. 29. D.Th. tamen. 4. d. 7. Petrus Sot. de conf. lect. 2. & Cand. nu. 39. de conf. tenent aliquē ēt duorū vel trium annorum posse confirmari, maxime cum hodie describatur in libro à Parocho, & ideo non est timendum vt obliuiscatur, prima tamen opinio est conuenientior, vt supra, non tamen sentirem peccare episcopum confirmantem minorem septennio ex causa, vt quia illuc non sit reuersurus nisi post longum tempus, ex dictis.

Confitendū est ante confirmationē.

Quinta propositio. Confessio ante susceptionem huius sacramēti si adsit culpa mortalis est pmittenda. 1. Cor. 11. Probet autē seipsum homo, & habetur in Conc. Aurelianen. in c. vt ieiuni. de cōſ.d.5. vbi & dicitur debere suscipi, & ministrari à ieiuno, id tamē non est de necessitate, sufficit. n. contritio, cum in d.c. dicatur solū vt moneantur ad confessionem faciendam, & licet quis non sit perfectè contritus, dūmodo non sit fictus, consequitur remissionem peccatorum per gratiam huius sacramēti. vt d. D.Th. d. q. art. 7. videlicet attritio existimata cōtritio, hæc. n. sufficit ad oīa sacramenta suscipiēda, Eucharistia excepta, videlicet ꝙ homo licet non doleat propter Deū tñ bona fide id existimet, nō tamen sufficeret attritio cognita, i. dum quis sciens se nō propter Deū pœnitere accedit. Sot. 4. d. 7. q. vn. ar. 7.

Confirmatio potest cōferri surdis, & mutis, & amētibus.

Sexta propositio. Surdi, & muti habiles sunt ad hoc sacramentum suscipiendum, nam & illis per sacrm gratia augmentari potest, & idonei sunt vt fidei dignitatē possint cognoscere, & in eius defensionem vitam exponere, Amentes item si habent lucida interualla, vel etiam in amentia, si ante non cōtradixissent, quia expectari po-

test, vt possint pro fide pugnare: Si verò sunt perpetui amentes & ita nati, si confirmētur, erit verum sacramentum non tamen debent, sicut nec infantes ante vsum rationis ecclesia solet confirmare. Sot.d.q.vn.ar.8.Verb. Enascitur.

Confirmatio an sit in præcepto de necessitate salutis.

Septima propositio. Sacramētum hoc non est in præcepto de necessitate salutis suscipiendum, nisi adsit contemptus vel notabilis negligentia. D. Tho. in d.ar.ad 4. dicitur autem contemptus non quādo quis transgreditur præceptum legis, sed quādo ideo id transgreditur quia non vult ei subijci, & tunc est speciale peccatum mortale. vt explicat Coarr. in c.alma, parte prior.§.7.de sent.excomm.in 6. vel qñ diuinum beneficium, vt huius sacramēti nil æstimat, & ideo id omittir, & hic cōtemptus est mortalis, si.n. crederet sacramentum nil continere vtilitatis esset hæresis in intellectu, & si ēt id omitteret, quia sacramentum odio habeat, esset plus quam contemptus, & hāc opin. latè comprobat Sot. d.q.vn.ar.8. vbi etiam respondit contrarijs ad fi. vbi & dicit qñ omittitur ex negligentia mortali quæ .f.fit contemptus esse mortale id omittere, aliàs non. Sic etiam Scot. 4.d 7. q.11, Coar.lib.1.var.resol.c.10.nu.9.

De ritibus huius Sacramenti. Cap. IX.

Confirmatio est conferēda in fronte, & quare.

PRima propositio Sacramētum cōfirmationis est conferendum homini in fronte. pbatur in c.nouissime. de cons.d.5. vbi id dicitur, & in Conc. Flor. quia in fronte est verecūdiæ sedes, nè Christi nomen cōfiteri erubescat, & præcipuè crucem eius. ca.1.de sacr.vnct. c.1.de cogn.sp.in 6.Tert.de præscr.hæret.ca.40. idē habet. & Augus. latè in Ps.41. Ratione sic per D. Tho.d.q.72.ar.9.c.In hoc sacramento homo accipit Sp.S. ad robur spiritualis pugnæ, vt fortiter ēt inter aduersarios fidei Christi fidem cōfiteatur, vnde conuenienter signatur in fronte, primò, quia insignitur signo crucis, vt miles signo ducis, sed inter omnia loca corporis humani frōs est maximè manifesta, quæ nunquam ferè tegitur, ideo confirmatus linitur chrismate in fronte vt apertè demonstret se esse Christianum, vt Apostoli fecerunt, qui prius in cœnaculo clausi erāt. Secundò, quia quis impeditur à libera Christi nominis confessione, propter timorem & verecundiam, signum verò vtriusq; horum maximè manifestatur in fronte, & propter vicinitatem imaginationis, & quia spiritus à corde directè ad frontē ascendunt, vnde verecundia affecti erubescunt, timore pallescunt. 4. Et h. ideo signatur in fronte, vt propter timorē vel verecundiam nomen Christi confiteri non omittat. Sed an chrismatio in fronte sit de essentia sacramenti, vel solum de præcepto. Resp. q̄ est de essentia sacramenti adeo vt si in alia parte liniretur non esset sacramentū. Sot.d.q.vn.ar.9. & Augu. id probat in Ps.141. & D.Th.3.p.q.72.ar.9. Nau.ca. 22.num.8.

Confirmatus quare cedatur alapa.

Secunda propositio. Cōfirmatus cedītur alapa, vt Christianam militiam inuicta patientia exercendam & ornandam esse sibi perpetua memoria retineat. Canisius de sacra.confirm.§. 5.in textu.in fi. & Ioā.Ekius.hom.23. de chrismate.

Confirmatus debet teneri ab alio, & quare.

Tertia propositio. Qui cōfirmatur debet teneri ab alio quasi in pugna spirituali erudiēdus, probatur ratione, nam sicut de nouo natus eget instructore in his quæ pertinēt ad vitæ conseruationē, Heb.12. ita qui assumitur ad pugnam eget eruditoribus à quibus instruatur de his quæ pertinēt ad modum certaminis quasi per eum in pugna spirituali erudiendus. Et quia homini in hoc sacramento confertur perfectio spiritualis ætatis, ideo ille qui ad hoc sacramentum accedit sustentatur, quasi adhuc spiritualiter imbecillus & puer. D.Tho.q. d.art.10. Vbi notandū susceptorē non esse

esse de essentia sacramēti, vt dictū est de patrino in baptismo, sed tamē inter susceptorem, ac ipsum confirmatum ac illius patrem, & matrē, ac confirmantem & confirmatum, & susceptores spiritualis cognatio contrahitur quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractū. c.2. sess. 24. in Tr. Conc. & quod dictū est ibi de numero susceptorum, & eorum qualitate hic repetēdum est. & si vxor suscipiat non potest debitum petere à viro, quòd proprium filium suscepit. Sot. d. art. 10. non debet etiam non confirmatus tenere confirmandū, quia qui per se stare non potest aliū nō pōt sustinere. c. in baptismate de cōs. d. 4. nec minor ætate maiorem arg. §. adopt. Instit. de adopt. nec propinqui confirmandi debent eum leuare, cum alia cognatione ei coniungātur. c. si quis. & ca. de his. 30. q. 1. q. ēt in baptismo suscepit nō debet in confirmatione suscipere. c. 98. de cōs. d. 4. nec vxor cum viro eundem suscipiat. c. quod autē. 30. q. 4. Vig. ca. 13. de cōs. & in hoc sacramēto, vt & in baptismo conficitur cognatio spiritualis Conc. Mag. can. 55. ca. si quis. 3. q. 1. Trid. sess. 24. c. 2. c 1. de cogn. sp. in 6. De his etiā agit Greg. Tol. in Sintagm. de sacr. cōfirm. & Candel. de conf. num. 46. vbi d. omnes posse esse patrinos excepto viro vxoris, vel contra. non tamen decet suprascriptos esse, nec mulierem viri, vt d. Tolos.

Confirmatio à ieiunis, & ieiunis est cōferēda, nisi multitudo sit magna.

Quarta propositio. Episcopi ieiuni, ieiunis tantum, id sacramentum conferre debēt. c. vt ieiuni. ca. vt episcopi. de cōs. d. 5. excipiūtur ab hoc decreto periclitātes. d. c. vt episcopi. excipitur etiam qñ ob multitudinem sumentiū episcopus in magna diœcesi non posset omnibus supplere, si ei tempus ieiunij arctetur D. Tho. d. q. 72. ar. 12. ad 2. ideo dicendum id tantū esse de consilio Candel. de sacr. conf. nu. 28.

Patrinus nō potest in hoc sacramento

Quinta propositio. Licet patrinus in hoc sacraoento non sit de essentia sacramenti, id tamen omittens mortaliter peccat, cum sit de necessitate præcepti, vt inquit Nau. c. 22. nu. 9. § 4. Vig. de cōf. in fi. & omnes possunt esse patrini, nisi vir vxoris, quia sic amitteret debitū. Victor. nu. 51. Nau. vbi supra, vnde propinqui possunt propinquū leuare, & vir & vxor simul aliū post Conc. Trid. non tamen proprius pater potest filium suum leuare, vt d. ibi Nau. sicut nec baptizare, ne nouā cognationem contrahat cum vxore, & vnus tantum, vel ad summum vnus & vna debent suscipere ex Conc. Tr. sess. 24. c. 2. quòd si plures id faciant, dictum est supra.

sine peccato omitti.

De ministro huius Sacramenti. Cap. X.

Episcopus solus est ordinarius minister confirmationis cū ampliationibus, & fallentijs.

VNica propositio. Solus episcopus est ordinarius minister huius sacramenti. probatur cōclusio. Act. 8. 19. & ex. cap. de his. & per tot. de cōs. d. 5. & in c. manus ibid. & in c. presbyteri. & c. quamuis. de cons. d. 4. Aug. in q. noui test. q. 42. Damasus papa in ep. ad Leonem. & ep. 1. c. 2. Leo in ep. 66. & 88. Ioānes papa, in ep. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, & Innoc. 3. in c. quanto. de consuet. & in c. vnico. de sacra vnct. Isid. lib. 2. Orig. Vgo de S. V. lib. 2. de sacr. p. 7. ca. 2. & alij supra alleg. & habetur in Conc. Flor. in vn. Arme. & Trid. sess. 7 can. 3.

Ratione probatur ducta similitudine tum artis, tum etiam humanorū actuum. Nam in ædificijs extruendis inferiores ministri architecto materiam præparant, sed architectus ipse formā imponit, cuius ædificij vsus ad dominū spectat. Et epistolæ per notarium scriptæ manu pontificis subscribūtur, Ecclesia verò fideliū est quoddam ædificium diuinum. 1. Cor. 3. & epistola quædam spiritu Dei in cordibus scripta. 2. Cor. 3. hoc verò ædificium & epistola per baptismum sacerdotum ministerio ædificatur, & scribitur, per sacramentum verò confirmationis domus quasi iam ædificata dedicatur in templum Sp. S. & epistola

la iam scripta consignatur signo crucis, munus ergo hoc episcopis ex officio incumbit, qui tanquam apostolorum successores summam potestatē in ecclesia obtinent, sicut in eius primordijs per manus apostolorum plenitudo Sp.S. dabatur. Act.8. & 19. D. Th.d.q.ar.11.

Ampliatur, vt neque ex immemorabili præscriptione posset hoc sacramentum ab alio, quàm ab episcopo ministrari. Coar.lib.1. variarū resol. c.10.num.14.

Secundò ampliatur, vt episcopus non possit id concedere suo Vicario generali, quia episcopus non potest committere ea quæ sunt episcopalis ordinis minoribus se, licet possit ea q̃ sunt iurisdictionis. c.aqua. vbi glo. de cōsecr. eccl. gl. in c. quāto. de consuet. Requiritur etiam, q̄ episcopus sit cōsecratus, quia electus & confirmatus non potest per se consecrare, vel confirmare, bene aūt alteri episcopo id committere. Turr. Cre. in ca. manus. de cons. d.4.

Fallit si papa id simplici sacerdoti cocedat, quia iā potest, & si non sit cōsecratus. c. peruenit. vbi oēs. 95. dist. & Conc. Flor. Trid. sess. 7. can. 3. probat ex causa papam id quandoq; fecisse, locis præalleg. & habetur in c. quanto. de consuet. & ita sentit D.Th.d.q. ar.11. ad primū. & alij quos citat Candel. ibid. nu.26. & supra probatum est iterū. Bellar. de confirm. c.12. vbi plures ad id citat. Non potest autem eṗs non subditos cōfirmare, aliàs peccat mortaliter, nō tamen incurrit suspensionem, vt si ordinaret. Sylu. confirmatio. in fin.

De praxi administrādæ Confirmationis. Cap. XI.

Vir & vxor nō sint simul patrini.

VIr & vxor simul non decet vt aliquem de baptismo, vel confirmatione suscipiāt, vt puritas paternitatis magis cōseruetur. c. q̄ aūt. 30. q.4.

Confirma

Confirmare non debet quis nisi subditum, & in eius diœcesi constitutum. Sylu. confirmatio. nu.4.

ri dēt tm̄ subditus.

Antequā verò sacrm̄ cōfirmationis cōferatur, Parochi denuncient tēpus, quo sacrum chrisma ministrandum erit, eosq; qui confirmandi sunt eius vim & virtutem edoceant, & ne minores septennio ad id sacramentum accedant, nisi aliter iudicio episcopi videatur, vt in Conc. Med. 5. quos tū ætate procedente parentes monere debent, ne illud reiterari contingat. ibid. ijdemq; præuiam peccatorū confessionem præmittant, si doli capaces sint, & ne vllus hoc sacramentum omittat, vel longius quam par est, suscipere differat, & vt ieiuni illud suscipiāt cū mane ministratur. Conc. 1. 4. de confirm. cōst. Bolli susceptores verò nil cōfirmatis nec eorum parentibus largiantur, ne eius iterandi occasio detur, & quilibet susceptor præsent et vnum tantum, vel duos ad summum iuxta verba pontificia, nec religiosus suscipiat nisi de licentia eṗi.

Confirmā di quibus præditi esse debet.

Eṗi diligentes sint in hoc sacramento administrando non solum tēpore Pentecostes, sed etiam alijs temporibus cum opus est, & ad alia diœcesis loca vbi est opus accurrāt, & si quem in periculo mortis constitutum illud non suscepisse agnouerint, ei paterna charitare succurrant. Conc. 5. Med.

Patrini nil susceptis largiātur. Cōfirmatio qua diligentia sit cōferēda, & ritu.

Vtq; diligentius hoc sacramētum omnibus ministretur aliquot ante diebus, quàm eṗs hoc sacramentum sit ministraturus, parochus per familias ritè, & distinctè notet eos qui illud non susceperint, q̄ in libro conscriptionis animarū notati poterit, illosq; ordine in ecclesiam vocet, ad id ritè, & religiosè suscipiendū, eosq; moneat, vt pridie quam sit ministrandum caput lauent, vel aliter mundēt, ac capillos sibi tonderi curent. & periculum faciat an confirmādi, & patrini norint orationē Dominicam, Simbolum, & salutationem Angelicam.

In eo verò ministrando vbi pauci sunt, ante altare maius ministret vbi mares ex vna parte, fœminæ ex altera genu-

genuflexi manibus iunctis piè orent, & ab omni strepitu, confabulatione, & huiusmodi caueãt, ac primũ mares deinde fœminæ confirmentur, idque hora tertia, quæ ex antiquo ritu huius sacramenti stata hora est.

Patrini nõ sint minores natu maiorib⁹, nec fœminæ viris.

Fœminæ verò matribus, nec mares fœminis, nec iuniores senioribus cõpatres sint, nisi aliter necessitas postulet, & suscipiens dextera confirmandum teneat, ꝙ si qui offertur adulta ætate sit, pedem suum super dexterũ compatris ponat, ꝙ misterio non caret, eo.n. signo demonstratur se adhuc infirmum atletam Christi esse & aliena ope egere, & sacramenti susceptione, curare etiam debet eps & parochus vt qui turpe vel ridiculum nomen habet in cõfirmatione id mutet, nomenq; alicuius qui sanctè, & religiosè floruit sumat, vt veteri deposito nomine vitam insimul mutet, & nouum viuendi genus, & institutum suscipiat.

Confirmati verò frons, chrismate ab epo illita, primum bombice à sacerdote diligenter abstergatur, tum à clerico in sacris constituto aqua lauetur, quæ aqua in baptisterij sacrarium abijciatur.

Confirmati in librũ describendi.

Confirmati demum in librum deferantur, horato nomine compatris, sub forma infrascripta, & eius libri exemplum ad epm transferat. Conc. 5. Med. tit. de confirm.

Patrini q nõ admittuntur in confirmatione.

Non confirmatus alium in sacramento confirmandum non suscipiat, nec excõmunicatus, interdictus, vel notorius peccator admittatur.

Mulieres fucis, crispis crinibus, & alijs ornamentis inanibus abiectis, hoc sacramentum suscipiãt, & viri ẽt, ac armis depositis, & huiusmodi, caueat quisque ne bis hoc sacramentum suscipiat, ac confirmãdus secum ferat politiam in qua scriptũ sit eius nomen & cognomen, patris ac matris, & parochiæ in qua habitat, quã, antequam confirmetur, tradat ei qui ad hoc erit deputatus, & ieiunus si mane ministratur ad hoc sacramentũ accedat, nec ante discedat quam epi benedictionem acceperit.

In ministrando hoc sacramento, forma seruet̃ in Põtificali descripta.

His actis parochus librum habeat in quo omnes confirmati describantur, & confirmatos in librum deferat sub hac formula.

Confirmati qua forma ĩ librũ deferri debeant.

Formula describendi Confirmatos.

Die 5. Maij 1594. Petrus filius Domini N.N. & Dominæ N.N. eius vxoris, confirmatus fuit die suprascripta, suscipiente Dño N.N. & Dña N.N.

De Confirmatione. Sententiæ.

AVg. cõt. liter. Petil. lib. 2. c. 104. Agnosce bonũ & iocundum habitare fratres in vnũ, agnosce barbam Aaron, agnosce oram vestimenti spiritalis, interroga ipsam scripturam vbi cœperunt hæc fieri, inuenies in Hierusalem. De hac ora vestis per omnes gentes vnitas tota cõtexitur, hac intrauit caput in vestem, vt inducere tur Christus varietate orbis terrarũ, quia in hac ora vestiméti apparuit varietas ipsa linguarũ. Cur ergo ipsi capiti, vnde illud vnitatis descendit vnguentum .i. amoris fragrantia spiritalis, cur inquam ipsi capiti resistitis testanti & dicenti, prædicabitur in nomine eius pœnitentia, & remissio peccatorum per omnes gentes incipientibus à Hierusalem. Et in hoc vnguento sacramẽtum chrismatis vult interpretari, ꝙ quidem in genere visibiliũ signaculorum, sacrosanctum est sicut ipse baptismus, sed poteſt esse & in hominibus pessimis, in operibus carnis vitam consumantibus, & regnum cœlorum non possessuris, & ideo nec ad barbam Aaron, nec ad orã vestimenti eius, nec ad vllam contextionem vestis sacerdotalis pertinentibus.

Sacramentum chrismatis sanctũm vt baptismus.

Petrus Damianus sermone 1. de Dedic. eccl. secundum est sacramentũ cõfirmationis, in baptismate spiritus datur ad veniã hic ad pugnã, ibi mũdamur

damur ab iniquitatib⁹, hic munimur virtutibus. Et probatur auth. scripturæ, & patrum supra in materia adductorum, & Conc. Flor. Trid. & aliorũ.

Confirmationis necessitas, & authoritas eius institutiõis. Vnde etiam Cipr. ep. 70. ad Ianuarium, vngi oportet quoq; eũ qui baptizatus est, vt accepto chrismate, i. vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit.

Act. 8. 19. Et Hier. aduer. Lucif. an nescis (inqt Luciferianus) etiã ecclesiarum hunc esse morẽ vt baptizatis postea manus imponantur, & ita inuocetur Sp. S.? exigis vbi scriptum sit? in actibus apostolorum, etiam si scripturæ authoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret.

Materia.

Cipr. de Vnct. chris. & alijs sacram. Hodie in ecclesia cum cęteris vnctionibus ad populum acquisitionis sanctificandum, in participationẽ dignitatis, & nominis sacrum chrisma cõficitur in quo mixtum oleo balsamum

Materia confirmationis quę regiæ, & sacerdotalis glorię exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiãdis diuinitus est vnctio instituta.

Greg. in 1. c. Cant. In Engaddi balsamum gignitur, q cum oleo pontificali benedictione chrisma efficitur quo dona S. Sp. exprimuntur. Concil. Flor. in vnione Arm. Materia confirmationis est chrisma, confectum ex oleo q nitorem significat conscíẽtiæ, & balsamo q odorem signat bonæ famæ per episcopum benedictam.

De Forma.

Amb. de his qui mist. initiatur. c. 7. repete quia accepisti signaculum spiritale, spiritũ sapientiæ, & intellectus, spiritum consilij, atque virtutis, spiritum cognitionis, atq; pietatis, Sp. S. timoris, & serua q accepisti, signauit te Deus Pater, cõfirmauit te Christus

2. Cor. 1. Dñs, & dedit pignus Sp. in cordibus tuis, sicuti apostolica lectiõe didicisti.

Conc. Flor. loco prædicto. Forma autẽ est, signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, In nomine Patris, &c. & alijs testimonijs in materia citatis.

De Ministro, & effectu.

Leo ep. 88. ad epos German. & Gallię, de correpiscopis loquẽs, nec erigere altaria, &c. nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare licet, hæc enim omnia illicita sunt correpiscopis, & solis deberi summis pontificibus authoritate canonum præcipitur.

Conc. Flor. loco prædicto, ordinarius minister est eps, & cum cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi eps debet conferre, & probatur etiam alijs authoritatibus in materia allegatis. Minister confirmationis.

Cipr. ep. 70. ideo autẽ vngitur baptizatus, vt accepto chrismate .i. vnctione, Christianus esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit, teneatq; sanctitatem. Baptizati quare confirmentur

Et Tert. li. de carnis resur. c. 8. & de baptis. c. 7. & 8. caro vngitur, vt anima cõsecretur, caro signatur vt & anima muniatur, caro manuũ impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur.

Melchiades ad Hispan. in baptismo regeneramur ad vitam, in hoc sacramento confirmamur ad pugnã, in baptismo abluimur, hoc verò post baptismum roboramur, vt regeneratis custos & cõsolator, & tutor adsit Spiritus Sanctus.

Conc. Flor. loco prædicto, effectus huius sacramenti est, quia in eo datur Sp. S. ad robur, sicut datus est apostolis in die Pentecostes: vt Christianus audacter Christi nomen confiteatur, ideoque in fronte vbi verecundiæ est sedes, confirmandus inungitur ne Christi nomen confiteri erubescat, & probatur alijs testimonijs supra in materia citatis, & apud eximium virum Petrum Canisium in sententijs de hoc sacramento. Act. 2.

De Con-

De Confirmatione. Hæreſes.

Hęreſis, ꝙ confirmatio non ſit ſacramentum reijcitur.

PRima hæreſis, reijcit confirmationem ex numero ſacramentorum. ſic inquir Ioan. Vuicleffus in 4. lib. trialogi. ca. 14. Vualdenſes, Luth. li. de captiuitate Babil. ca. de confirmat. Calu. in antidoto Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. & alii.

Et quidem primò ꝙ dicitur Act 8. Tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebāt Sp. S. & Act. 19. interpretatur d. Caluinus non ꝙ illa manuum impoſitio eſſet ſacramentū, ſed quædam oblatio baptizatorum Deo, ſolebant enim per manus impoſitionem offerre Deo quos baptizauerant.

Secūdò, Caluinus reijcit patres hoc affirmantes, nam li. 4. c. 19. §. 4. d. Hieron. in eo allucinati, ꝙ putarit apoſtolicam obſeruationem eſſe ritum confirmationis. Vlterius patres cum vident verbo Dei ſe defici, d. hanc eſſe vetuſtiſſimam obſeruationem, & multorum ſeculorum conſenſu firmatā.

Tertiò, Calu. ibi negat patres agnouiſſe hoc ſacramentum. confirmat id Kemnitius ex loco Aug. apud Grat. in ca. arrianos. 1. q. 1. vbi dicit manus impoſitionem non etiam ſacramētum, quia repeti poteſt, cum nil ſit niſi oratio quædam.

Quartò, ex Aug. lib. 3. de bapt. c. 16. vbi dum dicit impoſitionem manuū nil eſſe niſi orationem, dicit etiā nunc non eſſe expectandū ꝙ in manus impoſitione homines loquātur linguis, ſatis enim eſſe ꝙ Sp. S. inuiſibiliter detur, ergo loquitur de manus impoſitione confirmatoria. Et lib. 5. de baptiſ. c. 23. d. per manus impoſitionem reconciliatoriam dari Sp. S. at hic per vos eſt effectus confirmationis, ergo, eadem erat apud Aug. impoſitio manus confirmatoria, & recōciliatoria.

Quintò, Kemnitius dicit multos authores qui citantur pro confirmatione eſſe apocriphos & ſuppoſititios. ſecūdò alios eſſe certos, ſed ex ſchola Montani prodijſſe, vt Tertull. & Cipr. tertiò alios eſſe certos & probatos, ſed vocant vnctionem ſacramentum impropriè, & largo modo, quia eſt humana cæremonia quædā in baptiſmo adhiberi ſolita, & ſic exponit loca Aug. li. 15. Tr. c. 26. & li. 2. con. lit. Petil. c. 104. quartò, dicit nullum eſſe in antiquitate puriore patrē, qui detrahat baptiſmo ſuos effectus, vt eos tribuat chriſmati, & quia Cirill. ſibi obſtare videbatur, reijcit quę ipſe dicit. quintò dicit veteres diuersè loqui à recentioribus. nam ij inculcant manus impoſitionem quæ tamen nunc abolita eſt, ij etiā nominanr oleū, ſed nullus probatus author addit mixtionem cum balſamo, vt faciunt moderni, ij tribuunt baptiſmo eos effectus, quos recētiores tribuūt cōfirmationi vt dare gratiam, dare Sp. S. perficere, armare contra diabolum &c. ij demū vnctionem adiungūt baptiſmo, hi ſeparant, ac ſi duo eſſent ſacramenta.

His tamen non obſt. contraria ſententia catholica eſt & veriſſima, quòd confirmatio eſt ſacramentum vt latè probatū eſt ſupra in materia. Quibus ſtantibus ad contraria. Reſp.

Ad primum. Reſp. ꝙ Calu. id non probat ꝙ dicit, præterea ſcriptura dicit ꝙ ad illam manus impoſitionē ſequebatur continuo effuſio doni mirabilis, imo dicit etiam per illam impoſitionem manuum datū Sp. S. Act. 8. vt dicit etiā Tit. 3. per lauacrum regenerationis ſaluos nos fieri. Vt ergo lauacrum non eſt ſimplex oblatio, ſed miſterium cōferens gratiam, ita etiā manuum impoſitio.

Ad ſecundum. Reſpon. nos non aſſerre patres, vt dicamus ſacramentum ab illis eſſe inſtitutum, quia fatemur ſacramenta eſſe de cœlo, non de terra, tamē homines teſtes ſacramentorum adhibemus, pręterea hoc teſtimonium eſt de cœlo nō de terra, ipſi .n. id non confingunt ex ſuo capite, ſed ex apoſtolorum doctrina & traditione. nec nos deſtituimur verbo Dei, vt ſupra probatum eſt.

Ad tertium. Reſp. falſum eſſe, veteres

res agnouisse tantū duo sacramenta, & quòd negarint ritum confirmationis esse sacramentum, ex Melchiade, Cipr. Euseb. Aug. in materia citatis, & alijs. Ad Aug. in d.c. arrianos. Resp. ꝙ ibi loquitur de simplici manus impositione quæ fiebat in reconciliatione pœnitentiū, non de manus impositione cum chrismate quæ est pro priè sacramentum confirmationis, nā hic est materia sensibilis, impositio manuum, forma, oratio, effectus, gratiæ Sp. S. ergo est sacramentum.

Ad quartum, ꝙ Aug. primo loco variè accipit manus impositionem sine tamē vllo vitio, primò in genere, vel sit confirmatoria, vel recōciliatoria, vel ordinatoria; secundò dicit per manus impositionem re vera dari donū charitatis, ꝙ declarat exemplo impositionis manus confirmatoriæ, cum dicit nunc non expectandum ꝙ loquantur linguis, sed latenter eis infundi charitatem. Vnde ibi accipit manus impositionem magis strictè, i. pro sola confirmatoria. Ad secundum. Resp. Sp. S. dari per omnem impositionem manuū, ad varios tamen effectus, quia per impositionem manuum cōfirmatoriam datur ad roborādam animam in fidei confessione, per reconciliatoriam ad remissionem peccatorū, per ordinatoriā ad potestatem ministrandi secramenta.

Ad quintum. Resp. & primò ad primum, ꝙ licet epistolę Clementis Romani, Melchiadis, Eusebij, Vrbani, liber Dionisij, homiliæ Emisseni, & sermones Cipr. de operibus Cardinalib. Christi apud aliquos sint dubiæ vel ēt suppostitiæ, tamen habemus alios certissimos & ꝓbatissimos authores, qui id dicunt. Ad secundum. Resp. id esse falsissimum. Ad tertium. Resp. ꝙ patres ferè omnes distinguūt cōfirmationem à baptismo, & ei tribuunt effectum spiritualem, qui nō conuenit nisi verè ac propriè dictis sacramētis, nā primo loco Aug. dicit præpositos ecclesiæ imponere manum, & chrismate vngere, ad hoc vt detur Sp. S. vt olim fecerūt Apostoli. Act. 8. In secundo loco laborat vt ostendat verā confirmationem posse dari & accipi à malis vt & baptisma, & malos accipere sacramentum confirmationis visibiliter sine inuisibili gratia Sp. S. & ad iudicium. Ad quartum. Resp. ꝙ nos non dicimus detrahēdos suos effectus baptismo, sed damus vtriq; sacramento proprios eff. ctus. De Cathechesi Cirilli nemo vnquam dubitauit. De Cirillo habetur apud Theod. li. 5. c. 9. ex Conc. Cōstantinop. eius cōmendatio. Ad quintum. Resp. primò falsum esse abolitam esse manus impositionem. Tum balsami cum oleo mixti meminit Greg. I. Papa in c. 1. Canticorum. falsum est etiā eosdem effectus tribui à patribus baptismo, qui à nobis tribuuntur cōfirmationi, licet noīa effectuum sæpe sint eadem. Nam baptismus dat gratiam, & Sp. S. sed ad alios effectus quàm confirmatio. Vnde etiā Dn̄s Ioā. 20. dedit Sp. S. Apostolis per insufflationem, & tamen eo tempore promisit illis Sp. S. Act. 1. & dedit. Act. 2. Sic etiam baptismus armat, quia dat gratiam bene operandi, sed confirmatio addit peculiare robur ad profitendam fidē. Luc. vlt. baptismus perficit in suo genere, quia facit verè & integrè iustos & filios Dei, & tamen confirmatio adhuc perficit in alio genere, vnde patres magnificè loquuntur de baptismo, & etiā confirmatione.

Secūda hæresis est circa materiam confirmationis, & dicit oleum mixtū balsamo non esse materiam huius sacramenti, & hæretici per contumeliā pinguedinem vocāt & Kemnitius, nō putat impium, qui calices in itinere terræfactos chrismate isto inungat, & in Gallia Caluinistæ dicuntur ocreas suas chrismate inunxisse. Hęresis, ꝙ oleum cū balsamo nō sit materia hui⁹ sacramēti reijcitur.

Obijciunt primò, vt dicit Boetius in confessione Vuittemberg c. de baptis. sic. Vsus chrismatis ad elementa huius mundi pertinet, & ad Iudaicas cærimonias, à quibus nos reuocat Apost. Col. 2. Si mortui estis cum Christo ab elemento huius mundi quid-

adhuc detinemini?

Secundò Areopagita non obſcurè ſignificat vſum chriſmatis deductum vt athleticis vnctionibus ethnicorũ, & partim ex lege Moſaica,ſedMoſes. Deut.12.dicit caue ne imiteris gẽtes, & ritus eorum.

Tertiò, acta Conciliorum teſtãtur chriſma eſſe inſtitutũ à Silueſtro, non ergo Apoſtolis in vſu eſſe potuit, vt Fabianus ſcribit.

Quartò, dicit Kemnitius. Act.2.& 10.datur Sp.S.ſine vllo chriſmate. Itẽ Act.8. & 19. fit mentio impoſitionis manuum non autem chriſmatis.

Quintò,dicit Kemnitius. Tert.lib. de bapt.dicit hanc cærimoniam ſumptam ex veteri diſciplina, i. ex veteri teſtamento, ergo non à Chriſto inſtitutam. & Cipr.li.de ablut.pedũ. dicit has cærimonias non à Chriſto,ſed ab hominibus inſtitutas, & ſermone de chriſmate dicit relictam eſſe hanc vnctionem ex teſtamento veteri. Baſ.dicit nullum extare ſermonem in diuinis literis de vnctione chriſmatis.

Sextò,natiuum balſamum vnà cum arboribus iam perijt ex Plin.lib.12.c. 25. qui d. verum balſamum ſolum in duobus hortis Iudeæ naſci ſolitũ, qui horti iam dudum vaſtati ſunt.Confirmatur; nam catholici quidam dicunt non eſſe probabiliter Chriſtũ voluiſſe inſtituere ſacramentum aliquod in re tam incerta rara & pretioſa.

Septimò, videtur eſſe quædam ſpecies magiæ & incantationis,ritus conſecrandi chriſmatis.

Octauò, Cirill. cath.3. miſtag. dicit chriſmate inungi oẽs ferè corporis ſenſus. Amb. verò li.de ijs q miſt. initiãtur.c.6.dicit caput inungi,& inde vnguentum ad barbam defluere, non ergo certum eſt ꝙ nos dicimus chriſma in fronte adhibendum eſſe.

His tamen non obſt.contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, primò,ꝙ chriſma, vel vnctio eſt materia ſacri confirmationis ex Concil. Flor. in inſtr.Arme. & Trid.ſeſſ.7. can.2.de confirm. & colligitur ex 2. Cor.1. vbi fit mentio de hac vnctione, & tamen ſic intelligit Anſ.& Teod.ibi. & Amb. de ijs qui miſt.c.7.& 1.Io.2. qui locus de ea exponitur à Cirill. cath.3.miſt. & Aug.Tr.3.in ep. Ioã. ſecundò idem probatur ex communi conſenſu conciliorum,Pontificũ,& patrum Græcorum,& Latinorum. Secũdum dictum materia confirmationis non eſt oleũ ſimplex,ſed mixtum balſamo. probatur ex traditione maiorum. Areopag. de eccl. hierar.c.4.Clem.lib.7.Conſt. Ap.c.44.Fab.papa ep.2.ad orientales. Cipr.ſerm.de vnct.chriſm.Greg.in 1. c.Cant.Greg.Turon. li.de gloria martirum.c.40. Conc. 2. Bracarẽ.can.4.& Flor.in inſtr.Armen.tertium dictum, chriſma ꝙ eſt materia cõfirmationis prius conſecratum ac benedictũ eſſe debet. probatur ex traditione apoſtolica ſanctorũ Põtificum. Clem. Rom. li.7.Conſt.c.42.44.Fabianus vt ſupra. Dam.I.ep.4.Innoc.I. ep.1.c.3.Leonis I. ep.88.Gelaſ.I. ep.1.Io.III.ep.vnica. Innoc.III.in ca.cum veniſſet.de ſacra vnct. Cõc.Nic.can.69. Laodicen.can. 48.Rom.ſub Silu.can.5.Cartag.2.can. 3.Cartag.3. can.36. Cartag.4.cau.36. Vaſeng. can.3. Tolet.1.can.20. 2.Hiſpal.can.7.1.Bracar.can.37. Vuormatiẽſi.can.2. & 8. Flor.in inſtr.Arm. Dion.c.4. hier.eccl. Tert.li.de baptiſmate.Cipr.lib. 1.ep.12. Baſ.li.de Sp.S. c.27.Cirill.cath.3.miſtag. Aug.li.5.de bapt.c.19.20.Beda in c.8.Act. Iſid.lib. 1.de diui.offi.c.28. Rab.lib.2.de inſtr. cler.c.26. quartum dictũ,vnctio chriſmatis ad crucis figuram in fronte hominis baptizati fieri debet,vt ſit vera & proxima materia huius ſacramẽti. vt dicũt Damaſus, Innoc. Leo. Io.III. Greg.I. Conc.2.Hiſpal. & Flor. ſupra citati. & Tert.de præſcr.Cirill.cath.3. miſtag.Aug.in Pſ.141.

His ſtantibus ad contraria Reſp. ſi argumentum valeret probaret ẽt nõ eſſe vtẽdum aqua in baptiſmo, necpane in Euchariſtia, quia ijs rebus vtebantur etiã Iudæi cum haberẽt aquã expiationis, & panes propoſitionis, vnde ſicut aqua & panis potuit ſeruire

re vmbræ & veritati, sic etiam potest oleum; Apostolus verò nos reuocat à cæremonijs Iudaicis, quæ verè erant elementa & egena, cum iustificare nō possent, non autem à sacramentis Christianis, licet in eadem materia consistant.

Ad secundum. Resp. Dionisium tribuere chrismatis doctrinam Apostolis Christi, non Iudæis, vel ethnicis, & q̃ dicit de Iudæis pertinet ad figuram huius sacramenti, non ad essentiam & veritaté, q̃ verò dicit de athletis non pertinet ad cæremoniam & cultum, sed ad effectū huius sacraméti, quia vt illi vngebātur, vt in certamine corporali vincerent, sic nos vngimur chrismate, vt vincamus in certamine spiritali, qua similitudine vtuntur Chrisost. Amb. Aug. & alij.

Ad tertium. Resp. Damasum in vita Siluestri dicere solū Siluestrū præcepisse vt presbiteri tangerent verticem baptizati chrismate, quæ vnctio deducta est à sacramento confirmationis, q̃ in fronte ab ep̄o datur, non potuit verò chrisma à Siluestro institui, nam eius meminere Tertul. Cipr. & alij qui ante Siluestrum fuerunt.

Ad quartum, & primò ad 2. & 10. Act. Resp. non fuisse in his locis ministerio sacramétorum datum Sp. S. sed speciali Dei priuilegiò datum à Deo effectum sacramenti sine sacraméto. Ad alia duo loca Resp. cū Vuald. tom. 2. de sacr. c. 113. & Vg. de S. V. de sacr. par. 7. c. 1. idem esse vnctionem chrismatis, & manus impositionem, nam qui vngit, manus imponit, & ideo vtrunque significari etiam si alterum tantum exprimi videatur, nā constat apostolos chrismate vsos in confirmatione ex Dionisio & Cleméte, & præterea vnctionis meminere Tert. Cip. Orig. & alij ante quos non fuit vllum cōcilium in quo id institui potuerit, & Apostoli semper eadem materia .i. chrismate sunt vsi, q̃a nec Lucas, nec alia scriptura, aut vllus veterum dicūt apostolos vario modo hoc sacramentum ministrasse. sic dicit Tertul. lib. de resurr. car. & li. 1. in Marc. & li. de bap. vbi modo exprimit signationem in fronte, modo solum vnctioné, modo vnctioné, & manus impositionem, & tamen semper eadem rem significat. Sic dicitur de Cipr. li. 1. ep. vlt. li. 2. ep. vlt. & in ep. ad Iubaianum. Conc. 1. Arela. can. 8. & 17. vbi ijdem modo vnā, modo alium ritum exprimunt, & tamen eandem rem significāt, præterea patres cū dicūt solos ep̄os per vnctionem chrismatis dare Sp. S. semper allegant. c. 8. Act. vt dicit Innocen. I. ep. 1. Dam. ep 4. Leo ep. 88. Cipr. ad Iubaianum. Aug. li. 15. Tr. c. 26. ergo vel apostoli. Act. 8. manus imponendo vngebant chrismate, vel patres malè loquuntur.

Ad quintum. Resp. Tert. solum dicere præcessisse in testamento veteri figuram huius sacraméti; ex quo non sequitur non esse à Christo institutū, quia ibi d. diluuium fuisse figuram baptismi, & tamen Kemnitius dicit Tertul. non negasse baptismum à Christo institutum. Cipr. verò nō loquitur de sacramento cōfirmationis, cum dicit cæremonias sacramétorum ab hominibus institutas, sed de alijs ritibus, quos adhibemus, & q̃ dicit manasse ex testamento veteri dicit ratione figurarum. Bas. etiā nō est contra nos, qui non dicimus institutionem chrismatis esse scriptam in diuinis literis, sed dicimus haberi ex traditione nō scripta, & certissima cui fides adhibéda est vt & verbo scripto. vt dicit Bas. lib. de Sp. S. c. 27.

Ad sextum. Resp. controuerti inter Teologos an balsamū requiratur de necessitate sacramenti, vel solum præcepti, de quo ī supra materia, neutrū tamen est de fide, quia Conc. Flor. nō dicit, q̃ balsamum requiratur in hoc sacraméto, sed materia eius esse oleū cū balsamo, vt & in Euchatistia dicit materiam esse vinum cum aqua, & tamen aqua non est de necessitate sacramenti. Ad argum. Resp. negando balsamum perijsse, licet enim opinione Plinij esset solum in Iudæa, tamen in

Iudijs

Indijs nascitur, & inde aduehitur & verum, licet non forte eiusdem speciei cum illo Palestinæ, vt & vini variæ sunt species. Vnde Hier. in cap. 27. Ezech. & Greg. in c. 1. Cant. dicit tempore suo in vineis Engaddi balsamū gigni solitū. Ad confirmationem respondet praxis ecclesiæ, quia licet sit rarum & pretiosum tamen nunquam defuit ecclesiæ, nec ex eius penuria est aliquando omissa confirmatio.

Ad septimum. Resp. infra vbi de ceremonijs agitur.

Ad octauum, quòd Cirill. dicit prius vngi deberi frontem tum alios sensus, quod nos non negamus iuxta varios mores, ecclesiarum. Ambros. verò agit tantum de vnctione quæ fit in baptismo.

Hęresis, ꝙ forma confirmatiōis nō sit, ego consigno te &c. reijcitur.

Tertia hæresis hanc non esse formā huius sacramenti, consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. ita Calu. lib. 4. Inst. c. 19. §.

Obijcit primò, nam prędicto loco, vbi recitauit formam supradictam, dicit pulchrè, & venuste, sed vbi Dei verbum?

Secundò sic, vnde vocant oleum salutis, quis eos in oleo salutem quærere docuit? Et inf. hoc verò nō à me, sed à Domino audacter pronuntio, qui oleum vocant oleum salutis, salutem quæ in Christo est abiurant, Christum abnegant, partem in regno Dei non habent, oleum ventri venter oleo, vtrunque Dominus destruet.

Tertiò, dicit Kemnitius forma huius sacramenti, signo te signo crucis, &c. non habetur in vetustis scriptoribus, nec in ipsis canonibus, ergo.

Quartò, in ijsdem pontificalibus, non est eadem forma, nā Gabriel recitat quosdā pro chrismate salutis dicere chrisma sanctificationis, & Gerson habet firmo te signo crucis, & chrismate salutis.

His tamen non obst. contraria sententia catholica est, & verissima, ꝙ forma huius sacramēti est prædicta, vt diffinitur in Conc. Flor. & in pontificali Romano habetur, & est conueniens, quia explicat causam principalem, quæ est sancta Trinitas, causam ministerialem, quæ est ipse qui verba profert, & effectum eius, qui est facere Christi militem, insigniendo illum cruce robotare, & chrismate confirmando armare. Apud veteres verò non habentur omnia hæc verba, idem tamen sensus, qui sufficit, nam ordo Romanus dicit episcopum confirmantem, per modum orantis proferre hæc verba, signa eos Domine signo crucis, deinde cum tāgit pollice frontē dicere, ego te confirmo in nomine patris, &c. vbi patet eundem sensum verborum esse, quia Deus est qui signat principaliter, & homo ministerialiter, vt & Græci dicūt baptizetur seruus Christi, & chrisma salutis includitur in verbo, confirmo. Hanc formam etiam sequitur Ambro. lib. de ijs qui mist. initiantur. dum dicit, serua, quòd accepisti, signauit te Deus Pater, cōfirmauit te Christus Dominus, vbi licet non cōmemoret omnia verba, tamen commemorat principalia. Vnde & Dion. de hierar. eccle. dicit fas non esse literis mandare verba, quibus in administratione sacramentorum vtitur ecclesia, & idem sentire videtur Innocen. I. ep. 1. cap 3. & Magist. 4. dist. 7. loquentes de hoc sacramento.

His stantibus ad contraria. Resp. ad primum, verbum Dei non scriptum, sed traditum satis testari morem vniuersæ ecclesiæ, quia nec aliorū sacramentorū formæ expressæ in scriptura habentur, nusquam habetur enim ego te baptizo. præterea dicitur Act. 8. in genere haberi verbum, & apud Apost. 2. Cor. 1.

Ad secundum. Resp. Calu. non probare, ꝙ qui dicunt oleum confirmationis, oleum salutis, dicantur abiurare salutem, quæ est in Christo; cum oleum faciamus instrumētum tantum gratiæ Christi, & huiusmodi phrases habentur in scriptura sæpe. 4. Reg. 13. Sagitta salutis. 2. Corin. 6. dies salutis.

L Act.

Act.13.verbum salutis.Luc.1.Scientia salutis.præterea argumentũ Calu. ita valet contra aquam baptismi,& panẽ Eucharistiæ, vt contra oleum confirmationis, nam illa dicitur lauacrum regenerationis.Tit.3.& panis Eucharistiæ panis vitæ. Io.6.

Ad tertium.Resp.supra relatam esse causam huius rei.

Ad quartum. Respõ. hæc omnia in idem coincidere cum nostra forma, semper est idem sensus, vel dicatur salutis,vel confirmationis,vel cõfirmo, vel firmo te,quia licet oporteat præscriptis verbis vti in sacramẽtis, & aliter faciens peccet,tamen dum idem sensus manet, semper sacramentum conficitur.

Hęresis, ꝙ eps nõ sit minister confirmationis, reijcitur.

Quarta hęresis,dicit episcopum solum non esse ministrum huius sacramenti. Calu.& Kemnitij.

Mouetur primò sic,error est Donatistarum, ꝙ sacramentum pendeat à dignitate ministri.

Secundò,presbiteri succedũt Apostolis, vt patet de ministerio Eucharistiæ,quòd solis Apostolis commissum fuerat.

Tertiò.1.Tim.4.Ap dicit noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum presbiterij, & Ananias Act.9. imposuit manus Paulo,& tamen non erat episcopus.

Quartò, si iure diuino episcoporũ est proprium confirmare, quomodo id etiã presbiteris Gregorius concessisse legitur?Hæc Calu.

Quintò,dicit Kemnitius. Scriptura ignorat differentiã episcopi, & presbiteri,ergo.

Sextò, Hier.in dial.con.Lucifer.dicit ob honorem sacerdotij fieri,vt soli episcopi manus imponant, non ob legis necessitatem.

Septimò,à multis iam annis in Germania nulli ferè episcopi confirmãt, sed suffraganei quidam qui sunt fictitij episcopi, & larnæ episcoporum potius quàm episcopi.

His tamen non obst. contraria sententia catholica est,& verissima,ꝙ solus episcopus est minister confirmationis ordinarius. probatur ex Conc. Tr.sess.7.can.3.de confirm. Et colligit ex Act.8. vbi Petrus, & Ioannes missi sunt, vt per impositionem manuũ darent Sp.S.ijs qui fuerant baptizati,& Act.19.Apostolus eos confirmat.Non negatur tamen, quin papa etiam simplicibus presbiteris possit id ministerium demandare.vt dicit D.Th.3.p.q. 72.art.11. Canonistæ,in ca.1.95.dist. Ric.Pal.Marf.& alij in 4.dist.7. quod confirmatur ex Ambr.in ca.4.ad Eph. dicit in Aegypto presbiteros confirmare.& Greg.libr.3.ep.26. permittit presbiteris Sardiniæ,vt in absentia episcoporum confirment. præterea Concil.Arauficanum. 1.can.1. & 2.& Tolet.1.can.20.Flor.in Instr.Arme.& Trid. loco cit. dicunt episcopum esse ordinarium ministrum confirmationis, vt indicetur extraordinaria com missione posse id fieri à presbiteris.

His stantib. ad cõtraria Resp. si de dignitate morali agatur verùm esse,si de ecclesiastica falsum, aliter esset error Donatistarum, ꝙ soli presbiteri ministrẽt corpus Domini, imo & baptismum,vt dicit Caluinus.

Ad secundum. Resp. in vltima cœna presbiteros creatos fuisse non autem episcopos,episcopos verò post resurrectionem. Ioan.20.In ijs verbis, ecce ego mitto vos. Vnde presbiteri in aliqua re apostolis succedunt, fuerunt enim primum apostoli Christiani, presbiteri, & summi sacerdotes in toto orbe, ꝙ tamen soli Petro ordinarium munus erat,cęteris extraordinarium & quasi delegatum, vnde soli Petro in summa in orbem potestate succeditur, vt in authoritate condendi leges, puniendi &c. non autem alijs. Vnde omnes Christiani aliquo modo succedũt apostolis quatenus ij fuerũt primi Christiani,oẽs sacerdotes quatenus ij fuerunt primi sacerdotes, & oẽs episcopi quatenus ij fuerunt summi sacerdotes, & soli isti simpliciter illis succedunt, quia succedunt in sola eorum ordinaria potestate, in qua so

la suc-

la ſuccedi poteſt. vnde & ſoli epiſcopi dicuntur ſucceſſores apoſtolorum. ex Conc. Neocæſar. can. 13. Dam. ep. 4. de corepiſcopis. Hiero. in ep. ad Marcellam de erroribus Mõtani, Leone ep. 88. Aug. in Pſ. 44.

Ad tertium. Reſp. ibi non tractari de confirmatione, ſed de ordinatione Timothei, & ibi illa voce, presbiterij, intelligi chorum epiſcoporum, vt explicat Chriſoſt. & alij, quia multi epiſcopi vnum epiſcopum ordinant, vnus verò ſolus confirmat. Ad id de Anania. Reſp. quòd illa impoſitio manus fuit curatoria non confirmatoria, vt viſum reciperet, vt ibi habetur, & eſt opinio probabilis Paulum, & alios apoſtolos recepiſſe confirmationem à Deo ſine manuũ impoſitione.

Ad quartum. Reſp. iure diuino ſolos epiſcopos eſſe ordinarios miniſtros huius ſacramenti nõ tamen inde ſequitur, quin extraordinaria cõmiſſione id eis committi poſſit. vt & iure diuino proprium epiſcoporum eſt prædicare, & tamen eorum conceſſione prædicant presbiteri, & diaconi quandoque.

Ad quintum. Reſp. quòd ibi apertè ponitur differentia inter epiſcopos, & presbiteros, vt inter principem, & eius ſubditum. vnde Auguſt. hær. 53. & Epipha. hære. 75. ponit hæreſim Arrianorum negantium hanc differentiam.

Ad ſextum. Reſp. quòd Hiero. dicit ſolos epiſcopos confirmare, idque ob honorem ſummi ſacerdotij, quòd verò dicit non ob legis neceſſitatem, intelligit, quòd non eſt abſolutè neceſſarium ad ſalutem, vt quis ab epiſcopo confirmetur, quia ſolo baptiſmo ſaluari poteſt.

Ad ſeptimum. Reſpõ. ſuffraganeos eſſe veros epiſcopos, quia ordinationem habent, & iuriſdictionem, licet careant poſſeſſione propriæ eccleſiæ. Vnde licet extra propriam eccleſiam non poſſint confirmare ſua authoritate, id tamẽ poſſunt ſi inuitentur ab eius eccleſiæ epiſcopo.

Quarta hæreſis irridet cæremonias confirmationis, quæ eſt Kemnitij, & Calu. li. 4. inſt. c. 19. §. 10. d. cæremoniã qua epiſcopus ſuper ampullam chriſmatis aliquoties halat magicam videri, & chriſma fœtido anhelitu inquinari, qui & irrident cæremoniam qua chriſma iam conſecratũ ſalutatur ab epiſcopo, & presbiteris his verbis dicendo: Aue ſanctum chriſma, d. hanc cæremoniam eſſe idolatricam. Hęreſis cõtra cæremonias cõfirmatiõis refellitur.

His tamen non obſt. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, cæremonias has ritè introductas, vt probant Iſidorus, Alcuinus, Analarius, Rabanus, Rupertus, & alij, qui ſcribunt de diuinis officijs.

Ad contraria. Reſp. ad primum. cæremoniam antiquiſſimã eſſe, cum ſit deſumpta exemplo Domini, qui in diſcipulos inſufflauit Ioã. 20. vt ea cæremonia demonſtraret Sp. S. in illos deſcendere. Nec vlla cæremonia poteſt dici magica, niſi cum effectus mirabilis expectatur à diabolo, cum quo magi fœdus ineunt, nos verò nullum effectum à diabolo expectamus, ſed à ſolo Deo, à quo id per orationes petimus.

Ad ſecũdum. Reſp. ineptè id referre ad idolatriam cũ aliud ſit adorare, aliud ſalutare, aliter enim Dominus, qui Matt. vlt. dicit mulieribus auete, eas adoraſſe diceretur. Adhibetur certe chriſmati reuerentia, quia eſt res ſacra, & vim habet, vt inſtrumentum Dei ſanctificandi, ſed nõ adoratur vt Deus, aliter Iudæi idolatræ fuiſſent, qui arcam Dei ligneam adorabant, q faciebant prophetæ monitu. Pſ. 98. adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt. Nec eſt nouum in ſignum gratulationis etiam res inanimes ſalutare, ſic enim facit Naz. oratione ad centũ quinquaginta patres, dicens, dum ſe abdicat epiſcopatu, vale, cathedræ, templo, pſalmodiæ. & idem habet Hieron. in epiſt. de obitu paulæ.

TRACTATVS DE SACRAMENTO Eucharistiæ.

Primò secundùm se. Cap. I.

Euchari-stia, quib⁹ nominib⁹ appellet, & quare.

NOTANDVM, quòd Eucharistiæ sacramentum varijs nominibus effertur ob eius excellentiam, quæ quidem in triplici sunt differentia, est.n. signum commemoratiuum præteritæ passionis Dominicæ, & sic dicitur sacrificium quatenus hic immolatur in commemorationem eius passionis, & quatenus hic cõtinetur, & offerr dicitur hostia pura, sancta, & immaculata. Eph.5. & habetur in sacro canone. Secundò, consideratur hoc sacramẽtum respectu rei præsentis, scilicet ecclesiasticæ vnitatis cui homines aggregantur per hoc sacramentum, & sic dicitur synaxis, vel cõmunio, vt dicit Dam.li.4.c.10. dicitur communio, quia per hoc sacramentũ Christo coadunamur, eiusq; carne, & deitate participamus, & subinde nos ipsi in eodem Christo cõmunicamus, & in vnum corpus vnimur. Tertiò, cõsideratur prout est prognosticum futuræ gloriæ, & sic dicitur viaticũ, quia viam nobis ad illam fœlicitatem præbet, & secũdum hoc esse præbetur infirmis ex hac vita recessuris. Eadem etiã ratione dicitur Eucharistia.i.bona gratia. Gratia.n.Dei est vita æterna: Rom. vel quia continet in se Christum, qui est plenus gratia, & fons vniuersorum charismatum, vel à gratias ago, secundùm græcam deriuationem, quia per ipsam sacrificij oblationem summas quotidiè pro vniuersis beneficijs nobis à Deo impensis gratias illi agamus, & maximè pro illo, ꝙ eodem sacramẽto recipimus. vt dicit Ap.c.1.ad Colloss. cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ. ita D. Th. 3.p.q.73.art.4.& Sot.4.d.8.q.vn.art.4. Dicitur ergo Eucharistia.c.multi.1.q.1.c.quotidiè.de consec.d.2.viaticum. c.si quis.26.q.6. hostia, & oblatio.cap. non oportet.de cons.d.1. sacrificium. c.nihil in sacrificijs. de cons.d.2.communio sancta. c.relatum. & ca.omnis homo.de cons.d.2.& hostia. cap.dum frangitur.d.dist.2. Est enim vt dicit Alber.in tract. de corpore Christi in genere gratiæ, doni, cibi, cõmunionis, sacrificij, & sacramẽti. In genere gratiæ, quia nil est nisi gratia, quod tangimus, quod videmus, quod gustam⁹. Secundò, quia data à gratissimo Domino, licet enim omne ꝙ nobis datur gratia, & bona voluntate Dei nobis donetur, tñ excellenter gratissimam ad nos habuit voluntatem, quãdo nobis hoc magnum sacramentũ præparauit. Tertiò, dicitur bona gratia, quæ caris amicis est pręparata. Cant.5. Comedite amici, & bibite. Quartò, quia non nisi bonam gratiam operatur. Quintò, quia est gratia super gratiam quasi cumulum continens omniũ gratiarum. Sextò, quia continet eum qui est vas plenissimum oĩum gratiarum. Vnde & dicitur à patribus sacramentum sacramentorum, & misteriũ misteriorũ; græce verò teleta, teletorũ, quia ꝙ alia sacramẽta, & misteria cõtinẽt diuisim, hoc continet vnite, cõtinens vas, & authorem omniũ sacramentorum, & gratiarũ; ponitur etiã in genere doni, quia ĩ eo singulariter magnificentia diuinæ liberalitatis ostenditur, iuxta Ps. eleuata est magnificentia tua super cœlos, cui non sufficiens, ꝙ nobis filium in pretium dederit, nobis etiã in quotidiano sacramento exhibet; ponitur ẽt in genere cibi, & potus, tum quia nutrit virtute cœlesti. Ioan.6. Tum quia vt cibus restaurat deperditum, scilicet remittendo peccata venialia, tum quia continet principium, & authoritatem vitæ; dicitur viaticum, quia itinerantes in hac vita perducit ad cœlestem Hierusalem; ponitur in genere cõmunionis, quia facit nos ipsi communicare

fonti

fonti omnis gratiæ, vt ipse sit î nobis, & nos in ipso. secundò, quia facit nos cõmunicare omnibus membris Christi, & omnibus sanctis. ponitur in genere sacrificij vt supra, ponitur deniq; in genere sacramenti de quo infra. ita Turr. Cre. in ca. nihil in sacrificijs. de cons. d. 2. ad tertium. & dicitur & excellentissimũ, venerandũ, colendum, adorandum, glorificandum, amplectẽdum, & omnibus laudibus extollendũ. à Hieronimo, teste Eufeb. in eius morte.

Eucharist. propheti**ę** De hoc sacramento loquitur Salomon. Prou. 9. dicẽs Sapiẽtia ædificauit sibi domum, &c. & mox, d. Venite comedite panem meum, & bibite vinũ ꝙ miscui vobis, vbi patet vinum mixtum cum aqua futurum in sacrificio corporis, & sanguinis Christi, & Rabiuus Pinas Be. sahir super 28. Num. dicit tempore Messiæ debere deficere omnia sacrificia prẹter sacrificium panis, & vini.

De hoc etiã dicitur Ps. 110. memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timẽtibus se, quæ impleta sunt in cœna domini, de quo Mat. 26. Mar. 4. Luc. 22. Et Es. loquens de hoc conuiuio. c. 25. dicit. Et faciet Dñs exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, & vindemiæ defecatæ. & Zac. c. 9. in fi. quid bonum est, & quid pulchrum, nisi frumẽtum electorum, & vinum germinans virgines? Et Os. c. fi. conuertentur sedentes in vmbra eius viuẽt tritico, & germinabunt quasi vinea, memoriale eius sicut vinum libani, quæ verba Targũ Caldæum Ionathæ intelligit de Messia. Et Malach. 1. non est voluntas mihi in vobis, dicit Dñs omnipotens, & sacrificium nõ accipiam de manibus vestris, nam ab ortu solis ad occasum offertur nomini meo in omni loco. incẽsum, & sacrificium purum, quem locum Iren. lib. 4. c. 32. & 34. in fi. dicit intelligi de hoc venerando sacro.

Eucharistiæ figuræ. Figuratum est in esu agni Paschalis, qui debebat esse anniculus sine macula, & c. de quo Exo. 12. at Messias à Hier. c. 53. vocatur agnus, qui in azimo pane erat à fidelibus sumendus.

Manna etiam cœleste fuit eius figura diuinitus datum in deserto per manus Angelorum Exo. 16. Ps. 77. & 104. impletaq; est per hoc sanctissimũ sacramentum. tertiò in panibus propositionis, qui munditia distinguebãtur à panibus communibus, & à solis sacerdotibus edebãtur. 1. Reg. 21. Matt. 12. Ex. 29. De hoc etiam Leuit. 21. dicitur sancti eruut Deo suo, & nõ polluent nomẽ eius, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerũt, & ideo sancti erunt, versio verò hebræa habet sacerdotes sancti erunt Domino, & non polluent nomẽ Domini, quia ipsi sunt qui leuant sacrificiũ Deo Iehoua panem, Deum eorũ offerentes, & erunt sanctitas. Et Psal. 16. dicitur: Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. & Psal. 22. Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulanț me. Et Deut. 32. & Psalm. 72. erit placenta frumenti in capite montium. i. sacerdotum tempore Messiæ, significans hoc sacramentum ꝙ offertur sub specie panis & placentæ. vt explicat Galat. lib. 10. aduer. Iud. c. 4 5. 6. probãs per multas authoritates Rabinorũ, Messiam sese in cibum daturum, & id ipsum consecrandum & porrigendum in specie placẽtæ, eius magnitudinis tãtum cuius est vola manus. & D. Bonau. sequẽs Mag. 4. d. 8. ar. 1. q. 2. d. præfiguratam, videlicet prædeclaratam eius excellẽtiam in sacrificio Melchisedech in lege naturæ, hoc. n. sacrificiũ fuit tipus huius sacramẽti ꝙ in cœna dñs instituit vel sacrificij, non illius ꝙ in cruce Christus obtulit cuius figura fuit Aaronis sacrificiũ. Heb. 6. 7. idem Cle. Alex. li. 4. strom. Cip. ep. 63. Bas. in Ps. 19. Amb. li. de Abraham patr. c. 3. lib. 5. de sacr. ca. 1. Hier. ep. 17. ad Marcellam. Chris. in Ps. 109. Aug. li. 19. ci u. c. 22. Damasc. lib. 4. ca. 14. in manna, in esu agni Paschalis in lege scripta. 1. Cor. 5. & in sanguine qui effluxit è latere Christi in passione, in expiatione quãdo Pontifex semel in anno intrabat in sancta sanctorum. Heb. 9. in immolatio-

ne Isaac, In pane subcinericio Heliæ, quo peruenit ad montem Dei Oreb. 3.Reg.19. quo ergo ad id q; est sacramentum tãtum fuit potissima figura oblatio Melchisedech ob maximã similitudinẽ; quo verò ad Christũ crucifixum qui continetur in sacramento figuræ eius fuerunt oĩa sacrificia, in quibus animantia mactabãtur, maximè sacrificium expiationis, q; erat solemnissimum, vbi immolabatur vitulus pro peccato sacerdotis, & aries in holocaustum, & hircus pro peccato populi, & alter aries in holocaustũ. Leu.16.& 23.quò ad id q; est res sacramenti, s. gratia potissima eius figura fuit manna, nam hoc sacramento specialiter nutrimur, & ipsum habebat omnis saporis suauitatẽ. Sap.16.Quò ad hæc tria agnus Paschalis præ omnibus figurauit hoc sacramenũ; eius enim q; hic est sacramentum tãtum, erat figura panis qui ibi comedebat Exo.12.s.azimus; eius q; est res & sacramẽtum, scilicet Christi occisi fuit tipus agnus, qui immolabatur in Luna, qua Christus est crucifixus; quò ad effusionem, figura fuit sanguis agni quo deliniia sunt limina hebræorum, vt ab Angelo deuastante protegerentur D.Th.d.q.75.ar.6.& Sot.d.8.q.vn. art.6. & de his figuris agitur. de cons. d.2.c.reuera & c.quid sit. & conuenienter fuit præfiguratum, tum vt eius excellentia publicaretur, tum, cum sit mirabile, vt credatur, vt homines figuris eius fidei assuescerent.

His ita notatis, prima sit propositio. Eucharistia est sacramentum. probatur in c.1. & c.hoc sacramentum.de cons.d.2.Ratione sic.Sacramentũ ordinatur ad subueniendum homini in vita spirituali, vita verò spũalis corporali conformatur, quia corporalia spiritualium similitudinem gerunt. Sed sicut ad vitam corporis requiritur generatio per quam vitam accipit, & augmẽtum, quo homo perducitur ad perfectionem vitæ, ita etiam requiritur alimentũ, quo homo conseruatur in vita, ideo vt in vita spirituali generetur oportet esse baptismũ, q; est spiritualis generatio, & cõfirmationem vt augmẽtum spirituale, sic oportuit esse sacramentum Eucharistiæ, q; est spirituale alimentum. Io.6.D.Th.3.p. q.73.ar.1. præterea omne remedium principaliter ordinatum in subsidiũ vitæ spiritualis sub rebus sensibilibus positum est sacramentum, vt d.Aug. lib.10.de ciuit.Dei. c.5. & habetur in c.sacrificium.de cons.d.2.quod sacramentum est inuisibilis gratiæ visibile signum, sed sic est Eucharistia ratione alimenti spiritualis, vt supra, ergo, ita Turr.Crem.in cap.1.ad secundum.de cons.dist.2.

Ex quibus colligitur q; Eucharistia est sacramentum corporis, & sanguinis Domini, quo vita spiritualis nutritur; quam diffinitionem tradit Sot.4. d.8.q.vn.ar.1. Sed difficultas est, quid sit ibi signum, & quid signatum, & sic quid sit id q; ibi dicitur sacramẽtum;

Pro solutione notandum, q; Eucharistia differt ab alijs sacramentis, quæ habent materiam sensibilem, quòd Eucharistia continet aliquod sacramentũ absolutè, scilicet ipsum Christum, aqua verò baptismi continet sacramentum in ordine ad aliud scilicet virtutem ad sanctificandum, & sic de alijs, ideo sacramentum Eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia verò sacramenta in applicatione materię ad hominem sanctificandum. D.Th.d.ar.1.ad tertium. Eucharist. est sacrm.

Secundò, Notandum q; in hoc sacramẽto sunt tria, s. species visibiles, corpus Christi verum, & corpus misticũ, vt dicit Bon.4.d.8.ar.3.q.1. Tertiò, notandum q; in hoc sacramẽto tria sunt consideranda, vnum q; est sacramentum tantum, & hoc sunt species visibiles. s. panis, & vini, & ea quæ ibi visibiliter celebrãtur vt fractio, depositio, eleuatio, quia sacramentum est signũ rei sacræ, signum verò præter speciẽ quam ingerit, facit aliquid aliud in mentem venire, videlicet mortis, sepulturæ, & ascensionis Christi, & refectionis, qua anima ad vitam spiritualiter

liter nutritur, & etiam significat vnitatem capitis, & membrorum, quam efficit fides corporis, & sanguinis Domini, & ista res sacramenti virtus dicitur. Res tãtum est res ipsa significata, & non significãs. s. gratia, quæ est in suscipiente. Res & sacramentum sunt corpus & sanguis Christi, ex his primum est signum secundi, & tertij, tertium verò secundi, vt optimè declarat Vgo de S. V. de sacram. part. 6. cap. 3. His ita notatis.

Prima sit propositio. Species panis & vini est tantum sacramẽtum in Eucharistia, quia sunt visibilis forma inuisibilis gratiæ, s. tam corporis & sanguinis, quã gratiæ sacramentalis, qua corpus misticum efficitur vnũ ex multis membris, sicut panis ex multis granis. secunda propositio, res tantũ est gratia, quæ sumentibus confertur, quia est res significata & non significans. tertia corpus & sanguis sunt res & sacramẽtum & virtus. Res quia significatur per species & per cõsecrationem perficitur; sacramẽtum, quia corpus Christi sub eisdem speciebus, quibus velatur, corpus misticũ repræsentat; sunt etiã virtus, quia prout est corpus Christi, gratiam in alimentũ corporis mistici confert, ꝙ etiam probat Aug. ep. 23. ad Bonif. Vgo loco prædicto, & habetur in ca. cum Marthæ. de celebr. miss.

Eucharist. vnũ est formaliter, multa materialiter. Secunda propositio. Sacramentum Eucharistiæ vnũ est formaliter & effectiuè; multa verò materialiter, probatur 1. Cor. 10. in c. firmiter. de summa Trin. & in Conc. Flor. quibus in locis dicitur vnũ. Ratione. nam vnum dicitur tripliciter, scilicet indiuisibile, vt Angelus, continuatione vt linea, & pfectione vt domus, quæ licet sint plura in genere substantiæ, vt ligna, lapides &c. est tamen vna vnitate formæ in genere qualitatis. 5. Meta. t. 7. hoc verò sacramentum est vnũ perfectione, vt ad cuius integritatẽ omnia concurrunt, quę ad eius finem sunt necessaria, sicut homo ex multis membris formatur, & domus ex fundamento, parietibus, & tecto, & hoc pacto ratione perfectionis hoc sacramentum dicitur vnum, quia ordinatur ad spiritualem refectionem, quæ corporali conformatur; ad corporis enim refectionem duo requiruntur. s. cibus, ꝙ est alimentum siccum, & potus ꝙ est alimentum humidum, sic etiã ad integritatẽ huius sacramenti concurrunt duo, spiritualis cibus, & spiritualis potus Io. 6. D. Th. d. q. ar. 2. quia tendit ad vnam spiritualem refectionem, & etiam, quia sub specie panis ex vi consecrationis est ibi tantum corpus, sanguis verò per concomitantiam, & sic est vnum ratione vnius contenti scilicet Christi, sicut corpus & sanguis sunt vnum. Nec obst. ꝙ in c. 1. de cons. d. dicatur plura sacramenta esse, dum dicit in sacramẽtorum oblationibus, & refertur in Conc. Flor. dicit, ꝙ sunt plura facientia vnum, vt supra.

Eucharist. an sit de necessitate. Tertia propositio. Explicatur per multas conclusiones an hoc sacramẽtum sit necessarium, prima sit conclusio, iste effectus est necessarius vt homo per gratiam fiat membrum viuũ ecclesiæ alijs per charitatem vnitum, quia extra ecclesiã nõ est salus. 1. Pet. 3. & habet in ca. gaudemus. de diuort. & hæc conclusio est de fide, est enim determinata in c. firmiter. de summa Tr. & in Symbolo sanctorum communionem, & per D. Aug. con. Don. secũda conclusio, potest ante susceptionẽ Eucharistiæ suscipi eius effectus per susceptionẽ eius in voto, vt & baptismi, quia voluntas apud Deum pro facto habetur, differt tamen à baptismo quia id est ianua sacramentorum, Eucharistia eorum cõsummatio & finis, ordo præparatio ad eam consecrandam. tertia propositio, perceptio baptismi est necessaria ad incipiendam vitam spiritualem, Eucharistia ad eã perficiendam, non in re sed in voto, sicut finis desiderio mentis perficitur. quarta conclusio per baptismum homo ordinatur ad Eucharistiam, & et pueri, quia sicut fide ecclesiæ credũt, ita eius voto suscipiũt Eucharistiam,

ſed pueri voto non poſſunt percipere baptiſmum, ſed ſoli adulti, & ſic nec rem ſacramenti ſine eius perceptione. ſexta concluſio, q̃ ſacramentũ Euchariſtiæ non eſt eo modo de neceſſitate ſalutis quò baptiſmus. ita D.Th. d.q.art.3. Sot.4.d.8.q.vn.art.3. glo.in c.ſi quis de corpore.26.q.6.eſt tamen diuinum præceptum de eo. Io.6. Niſi manducaueritis &c. & alterum poſitiuum. in ca.omnis.de pœnit.ſine Euchariſtia tamẽ poteſt quis ſaluari, niſi adſit contemptus verus vel interpretatiuus, aut inobedientia, vnde qui habent tantum confeſſorem vt in itinere ſaluantur ſine illa.

Euchariſt. ſ cœna cõuenienter eſt inſtituta.

Quarta propoſitio. Inſtitutio huius ſacramenti in cœna domini fuit conueniẽter facta.probatur Mat.26. Luc. 22. & 1.Cor.10.in ca.cum marthæ.de celeb.miſſ.Conc.Trid.ſeſſ.13.c.1.2. & can.5.apoſtolorum.in Cle.j. de reliq. & ven.ſan. vbi patet hoc magnificum ſacramentum in memoriam mortis Domini in cœna inſtitutũ, & vt eſſet nobis memoriale perpetuum excelſi amoris Domini erga nos, vbi ſummis laudibus Clemens V. in Conc.Vienn. extollit hoc diuiniſſimum ſacramentum mandans etiam, die Iouis poſt octauam Pentecoſtes celebrari debere ſolemne feſtum in honorem tanti ſacramenti. & idem comprobatur etiã in Conc.Trid.ſeſſ.13.c.2. vbi dicit Dominum inſtituiſſe hoc venerandum ſacramentum in memoriam mortis ſuæ, & vt eſſet cibus ſpiritualis animarum noſtrarum, & antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à mortalibus præſeruemur, ac pignus æternæ gloriæ, & ſymbolum illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit, & cui nos, tanquam membra, arctiſſima fidei, ſpei, & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, vt id ipſum omnes diceremus, nec eſſent in nobis ſchiſmata. Ratione ſic. primò ratione eius q̃ in eo continetur qui Chriſtus eſt, decuit enim vt quando ſe in propria ſpecie à præſentia diſcipulorum erat ſubtracturus, in ſacramẽtali ſpecie ſe eiſdem relinqueret, vt in abſentia Imperatoris venerãda eius imago exhiberetur vt coleret iugiter per miſterium, q̃ ſemel offerebatur in pretiũ. c.quia corpus.de conſ.diſt.2. ſecundò fides Chriſti fuit ſemper ad ſalutem neceſſariam. Roma.3. Oportuit ergo omni tempore eſſe aliquod repræſentatiuum dominicæ paſſionis, cuius in veteri lege præcipuum erat ſacramẽtum agnus Paſchalis. 1.Cor.5.Succeſſit ergo in nouo teſtamento Euchariſtiæ ſacramentum, q̃ eſt rememoratiuum dominicæ præteritæ paſſionis, vt & illud præfiguratiuũ futuræ, Ideo conueniens fuit vt imminente paſſione celebrata priori cæremonia, nouũ ſacramẽtum inſtitueretur. Vnde Leo papa ſerm.7. de paſſione Dñi dicit, vt vmbræ cederent corpori, q̃ antiqua obſeruantia nouo excluditur ſacramento, hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguine ſanguis aufertur, & legalis feſtiuitas dum mutatur impletur. Tertiò, quia ea quæ vltimo dicũtur maximè ab amicis recedẽtibus magis memoriæ mãdantur, præſertim quia tũc magis inflãmatur affectus ad amicos, ea verò, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimũtur, ſed quia nil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, nec vlla oblatio potior eſt, quàm corpus, & ſanguis Chriſti, vt in c.nihil.de con ſec.d.2.ideo vt in maiori veneratione haberetur Dominus in vltimo ſuo diſceſſu à diſcipulis hoc ſacramentum inſtituit, vt dicit Aug.lib. reſponſionum ad Inn.ep.118.ca.6.ergo conueniente r.ita D.Th.d.q.ar.5.

De materia huius Sacramenti quantum ad ſpeciem.

Cap. II.

Euchariſt. materia ẽ panis, & vinum aqua mixtũ, & de quo pane intelligatur.

PRima propoſitio. Panis & vinum aqua mixtũ ſunt materia conueniens huius ſacramenti, concluſio eſt de fide, nam Matth.26. Dominus accepit panem, benedixit, ac fregit,

git,& dixit accipite,& comedite, hoc est corpus meum, similiter & calicem postquã cœnauit dicens &c. idẽ probatur Marci 14. Luc. 22. vnde & Io. 6. se comparat pani, & in c. in sacramentorum. de conse. d. 2. statuitur aquam vino permixtã, & panem offerẽdum. & c. nõ oportet ea. & ca. sicut ead. dist. vbi Cipr. repræhendit, qui aquam sine vino offerunt. Idem statuitur in c. in sacramento. vbi statuitur nil offerendum præter panem, vinum & aquam, contra errorem miscentiũ sanguinem vel alia. & in cap. firmiter. de summa Trin. in c. cum marthæ. de celeb. miss. & in Conc. Flor. sæpe citato. & panis debet esse aqua naturali concoctus. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 3. Alen. 4. p. q. 32. Duran. d. 11. q. 4. ca. 2. vbi glo. de consecr. dist. 2. Vig de Euch. ver. 1. Vgo de S. V. lib. 2. de sacr. part. 8. c. 8.

Ratione verò probatur sic à D. Th. tert. part. quæst. 74. art. 1. eius materiæ conuenientia, primò, quò ad vsum huius sacramẽti hæc materia fuit conueniens, quia vsus huius sacramenti est cibatio & potus, vnde vt in vsum baptismi, quò à peccatis abluitur, est assumpta aqua, in qua secundùm vniuersalem vsum humanum fit ablutio, ita & in vsum huius sacramenti accipitur panis & vinum, quæ vniuersaliter in refectionem maximè viatorũ, quorum est hoc sacramentum, vsui esse solent; secundò, quò ad passionis repræsentationem congruum fuisse corpus per se, & sanguinẽ per se consecrare, quia sanguis nõ continuatur corpori, & ideo in passione à corpore fuit separatus. Vnde corpus consecratur sub forma panis vt cibus, & sanguis sub forma vini, vt potus; tertiò, id fuit cõueniens, quò ad singularem effectum in quolibet sumẽtium, nam vt dicit Amb. in ep. ad Cor. ca. 11. hoc sacramentum valet ad tuitionem animæ & corporis, ideo corpus sub specie panis pro salute corporis, sanguis verò sub specie vini pro salute animæ offertur ob quandam adaptationem, licet quodlibet ad vtrunque prosit. quartò, quò ad effectum totius ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus sicut panis ex diuersis granis, & vinum ex diuersis vuis, vt dicit glo. Aug. 1. Cor. 10. & habetur in ca. quia corpus. de consecra. dist. 2. Vel vt dicit Ric. in 4. dist. 11. art. 2. q. 1. huiusmodi materia fuit cõueniens. primò vt hoc sacramentum mundius tractaretur, quàm si esset caro & sanguis animaliũ. præterea in hoc sacramento quinque significãtur scilicet res contenta; quæ est corpus Christi verum, res significata per corpus Christi verum; scilicet corpus misticum, & Christi passio, & in suscipientib. refectio spiritualis, ac salus animæ & corporis; panis verò & vinum, primò conuenienter significat corpus Christi verum & misticum, quia vt panis constituitur ex multis granis, sic corpus Christi ex multis membris, & misticum ex multis personis; repræsentant etiam passionem, quia panis in clibano igne coquitur & vinum exprimitur ex torculari, corpus verò Christi fuit in passionis igne decoctus, & in cruce quasi torculari sanguis fuit expressus; præterea panis, quò ad refectionem, præ cæteris cibis hominem sustentat, & vinum etiam homines lætificat, vt dicit glo. 1. Cor. 11. Hoc facite. sic spiritus refectio integratur per fidem in intellectu, & spirituali delectatione per ebrietatem in affectu, & ex consenquenti repræsentat vtranque salutem corporis & animæ. Vnde noluit Dominus hoc sacramentum instituere in suo proprio corpore, quia id non fuit possibile, cum esset gloriosum & incorruptibile, & si relinqueretur mortale, id esset indecentissimum, quia horribile esset carnes humanas comedere, nec posset deglutiri totum, nec crudum, & tandem consumerectur, & alia absurda sequerentur. Vnde Iudæi Ioan. 6. dicunt quomodo hic potest nobis dare carnem suam ad manducandũ? ob horrorem & indecentiam, ac impossibilitatem modo supra dicto, præterea

vt

vt mater filijs pro eorum captu, congrua cibaria ministrat, alijs lac, alijs cibos solidos pietatis causa, sic misericors Deus, at diuina bonitas est cibus affectus humani, diuina veritas cibus eius intellectus, sine quib. nec momento anima spiritualiter viuit, aliter ergo alendi erant adulti, aliter paruuli, adultis, angelis .s. sanctis, & beatis diuinitas datur, vt solidus cibus in seipsa cognoscenda, & fruēda, viatoribus verò vt paruulis datur panis vitæ æternæ sub specie panis visibilis. Non fuit etiam cōueniens ꝙ institueret in carne alterius animalis, quia primò sic renouaretur lex vetus, quam profitemur cessare, præterea quia caro mortua per se nō dicit cibum humanum, sed est quædā res materialis, crudæ nō possunt absumi nisi cū horrore, nec assæ, & elixæ possunt sī ea decētia tractari, qua panis, & quia sic magis repræsentatur ecclesiæ vnitas, quàm carnibus, vt habetur in c. vtrum. de consf.d.2. Nec ob. quòd vbiq; non adsit panis, & vinum. Resp. primò hoc sacramentum non esse ita necessarium, vt sine illo salus esse nō possit, præterea vbiq; pōt haberi per vecturam vel alio modo, ꝙ si aliquò nō possit vinum duci vllo modo, posset quidem sub altera tantum specie confici, sed grauiter peccaret qui id attentaret, nec auditur ꝙ ecclesia vnquam hoc dispensarit. Nec ob. quòd vinum noceat infirmis. Resp. primò, ꝙ modicus vini haustus eis nō nocet. secundò eis non est exhibendum sub vtraque specie, vt infra. ita D.Th.d.ar. in resp. ad contraria. & Sot. 4.dist. 9. q.vn.art. 1.

Eucharist. materiæ quantitas an sit determinata.

Secunda propositio. Nō potest dici ꝙ quantitas huius materiæ sit determinata. probatur ratione, nam multū pauco opponitur, non potest aūt esse eam parua quantitas, vt consecrari nō possit, ergo nec tam magna vt consecrari non sit idonea, ꝙ probatur, nam in omnibus habentibus materiam ratio determinationis materię sumitur ex ordine ad finem, vt materia serræ est ferrū, vt sit apta sectioni, finis verò huius sacri est vsus fidelium, non pōt aūt esse per se determinatū, ꝙ determinatur ad vsum fideliū, qui nunc occurrunt, aliter parochus hñs paucos parochianos nō posset cōsecrare multas hostias, vnde sequitur ꝙ materia huius sacramenti determinatur ꝑ comparationem ad vsum fideliū absolutè, numerus verò fidelium est indeterminatus, vnde quantitas huius materiæ est indeterminata, vnde est falsum ꝙ non possit consecrari panis totus qui est in foro, & totū vinū ꝙ est in dolio. D.Tho.d.q.art.2. Sed quia ex hac conclusione possunt suboriri multæ difficultates, ideo notādum, quòd præsentia materiæ cōsecrandæ requiritur. vt dicit D. Th.4.d.11.q.2. art.1. ꝙ probat, nam hoc modo si non esset præsens, esset falsa demōstratio dum dicitur. Hoc est. secundò ecclesiæ vsus nunquam fuit consecrare materiam absentem, aliàs existens Venetijs consecraret panem Romæ existētem, qđ est absurdum, Vnde exigitur talis præsentia quæ more, & vsu hominū possit dici præsentia, vt eius fiat demonstratio per pronomē, hoc. Vnde à tergo vel post parietem non potest fieri consecratio, nec etiam ad distantiam centum passuū, quia non potest videri hostia consecranda, & sic esset falsa demonstratio; si verò esset præsens ad decem passus, vbi videri possit hostia consecranda, esset consecrata, præsentia verò intelligiē quæ aliquo sensu percipitur .s. visu, tactu, vel olfactu, vnde cæcus sacerdos si aliquo seu su perciperet materiā præsentem posset consecrare, sed non est faciendum sine dispensatione, ideo dum congeries hostiarum consecratur tota illa multitudo reputatur ꝑsens, & sic consecratio pertingit ad particulas, quæ etiam aliquo operculo tegūtur, dummodo sacerdos certus sit ibi subesse hostias, & idem est de operto calice; etiam si putet vinum esse egregiū, & tamen ita non sit, dummodo illud intendat consecrare.

His

His ita notatis, colligitur q̃ maxima quãtitas, & etiam minima poteſt cõſecrari, quia Chriſtus eſt ſub quantulacunq; parte,& etiam minima ſpecie, modo ſit ita proxima, vt dicatur pſens arbitrio prudentis, ſi verò ſit ita diſtans quòd videri non poſſit, nõ conſecratur, q̃ ſi dubitatur eſt reiterãda conſecratio, ſi dubium eſt rationabile. Ita Sot.d.q.vn.art.2. Sacerdos tñ.conſecrans immenſam quantitatem vini & panis, quæ in cuſtodia ſeruari non poſſet, licet conſecraret, peccaret mortaliter, quia eſſet in contemptum tanti ſacramenti & vileſceret Euchariſtia, vt dicit D.Bonau.4.d.10.q.4.Sot.d.9.q.vn.art.2.

Euchariſt. materia ẽ panis tritici,& ex q̃b⁹ granis non poſſit fieri, & q̃ requirant ad hãc materiam, & vt corrumpatur.

Tertia propoſitio. Panis triticeus eſt materia huius ſacramẽti.probatur concluſio in Conc.Flor. & in Concil. Cartag. & habetur in c.in ſacramẽto. de conſ.d.2.Ratione, nam ad vſum ſacramenti ſumitur talis materia, quæ communiter ad vſum hominũ venit, inter alios verò panes homines communius vtuntur pane triticeo, nam alij panes introducti videntur in huius defectum, ideo creditur Chriſtũ in ſpecie huius panis hoc ſacramentũ inſtituiſſe, qui panis etiam magis confortat hominem & magis ſignificat effectum huius ſacramenti, ideo eſt ꝓpria huius ſacramenti materia.D.Th. d.q.ar.3.Dur.d.11.q.4. & eſt cõmunis vt refert Flor.Theol.de ſacr.Euch.fo.74.Vnde & Chriſtus Io.12.ſe comparauit grano frumenti, & hanc opin.tenet Ales 4.p.q.32.membro 2. & Bon.d.11.art.1.q.4.& Ric.d.11.ar.2.q.2.& Scot.q.6. ita q̃ ſecundùm eos eſt neceſſarium, q̃ ſit panis tritici, vel frumenti, vt habetur in Conc.Cartag.3. in c.in ſacramento.de conſ.d.2. Vnde ſecundùm omnes non poteſt confici ex leguminibus, vt faba, cicere, lente, & huiuſmodi, & multo minus ex cõmolitis fructibus, & commaſſatis, vel ex amigdalis, caſtaneis, nucibus, radicibus, & huiuſmodi, vt ſiliquis, quia huiuſmodi paſtę non ſunt nec dicuntur propriè panis, vt nec aqua roſacea eſt verè aqua, vt dicit Sot.4.d.9.q.vn.ar.3.Sed dubitatur quid intelligatũ nomine frumẽti.Reſp.q̃ dicitur propriè id quod habet ariſtas l.triticum. vbi Doct.de verb.oblig.& triticum ac frumentũ pro eodem ſumuntur.Gen.30.41.Exo.34.vt dicit Varro.de re Ruſtica.c.48.& Plin.lib.18.ca.7.naturalis hiſto.ponit duas frugum ſpecies, frumẽta, & legumina. Alb.verò in 4.diſt.11.dicit frumentum eſſe genus,& cõtinere ſub ſe triticum,& ſpeltã.D.Th. tamen in 4.d.11.q.2.ar.2.q.1. dicit ex frumento non naſci ſpeltã vel far aut hordeũ. Ideo concludendo cum magis cõi dicendum eſt ex milio & hordeo non poſſe confici. S.Th.3.p.q.74. art.3.ad primũ. & in 4.loco prædicto. Silu.Euch.1.nu.Sot.d.ar.3.propoſitione quinta, nec in amilo, quia nõ ſunt de genere tritici,& huiuſmodi; In ſiligine verò põt confici, quia eſt ſpecies tritici.D.Th.d.ar.3.& Sot.d.ar.3.Candel.nu.5.de ſpelta eſt dubitatio, ſed ꝓ reſolutione dicẽdum, q̃ ſi generatur ex tritico ob terræ debilitatẽ poteſt fieri ex ea & etiam lolio, ſi ex eadem cauſa oriatur, vt d.D.Tho.art.3.ad ſecundũ. & Tur.Cr.in c.in ſacramento. de cõſ.d.2.& latè probat Cand.de Euchar.nu.27. In farre etiã ſi ex frumento oritur, poteſt confici, aliàs non, vt d.D.Th. d.art.3.ad ſecũdum, & ratio poteſt eſſe quia panis abſolutè eſt materia huius ſacramenti, & ideo ſolus panis tritici abſolutè dicitũ panis, alia cum additione. vt d.Gaiet.in d.3.art. vt panis miliaceus, hordeaceus, &c. vnde & ſolũ triticum eſt materia huius ſacramenti, quod tamẽ poteſt habere ſpecies prædictas ſub ſe. In paſta verò cruda non poteſt fieri conſecratio, tum quia non dicitur panis, tum quia nõ eſt commeſtilis, vt dicit Silu. d.loco.& Sot.d.art.3. tum etiam quia cum certum ſit, Dominum panẽ conſecraſſe, debet ĩ dubio intelligi de potiori,& meliori.arg.eoũr quæ notantur per ll.in l.cum quæritur. ff.de ſtatu hom. per Ph.Top.lib. per D.Th.2. ſent.d.23.q.2.art.2. ſed contra. verba

enim

enim debent intelligi, & vocabula secũdùm id q̃ est nobilius in eis, vt patet per pdictos. & Tur. Ct. in d.c. in sacro. ad quintũ. Si verò tritico misceantur alterius generis grana, si soluatur species tritici, nõ est materia apta huius sacramenti, aliàs si modica sit admixtio, secus D. Th. ibi ad tertiũ. Quò verò ad panis corruptionem, si tanta sit q̃ soluatur species panis, vt cũ continuitas soluitur & sapor, & color, & alia accidentia mutantur, non est materia sacramenti, si verò non est tanta corruptio q̃ speciem soluat, sed est in via ad corruptionem, q̃ declarat aliqualis immutatio saporis, potest ex tali materia confici corpus Christi, sed peccat conficiens propter irreuerantiam sacramẽti. D. Th. ibi ad quartum. Turr. Cre. in d.c. in sacramento. ad quartum. Aqua etiam naturalis necessaria est ad mixtionem farinæ, vt constituatur substãtia panis, ideo est de necessitate sacramenti, vnde si misceretur farinę aqua rosacea vel alius liquor quàm aqua vera, nõ esset ibi verus panis, & sic non posset inde confici sacramentum. D. Tho. d.q.74. art.7. ad tertium. Silu. loco prædicto, & Cand. nu.32. nec ex vino & farina, vt D. Th. ibi. & Cand. nu.34. nec in lagano, vel focacia facta ex farina tritici aqua naturali, mixto tamẽ butiro, ouis, saccaro, & huiusmodi. Sot. ibid oportet etiam, vt ibi dicit, q̃ panis sit coctus, non elixus sartagine, oleo, vt ibi dicit Cand. nũ.33. & Sot. 4 d.9. q. vn. art.3. ad fi. Quò verò ad panem azimum an sit de necessitate huius sacramenti. Resp. sub his cõclusionibus. primò, q̃ quò ad veritatem huius sacramenti, solus panis triticeus est necessarius, panis verò azimus nõ eo pacto est necessarius, vnde & in fermentato verè conficitur, aliàs ecclesia græcis id nõ posset cõcedere. Secundò, q̃ quilibet tenetur in hoc ritũ seruare ecclesiæ, quia nemo potest immutare ritum ecclesiæ suæ. vt in Conc. Flor. sess. vlt. tradit Anselmus. lib. de fermentato & azimo. Rup. de diu. offi. lib.2. c.22. Tur. Cre. in appar. super Decreto vnionis græcorum. Tertiò, q̃ ecclesia Romana cõsueuit in azimo consecrare, græca in fermentato, Romana, quia Dominus sine vlla cõmixtione suscepit carnem, vtitur azimo, græca fermẽtato, quia verbum patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ, vnde imponitur pœna latino celebrãti in fermẽtato, vel scipho ligneo, in c. literis. de celeb. miss. Quartò, quòd consuetudo conficiendi in azimo est rationabilior; primò, quia Christus prima die azimorum hoc sacramentum instituit, Matt.26. Luc.22. qua die nil fermentatum erat in domibus Iudæorum. Exo.12. secundò, quia panis est propriè sacrm corporis Christi, vt forma docet. Hoc est corpus meum, q̃ sine corruptione est cõceptum, q̃d denotat in azimo, magis q̃ diuinitatis ipsius. vt infra. Tertiò, quia id magis conuenit sinceritati fideliũ, quę ante vsum sacramenti exigitur. Vnde Ap. 1. Cor.5. dicit, Itaq; epulemur in azimis sinceritatis, & veritatis. vt dicit D. Th. d.q.74. ar.4. & Tur. Cr. in d.c. in sacramento. ad quintum. sed dubitatur an vltima cœna sit facta quartadecima, vel tertiadecima Luna.

Notandũ pro solutione, q̃ omnes consentiunt, Christũ Dñm cœnasse feria quinta ad occasum solis, & passum esse feria sexta. 1. Cor.1. vnde omnes feria sexta celebrant diem passionis. Græci verò dicunt, & aliqui latini cœnam factam esse Luna tertiadecima, communis verò opinio est fuisse luna quartadecima. Sciendum enim Martium fuisse primum mensem apud hebræos, quando sol ingreditur arietem. vt habetur Exo. 12.13. Secundò, sciendum diem naturalem apud hebræos incipere ab occasu solis, & ad alterum occasum decurrere, apud latinos à medio noctis, apud Sitios ab ortu solis, apud Aegyptios à meridie. Tertiò, notãdum, q̃ apud hebræos festa incipiebant ab occasu solis. i. à sua die naturali. Leuit.3. Quartò, q̃ dies Paschatis, apud eos erat radix à quo alia

alia festa suis tẽporibus deriuabãtur, ꝙ celebrabaт̃ die quartadecima mensis primi, & quintodecimo erat dies solemnis azimorũ. Exo. 12. Leuit. 23. & quia menses apud eos erant lunares, ideo erat quartadecima Luna, vnde primus dies Lunæ Martij erat primus dies totius anni, inde connumerantes septem hebdomadibus erat festum Pentecostes. Tũ in septimo mense scilicet Septembri, in die decimo currebat festum scænophegiæ, vel tabernaculorum. d.c.12. & 23.

His sic notatis, statuitur conclusio, ꝙ Iudæi eadẽ nocte Iouis, qua Christus, agni cœnam fecerunt, videlicet quartadecima Luna secundùm naturalem cursum Lunæ; nam hebræi iota vnum ex legis præceptis non omittebant. præceptũ verò huiusmodi erat, vt quartadecima Luna ad vesperã immolarent agnum tipicũ, & per septẽ dies vsq; ad vigesimumprimũ Pascha Dñi celebrarent, ergo id mutare non licebat. Dies verò prima Paschæ erat quintadecima Luna, & erat sancta. Exo. 12. & celeberrima. Leuit. 23. & latẽ id probat Sot. d. 9. q. 1. ar. 4. & probatur sic, Dñm in azimis consecrasse, q. ante diem illam erat solum fermentatum in domibus Iudæorum. Conc. tamen Flor. determinat græcos debere conficere in fermentato, latinos in azimis: præterea panis cõsecrandus in modum denarij formari cõsueuit, vt dicit Dur. in rat. lib. 4. c. 41. vel in forma rotunda, qui mos antiquissimus est, vt colligi potest ex Greg. lib. 4. dialog. c. 53. vbi oblationum coronas vocat, quas postea hostias dicit. & Chrisost. hom. 83. in Matt. dicit, quos radios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc coronam pertractat. & Epiph. in Anchorato idem vocat formæ rotundæ. Et præterea panis hic consecrandus mundissimus esse debet in quo nulla insit macula. vt dicit Odo Cameracen. in expos. sacri can. etiã id decreuit Anicetus Papa apud Burcard. li. 5. c. 29. & Iuonem par. 2. ca. 38. nec in eo pane debet poni sal. vt ibi dicit Bur. & colligitur ex Philone lib. de vit. contempl. vbi meminit panum absque fermento, & sale.

Quarta propositio. Vinum vitis est propria materia huius sacramẽti. conclusio est de fide, est enim determinata in Conc. Cartag. 3. in c. nõ oportet. de cons. d. 3. in c. firmiter. de sum. Tri. & in Conc. Flor. alijsq; authoritatib. supra relatis in prima propositione, & licet Euangelistæ non faciant mentionem de vino, sed solum de calice, intelligitur tamen cõmuniter, ꝙ esset plenus vino non aqua, iuxta Psal. calix meus inebrians, q̃ pręclarus est. vt d. Sot. d. q. 1. ar. 5. probatur conclusio ratione, primò, quia sic Christus instituit. d. Matt. Non bibam amodo de genimine vitis. Secundò, quia ad materiam sacramẽtorum sumitur id quòd propriè, & communiter habet talem speciem, propriè verò vinũ dicitur, ꝙ de vite sumitur, alij liquores habẽt quãdam similitudinem ad vinũ vitis. Tertiò, quia vinum vitis magis cõpetit effectui huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia, quia vinum lætificat cor hominis. D. Th. d. q. 74. ar. 5. & Tur. Cre. in d. c. in sacramento. ad sextum. Vnde ex vino pomorum granatorum, uel mororum, sidra quæ fit ex pomis, & ceruisia, quæ fit ex ordeo nõ potest confici sacramentum. ut dicit D. Th. ibi ad primum. & Sot. d. q. 1. art. 5. Nec de uino, quòd est perfectè acetum. ut dicit Ales. p. 4. q. 32. membr. 8. D. Tho. d. art. 5. Tur. Cre. in c. in sacramento. de cons. d. 2. nec de agresta, uinum. n. fit acetum per corruptionem, unde non fit reditus de aceto in uinũ. 8. Metaph. t. 14. to. 3. vnde sicut de pane totaliter corrupto non potest confici, sic nec de aceto; potest tamẽ confici de uino acescẽti, ut & de pane qui est in uia ad corruptionem, licet peccet conficiens, & ideo abstinendum est ab huiusmodi uino. D. Tho. ibi ad secundum. In agresta confici non potest, quia est in uia generationis uini, si verò sit proxima maturitati ob dubium an esset vinum, esset abstinendum.

Eucharist. materia ẽ vinũ vitis, & quę corrumpant hanc materiam.

dum. In musto tamen potest confici, licet sit abstinẽdum ob impuritatem, & commixtionẽ acidorum, vt statuit Iul.I.ad epos per Aegiptum.c.cũ omne.de conſ.d.2. Conc.Bracar.3.can.1. Conc.Vuormatien.can.1.Tur.Cre.in d.c.cum omne.vuæ verò nõ sunt aptæ consecrationi, quia non sumũtur per modũ potus, sed cibi. D.Th.ibi ad tertium. De vinis verò, quæ ex aromatibus conficiũtur, si nõ fit tanta mixtio vt fiat corruptio vini, potest fieri consecratio, ab huiusmodi tamẽ artificiatis vinis est abstinẽdum ob periculũ, similiter de alijs, quæ vino permiscentur, nec in vino cocto, aut nectare cõficitur.Cand.nu.37. Si verò vinum sit congelatum, ita ꝙ induresçat non potest confici, quia sic desineret esse vinum, vnde & si liquefieret, desineret esse vinum, si verò parua sit congelatio potest confici; ꝙ si species consecratæ congelarẽtur, si ita congelẽtur vt liquefactæ præberent speciem vini esset documentum, ibi esse sanguinẽ; si verò tale documentum non præberent, secus; ob periculum tamẽ essent cum veneratione sumendæ.Sot.dicto art.5. Nec in vino cocto vappa, & nectare potest confici.Cand.nu.37.Non refert verò an vinum sit album vel nigrum, dulce vel alterius saporis, modo non sit corruptũ, vt supra, nec parum aliquid ei commixtum; sicut nec ꝙ farina sit purissima, vel nõ, bene olens vel non, recens vel vetus, in pane vel hostia cõficiatur, nec an aqua farinæ, vel vino miscenda sit calida vel frigida, clara, rubea, viridis, vel olẽs sit. refert Cand.nu.47.ex decentia tamẽ, & munditia vtendum est vino tãtum albo, nisi necessitas vrgeat.ex Concil. Med.1.c.quæ pertinẽt ad celeb.missę. Debet autẽ aqua vino misceri, authoritate Alex. Papæ in c.in sacramentorum.de conſ.d.1.cum primis 7.can.in Conc.Hippon.can.25.Antissiod.can. 8.Bracar 3.can.1. Vuormatien.can.t. c.vt in sacramentis. de conſ.d.2.in ca. cum marthę.de celeb.miſſ.& c.in quadam.& in Conç.Flor.& idẽ dicũt sancti patres. Iustin.Apol.2.ad Antoninũ piũ. Iren.lib.4.c.47.vbi calicem vocat temperamentum. Ciprian.lib.2.ep.3. Aug.lib.4.de Doctr.Chr.c.21.si enim vinum tantum quis offerat Christus sanguis incipit esse sine nobis, si aqua sola plebs incipit esse sine Christo. vt dicit Amb.li.5.de sacram.c.1. Aug.de eccle.dogm. c.75.serm.119. Chrisoſt. hom.83.in 26 Matth. Triden.Concil. ſeſſ.23.canon.5. Ratione primò, quia creditur Christum sic fecisse ob sobrietatem secũdùm patrium morem. Secundò, quia id magis repræsentat passionem, ex latere enim Christi exiuit sanguis, & aqua. Tertiò, quia sic significatur mixtio, quę fit Christianorum ad Christum, aqua enim significat populum, vinum sanguinem Christi, cui Christo populus vnitur. cap. cum omne. de conſ.d.2. Aquæ tamen appositio non est de necessitate sacramenti.c.scriptura.de conſ.d.2. peccat tamẽ mortaliter id omittens. Tutius tamẽ est de aqua parum apponere, vt habetur in c.pernitiosus.de cele.miſſ. vbi damnantur qui plus aquæ ponunt in sacrificio quàm vini, cum contra faciendum sit, maximè vbi vina nõ sunt potentia. Illa verò aqua prius conuertitur in vinum, & vinum in sanguinẽ, vt diffinit Innoc.in c.cum marthæ.de celebr.miſſ. vnde, vt supra, parum aquæ est apponendum, quia posset esse tanta aquæ permixtio, ꝙ vini substantia exhalaret.c.cum omne.de consec. dist.2. Et quòd aqua vino sit permiscenda indubiè tenendum est apostolos id à Christo domino accepisse, & eum morem seruasse, ac posteris tradidisse, & ideo id omittens grauiter peccaret, licet verè cõficeret. vt dicit Sot. d.q.1.art.6. vnde 6.Sin. nomine Trull.edita can.32. duas hęreses euertit, vnam hydroparastatarũ, qui aqua sola in sancto altaris sacrificio vtebãtur, teste Epipha.hær.30.42. de Aquarijs.& Aug.hære.4.& errorem Armenorum, qui non nisi parum vinum offerunt, de quo Teoph.in c.19.Ioã.Nicephor.li.18.c.53.& hic error damnatur

tur à Conc.Trid.sess.22.can.9.eo q fit cōtra Christi institutionem. Vnde ex his colligitur aquam non esse de necessitate sacramēti,sed præcepti, ideo id omittens mortaliter peccaret, nisi obliuio eum excusaret, quia aqua significat Christum dn̄m fuisse compositum ex quatuor humoribus. vt in c. in quadam.de celeb.miss. & ex eius latere fluxit aqua,non autē humor flegmaticus. vt dicit D.Thom. d.art.6. & cum non sit necessaria aqua ad sacrificiū nil refert, quæ aqua ponatur, ēt. rosacea, quò ad veritatem sacramenti peccat tamen eā apponens. Quò ad quantitatem est apponenda in pauca quantitate, ita vt possit transire in vinum,ne econtra soluat speciem vini. d.c.cum marthæ.de cele.miss. etiam si esset vna sola gutta,quia in dubio minus malum esset nil aquæ apponere, quàm soluere speciē vini, cum primo casu tātum violetur præceptum,in secundo non conficiatur,q est immane sacrilegium. Vnde qn̄ apparet aquæ plus iusto infusum, debet calix effundi, & vinum cum pauciori aqua infundi, & mixtio aquæ non debet fieri in vegete, sed in calice, in vino tn̄ limphato conficitur,modo nō soluat spe cies vini,& tunc minimum aquę esset apponendū. D.Th.d.q.74.ar.7.& 5.in corp.& in resp.ad contr. & Sot.d.ar.6. Non refert autem an farina sit albissima,vel purissima,recens vel vetus,bene olens,vel non,vel aqua farinæ,vel vino miscēda sit frigida, vel calida,clara,rubea,viridis,bene olens, vel contra,vel si vinum sit nouum, vel vetus, vel in eo sit immissum pomū, vel species aromatica, vel ex vase aliquid boni, vel mali odoris vino adhæsit, quia in his omnibus, essentialibus tn̄ seruatis, non vitiatur sacramentū. Ang. Euch.1.nu.10.Cand ibid.nu.48. Quò verò ad aquā non sufficit, q ante Missam fuerit in ampulla,vel dolio per sacerdotem,vel aliū vino mixta, sed necessario debet in ipso calice ante consecrationem, vt in Rubr.Missalis, misceri,vt sentit etiam D.Bon.4.d.11.Et licet cōsecratio panis debeat prius fieri,q̄ calicis,tn̄ si contra fiat, licet grauissimum sit peccatū, tenet consecratio.vt inquit Sot.d.11.q.2.ar.6. Nō potest tamen vllo casu sacerdos cōsecrare calicem sine hostia,vel è conuerso, cum ambas species consecrare, & sumere teneatur.c.comperimus.de cōs. d.2.Sot.loco prædicto,licet forma cōsecrationis vnius nō pendeat ab alia, sed per se subsistat.vt ibi dicit.Nec Papa id concedere debet, vt vna species sine alia consecretur, licet ibi non habeatur vinū, ne sacramentum remaneat imperfectum. d.ca.comperimus. & Silu.verbo,Eucharistia.1.q.6.

De cōuersione panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi. Cap. III.

Notandū, q conuersio, qua substantia tota panis conuertitur in substantiam corporis, & substantia vini in substantiam sanguinis Christi,ab ecclesia transubstantiatio dicitur, quia mutatur substantia vnius in substantiam alterius.c.4.sess. 13.in Trid. Conc.de Ref. His notatis. *Transubstantiatio quid sit in Eucharist.*

Prima sit conclusio. In hoc sacramento est corpus verum Christi sub speciebus panis, & verus sanguis sub speciebus vini. Conclusio est de fide habetur enim Matt.26. & Luc.22.vbi instituendo Dn̄s hoc sacramētum d. Hoc est corpus meum,quo nil expressius in re tanti momenti dici potuit. Vnde & volens Dn̄s id prænotare, dicit Io.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,non habebitis vitam in vobis, ostendens carnem suam verè esse cibū, vnde & subnectit, qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinē habet vitam æternam;& infra,caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, quæ verba: Hoc est; Io.6.de sanctissima Eucharistia dicta esse testatur vnanimis Patrum,& Concilio- *In Eucharistia ē verū corpus, & sanguis Chr̄i sub speciebus panis,& vini, & cur sic sit statutum.*

rum consensus asserentiũ verè in sanctissimo Eucharistiæ sacramento contineri corpus, & sanguinem vnà cum anima, & diuinitate Dñi nostri Iesu Christi, sic enim Theoph.Io.6.intelligit loqui Dñm de corpore, & sanguine suo in sacramento Eucharistiæ. Chrisost.hom.45.in Ioã.Cassiod.in Psal. 109.Hilar.8.de Tr.Cipr.in expos.orationis dominicæ. Orig.in 7.lib.Num. Iren.lib.4.c.31.& 34.Clem.lib.8.c.17. & vlt.Const.Ap.Euseb.li.1.c.10.dem. euang.Amb.in orat.præparat.ad Missam.Gaud.serm.2. Dion.de eccl.hier. p.3.c.5.Leo I.in ep.ad Constantinop. & serm.7.de passione Dñi.Bern.serm. 2.de cœna Dñi. Greg. Niss.de S. festo Paschæ, orat.1. Hier.in c.27.Mat.Ambro.lib.4.c.5.de sacramentis. Eucher. lib.2.in Genesim.Aug.lib.16.de ciuit. Dei.c.22.& 7.c.c.17.& con.aduer.l.& proph.lib.1.c.20.Epiph.li.2.cont.hær. hær.55.Iren.lib.5.aduer.hæreses. Grego.Niss.lib.de mist.vita Moysis.Dam. lib.4.c.14. Clem.Alex.lib.4.strom.determinatur in Conc.Eph.1. in Conc. Vercell.Turon.ac Rom.& Conc.Constantien.sess.5 in Conc.Later.sub Innoc.III.in c firmiter. de summa Tr.in Concil.Flor. & Trid.sess.13.c.2.& 4.& can.1. cum seq.ibid. t.in ca.species.in c.quia sanguis. de cons.d.2. in c.ad abolendã. de hære.in Clem.vn.de Reliquijs,& ven.sanct. Dam.4.de fide.c. 14.Epiph.in disput. cum Gregorio,q̃ hr in 7.Sinodo. Act.6.tom.3.Greg.homil.22.in Euang.& cap.4.dialog.c.58. Remig.in c.10.1.ad Cor.Greg.Niss.in libr.de vita Moysis. Idem probatur in Cõc.Nic. apud Alphonsum Pisanum. li.3.in Conc.Ephes.ep.ad Nestorium. Conc.Hippon.can.25. Cartag 4.can. 38.Illerd.c.1. Turonic.2.c.3. Tolet.3. cap.1. Hispal.2.can.7.Tolet.4.can.56. Trull.can.101.Sin.2.Nic.Act.6.

Idẽ miraculis illustrat, nã Paschas. in 1.Cor.11.credit multos sacerdotes trucidatos, quia indignè hoc sacramentum tractabant, & Serapion lapsus, sed pœnitens nõ potuit mori sine Eucharistia, qua percepta statim est mortuus, teste Euseb.li.6.hist. c.36.& Cipr. serm.5.de lapsis, dicit sanguinem sacratum erupisse de ore Infantibus sacrificio gentilium polluto, & ibi dicit mulierẽ, quæ vas in quo erat sanctissimum Dñi corpus, tenebat & aperire tentabat, igne inde surgente, auersam ne accederet, & alium latenter indignè Eucharistiã inscio sacerdote accipientẽ, furore, & morte adactum, & alteri indignè accedenti hostiam in cinerem versam. & opt.lib.2. con.Don. dicit cum Donatistæ Eucharistiam canibus tradidissent, ipsos rabie accensos illos trucidasse; alia miracula narrant Amphilochius in vita S.Basilij. Naz.orat.fun. in laudẽ Gorgoniæ.Amb ora.de obitu Saluti.Chrisost.lib.6.de sacerdotio.Soz.lib.8.hist. c.5.Aug.lib.22.ciuit. Dei.ca.8.Dur.de rit.lib.2.c.39.D.autem Th. volens probare prædictam concl.3 p.q.75.art.1. dicit primò, sensu deprehendi nõ posse corpus, & sanguinẽ Christi esse in hoc sacramento, sed sola fide, quæ authoritati diuinę innititur; vnde Ciril. super Luc. 22. in illis verbis: Hoc est corpus meum, dicens non dubites an hoc verum sit, sed potius suscipe verba Saluatoris in fide, cum enim veritas sit, non mentietur. Secundò, ponit triplicem huius rei conuenientiã, nã sacramenta veteris legis sacrificiũ passionis Christi cõtinebant solum in figura, Hebr. ideo oportet vt sacramentum nouæ legis haberet aliquid plus.s.contineat Christum passum nõ solùm in figura, sed etiam in veritate, ideo hoc sacramentum est perfectiuũ omnium sacramentorũ in quibus virtus Christi participatur. vt dicit Dion. 4.c.cœl.hier.

Secundò, id cõuenit charitati Christi, amicorum enim est cõuiuere amicis.9.Eth.c.4.vnde nobis suam pręsentiam corporalẽ Christus repromittit, dicẽs, vbi fuerit corpus, illuc congregabũtur, & aquilæ. Math.24. ideo sua præsentia corporali in hac peregrinatione, nos non relinquit. Ioan.6.

Tertiò, id competit perfectioni fidei,

dei, quæ est non solum de diuinitate, sed etiam de humanitate Christi. Io. 14. quæ quidem fides est inuisibiliũ, vnde sicut nobis suam diuinitatẽ exhibet inuisibiliter, sic etiã carnẽ modo inuisibili, & sic non est vt in signo in sacramẽto, sed in rei veritate, contra hæreticos. vt in c. ego Berẽgarius. de consecr. d. 2. & probatur per Turr. Crem. in c. species. ad primum. de consec. d. 2. & latè id probat Sot. 4. d. 9. q. 2. art. 1. Ratione probatur ducta à Christi institutione, eius veritate, & omnipotentia. Nam primò Deus verax est, ergo quæcunq; dixit deficere non potest, cœlum enim, & terra transibunt, verba autem eius non præteribunt. sed instituendo hoc sacramentum dicit: Hoc est corpus meum. Luc. 22. & Matth. 26. quæ verba, vt supra, omnes Patres, & Concilia intelligunt de veritate corporis Domini, vt supra, non autem figuratè, vt volunt hæretici; tũ ex materia de qua loquitur hic, quæ est pactum, sacramentum, lex & dogma, quæ omnia propriam non figuratam loquutionem requirunt; tum ex personis cum quibus loquitur, qui erant Apostoli, quibus Dominus, omnia nudè, & apertè proponebat, vt magistros futuros cunctarum gentium; tum ex cõsensu omnium patrũ ibi, tum ex regula interpretandi scripturas, vt. s. nunquam dimittatur proprius verborũ sensus, nisi cogente aliqua alia scriptura, vel articulo fidei, vel communi cõsensu totius ecclesiæ, quod nõ est hic, ergo est proprius, & germanus sensus, quod denotãt singula verba, nam pronomen, hoc, est substantiuum, & significat hoc .i. hæc res contenta sub speciebus, est corpus meũ. Secundò, verbũ est, significat existentiam rei, vnde omnia resoluuntur in hoc verbum, vt homo ambulat .i. est ambulans. Tertiò, verbum, corpus, intelligitur tantum de corpore Christi non de pane, quod indicant verba sequẽtia, dicentia, quod pro vobis tradetur, & de sanguine, quod pro vobis effundetur. Quartò, verbum meũ, intelligitur de corpore, non pane, quia panis nõ traditur, nec sanguis animalium effunditur pro nobis. Bellarm. d. loco. c. 9. & 10. ostẽditur etiam ex omnipotentia Dei, cõficitur. n. ex Christi sermone, qui dixit, & facta sunt quæ non erãt, ergo magis vt sint quæ erant, & in aliud conuertãtur. vt d. Amb. in lib. de sacr. & habetur in c. panis est. de cons. d. 2.

Secunda propositio. In hoc sacramento non remanet substantia panis, & vini post consecrationem, cõclusio est de fide, definitur. n. per Bonif. Papam in c. species. vbi Tur. Cr. de cons. d. 2. & per Dam. lib. 4. c. 14. in ca. panis. qui est Ambrosij. ĩ c. omnia c. corpus Christi. de cons. d. 2. in ca. firmiter. de sum. Tr. in c. cum marthæ. de cel. miss. ĩ clem. 1. de Reliq. & ven. san. Ratione probat id D. Th. d. q. ar. 2. primò, quia positio contraria. s. quod panis, & vinum illic remaneant tollit veritatẽ sacri, ad quam pertinet verum corpus Christi in hoc sacramento existere, quod quidem ibi non est ante cõsecrationem. Nõ potest autem aliquid esse alicubi, vbi prius non erat, nisi per loci mutationem, vel cõuersionem alterius in ipsum, vt in domo de nouo est ignis, quia aliunde defertur, vel ibi generatur, sed corpus Christi nõ incipit esse in hoc sacro per motum localẽ, quia sic sequitur non esse in cœlo, quod. n. localiter mouetur peruenit ad locũ, vbi non erat, priori relicto. Secundò, quia omne corpus localiter motũ pertransit omnia media, quod nõ est hic. Tertiò, quia vnus motus eiusdẽ corporis localiter moti, non põt terminari simul ad diuersa loca, cum tñ in pluribus locis corpus Christi in hoc sacramento simul esse ĩcipiat, ideo corpus Christi aliter non potest incipere esse in hoc sacro, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum; quod verò cõuertitur in aliquid, facta conuersione, non remanet, vnde sequit̃, quod ex veritate huius sacri, substantia panis post consecrationẽ manere non possit; præterea id contrariatur formæ huius sacri in qua dr̃, Hoc est corpus meum, quod non

In Eucharistia non remanet substantia panis, & vini post cõsecrationem, & vt Chrs ibi existat.

 esset

esset verum si substātia panis ibi remaneret, sed tunc esset dicendū, Hic est corpus meū. Vlterius id contrariatur venerationi huius sacri, si aliqua substantia creata ibi maneret, quæ non posset adoratione latriæ adorari. Vltimò, quia id contrariat ritui ecclesiæ, secundùm quē post corporalem cibū non licet sumere corpus Christi, cum tñ post vnam hostiam cōsecratam liceat sumere aliā. Vlterius conueniēs & iustum est, vt adueniente vero, ac viuifico pane, cedat ei materialis, & visibilis panis substātia, recedendo ab accidentibus, & forma sua visibili, eā relinquendo ministerio tanti sacri, & sic panis materialis aduenięti pani vitæ, velut creatori honorem deferens, relinquit ei pœnitus locum suū, accidentia relinquēs in ipsius seruitium, vt eleganter tradit Gul. Paris. de sacro Euch. c. 1. ad fin. remaneat. n. accidentia, ad hoc vt ibi sit signum visibile inuisibilis gratiæ, & sic sacramentum. Pro intelligentia difficultatum occurrentium in hac ꝓpositione. Notandū primò, ꝙ nomina substantiua, quæ dicūtur de Christo, vel eius corpore extra sacrm̄, dicuntur etiā de ipso, vt est in sacro; vnde verissimè dr̄ in sacro esse corpus, sanguinem, &c. & carnem illam esse corpus, nō spiritū. Secundò, ꝙ nomina adiectiua, quæ dicunt ordinem ad corpora circunstantia, non dicūtur de Christi corpore, vt est in Eucharistia, licet dicātur de eo, vt est in cœlo, quia corpus Christi ob modum existendi in Eucharistia peculiarem non dicit vllum ordinem ad corpora circunstātia; vnde dr̄ corpus Christi, vt est in Eucharistia, esse verū reale, naturale, animatum, quātum, coloratum &c. & carnem illam esse corporalem, non spiritualem. At non dr̄ corpus Christi in Eucharistia esse sensibile, visibile, tangibile, extensum, licet tale sit in cœlo, quia ista nomina dicūt ordinē ad corpora circunstantia, quē non habet corpus Xp̄i in Eucharistia. c. nos autē. de cons. d. 2. Tertiò, ꝙ aduerbia, quæ dicunt modum existendi corporalem nō dicuntur de Christo in Eucharistia, licet dicantur de ipso vt in cœlo residet, quia nō habet Christus modum existendi in Eucharistia corporum, sed potius spirituum, cū sit totus in qualibet parte hostiæ; vnde dr̄ Christus esse in Eucharistia verè, realiter, substantialiter, sed non corporaliter. i. eo modo, quo corpora sua natura existunt, nec sensibiliter mobiliter. Quartò, ꝙ verba, quæ significant præsentiam corporis Dn̄i in Eucharistia abstrahendo à modo existēdi cum ordine ad alia, simpliciter affirmari possunt, reliqua non; vnde rectè dr̄, Corpus Christi in Eucharistia continetur, manet, sumitur, percipit̄, sed non extensum est, occupat locum &c. Quintò, ꝙ licet corpus Christi in Eucharistia per se non videatur, nec tangatur, nec moueatur; tñ ratione specierum, vel accidentiū, quibus cōiunctum est, pōt dici tangi, videri, moueri, &c. nam species illæ verè mouent̄, videntur, tanguntur; vnde & vsitatè tribuit̄ ei, quod est cū illis cōiunctum; probat̄ in c. ego Berengarius. de cōs. d. 2. vbi coactus est Berengarius fateri corpus Christi sensualiter sacerdotū manibus tangi, & frangi, & per Chrys. hom. 83. in Matth. & ꝑ Bellar. de sacr. Euch. c. 2. qui ꝓbat id, ex verbis Cōc. Tr. c. 1. sess. 13. dum d. in almo Eucharistiæ sacramento post consecrationē peractam contineri D. Iesum Christū verum Deum, & hominem verè, realiter, ac substantialiter sub specie rerum sensibilium; & apertius mihi videntur ea colligi posse ex ca. non hoc corpus. de consecr. d. 2. vbi dr̄ ex Aug. ad Iren. apostolos manducaturos, & bibituros, non hoc corpus, & sanguinem, quem effusuri sunt illi crucifixores, ipsum quidē, & non ipsum, ipsum inuisibiliter, nō visibiliter, & ex c. omnia. e. a. d. vbi habetur, post cōsecrationem, licet remaneat figura panis, tamen nil ibi esse, nisi corpus, & sanguinem Christi, & ex c. de hac. vbi habet̄, corpus Christi, vt fuit in cruce nō sumi, & in c. singuli. vbi d. singulos totū Christum.

Chriſtum accipere, & in ſingulis portionibus totum eſſe, nec per ſingulos minui, ſed totum ſe omnibus præbere. & Sot. in prædictis aliqua probat. 4.d.9.q.2 ar.1. per Ric.4.d.4.q.2. Scot. 4.d.10.& alios. & diſt.11. Vnde aliter fuit in cruce Dominus, quia mortalis, & paſſibilis, aliter in cœlo, quia viſibilis, aliter in ſacramento, quia inuiſibilis, niſi ratione ſpecierum, ſicut nec tangibilis, niſi earundem ratione, vt ſupra.

In Euchariſtia ſubſtantia panis, & vini non annihilatᷓ, ſed conuertitᷓ in ſubſtantiã corporis, & ſanguinis Chriſti.

Tertia propoſitio. Subſtantia panis, & vini poſt conſecrationem, non annihilatur, ſed cõuertitur in corpus, & ſanguinem Chriſti; & ita panis nõ annihilatur, nõ reſoluitur, non corrumpitur, ſed conuertitur in corpus Chriſti, & vinum in eius ſanguinem; concluſio probatur in c. firmiter. de ſum. Tr. vbi habetur corpus, & ſanguinem Chriſti in ſacramento altaris contineri ſub ſpeciebus panis, & vini, & ꝗ panis tranſubſtantiatur in corpus, & vinum in ſanguinẽ, poteſtate diuina, & probat D.Th.3.p.q.75.art.3. nec ex eo, ꝗ ſumitur corpus Chriſti, dentib. atteritur, quia in Euchariſtiæ manducatione, manente integro corpore Chriſti, ſpecies tantum diuidũtur. vt dicit D.Th.4. d.11.ar.1.q.1.ad primũ. Vnde, vt dicit D.Tho.d.q.75.art.3. panis, & vinum in hoc ſacramento non reſoluuntur in præiacentem materiã, primò, quia reſolutio mixti debet fieri in elemẽta, cum in materiã primã, quæ non põt eſſe ſine forma, non poſſit fieri reſolutio, & cũ nulla poſt conſecrationẽ maneat ſubſtantia, niſi corpus, & ſanguis Chriſti, fit vt elemẽta, in quæ fieret reſolutio per motum localem, illinc abſcederent, idque ſenſu perciperetur, ꝗ eſt contra experientiam; reſolutio enim mixti nõ poteſt fieri in inſtãti, ſed per motum; poſitio verò corporis, & ſanguinis non fit ſucceſſiuè, ſed in vltimo momẽto verborum, vbi perficiᷓ ſignificatio formæ; cum ergo per totum tempus prolationis verborum fit ibi panis, & vinũ, & in vltimo inſtanti ſit corpus, & ſanguis, non eſt dare tempus in quo fiat reſolutio in præiacentem materiam. Ex quo etiam ſequitur, ꝗ panis, & vinum non annihilatur, quia corpus, & ſanguis ſunt in ſacramẽto ſolum per conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem; quod verò in aliud conuertitur, non annihilatur patet, qa terminus annihilationis eſt nihil; terminus verò conuerſionis eſt id, in quod fit conuerſio.

In Euchariſtia panis poteſt conuerti in corpus Chriſti, & cur, ac quibus ſimilitudinibus.

Quarta propoſitio. Panis põt conuerti in corpus Chriſti, probatur de conſ.d.2. c.reuera, quod eſt Amb.lib. 4.de ſacram.c.4. vbi id probatur poſſe fieri ratione ducta à maiori; nã Moyſis gratia virga facta eſt ſerpens, & econuerſo, & eadem mare percuſſit, & diuiſum eſt; & aquam de petra virga produxit, hac etiam amaritudinem aquarum ſanauit; ligno Heliſeus traxit ad ſe ferrum contra naturam natans, quibus aduertitur maioris potentiæ eſſe gratiam Dei, ꝙ naturam, & ſi tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicendum de cõſecratione, vbi ipſa Domini verba operantur? ſermo Heliæ potuit de cœlo ignem trahere; ergo magis ſermo Chriſti valebit, vt ſpecies elementorum mutet; ſermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quæ nõ erant, multo magis poteſt mutare ea, ꝙ ſunt, in id, qđ non erãt. Idem probat D.Tho. d.q.75.art.4. ſub his concluſionibus; primò, ꝗ corpus Chriſti incipit eſſe in ſacramento, nõ aliter, quàm per conuerſionem, ex c. quia corpus. de conſe.d.2. ratione ſic, nam corpus Chriſti in hoc ſacramento non eſt vt in loco, quaſi ſuis dimẽſionibus loco commenſuratum, vt eſt in cœlo, ſed modo quodã ſpeciali, qui huic ſacramẽto proprius eſt, ſ. per cõuerſionem panis, & vini in corpus ipſum, & ſanguinem, ſecũdùm quẽ modum non repugnat ſimul eſſe in pluribus altaribus, per plures huiuſmodi conuerſiones, licet non ſit ibi, vt in diuerſis locis diffinitiuè, vt infra dicet, & declarat D.Th.d.q.75.art.1. ad tertium.

tium. nõ ergo est alius modus in quo corpus Christi ibi esse incipiat, quàm per conuersionem, vt supra, secunda propositione. secunda conclusio, q hæc conuersio non est similis conuersionibus naturalibus, sed omnino supra naturalia, sola Dei virtute effecta nã de virgine Christi corpus est præter naturæ ordinem; ergo, nec in hoc sacramento est quærendus ordo naturæ.d.c.reuera. & authoritate Chriso. in Ioã.6. in illis verbis: verba quæ ego loquor spiritus, & vita sunt; vbi dicit spiritualia sunt nihil habentia carnale, nec contingentiam natutalem, sed eruta sunt ab omni necessitate, quæ est in terra, & à legibus, quæ hic positæ sunt. tertia conclusio, in hoc sacramento diuina virtute, tota substantia panis cõuertitur in totã substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in totam substantiam sanguinis; nã agens creatũ, quia constituitur in sua specie per genus, & differentiã habet essentiam finitam, & ideo determinatur ad certum actum, & modum agendi, vt ignis nõ producit nisi ignem, & ideo non potest destruere, vel producere materiã, sed solum supposita materia, introducere alteram formã alia expulsa, cum eius actio sit formalis, cum & per formam in suo esse constituatur; Deus verò, qui nullo genere, vel differẽtia limitatur, ac purissimus actus est, & infinitus infinitaq; substãtia, ideo eius actio non limitatur, sed ad omnem naturam entis extenditur, vnde non solum potest perficere conuersionem formalem, vt scilicet diuersæ formæ sibi succedant in eodẽ subiecto, sed & conuersionem totius entis, & cuiuslibet eius partis, videlicet vt tota substantia huius, quò ad materiam, & formam conuertatur in substantiam alterius, & hoc est quòd diuina virtute agitur in hoc sacramẽto; vnde est conuersio substantialis, non formalis, vt alia quæuis naturaliũ generationum. Quarta conclusio, quòd hæc conuersio potest dici proprio nomine transsubstãtiatio, quòd quidem verbum cœpit in ecclesia sic accipi solum tempore Innoc.in c.firmiter. alia verò nomina, vt conuersionis, transmutationis, non solum sunt res antiqua, sed ex ipso Euangelio collecta. vt habetur in c.panis est. in ca.re vera. in c.in calice. in c.vtrum. in c.nos autem. in cap.quia corpus. de cons.d.2.& per Dam.lib.4.cap.14. vt probat Sot.d.q. 2.art.4.dist.9. Vnde conuersio in hoc ordinatur, vt corpus contineatur sub speciebus sicuti panis, seclusa inhærentia, vt ad illarum motum consequatur motus ipsius. vt dicit Magist. sent.4.dist.10. & habetur in cap.hoc est.de consec.d.2.

Quinta propositio. In hoc sacramento remanent accidentia panis, & vini; probatur conclusio in c.omnia. de consecr.dist.2.cap.nos autem. cap. species. de consec.dist.2.in cap.firmiter.de summa Trin.in Concil.Flor. & Triden. Ratione probatur per D.Th. d.quæst.art.5. Primò, nam Deus omnibus cõgruè prouidet secũdùm eorum naturam, est verò horribile homini comedere corpus, & sanguinem humanum; hac de causa proponitur nobis caro, & sanguis sub eorum speciebus, quæ frequentius in vsum humanum veniunt, vt sunt panis, & vinum. Secundò, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideatur si in propria specie Dominus manducetur. In Eucharistia remanẽt accidẽtia panis, & vini & q̃so.

Tertiò, vt id prosit ad fidem, dum inuisibiliter corpus, & sanguinem Domini sumimus, fides enim non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Hæc verò accidentia manent sine subiecto, nam si, vt supra, panis transubstantiatur, & sic ibi non manet, vt fide creditur, & species videntur, tanguntur, & gustantur; colligitur clare, accidentia ibi manere sine subiecto; & Deus ipse portat, & sustentat formam sibi seruientem, scilicet accidentia, non eo modo quo substantia panis materialis ea portabat prius, scilicet vt sua, scilicet candorem quo erant candida; saporem, vt sapida, sed ea portat, vt aliena,

vt aliena, ad indicium præsentiæ suæ, & sacraméti ministerium. Nec in hoc sacramento est aliqua deceptio, nam sensus, quorum proprium obiectum sunt accidentia, per notitiam apprehensiuam, qua illa cognoscunt, non falluntur, cum hic sint accidentia panis, & vini, intellectus verò, cuius proprium obiectum est substantia. 3. de Anima, per fidem corrigitur, ne iudicet ibi esse panem, & vinũ, vnde fides non est cótra sensum, sed genitrix iudicij est, ad ꝙ sensus non attingit, ita D.Th.d.ar.ad secundum. & de his latius infra dicetur.

In Eucharistia post consecrationẽ non remanet forma substãtialis panis, & vini.

Sexta propositio. In sacramento facta consecratione nõ remanet forma substãtialis panis, & vini. probatur in c.omnia.de consf.d.2. Ratione sic probatur per D.Tho.d.q.75.art.6.primò, quia si forma panis ibi maneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia, & ita sequeretur, ꝙ non cóuerteretur in corpus Christi totum, sed in eius materiam, non tamẽ per hoc negatur posse Deũ materiam solam conuertere in materiam, & formam corporis Christi. secundò hæc conclusio probatur, nã sic forma panis maneret in materia, vel ab illa separata, primum dici non potest, nam sic maneret tota substantia panis, ꝙ supra est impugnatum, in aliã verò materiã transire nõ potest, quia quælibet forma vendicat materiã suã sibi dispositam, si verò seruaretur separata à materia, tũc fieret forma per se intelligibilis, & per se intelligens, qa omnis forma est huiusmodi, vt patet in Deo, Angelis, & animabus nostris. Hæc conclusio est de fide, quia si transubstantiatur substãtia in substantiã, nil ibi remanet de priori, nisi accidẽtia, vt corpus, & sanguis, sub ijs speciebus adoretur, tãgatur, moueatur, & sumatur, & videatur, qua ratione ibi accidentia perdurant, vt innuit D. Th.in d.ar.ad tertiũ.& Sot.d.q.2.ar.6. & vult dicere D.Th.hic ꝙ sic panis vnica conuersione conuertitur in corpus, vt materia materiæ, & forma formæ respondeat, vt ibi d.Sot.Nec obst. ꝙ ratio rei sequitur formam substantialem eius, sed id ꝙ remanet in sacramento nutrit, & id facit, ꝙ faceret panis si ibi existeret. Resp. operationum panis quasdã consequi ipsum ratione accidentium, vt immutare sensus, & tales operationes ibi inueniuntur in speciebus post consecrationem, quia permanent accidentia, aliæ verò sunt operationes, quę consequuntur panẽ ratione materiæ, vel formæ, s. ꝙ verè nutriunt vt cibus, & conuertuntur in vermes, & hoc non fit per accidentia, nec per panem, sed per diuinum miraculum, qui id confert ipsis accidentibus, vt infra.

In Eucharistia conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi fit in instanti, & quomodo

Septima propositio. Conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi fit in instanti. c. verè vnica. vbi Card. ad quartum. de cons. d. 2. probatur ratione per D.Tho.d q.art.7. nam id fit virtute diuina, quæ cũ sit infinita à nullo tempore pendet, quod ratione naturali deducitur, nam triplici de causa aliqua productio fit in momento, vno modo ex parte formæ, q̃ est terminus productionis, quæ dum recipit magis, vel min⁹ fit successiuè, vt sanitas, sed si non recipit magis, & minus, vt est omnis forma substantialis fit in momento temporis, vnde omnis generatio fit in instanti, ideo nõ dicitur motus, sed mutatio. secundò, ex parte subiecti, quod si nõ est in vltima dispositione ad formã successiuè disponitur, vt lignũ successiuè calorem suscipit, vbi verò summum susceperit in instanti producitur forma ignis, vnde aer, quia diaphanus est, applicato luminoso in instãti recipit lumen. tertiò, vt actio fit in instãti ob infinitam virtutem agentis, ꝙ. s. super naturam vno momento potest materiã disponere, vnde cũ Christus dicit effeta, in momento sunt apertæ aures eius. His de causis cóuersio sacramentalis fit in instãti, quia corpus Christi non suscipit magis, vel minus, nec adest subiectum, ꝙ successiuè præparet, & fit virtute Dei infinita. Aliã ratio-

nem assignat D.Bon.4.dist.11.ar.1.q.5.nam licet hęc conuersio fiat ad verbi prolationem, non tamen per verbum sicut per effectiuum principiũ, sed virtute diuina.i. per verbũ increatum, quod operatur in instanti, vel vt d Card.in c.veiè.ad tertium. de consf. d.2. nam virtute Dei fit hæc cõuersio. d.c. sed virtus infinita operatur subito, ergo conuersio ista subito fit. Et licet actio, qua fit conuersio. s. prolatio verborum fiat in tempore, tamen accipiendo pro termino illius actionis, qui est desitio panis, & inceptio corporis id fit in instanti terminatiuo verborum, quo pacto & in baptismo infunditur gratia. Vnde panis nõ desinit per vltimum sui esse, quia sic essent duo instantia sine medio, qđ est contra Philos.6.Phys.vnum in quo esset panis, aliud in quo esset corpus sine medio iter hæc, sed desinit per primum non esse, nam licet transubstantiatio fiat virtute diuina, quæ per se non pendet à motu, fit tamen mediante verborũ forma, quæ successiuo motu perficitur, & ideo desinit panis qñ desinit prolatio, motus verò non potest desinere p vltimum sui esse, nam qñcunq; est, eius restat aliqua pars futura, sed per primũ non esse, nõ sunt duo instantia desitionis panis, & inceptionis corporis, sed vnum, in quo corpus incipit per primum sui esse, & panis desinit per primum non esse.D. Th.d.art.ad primum.& Sot.art.7.

In Eucharistiæ sacraméto, q̃ propositiones admutãtur, quæ non.

Octaua propositio. Hæc propositio cõceditur, ex pane fit corpus Christi, sed hæc, panis est, vel esse potest corpus Christi, negatur; concedũtur etiã hæ, panis fit, vel erit, vel de pane fit corpus Christi, licèt impropriè per similitudinem; pro intelligentia huius propositionis. D.Thom.d.q.75.art.8. iacit aliquot fundamenta; primum, q̃ hæc cõuersio panis in corpus Christi in aliquibus cõuenit cum creatione, & naturali transmutatione, & in aliquibus differt ab ambabus, vel altera earum. Secundum, q̃ in duobus conuenit cum ambabus. s. & in ordine terminorum, vt post vnum fit alius, & in eo quòd non sunt simul, nam in creatione esse est post nõ esse, & mundus post nihil, nunquam verò hæc sunt simul, mundus & nihil, sic post albũ, nigrum, nunquã verò simul, sic post panem corpus, nunquam tñ dici potest panis est corpus. Tertiũ, conuenit cõuersio sacramentalis, & creatio, quia in neutra supponitur subiectũ in quo recipiãntur extrema trãsmutationis, in quo differunt à naturali transmutatione, in quo supponitur materia, vnde panis nõ manet post corpus, q̃ a sic, idem maneret subiectum, q̃ prius fuerat panis, & postea corpus. Quartũ, q̃ conuersio sacramentalis, & trãsmutatio naturalis cõueniunt in duobus, licet parũper dissimiliter, in quibus differunt à creatione, primum, q̃ in vtraq; vnum extremum transit in aliud; vt album in nigrum, & panis in corpus, cum tamen in creatione non ens transeat in ens. Differunt verò, q̃ a panis secundùm se totum, vt aër non trãsit in ignem, nisi secundùm formã remanente materia, in qua fuerat forma, quæ pellitur, & noua recipitur. Secundò, conueniunt, quia vtrob q; remanet aliquid idem, q̃ non accidit in creatione, dissimiliter tñ, quia in transmutatione naturali remanet cõmune subiectũ, sed in sacramento remanent accidentia, quæ inerant subiecto. Ex his prima elicitur cõclusio, q̃ in nulla harum conuersionum affirmatur vnum extremum de altero per verbum substantiuum præsentis temporis, non enim cõceditur in creatione nõ ens fit, nec in naturali transmutatione album est nigrum, nec in hoc sacramento, panis est corpus, q̃ colligitur ex secunda parte secundi fundamenti, qua dr̃ nunquam extrema conuersionis esse simul. Secunda, q̃ in omnibus his conuersionibus potest dici, ex, vt, ex albo fit nigrum, ex non ente ens, & ex pane corp⁹ Christi. Tertia, q̃ in hac cõuersione, vt & in transmutatione naturali possumus vti nomine conuersionis, q̃ non licet in creatione,

tione, quia album conuertitur in nigrum, panis in corpus, non autem nõ ens in ens. Quarta, ꝙ illa quæ ratione naturali conueniunt ratione subiecti non possunt in hac conuersione concedi, nam conceditur, ꝙ album potest esse nigrum, quia verbum posse, dicit potentiam subiecti, quæ est ad diuersas, & oppositas formas, sed hic, vt & in creatione, quia nõ manet primum subiectũ, sicut non potest dici nõ ens potest esse ens, ita nec panis potest esse corpus. Quinta, ꝙ non potest dici propriè, ꝙ de non ente fiat ens, vel de pane corpus, quia propositio, de, significat cãm cõsubstantialem vtriq; extremo, & materialẽ, vt de ligno fit statua, sic ẽt non cõceditur, ꝙ panis erit corpus Christi, vel fit corpus Christi, vt nec ꝙ non ens erit ens, aut fiet ens, quia hæc dicunt communicationem cum subiecto. Sexta cõclusio ob id ꝙ facta consecratione manent accidentia panis, secũdùm similitudinem hæc possunt concedi, de pane fit, erit, & panis est corpus Christi, sic enim nomẽ panis significat non substãtiam, sed accidentia. vt habetur in c. species. de cõs. d. 2. & in hoc sacramento totum conuertitur in totum, ita vt nil remaneat prioris. ita D. Tho. d. art. 8. & Sot. d. 9. q. 2. art. 8.

De ministro. Cap. IIII.

Eucharistiæ solus sacerdos est minister.

VNica sit propositio. Solus sacerdos ritè, & verè ordinatus est minister huius sacramenti. c. 1. 25. dist. c. firmiter. de sum. Tri. & habeť in Cõc. Flor. in vn. Arm. & probatur alijs iuribus, dictis patrũ, & rõnibus dicendis infra de ministro in sacrificio missæ.

De modo quo Christus est in hoc sacramento. Cap. V.

In Eucharistia tot' est Chrs, & quo.

PRima propositio. Totus Christus est in hoc sacramento; vbi notãdum cum dicitur totus, ꝙ Christus est nomen Dei, & hoĩs, suppositi. s. diuini, ꝙ in diuina, & humana natura subsistit, & ideo substantias ambas, & accidentia comprehendit, s. diuinitatem, & totam humanitatem secundùm animam, & omnes corporis partes, s. carnem, ossa, neruos, venas, os, aures, oculos, & huiusmodi, q̃ sunt partes corporis, & ẽt sanguinẽ, & omnia accidentia, ac proinde quantitatem quantam exiguus locus capere nõ videtur. vt declarat Sot. d. 10. q. 1. ar. 1. in princ. prædictam conclusionem. D. Th. 76. q. art. 1. probat esse de fide, ꝙ totus sit in hoc sacramento, & ideo non probat illam ratione, sed ex fide supponit, quia cũ in cœlo tota sit humanitas diuinæ vnita naturæ in vnitate suppositi diuini, nefas esset suspicari corpus, ꝙ existit in sacramẽto esse ab eadem diuinitate dimissum, vt ibi declarat Sot. sed quia formæ cõsecrationis non exprimunt, nisi corpus, & sanguinem. ideo dicit D. Th. aliquid in sacramẽto altero duorũ modorum existere, s. vel ex vi sacramenti, vel ex naturali concomitantia. Vnde subiungit secundam conclus. quòd ex vi sacramẽti existit sub speciebus, id in quod substantia panis, & vini pexistens directè cõuertitur, prout verbis formæ significatur, Hoc est corp' meum, Hic est sanguis meus, vnde sub speciebus panis tantum est corpus, & sub speciebus vini tãtum est sanguis, ꝙ probatur ex forma, quæ cũ sit practica, tantũ efficit quantum significat, tertiam verò subijcit concl. quòd ex naturali concomitantia est in hoc sacramento quicquid ei est cõiunctum in ꝙ cõuersio terminatur, probatur, nam si duo sunt realiter cõiuncta, vbi est vnum ibi est alterum, sola. n. mentis ratione potest vnum sine alio considerari; sequitur ergo, vt tam sub speciebꝰ panis, quàm vini sit totus Christus, quia corpus non est sine sanguine, nec ècõuerso. Et licet anima in triduo mortis non fuerit corpori vnita, tñ quia surrexit, & iam non moritur. Rom. 6. nunc in sacramẽto est anima ex concomitantia, & diuinitas ex cõ-

comitantia, quia ibi est suppositum diuinũ, cui vnita humanitas est, vt hr in Symb. Ephes. in c. necessariè. de con sec. d. 2. & cum dicitur corpus, intelligitur corpus humanum cum suis partibus, vt supra, quia anima est actus corporis phisici organici. 2. de anima. Quo ad quantitatem, videtur ꝙ quantitas corporis Christi, cum sit sex, vel septem pedum, nõ possit capi sub specie paruæ hostiæ. Resp. D. Th. in d. ar. 1. ad tertium, ꝙ, cum facta cõuersione panis in corpus, & vini in sanguinem, omnia accidẽtia ipsius panis, & vini maneant, sequitur vt etiã dimensiones maneant, quibus etiam panis, & vinum mẽsurabatur, & inde sequitur, vt eædem dimẽsiones panis, & vini non conuertãtur in dimensionem corporis Christi, sed tantum substantia in substantiam, vt verba formæ sonant. Vnde dimẽsiones corporis Christi non sunt in sacramento vi cõsecrationis, sed ex concomitantia, vt diuinitas, & anima; ex quo etiã sequitur, ꝙ corpus Christi non est sub specieb. per modum quantitatis, quia ibi non est ratione illius, sed per modum substantiæ, quem modum quantitas ipsa comitatur, substantia verò ex natura sua tota continetur in parua quantitate, imo in puncto, nam tota natura aeris, non quidem tota quantitatiua, sed tota ratio speciei, quæ explicatur per diffinitionem, est sub qualiber particula quantitatis aeris, & si nõ haberet quantitatem esset in puncto, vt est natura Angeli; tota ergo substantia corporis est sub vtraq; specie, & quia quantitas est ibi tantũ per concomitantiam tota ẽt eius quãtitas est sub qualibet particula, vt infra; & quia quantitas est ibi per modum primi termini scilicet substantiæ, quæ nõ habet modum quantitatiuum, vel commensuratiuum, quantitas Christi est ibi, sed non per modum quantitatis, sed substantiæ. vt refert Scot. 4. d. 10. q. 1. circa secundum. Henr. quodli. 3. q. 5. Aegid. quodl. 1. q 4. vel, vt supra est explicatum; ꝙ hoc sacramentum sumitur magis spirituali modo, quàm corporali, secundùm quem totum est in toto, & totum in qualibet parte. Et Christus existit in hoc sacramẽto per totum id temporis spatium, quo species sacramẽtales panis, & vini in rerum natura incorruptæ inueniuntur gl. in cap. si per negligentiam. de cons. d. 2. Sot. 4. d. 10. q. 2. art. 8.

Secunda propositio. Totus Christ⁹ continetur sub vtraq; specie huius sacramenti, propositio est de fide; determinatur enim in c. nos ast. de cons. d. 2. in Conc. Flor. & Trid. sess. 13. can. 3. & gl. 1. Cor. 6. & Conc. Constant. sess. 13. & Trid. iterum. sess. 21. c. 3. Sanctus Bern. ep. 69. ad Guidonem Abbatem, & sermo. de cœna domini ad Petrum. & Ales. 4. p. q. 53. membr. 1. refert, cum quidã religiosi circa hoc hæsitarent, dum celebraret, vnus ex ijs, & hostiã frangeret, concauum patenæ statim esse replectũ sanguine, quod religiosi vidẽtes cũ credidissent, partes hostiæ redijsse in integrũ. Aliter tamen dicit D. Tho. d. q. art. 2. esse sub alijs, quàm sub alijs speciebus, nam sub speciebus panis est corpus Christi quidem ex vi cõsecrationis, sed sanguis ex naturali concomitantia, sicut diuinitas, & anima, eo ꝙ nunc sanguis Christi nõ est à corpore separatus, sicut fuit in triduo; hinc infertur, ꝙ si in triduo illo fieret consecratio corporis ibi non esset sanguis ex concomitantia; supponit enim D. Th. totum sanguinem fuisse fusum, & à corpore separatũ, & ita etiam tenet Scot. d. 10. q. 4. Et licet sanguis non sit propriè vnitus corpori, sed habeat proprias formas substantiales, tamen de integritate corporis est, sicut alij humores, sine quib. corpus viuere nõ posset, vt dicit D. Th. 1. p. q. vlt. ar. 1. & 4. sen. d. 44. q. 1. ar. 2. vnde Phil. lib. de Animalib. ponit sanguinem inter partes animalis, vnde anima actione caloris naturalis digerit sanguinem, & alios humores, & conuertit in substãtiã aliti; vnde Christus assumpsit sanguinẽ, & alios humores, sine quibus viuere non poterat. vt ait D. Th.

In Eucharistia tot⁹ Chrs cõtinetur sub vtraq; specie, & qũo.

D.Th.3.p.q.31.ar.1. vnde hac ratione sanguis corpus cōcomitatur in sacramento, & sanguinē corpus,& anima.

In Eucharistia sub qualibet parte specierum panis totus Christ⁹, & quomodo

Tertia propositio. Sub qualibet parte specierum panis totus Christus est, etiam hostia integra manente, sic sentit ecclesia. de conf.d.2.c.singuli.& ca. vbi pars.in Conc.Flor. & Trid.sess.13. can.3. idem Guitmundus. lib.1. cōtra Berengarium, probans, licet hostia diuidatur, Christum tamen singulis accipiētibus indiuiduum se præbere, & ibi totū esse sub qualibet parte, & ex vsu ecclesiæ, quæ vnam hostiam pluribus distribuit, imo & ex ipsa Christi actione. Matt.26. & Luc.22. cum dixit diuidite inter vos. Ratione naturali id probat D.Th.d.q.ar.3. licet conclusio sit de fide; dictum enim est supra, prima propositione solam substantiā corporis, & sanguinis Christi esse ex vi consecrationis in hoc sacramento, quantitatem verò dimensiuam eiusdem corporis non nisi per concomitantiam, vnde dicebamus corpus esse ibi per modum substantiæ .i. per modum, quo corpus est sub diměsionib. & nō per modum dimensionum.i. nō per modū illum, quo quantitas dimē siua corporis Christi est sub quantitate dimensiua loci, vt est in cœlo, natura verò substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum, vt supra dictum est, vt tota natura specifica aeris vel panis est sub qualibet particula dimensionum; ergo Christus est in hoc sacro ac si nullā haberet quantitatem. secunda pars cōclusionis declaratur, id esse verum etiā, antequā hostia frāgatur; quia vt tota natura substantiæ sit sub qualibet parte dimensionū, indifferens est illa earundem dimensionum fractio. Vnde exemplum speculi fracti non est satis ad rem in proposito, quia illa multiplicatio imaginum resultat ex fractione speculi ob diuersas reflexiones, in sacramēto verò antequam hostia frangatur in qualibet parte est totus Christus, ita D.Tho.d. art.3.& Sot.explicat d.10.q.1.art.3. Et licet nonnulli teneant, solum cum hostia frangitur, totū Christum esse sub singula particula, non autē cū est integra, tn̄ opinio D.Th. est tutior. primò per d.c.vbi pars.de consec.d.2.vbi ponitur exemplum de māna, q̄ qui plus collegerat, amplius non habuit, q̄ qui minus. Secundò, q̄ sit totus sub singulis portionibus diuisis nō est ratione fractionis, quia in hoc sacramēto existentia corporis est miraculosa, nō naturalis, per diuinam virtutem; fractio verò est actio humana; ergo existētia sub qualibet particula est vi consecrationis; vnde totus Christus est sub singulis particulis, vt dicit Inno.de mist. Missæ.lib.4.c.8. præterea Christus in sacramento, licet sit corporaliter, tamen est modo spirituali, vt supra, vt anima tota est in toto, & tota in qualibet parte.2.de Anima; ergo, vlterius oēs partes hostiæ sunt homogeneæ, i. eiusdem rationis; vnde sicut dum sacerdos cōsecrat plures hostias eadem intētione, ponit in singulis corpus, sic & in singulis partibus totius hostię, tamen nō est nisi semel in tota actu, plu ries verò in potētia, quia dum res est indiuisa non est plures res actu, sed in potentia, at facta diuisione, quot erūt partes actu, toties erit sacramentum, vt & anima semel est in toto, licet sit in qualibet parte corporis, vt dicit D. Tho.ibi ad primum. & explicat Sot.d. art.3. Et ideo est in qualibet particula licet minima totū, modo conseruetur ibi species panis, & quia conuersio fit in sacramento per modum substātiæ, & non per modum quantitatis, ideo partes corporis Christi in sacramēto non habent eandem distantiam inter se, vt oculus ab oculo, quam habēt in cœlo, & licet nō sit ibi ordo partium in ordine ad locum, tn̄ est ordo partium inter se, vnde ibi nulla est partiū permixtio. vt dicit D.Th.ad contr.respon. & Sot.ibi declarat.

In Eucharistia ē tota quantitas corporis Christi

Quarta propositio. Tota quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento ex naturali concomitantia, non autem ex vi cōsecrationis, vt dicit D.Th.d.q.ar.4. nam vt d.aliquid

dimēsiua, & quō. est in sacramento, vel vi consecrationis, vel ex naturali cōcomitātia, quantitas verò corporis Christi non est in sacramento ex vi consecrationis, hoc enim modo ibi est id, ꝙ est terminus proximus consecrationis, id verò est id solum, ꝙ exprimitur per formam, s. corpus, & sanguis, nam cum quantitas panis, & alia eius accidētia ibi ꝑmaneant, non vertūt in corporis quantitatem, & alias eius qualitates; quantitas tamen corporis Christi est in sacramento ex naturali cōcomitantia. probatur nam quantitas naturaliter non separatur à corpore, hic verò nō est admittendum aliud miraculum, quàm id quòd prouenit ex consecratione, ergo sicut ex naturali concomitantia est in sacramento diuinitas, & anima, sic & quantitas cum reliquis accidentibus, quæ illi sunt in cœlo coniuncta, licet nō modo quantitatiuo, vt supra; duplex enim est officium quantitatis; primò ponere ordinem partium inter se, vt oculi sint inter aures, & sic est in sacramento, vt supra. secundò, extendere corpus in ordine ad locum, vt vna pars corporis sit extra locū in quo est alia, & sic non est in sacramento, quia ibi non cōsideratur ratio loci, vt supra, & infra dicetur, vnde ī ordine ad seipsum habet easdem differētias quas habet ī cœlo, vt caput habeat sursum, pedes deorsum, aliàs esset imꝑfectio, & mōstruositas; in ordine tamen ad locum, & species panis, non habet talem ordinē, vnde quacunq; parte hostia vertatur, nunquam corpus est supinū, vel resupinum, vt dicit Sot. ibid. qui etiā, dicit corpus Christi ibi non posse diuidi, quia nō habet esse per modum quantitatis extensæ, licet ibi sit quantitas, quæ se habet ad modum substātiæ, & ideo etiā est tota in toto, & tota in qualibet parte. vt dicit D. Tho. ibi ad primum.

In Eucharistia an Christ⁹ sit vt ī loco, & quō. Quinta propositio. Corpus Christi non est in sacramento per seipsum in loco, vt erat panis, nec est commensuratiuè in loco ratione specierum, sicuti erat panis, primū probatur à D. Th. d. q. ar. 5. nam substantia non est in loco, nisi ratione suæ quantitatis, ergo cum corpus non sit in sacramento, vt supra per modum quantitatis sibi inhærentis, vt. s. extendatur, & habeat ordinem ad locū, sed per modum substantiæ, sit vt quantum ad se attinet, non sit ibi vt in loco; confirmatur, nam corpus succedit substantię panis sub eisdem speciebus, substantia verò panis non erat sub speciebus tāquam ī loco, ita vt species essent sicut locus, & vas concauum panis, sed quia continebatur sub illis, ergo, nec corpus est sub speciebus tāquam in loco, ita vt species sint locus eius. secunda pars ab eodem probatur, Nam substantia non est in loco, nisi ratione suæ propriæ quātitatis ratione cuius occupat locū, corpus verò Christi non est subiectum specierum, vt erat panis, ergo licet panis ratione suæ quantitatis esset in loco, tū corpus, quia nō est sub illa quantitate, vt sub proprio accidente, non est ratione illius in loco; ꝙ intelligitur per se sicut erat panis, quia erat sub proprio accidente, nā per accidens ratione alienæ quantitatis nō est negandum, quin corpus in sacramēto sit vt in loco, vt infra. In hac difficultate D. Bon. d. 10. art. 1. q. 3. dicit, ꝙ sicut Dei filius secundùm diuinitatem habet triplicem modū essendi, in oībus per essentiam, in iustis per gratiam, in Christo per vnionem, sic corpus Christi localiter est in cœlo, personaliter in verbo, sacramentaliter in altari, & hoc tertio modo reperitur ī pluribus locis, secundùm ꝙ multa cōuertuntur in ipsum, non tū est ibi vt indiuiduum corpus Christi est in cœlo, vt in proprio, & diffinito loco, sed quia in ipsum plura conuertunt ideo non habet terminum substantiæ limitatum ad vnum locum, sed extēdit se ad locum conuersionis, conuersionis verò non possunt esse loca omnia, nec vnum solum, imo plura, ideo nec immensè est vt Deus, nec omnino diffinitè, vt aliquod indiuiduum, sed medio

dio modo sicut Deus per modum essendi per gratiã non in omnibus, sed in pluribus, & ita est ĩ pluribus locis, quia plura conuertunt in ipsum, idq; quia dominus sic instituit; qui sic instituit, quia est cibus spiritualis, & communis, ideo natum est cibare plures, ideo plura conuertuntur in ipsum; aptitudinem verò cibandi habet ex vnione cum diuinitate, actum verò ex illo sacramẽto. Scot. verò d. 10. q. 3. dicit, ꝙ est in cœlo, & in Eucharistia, & pluribus locis, quia per conuersiones plurium in ipsum potest esse in pluribus locis, ꝗ in suo loco naturali, non localiter, sed sacramentaliter, localiter enim & dimensiuè esse in pluribus locis includeret contradictionem, qa non est ibi secundùm leges loci, sed tantũ id sub quo est sacramentaliter, & hanc opin. dicit esse communem, licet ipse eam impugnet.

Notandum pro solutione, ꝙ esse in loco potest intelligi circumscriptiuè, vel commensuratiuè, ita vt totum locatum sit in toto loco, vt partes eius ĩ partibus loci distantes. Definiri verò loco est loco coarctari, & constringi, vt virtute talis existentię repugnet locato simul naturaliter esse alibi, & sic lapis dicitur esse in loco, postquam illic limitatur, aĩa verò licet sit in qualibet parte corporis in nulla tñ est diffinitiuè, quia eius virtus in nulla parte limitatur, sed ad omnes extenditur, est tñ diffinitiuè in toto corpore, quia eius virtus vltra nõ extenditur, & Angelus definitur loco vltra quem nõ potest suam virtutem extendere, Deus verò licet sit in toto mundo, & in qualibet eius parte, tñ nec in parte nec in toto est diffinitiuè, quia virtuti suæ non repugnat esse in infinitis mundis si essent. Vnde ꝙ est circũscriptiuè, est & diffinitiuè, sed non èconuerso, quia circumscribi loco præter terminationem, & limitationẽ in loco, dicit commensurationem, vt. s. singulis partibus loci respõdeant partes locati, vnde sola corpora circumscribuntur loco. Vnde corpus Christi in sacramento nõ est circumscriptiuè, nec diffinitiuè, non enim est ibi per suam quantitatem, vel virtutem limitatus, sed per cõuersionem panis in ipsum, & sic est in sacramẽto, vt virtute illius non repugnet esse in cœlo, & in pluribus altaribus. vt dicit Ales. 4. p. q. 40. memb. 3. art. 6. & Scot. d. 10. q. 1. Cum ergo diffiniri loco sit ei cõmensurari per quãtitatem, vel virtutem. vt dicit D. Th. 4. d. 10. art. 3. corpus Christi est in cœlo diffinitiuè, quia illa quantitas illo finitur, & terminatur loco, cui ex natura sua non competit in maiori esse, vel pluribus locis simul, & animæ virtus finitur toto corpore, & Angeli operatio certo loco, corpus verò non est in sacramento per aliquam quantitatem, vel virtutem ibi coarctatam, sed ratione panis, qui ibi conuertitur, vnde existẽtia in tot, vel pluribus sacramentis non terminatur per quãtitatem, vel virtutem eiusdem corporis, sed per numerum substantiarum panis, quæ in ipsum conuertuntur, & ideo est diffinitiuè in cœlo, & nõ in sacramẽto, nec circumscriptiuè, nec solum præsentialiter, sed sacramentaliter, i. taliter continetur sub illis speciebus, vt ad earum motionẽ ex vi sacramenti moueatur, & ad earum desitionem desinat illic esse, nisi per nouũ miraculũ velit manere præsens aeri. ita D. Th. ibi in resp. ad contr. & Sot. d. q. 1. art 5. nec potest dici esse vacuũ vbi est sacramentum per hoc, nec repleri corpore, sed dimensionibus panis, ꝙ habetur, vel ex natura quãtitatis, de cuius ratione intrinseca nõ est esse in loco localiter, sed facere quantum, & est accidẽs extrinsecum in ordine ad locum, & quia accidentia corporis non sunt in sacramento, nisi per concomitantiam, & sic ad modũ substantiæ, sit vt corpus non sit ibi localiter, & miraculosæ dimẽsiones illæ per se subsistant. vt dicit D. Th. ibi a. 2. & 3. Vel dici potest cũ D. Aug. de temp. serm. 23. in nat. Dñi. t. 4. ꝙ sicut verbũ, ꝙ corde gestamus fit vox, cum id ore proferimus, nec tñ id in hãc commutatur,

tatur,ſed illo integro, iſta in qua procedat, aſſumitur, vt & intus maneat, qđ intelligitur, & foris ſonet qđ audiatur,& idem ſcribi legi,ac tãgi põt, nec tñ deſerit cogitãtem, ſic verbum Dei cum carnem aſſumpſit,non receſſit à patre, nec deſijt eſſe Deus, vt idẽ dicit lib.vno de cogn. veræ vitæ.t.9.f. 185.a. vnde verbum Dei totum eſt in ſinu patris à patre ſeipſum cogitando genitum, vt ibi dicit Aug. & idem totum ſe ſenſibilem,viſibilem,audibilẽ, & tangibilem præbuit carnẽ aſſumendo,& ſic in cœlo reſidet, & idem in ſacramento ſe dedit,dum panis,& vinũ in ipſum,vt ſupra, conuertiť,& ſic nõ repugnat eum eſſe in pluribus locis, & modis diuerſis, diuina id virtute præſtante, cui nil impoſſibile extat, nec falſum ſubeſſe poteſt,& fide dictante, cuius obiectũ eſt veritas prima, quæ nec fallere,nec falli poteſt,quę id nobis in ſcripturis reuelauit,vt ſupra. prӕterea anima Chriſti exhibet ſuũ corpus,quo vult,vult verò exhibere quo vtile eſt, id verò eccleſiæ vtile eſt eſſe in pluribus locis cum anima, & diuinitate in hoc ſacramento; ergo id nõ repugnat diuinæ omnipotentiæ, & conueniens eſt, vt dicit Pariſ. cap.4. de Euchariſtia;ergo.

In Euchariſtia an Chrſ moueatur, & quomodo

Sexta propoſitio. Chriſtus nõ mouetur per ſe in hoc ſacramento ſecundùm locum,probatur nam cũ aliquid eſt vnum ſecundùm ſubiectũ, & multiplex ſecundùm accidens, nil prohibet eſſe mobile ſecundùm vnum, & non ſecundùm aliud,corpus enim album, & quantum ſine augmento nigreſcit, mouetur ſecundùm albedinẽ & non ſecundùm quantitatẽ, Chriſto verò nõ eſt idem eſſe in cœlo, & in ſacramento; nam ibi eſt localiter ſecundùm ſuam quantitatem;hic verò non eſt localiter,ſed ſacrametaliter, vt ſupra, ꝗ verò non eſt in loco commenſuratiuè nõ mouetur in illo localiter, nam mouere dicit ordinem ad locũ, vnde licet Chriſtus ſit in cœlo mobiliter, non tamen ſic eſt in ſacramẽto. Corpus tñ Chriſti mouetur per accidens in ſacramẽto ad motum ſpecierum. Vnde ſequitur tertia concluſio, ꝗ corpus Chriſti non mouetur per ſe in ſacramento qualibet alia mutatione,vt inceptione, vel deſitione, ſed ꝑ accidẽs ad motum ſpecierum;probatur,ꝗ per ſe eſt ingenerabile,incorruptibile,& indeficiens, non poteſt eſſe principium deficiendi, niſi alio deficiente,vt Deus immortalis non incepit, nec deſinet eſſe in creatura, niſi qa ipſa vel incipit,vel deſinit, ſic corpus Chriſti,quia eſt immortale nõ incipit eſſe per ſe, nec deſinit, ſed ſicut ſolum per cõuerſionem panis incipit eſſe in ſacramento,ita nec deſinit niſi per deſitionem ſpecierum. Vnde ſequitur & quarta concluſio reſponſiua quæſtioni, Chriſtus per ſe loquendo eſt immobiliter in hoc ſacramento; probatur, nã impoſſibile eſt idem per ſe ſimpliciter eſſe motum, & quietũ, aliter duo contradictoria de eodem verificarentur,corpus verò Chriſti in cœlo quietum reſidet,non eſt ergo in ſacramento mobiliter. ita D.Thod.q. 76.art.6. circa ſecundam concl.reprobanda eſt opi.Scoti d.10.q 10.dicẽtis, nullam creaturam poſſe mouere corpus Chriſti localiter in ſacramento, nec per ſe, nec per accidens, ſed dum mouetur,ꝗ à Deo mouetur,de prima concluſ.nemo dubitat. Reſp. enim id eſſe contra confeſſionẽ Berengarij in cap.ego.de conſ.d.2. dicentis, corpus Chriſti in ſacramento ſacerdotis manibus tractari,frãgi,modo quo ſupra, dentibus atteri, & deglutiri, quæ ſunt actiones humanæ,& cõtra Chriſti inſtitutionem,qui dicit accipite,comedite,& bibite.Luc.22.Mat.26.ſæpè allegato. vt probat Sot. d.q.art.6. circa tertiam concluſ.notandum,ꝗ corpus Chriſti non ſolum non poteſt incipere,vel deficere,ſed nec augeri,aut alterari; nam dupliciter aliquid poteſt conuenire corpori Chriſti in ſacramento,vel per actionem circa ſpeciẽ, vel ꝗ aliquid ei circa modum naturaliter alibi exiſtendi inſit,primo modo ad motum localem ſpecierum moueť per acci-

per accidens, nulla verò alia passio ei conuenit ratione specierũ, vnde nec calefit, nec aliter alteratur ꝑ accidēs, nam licet moueatur, id est, quia cum contineatur sub speciebus, oportet vbicunq; sunt species sit ipsum, cum verò illa quantitas specierum nō insit corpori, nec per eam extēdatur in ordine ad locum, vt supra; non sequitur ꝙ si qnātitas illa calefiat, sic afficiatur corpus, nec per se, nec per accidens, nec si frangatur quantitas, quod frangatur corpus; vt anima ad motum corporis mouetur localiter, q̃a est actus eius, tñ ad alterationem corporis, ipsa non alteratur corporaliter, quia cũ sit indiuisibilis non est subiectũ eius, sic corpus Christi est indiuisibiliter in sacramento; est verò in anima tristitia, vel lætitia, in sacramento non, operatio tñ spiritualis intellectus, & voluntatis potest conuenire Christo in Eucharistia, quia illæ actiones non dicunt ordinem ad locum, nec potest videri, aut audiri à nobis, quia id dicit ordinem ad locum. Sot. d. ar. 6. Vnde & sequitur, ꝙ non mutatur in sacramento, sed iugiter manet, dũ species manent, sicut aliæ cōsecrationes, vt templorum, & altarium rebus consecratis coæuæ sunt ipsis manētibus. D. Th. ibi ad secundum. & secundùm prædictā concl. tenet Scot. 4. d. 10. q. 6.

In Eucharistiæ sacramento anChrist' oculo corporeo possit videri ēt per miraculum.

Septima propositio. A nullo oculo corporali corpus Christi potest videri, vt est in sacramento, & à nullo extra ipsum Christum existente in sacramēto; probatur in c. non hoc. de cons. d. 2. ratione, primò, nam visibilis substātia per sua propria accidentia immutat medium, vt sentiatur, accidentia verò corporis Christi, sunt ibi ꝑ modum substantiæ, vt supra. i. nec habēt extensionem in ordine ad species sacramentales, nec in ordine ad earum locum; ergo nō possunt per medium multiplicare species ad immutandum oculum extra sacramentum. Secūdò, quia, vt supra, existit in sacramento ꝑ modum substātiæ, substantia verò, vt talis, non est sensibilis sensu corporali, nec interiori imaginationis, sed solum subiacet intellectui, cuius obiectum est, quod quid est. 3. de Anima; ergo, vt est in sacramēto à solo intellectu percipitur, qui est oculus spiritualis. Diuersè tñ percipitur à diuersis intellectibus. Vnde alia subdit conclusio, modus existendi Christi in sacramento secũdùm se à supernaturali intellectu potest intelligi. s. Deo, & inde ab intellectu beati, vel Angeli ꝑ visionem diuinæ essentiæ; probatur, nam obiectum, ꝙ est per se supernaturale, à supernaturali intellectu percipit, vt est Deus, & ab eo, q̃ eius lumen participat, vt est intellectus beat', modus verò existendi Christi in sacramento est supernaturalis; ergo. Tertia subijcitur conclusio, intellectus hominis viatoris, nec Angeli per sua naturalia potest illum modum existendi cognoscere, nisi per fidem; ꝓbatur, vt supra, nam is modus est supernaturalis, vnde sola cognitione naturali non percipitur, vnde & dæmones nō nisi per fidem possunt cognoscere Christũ in hoc sacramento, non ꝙ in eis sit virtus fidei, cum non captiuent intellectum in obsequium Christi, sed euidentia signorũ conuicti. Iacob. 2. Vnde sequitur quarta conclu. inter oculos corporales, solus oculus Christi in sacramento videt seipsum sub sacramento existentem, non tñ potest videre modum essendi, quo est sub sacramento, ꝙ pertinet ad solum intellectum, vt dicitur in solutione secũdi arg. ita D. Th. 3. p. q. 76. art. 7. primam concl. tenet Scot. etiā d. 10. q. 5. & q. 9. & Ric. d. dist. art. 5. q. 2. per miraculum tñ, & supernaturaliter corpus Christi potest videri ab alio oculo, q̃ Christi. ita D. Th. 4. d. 10. q. vn. ar. 4 idq; fiet sine speciebus; dum Deus conseruabit notitiam intuitiuam, & producet eā ēt in absentia obiecti, cũ nec corpus, nec oculus videri possit oculo corporali, nisi ꝑ species sensibiles, quas ibi non potest multiplicare, vnde nec oculus noster se potest videre, quia nō potest species sui ad suum centrũ multiplicare,

tiplicare, sed foras, ideo non videbit per species; loquendo verò de oculo Christi, quia corpus gloriosum aliud corpus secum compatitur, licet in sacramento non possit multiplicare species per medium, potest tñ illas multiplicare per seipsum, qa eius partes habẽt intrinsecum ordinem inter se, licet nõ in ordine ad locum, vt supra; vnde eadẽ ratione, qua oculus videt suum corpus, eadẽ oculus Christi videt suum corpus. Sot. d. q. ar. 7. Nõ potest autem Christus videri, non ꝙ sit velatus per species, sed quia mediantibus proprijs accidentib. non habet ordinem ad locum, ideo non est visibile, nec ab oculo glorificato alterius corporis. D. Tho. ibi ad primum. Nec Angeli id vidẽt, nisi per intellectum, ibi ad tertium.

In Eucharistia si apparet caro vel puer ã ibi sit corpus Chri.

. Octaua propositio. Quando in hoc sacramẽto miraculosè apparet caro, vel puer, ibi non est corpus Christi; probatur, nam illa apparentia dupliciter euenire potest; primò, nulla mutatione facta circa species, sed solũ ex parte vidẽtium, quorum oculi immutãtur, ac si exterius viderẽt carnẽ, vel sanguinem, aut puerum, & indicium quòd non fiat mutatio ex parte obiecti est, vel quia aliquib⁹ illa figura apparet, aliquibus nõ, vel quia modo apparet, & statim disparet, nec id euenit ad deceptionem, vt in magorũ prẹstigijs, quia talis species diuinitus in oculis formatur non ad fallendum, sed ad indicandam aliquam veritatem, videlicet Christum ibi verè existere, vt apparuit discipulis in Emaus euntib. vt dicit Aug. lib. 2. c. vlt. de q. Euang. & qñ huiusmodi apparentia fit, clarum est id, qđ apparet non esse veram carnem, & sanguinem. secundo modo potest talis caro, & puer repræsentari, nõ per solum immutationem oculorum videntium, sed specie, quæ videt realiter exterius existente; vnde cum ctis tunc & per longum tempus sit apparitio, iñ nec tunc est ibi vera caro; Primò, quia corpus Christi nõ potest videri in ꝓpria specie, nisi vbi est diffinitiuè. s. in cœlo. Secundò, quia corpus gloriosum, vt vult apparet, & subinde vbi vult disparet. Luc. vlt. vbi Dominus ex oculis discipulorũ euanuit; hoc verò qđ specie carnis apparere solet, diu permanet, & qñque in pixide fuit asseruatum, qđ de Christo secundùm propriam speciẽ nefas esset concedere; vnde ea apparitio eo pacto fit, ꝙ manentibus dimẽsionibus, q̃ prius fuerant, fit circa illa accidẽtia immutatio quædam coloris figure, & aliorũ accidentiũ, vt videatur caro, sanguis, vel puer, nec ibi est vlla deceptio, qa id fit ad veritatis manifestationem, vt supra. Ex his secũda subijcitur concl. Dum manet quantitas dimẽsiua, quæ fuerat panis, & est fundamentũ aliorũ accidentium, corpus Christi remanet sacramentaliter sub illis, earũ immutatione nõ obstãte, vt patet ex dictis.

Has apparitiones euenisse dicit Ales. 4. p. q 40. memb. 3. ar. 4. Mutatio verò oculi sine mutatione obiecti euenit ex læsione sensus, vt in lætargo, phrænesi, &c. nam læso sensu cõmuni, commouentur ibi phantasmata, vt in somniantibus; ideo repræsentãtur res in aere, quę non sunt, vel per immutationem aeris à præstigiatorib⁹, qui tñ modi non sunt ad rem. Tertiò, diuina virtute producẽte species, vel ĩ oculo externo, vel in potẽtia imaginatiua, vt euenit in visionibus prophetarum: & si qñ apparet vt in linteolis Aragoniæ; ibi est tm̃ mutatio coloris, & figuræ, & huiusmodi accidẽtium, manente corpore sub quantitate, & ideo adoratur adoratione latriæ. Sot. d. q. ar. 8. De his etiam agit Tur. Cre. in c. non hoc corpus. de conf. d. 2.

Christus in Eucharistia Christus est cultu latrię ĩterno, & externo adorandus.

Nona propositio. Christus in Eucharistia latriæ cultu interno, & externo est adorandus. ca. firmiter. de sum. Trin. c. corpus. c. sicut. c. venerabiliter. de conf. d. 2. c. 1. de Reliq. & ven. sanct. in extr. communi. & habetur in Concil. Trid. sess. 13. c. 5. & can. 6.

Ex patribus Naz. oratione funebri sororis suæ. Chrisost. hom. 24. in ep. ad Cor. Aug. in Ps. 88. Ambr. li. 3. de Sp. S. c. 12.

c. 12. Id etiam probat D. Th. 3. d. 9. q. 1. art. 2. quæstiun. pen. ad secũdum. cum cõditione tñ, si est hostia consecrata.

De accidentibus remanentibus in sacramento. Cap. VI.

In Eucharistia accidentia remanent sine subiecto, & quõ

PRima propositio. Accidentia remanẽt sine subiecto in hoc sacramento .i. sine substantia. Nam post consecrationem non sunt in substantia panis, & vini, quæ non manet, nec etiã in forma substantiali panis, & vini, quæ non manet, & licet remaneret forma, tñ non inhærerent illi, quia accidẽtia corporea, vt odor, sapor, quantitas, color, nõ insunt formæ, sed toti composito, vt dicit Boet. lib. de Tr. ante medium. huiusmodi ẽt accidentia non sunt in substantia corporis, & sanguinis Christi, vt in subiecto, quia substantia humani corporis non potest his accidentibus panis, & vini affici, nec est possibile, ꝙ corpus Christi gloriosum, & impassibile existens in sacramẽto alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates. Vnde quidã dicunt manere in aere circunstante, ꝙ esse non potest; quia aer nõ est susceptiuus horum accidentium. Secundò, quia huiusmodi accidentia non sunt vbi est aer, imo ex motu specierum aer depellitur; quia secundùm Phylosophiam corpus corpori cedit. Tertiò, quia accidentia non migrant vel transeunt de subiecto in subiectũ; vt. s. idem accidens numero, qđ prius fuit in vno subiecto post fiat in alio; nam accidens numerũ accipit à subiecto; vnde non potest esse, ꝙ idem numero manens sit qñque in hoc, qñq; in illo subiecto. Quartò, quia cum aer non spolietur accidentibus proprijs, non potest simul habere propria, & aliena. Nec potest dici id fieri miraculosè vi consecrationis; quia verba cõsecrationis id non significãt, & nõ efficiunt, nisi suum significatũ. Ideo sequitur, ꝙ in hoc sacramento manent accidentia sine subiecto, qđ virtute diuina fieri potest; nã cũ effectus dependeat magis à prima causa, ꝗ secunda; Deus, qui est prima causa substantiæ, & accidentis, per suam infinitam virtutem cõseruare potest in esse accidens, subtracta substantia, per quam cõseruatur in esse, vt per propriã causam, vt ẽt alios effectus rerum naturalium põt producere sine naturalibus causis, vt humanum corpus formauit in vtero virginis sine virili semine. D. Th. 3. p. q. 77. art. 1. Hæc conclusio est de fide; habetur. n. in c. species. quod est Gregorij. de consẽ. d. 2. in c. nos autem. quod est Aug. ĩ c. omnia. vbi Tur. Cr. ead. dist. & in Conc. Flor. vbi dr̃, ꝙ abeunte pane species eius manent, & in Conc. Constant. sess. 8. contr. hæresis damnata fuit, & decretum, manere accidẽtia sine subiecto. Nam vt dicit Scot. 4. d. 12. q. 1. licet accidens sub ratione accidentis nõ possit esse sine subiecto; Deus tñ potest facere quodcunque accidens absolutũ sine subiecto, quia ex quo est absolutum, absoluitur primò à termino, quem nõ aspicit, & ẽt à subiecto, qđ ĩcluditur essentialiter; vnde Deus potest facere colorem sine quantitate; vnde accidentia panis manent ad sensus solatiũ, & ẽt efficiunt, vt cognoscãt ibi esse corpus Christi, quia nõ est quantũ hac quantitate panis, sed multo maius, licet hic nõ sit modo quantitatiuo, nec figuratum hac figura, vt rotunda, sed figuratione corporis humani, nec coloratum hoc colore, sed colore conueniẽti corpori humano, nec afficiunt substantiam panis, quæ nõ manet, nec aerem, vt supra, ergo, stãt sine subiecto.

In Eucharistia accidentia an remaneãt ꝟt ĩ subiecto, & quõ & cur ibi remaneãt accidẽtia.

Secunda propositio. Accidẽtia alia quæ remanent in hoc sacro, sunt, & remanent sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, & vini. Primò, probatur experientia; apparet enim aliquid quantum, durum, & solidum, coloratum, & sapidum alijsq; accidẽtibus affectum ibi manere; circa, quæ sensus non fallitur. Secundò, quia prima dispositio materiæ est quãtitas dimẽsiua, vnde, & Plato, vt d. Ar. 1. Phys. primas

primas differẽtias materię posuit magnum, & paruum. Vnde cum primum subiectũ rei sit materia, cui inest substantialis forma, fit vt primũ accidẽs, ꝙ inest toti composito sit quãtitas, & ideo se habeat vt subiectum, quo mediante cætera accidentia insunt composito; sicut primum subiectum coloris est superficies. 4. Metap. t. 19. vnde quidã posuere primas substantias corporum esse dimẽsiones; quo fit vt in sacramento, subtracto subiecto substãtiali panis, quantitas sit superstes fundamentum aliorũ accidentiũ. Tertiò, quia accidens per receptionẽ in subiecto indiuiduatur, & ideo quicquid habet rationem subiecti, est quodãmodo principium indiuiduationis, & ècõuerso, de ratione verò indiuidui est, vt nõ possit esse in pluribus, ꝙ contingit dupliciter. Primo, quia non sit natum esse in aliquo, & sic formæ immateriales, vt Angeli, quæ per se subsistunt, sunt per se indiuiduę. Secũdò, quia forma substantialis, vel accidentalis nata est esse in aliquo, sed non in pluribus; vt hæc albedo, quæ est ĩ hoc corpore; quò ad primum, materia prima est principiũ indiuiduationis omnibus formis inhęrentibus, quia cum huiusmodi formæ, vt est ĩ se, natæ sint esse in aliquo, vt in subiecto, materia verò est primum subiectum, ꝙ nõ est in alio, eo ꝙ forma substantialis recipitur in materia, indiuiduatur tamen ipsa per suppositũ, & subinde accidentia, quò ad secundam conditionẽ, quę est esse in vno solo supposito, & nõ in pluribus; quantitas dimensiua est indiuiduationis principium ex hoc. n. aliquid natum est esse in vno solo, quod est in se indiuisum ab omnibus alijs, diuisio verò accidit rei ratione quantitatis. 1. Phys. t. 15. vnde quantitas dimensiua, quia habet positionẽ in continuo, est causa, vt forma corporea habeat partes extensas in diuersis partibus subiecti, vnde per diuisionẽ continui partes eius fiũt actu indiuidua. Vnde quantitas, quia est principium indiuiduationis aliorum accidentiũ, est quodammodo eorum subiectum, & hanc opin. tenet etiam Ric. 4. d. 12. & latè defendit Sot. 4. d. 10. q. 2. art. 2. dicens, licet substantia sit, quæ recipit accidentia, quantitatem tñ esse qua mediante substantia recipit accidentia, & ideo subtracta substantia panis, & vini, alia accidẽtia, vt color, sapor, &c. debent inhærere quantitati, quasi subiecto.

Et conuenienter in hoc sacramẽto accidentia remanent sine subiecto, in solatium sensus, & fidei meritum; nã dum velatur verum corpus, fides magis meretur, credendo, ꝙ non vidit, & sensus libentius recipit; præterea, id est congruum ob efficaciorem significationem, quia efficacius ducit in signatum, cum non habeatur ibi stabiliens per naturã; propter conuenientem cibationem, quia. n. hic cibus est spiritualis, ideo oportet animã subleuari à carnalitate sensus per fidem, & à carnali delectatione per charitatẽ, ideo non debet ibi remanere substantia panis materialis ob fidei promotionem, nam dum intellectus subleuatur ad credẽdum, ꝙ est supra naturã, s. accidentia esse sine subiecto sit habilior ad credendũ, ꝙ est supra seipsum i. ꝙ totus Christus sit in tam parua hostia. ita D. Bon. 4. d. 12. art. 1. q. 2.

Tertia propositio. Species sacramẽtales possunt ĩmutare exteriora corpora; nõ autem mouetur quæstio, eo ꝙ hæc res sit dubia, cũ experientia cõstet in æstate species calefacere manũ in hostiæ specie, & vini guttur, in hieme contra; sed dubitatur animã miraculo, vel natura fiat; & Resp. natura. Nam cum vnumquodq;, vt est actu, agat, sequitur res quatenus se habet ad esse, sic habeat ad agere. Vnde cũ speciebus determinatur diuinitus per se subsistere. i. vt supernaturaliter cõseruentur, sequitur vt etiã in sua virtute permaneant, ac qualitate, vnde quicquid agere poterãt, substantia panis, & vini manente, possunt etiam prædictis substantijs absentib. ita vt nõ sint duo miracula ꝑ se subsistere, & agere, sed

Eucharist. species an immutent corpora exteriora & qũo.

sed supposito priori, ex natura rei cõsequitur alterum. D.Th.ibi art.3.

Eucharist. species an possint corrumpi, & quid inde sequatur.

Quarta propositio. Species sacramentales sicut poterant pane, & vino existẽtibus corrumpi, ita & dum sine illis existant, nam seruant idem esse q̃ habebant in pane, vt supra est explicatum, & cum hoc experientia id constet, q̃ species sumuntur, & digeruntur, difficultas est quomodo id sit naturale. Vnde notandum dupliciter pótuisse corrũpi in pane, & vino per se, & per accidens, per se, vel per alterationem diuersarum qualitatum, vel per augmentum, aut diminutionem, non per augmentum, vel decrementum propriè dictum, q̃ est proprium animalium, sed per additionẽ, vel diminutionem, quia per diuisionẽ vna dimensio corrumpitur, & fiũt duæ.3. Metaph. & sic possunt corrũpi huiusmodi accidentia, quia tam species hostiæ, q̃ calicis possent adeo diuidi, vt in minoribus partibus nõ possent conseruari, & speciebus vini potest infundi aliud vinum, vel alius liquor, vt infra; præterea, cũ quantitas ibi habeat vicem subiecti, vt supra; potest recipere peregrinas alterationes, vt expulso calore inferatur frigus manentibus semper speciebus, quæ possent conseruare panem. Secundò, materia poterat corrũpi per accidens ad corruptionem subiecti panis, & vini, & cum species maneãt in quantitate, vt in subiecto, fit vt ad corruptionem illius quantitatis, sequatur corruptio specierum, vt si species mittantur in ignem, vel per putrefactionem vertãtur in puluerẽ, vel vermes. Ex his sequitur secunda cõclusio, distinguitur enim inter hos duos modos, nã quia corpus, & sanguis succedunt pani, & vino; si non fiat tanta immutatio accidentium, quin semper aliàs conseruentur panis, & vinum, ob talem immutationem non definit ibi esse corpus, & sanguis, vt dum parum immutatur in calore, colore, vel sapore, vel si diuidatur in partes sub quibus posset forma panis conseruari, quod si fiat tanta immutatio, vt panis, & vinũ aliàs corrũperentur, tunc definit corpus, & sanguis, vel si id fiat per tãtam alterationem coloris, saporis, & aliarum qualitatum, vt panis non permaneret, vel per diuisionem in tam minutas partes, vt non possent substantiam panis, & vini retinere. D.Tho.d. art.4. Et licet species sint sine subiecto, & ita videantur nõ posse corrumpi, sicut nec formę per se subsistentes, vt Angeli, & animæ separatæ. Resp. q̃ licet sint sine subiecto, habent tamen idem esse, q̃ habebant in illo, & ideo corrumpũtur. D.Th.ibi ad secũdum.

Eucharist. species cũ corrumpũtur an q̃d inde generetur, & quod sit.

Quinta propositio. Ex speciebus sacramentalibus oportet, q̃ aliquid generetur dum corrumpuntur, cum corruptio nõ fiat nisi per generationem, alìter esset annihilatio, præterquam q̃ sensibiliter patet ex hostia cõbusta generari cineres, & ex contusa pulueres, & ex putrefacta vermes, & ex speciebus vini acetum, vnde exploditur opinio dicẽtium huiusmodi generationes non fieri ex speciebus consecratis, sed ex aere circunstante, & eorum qui dixerunt reuerti tũc substantiam panis, & vini, ex quibus illæ generationes pullularent, vt voluit Innoc.de offi.Missæ.lib.4.c.11. Alen.4.p. q.40.membr.art.4. quibus opinionib. ponitur tertia opinio cõmunis, quod in illo instanti creatur, nõ quidẽ substantia panis, & vini, sed materia in quam inducitur forma vermis, etiam per primum sui esse, quia id est primũ non esse specierũ panis, & vini, & hæc opinio potest sustineri, non q̃ illa fuerit materia panis, sed q̃ tunc sit loco illius creata. Quartus deinde subijcitur modus, q̃ generatio illa nõ fit ex aere circũstante, nec ex pane, quia reuertatur, nec ex materia, q̃ creetur, sed ex quãtitate, quæ ibi habet, vt sit primum subiectum sequentiũ formarum, idq; miraculosè, nam in ipsa consecratione tribuitur quantitati panis, & vini, nõ solum per se subsistere, sed etiã, vt sit primum subiectum aliarũ formarum, non tñ accidentium dum

durat ſacramentũ,ſed ét ſubſtantialiũ dum accidentia corrumpuntur; vnde illa quãtitas poteſt eſſe id,ꝙ ad materiam pertinet,& ideo quicquid poſſet generari ex materia panis ſi adeſſet, totum poteſt generari ex pdicta quãtitate D.Tho.d.q.ar.4.Sed difficultas eſt, quõo ex quãtitate, quæ eſt accidẽs, poſſit generari forma ſubſtantialis,vt vermes.Gaiet.tu d.ar.dicit ĩ ipſo momento corruptionis ſpecierum quantitatem ipſam tranſire in materiã, & ex ea prædicta generentur. Sot.d.10. q.2. art.5. dicit, ꝙ dum per actionem ignis quantitas ſpecierum corrumpitur, non annihilatur, quia eius deſitio non terminatur in nihilum,ſed in generationem ignis,quare ad deſitionem eius,quæ fit per primum nõ eſſe; ſubſequeretur per primũ ſui eſſe exiſtẽtia materiæ ĩformata forma ignis, & in hoc ſenſu intelligitur,ꝙ ex quantitate fit generatio,quia ex illa producitur materia,in quam inducitur forma,& hæc opin.non differt ferè ab opinione cõi,ꝙ ſi dicatur agentem naturalem nõ poſſe producere materiã primã; ergo producitur à ſolo Deo. Reſp.poteſt,ꝙ non creatur,quia producitur per deſitionem quãtitatis;vel & melius, ꝙ agens naturale nõ ſimpliciter naturaliter, ſed ſuppoſito miraculo,ꝙ quantitas per ſe ſubſiſtat,corrumpendo eam, producit materiam, cuius ideo non eſt creatio, nec generatio,ſed congeneratio,quia comproducitur ad generationem illius, ꝙ ex ſpeciebus gignitur, ideo eius productio nõ eſt nouum miraculum præter illud ſubſtantiæ quantitatis. Sot.ibid.

Euchariſt. ſpecies poſſunt nutrire, & quõ. Sexta propoſitio.Species ſacramentales poſſunt nutrire; pbatur. 1.Cor. 11. vbi gl.dicit: ſpecies ſacramentales nutrire. Ratione ſic, cibus ob id nutrit, ꝙ conuertitur in ſubſtãtiam aliti.2.de Anima. t.45. & 46. ſed ſpecies ſacramentales poſſunt cõuerti in ſubſtantiam aliquam,quę ex eis generatur,vt ſupra,eadẽ ratione poſſunt cõuerti in corpus humanum,& ſic nutrire;vnde refelluntur dicentes ſpecies nõ nutrire,ſed confortare quadã ſenſus immutatione, vt ex odore vini homo confortet. Reſp.n.ꝙ talis refectio diu non ſufficit homini, cuius corpus ob continuam deperditionem reſtauratione eget, & tñ homo diu poſſet ſuſtentari ſi hoſtias,& vinum conſecratum ſumeret in magna quãtitate.Vnde,& refelluntur dicentes ſpecies nutrire ob formam ſubſtantialem panis, & vini,quæ remanet,tum quia nõ remanet vt ſupra, tum quia nõ eſt actus formæ nutrire,ſed magis materiæ,q̃ accipit formã nutriti, recedẽte forma nutrimenti, cũ nutrimentũ in principio fit diſſimile,in fine ſimile.2.de Anima t.45. Et licet ſpecies ſint accidẽtia, tñ ſunt ad modum ſubſtantiæ, & ſic nutriunt. D.Th.ibi ad tertiũ; & qñque dicitur panis eſſe ſacramentũ ob ſpecies panis.c.ſpecies. de conſ.d.2.ideo,ꝙ dicit Amb.5.de ſacr.non nutrire, intelligitur de corpore Chriſti,ꝙ cibat animam non corpus, ſecus de ſpeciebus. D.Th.ibi ad primum.

Euchariſt. ſpẽbus fractis nõ dr̃ corpꝰ Xp̃i frangi, & quomodo. Septima propoſitio.In fractione ſpecierum,dici nõ poteſt,ꝙ corpus Chriſti,& ſanguis per ſe frãgatur, tũ quod eſt incorruptibile, & proinde impaſſibile, tum qđ eſt totum ſub quacunq; particula,vt ſupra;& ideo manet totũ ſub quacunq; parte diuiſa.Vnde ſecũda ſubijcitur concl.ꝙ fractio ſpecierũ eſt vt in ſubiecto,in quãtitate dimenſiua panis, vt & alia accidentia, proprium.n.quãtitatis eſt ſecũdũ illam diuiſionẽ fieri.Vnde ſequitur,ꝙ ſicut ſpecies ſacrãles ſunt ſignum,& ſacrm̃ corporis Chriſti veri, ſic ét earum fractio eſt ſacrm̃,& repræſentatio dñicæ paſſionis, per illã.n. ſignificatur eius interfectio,q mortuus eſt tã pro mortuis,q̃ pro viuis,qđ portiones illæ hoſtiæ ſignificant. tertia hinc ſubijcitur concl. ꝙ corpus Chriſti per accidens ſacrãliter diuiditur ad diuiſionẽ ſpecierũ, ſicut ad motum earũ, vt ſupra, ſequitur motus corporis,nõ ꝙ corpus in ſe diuidatur, cũ totum ſit in qualibet parte,ſicut abſciſſa manu tota anĩma manet in reliquo corpore, ſed ꝙ

cum

cum prius sit in vna tm̃ hostia,& in eius partibus,quæ sunt entia tm̃ in potentia,facta diuisione est in pluribus hostijs,quæ sunt actu plures; vnde cũ hostia frangitur inter plures sumentes, non est negandum quin corpus Christi per accidẽs diuidatur inter illos, vt sic quiuis dicatur sumere totũ Christum,& non partem tm̃,& sic intelligitur cõfessio Berengarij,quò ad attritioné, & cõmestionem corporis Christi,i.quò ad species sacrãles,nam corpus Christi non conuerti in substantiam corpoream aliti, sed tm̃ species, corpus verò Christi alit animã. ita D.Tho.ibi art.7.in corp.& ad 3. & Sot.d.q.2.art.7.& Ric.d.12.art.2.q.1.

Euchariſt. ſub ſpecie vini,an alij liquor miſceri poſſit, & quid iuris tunc & ſimilib⁹ caſibus.

Octaua propositio. Alius liquor vino consecrato misceri potest, vt ante cõsecrationem, quæ concl.ad sensum patet, & ex superioribus colligitur, nam species vi consecrationis adipiscuntur modum substãtiæ, & proinde modum agẽdi, & patiendi,ac si essent in pane, & vino. Et potest de facto permisceri,vel liquor eiusdem speciei,vt vinũ, vel alterius, vt aqua, & idem in magna,vel parua quantitate.Vnde sequitur secũda concl. si liquor alterius speciei in tanta quantitate cũ vini speciebus misceatur, vt possit diffundi per totas species vini,quia sit fortè subtile ꝙ facilè permiscitur, totum fieret permixtum,vnde neutrum miscibiliũ maneret,sed resultaret tertius liquor alterius speciei, vt si permisceretur aqua fieret liquor medi⁹, qui nec esset pura aqua,nec purũ vinũ. tertia hinc sequitur concl.si ille liquor in magna quantitate permixtus esset eiusdẽ speciei.s.aliud vinum, tunc resultaret vinum eiusdem speciei, sed tñ aliud numero,ꝙ diuersitas accidẽrium declararet, si rubeum albo misceretur, nã partes permixtæ se inuicem per diuisionem penetrarent,& fieret vnũ tertium; quarta sequitur concl. si liquor adiunctus esset tam paruæ quãtitatis, vt non possit per totum diffundi,tunc non totum, sed aliqua pars esset permixta, quæ ideo non remanet eadem numero, sed tñ eiusdẽ speciei, etiã si liquor admixt⁹ esset alterius speciei, qa parua gutta aquæ vino infusa multo, in vinum transit. 1. de Gener. sed corpus, & sanguis tam diu manẽt sub speciebus, dum eædem numero, quæ consecratæ sunt, permanent,vt supra. Ex quibus sequitur conclusio omniũ resolutiua, si iãta fieret liquoris permixtio, vt pertingat ad totum vinum consecratum,mixtum illud erit aliud numero,ac proinde nõ remanebit ibi sanguis Christi, si verò fiat tam parua ꝙ non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinit sanguis sub illa parte vini consecrati ad quod mixtio peruenit, & remanebit sub alia. D.Tho.d.q.art.8. Dur.tamẽ q.3.d.11.dicit, qñ vinum album, vel nigrum miscetur speciebus consecratis,ꝙ ibi manet sanguis,licet eas diuidat vsque ad minimas partes, quia sequeretur, ꝙ si species duorum calicum consecratę permiscerẽtur, cũ non sint idem numero,ꝙ ibi non maneret sanguis,ꝙ nefas est dicere, & Palu.4.d.12.q.5. d.ꝙ si gutta consecrata infundatur magno dolio vini, ꝙ ibi maneat sanguis. In his difficultatibus Sot.d.q art.8. d.coniectãdo dici posse. Primò,si duo calices consecrati commisceantur, vel in magna, vel parua quantitate, vel spissæ sint species, vel subtiles, ꝙ ibi maneat sanguis, & etiã si gutta vini consecrati misceatur dolio vini ibi manere sanguinem,sed qa non potest percipi vbi sit illa gutta, ꝙ non esset periculum vinum bibere; ꝙ si vina essent diuersarum qualitatum facilius species corrumperẽtur, & dũ desineret esse species vini desineret esse sanguis; si verò tanta esset mixtio specierum consecratarum, vt esset dubium an species essent solutæ, & corruptæ per commixtionem alterius liquoris,ob venerationem sacramenti species illæ inter Missarum solemnia essent consecrãdæ, & sumendę, & in dubio,vbi commixtio est latẽs, ecclesia iudicaret ibi esse sanguinem, donec perciperetur ibi non esse species

 vini,

vini, vnde in ablutione, quæ fit in Miſſa, vel purificatione ſi vinum ponatur in abundanti quantitate, credendum eſt ſpecies illas ſolui, & ita purificari ea ſumentem; ꝙ ſi mixtio fiat in parua quantitate, vt dum gutta vini, vel aquæ infunditur ſanguini, ſi ſit vinũ commiſcetur ſpeciebus prioris vini, & vndique circunfunditur corpori, ꝙ ſub eis latet, non madidans circuofuſum; ꝙ ſi eſt aqua vertitur in vini ſpecies, quibus commiſcetur, & quia id non fuit conſecratum, non manet ibi ſanguis, licet maneat in ſpeciebus iã conſecratis. D.Th. ibi ad tertiũ. & habetur in c. cum marthæ. de cel. miſſ. & Sot. prædicto loco, qui tamen dum d. ſi guttæ conſecratæ in dolio ponãtur manere ibi ſanguinem, nõ videtur ſequendus, cum ſpecies per commixtionem maioris quãtitatis ſoluantur; & ſic non remaneãt eædem numero, & per conſequens, nec ſanguis ijs deficientibus ſub ſacramento.

In Euchariſtię ſacramento dubia ſurgentia, quo tollantur.

Ex prædictis apparet multa mirabilia eſſe in hoc venerabili ſacramẽto, quæ licet ſola fidei cõfeſſione, cui falſitas ſubeſſe non poteſt, ſint aſtruẽda, & defendẽda, attamen ad puſillorum conſolationem, poſſunt eſſe aliquæ rationes, & ſimilitudines afferri.

Primum ergo miraculum eſt, ꝙ panis tranſubſtantiatũ in corpus Chriſti. Reſp. id eſſe virtute diuina, q̃ ſicut vocat ea q̃ non ſunt, vt q̃ ſunt; ſic et facilius põt tranſubſtantiare vnã ſubſtantiam in aliam. c. reuera. de conſ. d. 2.

Secundum miraculũ, ꝙ Chriſtus ſit in hoc ſacramento ſecundùm eius totam quãtitatem, & tñ ſit in tam parua hoſtia. Reſp. ꝙ ibi eſt per modũ ſubſtãtiæ, quæ ſaluatur tã in parua, q̃ in magna quantitate, vt eadem aqua eſt in mari, & in vaſe; præterea licet ibi ſit ſecundùm propriã quantitatẽ, tñ non eſt ibi modo quantitatiuo. ſ. per extẽſionem eius in ordine ad locũ, ſed tñ per extenſionẽ internã in ordine partium inter ſe, vt vbi eſt oculus nõ ſit auris &c. ſicut & anima eadem eſt in vtero, & qñ magnus eſt vir, ſic mulier Heliſei de pauco oleo impleuit magna vaſa. 4. Reg. 4.

Tertium, ꝙ eodem tẽpore apud patrem ſit in cœlo dimenſiuè, & in ſacro in pluribus hoſtijs. Reſp. ꝙ in cœlo eſt dimenſiuè, & ſenſibiliter apud patrẽ, & verbum, in ſacramento ſacraliter, quia plura conuertunt in ipſum, ideo nõ repugnat, ꝙ in pluribus hoſtijs ſit, quia plures in ipſum trãſubſtantiant, vt vox prędicatoris, licet ſit vna, tamẽ eſt in auribus pluriũ tota, & ſi quis ſit in thalamo pleno ſpeculis i quolibet apparet imago videntis; præterea per Dei potẽtiam vnũ corpus poteſt eſſe eodem tempore in pluribus locis, vt infra, in hæreſib. per Bellarm.

Quartum, ꝙ in hoc ſacro cõnerſio ſit in inſtãti, quia id ſit virtute diuina, quæ operatur in inſtãti, vt & generatio ſit in inſtãti, & Sol illuminat mundum in inſtanti. Nec obſt. ꝙ Chriſtus ſit in cœlo, & tam ſubito deſcendit in hoſtiã. Reſp. ꝙ ibi non eſt per motũ localẽ, ſed qa hoſtia conuertitur in ipſum.

Quintum, ꝙ totus Chriſtus eſt ſub qualibet parte hoſtię, & vtraq; ſpecie. Reſp. id eſſe, quia ibi eſt per modũ ſubſtantiæ, & non per dimenſiuã quantitatem, quæ ſubſtãtia tota eſt ſecundũ ſpeciem ſub qualibet parte diuiſa, vt aquę, aeris, &c. & anima eſt in toto, & in qualibet parte, vt in ſpeculo ſi diuidatur, in qualibet parte apparet imago, licet, vt ſupra, ſimilitudo non ſit admodum apta.

Sextũ, ꝙ Chriſtus ſit in hoc ſacro, & tñ non ſit in loco. Reſp. ꝙ ibi eſt ſacraliter non circunſcriptiuè, vel diffinitiuè, & quia ibi eſt inuiſibiliter, & ſpũali mõ, licet corporaliter ibi adſit.

Septimũ, ꝙ accidẽtia ibi remaneãt ſine ſubiecto. Reſp. id eſſe i ſolatiũ ſenſus, nã eſſet nobis horrori ſi ſumeremus Chriſtũ ſub propria ſpecie. Secũdò, in meritum fidei, quæ, ꝙ nõ videt aſtruit, idq; ſit per diuinam virtutem.

Octauum, ꝙ ad deſitionem ſpecierum deſinat ſacrm. Reſpon. nam licet ſint accidentia tamẽ ibi remanẽt, per modum ſubſtantiæ; & ideo operãtur, ꝙ prius

quod prius poterãt agere,& pati, corpus tamẽ Christi non potest corrumpi, quia est impassibile,& immortale, nec nutrit corpus, sed animã, & quia sumitur sub speciebus; ijs desinẽtibus desinit esse & ibi, vbi notandum, quod cum Christus habeat esse indeficiens, non desinit esse per hoc quod sacramentum desinit esse sacramentum, sed desinit esse in sacramento ob desitionem specierum, quia absq; Christi mutatione tollitur habitudo eius ad species, per quem modum Deus, qui est indeficiens, desinit esse in creatura, ipsa deficiente. Vig. de sacr. Euch. c.16.§. 3.ver.5.

Nonum, quod sit in hoc sacramento Christus,& non videatur. Resp. quod hic est modo inuisibili, & spirituali, licet corporaliter adsit, sicut & inuisibiliter ab oculis discipulorum euanuit. Luc.4.& 24.

Hæc tamẽ omnia mirabilia facilius soluuntur ex his tribus fundamentis. Primò, ea inniti fidei,& ideo captiuãdum esse intellectum in obsequium Christi, ad credendum oĩa, quæ Christus docuit eiq; obediendũ.2.Cor.10. Secundò, non esse impossibile apud Deum omne verbũ. Luc.1. Tertiò, nã vt d.Hilar.lib.de Tr.cum Deus sit infinitæ potentiæ,& actiuitatis,& intellectus noster finitus, potest Deus plura facere, quàm noster intellectus intelligere; vnde Iob 36.dicit: Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostrã. Quartò, Christum esse Deum, & veritatem per essentiam,& mentiri nõ posse, ad Tit.1.& Heb.6.vnde sequitur, quod quicquid Christus dixit verum esse, sed dixit hoc esse corpus suum,&c. ergo.

De forma sacramenti Eucharistiæ. Cap. VII.

Eucharist. forma sub specie panis q; cum eius explicatione.

PRima propositio. Forma cõsecrationis Eucharistiæ sub specie panis, est hæc: Hoc est corpus meũ; sub specie vini, hæc: Hic est calix sanguinis mei; probatur conclusio. Luc.22. Matt.26.Mar.14.& 1.Cor.11.& determinatur in Conc.Flor.vbi patet Christum Dñm his verbis vsum in consecratione huius sacramenti, & hac forma semper est vsa ecclesia, vt patet ex Liturgijs Iacobi, Marci, Basilij,& Chrisost. qui hanc formam ponunt, & ijs verbis prolatis à sacerdote, populus respondebat. Amẽ. vt dicit Bessarion. de Euch. sacr. & Amb.li.4.de sacr.c.6. dicit populum dicere, amen.f.hoc est verum, & quod hæc sit forma vera consecrationis probat Hiero. ad Trophilũ Alex.Teit.lib.4 contra Marc.Iren.lib. 5.Cipr.de cœna Dñi.Niss.serm.cathachestico de diuin.sacr.c.37.quib⁹ verbis, panis statim in corpus mutatur, vt dicit Amb. lib.4.de sacr.c.4. Chris.de Iudæ prodit. & hom.2.in ep.2. ad Timoth. circa fin. Aug.serm.28.de verb. Dñi.& tr.80 in Ioan.& eisdem verbis mandasse à ministris esse consecrationem huius sacramenti faciendam; nã vt dicit Amb.li.4.de sacr.c.4.consecratio fit verbis,& sermonibus Dñi Iesu, nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, Laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris, vbi autem sacramentum conficitur iã non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed sermonibus Christi; ergo, sermo Christi hoc cõficit sacramentũ. Vnde hoc sacramentum differt à reliquis in duobus. Primò, quod hoc cõficitur in consecratione materiæ, cætera in vsu materiæ consecratæ, vt in ablutione, & vnctione. Secundò, quod consecratio materiæ in alijs sacramentis consistit in quadam benedictione, per quam materia suscipit spiritualem virtutẽ, quæ per ministrum tanquam instrumentũ animatum ad instrumẽta inanimata procedere potest, vt in consecratione chrismatis episcopus tribuit virtutẽ illi materiæ ad confirmandum, & vngendum sacerdotem, & in baptizatis aquæ benedictione, licet non in omnibus benedictio sit de essentia, vt supra; præterea in alijs sacramentis formæ illorum sacramentorũ important vsum,& actum ministri, qui exprimit

vel per modũ exercentis, vt in baptiſmo, confirmatione; vel per modũ remouentis impedimentum, vt in pœnitentia; vel per modum imperantis, vt in ſacramento ordinis; vel per modũ deprecantis, vt in ſacraméto extremæ vnctionis; ſed in hoc ſacramento conſecratio materiæ conſiſtit in quadam miraculoſa conuerſione ſubſtantiæ, q̃ à ſolo Deo perficitur, non q̃ ſacerdos non concurrat tanquam miniſter, ſed q̃ fiat virtute ſupernaturali, ad differentiam benedictionis chriſmatis, & aquæ, vbi nullum interuenit miraculum; vnde miniſter in hoc ſacramento perficiendo non habet alium actũ, q̃ prolationem verborum, & applicationem ad materiam, non q̃ non concurrat ad cõuerſionem, ſed q̃ nullam applicet materiam, vt in baptiſmo, & confirmatione; licet quò ad vſum, ſacramentum miniſtret populo, vſus tamen non eſt neceſſarius ad perfectionem ſacramenti.

Ex his duæ aliæ differẽtiæ colliguntur; prima, nam cum forma rei ſacramenti debeat congruere, formæ aliorum ſacramentorum importãt vſum, vt ego te baptizo, ego te cõfirmo, forma verò huius ſacramenti importat tranſubſtãtiationem; vnde debet eſſe hæc: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt calix ſanguinis mei. Secunda differẽtia, q̃ in alijs ſacramẽtis formæ proferuntur in perſona miniſtri; vt ego te baptizo, &c. hic verò non exprimitur p̃ſona miniſtri, vel actus, ſed ſolum ſermo Dei; vnde forma huius ſacramenti profertur, quaſi ex perſona Chriſti loquentis: Hoc eſt corpus meum: vt ſignificetur ſacerdotem ſolum proferre verba, per quam prolationẽ applicando tanquam miniſter formã concurrit ad cõuerſionem. ita D.Th.3.p. q.78.art.1.in corp.& in reſp.ad contr. & Sot.d.11.q.1.art.1. Vig. de ſacram. Euch.c.16.§.3.ver.2.

In Eucharistia ſub ſpecie panis, eſt cõueniẽs forma: Hoc ẽ corp⁹ &c. Secunda propoſitio. Hæc eſt conueniens forma cõſecrationis panis: Hoc eſt corpus meum. probatur; Luc.22. Matt.26. Mar.14. Ioan.10.1.Cor.11.in c.cum marthæ. de cel.miſſ.in c.panis. c.quia corpus.c.reuera.c.acceſſerunt. de conſ.d.2. & alijs authoritatibus ſupra citatis. Ratione probatur per D. Th.d.q.art.2.nam in conuerſione tria eſt conſiderare, ſ.actionem ipſam, terminum à quo, & terminũ ad quem, quæ tria per hãc formam optimè explicantur; conuerſio enim dupliciter potuit explicari, vt eſt in fieri, & vt in facto eſſe, non debuit explicari in fieri, ſed in facto eſſe. Primò, quia non fit ſucceſſiuè, ſed in inſtãti, in momentaneis verò fieri eſt factum eſſe. Secundò, quia eo modo formæ ſacramentales ſignificant effectũ ſacramenti, quo artificiales effectum artis, forma verò artificialis eſt ſimilitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artificis, vt forma domus in mente ædificatoris, ad quam ordinatur ædificatio, & quia intentio conſecrationis eſt corpus, q̃ ibi per conuerſionẽ continetur, debuit vt in facto eſſe repræſentari, & ideo extrema, vt ſunt etiã in facto eſſe, debent enim termini actionum proportionari. Terminus verò ad quem.i.corpus, facta conuerſione habet naturam ſuæ ſubſtantiæ; terminus verò à quo.ſ.panis nõ manet ſecundũ ſuã ſubſtantiam, ſed ſecundùm accidẽtia, quibus ad ſenſum demonſtratur. Ex his ſequitur, q̃ terminus à quo congruè exprimatur per pronomen demonſtratiuum, relatum ad accidentia ſenſibilia, quæ manent non q̃ demonſtret accidentia, quia ipſa non ſunt corpus, ſed cõtentum ſub illis, vt infra; terminus verò ad quem exprimatur, per nomen ſignificans ſubſtantiam illam in quam fit conuerſio, vt eſt corpus, verbum verò non fit, fit, ſed eſt, quod ſignificat rẽ iam factã; vnde hæc eſt conueniens forma: Hoc eſt corpus meum.i.cõtentum ſub ſpeciebus, in vltimo inſtãti loquutionis, eſſe corpus Chriſti, vt explicat Vig.d. ver.2.verſi.vlt. Vnde dictio, enim, non eſt de ſubſtantia conſecrationis, ſed ſolum continuatio, omittens tamen illam, vt non ſeruans ritum eccleſiæ

mor-

mortaliter peccaret, vt ibi dicit; & probatur ex c. cum marthę. de celeb. miss. Vnde licet Scot. d. 8. teneat, quod si simpliciter illa verba proferantur nō fieret consecratio, nisi & dicatur, qui pridie &c. tñ melius dictum est quod fieret, quia id pendet ex verbis Christi, & potestate tradita sacerdotibus, quæ ita potest explicari sine illis verbis, ac cū illis, vt dicit D. Th. d. q. ar. 1. ad primū. Silu. Euch. 1. ad fi. Vnde Christus non cōsecrauit panem per benedictionē, sed cum dixit: Hoc est corpus meum: vnde illa verba, accipite, & comedite, referuntur ad vsum sacramenti, & illa quod pro vobis effundetur, &c. demonstrant effectum huius sacramēti, vt dicit Sot. d. q. 1. art. 2.

Eucharist. forma sub specie vini, explicatur.

Tertia propositio. Forma consecrationis sub specie vini, sunt illa verba: Hic est calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, mysteriū fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum; quod probatur, nam ecclesia ab Apostolis instructa omnibus illis verbis vtitur, ergo sunt omnia de forma consecrationis. Secundò, quia omnes illæ sequentes adhibētur, vt determinationes, & modi prædicati, s. sanguinis sub eodē loquutionis contextu, s. Hic calix sanguinis mei, noui, & æterni testamēti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Tertiò, quia sacerdos eodē ritu, s. calicē manu tenens iuncta profert, quasi per omnia consecrare intēdens. Quartò, quia & Luc. 22. illa verba interpretatur: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. Vnde & secunda subijcitur concl. quod per illa verba priora: Hic est calix sanguinis mei, significatur cōuersio vini in sanguinem, & cōcomitanter corpus, per sequentia verò designatur virtus sanguinis effusi in passione, qui operatur in hoc sacramento, quod probatur; nam passio Christi ad tria nobis contulit. Primò, ad æternam hæreditatem adeundam. Heb. 10. habemus fiduciā ad introitum sanctorum per sanguinem eius, ad quod designandū dicitur noui, & æterni testamenti. Secundò, ad nostram iustificationē, quæ fit per fidem, per charitatē operantē. Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius, ob quod subditur, mysterium fidei. Tertiò, ad remouendum peccata, quę vtriusque effectus impedimēta sunt. Heb. 9. Sanguis Christi emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis. i. peccatis; vnde subiūgitur, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. ita D. Thom. d. q. art. 3.

In hac propositione nōnullæ sunt difficultates. Primò, an omnia prædicta verba sint de necessitate formæ consecrationis calicis. Secundò, an prædictæ sint formæ veræ consecrationis. Circa primum magna est difficultas; Nam in consecratione non est per ecclesiam determinatum, quæ verba de necessitate requirantur; nam Concil. Flor. dicit consecrationē fieri per verba, quæ Christus protulit, sed apud Euangelistas non leguntur oīa illa verba esse à Christo in institutione sacramenti prolata; ecclesia verò nō habet facultatem instituendi sacramenta; ergo non debet vti alijs verbis tāquam necessariis pro forma, q̃ quæ Christus protulit. Ideo Ales. 4. p. q. 33. & D. Bonau. 4. d. 8. art. 1. q. 2. & ibi Dur. q. 2. ar. 2. & ibi omnes cōmuniter dicunt sufficere ad consecrationem calicis, hæc verba: Hic est sanguis meus, vel hic est calix sanguinis mei, quia Christus tradidit sanguinem discipulis per modū potus, ideo exprimitur calix, vt continens pro contento, quia in calice continetur potus.

Pro solutione aduertendū, vt dicit Innoc. in c. cum marthæ. de cele. miss. multa tam de verbis, q̃ de factis Dñi esse ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur, & ideo si qua verba sunt in canone Missæ, quod ad essentiam consecrationis attinet, ab Euangelistis omissa, credēdum est, quod à Christo Apostoli, & ab Apostolis eorum

rum ſucceſſores acceperunt, & quod ex alijs locis Euangeliorũ colligi poſſent. Ideo tenẽdum eſt cum Scot.d.8. q.2. dicente, ꝙ cum non ſit nobis traditum pro certo an ad formã ſubſtantialem pertineant aliqua verba, poſt ly ſanguinis mei, nec Papa ibi id determinet, periculoſum eſſe dicere, ꝙ præciſè ſit in illis verbis, ex quo ſufficiens authoritas nõ habetur, ideo omnia dicenda eſſe vſq; ad, hæc quotieſcunq; feceritis &c. ac ſi eſſent de ſubſtãtia formæ, ideo dr̃ calix, quia datur per modum potus, vt ſupra; dr̃ noui, & æterni teſtamenti, quia lex noua eſt perpetua, poſt ipſam.n.nõ ponitur alia lex, ponitur myſteriũ fidei, quia hoc ſacramentum habet ſecretam fidei intelligentiam, aliud .n. cernitur, aliud creditur, vt ibi dicit Innoc. licet vt doctor, & non vt Papa, vt d.D.Tho. contraria tñ opin. eſt communior, & fortè de iure verior, quia in Euangelijs expreſsè omnia prædicta verba, non cõtinentur, & ita videtur ſentire etiam D.Tho. dum dicit prima verba eſſe de eſſentia cõſecrationis, ſequentia demõſtratiua effectus; ſecunda tñ opin. eſt tutior ob authoritatẽ Innoc. & eccleſiæ ritum; omittẽs verò, ob eccleſiæ præceptũ mortaliter peccaret, & ob dubietatem an conſecrarit, credendum teneri ſe conſecrare, & ob id opinio Innocent. eſt tutior, licet alia vt falſa non ſit improbanda, cum eccleſia id non determinet, licet ad aliã partem. D.Tho. inclinet, & Innoc. ob verbum, credẽdum, vt ſupra; tametſi, vt ſupra, alia opinio ſit fortè verior, cũ in Liturgijs Iacobi, Baſilij, & Chriſoſtomi prędicta oĩa verba non contineantur, & ſic ſi omnia eſſent de ſubſtantia nõ conſecraſſent; tutior attamen eſt ſecunda opin. & ideo omnia proferenda, dictio tamen, enim, non eſt de ſubſtantia, cum ſit tantum relatio actionis continuatæ Chriſti.

Quò ad ſecundum, quidam dicunt Chriſtum, cum benedixit, cõſecraſſe, & nõ cum dixit: Hoc eſt corpus meũ, ſed hæc opinio reprobatur; nam cum ageretur de re tam graui, non eſt dicendum, ꝙ per ſolam benedictionem Chriſtus cõſecrarit, ſed ꝙ tradiderit formam, qua ſacerdotes vterentur in conſecratione, ideò dixiſſe: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt calix &c. cum non conſtet, quæ verba protulerit in benedictione; vnde eccleſia egebat verbis apertis; quibus monſtraretur, & efficeretur conuerſio iſta panis in corpus, & vini in ſanguinem, virtute verborũ Chriſti, vt habetur in c. quia corpus. de conſ. d. 2. & in d.c. cum marthæ. & in Conc. Flor. determinatur cõſecrationem fieri per verba Chriſti, ſed benedictio nõ exprimitur verbis; ergo verbis, Hoc eſt corpus meũ, vſus eſt Chriſtus in conſecratione, & cum non conſtet de alijs verbis vſis in benedictione, ſi benedictio accipitur ꝓ conſecratione, dicendum eſt illis verbis, benedixiſſe: Hoc eſt corpus meũ, Hic eſt calix ſanguinis mei &c. vt docet Cath. Conc. Trid. Et ꝙ illis verbis Chriſtus conſecrauerit, & non ponantur vt mera narratio actionis Chriſti, vt hæretici fabulantur, patet, nã ſi Dominus alijs verbis cõſecraſſet, alijs id nos facere iuſſiſſet, ꝙ nõ liquet, & nõ dixiſſet, Hoc facite in meam commemorationem. Tum ſacerdos in perſona Chriſti conſecrat, ideo non dicit: Hoc eſt corp⁹ Chriſti, ſed Hoc eſt corpus meum; & noſtra conſecratio nil aliud eſt quàm repetitio illius primæ à Chriſto factæ, vt Chriſ. dicit hom. 83. in Matth. ergo; præterea omnes conſentiunt tunc Chriſtum inſtituiſſe ſacramentum Euchariſtiæ, cum Euchariſtiã conſecrauit; ergo ritu ſacramentali conſecrauit. i. verbis, & quod Dñs illis verbis conſecrarit, & nos ijs conſecrare ſãciuerit, tenet Iuſtin. apol. 2. Aug. lib. 3. de Tr. c. 4. Cipr. lib. 1. ep. vlt. Iren. li. 5. c. 1. Tert. lib. 4. in Marc. Chriſoſt. hom. 2. in 2. ad Timot. Aug. ſerm. 28. de verbis Domini. Dam. li. 4. c. 14. Cirill catech. 3. & 4. miſtag.

Ratione probatur, nã ſicut baptiſmus perficitur verbis Dñi: Ego te baptizo, non precibus humanis; ſic & ſacramentum

cramentum Eucharistiæ p verba Dñi perficitur: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Secundò, confectio sacramenti debet esse certissima, vel à bono, malo ve conficiatur, ergo, non debet pendere ab humana prece, sed verbo Dei, & latè id probat Sot. d. 11. q. 1. art. 2. & Bellarm. de sacr. Euch. lib. 4. c. 11. & 13. & supra in principio probatũ est, & vt dicit Sot. si dum benedixisset consecrasset, cum postea fregit, decidissent aliquæ micæ consecratæ, & ideo ne hoc incõueniens sequatur dicendum tunc consecrasse cũ protulit verba: Hoc est &c. præterea verba sacramentorum debent esse certa, & determinata, vt supra, de sacramẽtis in genere; sed quibus verbis Dñs benedixerit nõ cõstat, ergo dicendũ est tunc, cum protulit verba cõsecrationis, quod & innuit Apostolus, cum dicit: Calix benedictionis cui benedicimus, nõne cõicatio sanguinis Christi est. & D. Petrus alijs titubantibus in fide, dum dicit Dñs se daturum carnẽ ad manducãdum, prosilijt in mediũ, & dixit Io. 6. Verba vitæ æternæ tu habes, & ego à te quomodo recedã, quibus verbis nutantem primitiuam ecclesiam firmauit, q & expressius indicant verba sequentia verba consecrationis; dum dicit: Hoc facite in meam commemorationẽ, quod significatur sacrificare, vel sacrificium offerre; sic enim accipitur in sacris literis verbum illud, facere. 3. Reg. 18. ver. 22. & 3. Reg. 8. Iudic. 13. Leuit. 2. t. ergo præcepit Dñs discipulos illud idẽ sacrificium offerre in eius memoriã. vnde Teoph. Io. 6. dicit: non est panis, qui nobis datur, transfertur enim arcanis verbis panis ille per misticã benedictionem, & accessionem Sp. S. in carnem Dñi. i. per verba consecrationis. & ita tenet August. ad Neophitos. Chriso. hom. de Euch. in Euch. Dam. lib. 4. cap. 14.

In formis Eucharist. est vis innata cõse- | crationis effectiua.

Quarta propositio. In prædictis formis sacrorum est aliqua virtus creata consecrationis effectiua, probatur conclusio. de cons. d. 2. ca. panis. & est Ambrosij. vbi dicit: si tãta vis est in sermone Dñi Iesu, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis est operatorius, vt sint quæ erãt, & in aliud commutentur, & sic q panis erat ante consecrationem iam est corpus Christi post consecrationẽ, quia sermo Christi creaturam mutat. Ratione probat, nam in sacramẽtorum formis est virtus creatiua, instrumentalis tñ, ad inducendos sacramẽtorum effectus, vt supra, ergo, cum hoc sacramentũ sit alijs dignius, oportet q in verbis formalibus huius sacramẽti sit quædam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciẽdam, instrumentalis tñ, quia cum verba ex mandato Christi proferantur, ex cuius mandato cõsequãtur virtutem instrumentalem à Christo, sicut & eius alia facta, vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutẽ. D. Th. d. q. ar. 4. Nec obst. q dicit Dam. 4. lib. c. 14. solam virtutẽ Sp. S. cõuertere panẽ in corpus. Resp. q per hoc nõ excluditur virtus instrumentalis, vt sicut faber facit cultrum, tñ nõ excluditur virtus mallei. D. Th. ibi ad primũ. Non obst. item q nulla miracula fiant virtute creata, sed diuina; hic verò conuersio est miraculosa, ergo. Respõ. q nulla creatura id facit vt agẽs principale, sed bene potest vt instrumentum, & sic fit in hac conuersione. D. Th. ibi ad secundum. Nec q illa verba sint successiua, & nõ simplicia, conuersio verò fiat in instanti. Resp. q cum illa verba sacramẽtaliter operentur, sit & eorum virtus significationem consequatur, quæ in prolatione vltimæ syllabæ profertur, atque adeo in illo extremo instãti illam virtutem consequantur, in ordine tamẽ ad præcedentia. D. Th. ibi ad tertium.

In Eucharistiæ consecratiõe verba sumuntur significatiuè, & non tñ materialiter, & quomodo

Quinta propositio. Verba in consecratione sumuntur significatiuè, & nõ tantum materialiter, dum à sacerdote proferuntur, probatur, nam primò si materialiter tantum, & historicè sumantur, ac narratiuè, non applicarentur ad materiam præsentem corporalem, sed narrarentur, vt demonstrabi

lia

lia illum panem, quem Christus consecrauit, vnde non perficeretur sacramentum in hoc nostro pane, d. Aug. tr.80. in Io. accedit verbum ad elementum, & fit sacramētum. Secundò, quia sic non tolleretur difficultas huius q̃stionis; nam eadē permanet, circa primam prolationem, qua Christus hæc verba protulit, videlicet quid demonstretur per illud pronomen: Hoc, si ergo ad id tenemur respondere de sua consecratione, eodem modo respondebimus de nostra. Et quia illa opin. posset in contrarium arguere, quod si nō acciperentur materialiter vt prolata à Christo, non haberent virtutē consecrandi, quam tunc habuerunt, quādoquidem ex prolatione Christi illam receperūt. Resp. ꝙ & si sacerdos ea recitatiuè proferat, vt à Christo dicta, tñ non acciperētur materialiter, sed significatiuè, quia sacerdos repræsentans personam Christi demōstrat hoc contentum sub his speciebus. At Christus ob suam infinitam virtutē, sicut tactu suæ carnis vim contulit aquis, non solum ijs in indiuiduo quas tetigit, sed omnibus, quæ sunt in toto orbe, vt sint ꝓpria materia baptismi, ita & his verbis, non solum illis numero, quibus consecrauit, sed à quocunque sacerdote in eius persona proferantur, vim indidit consecratiuā, non ꝙ virtus sit aliqua qualitas distincta, vt supra; sed est ipsa prolatio, sicut applicatio aquæ cum intentione baptizandi. Supposito, ergo, ꝙ stent significatiuè dubium est quid significet pronomen, Hoc. Resp. ꝙ enunciatio formæ consecrationis est referenda ad vltimum instās prolationis verborum, cum .n. conuersio fiat in instanti non successiuè, quia fit virtute diuina, concurrente instrumentaliter forma ratione suæ significationis, fit vt nō reddatur vera, nisi ꝓ instanti prolationis terminatiuo. Hinc sequitur, ꝙ pronomen, Hoc, in forma cōsecrationis demonstrat nō singulariter panem, qui nunquam est corpus, nec corpus, aliàs non esset conuersiua panis in corpus, sed demonstrat communiter, & in genere contentum sub illis speciebus, ꝙ in principio erat panis, & in fine corpus, verbum verò, est, refert ad instās terminatiuum, quo est corpus; declaratur conclusio, & postea probatur. Nam hæc loquutio habet virtutē conuersiuam in corpus, ideo comparatur ad loquutiones, quæ solū habent vim significatiuam, & non factiuam, vt cōceptus intellectus practici, qui est factiuus rei, cōparatur conceptioni intellectus speculatiui, quę est accepta à rebus, voces .n. sunt signa intellectuū. Et ideo sicut cōceptio intellectus practici non præsupponit rem, sed facit eam, vt illi Dei conceptus, fiat lux, fiat firmamentum, ita se habet forma consecrationis, quæ est verbū Dei. Et q̃a conuersio fit in vltimo instanti prolationis, tota loquutio debet ad illud vltimum instans referri, non tñ ita, ꝙ præsupponatur, id ꝙ est terminus cōuersionis, vt sit sensus, corpus est corpus; quia illa loquutio nō esset practica, & conuersiua, sed merè speculatiua, & cum nec panis singulariter possit demōstrari, fit, vt demōstratio debeat fieri in genere, & communiter. ¶ Hoc, ꝙ hic cōtinetur, est corpus, nam forma nō facit, ꝙ panis fit corpus, vel corpus fit corpus. Sed ꝙ contentū sub his speciebus, ꝙ prius erat panis, fiat postea corpus, vt significetur ex pane fieri corpus; vnde Dñs non dixit: Hic est corpus meum, nec Hoc corpus est corpus meum, sed in generali, Hoc est corpus meū, nullo nomine applicato à parte substantiali, sed solo pronomine, Hoc, ꝙ significat substantiā in cōmuni sine qualitate .i. sine forma determinata alicuius speciei, vel indiuidui. D. Tho. d. q. 78. art. 5. vnde pronomen, Hoc, non demonstrat accidentia, sed substantiam cōtentam sub accidentibus, quæ primo fuit panis, & postea est corpus Christi, vt dicit ibi ad secundum.

Pro intelligentia verò huius propositionis notādum primò, ꝙ formę consecrationis sunt veræ, q̃a proferuntur

ex

ex persona Christi, qui est veritas. Io. 14. & operantur virtute significationis id faciendo, ꝙ significāt, vnde nisi essent veræ, nil efficerent. Secundò, ꝙ prædictæ formæ nō possunt accipi significatiuè, & assertiuè, quasi assertæ à sacerdote ex propria persona, quia sensus esset, in sacramento esse ipsius suum corpus, ꝙ est blasphemia, sequitur ergo, ꝙ sumantur, vel solum materialiter, & recitatiuè, vel assertiuè, quasi prolatæ à sacerdote ex persona Christi, sed non recitatiuè. Tertiò, assertiuè, & recitatiuè; primam opin. tenet Innoc. lib. 4. c. 17. de mist. Missæ. & gl. in c. timorem. de cons. d. 2. sed non potest stare, quia sic nil cōsecraretur. Non secundum, quia sic non fieret in cōmemorationem actionis Christi, ergo tertium, vt recitet, & asseratur, & pronomen, Hoc, demonstret id, ꝙ continetur sub illis speciebus, pro instanti terminatiuo prolationis verborum, esse corpus.

Ex quo sequitur, ꝙ cum sacerdos sit instrumentum diuinum, & vt tale applicet formam materiæ, ꝙ proferat verba illa assertiuè, & non recitatiuè tantum, licet recitatiuè, vt supra, quibus, applicando formam materiæ, in persona Christi conficiat hoc sacramentum pro vltimo instāti prolationis verborum.

Eucharist. sub specie panis cōsecratur, antequā perficiat forma consecrationis sub specie vini.

Sexta propositio. Forma consecrationis panis consequitur suum effectū antequā perficiatur forma consecrationis vini; probatur, nam illa forma profertur per verbum pñtis tēporis, ergo ad sui veritatē pòstulat, vt simul cum sua significatiòne res significata sit. s. conuersio, aliter esset enunciāda per verbū futuri temporis. s. Hoc erit corpus meū, significatio verò illic perficitur, vbi completur verborum prolatio, ergo tunc est absoluta cōuersio. Et cōfirmatur ex ritu, & vsu ecclesiæ, nam protinus vt corpus consecratur ante cōsecrationem calicis eleuatur, vt adoretur, qui ritus, nisi perfecta esset tunc conuersio, idolatrare faceret adorantes, & èconuerso in consecratione calicis, si fieret ante cōsecrationem corporis, vnum tñ sine alio consecrare non licet. ca. comperimus. de conse. d. 2. & ideo vt d. Innoc. de mist. Miss. c. 22. & 23. vbi non est vinum nō est consecrandū corpus, & si sacerdos deficit in Missa alius debet supplere; ex Conc. Tolet. c. 1. ita D. Th. d. q. ar. 6.

Sacerdos putans se cōsecrare decem hostias & sint plures, an eas consecret, & qd in similib. casibus.

Septima propositio. Si sacerdos habet intentionem consecrandi totam materiam, quæ est ante se, & si putet esse decem, & sint duodecim oēs erūt consecratæ. Ratio, quia effectus consecrationis, non sequitur consecratio nis opinionem, sed intentionem. Vnde sacerdos hæreticus etiam si opinetur Christum non esse sub hostia consecrata, si habeat intentionem faciendi, ꝙ Christus instituit, verè consecrabit. Ric. d. 10. q. 2. art. 7. Silu. Euch. 2. §. 7. 8. ꝙ si habeat intentionē consecrandi decem hostias tantū ignorans earū numerū facta consecratione nulla earum erit cōsecrata si sint decem, quia habuit intentionem consecrandi decem hostias tantum, ideo nec decem erunt cōsecratæ, quia intentio illa nō sufficit ad cōsecrationem alicuius hostiæ, sub qua quælibet hostia includi, & excludi potest; & sic hic quęlibet ea rū est inclusa, & exclusa, ergo. Quod si mente signauerit decem hostias, quas intendit cōsecrare, & reperiūtur ideo decem signatæ erunt consecratæ. v. g. si nō sint bene dispositæ, & sub aliqua signatarum alia lateat, latens nō consecrabitur, nam quòd specialiter cadit sub intentione consecrantis consecratum remanet, non aūt sub opinione. Vnde hostiæ tñ mente signatæ erunt cōsecratæ, id enim consecratur, ꝙ sub speciali intentione consecrantis cadit. Hinc sacerdote intendente consecrare decē, ex illis vndecim, quas mēte non signat, nulla earum erit consecrata, vt supra. Hinc guttulę vini in pede calicis remanentes, consecrato calice, non erunt consecratę, quia intentio non cadit sup illas guttulas. Quòd si sacerdos multas hostias consecrandas assumat, de quibus dum cōsecrat

non

non aduertit, omnes tñ erunt conſecratæ, quia ſufficit intentio virtualis; quia ſi aduerteret actu, omnes conſecraret, cum ad hunc finẽ in altari collocarit, vnde tutũ eſt vt intendat conſecrare quotquot ſunt ĩ altari. Quod ſi ante ſe habeat integram hoſtiam, & intendat conſecrare dimidiam tantũ partem hoſtiæ dextram, vel ſiniſtrã, mente, linea aliqua intellectuali ſignatam, illa tm̃ pars erit conſecrata, quia ſola illa pars ſub ſpeciali intentione conſecrantis cadit; q̃ ſi intendit conſecrare dimidiam hoſtiam nulla parte determinata, nulla erit conſecrata. Flor. de Euch.ſ.78. Quò ad præſentiã materiæ. D.Th.4.d.11.q.2.art.1.dicit id eſſe præſens, q̃ tãgitur, vel videtur, vel tangi, aut videri poteſt, etiam ſi ſit à tergo, id enim habet communis loquendi vſus, vnde vinum in vtre, & panis in arca, quæ coram eſt, pręſens eſſe dicitur Flor.ibi.ſ.79.de hoc verò eſt dictum ſupra.

De effectibus ſacramenti Euchariſtiæ. Cap. VIII.

Euchariſt. cõfert gratiã, & quõ id intelligatur.

PRima propoſitio. Sacramentum hoc confert gratiam; probatur Ioã.6.Panis quem ego dabo, caro eſt pro mundi vita; vitam verò ſpiritualem nemo, niſi per grãm adipiſcitur, idq; ex multis. Primò, q̃a continet Chriſtum, qui ſicut in mundo exiſtens viſibiliter hominibus cõtulit gratiam, ſecundùm id Io.1. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, ita & in hominem ſacramẽtaliter ingreſſus eandem operatur, iuxta id Io.6. Qui manducat me viuet ꝓpter me; vnde Cirillus de conſ.d.2.ca. neceſſariè, dicit, q̃ verbum vniens ſe propriæ carni fecit eam viuificatiuã, decebat, ergo cum velut vniri noſtris corporibus ꝑ ſacramenta eius carnẽ, & ſanguinem, quæ accipimus in benedictionem viuificam in pane, & vino. Secundò, quia in hoc ſacramento repræſentatur paſſio Chriſti, nam effectus quem paſſio fecit in toto mũdo, quò ad ſufficientiam, habet ſacramentum quò ad efficaciam in ſingulis ſumentibus. vt dicit Chriſoſt.in Ioã.19. Tertiò, idem effectus penſatur ex vſu, & modo huius ſacramenti, q.ſ.eſt cibus, & potus. Ioã.6. Vnde omnes effectus quos facit cibus corporalis in vita corporali.ſ.ſuſtentare, augere, reparare, delectari, hoc facit in vita ſpirituali. Vnde Amb.lib.5.c.3.de ſacr.dicit iſte eſt panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtãtiam fulcit. Quartò, ex ſpeciebus in quibꝰ traditur, panis enim ex multis granis, vinum ex multis acinis conficitur, vnde ab Aug.tr.26.in Io.dicitur ſacramentum pietatis, ſignum vnitatis, vinculum charitatis. Et quia Chriſtus, & eius paſſio eſt cauſa gratiæ, & ſpiritualis refectio, & charitas ſine gratia eſſe nõ poteſt; patet, q̃ hoc ſacramentum confert gratiam. D.Th.3.p.q.79.art.1.

Sed difficultas eſt quomodo ſacramentum hoc conferat gratiam, cum nemo poſſit hoc ſacramentum ſuſcipere, niſi ſit in gratia.1.Cor.11. Sic autẽ probet ſe homo &c. pro ſolutione; Notandum ex S. Cipr. de cœna Dñi, omnia ſacramenta conferre gratiã, & eam cauſare inſtrumẽtaliter, vt dictũ eſt ſupra de ſacramẽtis in genere, aliter tñ, & aliter quò ad effectuum varietatem, licet quò ad eſſentiã ſit eadẽ omniũ ꝓpria, ergo ſpecies gratiæ huius ſacramenti, eſt nutritio, & conſeruatio ſpiritualis vitæ, vt infra, eius generationem præſtat baptiſmus, cõſeruationem Euchariſtia, augmentũ confirmatio; & ſic in hoc ſacramento eſt ſpiritualis refectio per gratiã, vt colligitur ex 6.Io. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Et ex epiſt.Cirilli in Conc.Eph. & in Conc.Flor. vnde ſumentibus dignè, vt ibi dr̃, gratia augetur, & per illud homo Chriſto adunatur, & operatur effectum in anima quem operatur cibus in corpore, vt ſupra, ſ.nutrire, ſuſtentare, augere, reparare, & delectari, virtus enim ali-

menti est restaurare illud humidi, ꝙ calore naturali consumitur, ideo dr̃ reficere, & sustẽtare ne homo ruat in morbum, & mortem, sic gratia huius sacramẽti sustentat spiritualem vitã, à spiritualibus peccatorũ morbis, & sustentando in dies vires auget, iacturasq́; & languores venialium peccatorum reparat, & ruinas, quas peccata mortalia præcedentia, à quibus resipiscimus, fecerant, & sic per modum refectionis delectat, quia per hoc sacramentum anima spiritualiter delectať, & inebriatur quodammodo dulcedine bonitatis diuinæ, & per hoc sacramentum confertur gratia spiritualis cum virtute charitatis; vnde Dam.li. 4.ortod.fid.c.14. id comparat carboni ignito Esaiæ, quia non est simplex panis, sed vnitus diuinitati, sicut carbo est lignum vnitum igni; & per hoc sacramentum, quantum ex se est, nõ solum habitus virtutis, & gratiæ confertur, sed ẽt excitatur in actũ, secũdùm id Cor.5. Charitas Christi vrget nos. Vnde Vrbanus dicit per hoc sacramẽtum nos retrahi à malo, confortari in bono, & ad virtutum, & gratiarũ proficere augmentum. ita D.Th. d.art.ad secundum. & Sot.d.11.q.2.art.1.

Quò verò ad cõferendum gratiam iustificantem, dicit D.Tho. ibi ad primum, ꝙ hoc sacramentũ ex seipso habet virtutem gratiam conferendi, vnde & Aug.lib.11.ciuit.ca.12.dicit hoc sacramentum tollere peccata nedum leuiora, sed & grauiora, quæ ipse dicit conscientiam vastantia, nec aliquẽ habere gratiam ante susceptionẽ huius sacramenti, vel nisi aliquo voto ipsius, vel per seipsum, vt adulti, vel voto ecclesiæ, vt paruuli; vnde ex efficacia virtutis ipsius, est, ꝙ etiam ex voto ipsius aliquis gratiam cõsequatur per quã spiritualiter viuificeť. Vnde idem d.q.art.3. dicit, ꝙ hoc sacramentũ secundùm se habet virtutem ad remittendum peccata ex passione Christi, quæ est fons, & causa remissionis peccatorum; quo verò ad recipientem, si sit in mortali scienter, non est conueniens susceptor huius sacramẽti, tum quia non viuit spiritualiter, & ita nõ debet spirituale nutrimentum suscipere, ꝙ nõ est nisi viuentis, tum quia non potest vniri Christo, ꝙ fit in hoc sacramento, dũ est in affectu peccandi, & sic in eo qui actu est in conscientia peccati mortalis non operatur remissionem peccati, potest tñ operari remissionem peccati dupliciter. Vno modo, non perceptam actu, sed voto, sicut cũ quis prius iustificatur à peccato, alio modo etiã perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam, & affectum nõ habet, vt dicit Aug.de eccl.dogm.c.53.d. Vnde in eo, qui percipit in cõscientia peccati mortalis, non operatur peccati remissionem, verum in eo qui conscientiã, & affectum post diligentẽ peccati sui disquisitionem non habet, delet peccata etiã læthalia. Idem Cipr. loco cit. panis substantialis, & solemni benedictione sacratus, ad totius hominis vitam salutemq́; perficit. & Chris.hom. 21.ad pop. & hom.4.in Matth. Poculũ bibamus, ꝙ vermes, ac serpentes exitio tradere possit, quia forte prius nõ fuit sufficienter contritus, sed deuotè accedendo, per hoc sacramentũ consequetur gratiam charitatis, quæ contritionem perficit, & remissionẽ peccati. D.Th.d.art.3. Quòd si est in gratia, cum hoc sacramentum actu suscipitur, gratia augetur, & vita spiritualis perficitur, aliter tamen q̃ in sacramento confirmationis in quo augetur gratia, & perficitur ad resistendũ contra exteriores impugnationes inimicorum Christi, per hoc verò sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita, in hoc ꝙ homo in seipso perfectus existat per coniunctionem ad Deũ. D.Th.d.art.1.ad primum. Vbi notandum, ꝙ hoc sacramẽtum non confert gratiam, dum consecratur, vel dum offertur, vt sacrificiũ, sed vsu dum sumitur. Io.6. quod intelligit Sot. instans collationis gratiæ huius sacri, esse, cum verum est dicere, commestum est, i. dum gulam transiuit,

uit, quia eius applicatio eſt cõmeſtio, & ibi applicatio perficitur, vnde ſi illo momento nõ habet obicem culpæ, tunc ſuſcipit gratiam, ꝙ ſi tunc opponit obicem culpæ, & pœnitet poſtea habet gratiã virtute meriti, & operis operantis, non autem virtute operis ſacramẽti. Nec per hoc neceſſaria eſt actualis deuotio ad ſuſcipiendam gratiam ſacŕalem, imò qñ quis accedit attritus putans ſe contritum, licet dũ ſumit non habeat actualem deuotionem, fit virtute ſacramenti ex attrito contritus, ſi non opponit obicem; vnde valdè errant Parochi non communicantes infirmos, credentes ſolam fidem ſufficere, quia nunquam per ſolam adorationem fiet de attrito contritus, ſed bene per ſumptionẽ ſacramenti, ſi verò timetur vomitus, vel alia irreuerẽtia, tunc ſaluti infirmi eſt præferenda reuerẽtia ſacramenti, & ſic non eſt miniſtrandum. D.Th.d.art. & Sot.loco prælleg.

Euchariſt. eſt cã adeptiõis gratiæ, & gloriæ, & qũo

Secunda propoſitio. Cõuenit huic ſacramẽto eſſe cauſam adeptionis gloriæ, & vitæ æternæ. probatur. Ioã.6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, vita verò æterna eſt gloria. & habetur in Conc.Trid.ſeſſ.13.c.2. idem S.Ignat.ad Epheſ.d.cit: Frangite panem, qui eſt medicamentũ immortalitatis. & Aug.tr.26.in Euan.Io. Cibus iſte, & potus eos, à quibus ſumitur, immortales, & incorruptibiles facit in ſocietate ſanctorũ. Ciril.Alex. li.4.in Io.c.16. Sanctum verò Chriſti corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutriens cibus eſt. Chriſoſt. hom.24.in 1.ad Cor. propter hoc corpus, non amplius cinis, & terra ego ſum, propter hoc cœlum, & bona quæ in eo ſunt, me accepturum ſpero, immortalem vitam, angelorum ſedem. Ratione probatur; primò, ex eo ꝙ cõtinet, & repræſentat.ſ.Chriſtũ, & eius paſſionem, q̃ ex vſu ſacramẽti, & eius ſpeciebus; Chriſtus enim, qui hic continetur per ſuam paſſionem, quæ hic repræſentatur, aditum nobis aperit vitæ æternæ. Heb.9. noui teſtamẽti mediator eſt, vt morte intercedente, qui vocati ſunt, accipiãt repromiſſionem æternæ hæreditatis, ad ꝙ ſignificandũ dr̃ in forma cõſecrationis calicis: Hic calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti. Ex vſu, quia eſt refectio ſpiritualis, & vnitas, quę per ſpeciem panis, & vini, vt ſupra; ſignificatur, quæ refectio, & vnitas in hac vita imperfectè habetur, in futura perfectè. Vnde Aug.in Ioã.6.dicit: cum cibo, & potu homines appetãt, vt nõ eſuriant, nec ſitiant, hoc veraciter non præſtat niſi iſte cibus, & potus, qui eos, à quibus ſumitur, incorruptibiles, & immortales reddit in ſocietatem ſanctorũ, vbi pax erit, & vnitas plena, & perfecta. D.Th.d.q.ar.2. Vbi not.ex Sot.d.q.ar. 2. ꝙ non ideo pręſtat gloriam, quia pſtat & gratiam, ex eo quia alia ſacramenta ad hoc ordinãtur, vt ad finem; vnde & in baptiſmo includitur votum huius ſacramẽti, vt finis ſacramentorum, per quem modum cõfert primã gratiam, ſed quia ſuſtentat vitam ſpiritualẽ, nutrit, & auget, ideo eius virtute datur gloria in patria, ſicut & virtute baptiſmi, qui dat vitam ſpiritualem; alijs verò ſacramẽtis non eſt per ſe conferre gloriam, vt extremæ vnctioni, confirmationi, ordini, matrimonio, quia non dant vitam niſi per accidens, quãdo accedẽs eſt attritus; hic verò, quia ſuſtẽtatur vita ſpiritualis, datur gloria. Vnde in huius figurã. 3.Reg.19. Helias comedit, & bibit, & ambulauit ĩ fortitudine cibi illius, vſque ad montem Dei Oreb, vbi celſitudo gloriæ deſignatur. D.Th.ibi ad primũ. Quòd ſi qui ſumentes hoc ſacramentum nõ perueniunt ad gloriam, eſt ex eorum culpa, vnde Aug.tr.26. in Io.circa med.dicit: multi de altari accipiunt, & moriũtur. Innocentiã ad altare portate. D.Th.ibi ad ſecundũ.

Tertia propoſitio. Per hoc ſacſm remittunt peccata venialia; probatur in ca.iſte panis.de cõſ d.2. quod eſt de ſacr.li.5.c 4.& ãuth.Innoc.de miſſ.alt. c.44. vbi idẽ dicit: & Amb.li.5.de ſact. c.4. iſte, qui vulnus habet, medicinam requirit, — Euchariſt. remittit venialia, & qñ non.

requirit, vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est cœleste, & venerabile sacrm. Ratione primò, nam natura sacramenti est spiritualiter nutrire, natura verò alimenti corporis est restaurare quotidie, q̃ est deperditum per actionem caloris naturalis, cũ ergo similiter calore cócupiscẽtię, per peccata venialia aliquid feruoris charitatis amittitur, fit, vt ex natura huius sacramẽti, hmói peccata venialia remittãtur. Secundò, idẽ probatur ex parte rei huius sacramenti, quæ est charitas non solum in habitu, sed etiã in actu, nam per hoc sacrm excitatur feruor charitatis, vt supra, prima propositione, actus verò, & feruor charitatis, sicut per venialia tepesit, dũ cõmittuntur, sic cũ eorum complacẽtia non est, eadem venialia delet. D.Th. d.q.art.4. Quòd si venialia sunt actu exercita non ex toto impediunt effectum huius sacramenti, nam effectus huius sacramenti est non solum adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, sed etiam quædam refectio spiritualis dulcedinis, vt supra, prima ꝓpositione, q̃ dulcedo spũalis impeditur, si qs accedat ad hoc sacrm per peccata venialia mente distractus, q̃a cõtrariant feruori actus charitatis, licet nõ quò ad habitũ; non aũt tollitur, augmentũ habitualis grẽ, vel charitatis D.Tho. d.q.ar.8.& 4.in resp ad primũ. & Adr. 4.q.de Euch.art.1. licet Gaiet.4.dist. 11.ar.8.teneat eum, qui non habet actualem deuotionẽ non recipere effectum huius sacramenti, sed improbat ibi latè à Soto, tuendo opin. D.Th. q̃ nõ impediatur per distractionẽ mentis, & peccatum veniale augmentum gratiæ, sed solum spiritualis dulcedo, quæ est actus feruoris charitatis, habitus verò qui animæ infunditur nequaquam per id amittit suum gratiæ augmentum. Verum est tñ, q̃ si quis accedat ad hoc sacrm cum obice actuali peccati venialis, obex ille obstabit remissioni illius peccati venialis, nõ verò aliorũ, quia venialium peccatorũ possunt aliqua sine cæteris remitti, & licet aqua lustralis, & alia sacramenta remittant peccata venialia quorũ nõ est complacentia, si non adsunt mortalia, id verò habet baptismus ex sui natura, quia regenerat, hoc verò sacrm, quia sustentat, alit, auget, reparar, &c. venialia.n. non remittũtur ex habitu charitatis, sed actu, vt vult D. Tho. Mortalia verò per hoc sacrm per se nõ remittũtur, quia non habet conferre primam gratiã, nisi ex sui voto, vt in baptismo, vel si illorũ non fit cõscientia, vt supra. Sot.d.q.art.4. Tunc enim illa delet ad quæ quis nõ habet affectum. vt dicit D.Th.3.p.q.79.ar.3.

Quarta propositio. Hoc sacrm directè nullam habet remittere pœnã, sed solum ex cõcomitantia; probatur, nã sacrm illud habet effectum directum ad q̃ est institutum, hoc verò institutum est solum ad hominem nutriendum, & incorporandũ Christo vt mẽbrum capiti, & eum vniẽdum cũ alijs fidelibus, quæ ratio nullã includit pœnarum remissionẽ, sed quia hæc vnio fit per actum, & feruorem charitatis, & hmói feruor nõ solum veniales culpas remittit, sed & pœnas, quatenus est actus amicitiæ Dei, hoc modo sacrm aliquid pœnæ remittit. Vnde secunda subijcitur concl q̃ non semper remittitur omnis pœna, sed secũdùm modũ cuiusq; feruoris, & charitatis, nã cum non remittatur per habitum, sed per actum, quantus fuerit actus, tanta erit & remissio. tertia hinc subijcitur conclusio, hoc sacrm, vt sacrificium de se habet, vt sit satisfactoriũ pro offerente, & pro his ꝓ quibus offertur. quarta, licet oblatio ex sui quantitate sufficiat pro satisfactione totius pœnæ, tñ in re non habet efficaciam nisi pro ratione, & quantitate deuotionis, & feruoris tam offerentis, q̃ illorũ pro quibus offertur; vnde non semper satisfacit pro tota pœna, quia satisfactio magis attenditur penes deuotionem offerentis, q̃ penes quantitatem rei oblatæ, vt patet Luc.21. de vidua, cuius minima oblatio pluris à Christo in ratione fuit æstimata, q̃ dona aliorum pretiosa.

Eucharist. an remittat pœnã, & quõ.

tioſa. D.Th.d.q.art.5. Vbi notandum, ꝙ ſi ſacramentum conſideratur, vt eſt ſacrificium, ſi conſideratur id ꝙ in eo offertur eſt infiniti valoris, quia ſunt corpus, & ſanguis, quæ cum ſint diuinitati coniuncta ſunt ſuppoſiti infinitè grati, & ideo quò ad ſe ad effectum infinitum ſufficeret, ſed quia ſacrificium dicit non ſolum rem oblatā, ſed oblationem.ſ.actum offerētis, fit quò ad efficaciam, vt dū ab hominibus offertur habeat taxatum effectum, ſacrificium verò Chriſti in cruce oblatū, nō ſolum quia id ꝙ offerebat erat infinitum, ſed quia ſuppoſitum offerēs erat infinitè Deo gratum, fuit ſimpliciter infiniti valoris; non aūt ſic dum à puro homine offertur, licet per noſtram oblationem illa Chriſti, quò ad efficaciā applicetur, ſed creſcit valor ſecundùm deuotionem offerentis; vt patet de viduæ minutis oblatis, quia maiori feruore oblata, ſic quo ſāctiori animo fit oblatio, erit magis ſatisfactoria, licet res oblata ſit eadem, vnde qui habet maiorem deuotionem plus participat ſatisfactionis ratione eiuſdem hoſtiæ, non tñ dicendum eſt duplari eam ſi in duobus dupletur deuotio, quia ſatisfactio huius ſacrificij attenditur non ſolum ex opere operantis.i.ratione meriti, ſed ex opere operato, ſ. virtute hoſtiæ oblatæ. Differentia verò eſt inter ſacrificiū, & ſacrm, nā gratia ſacramentalis confertur virtute ſacri, vt operis, & inſtrumenti Dei, homine ſolum cōcurrente, vt dignè ſuſcipiat, ideo creſcit ſecūdùm diſpoſitionem ſubiecti.ſ.ſuſcipiētis, ſed ſatisfactio in ſacrificio non datur tanquam per ſolum inſtrm Dei, vt homo nō faciat niſi dignè recipere, imò eſt opus ipſius offerentis, & ideo creſcit per eius deuotionē, vt per cauſam agentem. Vnde tanta poteſt eſſe deuotio offerentis, vt pro vniuerſis pœnis venialium, & mortalium, quò ad culpam remiſſorum, quātumuis magna fuerint, virtute huius ſacrificij pleniſſima fiat ſatisfactio, nō tñ ſemper remittitur tota pœna, vt in baptiſmo, qa is eſt regeneratio, ideo tollit omnem culpam, & pœnam, at hoc ſacrm eſt ſolum nutrimentum, ideo nō habet efficaciam remittendi pœnas, niſi ſecundùm quātitatem deuotionis per quā fit ſpiritualis nutritio. Sot.d.12.q.2. art.5. & D.Tho.d.art.5. ad primum. de hoc ēt tractat S. Chriſ.hom.82.ī Mat.

Quinta propoſitio. Per hoc ſacrm homo præſeruatur à peccatis futuris; probatur. Io.6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū, ꝙ intelligitur nō de morte corporali, vt patet, ſed ſpirituali, quæ fit per peccatum à qua præſeruatur, vt ex Ignat. in ep. ad Epheſ. Frangite panem, qui eſt medicamētum immortalitatis, antidotum non moriendi, ſed viuendi per Ieſum Chriſtum. S.Cipr. de cœna Dñi, hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum, in hoc vino nō eſt luxuria, nec mouetur ad ludū; & Chriſo.hom. 45. in Io. vt Leones flammā ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles facti diabolo. Ratione, nam cum peccatum ſit quædā mors ſpiritualis, fit vt ſicut corpus à morte, ſic anima præſeruatur à peccato; corpus verò dupliciter conſeruatur, primò interius cōtra illa q̄ ſunt intrinſecus cauſa mortis, & ſic præſeruatur per corroborationem cibi, & potus, quibus reficiuntur humidi ruinæ, quæ fiunt per actionem caloris naturalis, & per medicinas quæ morbis obſiſtūt. Exterius homo munitur per arma, & munimenta exteriora aduerſus hoſtes, qui cauſa eſſe poſſunt mortis violētæ. Vtroq; ergo modo ſacrm nos à peccato tuetur, primò, ex eo, ꝙ nos cum Chriſto per gratiam conglutinat, & ſic ſpiritualem noſtram vitam corroborat, vt cibus, & pot⁹, & ſpiritualis medicina. Vnde Aug.tr.26. in Ioan. dicit: ſecurus accede, panis eſt nō venenum. Secundo modo, vt ſignum paſſionis Chriſti, per quam dæmones victi ſunt, contra eos nos munit eorum inſidias propulſando, non per hoc tñ tollit hōmini poſſibilitatē peccandi. D.Th.d.q.ar.6. probatur hæc eadem concl. Io.6. Non

Per Euchariſtiam homo pſeruatur à peccatis futuris, & quō.

ſicut

sicut mãducauerunt patres vestri mãna &c. nam hic panis est præsidium vitæ spiritualis, quæ est perpetua, & habet virtutem eam cibandi, & à morte peccati tuendi; præterea, cum eisdem nutriamur, & simus, vt d. Philos. cum Christi corpore, & sanguine nutriamur, deberent omnes, & maximè sacerdotes, nisi nequitia nos cõprimeret, in Christum adeo esse conuersi, vt nihil in nobis, nisi ipse viueret, & subinde eius spiritus, cui nullus carnalis insultus præualere posset, idẽ probat Chrys. hom. 61. ad pop. d. hunc sanguinem dæmones expellere, & hom. 1. & 12. ad pop. d. custodire ab auaritia, rapina, contumelijs, blasphemia, turpibus verbis, & hmõi idem Cir. li. 4. in Ioã. c. 17. Bern. de cœna Dñi. Ign. ep. ad Ephes. Amb. ser. 8. in Ps. 118. Sot. d. q. art. 6. Nec ob. ꝙ multi in dies hoc sacrm̃ sumant, & in dies in crimina labantur. Respõ. ꝙ effectus huius sacramenti recipitur in homine ad modũ suscipientis; vnde quia homo liber est, licet sacrm̃ in se habeat virtutem à peccato seruãdi, non tñ potestatem tollit, qñ in malũ possit flecti homo.

Eucharist. prodest sumentibus ẽt per modum sacrificij, & quomodo

Sexta propositio. Hoc sacrm̃ sumentibus prodest non solum per modum sacri, quia confert gratiam, sed ẽt per modum sacrificij, quatenus in eo repræsentatur Christi passio, eo quia ꝓ oĩbus sumentibus offertur, vt dr̃ in canone, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctũ filij tui corpus, & sanguinẽ sumpsimus oĩ benedictione cœlesti, & gratia repleamur. secunda subijcit concl. ꝙ alijs qui nõ sumunt, prodest per modũ sacrificij quatenus pro eorum salute offertur, vt dr̃ in canone; Memento dñe famulorũ, famularumq; tuarũ, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque oĩbus, pro redemptione aĩarum suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ, quod & Matt. 26. & Luc. 22. significatur dũ dr̃, qui pro vobis .s. sumẽtibus, & pro multis .s. alijs pro quib⁹ offertur effundet in remissionem peccatorum .s. quò ad efficaciam. D. Th. d. q. ar. 7. Notandum verò, vt sacrificiũ magis ꝓdesse illis pro quibus singulariter offertur etiã si oẽs habeãt æqualem deuotionem; vnde satis nõ est in genere offerre pro illis quibus sacerdotes magis tenẽtur vel eleemosynã dederũt, vt inf. latius. Notandũ ẽt vt sacrificiũ prodesse non solum per viã satisfactionis, sed ẽt per modũ meriti de condigno, si ij pro quibus offertur sint in gratia, vt infra. Ijs verò pro quibus offertur possunt ijdẽ offerẽtes mereri de congruo melius, q̃ per alia opera per hoc sacrificiũ, bonum motum in Deum, resipiscẽtiam à peccatis, & eorum veniã, & ẽt tẽporales commoditates, q̃ cadũt sub merito de congruo, cũ inter oẽs orationes, & sacrificia hoc sit excellẽtissimũ efficacissimũ, & Deo acceptissimũ; vnde oratur pro pace, &c. Sot. d. q art. 7. Nec ob. ꝙ alia sacrã profint tñ sumentibus. Resp. ꝙ vt passio ad sufficientiã prodest oĩbus, tñ quò ad efficaciã non prodest nisi quibus applicatur per fidem & charitatẽ; ita & hoc sacrm̃, ꝙ passionis est memoriale nõ habet effectum nisi in ijs qui per eosdẽ actus, vel habitus eidẽ sacro cõiunguntur, nec in oĩbus habet æqualẽ effectũ, sed secundũ quantitatẽ deuotionis. D. Tho. ibi ad secundũ. Nõ verò põt offerri sacrificium pro infidelib. quia eius fructus sunt incapaces, nec ꝓ hæreticis, qa fide carent, nec pro excõicatis, nisi in die Parasceue, qñ ecclesia speciali gratia illos ad horam absoluit, vt possit pro oĩbus orari, orationibus tamẽ priuatis licet pro infidelib⁹ orare. Nõ tñ magis ꝓdest hoc sacrm̃ si quis plures hostias sumat, magis tñ prodest sacrificium si plures adstãtes pro aliqua necessitate offerant sacrificium, q̃ si vnus, & sic quo offerentes maiori charitate feruent, vel maiorem eleemosinam dant, magis prosunt. Sot. ibi in fi. ob maiorem charitatem.

Eucharist. virtutes, & fructus.

Et generaliter sãctissimũ hoc sacrm̃ confert gr̃am, eã auget & excitat ad virtutes, & ècontra minuit fomitem ratione feruoris charitatis. vt d. D. Th.

3.p.q.79.art.6.ad tertium.præterea sustentat, dat vitam, auget, delectat, vt cibus.vt dicit ibi art.2. & confortat in pugna, dans prægustationem gloriæ. Is.4. & dat viatoribus adeptioné gloriæ.s.virtutem adipiscendi. vt d.ibi D. Th.art.2.ac beatis auget gloriam accidentalem, vt inquit 4.d.12.q.1.art.1. quæstiunc.2.præseruat à peccato, interius per gratiam roborando, & exterius dæmonum tentationem repellendo per Christi passioné, cuius est signum, qui fugit ab homine videns locum Christo munitum, vt d.Ambr. serm.8.in Ps.118. subdens virtute huius sacramenti multos energumenos à dæmone esse liberatos, delet venialia, mortalia, & pœnam, modo quo supra, & liberat à purgatorio, vt est sacrificiũ satisfactorium pro peccato, vt dicetur infra de Missa, & tradit D. Th.d.q.art.3.& Canis.de Doctr.Chr. de Euch.§.9. ita vt merito de illo canipossit illud epitalamiũ. Ps.22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. cũ seq.de quibus ẽt fructibus, & alijs cõplurib. huius diuinissimi sacramenti, latè disserit.D.Th.opusc.58. de venerabili altaris sacramento.c.21.vsque ad 27.

De vsu, vel sumptione, aut dispositione ad id sumendum.
Cap. IX.

Eucharist. quis possit sumere, & quis nõ, & quot modis sumat. NOtandum primò, quòd in sumptione huius sacramenti duo sunt consideranda.s.ipsum sacramentum, & eius effectus; perfectus ergo modus ipsum sumẽdi est cum quis ita hoc sacramentum suscipit, ꝙ percipit eius effectum, cõtingit verò qñque aliquem impediri à sumptione huius sacramenti, vt supra, & talis sumptio huius sacramenti est imperfecta. Vt ergo perfectũ diuiditur contra imperfectum, sic sacramẽtalis manducatio per quam sumitur sacramentũ sine effectu eius diuiditur contra spiritualem manducationem per quam quis percipit effectum huius sacramenti, quo spiritualiter homo coniungitur Christo per fidem, & charitatem, & sic aliqui accipiunt sacrm, sed non rem .i. effectum sacramenti, aliqui & rem & effectum, hanc distinctionem facit gl.1.Cor.11. & c.qui discordat.de cons.d.2.& c.sancta. q̃ sunt Aug.tr.26.in Io.exemplo Iudæ, qui sacramentaliter mãducauit, sed non ré eius, alij verò Apostoli & sacramentaliter & spiritualiter. Scot.d.8.q.3.ponit alios modos sumẽdi.s.realiter tm̃, vt mãducat mus, sed id est ꝑ accidẽs, quia eius intentio nõ est sumẽdi hoc sacrm, sed species. D.Bon.d.9.art.1.q.1.2.3. ponit quatuor modos sumẽdi, primò, qñ quis recipit sacramẽtũ, sed non sacramẽtaliter, vt cum quis recipit hostiam consecratam, sed non vt consecratam, sed vt alium panem, qui non dr̃ ideo diiudicare corpus Dñi. 1.Cor.11. vel ex defectu fidei, vel ex ignorantia, non putans esse consecratum. Secundò, quis recipit sacrm, & sacramentaliter, quia intendit id recipere, & sumit vt in ecclesia solet dispensare. Tertiò, spiritualiter, & sacramentaliter, vt fidelis, & bonus, qui re suscipit hoc sacrm, & eius effectum. Quartò, quis recipit sacrm spiritualiter, & non sacramentaliter, idq; quatuor modis; primò, qñ quis deuotè afficitur in Missa, vel alias ad hoc sacrm, sed ob reuerentiam, vel infirmitatem abstinet, vel quia non habet ministrũ qui illi porrigat, vel qa est in carcere detentus, vel vomitu pręuentus, & tñ est in gratia, & cupit illud sumere, vt dr̃ cõtigisse venerabili Vgoni de S.V. qui ob vomitum non potuit sumere, & cum ei esset allata hostia non consecrata, cognouit diuinitus errorem, & allata ei hostia consecrata, nec posset sumere, eam adorauit, & sacrm dispa ruit, & venerabilis Vgo requieuit in dño. Secunda sumptio spiritualis est per fidem, quæ non est sumptio sacri, sed fides in Christũ. Tertia, in figura, & sic antiqui patres in figura manducauere

cauere hoc sacramẽtum, & in Moyse baptizati sunt.1.Cor.10.vt per D.Th. ibi ad tertium. & Sot.d.12.q.1.art.1.

Vnde colligitur sacramentaliter nõ posse manducari ab Angelis, quia nõ habent corpora, nec quæ assumunt corpora pñt propriè illud sumere, quia non vniuntur illis corporibus ea informando; Quòd si Xps cõsideratur, vt est in cœlo visibilis, sic Angeli manducant spiritualiter, quatenus ei vniuntur fruitione charitatis perfectę, & non per fidem, vt in hoc mundo, dicitur.n.illa spiritualis manducatio per metaphoram.Luc.22.Ego dispono vobis regnũ, vt edatis, & bibatis super mensam meam, quia ibi est spiritualis refectio, & satietas omnium, vt d.Ps.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Secundò, hinc colligitur licere hominibus tm̃ manducare hoc sacrm̃ tã in re, q̃ in voto, i.in speciebus, quatenus.s.quis credit in Christum cũ desiderio sumendi hoc sacrm̃, & hoc est non solum manducare spiritualiter Christum, sed ẽt spiritualiter manducare hoc sacrm̃, q; non competit Angelis, & ideo licet Angeli spiritualiter manducent Christum, non tñ conuenit eis spiritualiter manducare hoc sacramentum, quia id nõ est solum vniri Christo per cognitionem, sed credere in ipsum per fidem cum effectu, vel affectu sumendi ipsum sub speciebus sacramentalibus, q; Angelis cõuenire non potest; dr verò homo manducare panem Angelorum, quia sum ptio huius sacramẽti ordinatur, vt ad finem, ad fruitionẽ patriæ, in qua Angeli Deo fruũtur, & quia quæ sunt ad finem, deriuantur à fine, ideo manducatio Christi in sacramẽto, deriuatur quodãmodo ab ea fruitione, qua Angeli fruuntur Christo in patria, ideo dr homo manducare panem Angelorum, quia primò, & principaliter est Angelorum, qui eo fruuntur in specie propria. secundò, hominum, qui Christum sub sacramento accipiunt. D.Th.ibi art.2.in corp. & ad primum. & Sot.d.q.art.2.

Tertiò, notandum nõ solum hominem iustum, sed etiam peccatorem sacramentaliter manducare hoc sacrm̃. Vnde euacuatur error dicentium corpus Christi non sumi sacramentaliter à peccatoribus, sed vt labijs peccatoris contingitur corpus Christi desinere esse sub speciebus; quia id derogat veritati huius sacramẽti, ad quã pertinet, q; manentibus speciebus, corpus Christi sub eis esse nõ desinat, donec per calorem naturalem digeratur, vt hr in c.si quis per ebrietatem.de consec.d.2. Vnde, & gl.super c.trib.d.dist. dicens species non descendere in stomachũ, reprobatur, nam sacrm̃ est in stomacho, & vbicunque sunt species, quandiu species durant; vnde & euomitur. d.c.sed quia digestio fit in stomacho, dũ species digeruntur, ibi desinit esse desinentibus speciebus, q; si ex infirmitate descendit in ventrem, & secessum, ibi esset sacrm̃, & emitteretur, nec pudor esse debet dicere veritatem, qua ratione, ẽt si mus, vel canis hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non desinit esse sub speciebus, dum species illæ manent.i. dum substãtia panis aliàs maneret, ẽt si proijceretur in lutum, nec id vergit in detrimẽtum dignitatis corporis Christi, qui voluit à peccatoribus crucifigi, absq; diminutione suæ dignitatis, maximè cum mus non tangat corpus Christi secundùm propriam speciem, sed solum secundùm species sacramentales, non tamẽ brutũ sacramentaliter manducat corpus Christi, quia nõ est natum vti eo, vt sacramento; vnde nõ sacramentaliter, sed per accidens manducat corpus Christi, sicut manducaret hostiã consecratam nesciens eam esse consecratam, id enim est per accidens.i.per intentionem, ideo non cadit in diuisionem alicuius generis; si verò infidelis ante baptismũ sumat sacramentũ, vel catechumenus existens in gratia, non recipit gratiam sacramentalem, non solùm quia peccat sumendo ante baptismum, sed etiam si ignorãtia in-

uincibili id ignoraret.ita D.Tho.d.q. art.3.in corp.& ad primũ.& 3. & explicat Sor.d.q.1.art.3. His ita ſuppoſitis.

Euchariſt. ſumens in mortali,ſacrilegium cõmittit. Prima ſit propoſitio.Quicunque in peccato ſumit hoc ſacramentum, ſacrilegium committit,tanquam ſacraměti violator, & ideo mortaliter peccat. probatur concluſio, primò ex 1. Cor.11.dum dicit: Qui manducat, & bibit indignè,indicium ſibi mãducat, & bibit. vbi glo.Aug.dicit: Eum indignè manducare,& bibere, qui in peccato,vel irreuerenter ſumit.Secundò Ioã.6.Caro mea verè eſt cibus,& ſanguis meus verè eſt potus,ſed cibus,& potus non poteſt dari mortuis,ergo. Tertiò, probatur ex figuris, nã agnus Paſchalis erat figura huius ſacramenti,ſed non poterat edi niſi ab hominibus purificatis, & mundis. Num.9.& 2.Paral.30. Panes etiã propoſitionis, qui erant figura huius ſacramenti nõ niſi à mundis edi poterant. 1.Reg.21. Et quacunq; immũditia pollutus edebat de carne ſacrificiũ, peribat anima eius de populo ſuo.Leuit.2.Dominus item lauit pedes diſcipulorũ antequã eis ſacrm porrigeret Io.13.per pedes verò ſignificantur humani affectus, vt d.Aug.tr.56.in Euang.Io.c.13.& ſeueriſſimè puniuntur qui ad regiũ conuiuium ſine veſte nuptiali ingrediũtur. Matth.22. Et in græcis Liturgijs cantat Diaconus, ſancta ſanctis.

Ex patribus hoc tenet Leo ſerm.2. de Reſur.Ciril.lib.4.in Io.c.17. Bern. in ſerm.de cœna Domini. Greg.lib.2. cap.1.in 1.Reg. Hier.in c.1.ad Titum. Chriſoſt.hom.30. in Gen. hom.83.in Matth.hom.45.in Ioan.& homil.3.in ep.ad Epheſ.Aug.tr.26.in Ioan.Innocentiam dicit ad altare portate. Baſil. lib.2. de bapt.cap.3.Cipr.ep.15. & 16. Ambr.6.lib.in Luc.c.37. Idem Chriſ. homil.de non contemnenda eccleſia. dicit eandem pœnam dabit, quam hi qui cruci Chriſtum affixere, quemad modum.n.illi iugulatores rei ſunt ſanguinis, ita & hi qui indignè miſterijs participãt,& hom.46.in Ioan.illi ſanctiſſimum corpus iugularunt,tu verò polluta ſuſcipis anima poſt tot beneficia.Niſſ.de perfecti Chriſtiani forma, quamobrem & Apoſtoli præcepto, & Euangeliſtæ obſeruatione commonemur, vt ſanctum Dñi corpus pura cõſcientia ſuſcipiamus,ꝙ ſi aliqua peccati macula infecta ſit, eam aqua lachrymarum abluamus,& expurgem⁹.Cip. ſerm. de lapſis, d. Plus offendere Deũ impura conſcientia accedentes ante expiata delicta, ante exomologeſim factam criminis, quàm qui cruci eum affixere. Idem de cœna Domini. Aug. de eccl.dogm. cap.53. & de ſalut.doc. cap.33. & lib.50. Leo. hom.50. cap.9. Hier.lib.18.comm.in c.66.Iſaiæ. & in c.1.Malach. Hoc idẽ determinatur in Conc.Tr.ſeſſ.13. ca.7. vbi decernitur nullum ſibi conſcium peccati mortalis poſſe ſumere hoc ſacramentum ẽt ſi ſit ſacerdos abſq; præuia ſacramentali confeſſione, modo eis non deſit copia confeſſoris, ꝙ ſi neceſſitate vrgente ſacerdos abſq; præuia cõfeſſione celebrauerit,quãprimũ cõfiteatur. Ratione probatur per D.Th.d.q.ar.4. nã in hoc ſacramento, vt in alijs,id ꝙ eſt ſacramẽtum eſt ſignum eius,quod eſt res ſacramenti,duplex verò eſt res ſacramenti,vna ſignificata, & contenta .ſ. ipſe Chriſtus, alia ſignificata, & non cõtenta.ſ.ſocietas ſanctorum;qui ergo hoc ſacrm ſumit, ex hoc ipſo ſignificat ſe eſſe Chriſto vnitũ, & eius mẽbris incorporatũ,ꝙ quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cũ peccato mortali, ideo patet, ꝙ qui hoc ſacrm cum peccato mortali ſumit, falſitatem in hoc ſacramento cõmittit,ideo incurrit ſacrilegium,vt ſacramenti violator, & ideo mortaliter peccat.Secundò,nam ſolet dari Neophitis immediatè poſt baptiſmum, vt d.Ambr.lib.de ijs qui miſt.init. ſed ibi non inuenit peccata quæ tollat, ergo. Tertiò,nam à cõione arcentur cathecumeni,energumeni, & pœnitẽtes ex eccleſiæ vſu,i.qui nondũ abſoluti sũt, ſed pœnitentiam agunt. vt d. Chriſo. hom.60. & 61.ad pop.& Conc.Ancir. can.4.5.6.7. Nic.1.can.11.12.ergo.

Præparatio

Præparatio verò necessaria non est conscientia peccati venialis, cum nõ sit obex gratiæ, sed solum iudiciũ, vel assensus, ꝙ quis sit in mortali, etiã si sit opinio, nam cum in dubio est animus, vt homo nec assentiat, nec dissentiat, non dr̃ consciẽtia, sed scrupulus, qui tñ est dimittendus, vel rectificandus, aliàs agens contra conscientiã ẽt erratẽ peccat. D.Th.1 2.d.39.q.3.ar.3. nec communicare in veniali est venia le.vt dicit Maior. d.9.q.1.si verò complaceat in veniali impediretur gustus spiritualis. Sot.d.12.q.2.ar.4. non impeditur tamẽ augmentũ gratiæ. Viat. nu.76. Non ẽt est necessaria vera contritio, sed sufficit existimata cõtritio, qñ quis putat se dolere propter Deũ, & nõ dolet propter Deum, hæc enim sufficit, vt de attrito fiat contritus, qñ verò cognouit homo se nõ dolere ꝓpter Deum, dr̃ nota attritio, & non facit de attrito cõtritum, vt dicit Sot.d. q.art.4. Hoc tñ hodie non sufficit per Conc.Trid. supra alleg. quod verò dictum est conscientiã peccati non habentẽ nõ repelli, intelligitur qñ ignorantia nõ sit culpabilis, vel quia sit iuris quæ nullum excusat, vt ꝙ fornicatio sit peccatũ mortale, vel quia fuit negligẽs in examine propriæ consciẽtiæ, ij enim licet non sint conscij sui delicti, nõ excusantur à noua culpa sumendo hoc sacr̃m, quia cum ignorantia sit peccatum nõ excusat quin sumptio sit peccatum; si verò ignorãtia sit inculpata, vt quia putet se contritum, quia dolet de præteritis, & cauet de futuris, excusat, accedente tñ confessione, vt supra, ex Conc.Trid. si verò ignorantia sit facti, vt quia accedat ad non suam putans suam, vel si sine culpa peccatorum est oblitus, excusatur Ales.4.p.q.46.membr.3.ar.2.Bon.4.d. 9.ar.2.q.3.Ric.ibi.art.2.q.1. Vnde indignè quis dupliciter accedit primò cõtrarie indignè, vt manducãdo peccet. secundò, contradictoriè. s. non dignè, non tñ contrariè, quia est in peccato, tñ non actu peccat. Sot.d.ar.4.& præsertim cõmunicaturus odia deponere debet, cum hoc sacr̃m sit sacr̃m pietatis, signum vnitatis, & vinculũ charitatis; vt d. Aug.tr.26.in Ioã.& Dam. lib.1.paralell.c.11. equidem Christus ne mortem quidẽ pro te oppetere recusauit, at tu, ne tuo quidem irã conseruo remittere sustines, & Hier.to.2. ep.62.ad Teoph.c.1.absque charitate pacem sine pace cõmunionem. Idem Chris.hom.30.in Gen. Quòd verò cõfessio sit præmittenda ante sumptionem Eucharistiæ præter Conc.Tr. id tenet S.Th. 4.d.16.in expos. t. & d.17. q.3.art.1.quæstiunc.4.Scot.Dur.Palu. dist.9.& 17.& omnes ibi. Et hic mos à Christo per apostolos deriuatus creditur, vt d. Aug.lib.4.c.24.con.Donat. & de salut. doc. c.33. qñ illud accipere debemus, antea ad cõfessionem, & pœnitentiã recurrere debemus. & de eccl.dog.c.53.Chris.hom.10.in Matt. Cipr.serm.de lapsis. Idem ẽt Cip.lib. 3.ep.ep.14. reprehendit morẽ, ꝙ ante exomologesim.i.confessionem Eucharistia aliquibus tradatur. & ep.15. d.id esse contra Euangelij legẽ. & ep. 18. d.hunc ordinem esse de iure diuino, ꝙ confessio præcedat Eucharistiã. Ric. lib. de potestate absoluendi.c.21. Euseb.de hist.eccl.lib.6.c.24.

Excipitur casus articuli mortis, vt si sacerdos solus esset surdus, qui non posset confessionem audire, vel esset surdus, aut mutus, qui non possit confessionem audire, vel absolutionẽ impendere, posset periclitãti infirmo Eucharistiam præbere, & ipse si non haberet copiam confessoris in eadẽ necessitate posset cõficere, & sumere si sit contritus, & idem si ex officio habet, in festo maximè celebrare, nec habet copiam confessoris, nisi distantis, potest cum contritione celebrare, sed abstinendum est à consuetudine, ideo vna vice potest excusari nõ pluribus, qa debet abstinere à peccato. Item si sacerdos inuenitur die festo, vbi non sit copia Missam audiendi, nec confessoris, potest contritus sacramẽtum facere. Idem d.Sot.d.art.si quis tẽpore Paschatis non habeat copiam proprij con-

Eucharist. an qñque sumi possit non ꝓuia confessione.

confessoris, vel superioris, qui eũ absoluat à reseruatis poterit contritus Eucharistiam sumere, sed hęc opinio mihi non placet, quia primo casu potest alium adire de superioris saltem licentia. Secundo modo potest ex causa proprius sacerdos ei prorogare terminum ad cõionem sumẽdam donec expectetur superioris absolutio. c. omnis vtr. sexus. de pœn. & remis. cum ibi not. & idẽ d. Sot. de religioso, qui non habeat copiã superioris cui peccatũ reseruatum confiteatur, ꝙ possit contritus sumere eo die solemni quo oĩs conuentus sumit ad scandalum vitandum; hoc tñ casu ego consulerem, vt sine mendacio diceret se indispositũ, potest. n. id intelligi, vel in anima, vel in corpore, & domi manere; Missa tñ secrete audita ob scandalum tñ vitandum si religiosus habet casum reseruatum, & omnis cõuentus cõicat, nec habet copiam prælati qui eum absoluat, pôt contritus cõicare, vt d. Cand. num. 124. ꝙ intelligi potest quando nõ potest aliqua tergiuersione se excusare, vt supra, q̃ si potest id debet.

His tñ casibus, primo excepto. s. articuli mortis d. Sot. & bene, vt opinor, non posse quem excõicatum sumere, nisi prius absoluatur, quia excõicato, nec pp officium, scandalum, vel generale præceptum ecclesiæ de cõione, licet ad sacr̃m accedere, & idem ego sentirẽ in articulo mortis, tunc. n. sufficit, ꝙ mente & voto sumat, quia nõ video quõ possit excusari si sumat in excõicatione constitutus; si. n. sit talis articulus pôt à quolibet ab excõicatione absolui, ex Conc. Tr. sess. 14. c. 7. nisi datis prius signis cõtritionis amiserit loquelam, quia tunc sentirẽ posse cõicare, vt vi sacri ex attrito fiat cõtritus, cum agatur de tanto periculo, nec sit verisimile ecclesiam excõicare sub illo periculo. Nec excusat verecũdia adeundi prælatũ, vel alium sacerdotem ignotũ, cui quis verecundetur suas turpitudines detegere, quia verecundia est pars pœnitentiæ, vt infra dicet, vt d. Nau. c. 7. num. 8. si tñ is esset reuelator confessionis aliud esset sentiendum, vt infra loco suo, tunc. n. idẽ esset, ac si nõ haberetur copia confessoris. Sot. ibid. in fi. aspiciens tñ Eucharistiam in mortali existens si cũ timore, & reuerenter id faciat nõ peccat, vt d. Silu. Euch. 3. q. 14.

Hinc colligitur accedere ad hoc sacr̃m cum conscientia peccati mortalis esse grauissimum peccatum, nõ tñ simpliciter oĩbus alijs grauius. Nã peccata in summo grauitatis gradu collocantur, q̃ committũtur contra diuinitatem, vel in se, vel in Christo. Secũdò ea, q̃ committũtur contra eius humanitatem. Tertiò sacrilegia, q̃ fiunt contra eius sacra. Quartò, q̃ committũtur aduersus reliquas creaturas, per se. n. peccatum est grauius, quo obiectum eius est excellentius, inter obiecta verò supernaturale est naturali excellẽtius, & inter supernaturalia primũ est diuinitas, mox Christus secundũ humanitatẽ, tertiò eius sacra. Circa tertium, secunda statuitur concl. peccatũ indignè sumentiũ sacr̃m per accidens recipit magis, & minus; grauius. n. est peccatum ex parte peccantis, eius qui peccat ex malitia, q̃ si ex passione, & hoc facto per ignorãtiam, ergo si peccator ex contemptu accedit ad sacr̃m grauius peccat, q̃ qui ex timore facit ne I crimine deprehẽdit; tertia statuitur concl. peccatum sumendi indignè Eucharistiã est alijs pluribus grauius secundùm suã speciem, non tñ oĩnm grauissimũ. D. Th. d. q. ar. 5. Vbi notandum ex Sot. d. q. ar. 5. in 4. d. 12. omnia peccata commissa cõtra tres virtutes Theologicas esse grauissima, vt est infidelitas, desperatio, & odium Dei, & vltimum oĩum grauissimũ, quia charitas Dei oĩbus est præponenda. Infidelitas tñ dr̃ oĩum grauissimũ, vt radix oĩum peccatorum, q̃ fiunt cõtra Deũ, & peccatum est grauius in Christũ in propria specie, q̃ latentem in specieb. sacralibus, & est grauius homicidio, quia ob indignã sumptionẽ multi puniuntur ẽt morte. 1. Cor. 11. & probat id Cipr. in ep. ad Martyres, accedere

verò

verò ad sacrm indignè ne quis suum peccatum prodat,d. non esse dicendũ simpliciter esse maius homicidio.Et li cet videatur proditor Christi,qui indignè sumit.vt d.Chriso.hom.de non cõtemnenda ecclesia. Resp.id esse per quãdam similitudinẽ, sed simpliciter magis peccauit Iudas,& ẽt proijciens hoc sacrm in lutũ, q̃ indignè sumẽs, ob maiorem cõtemptum.D.Th.d.art. ad primũ,secundũ,& tertium.Et oportet,ꝙ cõicans moraliter credat se esse in gratia, aliter contrariã admittens conscientiã, & cum illa cõicans,mortaliter peccat. vt hr in Cõc.Tr.sess.13. & tenet Sot.4.d.12.q.2.ar.4.Nau.c.21. nu.46. Vnde & triplex modus est sumendi Eucharistiã, vt hr in Conc.Tr. sess.13.cap.8.& Cath.fol.271.& tradit Ang.Euch.3.nu. 1.2.3.4.Silue. eodem q.2.Sot.4.d.12.q.1.ar.1. primus sacra liter tm̃ eorum.s.qui sunt in mortali, qui licet recipiant Christum dñm in sacro existentem,tñ ad eorũ condem nationem recipiũt.c.quid est.de cons. d.2. secundus spiritualiter tm̃,cũ quis deuotione accensus cupit vniri Christo,& sumere hoc sacrm si daretur eo pia,qui magnum eius percipit fructũ. c.vt quid, vbi gl.de cons.d.2.tertius vtroq; modo, cum quis dignè realiter suscipit, ex his primus modꝰ nunquã licet ẽt ob vitãdam mortem modo supra exposito. secũdus semper fieri potest.tertius iuxta consilium confessoris.vt dicit Candel.num.132.

Eucharist. peccatoribus nõ est ministranda,& quãdo liceat.

Secunda propositio.Manifestis peccatoribus,licet petant,sacerdos sacrã cõionem non debet cõcedere.probatr concl.de cõs.d.2.c.pro dilectione, vbi Histrionib.& Magis dicit Cipr.denegandam esse cõionem . Si verò peccatores sint occulti,nõ pốt eis petentib. publicè sacra cõio denegari,vt d.Aug. gl.1.Cor.11. & ratio est,nam cum oĩs Christianus eo quia est baptismo initiatus ius habeat ad oĩa sacra petẽda, imo per votum Eucharistiæ,ꝙ in baptismo includitur ad dñicam mensam sit admissus,non pốt nisi ob manifestã causam illo iure spoliari, vt hr in c.nõ probibeat.de cons.d.2.in c.multi.1.q. 1.in c.si tm̃. & c.si placuit.6.q.1.in c.sacerdos.de offi.ord.per Chris.lib.de cõpunct.cordis. & latè hom.83.in Matt. tertia hinc subijcitur concl. ꝙ pốt sacerdos, cui occultus peccator innotuit, absq; arbitris illum monere, vel in publico generaliter oẽs,ne ad mẽsam dñi accedãt,antequam de peccatis pœniteant,& ecclesię reconcilieatur. quarta sequitur concl. ꝙ post pœnitentiam,& ecclesiæ reconciliationẽ ẽt publicis peccatoribus non est deneganda cõio , vt scœnicis histrionib.apostatis,& hmõi; vt determinatur in Conc.Cartag. & hr in ca.scœnicis. de cons.d.2.D.Th.d.q.ar.6. Dr aũt publicus peccator,qñ est confessus in iudicio,vel per sñiam de crimine est damnatus, vel est ita notoriũ vt nulla tergiuersatione posset celari.ca.tua nos. c.quæsitum. de cohab.cler.vbi Pan. & in hoc vltimo casu statuit iudicio prudentis quot requirantur scientes, vt peccatũ dicatur publicũ; vnde posset esse tam paruum oppidũ,vt decẽ conscij sufficerent conscij criminis,ad faciendum, ꝙ crimen haberetur notorium , in ciuitate verò non, & generaliter dr publicum qñ est notum parochiæ,vel viciniæ,aut maiori eorum parti. Archid.in c.sup dilectis.de purgat.pan.in c.vestra.de cohabit.cler. & generaliter sufficit scientia decẽ.ca.vnio. 10.q.3. melius tñ est sequi in hoc prudentis arbitriũ,vt supra Et publicus peccator non dr qui est suspectus de crimine, vel contra quem infamia præcessit,nisi,& id sit notorium;vnde non est hmõi deneganda cõio , potest .n.originem duxisse à maleuolis.d.ca. tua nos . cum ibi not. sed publicus dr, vt meretrix,publicus vsurarius,cõcubinarius, & hmõi si tñ infamia præcedat ex eius culpa, vt quia personã suspectam domi retineat,ẽt si cũ ea non peccet , ob scandalum vitãdum debet eam à se abijcere,quia ob charitatem fratris, & scandalum vitandũ est abstinendum non solũ à malo,sed ẽt à specie mali.c.qui scandalizauerit.de reg.

iur.in 6.D.Th.2.2.q.43.ar.2.poteſt tñ eſſe, ꝙ qui in vno loco eſt publicè infamatus in alio nõ ſit,ideo in loco vbi non eſt infamatus poterit ei miniſtrari dũmodo à peccato ceſſarit, & cauſam eius amouerit, & proximo ſcandalizato per vitæ emendationem ſatisfecerit.arg.ca.ſatisfactio.de pœn.d.1.occulto verò peccatori ſi petit ĩ publico non poteſt denegari, vt ſupra, modo ibi expoſito,ſ occulto verò poteſt ei denegari ſecundùm cõem,vt tenet Ales.4.p.q.49.memb.1. Bonau.d.9.art.2.q.4 & ibi Ric.ar.3.q.1. & Dur. q.5.D.et Th.art.5. licet Sot.d.12.q.1. art.6.contrariũ ſentiat. Et ſi peccator fuerit public⁹ debet eſſe ſacerdos certus eũ publicè pęnituiſſe. c.manifeſta. de pœnit. & rem. & in c.ſi peccauerit. 2.q.1. Ratio verò prædictæ concluſionis eſt, quia indigno publicè cõferẽs, ſit particeps illius criminis. vt d.Dur. d.9.q.5. præterea miniſter nõ eſt dñs ſacramentorũ, ſed diſpẽſator, & ideo debet indignum arcere, dicẽte Dño, nolite ſanctum dare canibus. Matt.8. Nec per hoc põt eis hoſtia non conſecrata tradi, quia ſic faceret idolatrare,& eſſet immane ſacrilegium.arg.c. de homine. de cel.miſſ. & tenetur parochus miniſtrare Euchariſtiã dicenti ſe eſſe confeſſum illi qui eum abſoluere potuit, ſi id ſit peccatum ꝙ pertineat ad forum cõſcientiæ, ſi.n.ſpectet ad forum fori,vt excõicato debet probare ſe abſolutũ,vt d.D.Th.quodlib.1. q.6.art.12. Et generaliter Euchariſtia non debet dari publicè manẽtibus in ſtatu prohibito,vt hiſtrionibus modo illicito repræſentãtibus,& hmõi,vt dicetur infra de occaſionib. peccatorũ, & generaliter quibus non debet præſtari abſolutio,nec cõio.c.quod in te. de pœn. & tradit Arm. cõio.nu.10.officialibus verò iuſtitiæ non negatur, vt nec ijs qui verberant eos qui ſunt in triremibus cũ ſint iuſtitię miniſtri, vt dicit Cand.nu.161. nec alijs diſpoſitis neganda.

Euchariſt. an ſit ſu- Tertia propoſitio. Circa nocturnã pollutionem notandum,duo conſideranda, vnũ ꝙ ex neceſſitate impedit, alterum non, niſi ex quadã congruentia, nam primo modo ſolum impedit peccatum mortale. Et licet nocturna pollutio in ſomnis per ſe non ſit peccatum,quia pro illo tempore non eſt volũtaria, & libera, tñ ratione cauſæ in vigilia præcedenti, qñq; habet culpam annexam, & mortalem qñque. Vnde cauſa eius eſt penſanda,quę vel eſt extrinſeca, & ſpiritualis,quæ prouenit ex dæmonum illuſione, nã per commotionem phantaſmatũ poſſunt aliquid turpe ſenſui cõi repręſentare; vnde qñq; pollutio in ſomnis contingit.Vel poteſt eſſe ĩtrinſeca,& hæc vel ſpiritualis,ex turpibus cogitationib⁹ ꝓcedentibus,vel corporalis,vel ex ſuperfluitate,aut debilitate naturæ, vel ex redundantia cibi,& potus,& quælibet harum poteſt eſſe ſine peccato, vel quælibet earum cũ peccato mortali,vel veniali. His notatis.

mẽda poſt nocturnã pollutionem,& huiuſmodi.

Prima ſtatuitur concl.Qñ pollutio eſt ſine culpa,vel habet annexam culpam venialem,non impedit de neceſſitate à ſumptione ſacramẽti, vt ſuſcipiens fiat reus peccati, ſi verò fuit peccatum mortale, tũc pollutio impedit de neceſſitate. Nam illuſio dæmonis qñq; contingit ex præcedenti negligentia ad præparandũ ſe ad deuotionem,& orationem,quæ poteſt eſſe venialis,vel mortalis, tenetur.n. homo orationibus ſe aduerſus eas tentationes armare,& qñq; corpus macerare, & tanta poteſt eſſe neceſſitas, & negligentia,vt ſit peccatum mortale,ꝙ arbitrio prudẽtis relinquitur cognoſcẽdum,qñq; hmõi illuſiones procedunt ad impediendum iuſtum à cõione, vt legitur in collationib.patrũ de quodã qui qñ debebat cõicare polluebatur, & cum ſemel cõicaſſet,videns dęmon detectum errorem ceſſauit à vexatione,ideo non impedit;circa cogitationes poſſunt quandoq; eſſe ſine peccato,vt legendo,vel diſputando,aut cõfeſſiones audiendo,quis cogitur de talibus cogitare, & hmõi cogitationes, ſi non adſit concupiſcentia conſentur hone-

honestæ,& tamē ex illis qñque pollutio sequitur ob phantasiæ apprehensionē,vt d.Aug.12.super Gen.ad līam. qñque hmōi cogitationes oriūtur ex delectatione,& concupiscentia,& tūc si adsit consensus, vel in opere, vel in cogitatione erit peccatum mortale, qa est delectatio morosa. vt d.D.Th. 1.2.q.74.ar.6.& 8.corporalis etiā effusio seminis potest qñq; esse sine peccato, vel naturæ infirmitate, vel superfluitate, qñq; ex nimia repletione cibi,vel potus,quæ potest esse mortalis, vel venialis,licet sæpius non nascatur nisi ex cogitationibus, q̄ facilè cōsensum patiunť;vnde est cessandū à cōione,qñ ex turpib⁹ cogitationib⁹ prouenit, nō aūt qñ ex superfluitate cibi, & potus, si adsit necessitas cōicandi. c.testamentū. d.6.c.vir cū propria.33.q.4.

Secunda subijcitur concl. Nocturna pollutio impedit ob quandā congruētiam ob corporalem fœditatem, quæ semper accidit, cum qua nō licet accedere ad altare.arg.Leuit.ca.15. nisi hmōi pollutio sit diuturna, vt fluxus seminis, tunc.n. non debet à cōione arceri. Secundò impedit ob euagationem mentis,quæ subsequitur nocturnam pollutionē,maximè dum ex turpi cogitatione processit.

Tertia concl. Hoc impedimentū,ꝙ ex cōgruitate prouenit postponi debet,ob aliquam necessitatem, vt dum festus dies id exigit, vel si sacerdos in parochia sua celebrare debet.D.Tho. d.q.ar.7. Notandum verò pollutionē per se non esse peccatum, quia nō est libera.vt d.Aug.1.de lib.arb. & Pal.d. 9.q.3. sed qñq; id habet annexum ratione suæ causæ, vt hic d.D.Tho.& vt pollutio sit peccatum nō est satis esse præuisam,sed libidinis causa procuratam,vnde qui resupinus qñq; polluiť, vel si honestè reficietur, non tenetur per id abstinere, si cōmodè id nō pōt, licet ēt complacere de sanitate secuta ex pollutione non autē de delectatione, vel pollutione, quia ꝙ est ex se malum ob nullā causam debet placere. Post concubitum verò cū propria vxore si fiat gratia prolis, impedit ex sola congruentia non aūt ex necessitate, secus si voluptas dominetur, vt d. Hier.super Matth.& hř in c.sciscitaris. 33.q.4.non est tñ mortale accedere,si nō mortale præcessit, cuius reatus manet,quia licet per contritionē, & confessionem reatus culpæ auferťur, relaxatur tamē corporalis immunditia,& mētis distractio. D.Th.ibi ad quartū. ex consilio tñ est abstinendum ēt post concubitum cum propria vxore. vt d. Naz.orat.40.in S.bapt. & Amb.in c.7. ep.1.ad Cor. & Hier.li.1.con.Iouin.c. 11.& in Apolog.ad Pammachiū.c.6. si per coitum impeditur, ꝙ minus est.s. orare, quanto magis quod maius est, i.corpus Christi prohibetur accipere. Aug.serm.2.de tempore. & ideo quotiescunq; aut dies natalis Dñi,aut reliquæ festiuitates adueniunt,sicut frequēter admonui, ante plures dies nō solum ab infelici concubinarum consortio,sed & à proprijs vxoribus abstinere vos moneo,&c. & idē serm.244. de Temp.Greg.in resp.ad Aug. Impedimentū tñ de necessitate non est nisi peccatum mortale; vnde licet fuerit pollutio orta ex mortali culpa, vel veniali,vel ēt in vigilia, vt fornicatione, non excludit ex necessitate post contritionem,& confessionē, quia solum mortale impedit ex necessitate,quòd per pœnitentiā non deletur, ideo sublata culpa remanet solum corporalis immunditia,quæ ex necessitate nō impedit. Post enormem tñ pollutionē in vigilia,vel graue peccatū, vt homicidij nō debet homo post horā cōicare, sed nec eadem die ob reuerentiā, accedere tñ post contritionem, & confessionem eadem die nō est mortale, & regulariter oēs tenent esse abstinēdum per duos,vel tres dies,vel saltem vigintiquatuor horas.Leuit.15.Deut. 23.c.oīs homo.de cons.d.2.Die verò, vel nocte ante cōionem est irreuerētia debitum matrimonij petere, non tñ est mortale accedere,reddere verò licet sine culpa. Sot.d.12.q.1.art.7. Et ita si pollutio ꝓuenit sine peccato nō

est de necessitate abstinendũ si ex veniali, veniale erit accedere, si ex mortali de necessitate est abstinendũ, post confessionem tñ, & contritionem nõ est mortale accedere, & vbi necessitas adest qñque nullum est peccatum accedere, vt in primo casu, nunquam verò mortale nisi vltimo casu ante peractam contritionem, & cõfessionem si copia habeatur confessoris à sacerdote, vt supra, ꝙ si in pollutione egrediẽte quis expergiscitur si solũ sit ibi delectatio sensualis, erit tñ veniale, dum modo ratione resistat, vel non consentiat, & primo casu qñ restitit nullũ vr esse peccatum, ꝙ si ratione, & voluntate consentiat in actum mortalem de quo somniarit, vel delectetur in eius cogitatione erit mortale. D. Bonau. 4. d. 11. art. vlt. q. vlt.

Eucharist. sumi dẽt à ieiunis, cũ limitatio ne quò ad infirmos.

Quarta propositio. Cibus, vel potus præassumptus impedit sumptionẽ huius sacri. Vbi notandum aliquid impedire sumptionem huius sacri dupliciter. Primò secundùm se, vt peccatum mortale, ꝙ repugnat significato huius sacri. Secundò, ob ecclesię prohibitionem, & sic impeditur quis à sumptione huius sacri post cibum, & potum. primò, vt d. D. Aug. ep. 118. c. 6. in honorem huius sacri, vt. s. intret in hominis os aliquo cibo, vel potu nondum infectum. Secundò, ob significationẽ ne detur intelligi, quòd Christus, qui est res huius sacramẽti, & charitas ei⁹ debet primò fundari in cordibus nostris. Matt. 6. Quærite primum regnũ Dei. Tertiò, ob periculum vomitus, & ebrietatis, q̃ qñque contingit ex hoc ꝙ homines inordinatè cibis vtuntur. 1. Cor. 11. Ab hac tñ regula excipiunt infirmi, qui statim cõicandi sunt etiã post cibum si de eorũ periculo timeatur. c. presbiter infirmũ. de conse. d. 2. Vnde patet hoc non esse illicitũ in se, quia sic Papa non dispensaret, vt inqt Pet. de Pal. d. dist. 12. & explicat Seba. Med de cens. d. 2. art. 22.

Hæc concl. probatur in ca. liquido. de cons. d. 2. & id probat Aug. ep. 118. ad Ianuarium. c. 5. & mos iste in ecclesia ex traditione apostolorum à Christo ipso deriuatus censetur sumendi stomacho ieiuno, vt d. D. Aug. d. ep. 118. ad Ian. & refert in d. c. liquido. & in c. sacra. de cõs. d. 1. in Conc. Cartag. 3. c. 29 & in Conc. Tolet. 7. & refertur de cons. d. 1. ca. nihil. & in Conc. Constant. sess. 13. & inf. ex parte. de cel. miss. vbi Innocen. statuit, ne sacerdos dum secundam Missam celebrat lotionem calicis in prima Missa sumat. Nec ob. ꝙ Dñs post cœnam id instituerit, quia id fecit vt d. Aug. Luc. 22. vt misterij huius altissimum, & vltimò factum altius cordibus discipulorum infigeret non tñ ob id ꝑcepit Apostolis, vt post cibum alijs dispensarent, imo placuit Sp. S. vt nõ nisi à ieiunis sumeretur. d. c. liquido. & d. c. sacra. & D. Tho. ibi ad primum. Secundò, vt d. Beda Luc. 22. quia debuit Christus prius implere figuram, q̃ veritatem instituere, ideo post cœnam agni tipici cõsecrauit verum corp⁹, sed cessante figura, noluit vt deinde eodẽ ordine sumeretur. i. post alios cibos, sed apostolos docuit, qui ecclesias instituerent vt non nisi ieiunis traderent. Duplex verò est ieiunium naturæ, & ecclesiæ. Primũ dicit priuationem cuiusquam assumpti per modum cibi, vel potus, & hmõi ieiunium requiritur ad hoc sacrm; vnde post sumptionem aquæ, vel alteri⁹ cibi, vel potus, aut medicinę ẽt in minima quantitate, nutriat vel non, non licet sumere hoc sacrm, modo sumat per modum cibi, nec excusatur sacerdos, qui ob reuerentiam sacri sumit ante conseruam, cum sit ignorantia crassa in sacerdote, licet forte rudis id ignorans posset excusari à mortali, vt d. Med. lib. 1. c. 14. §. 42. Cand. Euch. nu. 149. ꝙ ego tamen non excusarem cum teneatur id scire. Reliquiæ tamẽ manẽtes inter dentes cibi si forte deglutiãtur mane nõ impediũt sumptionem huius sacri, quia traijciũtur per modum saliuæ nõ cibi, & idem de reliquijs aquæ, vel vini, quibus os abluitur, modo non traijciantur in magna quantitate, sed mixtæ saliuæ, ꝙ vitari non

non potest. D.Th.ibi ad quartum. intelligitur verò, ꝙ nil sumpserit à media nocte præcedenti vbi incipit dies naturalis secundũ Romanã ecclesiã; si verò ante mediam noctẽ sumpserit, licet non dormiat postea potest accedere, non obst.gl.in c.ex parte.de cel. miss. Vbi verò dies naturalis inciperet ab alia hora, vt apud Hebræos, vel Aegyptios standũ esset consuetudini patriæ. D.Th.ibi ad quartũ. & ieiunium magis statuitur ante q̃ post, quia ante sumitur effectus huius sacri. Debet tñ aliqua mora interuenire inter sumptionem huius sacri, & cibum corporalem. c.tribus.de cons.d.2. vbi sumẽs mane vsq; ad sextam ieiunet, si tertia, vel quarta hora vsq; ad vesperã, id tñ est de consilio. D.Th.ibi art.5.& 6. pollutio ẽt, & concubitus cũ vxore magis ante sumptionem prohibeatur quàm post de cõsilio tñ, statuitur in c.oĩs homo.de conse.d.2. vt coniuges per tres dies ante cõionem abstineant ab actu cõiugali, & vt post abstineatur per vigintiquatuor horas, in reuerentiam sacri, nec prohibetur quis post meridiem cõicare, cũ canon in cõtrarium non adsit, vt dicit Ang.verbo Euchar. num.35. Siluest.q.15.

A prædicta verò regula excipitur infirmus, qui ẽt non ieiunus potest cõmunicare, vt supra, pro viatico, etiã iterum, si per aliquot dies duret in eadem ĩfirmitate, vt d. Armil.cõio. n.18.

Quinta propositio. Ijs qui nunquã habuerunt vsum rationis hoc sacrm non est dandum, vt qui à natiuitate sic permanserũt, quia in eis nullo modo præcessit huius sacri deuotio; si verò nõ semper caruerunt vsu rationis, si qñ erãt compotes suæ mentis apparuit in illis deuotio huius sacri, debet eis in articulo mortis exhiberi hoc sacramentum, nisi in eis appareat periculum vomitus, vel expuitionis, vt in Conc.Cartag.4.c.76. & refertur in ca. is qui.26.q.2. & c.qui recedunt. 26.q. 6. ꝙ si habent debilem vsum rationis, ijs est exhibẽdum. D.Th.d.q.80.art.9. Et eadem est ratio in prædictis de ijs qui à spiritibus immundis vexantur, vt si habent lucida interualla, & ante passionem deuotionẽ habuere ad sacramentum, ꝙ non sit eis negandum. D.Th.ibi ad secundum. & vsu receptũ est, vt eis exhibeatur. Infantibus etiã dari non debet, vt d.D.Th.ibi ad tertium. & pluribus probat Sot.d.12.q.1. art.9. Qua verò ætate paruulis hoc sacramentum sit dandum, certior regula constitui nõ potest, q̃ dum iudicio prudentum, & maximè confessarij apparet puerum biuium literæ Pitagoricæ y attigisse, vt.s. discernere possit inter bonum, & malum, & adeo inter hunc cibum, & seculares, ꝙ pluribus accidit à decimo, vsq; ad duodecimũ annum, vt hr in c.oĩs vtr.sexus.de pœnit.& rem. Ales.4.p.q.49.membr.5. & Palu.dist.9.q.4. Silu.Euch.3.§.5. Sot.& Gaiet.d.q.t.art.9. vbi Sot.d.ante decimum annum posse puerum viuacissimum idoneum esse; circa septimũ verò non esse permittendum, quia tunc vix rationis aurora ridere solet; vsus tñ expectat decimũquartũ in masculo, duodecimũ in fœmina annum, sed tutius est regulas prædictas sequi. Ad maiorem puritatem ẽt huius sacri recipiendi conueniens est confiteri venialia, vt supra, licet nõ sit necessariũ. Et debet hñs primariam intentionem cõicans se vniendi Deo vinculo charitatis, & non alium finem primarium, licet secundariò possit cõicare ob aliquam gratiam obtinendam, tentationem vincendã, & hmõi, vt inquit Sot. 4.d.12.q.2.art.4. & ẽt expedit se accusare de imperfectionibus suis, vt ꝙ nõ se omni conatu præparauerit ad hoc cœleste conuiuium, ꝙ non, vt par est, cogitarit eius maiestatem, ꝙ illi debitas gratias non egerit, ꝙ eum ardẽter non reamarit cõsiderando eius amorem, ꝙ se non humiliarit, vt oportet, & hmõi, q̃ apud authores spũalia tractantes inueniunt maximè Granatã.

Sexta propositio. Quò ad frequentiam huius sacri, prima sit concl. vtile est quotidie sumere quantum attinet ad virtutem huius sacri, cuius virtus homi- Eucharist. an sit frequentãda, & qũo.

hominibus est salutaris, vt homo quo tidiè eius fructū percipiat; vnde Amb. li.4.de sacr.c.6.d.si quotiescunq; sanguis Christi effunditur, in remissionē peccatorū effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco, debeo sē per hfe medicinam. & ex alijs authoritatibus, & causis quib⁹ supra, est demonstratus effectus huius sacramēti; si verò cōsideratur ex parte sumētis; secunda statuitur concl. cum in eo requiratur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc sacrm accedat, ideo si quis se quotidiè ad hoc paratum inueniat, laudabile est quotidiè sumere. vt d. Aug. serm.28. de verbis Dñi; sed quia sæpe in multis hoībus multa impedimēta huius deuotionis occurrunt, ob corporis vel animæ indispositionem non est vtile omnibus hominibus quotidiè ad hoc sacramē tum accedere, sed quoties homo se ad id præparatū inuenit. vt d. Aug. de eccl. dogm. c.53. quotidiè Eucharistiæ cōionem accipere, nec laudo, nec vitupero. & refertur de conf.d.2.c. quotidiè. D.Th.d.q.art.10. pertinet ergo ad reuerentiam huius sacri, q aliquādo sumatur r aliqñ abstineatur; vnde si quis experientia cognoscit ex quotidiana sumptione feruorē amoris augeri, & reuerentiam non minui, deberet quotidiè cōicare; si verò sentiat p id reuerentiam minui, & feruorē nō multum augeri, vel refrigescere talis deberet interdum abstinere, vt cum maiori reuerentia postea accederet, vnde in hoc suo iudicio, & periti, ac pij confessoris est relinquendus. vt d. Tur. Cre. in d.c. quotidiè. simpliciter tñ est melius sumere, q̄ abstinere, cū accedere sit bonū secundùm se. Secundò ob multiplicem effectum quē consequitur dignè accedēs. Tertiò, ratione præparationis qualiscunq; sit, qua disponit se qui ad hoc sacrm accedit. Quartò, ratione virtutis elicientis actum, quia sumere vr esse charitatis ī qua radix merendi cōsistit, abstinere verò timoris, amor verò timori præualet. Quintò, quia commemoratio dñicæ passionis, quæ fit in eo inducit ad patientiæ exemplum. Et Beda dixisse fertur sacerdotem qñ est absque mortali, qui celebrare omittit, priuare primò quò ad se sanctam Trinitatē gloria; secundò, sanctos Angelos in cœlis lætitia; tertiò, homines in ecclesia militante adiutorio, & venia; animas in purgatorio subsidio, & gratia; seipsum ordine mentis, informatione intellectus, verborum veritate, famæ claritate, desideriorum puritate, omniū; stabilitate; cæteris ergo paribus est potius accedēdum, q̄ abstinendum, licet vtrunq; pro loco, & tēpore reddatur commendabile. ita Tur. Cr. in d.c. ad secundum. Et ita melius est cōicare frequenter regulariter ob amorem filialem, q̄ ob timorem etiam reuerētialem, & filialem abstinere, vt & fiebat tempore apostolorum teste Nau.c.21.n.fi. & Sot.4.d.12.q.1.art.2. & optat Trid. Conc. vt quilibet in Missa cōicet. sess.22.ca.6. ob causas prædictas, & fructus mirabiles, qui inde recipiūtur de quibus supra dictū est. & latius tradit Madrid societatis Iesu de frequenti vsu Eucharistiæ. Vnde colligitur, q nemo potest omninò à cōione cessare, cum.n. duplex sit modus cōmunicandi spiritualis, & sacralis, vt supra, patet oēs teneri saltem spiritualiter mādu care, quia id est Christo incorporari, vt supra; spiritualis verò manducatio includit votum sumendi hoc sacrm, & ideo sine illo voto non potest homini esse salus; frustrà verò esset votū nisi adimpleretur qñ opportunitas adesset, ideo patet, q homo tenetur hoc sacrm sumere, non solum ex statuto ecclesię, sed ēt ex mandato Dñi d. Luc.22. Hoc facite in meā commemorationem. D.Th.d.q.art.11. Vnde in primitiua ecclesia dum sanguis Christi recens in pectoribus fidelium feruebat, & conferebāt omnia sua bona in vsus pauperum. Act.2. Quia glutino charitatis vniebantur, quotidiè sumebāt hoc sacrm cum exultatione, & simplicitate cordis. vt dr in ca. peracta. de cons.d.2. peracta cōsecratione omnes

omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus, sic.n. & Apostoli statuerunt, & Romana ecclesia tenet, in cuius locum successit osculū pacis,qui datur in altari; præterquam in Missis mortuorum.ca.pacem.de consf.d.2. & hr̃ Act.2.vbi dr̃,ꝙ tunc fideles perseuerabant in oratione, & cõmunione fractionis panis. & Dion.c.3.eccl.hier. d.ad singula sacra his verbis: Christianos inuitari consuetum:Venite fratres ad cõionem;& Ignat.ep.ad Ephe.Festinate fratres ad cõionem;crescēte verò populo Christiano,& tepescēte deuotione, sancti patres statuerunt, vt dñicis diebus si non quotidiè hortãdo tñ cõicaretur, vt hr̃ in c.illa auté.d.12. & est Aug.ad Ian.ep.118.& de eccl.dog.c.53.& d.c. quotidiè. cũ verò calor ille deuotionis decresceret, Fabian⁹ Papa statuit ter in anno saltem cõicandum,in Paschate,Natiuitate,& Pentecostes.c.& si nõ freqnentius. de consf.d.2. & c.secularis.c.oĩs homo.ea.dist.Brucard.li. 5.Decret.c.17. Ino.2.p.c.27. Conc.Agaten.can.18.& ét per totum. Papam in cœna Dñi.c.in cœna.ea.dist.vltimò videns Innoc. Papa hunc morem non seruari,statuit,vt saltem semel in anno quilibet ex præcepto cõicaret, ita vt alij mores essent solum de consilio. c.oĩs vtr.sexus.de pœn.& remis.ita D. Th.d.art.10.ad quintum.& Sot.d.q.1. art.10.vbi & ad fin. d.ꝙ qui corruptis affectibus fluctuant,& quotidie resurgunt,ét si sint sacerdotes non esse sanum consilium quotidiè ad sacrm̃ accedere,tum quia timeri potest ne eorum pœnitẽtia sit legitima, tum quia castam reuerentiã afferre nõ possunt vt sacrm̃ pro dignitate æstiment,coniugatis verò qui secularibus negotijs implicẽtur,nõ esse tutũ nisi per quindecim dies accedere, etiã si à mortali sint liberi, sed melius dicendum vr̃,vt suo iudicio relinquatur ex authoritate Aug. supra alleg. & pij confessarij, & in dubio, & quò ad vim sacramenti melius est sæpius cõicare, vt d.Bas.ad Cæsariam patritiã.Et cõicare per singulos dies pulchrum est, & Ambr.li.5. de sacr.cap.4. accipe quotidiè,ꝙ quotidiè tibi prosit, si tñ quis nõ est satis bene dispositus, honorare dr̃ hoc sacrm̃,qñque ét ex denotione abstinendo,vt feruentior ad id reuertatur, vt d.Aug.ep.118.ad Ianu. Hier.ep.28.ad Luciniũ. Chris.orat.de B.Philogono. Sacerdotes verò iustos laudabile esse quotidiè celebrare. vt d.Greg.4.Dialog.c.56. per hoc tñ nõ licet pluries in die cõicare, quia sic nõ repræsentaret vnitatem passionis Christi.vt d.D.Th. art.10.ad quartum.& Tur.Cr.in d.ca. quotidiè. ad tertiũ. Iure verò diuino saltem ex apostolica traditione credibile est teneri quemlibet in articulo mortis cõicare, nam cum per hoc sacrm̃ homo Christo incorporetnr, per id profitetur se decedere, vt membrũ Christo incorporatum, & hr̃ in Cõc. Nic. c.de ijs.26.q.6.& c.quod in te. de pœn.& rem.vt habeatur defensiõ contra dæmonum insultus, vt d.Innoc.de mist. Missæ.lib.4.c.42.& Euseb.lib.1.c. 34.eccl.hist.& iste est mos vniuersalis ecclesiæ,& aliud facere esset scandalũ. Vnde & damnatis ad mortem hoc sacrm̃ exhibetur.c.quæsitũ.13.q.2.clem. j.de pœnit.& rem.& ét sani iure diuino tenẽtur cõicare semel saltẽ in anno,ex illo.Ioan.6.vt d.Sot.4.d.12.q.2. art.11. qui verò sunt pœnitentes,si ex aliqua causa ex consilio sacerdotis in Paschate abstinent, culpa carent.d.ca. oĩs vtr.sexus.D.Th.d.ar.11.ad vltimũ excusantur ét à cõione Paschatis,qui iusta nauigatione, vel alio iusto impedimento detenti fuerint, vt d. Nau.c. 21.nu.45.& qñ parochus ex iusta causa eã differt.d.c.omnis. vel qui est excõicatus,suspẽsus,vel interdictus,nec potest absolui, quia nõ habet copiam superioris, is .n. non peccat non cõicando. vt d.ibi Nau. & qui casibus reseruatis ligatur,nec potest adire superiorem pro absolutione,quo casu peti potest ab eo licentia absoluendi talem, & si per eum stat quin petat per interpositam personam peccat;& hoc tẽpus Paschæ intelligitur à die Dñicæ

in

in Palmis incluſiuè, vſque ad Dñicam in octauam Paſchæ incluſiuè. vt ibi d. Nau. & adeſt extr. Eug. IIII. vſus tamé incipit tantum in die Iouis ſancti.

In Euchariſtia an liceat ſumere corpus ſine ſanguine quò ad Sacerdotes, & alios.

Septima propoſitio. Quòd ad vſum huius ſacramenti attinet, an liceat ſumere corpus ſine ſanguine, cum conſideratur ſacrm ex parte ipſius, & ſumentium, quò ad primum; prima ſtatuitur concl. Sacerdotes de neceſſitate ſacri, atq; adeo præcepti tenentur vtranq; ſpeciem conſumere, probaṫ, ſacrm .n. nõ niſi in vtraq; ſpecie, quantum ad integram ſignificationé perficitur, eſt.n. conuiuium ex cibo, & potu cõſtans. Et quia ad ſacerdotes pertinet hoc ſacrm conſecrare, & proficere, nullo modo debét corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine, & in pœnam ac ignominiam erat qñq; ſtatutũ, vt presbiteri, & clerici extra cancellos cum laicis cõicarent, vt de clericis nõ reſidentibus hṫ in can. Ap. 15. & alijs ſimilib. vt d. Niceph. lib. 6. c. 3. & Cipr. lib. 1. ep. 4. d. Baſilidem conuerſum ad pœnitẽtiam ſatis gratulari ſi vt laicus cõicaret. Idem lib. 2. ep. 1. & li. 4. ep. 2. & idem ſtatuitur in Conc. Sardicen. can. 2. de epĩs non reſidentib. & tranſeuntib. de ciuitate, in ciuitatem, & in Conc. Elib. can. 76. Siric. Papa ep. 1. ca. 21. c. quiſquis. 84. Innoc. I. ep. 22. ca. 4. c. eos. de conſe. d. 4. Conc. Aurelian. 3. c. 2. Agaten. can. 50. 30. lect. 1. cap. 4. Et hæc dicebatur cõio peregrina. i. laica. vt dicit epũs de Xainctes. de reb. Euch. repetit. 10. de qua cõione fit mentio in ca. contumaces. 50. diſt. cap. clerici. 13. q. 2. Secũda concl. quò ad ſecundũ. Ex parte ſumentium prouidè in quibuſdam eccleſijs obſeruatur, vt ſeculari populo ſanguis non detur ſumendus, ſed tm̃ corpus, ſanguis verò à ſolis ſacerdotib⁹ ſumatur, probaṫ concl. ad ſumptioné huius ſacri maxima exigitur, tum reuerẽtia, tum cautela, ne quid accidat, ꝙ in iniuriam tanti myſterij vergat, ꝙ in ſumptione ſanguinis prçcipuè poſſet accidere, qui ſi incautè ſumeretur de facili poſſet effundi, igitur cum creſcente fideliũ familia, cui ſenum debilitas, iuuenum imprudentia, & paruulorum temeritas commiſcetur, difficilè eſſet tm̃ diſcretionis vbique, & cautelæ adhiberi, vt non crebro periculum effuſionis immineret, prouidè in quibuſdam eccleſijs ſeruatur, vt populo ſanguis ſumédus non detur, ſed tm̃ à ſacerdotibus ſumatur. D. Th. q. ꝓdicta 80. ar. 12. Mos tñ fuit in eccleſia primitiua diſpẽſandi ét ſanguiné populo, vt refert Eneas Silu. de orig. Boemorum. & ep. 130. & Dion. de eccl. hier. c. 3. quæ conſuetudo in eccleſia durauit nonnullis ſeculis, vt teſtatur Cipr. ep. 2. vbi d. Martyribus dari ſanguiné, vt acriores eſſent ad pugnam, & D. Laurentius legitur fuiſſe dñici ſanguinis diſpenſator, vbi notandum diaconum tũc miniſtraſſe ſanguinem populo; & refertur lib. 9. c. 30. hiſt. trip. & B. Renanus in annotationib. ad Tertull. de cer. mil. d. fuiſſe conſuetum ſanguinem miniſtrari laicis, quem è calice fiſtula argentea, vel aurea exorbebant, & hic mos temporibus. D. Th. nõ dum fuerat aboletus, vt d. loco prædicto. Sed per temporũ ſucceſſus mos iſte fuit aboletus, & in Conc. Conſtant. ſeſſ. 13. determinatur hanc noſtrã conſuetudiné miniſtrandi laicis ſub altera tm̃ ſpecie rationabiliter eſſe introductam ad pericula euitãda, licet in primitiua eccleſia aliter ſeruaretur, & hanc conſuetudiné dicit multis iam ſeculis eſſe introductam, cum totus Chriſtus ſub altera tantum ſpecie contineatur.

Rationes verò multas hmõi noſtræ introductionis ponit Tur. Cr. in c. cõperimus. de conſ. d. 2. primò ob periculum effuſionis, vt ſupra; ſecundò ob maiorem idoneitatem cõſeruandi tm̃ ſub ſpecie panis; tertiò, ob difficultatem deferendi hoc ſacrm ad loca diſtantia; quartò, ob defectum vini, ſub cuius ſpecie in aliquibus partibus, nõ poſſet ſanguis in multa quantitate populo miniſtrari; quintò, periculum vitandi errorem, ne quis credat totum Chriſtum ſub altera tm̃ ſpecie nõ contineri, quæ ratio eſt cõis omniũ ferè docto-

doctorum;sextò,vt figuratum respon deat figuræ, in veteribus.n.sacrificijs, de liquidis,vt oleo, & hmôi, sumebāt soli sacerdotes;septimò,vt sit differētia inter sacerdotes,& populum;octauò, ne crederetur hoc sacrm̄ sub vtraque specie de necessitate esse sumendum ab oībus fidelibus, vt Boemi putarunt, & ob id pedibus conculcarūt sanguinem Christi impijssime; nonò, vt cultus, & adoratio referatur ad cōtentū sub speciebus,& non ad species ipsas.ita Turr.Cr.loco prædicto, & ꝙ soli sacerdotes id sumant sub vtraque specie dum conficiunt, alij verò non conficientes,& reliqui clerici,ac laici sub vna tm̄ specie, est mos antiquissimus,qui à priscis patribus temporum successione ad nos deuenit.vt diffinit in Conc.Cōstantinop.sess.13. & Trid. sess.21.c.1.& can.1.vbi,& hęretici determinantur qui asserunt necessitatē esse cōicare sub vtraq; specie, idē sentit Alen.p.4.q.53. Gerson in Cōc.Cōstant. Biel.in can.lect.84.eþs de Xainctes.de reb.Euch.repet.10.

Accedunt rationes, primò.n.totus Christus cōtinetur sub vtraq; specie, vt determinatur in Conc. Tr. sess.13. can.3. ꝙ ēt patet. 1.Io.c.4. vbi omnis qui soluit Iesum exDeo nō est,ꝙ licet principaliter intelligit̄ de negantibus diuinitatē, vel eius humanitatem tm̄ patres intelligunt de soluētibus quomodocunque ad Christum pertinentia, ex Iren.lib.3.cap.18. Leon.ep.10. qui verò negant concomitantiam soluunt Iesum, ergo, & ꝙ totus Christus sit sub specie panis tenet Orig. hom.6.Cipr.lib.4.c.6.Hil.8.de Tr.Ciril.Hier. catech.4.mistag.Bas.in Liturgia.Hier.in ep.ad Heldibiā.q.2.Chriso.hom.83. & alij. de quibus Bellarm. de sacr.Euch.lib.4.cap.21.

Secundò, tota ratio sacramenti in vna specie inuenitur, primò.n. vt est pignus amoris, potest in vna specie cōseruari, Eucharistia.n.est pignus,quatenus significat, & exhibet Christum præsentem. Secundò,in qualibet specie,inuenitur tota essentia,& ratio sacramenti, & dr̄ totum sacrm̄ non mutilatum.vt determinatur in Conc.Tr. sess.21.c.3. Tertiò,quia cum duæ species sacramenti sumunt̄ non sunt duo sacra, sed vnum, vt supra probatū est, & probat Bellarm.ibi.c.2.

Tertiò, tota vtilitas huius sacramēti sumitur sub vna specie tm̄; vnde in Conc.Bas.calix cōcessus fuit Ruardo, sic tm̄ vt fateretur plus fructus non sumi ex vna specie, q̄ duabus. Bellarm. ibi.cap.23.

Quartò, nam non pugnat cum diuinis literis, ꝙ sub vna specie sumat̄, eius.n. figura fuit lignum vitæ, māna, panes propositionis, in quibus nullus miscebatur potus. non pugnat etiam cum Euang. Io.6. Quia licet mentionem fecerit de sanguine, tm̄ subiūgit, qui manducat me, sed māducatur sub vna tm̄ specie per ꝑdicta,ergo vt probat Bellar.ibi.c.24.& 25.multi ēt abstinent à vino,& si obligātur ad vtranq; speciē,priuātur hoc fructu.vt in Cōc. Tr.sess.21.can.1. anathemate damnātur dicentes laicos teneri sumere sub vtraq; specie.& ibi.c.1.determinatur non astringi iure diuino laicos, & clericos nō conficientes ad cōionem sub vtraque specie,& ibi.ca.2.determinat ecclesiā posse in sacramentis salua eorum substantia,quò ad vsum mutare, quæ ipsi visa fuerint pro suscipientiū vtilitate, & sacrorum veneratione.& ibi ca.4. paruulos non obligari ad sacram communionem.

Tridētina demum Sinodus.sess.22. decr.vlt.de pot.calicis, refert negotiū hoc ad sanctum Papam, qui pro eius prudentia in eius concessione id concedat,ꝙ Reipublicæ Christianæ iudicauerit expedire.

Octaua propositio.Nedum à sanis, sed ēt à morituris hoc sacrm̄ per modum viatici est sumendum. probatur in c.de his verò.26.q.6. & Conc.Aurelian.3.can.24. Ratione probatur,nam legitur plerosque hoc cibo sacratissimo absque alio cibo corporeo diu vixisse,vt Eron, & Ioannes Anachoreta apud Palladiū, & Simeon apud Theodoretum,

Eucharist. vt viaticū præbetur.

doretum,ergo magis in illo ſumendo itinere vires ſunt animæ reficiendæ, qua de cauſa dr̃ viaticũ.Hebr.10.Qui locus ita interpretatur à Turriano. li. 2.de ſact.Euch. & in Cõc.Nic.can.13. & Chriſo.lib.6.de ſacerd. d.ſe audiſſe à viris pijs morituros hoc ſacr̃m ſuſcipientes ab Angelis ſtipatos rectà in cœlum duci ſi ſanctè id ſuſceperint;& Paulinus in vita Ambroſij d. cũ non ante obire potuiſſe miraculo edito,ꝙ hoc ſacramentũ acciperet,ꝙ item ſum pſit Chriſ. miraculo accedente, vt d. Niceph.li.13.c.37. & felices, qui cum illo hinc emigrant. vt d. Chriſ.hom. 24.in 1.ad Corinth. nec vetatur, quis pluries cõicare per modum viatici ſi infirmitas ſit multum prolixa.

De modo quo Chriſtus vſus eſt hoc ſacramento. Cap. X.

Euchariſt. Xp̃s sũpſit quòad corpus ſuũ, & ſanguinẽ. PRima propoſitio. Chriſtus ſumpſit ſuum corpus, & ſanguinem, probatur author.Hier.ad Lesbiam. q. 2.d.Dñs Ieſus Chriſtus ipſe conuiua, & conuiuiũ,ipſe comedens, & qui comeditur,& hr̃.de conſ.d.2.c.nec Moyſes.Ratione,Chriſtus.n.qui prius cœpit facere,& tũ docere. Act.1. ea quæ ab alijs obſeruanda inſtituit, primus obſeruauit; vnde & primus baptizari voluit,antequam baptiſmum inſtitueret,cum ergo ſacerdotibus, vt ſupra, iuſſerit id facere in ſui cõmemorationem.ſ.conſecrare,& ſumere,ſequitur vt ipſe prius fecerit. vnde glo. ſuper Ruth.3. d. ꝙ Chriſtus comedit,& bibit in cœna,cum corporis, & ſanguinis ſui ſacramentũ diſcipulis tradidit. vnde quia pueri cõicauerunt de carne, & ſanguine ipſe cõicauit eiſdẽ.D. Th.3.p.q.81.ar.1.Nec ob.ꝙ ipſe tunc, cum dixit: Accipite,nõdum conſecrauerat.Reſp.enim,ꝙ prius fecit tredecim bucellas, & conſecrauit, & cum dixit: Accipite &c. ſuã præaſſumpſit, & ſic de calice.Sot.d.12.q.2.art.1.Vnde & prius dixit: Deſiderio, deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, & alibi: Nõ bibam amodo de genimine vitis huius &c. ergo ſemel bibit. Vnde Chriſ.hom.83.in Matt.26. d.bibit ex eo, vt audientes hoc, non dicerent,quid ſanguinem bibo,& carnem manduco? Nec obſt.ꝙ nemo ſit in ſeipſo, niſi ratione partium prout vna pars eſt in alia. 4.Phyſic.t.34. ſed id ꝙ manducatur,& bibitur eſt in manducante,& bibẽte Chriſto,ergo, vel ſic, inter ſumptum,& ſumenẽ debet eſſe diuiſio, Chriſtus non eſt à ſe diuiſus, ergo. Reſp.ꝙ Chriſtus in ſacramẽto, vt ſupra,non comparatur ad locũ per proprias dimenſiones, ſed per dimenſiones ſpecierum,vt vbi ſunt ipſæ,ſint eius corpus & ſanguis;vnde quia ſpecies potuit hr̃e in ore, & ſtomacho,ad commeſtionem earum comedit ſeipſum; vnde ad hoc non requiritur diuiſio inter ſumptum,& ſumentem, ſed ꝙ diuerſè ponatur in diuerſis locis, vnde ſi localiter, vt eſt in cœlo, poneretur in alio loco ſibi proximè, non poſſet corpus ſuum edere.

Secunda propoſitio. Iudas ſimul cũ alijs ſuſcepit corpus, & ſanguinem Chriſti;probatur, primò auth.Chriſ. hom.cit.83.in Matt.26. vbi d. ꝙ Iudas particeps miſteriorum conuerſus nõ eſt, & ꝙ nec timore, nec beneficio, nec honore melior eſt factus.Idem d. Dion.3.c.hier.eccl.& Aug.tr.26.in Io. d. ꝙ Dñs omnibus diſcipulis ſacramẽtum corporis, & ſanguinis ſui diſtribuit.Hier.ſuper Marci 14. Aimo in 1. Cor.11.Remig.Matt.26.Leo in ſerm. de paſſ.Dñi, & eſt cõis ſanctorũ opin. non obſtante contraria opin. Hilar. Ratione probatur, nã licet Iudæ nequitia illam cõionem non meruiſſet, magiſterio tñ Chriſti, qui nobis erat futurus exemplũ iuſtitię,congruebat, vt occultum peccatorem ſine accuſatore, & euidenti probatione ab aliorum cõione nõ ſepararet, ne per hoc daretur exemplũ prælatis eccleſiæ ſimilia faciendi, & ne Iudas inde exaſperatus occaſionẽ peccãdi ſumeret. D.Th.d.q.art.2. Vnde & Matt.refert, ꝙ Dñs

Euchariſt. quòad corpus, & ſanguinem & Iudas cum alijs ſumpſit.

quòd Dominus dixit: Bibite ex hoc omnes; & Marcus dicit, quòd omnes ex illo biberunt. Primò enim Christus cœnauit agnum Paschalem, quã Ioan. 13. Cœnam dicit, & August. tractat. 55. in Ioan. dicit: Non debere intelligi cœnam factam, idest consummatam, surgens enim à cœna, & positis vestimentis lauit pedes discipulorum, & iterum sumptis vestimentis recubuit, & dixit, quòd vnus eorum ipsum erat traditurus, & tunc buccellam Iudæ tradidit, tota enim dicitur vna cœna, licet per lotionem fuerit interpellata, & cum secundo recubuit, expleta iam figura agni tipici, instituit hoc sacramentum; & tunc Iudam adfuisse declarat Luc. ca. 22. vt dicit Chrisost. & August. cui bucella intincta tradita nõ fuit corpus, in cap. enim cum omne. de consecrat. distinct. 2. prohibetur hostiam intinctam populo ministrari, sed postea consecrauit, & simul cum alijs ei corpus, & sanguinem suum tradidit. Sor. d. art. 2.

In Eucharistia corpus Xpi, q̃ ĩ specie sacraméti dabat, nõ erat impassibile.

Tertia propositio. Corpus Christi, quòd in specie sacraméti dabat Christus non erat impassibile, nam Christus nulla dote glorificati corporis vsus fuit, quia dos dicit quid perpetuum, & receptum per modum habitus, Christus verò in corpore mortali habuit illas per modum transeuntis dispositionis, vnde non per dotes, sed per miracula natus est clauso vtero, & ambulauit super mare; non fuit verò impassibile eius corpus, nam idem corpus erat, quòd tunc à discipulis in propria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur. Vnde Innoc. lib. 4. cap. 12. de mist. miss. dicit: tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit, sed non erat impassibile secundùm quòd in propria specie videbatur, imo erat passioni paratum, ergo non erat impassibile, q̃ dabatur. Secunda subijcitur conclusio. Impassibili modo erat sub specie sacramenti, licet in se esset passibile, quòd in se erat visibile, probatur, nam ibi non potest pati, sicut nec videri, nam cum istæ sint actiones extrinsecus accidentes requirunt contactum agentis ad passum, corpus verò Christi, quia non est in sacramento localiter, vt supra, non comparatur ad circunstãtia corpora mediantibus proprijs dimensionibus; sed mediantibus dimensionibus specierum panis, & vini; illæ ergo sunt, quæ videntur, tanguntur, & patiuntur, non autem ipsum corpus Christi, ergo est impassibili modo in sacramento, & nunc etiam est impassibile in propria specie. D. Thomas dicta quæst. art. 3. in corpore. & ad secundum.

Eucharist. si esset reseruata tẽpore passionis, an ibi Xps esset passus.

Quarta propositio. An si sacramentum fuisset reseruatum tempore passionis, ibi Christus pateretur. Prima ponitur conclusio, quicquid pertinet ad Christum prout est in se, conuenit ei pariter, & vt est in propria specie, & in sacramento, vt viuere, mori, dolere, animatum, vel inanimatum esse, & huiusmodi. Secunda, quæcunque ei conueniunt per comparationem ad extrinseca corpora, possunt ei attribui in propria specie, non autem vt est in sacramento, vt irridere, conspui, flagellari, crucifigi, & huiusmodi. Vnde in sacramento non habet modum vt possit videri, aut tangi, vt in propria specie, tamen quòd intelligit, vel vult, aut sentit extra sacramentum, vult pariter & intelligit, & sentit in hoc sacraméto, vnde dum extra sacramentum flagellabatur, dolorem tunc sentiebat in sacramento, si erat consecratum; sputa verò non, ibi tamen afficiebatur dolore ob illa, & si in cruce moriebatur, & in sacramento, quia idem erat vbique, & sub specie panis fuisset ibi solum corpus sine anima, & sic de sanguine, non autem sine diuinitate, quæ ab vtroque nunquam fuit disiuncta, vt supra, de passione Christi. D. Tho. d. q. art. 4. in corpore. & ad primum.

De ritu suscipiendi, venerandi, & asseruandi hoc sacramentum.
Cap. XI.

Cōicaturi quo se hře debeāt in actu illo, & qd olim seruatum fuerit.

PRimum sit dictū. Communicaturi, ritè anima, & conscientia sit purgata per sacramētalem confessionem peccatorum, reconciliationem cum inimicis, & dimissionem occasionum proximarum peccati, ac ieiuni à medio noctis præcedentis, iuxta superius dicta, præmissisque orationibus statis, omni cum reuerentia, & tremore ante hanc sacram mensam permaneāt, vt inquit Chrisost. hom. in Encenijs. stemus trementes, & timidi, demissis oculis, renata autem anima gementes sine voce, iubilantes corde. An non vides eos qui sensibili, corruptibili, & terreno regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquentes, non oculos huc, & illuc mouentes, sed mesti territi lugentes? Ex ipsis documentum accipite hominibus, & sic assistite Deo, quasi terrenum regem accessuri. Ad hæc olim communicaturi ante pedes lauabant, quòd tamen est abrogatum, teste August. ep.119. cap.8. præterea ante communionem ministrandam, Diaconus olim clamabat, sancta sanctis, idest si quis non est sanctus non accedat. vt dicit Chrisost. hom.61. ad populū. & hom.17. ad Hebræos. & Cirill. Hierosol. cathechesi. 5. mistag. Sacerdos autem postea dicebat sancta sanctis, sancta, scilicet ea quæ in ara proposita sunt aduētu Spiritus Sancti sanctificata, sancti & vos cum sitis sancto Spiritu donati, atque ita sancta sanctis cōueniant. Vlterius solebat dicere sacerdos communicaturo, Corpus Christi, & ille dicebat. Amen, idest hoc est verum, quòd accipit corpus Christi. vt dicit Clem. lib. 8. Constit. cap.13. Ambros. lib.4. de sacram. cap.5. Ciril. loco cit. dicit, & con caua manu suscipe corpus Christi, dicens: Amen, olim enim communicans ad excipiendum Eucharistiam manus porrigebat. vt dicit Dion. Alex. epist. 5. ad Sixtum Papam, apud Niceph. lib. 6. cap.9. idque fiebat sinistra supposita dextræ, qua dextra concaua suscipiebatur corpus Christi. vt dicit Cirill. loco cit. & etiam accedens ad communionem manus in formam crucis cōfigurabat ex Sin.6. Trullana. can.101. & docet Damasc. lib.4. fid. ortod. c.14. Sed in reuerentiam tanti sacramenti est institutum ne laici nuda manu attingant corpus Christi, sed in os sumentis à sacerdote immittatur. ex Cōcil. Rhotomagen. can.2. apud Burcar. lib.3. ca.76. præterea dum communio ministrabatur recitabatur Psalm. 33. vbi panum propositionis fit mentio, qui erant typus Eucharistiæ. vt dicit Clem. lib.8. Const. c.13. vbi Turrian. & etiam communicaturi consueuerant dicere: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. teste Orig. hom.6. in diuersos.

Eucharist. est adorāda, & processionaliter deferenda.

Secundum dictū. Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum cultu latriæ, qui soli Deo debetur etiam externo est adorandum, & ob id processionaliter reuerenter, & honorificè est deferendum; & eius festum semel in anno solemniter celebrandum. Conclusio est de fide, vt definitur in Concil. Trid. c.5. & can.6. sess.13. & in Clem. si dominum. de Reliq. & vener. sanct. Ex patribus. Dion. cap.3. eccle. hierar. sed ô diuinum pœnitus sanctumque mysterium, nobis apertè, & palam lucesce. & Chrisost. hom.24. in 1. ad Corinth. Hoc corpus in præsepe reueriti sunt Magi &c. & infra. Tu non in præsepe, sed in altari. Ambr. lib.3. de Spiritu sancto. cap.12. per terram caro Christi, quam hodie in mysterijs adoramus. Aug. in Psal.98. & ep.120. cap. 27. Chrisost. hom.61. ad pop. & in ep. ad Ephes. c.3. hom.7. & etiam adorari solita fuit extra vsum. vt idem dicit hom.3. de incomprehensibili Dei natura, vbi, & dicit: Angelos eandem adorare, & agitatos à dæmone ad eā solitos duci, & capita inclinare; & idē lib.6.

lib.6. de sacerdotio. Grego. lib. 4. Dialog. cap. 15. & hom. 40. super Euangelia. Et cum Eucharistia ostendebatur olim fideles manus attollebant, recolētes Christum misericordia motum manus suas in cruce extendisse. vt dicit Tert. lib. de spectac. c. 25. & Hiero. ad Theophilum Alexandrinū. & etiā tum populus certa verba acclamabat. vt dicit Basil. ca. 27. de Spiritu sancto. & Damascen. ep. de Trisagio. & Ludoouicus duodecimus Galliæ rex iussir in eius ostensione decantari himnum: O salutaris hostia. vt dicit Clictoueus lib. 1. himn. eccl. Et etiam caput inclinabant fideles in eius ostensione nudo vertice in venerationem capitis Christi, quòd spinis est cruentatum, & genuaflectebāt in expiationem blasphemiæ Iudæorum, qui dicebant: Aue Rex Iudæorum, & id hodie faciēdum decernitur in d. Clem. 1. & in cap. sanè. de celeb. miss. solebat etiam pulsari campana in eius ostensione, & eleuatione, vt dicit Iuo ep. 167. & Nauclerus Gen. 42. anno Domini 1240. dicens: Gregorium Nonum statuisse ad consecrationem corporis, & sanguinis Domini campanas pulsari.

Eucharist. vt olim sit custodita, & qd modo fiendū.

Tertium dictum. Sanctissima Eucharistia in Arca est asseruanda ad communionem infirmorum, & ob alias causas, ac necessitates sub clauib. & fideliter. c. sanè. de celebr. miss. ca. 1. de custod. Euchar. & hæc consuetudo eam asseruandi ita antiqua est, vt Cōcilij Niceni tempore in vsu id fuerit. vt testatur Concil. Triden. sess. 13. cap. 6. Idem statuitur in Conc. Vuormatien. lib. 6. cap. 161. apud Burcard. lib. 5. cap. 10. Aurelianen. apud Burcard. lib. 5. cap. 51. cap. presbiter. cap. qui bene. de consecr. dist. 2. Sin. Rhemen. can. 2.

Et licet tempore persecutionum, cum fideles non possent simul conuenire ad communionem sumendam, præfecti ecclesiarum Eucharistiam domum deffertent inuolutam linteamine nitido, vt eam fidelibus distribuerent. vt dicit Tertull. lib. 2. ad vxorem, non sciet maritus quid ante cibum gustes. & lib. de monogamia. & Cipr. serm. de lapsis, dicens: Cum fœmina quædam, arcam suam, in qua Domini sanctum posuit, quod tulerat secum ex ecclesia, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente territa est, ne auderet attingere, & quòd alius cum sanctum Domini corpus indignè auderet sumere, cinerem se ferre apertis manibus inuenit. Idem dicit Ciprian. lib. de spectaculis. & epist. 56. & lib. de bono patientiæ. Clemens Alexandr. lib. 1. strom. circa princip. Basil. epist. ad Cæsariam patritiam. vbi & dicit: Fideles solere domi seipsos communicare, & Aug. serm. 252. de tempore. quæ consuetudo Eucharistiam domi tenendi, cessantibus persecutionibus à Hieron. in Apolog. aduer. Iouin. nec laudatur, nec improbatur, & ex Ambr. in orat. funebri de obitu Satyri, colligitur consueuisse Eucharistiam ad collum gestare.

Sed cessantibus persecutionibus, consuetudo asseruandi Eucharistiam domi est antiquata. ex Concil. Toletan. 1. canon. 14. & Cæsaraug. can. 3. quibus locis statutum est, vt in ecclesia tantum asseruetur, vt & antiquatus est mos vt quis seipsum communicet, & proinde statutum, vt corpus Domini in os sumentis à sacerdote immittatur. ex Concil. Rhotomagen. can. 2.

Et cum in ecclesijs esset tantum seruanda Eucharistia, mos antiquissimus extat eam in arcula, vel pixide sumendi, vt dicit Clem. epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini, dicens: Reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredo in sacrario inueniatur. Idem libr. 8. Const. Ap. c. 13. sumant Diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum. Hæc custodia, à Græcis dicta est ciborion, quam vocem latini etiam retinuere. vt dicit sanctus Germ. in Theoria rerum ecclesiast. ciborium

est vbi est crucifixio, cib significat arca, borium, illuminatio Domini, de hoc etiam ciborio meminit Chrisost. homil.42. in acta Apostol. faciebant fortassis ædiculas, & coopercula quæ ciboria vocant; & in libro Pontificali habetur Simmachum Papam altaribus ecclesiæ sancti Andreæ, & sancti Siluestri ciboria argentea destinasse. Hæc etiam pixis dicta est quandoque turris, vt inquit Greg. Turon. lib.1. de gloria martirum. cap.86. acceptaque turre Diaconus, in qua ministerium dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium, ingressusq; templum, vt eam altari supponeret,&c.Eucharistia etiam in columbis aureis, vel argenteis supra altare positis solebat poni, in ea enim forma Spiritus sanctus fingebatur, vt patet ex Conc.Nicen.2. act.5. quandoq; ad basim crucis in medio altaris erectæ collocabatur. vt patet in Sin. Turon. sub Pelagio I.cap.3.sæpius arcula, vel pixis Eucharistiam continens in armario super altari includebatur. vt patet in Sinod.Turonen. cap.4. apud Brucard.lib.5.Decret. cap.9. vt omnis presbiter habeat vas, aut pixidem tanto sacramento dignam, vbi corpus dominicum diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus à sæculo, & infra; semperque sit super altare obseruata propter mures, & nefarios homines, & de septimo in septimum diem mutetur, idest, illa à presbitero sumatur, & alia quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne forte diu seruata, macida (quod absit) fiat. Idem etiam statuitur in ca. qui per negligentiam. ca.qui bene.de consecr.dist.2.& in d.cap.1.de custod. Euch. Hæc arcula etiam pastophorion est dicta, vt dicit Clem.lib.8. Constit. cap.13. vbi dicit, quòd reliquiæ Eucharistiæ in pastophoria inferebatur. & lib.2.cap.57. vbi in extructione ecclesiæ pastophoria vtrinque in orientem fieri iubet. Idem habet Hieron. in cap. 40. Ezech. Iosephus. libr.5. de bello Iudaico. cap.5. plenè Turrian. pro epist. Pontific.cap.19. Ex quibus colligitur corpus Domini extra vsum in sacramento esse. vt patet etiam canon.20. Concil. Nicen. apud Ruffin. lib.10.hist. cap.6. & asseruari solitum. vnde & Naz. orat. in laudem Gorg. dicit Gorgoniam procumbere ad altare in quo asseruabatur Eucharistia, cum infirma esset, & medicorum ope destituta,& liberata diuinitus fuit, Serapion quoque cum in eius sinu posita esset particula Eucharistiæ madefacta iussu sacerdotis statim emisit spiritum.vt dicit Dion.Alexand.lib.6.ca. 38. & idem de sancto Ambrosio legitur. vt dicit Paulinus in vita sancti Ambrosij.seruabatur etiam Eucharistia, vt aduenientibus peregrinis, & alijs fidelibus, ac infirmis præberetur. vt dicit Hieron.libr.de septem gradibus.cap.6. & Leo.epist ad Michaelem Imperatorem. Ex quibus colligitur quanta cum reuerentia, fide, & diligentia Eucharistia sit custodienda, sub pœnis etiam de quibus infra tract. de pœnitentia. cap. de canonibus pœnitentialibus.

De praxi custodiendi sanctissimam Eucharistiam, & administrandi eam, ac deferendi processionaliter, & ad infirmos, ac exponendi in oratione quadraginta horarum. Cap. XII.

Eucharist. in quib. ecclesijs detinenda, & custodienda.

IN qualibet Parochiali regulari, & collegiata saltem ecclesia adsit iugiter sanctissima Eucharistia modo inferius descripto detinenda, in tabernaculo in quo nil præter illam detineatur, & sub clauibus fideliter custodiatur.ca.1.de cust.Euch.not.Abb. in c. sanè post gl.de celeb.miss. ad hoc vt pro infirmis, & alijs sit semper parata, iuxta d.c.sanè. & ca.presbiter.de cons.d.2. Vt verò quisq; Paschæ tempore sacræ Eucharistiæ communionē sumat,

sumat, ad epum à Parocho sex dieb⁹ post octauã Paschæ, eorum nomina, qui confessi non sint, nec cõicarunt deferantur scripto, expositis ét causis, quas extra cõfessionem audierint, in quos eps censuris, & alijs pœnis acriter animaduertat, ijs exceptis, qui eiusdem parochi consilio iusta de causa in aliud tempus sumptionem produxerint. Vtq; efficacius huic rei remedium adhibeatur, postquã ter vel vnica pro trib⁹ monitione generatim moniti fuerint, iubeat eps, eos ipsos ecclesiæ ingressu, & ecclesiastica sepultura interdictos denuntiari in parochiali ecclesia, tum eorũ nomina descripta ad parochialis, & cathedralis ecclesiæ valuas affigi, & si in contumacia perseuerauerint, in eos prꝛterea, prout iuris est animaduertat. Conc.1. Med.tit.de sãctiss.Euch. & 2.Decr.13.

Ne verò huic decreto fraus fieri possit, qui ex necessitate, vel alia iusta causa ab epo, vel proprio parocho approbanda, extra parochiam suã dicto tempore Eucharistiam sumpserit, parocho suo de eo fidem faciat, aliter in eum agatur, ac si non cõicasset, & qui abfuerit tempore Paschæ testimoniũ afferat scriptum sacerdotis, qui ei illã ministrauit epi sigillo munitã, aliter pro nõ cõmunicato habeatur. 3.Med. In parochia verò tẽpore Paschæ parochus ipse, nõ alius, nisi impeditus, nõ eã administret. 3.Med. Nec in Cathedrali, nisi de licentia, vt supra, alienis, nisi peregrinis, & aduenis. 4.Med.

Publici concubinarij, blasphemi, vsurarij, & hmõi ad pœnitentiã, & ad cõionem semel admissi si in eadẽ peccata relapsi fint, postea ad sacramenta non admittantur, nisi parochi eos emendatos esse cognouerint.

Vt verò decentius administret, maribus seorsum à fœminis, vbi per ecclesiæ amplitudinẽ licet, ministretur, ac qui accedunt humili vestitu pnsam, & animi humilitatem præ se ferant, ijsq; qui illam rarò sumunt, nõ prius parochus ministret, q̃ eos monuerit quanta reuerentia, & animi præparatione ad illud sit accedẽdum; ijs verò qui nondum sumpserunt, nõ ante ministret, q̃ aliquot ante diebus de vi, & ratione huius sacri eos instruxerit.

Purificatio verò populo calice, vel alio vase hmõi forma constructo, ne præbeatur Conc.1.Med. & purificationum vasa alterius rei vsui non sint, & ideo in sacristia seruentur. 3. Med. Vtq; sacramentũ Eucharistiæ maiori cum reuerentia sumatur, parochi, & concionatores exponãt dignitatem, & fructum huius sacramenti, & ideo ad illius frequentiam populũ cohortentur, aliàs si quis hanc frequentiam disuaserit, tanquam scandali dissemi-nator, à munere prædicationis auocetur, nec prius restituatur, q̃ populo, quem læsit, iudicio epi satisfecerit. Conc.Trid.sess.5.c.2.3.Med.tit.de Euchar. Et inter cõicandum sermo breuis ad cõicantes habeatur, quo velut iaculis populus ad vsum frequentem, & reuerentiam tanti sacramenti excitetur. 4.Med.

Tabernaculum verò ligneum aliaue materia cõstans in quo sanctissima Eucharistia cõseruatur panno serico intrinsecus circum vestitum sit vndique, & conopeo decenti pro ecclesiæ dignitate tectum, & claue inaurata bene munitum, & ita aptetur vt absq; ascẽsu sanctissima Eucharistia extrahi facilè possit, in quo reliquiæ, nec oleum infirmorum, aut quicquam aliud præter sanctissimam Eucharistiã existat, & ante illud, cum intus est sanctissima Eucharistia, iugiter lãpas ardeat, & populus genuflexus illã reuerenter adoret. c.sanè. de cel.miss.Cle.j. de Reliq. & ven.sanct. & Const. Pij V. cum primum.§.vt igitur.1566. aduertendo vt oleũ sit ex oliua purissimũ, nec ibi aliquid per maleficos apponatur, & custodiatur, iuxta tradita supra de sacramentis in genere, in fine.

Tabernaculũ verò vsui processionũ accommodatũ pro deferenda sanctissima Eucharistia, vel ea exponenda, lucido vitro, vel cristallo vndiq; circũdatum sit, cum lunula inaurata ita

aptata ad instructionem formam Mediolanensium, vt facilè aperiri, & reliquiæ fragmentorum colligi possint.

Duas præterea pixides argenteas, vel saltem cuppa argentea, in cuius imo nil positũ sit quælibet parochialis ecclesia habeat vnam forma maiori ad populi cõionem, alteram minori ad infirmos deferẽdam, circa quã sacculus ornatissimus, vel velũ habeatur.

Quinque verò saltem particulæ asseruentur, quæ octauo quoq; die renouentur, idq; ex hostijs, non ante viginti dies ad summũ confectis. 4. Med. In ministratione clericis superpelliceo indutis genuflexis ad altare, sacerdotibus stolam habentibus in formã crucis ante pectus aptatam, populo verò loco à choro, vel altari remotiori ministretur. 4. Med. sic tñ vt occasione cõmunionis ministrandæ, eleemosyna peluicula vel vasculo exposito non q̃ritetur spõtè tñ ibi relicta accipiatur. Interim verò dum sit solemnis Eucharistiæ ministratio diebus solemnibus, à clero canatur: Aña. Dñs dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructũ suum; cum Ps. Benedixisti dñe; & Ps. Dñs regit me; & sacerdos ministrans dicat: Corpus dñi N. Iesu Christi custodiat aĩam tuam in vitam æternam; & sumens respondeat. Amen. quam si sacerdos in Missa ministrat post sanguinis sumptionem, id peragat, q̃ si peracta Missa illam ministrat vestibus sacerdotalibus, quibus in Missa vsus est indutus, casula tm̃ deposita, & manipulo ministret, sin alio tp̃e, tunc superpelliceo, & stola alba vtatur; ep̃s verò q̃n non in Missa illam ministrat, pluuiali indutus sit, idque fiat mappa supposita à duobus clericis lata, quatuor vel duobus saltem intortitijs comitantibus; qua cõione ministrata sacerdos fragmenta q̃ in calice, vel custodia remanserint, diligenter sumat cum intra Missam illam ministrat ante tamen ablutionem, aliter in diem sequentem differat.

Euchariſt. qualiter Cum verò ad infirmos est deferenda omni reuerentia deferatur, iuxta c. sanè. de cele. miss. ac proinde ne nocturno, nisi necessitas vrgeat, deferatur, ac parochus accuratè præmoneat primum, vt ægri cubiculum ab omni sorde purgetur, & amota omni re prophana, pio apparatu, & sacris imaginibus, vbi fieri potest; ornetur, tum mensa mappa nitida constrata, cruce, aliave sacra effigie, candelabris, & cãdelis, cereisve saltem binis instructa appareturs; in qua super corporale pixis cum sanctissimo sacramento collocari possit, & ẽt adsit vas vitreum ad ablutionis vsum. Vesperi verò parochus campanæ ictibus confratres sodalitatis corporis Dñi cõuocet, vt religiosè sanctissimũ sacr̃m prosequanť. Mane ipse parochus, nisi legitimè impeditus, quo casu alium sufficiat, qui tñ cõfessiones audire possit, manibus lotis, pluuiali indutus, clericis superpelliceis saltem indutis comitantibus sub vmbella, luminibus comitantib. tintinabulo præcedente, cum decoro vasculo, velo decente tecto, duabus saltem particulis, ne Eucharistia ministrata, inane vasculũ adorari in reditu ad ecclesiã contingeret, religiose, & graui incessu tacitè orans deferat, comitante populo, vbi bini incedant capite aperto, & plurib. candelis accensis, ac primo loco viri in quibus scholares sanctissimi sacri præcedant tum fœminæ prosequantur, ac omnes maximè ecclesiastici homines, himnos, & psalmos pœnitentiales, aliosve intima animi pietate alternatim pronuncient, alijs religiosè orãtibus; quo quidem delato, omnes genuflectãt, & equis insidentes descendant, venerabile hoc sacr̃m suppliciter adorantes, vtq; omnes parochiæ incolæ ad hoc pium officium peragendum accedãt, parochus frequenter moneat, cui domum ingrediẽti extra ianuæ fines domestici cum cereis accensis obuiã procedant, omni pietatis cultu; domũ ingressus, collocato in mensa pixide, ad ægrum accedat, & ad viatici præparationem sumendi eũ accedat, & si confiteri velit, eum audiat, tum ei id reuerenter

ad ĩfirmos sit deferẽda.

uerenter ministret, & discedens cum pixide eidem benedicat, qui si ægritudine impeditus id sumere nõ potest; ibi paulum moretur genibus flexis litanijs recitatis, & ei ẽt sanctissimã Eucharistiam pixide aperta ostendat, vt ita spiritualiter manducet; quoq; die morti damnato ministratur, æquum est principes à morte de eo ea die sumenda supersedere, ecclesiã reuersus, pronunciet sequentibus indulgentiã si quam consecuti sunt, & pronunciata oratione de sanctissimo sacramento, illos dimittat in pace cum benedictione. Conc. 3. 4. 5. Med. de Euch.

Eucharist. non adhibeatur ad nubes exorcizãdas. Caueatur verò nedũ turbines, nimbi, procellæ, vel grãdines impendunt, vasculum in quo sanctissimum Eucharistiæ sacr̃m adest ad eas pellẽdas adhibeatur, licebit tamen ostium tabernaculi aperire, & in eius conspectu litanias, & alias sanctas preces pronunciare. Conc. 3. Med.

Eucharist. soléniter deferri vt debeat, & quibus ꝑmissis. Cum autem solemniter sanctissimũ sacr̃m defertur in solemnitate Corporis Christi, religioso apparatu, & solemni celebritate feratur, & amotis inanibus spectaculis, himnis, & psalmis, ac cereis accensis, illud piè, & religiosè prosequantur, ꝙ vt promptius fiat, enunciet parochus indulgentias ab Vrbano IIII. & ẽt alijs põtificibus concessas præsentibus, ijs diebus, diuinis officijs, ac populum ad peccatorũ confessionem, sacræ cõionis sumptionem, eleemosynam, largitatẽ, & orationis ardorẽ hortetur. Conc. 4. Med.

Eucharist. in orone quadragĩta horarũ, vt exponenda. Qñ verò oratio Quadraginta horarum exponitur id fiat solum in ijs ecclesijs vbi sanctissimũ Eucharistiæ sacr̃m asseruatur, nec id vbique, sed vbi eps iudicarit. Exponatur verò tabernaculum in quo adest sanctissimũ sacr̃m in altari maiori decenter, & religiosè ornato, vbi cerei saltem sex iugiter accensi sint, & lãpades tres saltẽ. Orationis initio, rector ecclesiæ vbi exponitur, pluuiali indutus illud exponat pñte ecclesiæ clero superpelliceis induto, & tota parochia, si ecclesia parochialis est, ibiq; non minus, q̃ sex adsint cereis manibus accensis. Processio verò in eo exponendo per ecclesiam agatur litanijs, precibus, & statis orationibus, ac cereis accensis, quod & in reponendo seruetur.

Dum verò in altari propositum est, die clerici duo capite aperto, superpelliceo induti, ad altare semper assistant, quorum alter diaconus saltẽ sit, noctu verò vnus saltem in sacro ordine constitutus, & ad cancellos altaris proponãtur tabulæ precum, quæ pro tempotum, & calamitatum ratione orantium vsui, ex sanctæ ecclesiæ instituto sint accommodatæ; & qñ populus frequẽs erit, sermo breuis ad eius pietatem excitandam habeatur.

Vt verò opus hoc decentius administretur, deputentur aliquot viri pietate insignes, inter quos vnus saltem sacerdos sit, qui alijs præsit, qui curã huius operis habeant, vt & religiosè habeatur, & in quibus ecclesijs est exponenda designent, & curent vt eleemosynæ ad luminaria manutenenda à parochianis colligãtur, & vt oratio per quadraginta horas continua sit, nec diu noctuve intermittatur, distinctis horis parochiæ incolis, sic tamen vt noctu soli viri, diu solæ mulieres orent, & si noctu orantes desunt, sanctissimum sacr̃m in tabernaculo reponatur, & cum noctu celebratur, ecclesiæ ianua minime pateat, sed pulsantibus à pijs custodibus aperiatur, ac oratio ne vltra quadraginta horas ꝓrogetur, nisi noctu desierit, tũc enim ad diem prorogari licebit.

Cum verò in cathedrali exponitur, splẽdidiori apparatu fieri debet, & ad eã vniuersus clerus tã regularis, q̃ secularis cõuenire par est. Conc. 4. Med.

Vt aũt augustissimum Eucharistiæ sacr̃m, quã dignius vt par est, fieri potest custodiatur. Fiat tabernaculũ in ecclesijs insignioribus è laminis argẽteis, vel æneis inauratis, vel marmore pretiosiori, ꝙ opus decenter elaboratum, & aptè inter se compactum pijs ibidẽ Christi Dñi passionis imaginibꝰ exculptis, & inauratis periti iudicio Eucharist. tabernaculum vt ornandum.

intus tabulis populeis circum vestitũ sit, vt ab humiditate sãctissima Eucharistia conseruetur. Vbi hmõi fieri nõ potest, è tabulis populeis, non nuceis, quia humiditatem gignunt, polité elaboratis, & imaginibus, vt supra insculptis, & inauratis extruatur, & ampliũ pro ratione ecclesiæ in altari maiori locetur forma octangula, sexangula, vel quadrata ad ecclesiæ formam.

In summo eius imago sit Christi resurgentis, vel sacra vulnera exhibentis, vel saltem crux vbi alibi collocari non potest. Benè verò locetur super altari, vel firmis altaris gradibus decore cõfectis, vel angelorum statuis, aut alijs religiosis fulcimentis sustentatũ, firmiter fixum hæreat, & claue bene munitum sit.

A fronte altaris distet saltem cubito vno, & vncias sexdecim, vt corporale rectè expandi possit, non tñ ita distet, vt ad Eucharistiam depromendã gradu ligneo opus sit, nisi necessitas postulet. In insignioribus verò ecclesijs, vbi à parte posteriori tabernaculum aperitur, distantius esse poterit.

Panno serico albi coloris intus vestitum sit, & ostiolum habeat ab anteriori parte ita patens, vt alterum tabernaculum in quo Eucharistia custoditur, aptè accipi, & reponi possit, & ĩ eo ostio insculpatur imago vt supra, in summo tabernaculo, & claue inaurata, flocculis sericeis ei appensis, tuto claudatur.

Tegatur verò tabernaculum, è serico broccato vocato, vel tela argentea, vel saltem serico albi coloris, ita autẽ pateat vt à summa parte crispatum, in simbrijs etiam nõ anguste, sed lõge latius decenter respondeat, & habeat ab extremis partibus ornatum laciniarum decore contextarum.

De vasis seruandæ sanctissimæ Eucharistiæ.

Eucharist. pixides qualiter conficiendæ. Fiat tabernaculum paruũ ex auro, vel argento certis locis inaurato, vel saltem ex auricalcho bene inaurato; forma rotũda, altitudine cubitali, maiori minori ve pro tabernaculi ratione, amplitudine, quæ hostiam amplã capiat, quod certis spatijs intra columellas interiectis distinguatur, quæ ornatè fabrefactę sint, & numero quatuor, sex, vel octo, & si octo sint, binæ collocentur. A summa parte columellarum sit ornatus è zophoro frigio dicto, & coronicibus cõstãs, ita vt in co tabernaculi summitas semisphæralis, vel piramidalis nitatur adiunctis in ima parte duabus fibulis, quibus summitas cum zophoro connectatur, in summo affixa paruula cruce quadrata, vel imagine crucifixi, vel Christi Domini resurgentis.

Pes tabernaculi in orbem latiusculè ductus forma sexangula, vel octangula sit, nodum in medio decorè ornatum habens, ne minimum tñ quidẽ eminens, ne incommodè capiatur. A parte inferiori tabernaculi lamina orbicularis omnino argentea, & inaurata pro illius magnitudine sit, quæ sensim à lateribus indeque circum in labijs eminens fundum constituat, & hmõi, vt cum opus sit amoueri possit. In cuius laminæ, vel fundi superiori parte media affigatur parua lunula aurea, vel argentea inaurata, duplex, quæ breui, & tenui suffulcimento sustentata, à fundo paulũ extet, tantulo spatio diuisa quantulo sacræ hostię crassitudo capit, similiter eo opere cõfecta, vt altari in sustentaculo aptè, & firmiter inserta, qñque disiungi possit, vt si quæ fragmenta hostię sacræ in paruulo illius medio spatio remãserint, colligantur. A parte verò inferiori lamina, ac paruulo, & tenui tubo transuersali constet, per quem spinula argẽtea ducta, eam laminam firmiter cum tabernaculo connectat.

Tabernaculo ita cõstructo, vas forma orbiculari illius magnitudini respondens à summa parte clausũm, ab ima apertum è christallo, vel vitro lucido aptetur, & intra ipsas tabernaculi columellas inseratur; vnde sacræ hostiæ ꝓspectus esse possit, & velo auro,

& at-

& argento contexto à parte posteriori, & lateralibus tegatur, q̃ magnitudini tabernaculi respondeat, fimbrijs circumquaq; ex eadem materia adhibitis. Et hoc tabernaculũ vsui erit ad deferendum processionaliter sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, vel exponendum pro oratione quadraginta horarum.

De pixide.

Pixidum forma q̃. Pixis ad sanctissimam Eucharistiã rectè custodiendam ex auro, vel saltẽ argento puro inaurato fiat, cuius pes altitudine sex vnciarum sit. Nodum in medio habeat rectè ornatum, minime verò eminens, nè incommodè tractetur. Vas vel cuppa forma rotunda, vel ouata profunda fit, & decẽter pro profunditatis ratione ampla, in fundo & medio aliquid paululũ habeat, q̃ in orbem tenuiter emineat. In summa pixide circulus tennis, à labro minimum distãs insit, cui in orbem prominenti operculum innitatur; pixidis operculum forma itẽ rotunda sit pixidi respondens, in medio instar piramidis extans, ab vno & altero latere paruulos, & tenues vncinos habens, quibus in circulo aptè includatur. In eius summo crux paruula, vel imago crucifixi, aut Christi resurgentis hæreat. Et vbi præ inopia aliter fieri non potest, operculũ & pixis, ex stamno, vel auricalcho inaurato fiat. In eius imo intus nil ponatur, ne pars quidẽ corporalis, & in ea tres, vel quinque saltẽ particulæ Eucharistiæ custodiantur, quacunq; hebdomada semel renouandę ex hostijs nõ ante dies viginti confectis, & à sacerdote sumendæ in Missæ sacrificio ante purificationẽ, & velo tegatur, vt supra de tabernaculo paruo est dictum. Hęc autem pixis seruetur pro Eucharistia seruãda supposito ei corporali, alia verò amplior ad populi cõionem eadem forma, ea tñ amplitudine, vt tot ferè particulas cõtineat quot opus sit ad populi cõionẽ. Minor verò pixis paretur gestãda qñ per loca abrupta, vel pluuioso tp̃e Eucharistia ad infirmos est deferẽda hac formula, vt fiat vasculũ rotundum argenteum inauratũ in cuius ima vel superiori parte sit patenula, quæ ei more aliarum pixidum includatur, in cuius imo hostia ponatur, & collo in crumena serica inclusa coloris albi, vel auro intexta, decenter appendatur, in alijs seruando quæ supra sunt dicta.

Lampadis forma. Vt verò sacr̃m Eucharistię decẽtius custodiat̃, & honoret̃ ante eã ex Dñi pscripto. Exo. 27. In figura, lãpas oleo oliuæ purissimo referta iugiter colluceat, lucernas. n. ac cereos habẽdi à nascentis ecclesię initio mos extat; vnde Can. 71. Ap. decernitur, vt qui oleũ, vel ceram surripuerit ab ecclesia, segregetur ab ea, & Can. 3. ibid. vetatur aliud offerri ad altare, quam oleũ in lampade, vel ad luminare, quæ constitutio Apostolorum à Melchiade Papa laudatur, & confirmatur apud Brucard. lib. 5. c. 17. & Iuonem. 2. p. c. 17. & in Conc. Aurel. c. 3. apud Brucard. li. 3. c. 6. & hr̃ in c. nemo. de cõs. d. 3. vt qui ecclesiam constituit, assignet, quæ ad luminaria sũt necessaria. & c. placuit. 10. q. 3. Conc. Aquisgranen. sub Pip. li. 1. c. 29 Vsum etiã lucernarum probat Chris. hom. 60. ad pop. & Hier. aduer. Vigil. non improbat eos, qui interdiu in ecclesijs cereos accendunt cerei. n. significãt, q̃ accẽso lumine sponsi aduentus expectandus est. vt d. Hier. ep. 20. ad Marcellam. idem probat Aug. serm. 225. de Temp. Niceph. lib. 5. c. 9. Greg. lib. 1. Dial. c. 5. & li. 3. c. 30. cũ miraculi apparitione. Sit autẽ lampas ex argento, vel auricalcho pro ecclesiæ dignitate, collocato intus vasculo vitreo ad lichni vsum, vel æreo vbi præ frigore vitrea frangũtur. Forma verò lampadis oblõga maximè probatur, quæ. s. à summa, & ima parte amplè patens, & in medio angustè conflata quasi nodo quodam cõcludatur, & à summo labro tribus cathenulis eiusdẽ labri appendatur. Lampadarium verò instrumẽtum, quo lampades pensiles certo numero sustinentur, in orbem ductum, & instar turris altè paulum

multis

multis delphinis ad lampadum susten tationem cōstans, in insignioribus ex auricalcho ornatè confectū ponatur.

Alterum è paruula trabe firma esse potest, totum artificiosè inauratū, & coronicibus decenter ornatū delphinos ligneos in summa parte ornatus gratia habens, ꝙ ea longitudine sit q́ lampadum numero respondeat.

Tertia species lampadarij forma triangulari esse poterit, vbi tres lampades pensiles adhibeantur.

Lampadario in longitudinem ducto tres, vel quinque lampades, in minoribus ecclesijs, septē, vel tredecim in maioribus affigantur, quę dimidio cubito inter se distent.

Lampadario verò in orbem ducto instar turris erecto plures lampades pro illius ratione affigantur, sic tamē vt impares sint.

Omne verò lampadarium è cōspectu altaris affigatur ductorio funiculo adiuncto, ꝙ tā lōngè ab altaris scabello distet, vt si qñ stillet, sacerdos in principio Missæ, vel clericus nō inquinetur, & à pauimento ecclesiæ in altū non minus septem cubitis ducatur, & cum vna tñ lampas accēditur, quæ in medio est, accendatur.

De forma, & modo processionaliter deferendi sanctissimam Eucharistiam.

Vmbellæ forma quæ. Vmbella vna ad sacræ Eucharistiæ vsum contegendæ, altera ad vsum insignium processionū paretur, quæ ex serico, vel panno auro, & argento intexto sit, minus verò pretiosa è panno subserico esse poterit.

A superiori parte tecta sit tela bombicina, vndiq; habens ornatum duplicium fasciarum, quæ duodecim circiter vncijs longè pendeant, quibus fascijs cōsutæ sint fimbriæ ab omni parte filamentis satis prolixis. Inter vtrāque verò fasciam hastilæ inseratur, ꝙ panno annexum, rectè extendat latera vmbellæ, cuius vmbellæ lateribus singulis, hastilia picta, & inaurata, paribus inter se spatijs distincta, quibus illa gestari possit, quatuor, vel plures pro eius magnitudine apponantur, q́ vmbella sit albi coloris.

Vbi verò per angustos tramites sanctissima Eucharistia deferē hmōi fit, q́ in orbem ducta, & aliquantū fastigiata, latè per diametrum pateat cubitis tribus, fasciola eiusdem materiæ circundata, filamentis appensis circulatim, pendeat; sustentetur autē hastili vno, à cuius summo capite vel cētro radij quidam lignei exeuntes vmbellam vndique fulciant, ꝙ hastile in media parte, ita flexum sit, vt cum ab eo, qui post sacerdotem incedit, sustentatur, in caput tamen sacerdotis amplè diffundatur.

Pluuialis forma q́. Pluuiale ēt paretur forma semicirculari ad talos vsq; protensus longitudine cubitorum triū, & vnc. sex, & pro semicirculi ratione latè patens à fimbrijs ornatum laciniarum habēs, à parte anteriori à summo ad imum apertum sit, & inde anfrigio sacris etiā imaginibus intexto decoretur; à posteriori parte capucium breuibus lacinijs sit, ornatu aurifrigiato anteriori respōdēs, in summa parte anteriori fibula tñ inconsuta connexum sit, intus verò sericotenui, vel panno bōbicino eiusdē coloris circū vestiatē.

Velum ēt auro, & argento contextum, vel aureum, & argenteum cubitis sex longum pro humeris sacerdotis tegendis paretur.

Crucis forma quæ. Crux præterea quadrangula cuius pars inferior paulum oblonga in tubulum desinat, ex aureis, vel argenteis laminis fiat, vel saltem auricalcho inaurato, cuius fulcimentum, vel manicum, ex auro, vel argēto, vel saltem ex auricalcho ad congruentem altitudinem surgens arctè, & aptè tubulo infigatur; hastile præterea habeat bene firmum, & decenter pictum, cui aptè inseratur; à cuius summo pendeat pallium, dictum, confalonum ex panno aureo, & serico, vel saltem tela argentea, vel serica longitudinis cubitorum quinque.

Thuri-

Thuribuli forma q.

Thuribulum pręterea, acerra & coclear ex auro, vel argento, vel saltem ex auricalcho artificiosè cælata paretur, q̄ thuribulū cū quadruplici cathenula ex operculo eiusdē metalli sit, lōgitudo verò cathenularū sit cubitorū duorū, & vnc. duodecim; vbi notādum thuribuli, & incensationis esse vsum antiquissimū. ex can. 3. Ap. Dion. c. 3. eccl. hier. Soter ep. 2. ad epos Italiæ, & thuribulum corpus Christi significat. vt d. Aug. hom. 6. in Apocal. & serm. 98. de temp. Iren. lib. 3. de mist. miss. c. 16. qui est factus thuribulum, offerēs se Deo in odorem suauitatis.

Superpellicei forma quæ.

Superpelliceum ēt adsit è tela lini, vel cannabi cādidi, & tenui, manicis, vbi moris est, ita oblongis, vt crispatę vsq; ad digitos sūmos pertingant, longe cubitis duob^9^, late in orbē cubitis quatuor, qd̄ in ipso ore forma rotunda sit magis, q̄ quadrata, latū pro capitis crassitudine, à pectore nullo modo diffectū, longe ductū vsq; ferè ad media crura, latè pateat ab extremis oris in ambitū cubitis tredecim, ab humeris octo, vel circiter, ita vt aptè crispatum sit p̄ corporis forma, à nulla parte affectata operis elegantia, ab humeris maximè, elaboratum.

Tabernaculum ēt paruum in processione deferendum forma superius descripta præparetur.

His ita diligēter p̄paratis, antequā processio fiat, populus à parocho die dñico p̄cedente huius rei cōscius fiat, vt oēs p̄parent ad conueniendū, ad venerandum sanctissimū sacrm, & sumēdam sanctissimā Eucharistiā, qui deuotione impulsi illā sumere volent, tum ēt vt doceaē populus, quo religionis modo hmōi processiones peragendæ sint, videlicet, vt oēs tū mares, tū fœminæ non è fenestris, vel ianuis illā inspiciāt, sed illā piè, & religiosè p̄sequantur, vt mares à fœminis separati incedant. Ne, quæ minus decent, spectacula adhibeanē, nec actiones præ forib^9^ ediū, aut in via repræsentērur, oēsq;, non colloquētes, sed piè precāres incedant, vtq; in solemni maximè processione Corporis Dñi parietes, quæ processio transire debet, aulæis religiosè ornatis, & pijs picturis, ac imaginibus ornenē; & certi viri ab epo p̄ficiantur, quibus curæ sit vt oīa prædicta exequutioni mandentur, & inuitentur qui ad processiones cōuenire debent ne id vllo modo omittant.

Pridie diem processionis faciendæ campanarum pulsatione signū detur processionis faciendæ, & moneantur cōfratres societatis sanctiss. Corporis Christi, vt debito tempore adsint.

Eucharist. quo ordine in processionib^9^ deferēda.

His ita peractis, Missa solemnis celebretur, in qua sacerdos hostiam in processione deferēdā cōsacret, & eā, sumpto sanguine in tabernaculo decenter aptet, & velo id contegat.

Finita Missa, clero, & populo pulsibus campanarū congregato, accendātur intortitia, & deferaē à clericis veste talari, & superpelliceis indutis vmbella ante altare, & thuribulū apteē, quibus genuflexis, thuribulū à Diacono dalmatica induto sacerdoti porrigatur, qui velo detecto, suppelliceo, pluuiali, & stola cum velo desuper extēso indutus thuribulo illud incēset, & interim à clero cantetur Aña. Christum regem adoremus, dñantem gentibus, qui se manducantibus dat spūs pinguedinē. Ps. Cibauit nos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit nos. Ver. Gloria &c. & repetitur Aña. Tū sacerdos surgēs parte veli ante pēdente manib^9^ obuoluta, ipsum tabernaculum ab altari reuerēter tollat, & capite aperto sub iā præparata vmbella procedere incipiat, p̄cedente acolutho cū cruce erecta veste talari, & sup̄pelliceo induto, ac diacono, & subdiacono dalmaticis indutis comitātibus, p̄cedentibus duobus acolithis cū cerofarijs, & alio vel duobus sanctissimū sacrm assiduè incensantib^9^, multis intortitijs ante, & retro comitantibus, & dū inceditur canaē à clero hymnus: Pange lingua gloriosi Corporis mist. & himnus Sacris solemnijs iuncta sint gaudia, q̄ recitantur in festo sacratissimi Corporis Christi; & hymnus: Verbum

bum ſupernum prodiens &c.& hymnus: Vexilla regis prodeũt. vt in Dñica Paſſionis, & hymnus: Pange lingua glorioſi Prælium certaminis, & alij hymni pro ratione itineris, cũ proceſſio egreditur eccleſiam campanæ pulſentur, & idem cũ reuertitur, ꝙ item fiat in alijs eccleſijs, vnde ꝓceſſio tráſire debet, quæ ornatè, & religioſè aptentur, nulla re in altari maiori poſita ꝑter crucem, nec miſſis tunc emiſſis; clerici oẽs ſub ſuo capite cõfraternitates quoque, & alij qui proceſſioni intereſſe debent, ſuo quiſq; loco incedant, bini capite detecto euntes pſallendo, ſimul cum alijs, ꝙ ſi ijs facere non licet, pſalmum vel hymnũ dicant proceſſioni conuenienté, & qñ incedendum eſt incedát, qñ ſiſtendum, ſiſtant, ꝙ à laicis ét præſtetur, nec clerici chirotecas flores, vel hmói in manibus geſtét. Reuerſa proceſſione ad eccleſiam primariã, ſacerdos repoſito tabernaculo in altari illud reuerẽter incẽſet, & interim à clero canat Aña. O ſacrũ conuiuiũ in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impleẽ gratia, & futurę gloriæ nobis pignus datur, alleluia. Verſ. Panẽ de cœlo dedit eis, alleluia. Reſp. Panem angelorũ manducauit homo, alleluia. Tũ ſacerdos d. Oremus. Deus, qui nobis ſub ſacro mirabili paſſionis tuæ memoriã reliquiſti: tribue, qs: ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra miſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis, &c. Reſp. Amen. Ver. Dñs vobiſcũ. Reſp. Et cũ ſpũ tuo. Ver. Benedicamus dño. Reſp. Deo gratias. Tum ſacerdos ſurgens, ac genuflectens, & accipiẽs tabernaculũ ſanctiſſimi ſacri ambabus manibus ſtans benedicat eo populũ, dicẽs: Benedicat vos oĩpotẽs Deus, Pater, ✠ & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus. ✠ Amen. & tunc omnes diſcedãt ĩ pace, nec ante id cuiq; liceat, ex clero ꝑſertim, & tabernaculũ deponat in tabernaculo maiori, vel cuſtodia Euchariſtiæ. Quando verò eṗs id munus eſt obiturus, cærimoniæ adhibeantur in paſtorali ſtatutæ, & in Cerimoniali Romano.

De modo, & ordine deferendi ſanctiß. Euchariſtiam infirmis.

Præparetur lanterna ex ligno inaurato, vel tenuiſſima ſaltem lamina, in qua feneſtella aptè diſpoſita cornu lucido clauſa exiſtat, & ferrũ præterea promineat cereis infigendis accõmodatum, & haſtili longitudine quatuor cubitorum firmiter infixa hæreat. Euchariſt. quo ordine deferẽda ad infirmos.

Cereoaſta ẽt breuiora vſui ſanctiſſimæ Euchariſtiæ aſſociandæ apta artificioſè elaborata ſint, auro, vel coloribus obducta, in ſuperiori qua cereus infigitur, eorum orbis ex charta ferrea .i. tola congruenter pateat, extremitate ſurſum inflexa ad guttas capiendas, quæ ex cereo defluunt, eius tamen breuitatis, vt cum vſu venerit, cereis inſertis, manibus geſtari poſſint, & ſi non inaurata, ſaltem colore albo decenter picta.

Tintinabulum ẽt paretur ad ſignũ dãdum, ꝙ oẽs ante ſanctiſſimũ ſacr̃m genuaflectere debeãt, & vas aq̃ benedictę ex auricalcho cũ aſperſoriolo artificioſè, & piè ornato. Vmbella quoq; forma ſupra deſcripta in prõptu ſit.

His ita paratis, cũ aliquis eſt cõicandus, pridie eum parochus inuiſat, & ſi aliquo peccato tenetur ab eo abſoluatur, & excitetur ad ſe præparandum omni ſpiritus, & deuotionis affectu ad tm̃ hoſpitem ſuſcipiẽdum, vt illius ope adiutus, tum minutiora peccata deleantur, tum contra dæmonis inſidias muniatur, tum, ſi tunc è vita ei eſt decedẽdum, hoc ſacratiſſimo viatico roboratus ad ſupernam Hieruſalem alacriter tendat. Tum mane ordine ſupra in Ver. cum autem ad infirmos, expreſſo, cum ſanctiſſimo ſacro ad domum infirmi accedat, vbi cũ ad eũ acceſſerit, dicat: Pax huic domui. Reſp. & oĩbus habitantibus in ea, & repoſito vaſculo loco ſupra demonſtrato, aſpergat infirmum aqua benedicta in modum crucis, tum aſtantes, dicit:

dicit: Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Tum subiũgat. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte ei auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilij tui super infirmum hunc famulum tuum ostende virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiutus, ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrũ. Amen. Tum submissa voce dicat, infirmo si confiteri velit, & eum audiat, & absoluat. Tum dicto per infirmum vel aliũ: Confiteor Deo patri, &c. eo monito, vt veniam petat de peccatis suis generaliter, & astantibus monitis, vt pro eo orent, dicat: Misereatur tui &c. Indulgentiam &c. Dominus noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlo, de quorum numero quamuis indignos, nos esse voluit, ipse te absoluat ab omnibus peccatis tuis, quæ quouis modo cogitatione, locutione, & operatione negligenter egisti, atq; à peccatorum nexibus absolutum perducere dignetur ad regna cœlorum. Amen. quo acto, sacerdos eleuet corpus Domini, nõ tamen longe à pixide, vt infirmus illud adoret, & breui sermone eũ excitet ad suscipiendum omni fide, pietate, humilitate, & charitatis ardore verũ corpus Domini nostri Iesu Christi, & eo monito, vt dicat ore, vel saltem cordis affectu semel: Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectũ meũ, sed tãtum dic verbo, & sanabitur anima mea, ipse supposita pixide, & sub ea velo lineo porrigens ei sanctissimã Eucharistiam, dicat: Accipe frater, vel soror, viaticum Dñi nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat ad vitam æternam. Amen. Tum abluat digitos in aqua, vel vino in vase vitreo ad id præparato, quod secum deferre debet in aliqua capsula sacerdos alteri vsui nõ deputandũ, vt & de alijs vasis, quib⁹ in ecclesia Eucharistia ministratur, & hmôi, est fiendum, & propinet infirmo nil dicens; q̃ si sacramẽtum palato adhæserit aliquid propinet ei pro dispositione sumentis donec deglutiatur; peracta cõmunione dicat: Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor &c. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Dñe sancte, pater omnipotẽs æterne Deus, te fideliter deprecamur, vt accipienti fratri nostro (vel sorori nostræ) sacrosanctum corpus Dñi nostri Iesu Christi filij tui, tam corporis, quàm animæ prosit ad remedium sempiternum. Amen. Quo peracto, altera particula, infirmo benedicẽs; ordine quo venit reuertatur ad ecclesiam, & reposito sacramento in altari, dicat: Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus: ita nos corporis, & sanguinis tui sacra misteria venerari: vt redemptionis tuæ fructũ in nobis iugiter sentiam⁹. Qui vi. &c. postea eleuato vasculo eo astantibus, signo crucis ducto, benedicat, & reponat sacramentum, monendo associantes indulgentiæ, quam cõsecuti sunt.

De ordine ministrãdi sanctissimam Eucharistiam in ecclesia.

Parentur mappæ, quibus scabella oblonga ad vsum sacræ cõionis in ecclesia ministrandæ teguntur latæ non minus cubitis duobus, longæ verò vt est scabellorum longitudo, aliæ verò quæ non in cõi cõione, vel ad ægrorum vsum, longæ sint cubitis tribus, Eucharist. quo ordine ĩ ecclesia ministranda.

latæ

latæ duobus, confectæ puro & tenui texturæ opere, & ne extremitates q. dem fimbriatas habeant præter capita, quæ ornari par est. Scabella verò vsui sacræ communionis, constent altitudine cubitorum duorum, latitudine vnc. sexdecim, decenter dolata.

Præparétur etiam vasa quatuor ad vsum purificationis, quæ si aurea, vel argentea sunt calicis formam non habeant, & si è christallo, non sint similia ciathis vinarijs, quæ alio vsui non adhibeantur. Vasa verò vinum purificationis continentia, è stamno pårentur. Præparétur etiam mantilia parua ad os purificationem sumentis abstergendum. Tum alia longa cubitis trib: alta prout est tela, à parte extrema capitum decenter elaborata, quæ supponantur pixidi sacerdotis cõionem ministrantis. Et duo scabella parua, in quibus ponantur res necessariæ ad vsum sanctissimæ cõionis in capite scabellorum, vel prope altare, quæ mantilibus decentibus tegantur.

Accendantur sex cerei in altari, donec cõmunio durat, & duo intortitia, quæ semper sacerdotem præcedant.

Tempore Paschatis eligatur à parocho clericus fidelis, qui ante cõionem colligat politias eorum qui sunt communicaturi, in quibus continetur nomen, & cognomen cõicandi, & regio in qua habitat. Duo alij, quorũ vnus à dextris, alter à sinistris sacerdotis supponat mantile pixidi, ne aliqua fragmenta in terram decidant, & duo alij qui præcedant intortitijs accẽsis, & duo qui purificationẽ cõicantibus porrigant, nisi parochus aptius putaret ibi ponẽdum vinum, & mantile in scabellis, vt quilibet sibi, ꝙ opus est, sumat, & proximo successiuè porrigat. Vbi verò tot clerici reperiri non possunt, affigi poterunt cerei in cancellis vnus à summa parte, alter ab ima scabellorum, vel pueri accipiãtur superpelliceis saltem induti.

His præparatis, sacerdos cõionem ministraturus, et si tunc celebrasset, nisi in Missa eã ministret, deponat casulam, & alia paramenta ad Missæ sacrificium accõmodata. Tum in sacristia existens lauet sibi manus, & sumpta cotta, & stola oret aliquantũ. Tum iubeat cereos, & intortitia accendi, & cum ad primum gradũ altaris in eius medio peruenerit, genuflectat. Tum ascendens altare, aperiat ostiolum tabernaculi, & cum apertum est, iterũ genuflectat, & extrahat pixidem, in altari sub corporali ibi parato reponẽt, & eius operculo aliquantum sublato iterum genuflectat, duobus clericis hincinde in bradella genuflexis, cereos accẽsos in manibus tenentibus, & sic seruet semper vt genuflectat; primò antequam pixidem è tabernaculo extrahat: secundò, cum eã extraxit, & aperuit: tertiò, cũ eam reposuit.

Incepturus parochus cõionis ministrationẽ ad cornu euãgelij accedat, & si illo mane sermonem non habuit ad populum de excellentia huius sacramenti, breuiter eum accendat ad reuerentiam, & præparationẽ necessariam ad tam magnificum sacrm sumendum, & venerandum. Tum ducto sibi signo crucis dicat: In nomine patris, &c. Io confesso à Dio onnipotente, lingua materna &c. nomine populi, quo acto dicat. Misereatur &c. Indulgentiam &c. dextra super populũ, signum crucis ducens.

Tum ad altare se vertat, & facta genuflexione pixidem aperiat, & iterũ genuflectat, & sinistra pixide sumpta, accipiat particulã manu sinistra, qua aliquãtum eleuata super pixide, dicat populo, eleuate vestram mentem ad Deũ omni humilitate, & deuotione, firmiter credentes in hoc sacro verè contineri corpus, & sanguinem cum anima, & diuinitate Dñi nostri Iesu Christi; & ter dicite mecum. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantũ dic verbo, & sanabitur anima mea, ꝙ lingua vernacula dicat. Tum ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Hoc acto accepta in manu sinistra patena calicis, ne aliquod fragmentũ

in

in mantilia decidat, & ob albedinem vtriusq; non cernatur, descendat ab altari, & incipiat cõionem præparatis porrigens, ducto prius versus cõicandum, particula, signo crucis, dicens: Corpus Dñi nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. ℟. Amē. quo dicto, porrigat ei sanctissimam Eucharistiam, aduertens ne eã porrigat ijs qui retro sunt extra circulum cõicantium, tum quia mantile illis supponi nõ potest eorum mento, tum ob periculum ne in terram sanctissimum sacramentum decidat, ipse verò sacerdos cępta cõmunione duos digitos iunctos semper teneat super pixide, & cum reponit super altare, digitos super ipsam abstergat.

Finita cõione reuertatur ad altare, & pixidem in eo ponat super corporali, operculoq; eam tegat, & digitos abluat, facta prius genuflexione, & purificatorio digitos tergat. Tum dicat: Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Dñe sancte pater omnipotens æterne Deus, te humiliter deprecamur, vt accipiẽtibus fratribus, & sororibus nostris, Eucharistiã corporis, & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi filij tui, & animæ, & corporis sit salus; per eundem dñm nostrũ &c. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Kyrie eleis. Christe eleeis. Kyrie eleis. ℣. Benedicat, & exaudiat nos Deus, se signans. ℟. Amen. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. ℣. Pax, & benedictio Dei Patris omnipotẽtis, & Filij, & Spiritus sancti descẽdat super vos. ℟. Amē. ducto ter signo crucis pixide super populũ, & eã reponat loco suo facta genuflexione, & manus abluat, & vinum purificationis det alicui clerico in sacris cõstituto ieiuno sumendum post communionem sumptam, qui ob id vltimo loco communicet.

Vt autem decentius sanctissima Eucharistia sumatur, sæpè parochus infra annum, & maximè in Quadragesima, & speciatim Dñica Palmarũ moneat, vt cõicandi viri, & mulieres separatim se aptent. Vt mulieres sine fuco crinibus crispis, inaurib⁹, vel alijs inanibus ornamẽtis, & velo capite tecto, q̃ vsq; ad os descendat, accedant.

Vt viri simplici vestitu contenti ad sacram cõionem accedant, amotis armis quibuscunque in actu illo, & omnes pallio tecti sint, nisi magna egestate præmantur.

Vt tunc omnes chirotecas exuant, & accedendo, ac discedẽdo modestè, & quietè id agant, vtq; cõicandus extremas partes mantilis à clericis gestati sub mento sibi supponat ne aliquod fragmentum decidat, vt in actu Eucharistiam sumendi nimis properè nemo caput approximet, vel nimis lõgè properè remoueat, sed capite aliquantum erecto maneat, & bene firmo, & competenter os aperiat, ita vt sacerdos nõ obuiet barbæ, dentibus, vel labris superioribus, linguã quoq; porrigat, sic tñ vt dentes inferiores non egrediatur, sed super illos sistat. Vtque postquam cõicauit, caput aliquantum reclinet, idq; non properé, sed reuerenter, nec antequam sacerdos manum à se retraxerit, & lingua ad palatum superius minus quã fieri potest eleuata, sanctissimam Eucharistiam reuerenter deglutiat. Vtq; post sumptam cõionem loco suo meditãs quisq; aliquantum immoretur, tum ad purificationem sumendã accedat, nec expuat ante dimidiũ horæ, quàm cõicauit, & si necessitate præmatur, in pariete expuat. Nec eodem spatio manducet, ac ẽt, vt sumpta purificatione in aliqua parte ecclesiæ genuflexus Deo gratias agat, nec ante discedat, quàm Missa in qua cõmunicauit, perfecta sit, si extra eam, non antequam Deo gratias egerit, & à sacerdote benedictionem acceperit.

Ipse verò sacerdos nõ admittat ad sanctissimã cõionem morantes in peccato mortali, nõ restituentes, vbi possunt, vel non relinquẽtes occasionem peccati, si peccatum est publicũ, & publicè Eucharistiã petant, si verò occultum, & id scit extra cõfessionem, si occultè eum monere potest, ne accedat, com- Eucharist. quibus de neganda.

commoneat; si qui etiam ob publica peccata egent publica emendatione, ante eam præstitam nõ admittantur, pueros verò, & puellas pubertati proximos non ante ad cõionem admittat, quàm ipsos circa vim huius sacramenti diligẽter instruxerit, ac eorum confessionem ter, vel quater audierit, nisi prius aliquo pio, & probato confessori confessi sint.

Communicet verò parochus nõ solum proprios parochianos, sed ẽt qui pro maiori parte anni, vel saltem sex mẽsibus ibi moram traxerint, vel eo, ẽt nuper, domicilium trãstulerint, & in diœcesi peregrinos, qui diebus Paschalibus ibi aderunt, qui tñ in ciuitate solum in Cathedrali cõicabunt, notatis ẽt in libro eorum prius nomine, & cognomine. Nec admittat excusationem alicuius, qui in Paschate nõ communicarit, sine epi licentia, cum verò in Missa cõmunio est ministrãda, sumpto sanguine, sacerdos eam ministret ordine superius exposito.

TRACTATVS DE SANCTISSIMO Missæ Sacrificio.

De essentialibus Missæ, vel de Missa secundùm se. Cap. I.

Missa, vnde dicatur, & quot modis, ac quare.

OBSERVANDVM est in vniuersum pro dilucidiori, & faciliori intelligentia, primo loco, q Missa sic dicitur ab Ethimologia vocabuli, à Missione, vel Emissione, Admissione, aut Immissione.

Primo modo dr̃ Missio, videlicet collecta, & collectio, & peccati remissio, vel remissa, sic.n. Cipr. Missam dicit lib.3.ep.8. & lib. de bono patiẽtiæ. Sic sentit Isid.lib.6.originum. cap.19. Rab lib.1.c.32.de Inst.cler. Vgo de S. V.lib.2.de sacr.par.8.c.vlt. vbi Missam dicit, q oblatio, & preces ad Deũ mittantur. Et hoc modo accipitur Missa pro diuino ẽt officio lectionum, precum, & aliorum id genus, q celebratur in ecclesia ante dimissionẽ cathecumenorum. vt in Conc. Valent.c.1.

Secũdo, dr̃ ab Emissione, vt in Cõcil.4.Cartag.c.84. ca.eps.de cons.d.1. eps nullum prohibeat ingredi in ecclesiã, aut audire verbũ Dei, siue gentilem, siue Iudæũ, siue hæreticũ vsque ad Missam cathecumenorum, qui tenebantur egredi post lectum euangelium, symbolum recitatum, & prædicationem factam antequam sacerdos inciperet sacra, tunc.n. diaconus ascẽdebat pulpitum, dicens: si quis cathecumenus est, procedat foras. vt inquit Isid.lib.6.Orig.ca.19. & Rab.lib.1.de Instit.cler.c.32. Iuo.ep 75. Aug.ferm. 237. Amb.lib.2.ep.33. Remig.li.de officio Missæ. Cassian.lib.2.Instit.ca.15. Clem.lib.8. Const.ca.12. Dion.lib.de eccl.hier. Tertul.lib.de prol.cr.hæret. Greg.lib.2.Dialo.c.2. Ath.Apol.2.cõtra Arr. & hr̃ in Conc. Laodicen.can. 19. & idẽ facere tenebantur ij qui incestu se maculassent dum in eo perseuerant, qui tenebãtur exire cathecumenis exeuntibus. ex Concil. Ilerden. can.4. c.de his qui.35.q 2. & hoc modo accipitur ẽt in nostra Liturgia, dũ Diaconus peractis sacris, dicit: Ite Missa est, q est dicere iã dimissio est congregationis omnibus abire licet. vt dicit rectè Alcuinus lib. de offi. ecclesi.c. de celeb.missæ. & sic accipit Missam p dimissione peracta oratione publica populi. Cassian.in arg.c.13.lib.2.Inst. & lib.3.Instit ca.7.8. & ideo remissam antiqui patres dixere pro remissione. Tertul.lib.4.con.Marc.c.18. vbi Rhenanus. & Cipr.lib.de bono patientiæ. & lib.3.ep.8. & ep.14.

Tertio, dr̃ ab Admissione, & sic accipitur pro illa parte Liturgiæ, quæ est ab Offertorio vsq; ad finem, quę propriè est Missa fidelium, tũc.n. cathecumeni excludebantur, Iudæi, hæretici, & gentiles. vt dicit Alcuin. loco prædicto, & sic accipit Amb.lib.5.ep.33. Vel

dicitur Missa à Missat, seu Missah Hebræo vocabulo, quod significat oblationem volũtariam. Deut. 16. vt dicit Couar. li. 4. var. res. c. 22. ex Alciat. li. 7. Parerg. c. 10. licèt hoc non sit admodũ certum, quòd ex voce hebræa deriuarit Missæ nomen, cum Græci patres id non asserant.

Quarto modo dicit ab Immissione pro tota celebratione diuini officij in quo Eucharistia consecratur, vt comprehendat simul Missam cathecumenorum, & fidelium; sic accipit Greg. I. lib. 1. ep. 12. Leo. ep. 81. ad Dioscorum. & 88. ad epos Germaniæ, & Galliæ. in Cõc. Agaten. can. 47. Aurelian. 1. can. 28. & sic accipitur apud omnes nunc, & sic dr quasi Immissa, quia in ea agnus verus immolatur; & fiunt obsecrationes, orationes, & postulationes, vt latè d. Bellarm. de Missa. li. 1. cap. 1. Guil. in rationali. Isid. loco cit. & alijs & q vox Missa sic accepta sit antiquissima, & in ecclesia vsitatissima, probat ex Euaristo iij. Papa à Petro apud Burcard. lib. 3. decretal. c. 2. d. omnes basilicæ cum Missa semper debent consecrari. Alexander IIII. Papa post Petrũ. c. in sacramentorum. de cons. d. in sacramẽtorum oblationibus, quæ inter Missarum solemnia Dño offeruntur, passio Domini miscenda est. Idem Telesphorus VI. Papa post Petrum. in c. nocte. de cons. d. 1. Higinius Papa VII. in c. omnes basilicæ. de cõs. d. 1. Sother Papa X. à Petro. in ca. hoc quoque. de cons. dist. 1. Fabianus Papa. ep. 3. Felix ep. 2. ad Galliæ epos. Eutichianus. in c. nullus presbiter. de cons. dist. 1. Ex patribus Amb. lib. 5. ep. 33. Aug. serm. 91. de tempore. Leo. ep. 81. ad Dioscorũ. & 88. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ. Gregor. lib. 1. ep. 12. Cassian. lib. 3. Instit. c. 15. & Collat. 22. c. 4. 6. & 8. vbi Missam nominat sacrosancta misteria à Christo initiata. Leo. ep. 79. Idem habetur in Cõc. Cartag. 2. can. 3. Cartag. 4. can. 84. Agath. can. 21. Mileuita. can. 12. Aurelian. 1. can. 28. Gerund. can. 1. Dicitur etiã Missa à Græcis Liturgia, quod significat officium, vel ministerium, & opus publicum. vt habetur apud Synesium. ep. 79. vel Teleton. 1. arcanum misterium.

Secundò notãdum, quòd Missæ author, & institutor est Christus, vt patet Luc. 22. Et accepto pane, gratijs agẽs, fregit, ac dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam recordationem; & idem habetur 1. Cor. 11. Quibus verbis Christus sacerdotibus præceptum sacrificandi dedit: facere enim pro sacrificare sumitur apud ethnicos, nempe Ciceronem oratione pro Muræna, Macrob. lib. 3. Saturn. & in sacris literis, Leuit. 15. 23. Num. 6. 8. 9. Iudicum 13. 3. Reg. 18 Ezech. 43. Ier. 7. Et his verbis sacrificij celebrationem à Christo esse præceptam, vnanimiter omnes Patres sentiunt. Dion. de eccl. hier. ca. 3. dicit: Tu dixisti, hoc in meam commemorationẽ. Clem. lib. 5. Apost. Const. c. 18. Idcirco igitur & vos, excitato Domino à mortuis, facite sacrificium vestrũ, de quo vobis per nos constituit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Alexander Papa I. ep. 1. ca. 4. Ipsa verò veritas nos instruit calicem, & panẽ in sacramento offerre, quãdo ait: Accepit Iesus panem. Tertul. in apol. qui ei, nempe Deo, offero opimam, & maiorem hostiam, quam ipse mandauit. Iren. lib. 4. cap. 31. Cipria. lib. 2. epist. 3. nam si Iesus Christus Dominus, & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse primus obtulit; & hoc fieri in sui commemorationem præcepit; vtique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Ambro. in 10. c. ep. ad Hebr. Chris. hom. 17. ep. ad Hebr. & hom. de proditione Iudæ. Aug. lib. 83. questionum. q. 61. Gaudentius. tract. 2. de regressis fonte. Teod. in c. 8. ep. ad Hebr. Ex Conc. can. 3. Apost. Cartag. 3. c. 24. Clem. lib. 6. Constit. c. 23. prætereà Euseb. lib. 1. euang. demonstr. c. vlt. Basil. in Liturgia. Raban. lib. 1. de Instit. cleric. c. 32. Isid. lib. 1. de eccle. offic. c. 18.

Missæ author est Christus.

Q Innoc.

Innoc.lib.4.mister.Missæ.ca.26.Idem habetur in Concil. Constant. sess.8. Vienn. Clem.j. de Reliq.& ven.sanct. Trid.sess.22.can.2.

Et vlterius probatur quoque Christum esse authorem huius sacrificij, quia vt sacramentorũ solus Deus est author ob gratiam ibi contentam, vt est ostensum supra. tractat.de sacramen.in genere. sic ipse etiam solus author esse potest sacrificij Missæ, ob authorem gratiæ, qui ibi offertur, & innumera quoque quæ inde emanant beneficia, de quibus supra est actum, quia post eius Ascensionem celebratio huius sacrificij frequentata fuit. Vnde sanctus Petrus Missam celebrauit, teste Abdia.lib.1.sino. de passione Petri.Egesippo lib.3.de excid.Hieros. c.2.Isid.lib.1.de diuin.offi.c.15.Alcuinus.de diuin.offi.cap.de celebratione Missæ. Simeone Metaphraste in vita sancti Petri.Remig.lib.de offic.Missæ. Vgone de sancto Vict. de sacram. p.8. cap.14. & extat Liturgia Petri Græce scripta, cuius meminit Fr.Turr.lib.3. de dogmat.caract. Sãctus etiam Iacobus Apostolus frater Domini, episcopus Hierosolimorum Missam celebrauit, & extat Liturgia ab ipso edita, cuius meminit Proclus ep. Costãtinop. de traditione diuinæ Missæ. Bessarion de sacra Eucharistia; & in Sin. Trull. can.30. In textu Græco habetur, ꝙ Iacobus, & Basilius Missæ ritum in scriptis tradiderunt, quod tamen ante à Domino fuerat institutum; licet deprauatè.in cap.Iacobus. de consec. dist.1.ea verba legantur. Sanctus Marcus etiam Liturgiam scripsit. vt d.Notar.in vita S. Marci. & Beda in Martirologio.ad septimo Cal.Maij, dicit: at postquam constitutis, & confirmatis ecclesijs, per Libiam, Marmaricã, Ammonicam, Pentopolim, Alexãdriam, atque Aegyptum vniuersam, ad vltimum captus est à Paganis die sancti Paschæ Missas faciens, fune collo eius immisso. Ado in Martirologio, Balsamon in can.32. Sin. Trull. Sanctus etiam Barnabas Apostolus Liturgiam composuit, & Missam celebrauit, vt dicit Alexander Monachus in vita sancti Benedicti apud Metaphrasten. Sanctus etiam Nicomedes Missam celebrauit, teste sancto Marcello in vita sanctæ Petronillæ, & sancti Nicomedis. Beda in Martirolog. pridie Calen. Iun. Sanctus etiam Clemens Papa cõscripsit Missam ab Apostolis celebratam, vt testatur Proclus tract. de tradit.diuinæ Liturgiæ. Bessarion de Euchar.sacram. & quòd omnes Apostoli Missam celebrarent: testatur Abdias in hist.certam. Apost. Nicol.Merhon. ad eos qui hæsitant; & ipse Sanctus Clemens. lib.8. Const.Ap. conscribit ritum à se celebratũ; adsunt etiam Liturgiæ Basilij, & Chrisostomi, quarũ meminere Balsamon in can.32. Sino. Trull. & Bessarion de sacra Eucharist. Adest demum & inter veteres, Missa Ambrosiana, vt testatur Pamelius Tomo 1. Liturgicon ecclesiæ Latinæ, ex quibus dignoscitur Missam antiquissimum, non recens esse inuentum. vt tradit Duran.lib.2.de ritib.eccl.c.3.

Missa qñ cœpit celebrari, & à quibus, & qui ritum eius scripserint.

Tertiò notandum, ꝙ Missa diuidi potest in publicam, & priuatã, vel potius in solemnem, vel cantu recitatã, & sine eo celebratã; Missarum siquidem publicarum mentionẽ facit Concil. Cartag. tempore Siricij Papæ cano.3.vel 6. apud Balsamonẽ. Lateran. tẽpore Gregorij, vt ipse testatur Gregor. lib.4.ep.43. & habetur in c.luminoso.18.q.2. Idem Greg.lib.5.ep.46. lib.7.ep.71.lib.8.epist.3.Alcuin.lib.de diuin.offi.c de Sabbato Sancto. Amal. lib.1. de eccles.offi c.8.Iuo.ep.139.Peculiarium verò Missarum fit mentio in c. & hoc attendendum.de consecr. dist.1.in c.quidam laicorum. de celebrat. miss. quæ & solitariæ ab Odone in expos.can.missæ, verbo circunstantium, dicũtur: omnes tamen Missæ publicæ sunt; licet à solo sacerdote sine ministris celebrentur, & nemo præter sacerdotem ibi communicet, tum ex voce Liturgiæ, quæ significat munus publicum, tum quia sacerdos in Missæ celebratione, publico munere fungitur,

Missa diuiditur ĩ publicã, vel solemnẽ, & priuatã, & ꝗ vtraq;

augitur, cum pro toto mundo legatus publico ecclesiæ nomine, intercedat. Vnde Chrisost. hom. 26. in Matth. & lib. 6. de sacerd. inquit; Neq; enim sacerdos priuatim pro se, & si solus sacrificium peragit, verũ pro toto Christi corpore mistico, velut ecclesiæ publicus minister. & in canone Missæ dicitur: Memento Domine omniũ circunstantium &c. & infra; Hanc igitur oblationem seruitutis tuæ, sed & cunctæ familiæ tuæ, videlicet ecclesiæ, & infra. Vnde & memores Domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta. Quãdoque tamen publica Missa dicitur, q̃ fit in publico, & populi præsentia; & sic accipitur apud Greg. lib. 3. ep. 43. & in Conc. Lateran. & in d. c. luminoso. Peculiares verò, quæ votiuæ dicuntur, ob quas illæ de tempore non sunt omittendæ. d. c. quidam laicorum, vel quæ in monasterijs, aut in domibus priuatis, & non in conuentu populi celebrãtur; vt habetur apud Greg. lib. 5. ep. 46. lib. 7. ep. 71. lib. 8. ep. 3. in c. clericos. de consec. d. 1. & eundem Greg. lib. 5. ep. 42. 43. & in oratorio priuato paruo celebrasse Greg. Naz. habetur in hist. tripar. lib. 9. c. 8. & in cap. si quis etiam. de cons. d. 1. statuitur Missas in oratorijs non ita celebrandas, vt ob id populus à Missis publicis solemnib. distrahatur, quæ hora tertiæ celebrari consueuere. Et sic Missæ publicæ dicuntur, licet non solemniter, & in oratorijs celebrẽtur, & licet nullus ibi præter sacerdotem communicet ex supra dictis; & confirmatur ex Concil. Trid. sess. 22. cap. 6. & can. 8. vbi licet Concilium optet vt omnes ibi adstantes communicent, diffinit tamen illas Missas, si secus fiat, vt illicitas, vel priuatas, non esse damnandas: nec etiam sub præcepto ecclesiæ habetur vt omnes qui officio Missæ intersunt sacramentaliter communicent; nam in ecclesia orientali tempore Ambrosij, Chris. & Aug. laici ferè omnes semel tantũ in anno cõmunicabant; vt inquit Amb. lib. 6. de sacr. c. 4. si quotidianus est cibus cur post annum illũ sumis quemadmodũ Græci in oriente consueuerunt? idem Aug. serm. 28. de verb. Dñi. lib. 2. de ser. Dñi in monte. c. 12. Chris. hom. 17. i c. 10. ad Heb. Licet tamen laici Græci quotidiè non communicarent, Chrisost. tamen, & alij presbiteri Græci quotidiè Missas celebrabãt, vt idẽ testatur d. hom. 17. Nonne per singulos dies offerimus? offerimus sanè, & hom. 3. in c. 1. ep. ad Ephes. & hom. 61. ad pop. In occidentali verò ecclesia antiqui epi quotidiè celebrabant. vt ait Cip. lib. 4. ep. 9. Amb. ep. 1. ad Timoth. c. 3. Aug. ep. 23. ad Bonif. & in Ps. 135. & de fid. ad Pet. c. 19. Hier. ad Luciniũ, & ad Hedibiã. q. 2. laicos tamen quotidiè sumere nõ cogebant, hortando tamen, vt Dominicis dieb. id agerẽt, si mens sine peccati affectu sit. vt d. Aug. de eccle. dog. c. 53. ca. quotidiè. de cons. d. 1. & idem ep. 118. ad Ian. ca. 3. Et q̃ ante S. Greg. mos esset celebrandi, licet solus sacerdos cõmunicaret, probatur ex Decreto Sotheris Papæ I I. ep. 2. ad epos Italiæ. c. hoc quoq;. de cons. d. 1. vbi prohibet sacerdotibus celebrare nisi duo adsint, qui sibi respondeant, ergo nõ requiritur præsentia populi. & cap. in cœna. de cons. d. 2. idem Sother d. aliquos omisisse suscipere Eucharistiam in cœna Dñi. Fabianus Papa in c. & si nõ frequentius. de cons. d. 2. præcepit, vt ter in anno fideles communicarẽt, q̃ renouatur in Conc. Agath. can. 19. & Greg. Naz. orat. 19. d. patrem suum ægrum è lecto surrexisse, & celebrasse, & populo absenti benedixisse, & tamen non est credibile, quòd quis ibi communicarit; & Paulinus in vita S. Ambrosij d. eum celebrasse in domo cuiusdam mulieris, & ibi paraliticam sanasse, & tamen nullus ibi communicauit. & Aug. lib. 22. ciuit. c. 8. dicit Quendam sacerdotem in domo quadam celebrasse, & inde malignos spiritus exijsse: & Leontius Neapoleos in vita S. Ioannis Alex. d. illum Ioannem Eleemosynarium Patriarchã Alex. cum celebraret, & ciues post euãgelium ex ecclesia recessissent, ipsum

Missæ adstantes nõ tenenẽ ex præcepto cõicare, licet id optabile sit, & initio sic fieret.

Q 2 etiam

etiã exijsse, d. Vbi oues illic & pastor, si extra ecclesiam manseritis hærebo, ego propter vos descendi: nam poteram mihi facere Missas in epio. Neq; aduersantur. c. peracta. de consf. d. 1. & 2. c. 10. q̃ est Anacleti ep. 1. vbi ministri sacris induti epo celebrante cõicare debẽt. & habetur in can. 8. Apost. id enim intelligitur de epis, & presbiteris, qui cõficiunt, qui simul sumere tenentur, licet aliqui ẽt id extendant ad diaconos, & subdiaconos, ob q̃ iubentur in Conc. Antisiod. can. 19. accedere ieiuni, id tamen ad laicos nõ inuenitur extendi. Non obst. pariter. ca. omnes fideles. de consf. d. 1. vbi laici nõ permanentes in precatione, & sacra cõione segregantur: id. n. de his intelligitur, qui ob aliquam insolentiã Eucharistiam refugiunt, quive ob luxuriam se auertunt à cõione, & vniuersalem Christianorum cõionem in hoc sacro auersantur. vt habetur in c. si qs intra. de consf. d. 2. & ita illum canoné interpretatur Sin. Antioch. can. 2. vbi Balsamon. Non ob. etiam q̃ d. Greg. li. 2. Dial. c. 23. commemorans moré ecclesiæ veterem cõicandi, diaconũ clamasse; si quis non communicat det locum, & vt non communicantes ab ecclesia exirent. Resp. enim, q̃ ibi loquitur de duabus Monialib⁹, quas Benedictus excommunicauerat, & iam defunctæ erant: & sic locus ille intelligitur de excommunicatis, q̃ debẽt exire, non autem de ijs qui cõione abstinent. Non ob. pariter. c. non potest. 1. q. 1. ibi enim agitur de sacrificio Christi cruento, non asit de altari incruento, vt habet Aug. lib. 4. ciuit. Verum est tamen, q̃ initio nascentis ecclesiæ astantes sacrificio nõ solum clerici, sed & laici quotidiè communicabãt, eum fideles pauci essent, templa rara, & altaria, & sacerdotes non multi, vt patet ex Liturgijs Iacobi, Marci, Basilij, Chrisostomi, & Latinorum. Vt quotquot ex hac altaris participatione sũpsimus, & infra. Fiat cõmixtio, & consecratio corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi accipiẽtibus nobis in vitam æternam, & rursus: Satiasti Dñe familiam tuam. Vnde Miccrologus. de eccl. obser. c. 19. d. postquam omnes cõmunicarint, sacerdotem dicere: quod ore sumpsimus dñe; & hũc morem recensent Clem. libr. 2. Constit. c. 57. ad fi. lib. 8. c. 13. Dion. de eccl. hier. p. 2. c. 3. Ignat. ep. ad Ephes. Cipr. lib. 4. ep. 6. & serm. de orat. & de Cardin. operibus Christi. & serm. de lapsis. Chris. hom. 8. in 2. ad Cor. hom. 3. de incomprehẽsibili Domini natura. hom. 61. ad pop. & 3. ad Ephes. Ambr. lib. 6. de sacr. c. 4. Aug. serm. 28. de verbis Dñi. imo non solum astantes communicabant, sed & diaconi sacramentum deferebant, qui ob persecutiões latebant. vt d. Iustin. Apolog. 2. & hunc morem in Missis communicandi optat Trid. Conc. d. ca. 6. sess. instaurari, vt latè probat Dur. lib. 2. de ritib. eccl. c. 4. Missæ attamen publicæ dicuntur etiam si solus sacerdos ibi cõicet. Distingui attamẽ potest publica à priuata: quia publica in conuentu populi, priuata in oratorijs priuatis celebretur; vel publica, quæ cum cantu, quæ & conuentualis dr; priuata sine eo celebratur, quæ licet quò ad sacrificium nõ differant, quò ad aliqua tamen est differentia, q̃ solemnis dicitur hora tertiæ, priuata ab aurora ad meridiem. Secundò, quòd solemnis in præcepto est audienda, & non priuata, vt inquit Abbas in ca. 1. de vit. & hone. cler. subdens tamen ibi ex consuetudine sufficere audire priuatam.

Extat, & Missa nautica, vel sicca, cuius meminit Socrates. lib. 2. histor. ecclecap. 21. quæ sic sine consecratione, sed in ea leguntur omnia quæ ad synaxim spectant, lectiones, &c. præter consecrationem; & de sicca Durand. 1. rationali. lib. 4. cap. 1. num. 23. dicit: quòd si sacerdos non potest conficere, quia fortè celebrarit, vel ob aliam causam, accepta stola: epistolam, & euangelium legere, & orationem Dominicã, & dare benedictionem, & si ex deuotione id facit, potest sumere vestes sacerdotales, & Missam suo ordine

Missa nautica, & sicca quæ, & an licita, & quõ peragenda.

ordine celebrare vsque ad offerendæ finem, Præfationem dicere, Canonẽ verò omittere, præter orationem Dominicam, sine calice, & hostia. & Nau. de orat. Miscel. 53. d. licere dicere Missas siccas in naui, vel alibi ex causa, sine tñ superstitione, & scandalo, & seruatis ijs de quib. ibi d. & Sacerdotalis liber probatus, vt dr à Leone X. tr. 4. c. 34. videlicet, ꝙ sacerdos data benedictione, & lecto euangelio S. Ioannis, deposita casula, & retentis alijs paramentis, stans in cornu epistolę capite detecto versus altare, legit absolutè Introitũ alterius Missæ, Gloria, si i prima Missa non dixit, & secundæ Missæ conueniat, aliter ꝑtermittit, & idẽ de Credo, subiungẽs sine ℣. Dñs vobisc. & Oremus, Orationẽ, epistolam, Graduale, Tractum, Euãgelium, sine Dñs vobiscum, Offertorium, cõionem. Tũ post cõionem, & orationẽ cũ sequentibus. Tum deponit vestimenta, recitando secretè Canticũ trium puerorum. In mari verò, vbi confici non licet, dr Missa nautica, hoc ordine, ꝙ in naui fit ecclesiola, sternitur altare ligneum, mappa desuper tectum, cruce in medio sita, cum duobus cãdelabris cum candelis accensis hinc inde, quibus paratis, sacerdos accipit superpelliceum, & stolã, quam ante pectus admodum crucis aptat, & cingulo eã firmat, vel cum paramentis, vt de Missa sicca est dictum, & ante mensam facit confessionem cum ministris, d. In nomine patris, &c. vsq; ad oramus te domine, exclusiuè; ascendit inde ad mẽsam, & osculo omisso, recitat Introitum, Kyrie, Gloria, si est dicenda, Dñs vobiscum, nõ se vertendo ad populũ, & orationem ordinariã, cum vna, vel duabus alijs, epistolã, alleluia, si est dicendum, vel tractũ, & libro delato ad cornu Euangelij, in medio mensæ d. Mũda &c. Dñs &c. Tum ante librum, d. Dñs vobiscũ. Sequentia, signando librum, & se in fronte, ore, & pectore, quo finito, textum osculatur. Credo, si est dicendum, Oremus, Offertoriũ, Præfationem, Sanctus, Oremus præceptis, cum Pater noster, Agnus Dei, dando osculum pacis, si conuenit officio, reuertitur inde ad cornu epistolę, d. Cõionem, Dñs vobiscum, non se vertendo, cum Oremus, Orationib⁹, Ite Missa, vel Benedicamus, aut Requiescant, si pro mortuis celebrat, Tum se vertit ad populũ, illi dicens, si non celebrat pro defunctis. Tũ Dñs vobiscũ, Initium, se signando, vt supra, q̃ oĩa clara voce dicẽtur; & demũ exuit vestimenta, quæ ibi relinquit, post cõiõ tñ omittatur si faciat mentionẽ de sacrificio, vel sacro oblato, vel pcepto. Potest ẽt dici, Pax dñi sit semper vobiscum, dummodo non fiat super calicem. vt d. Sacerd. d. tra. c. 34. Adest demum & Missa sicca dicenda corã infirmo, vel alio, qui Missam non audiuit apud eũdem Sacerdotalem librũ, loco cit. c. 36. quæ recitari potest modo quo supra, de nautica est dictũ, nõ ostendendo tñ sacrum, nec illud è custodia educẽdo, vnde sine graui causa extrahi non debet, cum sit sacrm excellentissimũ, vt hr in Clem. j. de Reliq. & ven. sanct. vt ibi d. Nau. Miscell. 57. Cum tñ Missa cum sacrificio celebrari potest, sicca non est celebranda, etiam pro sponsorum benedictione.

Quartò principaliter notãdum, ꝙ sacrm Eucharistiæ sumat̃ dupliciter; vt est sacrm, & vt est sacrificium, inter quæ est maxima differentia, nam cum sacrm sit signũ rei sacræ, quã in se continet, vel vsu efficit, ratio huius sacri in consecratione perficitur; sacrificiũ verò est ꝙ Deo offertur: quare ratio eius in oblatione consistit; vnde dum in pixide seruatur, vel infirmo, aut sano ministratur, sacrm est, non sacrificium. Vnde in cõsecratione sola ratio tota sacrificij posita nõ est, prius. n. fit oblatio materiæ cõsecrandæ, dum dr: Suscipe sancte pater; tum suo loco fit consecratio: postea offertur dum dr: Vnde & memores &c. ibi. n. ratio immolationis efficitur: immolatio. n. idẽ est ꝙ sacrificatio. s. occisio animalis, à mola, quo victima aspergebatur. i. farre, dicta: Mors verò Christi nõ repræ- (Eucharist. qualiter differat, vt est sacrm, & vt est sacrificium.)

 sentatur

sentatur in consecratione, imo consecratur, vt immoletur, dũ cõsumetur, nam illa est mortis, & sepulturæ Christi effigies, & in sumptione sanguinis adhibetur imago effusionis eius; & ideo sicut Eucharistia, vt sacrãm habet sua nomina, vt Eucharistia synaxis, sic vt sacrificium dr̃ Missa, vel quia fit dimissio cathecumenorum, qui ante offertorium excludebantur, vt d.Dion. c.3.lib.eccl.hier. vel hostia, & oblatio, quæ per sacerdotem, qui inter Deũ, & populum mediator est, ad Deum transmittatur, vt voluit Vgo de S. V. lib.2. de sacram.part.8. cap.14.

Secunda drĩa, q̃ effectus sacramẽti, vt est sacrãm per solam sumptionem eius recipit, qui est gratia iustificans, qua vita spiritualis nutritur: Effectus verò, vt est sacrificiũ est duplex, vnus .n. consistit in virtute operis operantis.s.deuotione, & oratione sacrificãtis, secundus in virtute operis operati.i. virtute hostiæ, & victimæ, quæ offertur. Sot.4.d.13.q.2.art.1.vers. Quo ergo, cum sequen.

Tertia drĩa, q̃ ratio sacri consistit in receptione, quæ reducit ad genus passionis, ratio verò sacrificij in oblatione, q̃ reducitur ad genus actionis.

Quarta drĩa, q̃ vt sacramentũ prodest tantum suscipienti, vt sacrificium viuis, & defunctis.

Quinta, q̃ vt sacrãm, ei respondent figuræ mannæ, panis propositionis, vt sacrificium agnus Paschalis.

Missa qd sit. Tertiò, notandum, q̃ Missa est consecratio corporis, & sanguinis Christi, quam sacerdos offert Deo patri, & sumit in memoriam vitæ, & passionis ipsius Christi pro viuis, & defunctis. Tur.Cr.in c.Iacobus. de cons.d.1. Timoth.de Missa.tract.3.q.1. & instituta fuit à Christo, cũ d. Hoc facite, se referens ad verba p̃cedentia, vt d.Mag. 4.d 8.& hr̃ in Tr.Conc.sess.13.c.1.can. 3.apost. & Tim. d.tr.q 5. D.aũt Petrus in Antiochia primã Missam celebrauit, sed non celebrabatur cum tanto apparatu vt nũc, nam primò Apostoli dicebant solum verba, quæ Christus protulit in consecratione, videlicet: Hoc est corpus meũ: deinde Apostoli addiderũt orationem Dñicam: tũ successores Petri addiderunt solemnitates, quæ nunc in Missa habẽtur, videlicet: Clemens primus, Alexander primus, Sixtus, Telesphorus, Damasus, Cœlestinus, Gelasius, Gregorius primus, Sergius, Gregorius tertius, & alij, vt in suo loco. Tur.Cr.in d.c.

Missa est sacrificiũ. Sacrificiũ quid sit. Quòd verò Missa sit sacrificiũ, probatur ex diffinitione sacrificij, q̃ sic esse potest, q̃ sacrificium est oblatio externa facta Deo soli, qua ad agnitionem humanæ infirmitatis, & professionem diuinæ maiestatis, à legitimo ministro, res aliqua sensibilis, & permanens ritu mistico consecratur, & transmutatur. dr̃ oblatio, vt genus sacrificij, hic .n. sacrificiũ accipitur pro actu sacrificãdi, dr̃ externa, duplex.n. est oblatio, & duplex sacrificium large, vt d.Aug.li.10. ciu.c.5. inuisibile, vel internum, & visibile, vel externum, inuisibilis est pia voluntas, quæ diuinæ maiestati se, & sua omnia offert, visibilis est testificatio quædã interni affectus: & licet prior sit melior & nobilior, tñ secundę magis cõuenit nomẽ sacrificij, quia inuisibilis est occulta & priuata, visibilis dr̃ publicus, & manifestus honor à cõi, & publico ministro Deo exhibitus: dr̃ soli Deo, quia sicut interiori cultu quem Deo exhibemus, cognoscimus eũ esse primum, & summum bonum, causam efficientem, & finalem omnium rerũ, & vt tali cor nostrũ illi demisse prosternimus, sic ẽt debuit esse aliquod signũ quo protestaremur hũc cultum Deo debitum, & hoc est solum sacrificiũ, quia capitis denudatio, genuflexio, supplicatio, & hmõi fit etiã hominib. Nemo verò ei sacrificat, nisi quẽ Deũ putat, vel scit, vel fingit. vt d.Aug.lib. 10.c.4.ciu. dr̃ ad agnitionem humanæ infirmitatis, & diuinæ maiestatis, q̃a sacrificia sunt tributa, q̃ Deo tribuunt in recognitionem eius supremi dñij, & nostræ subiectionis; dr̃ à legitimo ministro, non.n. est omnium officium

sacri-

sacrificare, sed solum publici, & certi hominis, qui cõi nomine id agat, qui in lege naturæ erant sacerdotes, & capita familiarum, in lege Moysi soli filij Aaron, in lege gratiæ epi, & presbiteri ritè ordinati; dr res sensibilis, & permanens, vt excludant psalmodiæ, preces, quæ fiũt à sacerdotibus actione transeunte actu externo, & tamen propriè sacrificia non dicũtur, dr ritu mistico, nam res quæ Deo offertur debet ex prophana fieri sacra. vt dicit D. Th. 2. 2. q. 85. ar 3. dr, & transmutatur, vt notetur id q Deo offertur in sacrificium desinere esse id q ante erat, vt ita differat à simplici oblatione, quæ qñque ritu mistico eleuabatur coram Deo, sed non distruebatur, nisi qñ sacrificabatur, ita Bellar. de Missa. lib. 1. c. 2. Vnde omnis respublica, vel in lege naturæ, vel scripta, his tribus, sacrificijs. s. legibus, & sacerdotibus munita fuit, nempe vt proposita notitia alicuius Dei veri, vel falsi, illico propria sacrificia, templa, & aras statuerent, propriosq; subinde sacerdotes, & põtifices, q sacris præessent, & leges conderent, quibus eadem respublica salua consisteret; fuit. n. lumen hoc mentibus hoĩum semper innatũ, vt per sacrificia Deum esse protestarent oĩum rerum principium, & finem, quo oĩa sunt referenda. 1. Par. 29. Homo. n. naturæ lumine cognoscit Deum esse, & eum esse supra, & proprios defectus ab eo iuuari posse, & ideo eadem naturæ lege incitatur, vt ei se subdat, & honorem ei exhibeat, & sensibilibus signis. i. sacrificijs id protestat. Vnde Liuius de Numa Pompilio, legit nullam Rempubl. vnquam sine sacerdotibus, & sacrificijs extitisse, & legitur Gen. 47. Sacerdotibus Aegyptiorum, & hr per D. Th 2. 2. q. 85. art. 1. & in sacra pagina mentio hr de sacrificijs Abel, Noe, Abrahã, Isaac, & Iacob, quibus vsus sacrificiorũ inspiratus fuit, vt p illa sacrificia hoc sacrificiũ oĩum sacrificiorum præstãtissimum adumbraretur, q morte, & destructione rei oblatæ constabat. vt d. Bellar. d. c. 2. in fi. & ideo horum patrum in canonæ Missæ sacrificiorũ fit mentio, q ea omnia in lege naturæ fuerint sacrificij nostri prognostica. Mox totũ negotium scripræ legis in sacrificijs, & victimis immolandis versabatur. Ex. 5. Vnde, & post nefandum vituli sacrificiũ tria illis sacrificia instituit Deus, holocaustum in reuerentiam diuinæ maiestatis, victimam placabilem ad satisfactionem pro peccatis, hostiam pacificam in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, cum ergo lex illa vmbratilis suis sacrificijs esset instructa, multo magis lex gratiæ, & veritatis, q in summa religione, & Dei cultu versatur proprio sacrificio exornatur. Sot. d. 13. q. 2. art. 1. post princ.

Quòd verò mors Christi fuerit verum sacrificiũ, & perfectissimum docet D. Aug. lib. 1. con. aduer. leg. & prophet. c. 18. idq; multis rationibus suadetur; primò, quia sacrificiũ est actus religionis. vt d. D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. sed sacrificiũ crucis propriè actus religionis fuit; Christus. n. præcipuè in mortem se obtulit, vt esset sacrificiũ, & oblatio Deo pro expiatione peccatorum totius mundi. vt d. Ap. Hebr. 7. 8. 9. & 10. & Ephes. 5. Secundò, quia Christus verè, & propriè erat sacerdos. Psal. 109. Imo summus, qui possit hostiam quamlibet offerre, ideo etiã corpus suum. Tertiò, ratione actus, quia Christus propriè se sacrificauit, cum in eius potestate esset mori, vel non mori. Is. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Io. 17. Sanctifico me ipsum. i. sacrifico, vt d. Chriso. hom. 81. in Ioan. Quartò, ratione formæ, quia Christ* verè mistico ritu sacrificatus est, non. n. casu, sed eius electione est factum, vt in die festo Paschæ, in altari crucis, manibus extensis, & extra portam vrbis Hierosolimæ pateretur, vt d. Leo. ep. 83. ad Monachos Palestinos. Vltimò, ratione finis, quia is fuit pximus, & principalis finis mortis Christi, placate Deum generi humano, qui est finis veri sacrificij. Coll. 1. Vnde omnia sacrificia veteris legis tipi erant

Mors Xpi fuit verũ sacrificiũ.

in figuram huius verissimi, & summè propitiatorij sacrificij, vt d. Aug. lib. 1. contr. aduer. leg. & proph. c. 18. Bellarm. d. lib. 1. cap. 3.

Missam esse sacrificium pluribus probatur.

His ita notatis. Prima sit propositio. In Missa verum sacrificium offerri, quod probatur ex sacris literis, Patrũ sententijs, Conciliorum authoritate, & ratione. Quò ad primum, id primò probatur ex figuris; nam primò Gen. 14. legitur, quod Melchisedech Rex Salẽ obtulit panem, & vinum, erat. n. sacerdos Dei altissimi, qui locus à Dauid. Ps. 109. & Ap. Heb. 7. refertur ad Christum, ita vt nõ dicãt Melchisedech figurã Christi fuisse, sed ipsum Christũ fuisse sacerdotem secũdùm ordinem Melchisedech, & non Aaronis; inter quæ sacerdotia est dñia: primò, licet enim omnia sacrificia in re significata conuenirent, quia Christum crucifixum figurabant, in signis tñ diuersa erant, quia sacrificia Aaronis erãt cruenta, & ideo sub specie aĩalium occisorum Christi mortem significant; Sacrificium Melchisedech incruentum fuit, & sub specie panis, & vini Christi corpus, & sanguinem figurauit, in sacramẽto Eucharistiæ, sed & Melchisedech, vt sacerdos panem, & vinum obtulit, & ideo verè sacrificauit. Vnde cum Christus fuerit sacerdos secũdùm ordinẽ Melchisedech, debuit instituere sacrificium incruentũ sub specie panis, & vini, ergo & Christus in institutione Eucharistiæ, vt sacerdos egit, & verè sacrificauit, aliter exactè figuram illam non implesset. Secundò sacerdotium Melchisedech fuit vnius hoĩs, qui non successit alteri, nec ei alter successit, Aaron verò per manus in filios descendit. Hebr. 7. Melchisedech. n. legitur sine patre, & matre, sine genealogia, sine principio, & fine, quæ omnia ad Christum referũtur, vt alibi est dictum, qui vt sacerdos nulli successit, nec alius ei, cũ semper viuat. Ps. 109. Quòd si sacerdotium Christi vsq; ad finẽ mundi durare debet, certè & sacrificij ritus durare debet, ne otiosum sit sacerdotiũ, sed sacrificiũ crucis semel tñ est peractum, nec repeti potest, cũ Christus iam mori non possit, ergo aliud sacrificiũ esse oportet, quod iugiter offeratur: sacerdos. n. dici non potest, qui nullum sacrificiũ, quod offerat, habet; oportet ergo admittere in ecclesia veram sacrificandi actionem, quæ Christo summo sacerdori per ministros suos tribuitur per Missę sacrificium. Et quod illud sacrificiũ huius nostri figura fuerit, quod s. Christus 1 vltima cœna patri obtulit (eius. n. quod in cruce fuit oblatum, figura fuit sacrificium Aaronis) colligitur ex canone Missæ, vbi de eo fit mentio, & ita intelligit Ambr. 4. de sacr. c. 6. Clem. Alex. 4. strom. propè finẽ. Cipr. lib. 2. ep. 3. ad Cæcilium. Epiph. hær. 55. Hier. in ep. ad Marcellam. Chris. hom. 35. in Gen. idẽ Aug. ep. 95. ad Innoc. Papã. Teod. Ps. 109. Damas. lib. 4. c. 14. Cipr. ep. 63. Euseb. lib. 5. demonstr. euang. Chriso. in Ps. 109. Aug. de ciu. lib. 16. c. 22. lib. 17. c. 17. 28. lib. 18. c. 35. lib. 19. cap. 23. idem Hieron. in c. 26. Matt. in Ps. 75. & 109. li. 9. in Gen. & ep. 126. ad Euagriũ. Hysichius. lib. 6. in Leuit. Teoph. in c. 5. ad Hebræos. Cassiod. in Ps. 109. Damasc. lib. 4. de fid. c. 14. Secunda figura eius fuit agnus Paschalis, de quo Exo. 12. celebratio. n. agni Paschalis erat figura expressa celebrationis Eucharistiæ, sed illa erat quædam immolatio victimæ Deo oblatæ, ergo celebratio Eucharistiæ debet esse immolatio quædam victimæ Deo oblatæ, vt figura figurato respõdeat, ergo hoc est sacrificium, quod figuræ illi respondet. Et quod agnus ille hoc sacrificium, & sacrũ figurarit, docet Tert. li. 4. con. Marcionem. Cipr. lib. de vnit. eccl. Greg. in 1. Lucæ. Gregor. Naz. orat. 2. de Pascha. Hier. in 26. Matt. Chris. hom. de proditione Iudæ. Aug. lib. 2. con. liter. Petil. cap. 37. Leo. serm. 7. de pass. Domini.

Missæ figuræ.

Tertia figura fuit celebratio, & dedicatio testamenti veteris, nam in monte Sina Deus post legem datam pacto inito promisit populo multa bona, & ipse Deo obediẽtiam, quod Fœdus solẽni sacrificio, & sanguinis aspersione

est

est sancitum ijs verbis: Hic est sanguis testamenti, q mandauit ad vos Deus, vt d. Ap. Hebr. 9. allegans Exo. 24. quæ figura est impleta i vltima cęna in institutione Eucharistiæ: nā in ea Christus cōdidit nouum testamentū, vt d. Tert. li. 4. in Marc. Si ergo ibi fuit sacrificiū, vt in figura, ergo & in figurato.

Missę prophetiæ, & testimonia.

Idem probatur ex vaticinijs prophetarum, & primò, 1. Reg. c. 2. ad fin. vbi dicit futurum tempus, vt cesset sacerdotiū Heli, & surgat sacerdos qui ambulet coram Christo Dei omnib⁹ diebus, qui locus exponitur de sacrificio Christianorum. Cipr. lib. 1. cont. Iud. cap. 17. August. lib. 17. ciuit. cap. 5. Secundò, Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mēsam suā; qui locus de hoc sacro intelligit per Aug. 17. ciu. c. 20. Tertiò, Is. 66. Et assumam ex eis sacerdotes, & leuitas: qui locus intelligitur de sacerdotibus Christi, qui perpetuò permanent, vt p. Hier. ibi. Quartò, Mal. 1. non est mihi voluntas in vobis &c. in omni loco offertur nomini meo oblatio munda: q. locus de hoc sacro exponitur per Cip. lib. 1. con. Iud. ca. 16. Chris. in Psal. 95. Hier. d. c. 1. Aug. lib. 1. c. 6. adu. leg. c. 20. Dam. lib. 4. c. 14. Teod. in Mal. Clem. li. 8. Const. c. 5. Iust. Dial. cū Triph. Iren. lib. 4. c. 32. 34. Euseb. lib. 1. dem. euang. c. 6. Hier. in comment. ad Mal. proph. Idem probatur Ps. 71. Et erit firmamētum in terra, in summis montium superextolletur, super libanum fructus eius; qui Ps. refertur ad Christū, vt ibi d. Hier. & vertit, memorabile triticum in terra, in capite montium; & Paulus Burgensis vertit, in summis mōtium, in capitibus sacerdotum, in translatione Caldaica; & Finus Adrianus lib. 8. adu. Iud. ca. 8. adducit alia testimonia ad idem, & plurimi Rabini id tenent, quos recenset Galat. lib. 10. c. 4.

Idem colligitur ex Euang. primò, ex 4. Io. Venit hora, & nunc est quādo veri adoratores adorabūt Patrem in spiritu, & veritate, vbi per adorationem intelligitur solemnis, & publica adoratio per sacrificiū propriè dictū, vt ibi Chrisost. Cirill. & Euth.

Secūdò ex verbis institutionis Mat. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11. Christus enim i vltima cęna seipsum Deo in specie panis, & vini obtulit, & id iussit fieri ab Apostolis, & successoribus, vsq; ad finem mūdi, in sui commemorationē, ergo celebratio Eucharistiæ est sacrificium propriè dictū; facere enim est idē q sacrificare, vt supra est probatū. Hoc idem probatur ex Act. 1. 13. & 1. Cor. 11.

Quò ad secūdum, ex patribus probatur hoc esse verum sacrificium ex Ambr. in Ps. 38. in c. 10. ep. ad Heb. ser. 8. in Ps. 118. Niss. orat. de resurr. Chris. hom. 24. in 1. ad Cor. & hom. 17. i ep. ad Heb. Aug. li. 2. q. Euang. q. 3. & 4. de Trin. ca. 14. Leo serm. 8. de pass. & alijs multis, quos cumulat Osius de sacra. Euch. c. 41. Tert. lib. de cultu fœminatum. & lib. de oratione. lib. de velādis virg & lib. de exhortat. castitatis. Cip. lib. 1. ep. 9. & ep. 63. Ath. Apol. 2. Basil. serm. 2. de bapt. c. 2. Hier. lib. 3. adu. Pelag. c. 5. & in Ps. 65. & ep. 146. ad Damasum. lib. 14. in c. 46. Ezech. in ca. 1. Ioelis. lib. adu. Vigil. c. 3. idem Chris.

Quò ad tertiū, id probatur ex can. 9. Ap. vbi vocatur oblatio, & sacrificiū. ex c. nihil. de cons. d. 2. ex c. 2. sess. 21. in Tr. Conc. vbi determinatur sacrificiū Missæ verè propitiatorium esse, & per ipsum fieri, vt si cum vero corde, recta fide, cum metu, reuerentiaq; contriti, & pœnitentes, ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno; huius. n. oblatione placatus dñs gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina ēt ingentia dimittit, ea demq; est hostia, idemq; offerens sacerdotū ministerio, qui in cruce tunc se obtulit, sola offerēdi ratione diuersa: cuius oblationis cruentæ fructus p hanc incruentam vberrime percipitur, tantū abest vt illi per hanc quouis modo derogetur; quæ non solum pro fidelium viuorū peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatib⁹,

sed

sed & pro defunctis in Christo nondũ plenè purgatis, ritè, iuxta Apostolorũ traditionem, offertur: quia in hoc diuino sacrificio, q in Missa agitur, idẽ ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara crucis semel se cruentè obtulit. d. c. 2. Sin. Nicen. 1. can. 28. Sin. Laod can. 19. Conc. Cartag. 3. c. 14. c. in sacro. de cons. d. 2. Tolet. 1. can. 5. Antisiod. can. 8. Tolet. 11. can. 14. Tolet. 12. can. 5. c. cũ omne. de cõs. d. 2. Nicen. Sin. 2. act. 6. Lateran. c. 1. Trid. sess 22. can. 1. can. Ap. 3. & can. 8. c. si quis eps. de cons. d. 1. c. hic ergo. ibid. c. nihil, similiter.

Quò ad quartũ. Ratione probatur à D. Th. 3. p. q. 83. ar. 1. primò, imagines earum rerum nominibus, quarũ sunt imagines appellari debent, vt dũ aulæa depicta spectantes dicimus, ecce Herculẽ, vt d. Aug. ad Simplicium: Celebratio verò huius sacri est imago quędam repręsentans passionem Christi, q fuit vera eius immolatio, ergo hoc sacrũ merito est immolatio quædam Christi. Vnde Amb. c. 10. i ep. ad Heb. & hr. de cons. d. 2. c. in Christo. in Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens, quid ergo nos? nõne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. Secunda ratio sumitur ex effectu passionis Christi, quia per hoc sacrum efficimur participes passionis Christi; vnde in quadam oratione Dñicali secreta dr, quoties huius hostiæ cõmemoratio celebratur, opus nostræ redẽptionis exercetur: exerceri verò opus illud est quodammodo Christũ immolari: Secunda hinc infertur conclusio. Priori ratione sacrificia veteris legis poterant dici Christi immolationes, quasi eius mortis repræsentationes, vt est videre in occisis animalibus, maximè in esu agni, & in sacrificio Abrahæ, quo filium suum immolare parabat, & hoc dr Christus occisus ab origine mundi. s. in figuris. Apoc. 13. quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Secũdo modo huic sacro propriũ est, vt in eius celebratione Christus immoletur, atque adeo hoc longè magis propriè sacrificium est. & hr in lib. Aug. sententiarũ Prosperi. & refertur in ca. semel. de cons. d. 2. vbi dr, q semel immolatus est Christus in semetipso, & tñ quotidiè immolatur in sacro. Tertia ratio, nã licet in ara crucis Christus ad sufficientiã pro nostris peccatis satisfecerit, tñ quò ad efficaciam nulli nisi taxatè secundùm suam dispositionem, vel sacralem mensurã participat, & ideo sicut nobis est opus postquã in gratiã Dei sumus recepti opera satisfactoria exhibere, quibus eandẽ passionẽ in dies participemus, ita hoc sacrificium potissimè erat nobis opere pretium ad satisfaciendum: nam offerentes per hoc misterium, vt est sacrificium oblatione ipsa, & merentur, & satisfaciũt, ergo sicut Christus in cruce, & meruit, & satisfecit nobis, ita & offerentes per hoc sacrificium, quo ipsa passio applicatur, & merentur, & satisfaciũt. Sot. d. 13. q. 2. ar. 1. ratione secunda. Vnde D. Aug. li. 10. ciu. c. 20. per hoc, & sacerdos est ipse offerẽs, ipse & oblatio, cuius rei sacrum quotidianum voluit esse ecclesiæ sacrificium. Vnde & in c. firmiter. de sum. Tr. dr, q idem sacerdos, & sacrificium est Iesus Christus, cuius corpus, & sanguis in sacro altaris, veraciter cõtinetur sub specie panis, & vini. Quarta ratio sumitur ex ritu altariũ: nam altaria non consueuerunt erigi, nisi ad sacrificia propriè dicta. Vnde i can. 3. & 4. Apost. apertè fit mentio de altari erecto ad Eucharistiam offerendam, & à Dion. c. 3. eccl. hier. à Tertul. lib. de pœnitentia. à Cipr. lib. 1. ep. 9. à Naz. orat. con. Gorgo. Amb. li. 5. ep. 33. Quinta ex consensu totius ecclesiæ, q ita sentit. vt probat Bellarm. de Missa. lib. 1. per multa capita, maximè ca. 23. Sexta, nam à principio mundi homines sacrificio visibili & externo Deũ coluere, q sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij signum est, & soli Deo offerendum. vt d. Aug. lib. 10. ciu. c. 19. q & dæmones agnoscunt, vt idem d. ep. 49.

ep.40.ad Deo gratias. q.3. lib.1.cont. adu.leg.c.18.Sed in ecclesia Christiana nullum est sacrificium externum, & visibile, præter sacrificium Missæ, ergo sequitur q Missa sit sacrificium; quam ratiocinationẽ varijs testimonijs, & argumẽtis illustrẽ reddit Perr. Venerab.li.1.ep.2.cont.Petrobrussianos hæreticos.

Missa est sacrificiũ propitiatorium.

Secunda propositio. Missa est sacrificium propitiatorium, & satisfactorium; probatur Iob 1.vbi pro peccatis filiorum quotidiè sacrificium in lege naturæ offerebat; & Iob vlt. Deus iussit, vt amici sui sacrificarẽt pro peccato suo, & Leuit.4.5.6. Varia sacrificia pro peccato descripta, sed illa fuerũt tipi huius sacrificij, ergo. Secũdò, sacerdotis officiũ est offerre pro peccato. Heb.5. at in ecclesia est sacerdotium, & sacrificium, vt supra, ergo ad peccata purganda habentur. Sic intelligit Iust. in Dial. cum Triph. Arban. in serm. de defunctis. Cirill. catech.5. mist. Chris. li.6. de sacerdotio. Bellar. de Missa. li.2.c.2. Idem hr in Liturgia S. Iacobi, nostras animas sanctifica; & infra; vt ea deleantur delicta, quæ admisimus, cum seq. Idem ferè hr in Liturgijs S. Basil. & S. Chris. Mart. etiam ep.1. ad Burdegal. d. q autem Iudæi p inuidiam immolauerunt, putantes se nomen eius è terra abolere, nos causa nostræ salutis in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio vitam nobis præstandam, & mortẽ fugandam. & Alex. Papa. ep.1. ad oẽs ortodoxos, crimina, atq; peccata delentur. Idem Iust. Dial. cum Triph. Cipr. serm. de cœna Dñi. Orig. homil.13. in Leuit. Euseb. Emiss. hom.5. de pascha. Amb. lib.1. offic. c.48. lib.5. de sacr. c.4. Prec.1. præpar. ad Missam. Aug. q.57. super Leuit. in Ench. c.109. & ad Dulcilium. q.2. c. tẽpus.13. q.2. lib.20. ciui. c.25. Ciril. Hiero. cath.5. Dam. lib.4. c.14. Primas. c.14. & probat Conc. Bracar.3. ca.1. q in hoc sensu intelligitur eo peccata remitti, vt si recto corde, & vera fide, cum metu, ac reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam cõsequamur, vt diffinit Conc. Tr. sess.22. c.2. & can.3. vt .s. per hoc sacrificium peccata leuiora dimittantur in iustis, & pœna peccatorũ aliqua ex parte relaxetur, & eius virtute peccatores ad pœnitentiam, & conuersionem ad Deum disponantur.

Missa est sacrificiũ impetratorium.

Tertia propositio. Hoc sacrificium est ẽt impetratorium. probatur: Primò in testamento veteri, erant hostiæ nõ solum pro peccato, sed ẽt pacificæ tũ pro gratiarum actione, tum ẽt votiuę pro aliquo beneficio impetrando. Leuit.7. 2. Reg. vlt. vbi Dauid obtulit pacifica pro peste auertenda, Onias pro vita tẽporali Heliodori, quam impetrauit. 2. Mach.3. Hebræi pro vita Regis Darij. 1. Esdr.6. sed omnes dñæ hostiarũ vna Eucharistię oblatione continentur. vt per Chris. in Ps.95. Aug. li.1. con. adu. leg. c.20. Leo. ser.8. de pass. Dñi, ergo. Secundò, Apostolus iubet in ecclesia fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro regibus, & in sublimitate constitutis, & vt vitam quietam agamus. 1. Tim.2. quæ S. Patres exponunr de publicis precib. quæ fiunt in Missa. Aug. ep.59. ad Paul. Chrisost. & Teoph. in dicto loco, ergo. Tertiò, id hr in Liturgijs Iacobi, Clementis, Basilij, &c. qui præcipit orãdum pro pace, copia fructuum, & hmõi; & id passim Patres testantur. Tertull. in libr. ad Scapulam. Ciril. cathec.5. mistag. Chris. hom.18. & 21. in Act. Ap. Aug. lib.22. c.8. ciuit. Bellarm. d. lib.2. cap.3.

Missa omnibus viuis pdest.

Quarta propositio. Missæ sacrificiũ omnibus viuẽtibus prodest, multa verò sunt viuẽtium, & hominũ genera, aliqui. n. viuunt intra ecclesiã, siue iusti, siue peccatores: pro iustis prodest ad pœnarum subleuationẽ: pro peccatoribus ad misericordiã impetrandã, vt d. Epiph. hær.75. aliqui sunt in inferno, & pro his Missæ sacrificiũ non offertur, quia illæ pœnæ, & culpæ sunt irremissibiles. vt d. Aug. lib.1. de orig. animæ. c.9. & 11. nec etiam pro ijs par uulis qui sunt in limbo, vt d. Aug. in

Ench.ca.109. & 110. pro his, qui sunt extra ecclesiam esse pro eorũ conuersione. 1. Tim. 2. & docet Chris.hom.6. in d.ep.Tert. in ep. ad Scapulam. Clemens.lib.8.Const.Ap.c.18.Basil.in homil.de Adam, & Eua. Bellarm.lib.2.c.6. Et hoc sacrificio dæmonis vexationem tolli.d.Aug.lib.22.de ciuit.c.8. & pro infirmis, & terræ, ac maris fructibus offerri.d.Chris.hom.77.in Ioã.& hom. 18 in act.Ap. Et eius vi vincula esse soluta.d.Greg.lib.4.Dial.ca.57.& pro anima nautæ, & eius mirabilẽ effectum ibi narrat; q̃ eius virtute nauta sit saluatus. Et eius virtute vincula captiui soluta, & animam ẽt à pœnis solui.d.Beda.li.4.Anglicanæ historię; & per eam ibi d.multa commoda contingere, & valere ad redemptionẽ animæ, & corporis sempiternam; & quod Mart.in ep.ad Burdegal.ca.3. Et prodest ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates. Cipr.in serm.de cœna Dñi. Et offertur pro peccatorũ remissione. Amb.lib.1.offi.c.48. & in c.in sacrm.de cons.d.2.idem hr̃, & per Aug. serm.4 de Innoc. & dr̃ in Conc. Bracar.c.1.q̃ fit hoc modo, quia Deus hoc sacrificio placatus, donum pœnitentiæ concedat, crimina ẽr ingentia dimittens. vt in Conc.Tr.sess.22.c.2.

Missa prodest existẽtibus ĩ purgatorio.

Quinta propositio. Missæ sacrificiũ pro defunctis in purgatorio existentibus ritè offertur, patet 2. Mach.12. Secũdò, ex vsu ecclesiæ, quæ orat pro mortuis. vt d. Aug.de cura ꝓ mortuis. ca.1.& vlt.& serm.34. de verbis Ap. & hanc commemorationem pro defunctis esse ex apostolica traditione, docet Dam.in orat. q̃ ij qui. & c.& Rab. lib.2.de Inst.cler.c.44.& Isid.lib.1.de diui.offi.c.18. Chris.hom.69. ad pop. idem hr̃ in Conc.3. Cartag.c.29. Bracar.1.c.34.& 39.ca.visum est.de cons. d.1.Vuormat.c.10.Conc 6.sub Simacho.Bellar.d.li.2.c.7. Et idem probat. ex Tert.lib.de cor.mil.Ciril.catech.5. mistag Amb.li.2.ep.10.ad Faust.Aug. 9.cõfess.c.12.14.ep.64.in Ench.c.110. 20.ciu.c.9. & vbi adsunt altaria cũ priuilegio vt ibi celebrantes per modum suffragij liberẽt animam purgatorij, suum consequitur effectum, vt dicam infra de suffrag.defunctorũ. De Missis verò Gregorianis per xxx. dies dicendis non inueni aliquid certi. & Nau. qui c.22. de oratione meminit orationis factæ à D.Gregorio ꝓ anima Traiani, nullam huius rei memoriã facit.

Missa pro sanctis celebratur, & quõ.

Sexta propositio. Missæ rectè celebratur pro sanctis. Non q̃ illis prosint ad remissionem culpæ, vel pœnę; licet .n.in Missa fiat mentio sanctorum, nõ tñ oratur pro illis. vt d. Aug. tr.84.in Io.& serm.17.de verbis Ap. Nec q̃ sacrificiũ offeratur sanctis, sed Deo, nec templa, sicuti, nec altaria eriguntur sanctis, licet in eorum memoriam ista omnia fieri possint. vt hr̃ in Conc.Tr. sess.22.c.3.& per Aug.li.8.de ciu.Dei. c.27. Ofius tit.de cærem.qui sumit à loco.c.90 Driedon.de eccl.scri.lib.4. c.3.p 4. Sacrificia tñ possunt offerri in memoriam sanctorum, & ita ẽt in eorum memoriam templa, & altaria erigi. vt d. Aug.loco ꝓdicto.& 20.cõ.Fau. c.21 & lib.1.ciuit.c.1. Nec q̃ sacrificiũ sit principaliter institutum ad honorandos sanctos, sed dr̃ non repugnari institutioni diuinæ ĩ ea honorari sanctos. vt d.Cipr.lib.3.ep.6.Epiph hære. 75. id.n.prodest ad protestandum cõmunionem sanctorũ. vt d.Aug.lib.10. ciuit.c.6. Secundò, ad imitandos sanctos, vt d.Aug.8.ciuit.c.27. & pluribus probat Bellarm.d.lib.2.c.8.

Missa habet vim ex opere operantis, & operato, & quõ.

Septima propositio. Sacrificiũ Missæ habet vim non solum ex opere operantis.i.ex bonitate ministri, sed pręcipuè ex opere operato. Sciendum.n. sacrificiũ Missæ à tribus offerri, à Christo, ab ecclesia, & à ministro, sed diuerso modo, Christus.n.offert vt primarius sacerdos, & offert per sacerdotem hominem, vt per proprium ministrum; ecclesia nõ offert vt sacerdos ꝑ ministrum, sed vt populus per sacerdotẽ; vnde Christus offert vt per inferiorem, ecclesia vt ꝑ superiorẽ; sacerdos.n. vt talis est maior reliquo populo, vnde non dr̃ ecclesia propriè sacrificate exercendo actum sacerdotalẽ,

sed

sed tñ offerat sacerdoti rem sacrificandam, vel curet fieri sacrificium, & cõsentiat in illud. Quòd verò dictum est sacrificiũ Missæ vim hře ex opere operato, notandũ id intelligi hře vim ex opere operato, q ex se valet, modo fiat, q lex præscribit, quicquid sit de bonitate, vel malitia operantis, & talis est valor baptismi, & hoc modo ex opere operato Missa vim non habet, quia non est instrumentum Dei ad iustificandum vt sacra. vt habet in Cõc. Tr. sess. 22. c. 2. sed donum pœnitentiæ impetrat, q homo peccator ad sacrm accedere velit, & p illud iustificetur, vt ét ante docuit D.Th.4.d.12.q.2.ar. 2. ad quartum. vbi d. sacrificium iustificare eos pro quibus offertur non vt causam proximã, sed donum contritionis impetrando; Vnde sacrificium Missæ vim habet per modum impetrationis, & eius propria efficientia est impetrare; vnde patet esse dřiam inter sacrificiũ crucis, & Missæ, quia id fuit meritoriũ, satisfactorium, & impetratorium verè, quia Christus tunc erat mortalis, ac mereri, & satisfacere poterat; Sacrificium verò Missæ solũ est impetratoriũ, quia Christus nunc immortalis, nec mereri, nec satisfacere potest secũdùm Sot.q.82.art.6. Vnde bonitas alicuius offerentis est necessaria; cum.n. sacrificiũ hoc sit simile orationi, nõ potest placare, nec impetrare, nisi offerens placeat. Gen.4. nec obst. q res oblata ex se sit Deo gratissima; nam non res illa, sed eius oblatio est sacrificiũ: sacrificium.n. est actio non res permanens; vnde licet res ipsa placeat per se, tñ oblatio rei non placet, nisi offerens placeat Deo, idq; ex opere operantis, sed ex opere operato, placet Deo, ét si homo qui offert, Deo nõ placeat. Vnde colligitur, q Missa boni sacerdotis plus valet, q̃ mali. vt d.D.Th.3.p.q.82.art.6.& infra dicetur. Bellarm.d.lib.2.c.4.

Missa ã ex piet totã pœnã eorũ qui sunt in purgator.

Octaua ppositio. Licet virtus Christi, quæ continetur sub sacro Eucharistiæ sit infinita, tñ determinatus est effectus in Missa ad quẽ illud sacrm ordinatur, vt D.Th.4.d.45.q.2.art.4. ad quartum. vnde per vnum sacrificiũ nõ expiatur tota pœna eorũ, qui sunt in purgatorio; vt ibi d.& hanc esse cõem opin. d. Bellar.d.ca.4. quia in sacrificio crucis offerẽs est ipsa persona filij per se, in Missa offerens est filius Dei per ministrũ: vnde multum interest quia illa est actio immediatè producta à diuino supposito, hęc ab humano. Vnde pro delendis peccatis cõcedit nouum auxilium ad pœnitẽtiam faciendam, & si non est homo ille dispositus, efficietur in illo noua quædã dispositio, sed quæ sine suo frustrabitur, si is libertate arbitrij vocationem Dei reijciat; Pro rebus verò tẽporalibus est impetratorium, multæ tñ causæ contingere possunt cur non subito obtineantur, licet infallibilis sit efficacia sacrificij: quia vel Deus non largitur, quia non sint vtilia ad salutem, vt opportuniore tẽpore concedat, vel indigni sunt ij pro quibus offertur, vt illa tẽpotalia beneficia accipiant. Pro pœnis verò peccatis, vel defunctis debitis est satisfactorium. d.c.2. in Concil. Trid.& Bellarm.d.lib.2.cap.5.

Missa pro plurib. dicta, ã eque valeat, ac si pro vno diceretur, & qũo ibi tũe se hře debeat sacerdos.

Vnde circa illam insignem qõnem an Missa pro pluribus dicta equaliter oĩbus prosit, ac si pro singulis diceret. Notandum, q valor suffragiorum potest pensari ex duobus: primò ex virtute charitatis, quæ cum vnitatem faciat in corpore ecclesiæ, facit oĩa bona cõia; & secũdùm hoc prima sit conclusio; q Missæ, & orationes magis valent ijs qui charitate magis sunt pleni, licet pro eis specialiter non fiant; & hoc modo valor suffragiorum attenditur secundùm quandam interiorem cõsolationem, secundùm q vnus in charitate existẽs de bonis alterius gaudet. 1.Cor.13. Vnde si suffragia fiunt in cõi pro multis, illis magis prosunt in purgatorio existentibus, qui magis pleni sunt charitate, ét per viã satisfactionis, quia vt d.Aug. illis magis prosunt, qui cum viuerent magis meruerũt, vt ea illis prodesse possent post mortem. Priori.n. modo quò ad

interiorem consolationem oībus valent, qui sunt in charitate, ac si pro singulis offerrētur. Si verò cōsiderantur prout sunt quædam satisfactiones, & alijs cōicantur, ex eo.n. ꝙ eodem baptismo abluti sumus, & eadem sacra participamus, debemus alter alterius onera portare. Gal.6. & sic ēt defunctorū, cum hæc cōio fundetur in charitate, quæ nunquā excidet. 1. Cor. 13. ergo sicut potest quis amico suo viuēti sua officia applicare, sic & defuncto in purgatorio existenti. vt d. D.Th. 3. p.q.71.art.2. & Sot.4.d.45.q.2.art.1. & maximè sacrificiū Missæ, quo maximè animæ iuuantur. vt d. D.Th.d.q.art.9. & Sot.ibi ar.3. Si ergo hoc modo Missa cōsideratur prout est satisfactio q̄dam, Notandum, ꝙ in oblatione considerantur & res ipsa oblata .s. victima, quæ est corpus, & sanguis Christi, quę de se est infiniti valoris; & actio ipsa oblationis, cōsecrationis, & sumptionis, quæ cum sit hominis non est pretij infiniti; sacrificium.n.d.non solum rem oblatam, sed actionem offerētis; vnde non est idem iudicium de oblatione Christi in cruce, quā ipse fecit, & nostra: in illa.n.non solum res oblata erat infiniti valoris, sed ēt actio ipsa Christi, quia erat persona infinitè grata, ideo illud sacrificiū fuit simpliciter infinitum, nostrum verò nō ita. Secūdò, passio Christi fuit infinita solum quò ad sufficientiam, sed nō quò ad efficientiā, quia non habet effectū nisi taxatum in quolibet sacro, quatenus est eiusdē passionis instrumentū, vel si applicetur per modū meriti secundùm dispositionem hoīs, quæ fit per auxilium speciale Dei; Vnde vt sacrm, vt tale ex opere exhibito confert certum gradum gratiæ suscipienti, ita & vt sacrificiū habet certum gradum satisfactionis in quocunq; offerente ex opere operato. Quò stāte sic arguitur, ꝙ Missa pro pluribus dicta tñ nō valeat, ac si pro singulis diceretur; nā cum eius valor sit finitus, & limitatus, vt d. Bellar. d.c.5. quo res finita in plures diuiditur, minor portio cuiq; cōtingit: cū ergo sacrificio certus respōdeat satisfactionis gradus, sit vt quo plures diuiditur minus habeat vnusquisq;. Nec per hoc magis valet Missa vbi pauci sunt adstantes, & sic offerentes, quia imo in sacrificio quanto plures sunt offerentes, tanto maior est valor sacrificij non in singulis, sed in oībus simul, quia vnusquisq; eandē hostiam offert; vnde in vnoquoq; sacrificium crescit secundùm deuotionē. vt d. D.Th.q.79. supra.

Vnde notandū, ꝙ in sacrificio considerantur illi qui offerunt, & illi pro quibus offertur; offerentes verò sunt in triplici gradu; primò sacerdos, qui immediatè .i. per se, tāquam publicus ecclesiæ minister, consecrat, offert, & consumit, propriam Christi personā repræsentans, generalissimè verò, & mediatè totus Christianus populus, q̄ quodammodo singulas Missas offert, arg. Exo.5. Dimitte populum meū, vt sacrificet mihi in deserto: & Leui.23. & Num.28. ꝙ tñ faciebat per manus sacerdotū, vt modo facit popul⁹ Christianus; & ob id dr̄ sacerdos comedere peccata populi. 1.q.1.c.ipsi. particularius verò, licet quodāmodo generaliter offerunt oēs, qui aliquē specialē actum exercēt circa hoc sacrificiū, vt circunstātes, quorum & in canone sit mentio, licet inter eos sint gradus, q̄ specialius, & principalius ministri altaris offerūt, & chorus, q̄ plebs, & qui sacerdoti celebranti alimenta ministrat; vnde in Missa plebani totus populus offert, & in Missa epī diœcesis, specialissimè per eleemosinam conferunt in hanc Missam, vt prò illis oret, & suis. Defuncti verò nō offerunt, nisi largo modo prout bona reliquerunt pro Missarū celebratione, sed pro ijs offerūtur, vt & pro illis pro quibus, licet non sint p̄sentes, sacerdos sua spōtè sacrificium offert. Hi ergo oēs si in gratia sint dum offerunt, triplici modo fructum sacrificij consequuntur .s. per viam meriti, per modum impetrationis, & satisfactionis; per modū meriti tam de congruo, q̄ de condigno:

nam

nam de congruo merentur salutẽ corporis, & temporalia bona, quia hmôi bona caduca nõ cadunt sub merito de condigno, videlicet vt certa lege petentibus semper concedantur, sed vt Deus animæ expedire nouerit. Merẽtur præterea de condigno augmentũ gratiæ, nõ solum per orationes, & deuotionem, sed et virtute operis.i.hostiæ, quam offerunt: sicut & dũ in gratia existens dat eleemosinam de condigno meretur augmentum gratiæ, magis hic, ideo hic meritum operis operantis.i.deuotionis offerentis miscetur cum opere operato .i. cum virtute hostiæ oblatæ. Secundum effectũ offerentes adipiscũtur per modum satisfactionis, quia per illam hostiam satisfaciunt pro pœnis peccatorũ: quorum culpæ sibi remissæ sunt, quæ etiã satisfactio fit certa, & infallibili lege, quia iste est proprius effectus operis operati, vt & in merito de condigno. Tertiò, per viam impetrationis, & suffragij alios effectus consequuntur.s. defunctis releuationem tormẽtorum purgatorij, vel totalem liberationẽ, q̃ non fit de rigore iustitiæ per modum meriti de condigno, sed per modũ deprecationis, si Deus acceptauerit, & p modum applicationis sacrificij ad satisfaciendum pro ipsis, et si eleemosinam nõ reliquerint, & hmôi effectus secundùm quãtitatem offerentis sunt minus, plusve vberes, vt d.D.Tho.3.p. q.79.art.5. His sic notatis.

Prima sit concl. Numerus offerentium non minuit valorem sacrificij in singulis, quia quilibet offerentiũ ita hostiam offert, ac si nullus alius offerret, imo quo plures sunt, sacrificium Deo est gratius, quia cumulatæ preces facilius exaudiuntur. Illi verò pro quibus offertur sunt in duplici dña, quia vel ij sunt pro quibus ex ecclesiæ instituto generaliter offertur sacrificium, vt pro Papa, epõ, rege, circunstantibus, & populo, qui decimas dat, & sic secunda sit concl. Quòd ob maiorem numerũ nemo vllo suo fructu .s.satisfactionis, & meriti fraudatur, q̃a generali instituto ecclesiæ singulis sacrificium applicatur vnicuiq; in suo ordine, & gradu; vnde Missa singulis ita valet in magna, ac ĩ parua parochia. Alij sunt pro quibus specialissimẽ offertur, quia præter illam generalem applicationem, relinquitur sacerdoti facultas, modo alio obligationis vinculo non teneatur, pro hoc vel illo sacrificium offerre. Et sic si plures eleemosinam pro eodem sacrificio offerant, licet ex eodem actu quem habent erga sacrificium nemo fraudetur suo merito, vel satisfactione ex aliorum societate, tñ quia id applicatur ex intẽtione sacerdotis, cui ex opere operato respondet certus, & taxatus modus satisfactionis, ideo quanto in plures id distribuat, tãto minus singulis obuenit; & idem est si offerat pro alijs qui eleemosinam nõ sint largiti. Confirmatur, nam satisfactio quę intentioni sacerdotis respondet, si inter plures ipse distribuat, minus singulis prouenit. Vnde & qui præsens est sacrificio, si pro alijs offerat minus sibi remanebit de satisfactione, & nil sibi remanebit, si totum alij applicet, licet de suo merito ipsi nil depereat. Præterea iustitia humana est exẽplata à diuina, sed secundùm iustitiam humanã si quis soluerit debitũ pro alio ille solus liberatur, ergo & secũdùm diuinã ille pro quo fit suffragium; sed quantum cuiq; suffragetur, soli Deo notũ est, vt & gradus gratiæ, quæ confertur in sacro.vt d.Nau.in Man.ca.25.§. 35. Et q̃ ad horam sacrificij adsit multitudo angelorum. d.Chris.lib.6.de sacerd. & hom.1.de verbis. Is.1.& hom. 3.de incompreh.Dei natura. vbi dicit eos hoc sacrũ adorare. Vnde pro vna Missa nõ debet à pluribus recipi eleemosinæ, ac si pro vno esset offerenda, primum quia eleemosinã dantes fraudantur sua opinione, & deterrẽtur ab earum datione. Secundò, quia in veritate fraudantur, quia minus satisfactionis recipiũt, vt supra. Tertiò, quia eleemosinæ nõ debent suscipi pro valore sacrificij, sed in subsidium sacerdotum.

dotum: vt argenteum nummũ. ita Sot. 4.d.13.q.2.art.1. & Tur. Cre. in c. non mediocriter. art. 2. sequutus D.Th.D. Bonau. & alios. de cõs.d.5. Vnde sacerdos qui promisit vnam Missam tribus non liberatur dicendo vnam pro oĩbus, nisi de eorundem consensu, vel si in alijs Missis suppleat; similiter nõ satisfacit si promisit Missam de Sp. S. & in tali loco, & dicat aliã, vel in alio loco. vt d. Silu. Missa. 1.§.10. & ideo debet sacerdos hoc casu dicere primo se nolle teneri ad applicandum ei valorem speciale huius sacrificij, si credit alios superuenturos, sed quod ei applicabit portionem suam, & sic de alijs; & quod non vult alios fraudare hoc beneficio cum sit cõe sacrificiũ. vt d. Silu. ibi nu.11. & sequitur Nau. in Man. c.23. nu.92. & nu.111. licet opin. quam sequitur quod sacerdos possit applicare partem sibi spectantem cui vult, etiã sine scientia eorum pro quibus celebrat, non videatur subsistere, qui licet sacerdos magis participet de sacrificio, quam alij, vt supra, per hoc tñ non licebit ei alteri applicare satisfactionem, vel deprecationem primo inscio, quia id esset contra iustitiam, vt supra; tñ & si sacerdos per hoc non priuetur ꝓprio merito, vt supra dictum est, minister tamen satisfacit, vt supra.

De Ministro. Cap. II.

Missam sacerdos solus celebrat, & cõficit Eucharistiam.

PRima propositio. Solius sacerdotis est cõsecrare hoc sacrm̃, & Missam celebrare; probatur primò Luc. 22. dum d. Dñs: Hoc facite, quæ verba nõ sunt dicta, nisi Apostolis, qui eo mandato Dñi ordinati sunt primi sacerdotes noui testamenti: Per id. n. Hoc facite, nõ intelligitur solũ manducare, quod est cõe omnibus Christianis, sed consecrare: sumite, & alijs distribuite, vt me facere vidistis: sacrm̃. n. conficitur in persona Christi; vnde is cui Christus id non cõmisit, id facere non pòt, & si attentaret, nil agit. Eadem propositio in 1. Conc. Nic. can. 14.18. determinatur, & in Later. sub Innoc. III. c.1. & Flor. de vnio. Arm. & Tr. sess. 22. c.1. & sess. 23. c.1. & 4. in cap. perlectis. 25.d. in c. firmiter. de sum. Tr. & in cano.3. Ap. Fabianus Papa. ep.2. Sacerdotes quoq; sibi Dñs elegit, vt sacrificét ei, & offerant oblationes Dño. Antherus Papa. ep. decre. ad epõs Hispanos, absit, vt quidquam sinistrum de his loquar quod apostolico gradui succedétes, Christi corpus sacro ore conficiunt. Conc. Remense. can.6. Cartag.6. can. 18. Arelaté.1. can.15. Diaconus. n. tñ ministrat non conficit. ex Conc. Cartag.4. can.4. ca. diaconus. 23.d. & ꝓbat Ambr. lib.1. offi. c.41. referens verba S. Laurentij ad Sixtum Papã, Quò sacerdos sancte sine diacono properas, nũquam sine ministro sacrificium offerre consueueras. Felix IIII. ep. ad oẽs epõs. c.4. Ex patrib⁹, id probat Dion. c.5. eccl. hier. Ignat. in ep. ad Trull. Clemens. lib.2. Ap. Const. ca.31. & lib.8. c. vlt. Iust. Apol.2. propè fi. Cipr. lib.1. ep. 2. & 9. lib.3. ep.15. Athan. 2. Apol. con. Arr. Bas. lib.2. de bapt. c.8. Epiph. hær. 79. Chris.3. & 6. de sacerd. Iren. li. con. Lucif. & alij. de quib. Bellar. de Euch. lib.4. c.16. idé Clem. lib.3. Const. c.10. imo neq; laico permittimus facere aliquod opus sacerdotale, vt sacrificiũ, aut baptismũ. & infra; hmõi. n. gratia per impositionem manuũ epi datur. Tert. de exhortat. castitatis. c.7. idem Cipr. lib.2. ep.3. Naz. in Apolog. d. Sacerdotem cum angelis stare, cum Archangelis glorificare, ad superum altare sacrificia trãsmittere, & cũ Christo sacerdotio fungi. Idé Hier. ad Euagriũ. & ep.60. Chris. hom.60. ad pop. Verum & tu laice cũ sacerdoté videris offerétem, ne vt sacerdotem putes esse hoc facientem, sed Christi manũ inuisibiliter extensam. hom. de proditione Iudæ. lib.3. de sacerdotio. Sacerdotes merito non modo plus vereri debemus, quam principes, vel reges: verũ ét maiori honore, quam parétes honestare; & lib.6. de sacerd. per id tempus, & angeli sacerdoti assidér, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat.

excitat,& locus altari vicinus in illius honorem,qui immolatur angelorum choris plenus est.Isid.li.2.de eccl.offi. c.7.Iuo plenè ep.1.& 24.

Ratione probatur; Sacr̃m hoc est tantæ dignitatis, vt nõ nisi in persona Christi cõficiatur, vt supra, nemo verò in persona alterius quicquã agere potest, nisi per potestatẽ ab eo sibi collatam:igitur vt per sacr̃m baptismi conceditur potestas sumendi hoc, & alia sacra,ita solis sacerdotib. cũ ordinantur,concedit̃ hæc potestas consecrandi hoc sacr̃m in persona Christi, solis .n.illis, quos Christus ordinauit iniunxit hoc munus d. Hoc facite in meã cõmemorationẽ.D.Th.3.p.q.82. art.1.vnde & Matt.16.Elegit Christus Petrũ, cui claues regni cœlorũ dedit, & ei vndecim adiũxit.& Luc.10.lxxij. elegit, primis.f.Apostolis ep̃i successerunt: lxxij.reliqui sacerdotes.c.in nouo.21.d.& Eph.4.alios Xp̃s dedit apostolos,alios prophetas,alios pastores, & ad Tit.1.& 4. Monet apostol⁹ ep̃os, & presbiteros creãdos esse, & quales. Requirit̃ autẽ ꝙ sacerdos prius fuerit baptizat⁹, aliàs ẽt si id attẽtet nil agit. c.fi.de presb.nõ bapt. Silu.Euch.2.n.5. laicus verò subdiaconus, vel diacon⁹, licet sacerdotes se fingant,non consecrant.c.fi.vbi glo.de cler.non ord.nec mulier licet vir reputet̃. vt d. D.Th.4. d.25.q.1.art.1.vel si nõ est q̃s rectè ordinatus in essentialibus: vt si creditus ep̃s non erat, vel omissus sit actus per quem ordo cõfertur. vt d.Silu. verbo. 2.q.10.Nau.c.25.num.71.

Sacerdotes plures an possint eandẽ hostiã consecrare, & quomodo

Secũda propositio. Plures sacerdotes p̃nt eandem hostiã cõsecrare,hoc pacto si mente vnus signat vnã partẽ, alius aliã, aliter si non signaret̃ nulla pars esset cõsecrata,ꝙ si duo simul intendunt consecrare, vt vnus aliũ adiuuet,nil agũt, si verò vnusquisq; per se intendit eandem hostiã consecrare,& profert verba, qui primo perficit formam,vel ep̃s sit,vel alius consecrat,alius nil facit; vnde q̃n plures cum ep̃o cõcelebrãt debẽt morosius q̃ ep̃s verba consecrationis proferre, ne simul cum eo cõsecrantes eũ p̃ueniant. Sot. 4.d.13.q.1. art.2. qui in aliquo discedit à sententia D.Th.d.q.art.2.

Sacerdos habet dispẽsare Eucharistiã, & quid de diaconis.

Tertia propositio. Ad sacerdotẽ p̃tinet dispensatio corporis Christi; p̃batur primò ex Conc.Rem.ĩ c.peruenit. de consf.d.2. vbi vt horribile damnatur,ꝙ laico,& mulieri id concedat̃. Ratione primò, q̃a cũ sacerdos in p̃sona Christi cõsecret ipsum imitari debet,qui in cœna corpus suũ consecrauit,& alijs sumendũ dedit.Secũdò,q̃a sacerdos cõstituit̃ medius inter Deũ, & populũ: vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eũ p̃tinet dona sanctificata diuinit⁹ populo tradere.Tertiò,quia in reuerentiã huius sacri à nulla re contingitur,nisi consecrata:vnde sicut corporale,& calix, ita & sacerdotis man⁹ ad tãgendũ sacr̃m cõsecrant̃;vnde nulli alij tangere licet,nisi in necessitate:vt si in terra iaceret, vel in aliquo casu necessario. D.Th.d.q.ar.3.& ad primũ.d.ꝙ diacono competit ministrare sanguinem.s. ex officio: vt legitur de S.Laurẽtio,& probat̃ rõne: primò,quia sanguis continetur in vase,ideo nõ oportet,ꝙ tãgatur à dispẽsante.Secũdò,q̃a sanguis effusus sign̄at redẽptiõnẽ Xp̃i ad populũ deriuatã: vñ & aqua vino miscet̃ populũ sign̄ans;diaconus verò est medius ĩter sacerdotẽ,& populũ, ideo ei magis cõpetit dispensare sanguinẽ, q̃ corpus, ꝙ nõ p̃ot dispẽsare nisi iubẽte sacerdote:vt ibi d.D.Th. & hoc officiũ est sacerdotis iure diuino, sed quia dispẽsare sacra est actus iuridicus, ideo solũ parochis iure Põtificio tribuitur potestas illud dispẽsandi.c.oĩs vtr. sexus.de pœn.& rem.& h̄r ĩ Cõc.1.Cartag.ca.7.& in Clem.dudũ. de sepult.& laicus si cadit in terrã p̃ot illud reuerenter suscipere;& licet diaconus mõ non dispenset sanguinẽ : tñ in capella Papę diaconus cõsecratũ calicẽ affert, & porrigit;& ĩ casu necessitatis credibile est, ꝙ possit ẽt dispensare corpus infirmo absente parocho,vel eo negligente: vt sic ex attrito vi cõionis fiat cõtritus; subdiacono verò nullo casu

id licet. ita Sot.4.d.13.q.1.art.4.& de diacono clarum est, ꝗ antiquitus Eucharistiam populo ministrabat, & ad absentes deferebat; vt d.Iustin.Mart. Apolog.2.Cipr.ser.Sin.Nic.can.14.S. Clem.li.8.Const.c.28.ꝗ tñ sunt intelligenda iubente epo, vel presbitero.ex Conc.Cartag 4.ca.38.d.vt diaconus, pñte presbitero,Eucharistiã corporis Christi populo,si necessitas cogat,iussus eroget. Conc.Arelat.2.can.15.

Sacerdos cõsecrans Eucharist. tenetur sumere.

Quarta propositio. Sacerdos cõsecrans tenetur sumere hoc sacrm; hæc concl.determinaẽ in c.relatũ.de cons. d.2.ꝗ est Conc.Tolet.vbi statuiẽ sacerdotem celebrãtẽ teneri sumere sacrm sub vtraq; spẽ.Rõne confirmaẽ:nã Eucharistia est nedũ sacrm, sed & sacrificiũ, at ꝗ sacrificiũ offert debet eius fieri particeps, qa exterius sacrificiũ est signũ interioris, quo quis Deo se offert:vt d.Aug.li.10.ciu.c.5. vnde per hoc ꝗ participat sacrificio,ostẽdit sacrificiũ interius ad se pertinere: sic ẽt per hoc ꝗ sacrificiũ populo dispẽsat, ostendit se esse dispẽsatorẽ diuinorũ, quorum ipse primò debet esse particeps: vt d.Dion.c.3.ad fi.de eccl.hier. per hoc verò fit particeps, ꝗ de sacrificio sumit. 1.Cor.10.D.Th.d.q.art.4. vnde & sacerdotes ea ꝗ prius erant sacrificia in cibũ suũ vertebant.Exo.13. Num.23.& Leu.24.ꝗ si miraculosè appareret in specie carnis,cõsilium esset vt iterato cõsecraretur;& idẽ si appareret venenũ esse propinatũ in calice. Sot.d.13.q.1.art.4. Et si sacerdos,quia esset in peccato nõ consecraret, esset immane sacrilegiũ,cũ grauiꝰ sit simulare se cõsecrare,ꝗ consecrare in mortali.c.de homine. de cel.miss.cum det occasionem idolatrãdi quò ad se est.

Sacerdos malus consecrat.

Quinta propositio. Malus sacerdos Eucharistiã consecrare potest; probaẽ auth.Aug.in lib.de corp.Dñi, & cõtra ep.Parmen. lib.2.c.21.29.& tr.5.in euang.Ioã.& contra Crescon.lib.3.c.6. & refertur. 1.q.1.c.intra catholicam. c.nõ nocet.c.secundùm ecclesiæ.d.19. & de cons.d.2.c.vtrum.vbi dr in misterio corporis, & sanguinis Dñi nihil à bono maius, nihil à bono minus perficitur sacerdote,quia non merito cõsecrantis,sed in verbo perficitur creatoris, & Sp.S. Ratione probatur,quia sacerdos,vt supra, nõ virtute propria, sed vt minister Christi consecrat hoc sacrm, non desinit verò esse minister Christi,qa sit malus, quia Dñs habet ministros, & seruos bonos, & malos. Mat.24.& 1.Cor.4.& hoc ad excellentiam Christi ptinet cui sicut Deo seruiunt nõ solũ bona,sed ẽt mala, ꝗ per eius prouidentiã in ipsius gloriã ordinãtur. Vnde ẽt peccatores pñt Eucharistiã cõsecrare.D.Th.d.q.ar.5.Paschasius.de corp.& sang.Dñi. c.12.Iuo ep. 124.Inn.li.3.mist.miss.c.5.ad fi.& probaẽ de cons.d.4.vbi p multos canones probatur malos ẽr sacra administrare rõnibus deductis supr.de sacr.in gen. maximè ne simus in incerto grę nrę, cũ nõ simus certi de alicuiꝰ bonitate.

Ampliatur, vt procedat ẽt si sacerdos sit hæreticus,scismaticus,& excõcatus,probatur auth. Aug.2.con.Parmen.c.15.vbi d.sicut baptismus in pdictis manet, ita ordinatio integra, sed ex vi ordinationis sacerdos consecrat Eucharistiã, ergo põt licet sit de pdictis:& hr in c.intra catholicã. 1.q.1.in c.Romanus.c.si qui.& ca.si re vera.de cons.d.4.Ratione probatur; nam qui intra ecclesiã sunt, & per hæresim,scisma, vel excõicatum ab ea pscindũtur rectè quidẽ facultatẽ susceperunt,sed non rectè ea vtũtur, qui verò dũ sunt præcisi ordinanẽ,nec rectè ptãtem recipitur, nec rectè ea vtiẽ, qa cõtra ecclesiæ prohibitionẽ id faciunt; vtriq; tñ si consecrare attentent verè consecrãt,& verè ministrat.vt d.Aug.2.cõr. Parmẽ.c.13.Vnde qñ hæretici redeũt ad ecclesiã nõ reordinatur, q tñ extra ecclesiã,vel ordinatur,vel ptãte ordinũ vtitur mortaliter peccat;quia non facit secũdũ ordinẽ ecclesiæ, vnde nec fructũ percipere põt. D.Th.d.q.art.7.

Secundò,ampliaẽ, vt ẽt sacerdos degradatus possit hoc sacrm cõficere; pbatur auth.Aug.2.con.Parmen. c.13. vbi d.apostatas à fide nõ carere baptismo;

mo;vnde illis redeuntib. nõ reiterat: sic ét degradatus si recõcilietur,nõ est ordinād⁹ iterũ,ergo nõ amisit ptãtem cõsecrandi. Rõne ꝓbatur;nã ptãs con secrandi Eucharistiã pertinet ad cara ctere ordinis sacerdotalis,caracter ve rò quilibet,qa cũ quadã cõsecratione datur,est indelebilis, vt & cõsecrationes quarũcunq; rerũ ꝑpetuę sunt, nec reiterari,aut amitti pñt,ipsa re ĩtegra durante:vt sup.vnde patet,ꝙ ptãs con secrandi nõ amittiť ꝑ degradationẽ, ergo degradatus põt cõficere hoc sacrm.D.Th.d.13.q.1.ar.1.q.4.ar.8. Ipsi tñ cũ peccẽt nullũ ex sacrificio fructũ percipiunt.Secũdò,eorũ preces quatenus ex eorũ deuotione emanãt,nulli⁹ esse momenti.Tertiò,qui sciẽt et intersunt eorũ sacrificio, vel pcipiũt ab eis sacrificiũ,qa peccant, nullũ fructũ percipiũt: si verò quis ignoret eũ esse hæreticũ, & ei det eleemosinã pro sacro faciẽdo cui & ipsi intersit,si intendit facere ꝙ facit ecclesia, licet nõ credat ibi esse corpus, & sanguinẽ Xp̄i, ꝓderit ei sacrificiũ,qa id cõficit in ꝑsona Xp̄i,& ecclesiæ; q̃ nõ potest tollere ptãtem ordinis,licet tollat vsum,iõ cum hi vi ordinationis consecrent, & offerãt sacrificium pro illo , qui dedit eleemosinam, ei proderit; orationes verò quas ipse facit nil prosunt , cum eas non fundat, vt minister ecclesiæ à qua est præcisus.ita Sot.d.13.q.1.ar.8.

Missa mali sacerdotis an tñ valeat,vt boni, & qũo. Sexta propositio.Missa mali sacerdotis si cõsideretur ipsum sacrm,ꝙ in ea est principale,nõ minus valet q̃ boni, qa ab vtroq; perficitur sacrm vi cõsecrationis,& ordinis. Si verò cõsiderãť orones,q̃ fiũt in Missa pro viuis,& defunctis: sic pñt considerari dupliciter: primò prout hñt efficaciã ex deuotione sacerdotis orantis, & sic Missa boni sacerdotis est magis fructuosa: Secundò,quatenus profertur à sacerdote in persona toti⁹ ecclesiæ, cuius sacerdos est minister,ꝙ ministeriũ manet ét in peccatorib. & sic fructuosa est nõ solũ oro sacerdotis peccatoris in Missa,sed ét oẽs eius orones, quas facit in ecclesiasticis officijs,in quib.gerit personã ecclesiæ: orones verò eius ꝑtiuatæ nõ sũt fructuosę.Prou.18.D.Th.d.q.ar.6. D.Bonau.4.d.13.Vbi notandũ,ꝙ noĩe mali sacerdotis intelligitur, qui est in mortali,q̃ venialia nõ obstant.Secundò,ꝙ sacrm hoc cõsideratur,vt sacrm, & vt sacrificiũ:primo mõ effectus eius est gra: scdo effectus eius est per modũ meriti,satisfactorius, & impetratorius:tertio,ꝙ sola cõsecratio nõ est sacrificiũ,sed ét requiriť immolatio, & oblatio,q̃ cõsistit in oronib.per ecclesiã constitutis: Vnde si sacerdos malus addat aliquas orationes ꝑter ecclesiæ fortè institutũ, de his nõ est sermo, cũ sint accidentariæ, sed quas exhibet vt ecclesiæ minister æque valẽt in bono, & malo,vt & si vir bonus æqualẽ eleemosinã per seruũ bonũ , & nequã daret;si verò considerant ꝑces vt ex peculiari deuotione procedũt: sic Missa boni sacerdotis est melior,q̃ mali. Nõ ꝑ hoc tñ Missa mali sacerdotis est mala,quia per virtutem Sp.S.cuius charitatis merito Xp̄i mẽbra copulãtur fieri põt vt priuatũ bonũ vnius redũdet in bonũ alteri⁹,malũ verò alicuius nũquã in alterũ,nisi per eius cõsensũ : vt d.D.Th.ibi ad tertiũ. Et ita cũ ex sacrificio Missę triplex fructus pcipiatur,ꝑ modũ meriti talẽ hostiã offerẽtis , hic in existẽte in mortali nulius est,quatenus ex propria deuotione ꝓcedit,sed quatenus illa oblatio est Xp̄i, & ecclesiæ,ibi applicabiť Xp̄i,& ecclesię meritũ: secũdus effectus est satisfactio virtute hostiæ exhibitæ, q crescit ex deuotiõe offerẽtis : vt d.D.Th.3 p.q.79. ar.5.vnde rõne mali sacerdotis nõ crescit , sed quatenus ꝑ ipsũ authoritate ecclesię sacrificiũ offertur, erit æquale in oĩbus malis sacerdotib augetur tñ in quolibet aliorũ offerentiũ , vt sunt circũstantes, & eleemosinã dantes, si sint in gra: tertius ꝑ modũ impetrationis, qui applicatur defunctis per modum suffragij nil valet virtute mali sacerdotis,vt est priuata persona, tamẽ quatenus oblatio fit authoritate, & instituto ecclesiæ suum obtinebit vigorem . ita Sot.d.13.q.1.art.6.

Eucharist. an sit suscipienda ab hæreticis, excõicatis vel peccatorib⁹, vel Missa audienda, & quomodo.

Septima ꝓpositio. Nõ licet ab hæreticis, excõicatis, schismaticis, vel pcõribus cõionẽ accipere, vel Missã audire; ꝓbatur primò auth. Greg. li. 3. dial. c. 31. rõne: nã licet ij ptãtem habeãt, nõ tñ ea rectè vtũtur, sed q̃ cõicat alij ĩ pcõ sit particeps eius pcĩ. 2. Can. Io. Inter ꝑdictos tñ est distinguendũ; Nã excõicati, hæretici, & schismatici sũt ꝑ sñiam ecclesiæ executione cõsecrandi priuati, ideo nõ licet ab eis cõionẽ sumere, vel eorum Missam audire, oẽs verò pcõres ecclesiæ sñia nõ sunt hac ptãte priuati, ideo donec per ecclesiã non sint priuati tali executione, licet ab eis prædicta sumere: vt d. gl. Aug. 1. Cor. 5. D. Th. d. 13. q. 1. Vbi notandum duplici iure nos teneri vitare pcõres, naturali, & positiuo; primò, ne eorum peccatis cõsentiamus, ne sic eis participes efficiamur. Rom. 1. Secũdò, vt sic corrigãtur si vitẽtur, q̃ ptinet ad fraternã correctionẽ. Tertiò, ad vitandũ scãdalum, vir .n. honestus maximè, si sit persona publica non debet familiariter versari cũ hoĩbus corruptę vitæ. Quartò, qñ peccatũ Remp. inficeret, tũc .n. tenetur quilibet eos accusare; iure verò positiuo hodie ex Constit. Conc. Basil. & Constant. soli ꝑcisi denũciati sunt vitandi, licet ꝑ hoc nõ tollatur ius naturale, quominus sint vitandi in ꝑdictis casib. & qñ est public⁹ clerici percussor. vt in d. Cõst. q̃ verò ab hæreticis nõ licea Missam audire, vel cõionem accipere, nisi ĩ articulo mortis, hr in ca. si q̃s. c. si quẽ fortè. 24. q. 1. ita Sot. d. 13. q. 1. ar. 9. Qñ verò in foro cõsciẽtiæ liceat à pcõre sumere sacra, vel nõ, dictũ est latè sup. de sacr. ĩ gen. q̃ si sacerdos notori⁹ sit fornicator celebrãs ante actã pniam peccat, & sit irregularis, cũ ipso iure suspensus sit. c. præter. 32. d. & idem de clericis qui actus sui ordinis exercent: in qua irregularitate solus Papa dispensat; vt verò prædicta locum habeant, oportet quòd sit notorius, nec sufficit q̃ sit infamatus, licet sic ẽt abstinere debeat; requiritur ẽt q̃ ante celebrationem, vel ministrationẽ in ordine nõ egerit pniam, quia si egit, ipso iure tollitur suspẽsio. c. si. de tẽporibus ordinat. requiritur etiã q̃ sit concubinarius, vel fornicarius vagus notorius, qui ĩ hoc æq̃parantur, vt d. Nau. c. 25. nu. 72. q̃ si ante pniam actã celebrauit, & postea eũ pęnitet nõ incurrit nouã irregularitatẽ, sed remanet ĩ antiqua, vt ibi d.

Missam celebrare qñ sacerdos teneatur.

Octaua propositio. Sacerdoti nõ licet oĩno à consecratione cessare; probatur primò, q̃a quisq; tenet̃ vti grã sibi data cũ fuerit opportunũ. 2. Cor. 6. Opportunitas verò offerendi sacrificium nõ solũ attenditur per cõparationem ad fideles Xp̃i, quibus oportet sacra ministrare, sed principaliter per cõparationẽ ad Deum, cui sacrificium offertur. Vnde sacerdoti ẽt si non habeat curã aĩarum, nõ licet oĩno à celebratione cessare: sed saltẽ vr̃ q̃ teneatur celebrare in ꝑcipuis festis, & maximè ijs diebus quib. fideles cõicare consueuerunt. D. Tho. d. 13. q. 1. art. 2. & cũ eo sentit Ric. d. 13. ar. 1. q. 2. Dur. & Palu. q. 2. Silu. Missa. 1. §. 7. qui sentiunt non celebrantem qñq; in honorem Dei peccare mortaliter, licet curam aĩarum nõ habeãt, cui accedit & parabola talentorũ. Mat. 26. & Luc. 19. & q̃a cessantes ẽt à celebratione scandalũ dãt, q̃ aliquo pcõ, vel impedimẽto teneant̃. Vnde Sot. d. 13. q. 1. art. 10. censet teneri eos celebrare ter saltem in anno, in Natali, Paschate, & Pentecoste, & ẽt frequẽtius. per c. dolentes. de cele. miss. vbi reprehenduntur, qui vix quater in anno celebrãt. Hodie verò in Cõc. Tr. sess. 23. c. 14. statuitur, vt ep̃i curẽt, vt sacerdotes saltẽ dñicis, & festis solẽnib⁹, q̃ verò curã habuerint aĩarum, tã frequẽter vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Et si sit capellanus tenetur celebrare iuxta institutionem beneficij capellaniæ, vel consuetudinẽ ecclesiæ in loco per testatorem designato: vt d. Nau. c. 25. n. 134. põt tñ omitti aliqua dies ex cã, licet ĩstitutio beneficij req̃rat, vt quotidiè celebretur, cũ semꝑ quilibet nõ sit ita ꝑparat⁹, vt quotidiè sumere dignè possit: vt ĩquit Pan. in c. significatũ. de ꝑb.

Et si-

Missa quoties in die sit celebranda, & an omnibus diebus.

Et sicut non licet omnia sacerdoti à consecratione cessare: sic etiam non licet, nisi semel in die celebrare, excepto die Natalis Dñi, & causa necessitatis; probatur concl. in c. consuluisti. extra de cel. miss. in c. nocte sancta. in c. sufficit. de cons. d. 1. ideo autē dicuntur tres Missę in die Natiuitatis, ob triplicem natiuitatem Christi, vnā æternam, quā à patre generat: aliam spiritualem qua oritur ī cordibus nostris: tertiam temporalem, & corporalem, qua natus est secundùm carnē; vel ad designandum triplicem statum, ante legē qui erat in tenebris, ideo prima Missa dr̄ media nocte: secūdum sub legem, qui est vt aurora: tertiū gratiæ, qui est vt lux clara. gl. in d. c. consuluisti. & Tur. Cr. in d. c. nocte. Ratio, q̄ nō liceat pluries in die, est primò ob repręsentationem vnicę passionis Christi. d. c. sufficit: secundò, vt maior reuerentia sacro exhibeatur si semel tm̄ sumatur, & offeratur. Fallit tñ in pluribus casibus: primò, si superueniat eps quē decet quolibet die Missam audire. ca. fi. de priuil. in 6. secūdò, si superueniūt peregrini, quo die Missa sit de præcepto audienda: tertiò, si quis sit sepeliēdus, quem nō conuenit sine Missa sepeliri: quartò, si æger egeat viatico, nec adsit sacrm̄: quintò, pro nuptijs: sextò, qñ quis habet duas ecclesias cōmendatas, & nō posset alteri die festo p̄ vicariū seruire: septimò, cū occurrerit cā q̄ videat iusta arbitrio boni viri; aduertendū tñ, q̄ nullo casu licet plus q̄ bis in die celebrare, excepto die Natalis Dñi. Secundò, q̄ si vult celebrare secūdā Missā semper sit ieiunus, aliàs ei nūquā licebit, ēt si solā purificationem sumpserit. ita Tur. Cr. in d. c. sufficit. & post eū Nau. in Man. c. 25. n. 87.

Potest ēt sacerdos oībus diebus celebrare. ca. visum. de cons. d. 1. excepta feria sexta in parasceue. cap. Sabbato. vbi Tur. Cr. de cōs. d. 3. tunc. n. non potest celebrari publicè, vel secretè, sed tm̄ sumi hostia die p̄cedenti consecrata: die ēt Iouis sancto potest celebrari & solemniter, & priuatim, quia id nullo iure prohibetur. In Sabbato sancto licet id olim esset prohibitū. d. c. Sabbato, & si celebrabatur intelligebatur Missa noctis sequētis, & ideo nō licebat nisi post vesperas celebrare, vt not. Tur. Cre. in d. c. Sabbato. & Nau. c. 25. nu. 88. iñ qa in Missali Refor. ponitur Missa ea die celebrāda, & vesperę ad finē Missæ, iō sentio, q̄ tunc possit celebrari solēniter, vt & sentit Tur. Cr. in d. c. & ēt priuatī non video id prohibitū, seq̄ndo ordinē Missæ ibi ordinatæ.

Nec pōt sacerdos aliquo casu extra Missā cōsecrare, ēt si esset infirm', nec posset celebrare, nec esset aliqua hostia cōsecrata, cū qua se vellet cōicare. c. cōperimus. de cōs. d. 2. & sequit̄ Nau. c. 21. n. 53. in fi. pōt tñ idē aliquo casu, vt tpe pestis, vel ī alia necessitate seipsum cōicare. vt d. Arm. cōio. nu 8. Sot. 4. d. 12. q. 1. art. 4. ver. primus ergo.

Nona propositio. Sacerdos celebraturus debet esse ieiunus ex apostolorum instituto, & more totius orbis, aliàs offerre, vel cōicare non potest. vt d. Tert. lib. 2. ad vxorem, non sciet maritus, quid secretò ante oēm cibū gustes. & Cipr. li. 2. ep. 3. Iuo part. 2. c. 45. Naz. orat. in S. baptisma. ex Conc. Cartag. 3. c. 29. Afric. c. 8. Mathiscon. 2. c. 6. c. sacra. de cons. d. 1. d. Sacra altaris nō nisi à ieiunis hominibus celebrentur: & licet ibi id concedatur die cœnæ domini, id tñ est abrogatum ex can. 29. 6. Sin. Constant. quo ēt renouatur canon 50. Sino. Laod quo cauetur ne ea die ieiuniū soluatur. Bracar. 2. can. 10. cognouimus quosdam presbiteros in huius præsumptionis audacia retineri, vt Missas mortuorum ēt post acceptum merum, vel oblationē ausi sunt consecrare. Conc. Antisiod. c. 19. Tolet. 7 can. 2. c. nihil. 7. q. 1. c. vt illud. de cons. d. 1. ca. liquido. de cons. d. 2. Aug. ep. 118. ad Ian. Chris. ep. 3. ad Ciriacū. Isid. li. 1. offi c. 18. Fortun. li. 3. de eccl. offic. c. 34. Strabo. lib. de reb. eccl. c. 19. Iren. lib. 4. mist. missæ. c. 26. In tñ, vt licet infirmus non ieiunus possit cōicare. c. presbiter. de cons. d. 2. nunquā tñ potest nō ieiunus sacrificare. Tur. Cr.

Sacerdos celebrans debet esse ieiunus, & qūo.

in d.c.liquido.licet is verè conficeret, vt nec post medicamentum sumptum liceat cõionem sumere. D.Tho.3.p.q. 80.art.8. Gl.in c.ex parte.de cel.miss. nec sacerdos, qui vinum purificationis accepit, ea die aliam Missam celebrare potest.d.c.ex parte.Imo sacrificantes, & cõicantes in honorem tãti sacri debẽt post aliquanto à cibo abstinere.vt d.Clem.ep.2. ad Iacobũ fratrem Dñi.ca.tribus gradib.de cõs.d.2. Chris.hom.27.in c.11.ep.1.ad Corin. idque de consilio non præcepto.

Sacerdos qualiter se ꝑparare debet ad Missam dicendam.

Decima propositio. Sacerdos celebraturus præparare se debet ad dignè tm̃ misterium celebrandum, & confitendum: iuxta id Eccl.18. Ante orationem præpara aĩam tuam. Vnde & S.Germ.in Theor.rer.eccl.ait: Agnoscite oẽs sacerdotes, q̃ sacro altari assidetis, & incruẽtam victimam sacrificatis, q̃ viuas Christi passiones annunciatis; præcipua verò pręparatio est vt sacerdos diligẽter scrutetur, ne fortè aliquo exitiali peccato inquinat⁹ sit, sic.n.prius contritionis, & cõfessionis medicamento, id eluere debet; vt inquit Cip.serm.de lapsis. ante expiata delicta, ante exomologesim factã criminis, ante purgatam conscientiã sacrificio, & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Dñi, & minantis &c.non conficiendũ; & Aug. de salutar.docum.c.33.Qñ.n.illud accipere debemus .s.sacrm Eucharistiæ, antea ad confessionem, & pœnitentiã recurrere debemus: & oẽs actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia, si in nobis senserimus, citò festinemus per confessionem, & pœnitentiam abluere; & idem demum diffinitur in cap.7. sess.13.in Trid.Conc. Ecclesiastica ađt consuetudo declarat eam probationem esse necessariã, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absq; præmissa sacrali confessione ad sacram Eucharistiã accedere debeat, q̃ à Christianis oĩbus, et ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare; hæc sancta Synodus perpetuò seruandũ esse decernit, modo nõ desit illis copia confessoris: q̃ si absq; ꝑuia confessione celebrauerint, quãprimum confiteantur; & idẽ statuitur in can.11.ibid.& si non sæpius, bis tamen in hebdomada sacerdotes celebrantes, confiteantur: ex Conc.Med. nisi conscientia mortalis sæpius id agendum cogat.

Sacerdos ante Missã quas horas recitasse teneaĩ.

Secundò, debet prius sacerdos recitasse horas matutinas, antequã sacrm faciat, ex cõi ecclesiæ consuetudine; vnde peccati reus esset, si id omitteret, iuxta cõem, de qua Francol.de tẽpor. horarum can.c.4. nisi immineret casus ecclesiæ imminens quo oporteret celebrari, & scandalum adesset si nõ celebraretur. vt ibi d. Prima tamẽ non dicta, sine peccato celebrare licitum est, iuxta eundem in princ.

Sacerdos celebraturus q̃d vlterius agere debeat.

Tertiò, colligere se debet sacerdos, & mẽtem in consideratione tanti misterij intendere, q̃ ibi Christi personam sit gesturus, & sacrificiũ illud tantæ maiestatis, & vtilitatis, de quib.supra, tam pro viuis, q̃ pro defunctis sit oblaturus, quodq; ecclesiæ minister existat, cuius nomine inter Deum, & homines se mediatorem exhibeat, vt eos diuinę maiestati conciliet, quodque in hoc sacrificio sanctissimam Eucharistiam, quam Deo sacrificauit, sit sumpturus, ideo summa cum humilitate, & cum deuotione, & puritate se præparet ad tãti sacrificij misterium, piè genuflexus recitãdo Ps.83. Quàm dilecta. Bñdixisti 84. Inclina.85. Credidi.115. & De ꝓfundis. 129. vt quicquid immundum quinq; sensuũ trãsgressione commisit, quinq; psalmorũ oratione detergat: vt inquit Innoc.li. 1.de mist.missę.c.47. Tum orationem Dominicam recitet cũ precibus seq. & orationibus pro peccatis, & Deus cui omne cor patet, ad mensam oĩpotentis: Transfige, & alijs in Missali descriptis pro temporis opportunitate, vt intus, & exterius summo sacerdoti placere valeat; & à Deo illuminetur; vt quã maxima fieri potest corporis, & animi puritate accedat, se prius in holo-

holocaustum Deo tradens, q̃ eius minister existat: vt vř sentire Dion. ep. 8. ad Demophilum. Postremò lauet corporaliter manus, vt spiritualiter mundet actus. teste Innoc. lib. 1. de mister. Missæ. cap. 49.

De loco, vasibus, vestimentis, & tempore, quibus Missæ sacramentum faciendum est.

De Ecclesiis. Cap. III.

Missa ĩ ecclesijs tm̃ ẽ celebrāda, & orationes publicæ.

TAmetsi Deus Opt. Max. vbiq; locorũ existat, nec alicuius loci ambitu circumscribatur, & in omni loco puras manus leuantes exaudiat, & orationes priuatas, quia non locus, sed affectus à Deo exigitur, vt ĩquit Bal. in exhort. ad bapt. & pęnitentiã; qua ratione Moysen in mari orantem exaudiuit. Exo. 14. Iob in sterquilinio Iob 2. Ezechiam in cubili. 4. Reg. 20. Ieremiã in luto. Ier. 38. Ionam in ceto. Ionæ 1. 2. Danielem in lacu. Dan. 6. 14. Pueros in fornace ardenti. Dan. 3. Latronem in cruce. Luc. 22. Petrum, & Paulum in carceribus. Act. 12. 16. ac proinde eius Maiestas vbiq; locorum colenda sit, nihilominus orationes publicæ, & sacrificium non nisi certis in locis diuinæ Maiestati suæ dicatis, absq; Maiestatis suæ imminutione, imo maxima nominis eius veneratione, & præcipuo cultu, celebrantur. probatur in ca. sicut non alij. c. nullus. c. Missarum. c. tabernaculum. de cons. d. 1. Vnde & in eius figuram Deut. 12. cauetur, ne in omni loco offeratur holocaustum, sed in loco quem elegerit Dñs; & in lege naturæ Abraham dedicauit altaria ad sacrificium faciẽdum. Gen. 13. & Noe Gen. 8. & Iacob Gen. 28. & Exo. 3. dicitur, ne appropies huc, solue calceamenta de pedibus tuis: Locus .n. in quo stas terra sancta est. & 3. Reg. 6. & 8. sermo fit de dedicatione templi Salomonis. idem probatur 1. Cor. 11. vbi hř in ecclesia dñicam cœnam manducandam. Ex Pontificib. S. Clem. ep. de 3. officio sacerdotis. c. hic ergo. de cons. d. 1. vbi statuitur Missas non celebrandas, nisi in ijs locis vbi ep̃s iusserit, & ab eo cõsecrati fuerint. Anacletus ep. 1. de oppressione ep̃i d. ipsi aũt q̃ñ Dño sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, vt Dño perfectè in sacratis Deo sacrificare locis ꝓbentur. Silu. in Sino. Romana Tom. 1. Conc. vbi, omnium consensu, statuit, vt nullus presbiter celebrare ꝑsumat, nisi in sacratis ab ep̃o locis. Gelasius I. ep. 1. Felix IIII. in ep. decretali. de ecclesi. & altarium cõsecratione, vbi statuit, magna necessitate excepta, non licere celebrare Missam, nisi in locis Deo sacratis. Ex Conc. in Conc. Laodiceno can. 58. & Cabilon. cano. 49. apertè vetitum est, q̃ in domibus priuatis Missæ sacrũ facere non liceat, & Conc. Tributien. apud Brucard. lib. 3. c. 56. c. Missarum. de cons. d. 1. vbi habetur Missarum solemnia, nõ vbiq;, sed in locis ab ep̃o consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda. Conc. Aurel. c. 3. apud Burcard. li. 3. c. 86. haber, vnicuiq; fidelium oratoriũ in domo sua licet hře, & ibi orare, Missas autẽ ibi celebrare non licet in ca. vnicuiq;. de cons. d. 1. Conc. 5. Cartag. can. 6. Agath. can. 4. Trid. sess. 22. c. 1. de euit. & obs. in Missæ celebr. vbi statuitur, non debere Missam celebrari in domibus priuatis, nec omnino extra ecclesiã, vel in oratorijs, nisi ab ep̃o probatis, & designatis, & per eum visitandis.

Missa an possit celebrari in locis priuatis, & oratorijs.

Ex patribus Bas. in regulis breuiorib. interrog. 310. d. quemadmodum ratio non permittit, vt vas vllum cõe in sancta introferatur, eodem modo ẽt vetat sancta ĩ domo cõi celebrari. Idẽ Hisich. lib. 2. in Leuit. c. 8. d. Præfigurare hoc misterium Dño volẽte, q̃ ĩtus oportet ĩ ecclesia in loco sancto, .i. altare coqui, & comedi, alibi verò nequaquam: pp q̃ Paulus Corinthijs præcipit, vt in ecclesiam conueniant ad hoc misterium celebrãdum. Idem Athan. epist. ad Constantium. Basil. in

Psal.114. Niss.lib.de baptismo.

Ratione probatur, vt inquit D.Th. 3.p.q.83.art.3. nam ad sacri reuerentiam pertinet, vt locus sit eidem celebrando dicatus, & consecratus, & ita ét vas quo sanguis consecratur, & altare. Secundò, ratione effectus, & fructus, quem virtute passionis per idem sacrm suscipimus: nam sanctificauit nos Christus per suum sanguinem. Heb.vlt. ergo locus, & vasa debent ét esse sancta, quæ in vsum eiusdem sanctificationis assumuntur; Vnde & vbi est sacrificium, & sacerdotes esse debét, & templa, & qui vnum tollit, alia tollit. Vlterius idem probatur, quò ad orationes cões, q.n.ibi sacrificetur, & ob id erigant, patet ex dictis, & Heb. 13.1.Cor.10.ex cano.3.Ap.Dion.c.3. eccl.hier.Tert.lib.de pœnitentia.Niss. orat.in Teodorum. Chris.hom.51.in Matt. q ecclesiæ instituantur ét ad orandum, patet 3.Reg.8.2.Paral.6. Vbi Salomon d. templum esse factũ, vt sit locus orationis. & Is.56. Matth.21. q fecit & ibi Anna, & exaudita est. 2. Reg.7.& probant id Orig.homil.2.in Exodũ. Tert.in apologetico.c.39.Bas. lib.2.de bapt.q.8.Amb.orat.de tradit. Basilicis.Aug.lib.ciu.22.c.8.idq; conueniẽter: primò, ob formæ generalis obseruationem datam à Dño, d. Domus mea, domus orationis vocabitur: secundò, ob mutuam multorum ad orandum inuitationem: tertiò, quia talis locus excitat deuotionem: quartò, ob angelorum maiorem frequẽtiam ob dñici corporis præsentiam: quintò, ob faciliorem impetrationem: sextò, ob loci cõsecrationem, ex qua specialem deuotionem percipiunt orantes, vt magis exaudiantur. 3.Reg.8. Vnde præcipiente Dño, Moyses tabernaculum, & Salomon templum ædificarũt: vt & Psal.25. d.in ecclesijs benedicite Dño, licet nullus locus à Dei laude, & oratione excludatur. Ps.102. vt d.Tur. Cre.in c.nemo.art.1.de cons.d.1.& hr 1.Tim.2.Chris.quoq; hom.70.ad popul.& domi quidẽ orari potest, sic autem vt in ecclesia non pôt, vbi est tanta patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur, non ita Dñm per te solum orans audieris, vt cum fratribus tuis, hic.n.maius aliqd est, puta vnanimitas, & consonantia, charitatisq; vinculum, & sacerdotum orationes, propterea namq; sacerdotes præpositi sunt, vt multitudinis orationes, cũ sint infirmiores, hisce potẽtiores adiungentes, pariter cum ipsis ad cœlum ascendant; & idẽ habet homil.3.de incompreh. Dei nat.& Tert. in Apolog.ca.39.d.coimus in cœtũ, & congregationem, vt ad Deum, quasi manufacta, precationibus ambiamus orantes, hæc vis Deo grata est.& Ambros.lib.de pœnit.multi minimi, dum congregantur vnanimes, & multorũ preces impossibile est contemni.

Fallit pdicta concl. si eps det licentiam celebrandi extra ecclesiam in locis ét non consecratis, vel benedictis. d.c.missarũ. & c.clericus. de cons.d.1. & qui in priuatis oratorijs sine licẽtia celebrant, vel id mãdant, si clerici fuerint, deponuntur: si laici segregantur. Sin.Trull.can.31.& 59. c.vnicuiq;. de cons.d.1.eps tñ eam licentiam concedere non debet, nisi loca fuerint consecrata, vel benedicta, quia licet olim super altare portatile, permissu epi, liceret sacerdotibus in priuatis ædib. & oratorijs celebrare. c.concedimus. de cons.d.1. tñ ex Conc.Tr.sess.22.de obs.& euit. nõ possunt epi concedere in priuatis locis, atque omnino extra ecclesiam, & ad diuinum tm cultũ dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, vel regularibus presbiteris peragi; idq; non obstante quocunque priuilegio Minoribus, vel Dñicanis concesso: vt inquit Nau.in Man.c.25.nu.81. nec etiam Papa hodie id solet concedere etiã Cardinalibus. vt ibi dicit num.81.

Secundò fallit, si adsit necessitas celebrandi extra ecclesiã, quia tũc licet ét sine licentia epi. ex Conc.Maguntien.c.9.c.consecrationem.ca.cõcedimus.de cons.d.1.Felix IIII.ep.ad oẽs epos. Celebrare quãdo liceat extra ecclesiam.

ep̄os.c.1.Silu.Missa. 1.§.5. si tñ haberi pōt,est petenda.Vnde in bello,in tentorio, vel subdio, cum tabula altaris consecrata,& cæteris necessarijs ad sacrm peragendum,licet celebrare. d.c. & qñ ad heremum populus confluit, licebit in cāpo altare extruere, & ibi celebrare, nec erit mortale, vbi nō sit contemptus,vel scandalū. Et testis est Niceph.lib.7.c.46.Sozom.lib.1.8.& 9. Tripart. Cōstantinum Imperatorem in castris tabernaculum fieri curasse, in quo sacra fierent: & hodie id licet ēt post Conc.Tr.vt ibi d.Nau. vt & olim feruentibus persecutionib. Christiani sacerdotes in priuatis ædibus, cryptis, & carceribus Missam agebāt. teste August.lib.vno con. Donat.c.14. Greg.Turon.lib.2.hist.c.vlt. & lib.10. c.13.Victore Vticen.lib.1.de persecu. Vandal.Corn. Papa ep.ad Lupicinum Vienn.ep̄m.& eadem necessitate de licentia ep̄i potest celebrari in ecclesijs violatis.vt ibi d.D.Tho.ad secundum. Nullo tñ casu licet celebrare sine altari portatili.d.c.cōcedimus,nec in flumio,vel mari cum Missa sacali ob periculum effusionis sanguinis.d.c.

Tertiò fallit, si celebretur in ecclesijs tm̄ benedictis cum altari viatico, de licentia tñ ep̄i, quia sine ea non licet, cum ep̄is tm̄ concedatur celebrare in itinere ex priuilegio cum altari viatico.c.si.de priuil.in 6. ꝙ tñ priuilegium post Trid.Conc.sublatum est,vt d.Nau.loco cit. cum & nulli liceat celebrare in oratorijs priuatis sine licētia ep̄i.c. vnicuiq;.c.si quis.de cons.d. 1. cum alijs supra cit. Abb.in rubr. de consecr.eccl. d.tñ Sot.d.att. §.hm̄oi, satis esse ecclesias esse benedictas, ꝙ ego intelligerem accedēte ep̄i licentia. Et qui faciūt ante se celebrari in locis à iure nō cōcessis, interdicuntur ipso facto ab ingressu ecclesiæ.c.ep̄orum. de priuil.in 6. Nau.in Man.d.c.25.nu.82.

Ecclesia, vel ædes sacra, quibus nominibus appelletur, & quare.

Hic verò locus,vbi sacrū est fiendū, qui ecclesia dr̄, pluribus noībus appellatur. Dr̄.n.Ecclesia,ꝙ nomen licet significet cōcionem.Act.19. velcōuocationem oīum in vnum, vt d.Ciril.cathec.18. hic tñ sumitur pro æde sacra ad quam fideles conueniunt ad orandum, verbum Dei audiēdum, & sacra suscipiēda,vt patet Iudith 6.& per totam noctem intra ecclesiā orauerunt. 1.Cor.11. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendū, aut ecclesiā Dei cōtemnitis,quem locum de æde sacra interpretatur Basil.in 9. comp.explic.q.310. Aug.libr.3.in Leuit.q.57. Tert.lib de Idolatria.ca.7. & hr̄ in c.si quis obiecerit.1.q.3. & alibi sæpe.Secūdò,dr̄ Basilica.vt īquit Aug. lib.de eccl.dogm.c.73. d.Basilicas earum nominibus appellatas. & de ciui. lib.1.c.4. Hier.in epitaphio Nepot. & hr̄ in c.oēs basilicæ.16.q.7.c.nō oportet.42.dist.c.basilicas.de cons.d.1.Sin. Sardicen.can.20.vnde Basilicani basilicarū custodes dñr.ca.perlectis.d.25. sic verò dr̄,vt inquit Isid.lib.15.Orig. c.4.quia ibi regi oīum Deo, cultus,& sacrificium offeruntur,quia βασιλευς rex interpretatur.& sequitur Fortun. li.3.de eccles.offi.c.2.Vualfird.de reb. eccle.c.6.Tertiò,dr̄ Kiriaca,siue Dñicum ex Conc.Laodicen.can.28.ca.nō oportet.d.4.Sin.Trul.can.74. nec differt ab ecclesia.vt d.Amal.Fortun.lib. 3.de eccles.offic. Clem.lib.2. Const.c. 63.Cipr.lib.de eleemosina.& Ruffi.li. 1.hist.ca.3. quibus locis sumitur Dñicum pro loco Deo sacro; vel Kiriaca, quia ibi Dño Dñorum seruiatur, Kirios enim dr̄ Dn̄s:vnde Kirieeleison dr̄ Dñe miserere. Verum est tñ,ꝙ Dñicū substātiuè pro ipsa Missa accipitur apud Aug.ep.86.ad Casulanum.ibi.hora Dñici, i. conuiuij dñici. vt exponit Tert.li.2.ad vxorem. & apud Cipr.ep. 63.& serm.de eleemosina. Quartò,dr̄ domus Dei.Matt.21.Marc.11.Luc.19. Io.5.& alibi passim in sacris literis. & apud Tert.de Idolatria.c.7.d.ab Idolis ad ecclesiam venire,de aduersaria officina in domum Dei venire, sic dicta à domate Græco, ꝙ dr̄ tectū, quia dat manere in eodem tecto.Ps.67.Quintò,dr̄ oratorium:principio.n.Christiani habebant oratoria, in quibus cum oīs multitudo ob angustiam cōsistere

non

non valeret, ampliores ecclesias in vrbibus erexere, teste Euseb. lib. 8. hist. c. 1. Niceph. lib. 7. c. 2. quæ & dicebantur oratoria ex nomine priorum oratoriorum: vt hr apud Aurelianum in vita S. Martialis, sic dicta, quia in ea populus ad orandum conuenit, vt & ecclesia dr domus orationis. Matth. 21. De oratorijs verò priuatis hr in c. vnicuiq;. c. clericos. c. si quis. de cons. d. 1. in c. patentib. de priuil. Sextò, dr templum, sic dictum à contemplatione, quasi tectum habens amplum, in quo vni regi dño sacrificiū offertur. Ps. 47. & Isid. explicat lib. 15. Orig. c. 14. vel à tuendo, & conspiciendo. vt inquit Archid. in c. vniuersas. 16. q. 4. idq; intelligitur ér de ecclesijs Christianorum, apud Hilar. in Psal. 126. Euseb. lib. 3. de vita Constant ca. 29. 30. Amb. lib. 2. de offi. c. 21. 28. Hier. in c. 7. Iere. Aug. li. 8. ciuit. c. vlt. & serm. 252. 255. de tpe; Probabile tñ est primos Christianos abstinuisse à nomine templi, vt & sacerdotes, presbiteros dicebāt, ne cum Iudæis cōicare viderētur; cū verò cessasset memoria sacrificiorū Iudaicorum, presbiteri, sacerdotes, & ædes sacræ templa sunt dicta, vt d. hic Duran. Septimò, dr tabernaculū, de quo Aug. lib. 2. quęst. super Exodū. Ioseph. lib. 3. antiquit. c. 5. cui templum successit, teste Aug. lib. 7. quæst. super Iudic. c. 36. & sumitur plerumque pro templo. vt Ps. 131. Introibimus in tabernaculum eius. & Ier. 10. & tabernaculū quo peregrinantes vtuntur; inde contubernales, qui simul habent tabernacula; & huc illucq; mutātur. vt d. Aug. enarrat. 2. in Ps. 26. & conc. 3. in Psal. 30. & Ps. 131. Hier. in Psal. 14. 83. vnde Constantinus portatilem ecclesiā sibi fieri curauit, in qua vbiq; sibi sacrm fieret. teste Sozom. lib. 1. c. 8. vel dr tabernaculum, quia continet fideles, qui militant in hac vita. Iob 6. Octauò, dr sanctuarium, quia est locus Deo sacratus. Nonò, dr Martirium, quia ibi sanctorum martirum reliquiæ iacēt, vel eorum memoria ibi colitur; vt d. Isid li. 15. Orig. c. 4. Strabo. lib. de reb. eccles. c. 6. t. in l generali. l. decernimus. C. de sacros. eccl. Archid. & Tur. Cre. in c. cū quidam. 18. q. 1. Vnde Basilica Vaticana dr martirium, vt ædes vbi S. Stephanus quiescebat. ab Aug. li. 22. ciui. c. 8. sic & templū Hierosolymis in mōte Caluario à Constantino ex ædificatum, magnum martirium dicebatur; teste Euseb. libr. 4. de vita Constant. c. 40. Teod. lib. 1. c. 30. Niceph. lib. 8. c. 50. quia ibi Christus Dñs, qui caput martirum ab Aug. in Ps. 63. dr, passus est, & dr martirium. i. confessio; vt d. Anast. bibliothecarius in vita Sixti III. in Pōtificali Damasi: & dr martir græce, latine testis, vel confessor, quæ vocabula veteres confundebant. Tert. lib. de corona milit. & ad martires. Cipr. de sing. cler. & varijs ep. Amb. lib. 2. de fide ad fi. & lib. 3. c. vlt. licet qñque confessio p sepulchro, vel corpore martiris accipiat; vnde martiriū à martire, confessio à confessore manauit, & dr ecclesia, vbi martiris, vel confessoris memoria colitur; olim siquidē ecclesia diuidebat martires à cōfessoribus: primi. n. dicebantur, qui in tormentis vsq; ad mortem in professione nominis Christi Iesu perseuerabant: confessores verò qui in carcere, vel tormentis, citra mortem, parati mortem obire: & dicebantur martires designati; vt d. Cip. ep. li. 2. ep. 6. 7. Hier. ep. 84. Tert. lib. ad martires: tametsi, licet ecclesiæ in honorem martirum, vel confessorum erigantur, soli tñ Deo verè & propriè erigi dicantur, teste Aug. lib. 8. ciu. c. 27. lib. 21. c. 10. Leo. serm. 7. de Natiuit. Dñi. Decimò, dr aula, quia est palatiū æterni regis. vt latè tradit Io. Steph. Durand. de ritib. eccl. c. 1. & Tur. Cre. in c. ecclesia. ad quartum. de consec. d. 1. qui & ibi ad quintum. d. q; templum materiale secundùm partes quindecim. s. fundamentum, quatuor parietes, longitudinem, latitudinem, altitudinem, pauimentum, tectum, columnas, fenestras, sacrarium, chorū, corpus, altare, pulpitum, ostiū, claustrum, cryptas, significat quindecim partes principales ecclesiæ militātis. s. Christum,

Ecclesiæ partes mistice quid significēt.

Christum, qui est eius fundamētum, muri fideles, longitudo patientia ecclesiæ, latitudo charitas, quæ ēt ad inimicos extenditur, altitudo spes futuræ retributionis, pauimētum fideles, qui virtute charitatis fulgent, columnæ ecclesiæ doctores, fenestræ diuinæ scripturæ, sacrarium ordo virginum, chorus ordo cōtinentium, corpus ordo coniugatorū, altare Christus, pulpitum vita perfectorum, turris prædicatores, claustrum cōtemplatiui, cryptæ eremitæ.

De Aedium sacrarum origine, & quo fine, quoue ritu erigantur. Cap. IIII.

Templorū erectio vn originem duxerit.

LVmen Dei, q̄ homines in statu naturæ edocuit Deū colere illiq́; cultum exhibere, idem eos edocuit illi sacrificium offerre. vt supra c. 1. est dictum, idq́; non in omni loco, sed in locis Deo tantū dicatis, vt de altari inferius dicetur, & q̄ natura intus prius docuit, id Deus in lege exterius mandauit, vt sibi templum ædificaretur, quo homines hac ratione Deo honorem præstantes, in illius amorem accenderentur, quo illi vt vltimo fini cōiungerentur, & hac ratione animæ salutem cōsequerentur. vt patet Exo. 25. cum seq. vbi Dn̄s mandauit sibi ædificari tabernaculum, & propitiatorium cum cęteris ad diuinum cultum pertinentibus, summa diligētia, & ornatu confectum, cui tabernaculo postea templum successit, vt supra est dictum; & Salomon laudatur, q̄ templū Dn̄o extruxerit. 3. Reg. 9. & 2. Paral. 6. & in signum, q̄ is actus Deo admodū gratus extiterit, repletum est templū fumo, & Dn̄i maiestate adumbratum, ac multis promissionibus firmatum, q̄ ibi se inuocātes ex corde, esset exauditurus, illud ēt domū suam appellans. Io. 2. Matt. 21. & in nouo testamē to Centurio laudatur, q̄ Iudæis sinagogam extruxisset. Luc. 7. & probat id Aug. lib. 33. con. Faust. c. 2. ergo magis est commendandus, qui ecclesiam ædificauit: vt inquit Amb. serm. 89. Vnde Christiani spiritu Dei moti, basilicas construxere, teste Aug. li. 12. cont. Fau. c. 36. & Philo. lib. de supplicū virtutib. d. vetustiores Christianos in singulis agris ædiculas sacras habuisse; & idem testatur Euseb. lib. 2. hist. c. 16. & Abdias Babilonicus in vita Simonis, & Iudæ, d. ab eis conuersos ecclesias Deo extruxisse. & Niceph. libr. 2. c. 35. 39. 41. & 42. ait Philippum, Bartholomæum, Thomam, Matthæum, & Andræam, fidei fundamētis vbiq́; iactis, templa construxisse, & Anacl. ep. 3. d. S. Marcum Euangelistam, ecclesiā nomine S. Petri adhuc viuentis Antiochiæ ædificasse, ca. sacrosancta. d. 22. & Chrisost. hom. 18. in act. Ap. Christianos suadet ad templa Christo extruenda. & hom. 1. adu. gent. q̄ Christ' sit De', d. ex domibus diuitum ecclesias Dn̄o fuisse cōsecratas, & Hier. in epitaphio Paulæ. ep. 27. testatur Paulam eas vidisse, & S. Ioannes morti proximus ad ecclesiam se deferri iussit, quam Abdias lib. 5. hist. Ap. d. ædificatam nomine S. Ioannis. & Conc. Gangren. excōmunicat asserentes templorum religionem vanam esse; & Epiph. li. 1. hæres. 69. Aug. li. 20. con. Fau. & li. 22. ciu. laudant eos, qui ecclesias ædificant, & Euseb. lib. 8. hist. c. 1. d. Christianos ampliores ecclesias in vrbibus construxisse, cum in antiquis ædificijs locus angustus esset. & c. 2. Summum malū esse ait, q̄ ecclesiæ dirutę fuerint, & Galerius Maximianus permisit Christianis ecclesias dirutas resarcire, teste Euseb. lib. 8. c. 19. li. 9. c. 1. Niceph. li. 7. c. 22. 23. Et peculiare semper fuit Christianis templa ædificare, & ornare, hæreticorum verò, & maximè Arrianorum, ea diruere, teste Naz. orat. habita in præsentia 150. ep̄orum. Victor. lib. 1. de persecu. Vandal. Athan. ep. ad Catholicos. Optat. libr. 6. Aug. ep. 50. Sin. Gangren. Sin. ad ep̄os Armen. Damas. hær. 80. Aenea Siluio. de orig. Boemorum. li. 4. q̄ q̄ñque permittit Deus ob peccata fidelium. vt d. hic Dur. c. 3. lib. 1.

lib.1. Exemplo Philistinorum, qui antequam arcam de manibus Israelitarum eriperent, præcesserat peccata filiorum Heli, & eius erga ipsos indulgentia. 2. Reg. 2. & 4. & 3. Reg. 9. Ier. 7. Minatur Dñs ob peccata populorum, se nō esse parciturum templis, vt metum populis incutiat.

Ecclesiæ à dicanť de dicari etiā Sāctis, vel solo Deo, & in quo sensu.

Licet verò templa Deo dicentur, et ad Christum pertinere dñr, & Spiritum sanctum. vt d. Beda hom. in ca. 2. Luc. & Socr. li. 4. hist. trip. c. 18. tradit, ꝙ cum templum in honorem filij, qui est patris sapientia. Luc. 11. esset ædificatum, & combustum, multo magnificentius Sp. S. extructum esse; Licet et soli Deo verè, & propriè templa, & altaria erigantur, & dedicentur, teste Aug. ep. 49. q. 3. & li. 8. ciui. c. 27. lib. 21. c. 10. Leone serm. 7. de Natuit. Dñi, q̄a ecclesias construere ad cultum pertinet, qui soli Deo debetur; vt d. Aug. lib. con. 3. serm. Arr. & lib. 1. c. 11. cont. Maximum, attamen ecclesia dr S. Petri, in hoc sensu ꝙ ecclesia est S. Petri, .i. dicata Deo in memoriam, & nomē S. Petri, vel Pauli, vel dicata est Deo, vt ibi oretur Deus per intercessionē S. Petri, sicut dr Missa Angelorum, nō ꝙ ipsum sacrificiū offeratur Angelis, sed ꝙ offeratur Deo in gratiarū actionem pro gloria Angelis collata, & simul Angeli interpellātur, vt patroni, & aduocati apud Deum: & sic ecclesia consecratur in honorē Dei, & nomē talis Sancti. Vel ꝙ ecclesia dicatur Sācto, non sub ratione templi quatenus erigitur ad sacrificiū, ꝙ soli Deo exhibetur, sed sub ratione Basilicæ quatenus erigitur ad ornatum sepulchri alicuius Sācti, & commodum visitantiū hmōi reliquias, & sic, licet Missa non offeratur vllo modo Sācto, vel primario, vel secūdario, Basilica tamē verè ædificatur Sancto, si nō primario, saltem secundario. Vnde Aug. lib. 1. con. Maximinum. & li. con. serm. Arrianorum d. Templi erectionem esse cultū latriæ soli Deo debitam, idem tñ lib. 22. ciu. c. 10. d. Memorias rectè martiribus ædificari: & in hoc sensu Basil. in Ps. 114. d. Templa martiribus ædificari, vel dedicari. vt d. Bellarm. de cultu Sanctorum. c. 4. ad fi. vel quia Deus illis in locis Sanctorum ministerio, insignia quædam suę potentiæ opera ꝑstitit, vel quia ij suo sanguine fuso, loca illa Deo sacrarunt, vel quia Sāctorum virtutes ad Dei honorem ibi celebrātur. vt d. Hier. ad Ripariū ep. 53. Honoramus reliquias martirū, vt eū, cuius martires sunt, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dñm. & Aug. c. 73. de eccl. dogm. Sanctorum corpora, & ꝓcipuè beatorum martirū reliquias, tāquam Christi mēbra sincerissimè honoranda, & Basilicas eorum nominib. appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu pijssimo, & deuotione fidelissima adeundas credimus. idem Amb. lib. 1. ep. 5. ad Felicem. Leo Papa ser. 7. de Natiuit. Dñi. Aug. lib. 8. ciu. c. 27. Non martiribus tēpla, sacerdotia, sacra, & sacrificia cōstituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorū, nobis est Deus, honoramus sanè memorias martirū, tanquā Sanctorū hominum Dei, qui vsq; ad mortem suorū corporū pro veritate certarūt, vt innotesceret vera religio; & infra; quæcunq; igitur adhibētur religiosorum obsequia in martirum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra, vel sacrificia mortuorum tanquā Deorum. Idem probat Cirill. cath. 16. Athan. in ep. ad solitariam vitam agētes. Bas. in Ps. 114. Naz. orat. 1. in Iulianum. Niss. orat. in Teodorum. Chris. hom. 28. ad pop. Teod. li. 8. ad Græcos. Euseb. li. 4. de vita Cōstant. Dam. lib. 4. c. 16. Amb. lib. 1. ep. 5. ad Felicem. Hier. li. con. Vigil. qui oēs afferunt templa et sanctis ædificari, in sensib. tñ ꝓdictis. & Conc. Gangren. ep. ad eꝑos Armeniæ, damnat Eustachium tanquā contemptorē Basilicarū Sanctorū martirū. & Conc. Cabilon. c. vlt. vocat Basilicas martirum; & Cartag. 5. can. 14. prohibet ne ecclesia martiri ædificetur, nisi ibi sit corpus, vel aliquæ eius reliquiæ, vel ibi habitarit, vel ibi passus sit, ad hoc vt lo-

vt locus aliquis memoria martiris dici possit:& Naz.orar.in Iul.d.Gallum, & Iulianum ædem sacrã Mamæ martiri ingentibus sumptibus ædificare cœpisse: & Euseb li.4.de vita Constantini.c.58.59.& 60.d.Constantinũ templum illustre apostolis Cõstantinopoli erexisse;& Sozom.lib.6.c.18.meminit templi S.Thomę,q erat Edessæ,& Socrat.li.1.c.fi.meminit ecclesiæ apostolorum.Euagrius.li.2.c.3.mentionẽ facit templi S.Euphemiæ. & lib.3.c.8. templi S. Teclæ à Zenone magnificè constructi. Niceph lib.13.c.37.meminit templi S.Basilici:& Pulcheria Augusta tria templa in honorem S. Virginis extruxit. vt d.idem Niceph.lib. 14.c.2. q idem fecit Iustinianus. vt d. Procop.li.1.de ædifi.Iustin.q item fecit Calixtus 17.vt d.Damas.in vita Põtif.& de æde Lauretana,id probat Canis.libr.5.c.25.& Anacletus ecclesiam Vaticanam extruxit,teste Damaso: & idem fecit Constantinus de ecclesia S. Pauli in via Ostiensi:vt idem testatur, qui & alias ecclesias ædificauit, teste Socrat.lib.1.c.2.5.& 14.

Ideo aũt templa eriguntur,primò, vt ibi sacrificium Deo offeratur:secũdò, vt ibi in cõi oretur, ex authoritatibus,& rationib.de quib.supra est dictum:tertiò,vt Sanctorũ memoria ibi colatur, & ad conseruandũ eorũ reliquias, & memorias, vt supra probatũ proximè est: quartò,ad actum concionandi,q patet exẽplo Christi, & apostolorum, qui ordinariè prædicabant in tẽplis, & sinagogis. Matt.26.Io.18. Act.5.& pbat Clem.lib.10. recognit. Tert.con.Valentin.Cipr.serm.de eleemosinis, & pluribus probat Bellarm. de cult.Sanct.lib.3.c.4.

Ecclesia quo ritu erigi debeat.

Is aũt ritus in ecclesiæ designatione seruatur, & cõstitui debet: primò, q eps, vel eius loco sacerdos designet locum ecclesiæ,& atrium, & ibi crucẽ figat, & locum fundamẽti aqua benedicta aspergat ad dæmones abigẽdos, cum Ps.50.& 86.ponẽdo in fundamẽto primum lapidem cũ orationibus congruis.ex Conc.Aurelian.c.nemo. de cons.d.1. & Iust.Nou.5.§.1.67.§.1. 123.§.reliquũ.& Metaphr.13.Septembris. de reliqjs Corneltj Cẽturionis agens, d.Morem figendi crucem in ecclesijs construendis apostolorum seculo cœpisse; nec sine licentia epi id fieri licet,q & in capellæ constructione seruandũ est, ẽt q testator contrarium iusserit,alias ecclesia,vel capella efficitur epi, & non est patronata fundantis,vel construentis: vt not.Lamb. de iu.pat.li.1.p.1.2.q.princ.ar.3.& 11.

Ecclesia sine dote sufficienti erigi non debet,& q̃ dicatᵉ sufficiẽs, & q.d fi secᵉ fiat.

Dos ẽt assignari debet ecclesiæ ædificandæ; probatur in c.cũ sicut. de cõsecratione eccl.Conc.Bracar.2.can.5. Tolet.3.cano.15. quibus locis vetatur epis ecclesiam dedicare antequam dotem basilicæ cartulæ confirmatam habeant. Ratione probatur ; nam cum locus Deo dicatur,quasi ecclesia Deo sponsatur, in desponsatione verò dos sponsæ assignatur:vt d.Chris.hom.18. in acta Ap. Secundò, ad sustentationẽ luminarium,& ministrorum: Vnde si sit monasterium , dos debet esse tãta, q presbiteris,diaconis,cantoribus,& lectoribus sufficiat. Auth. vt determ. sit num. clericorum . §.1. Collat.1. Si verò sit alia ecclesia debet sufficere ad vitam saltem ministrorum, & luminaria.cap.piæ mentis. 16.q.7. & quòd sufficiat ad hospitalitatem,& munera epalia persoluenda. ca.de monachis. de præb.c.2.de suppl.negl.præl.& per glo.in c.cum sicut. extra de cons.eccl. numerus verò ministrorum debet esse ad minus duorum. c.vt vnusquisq;. de vit.& hon.cler. vel debet ei assignari tñ terræ quantũ par boum vno anno arare potest. ca.1.de censib.& si in constructione dos nõ est assignata, in cõsecratione est assignanda, aliàs eps consecrans tenetur eã dotare de proprio,vel eo nõ valente,tenebitur fundator.d.c.piæ mentis. Car.in d.ca.nemo.de cons.d.1.In ecclesijs verò Mendicantium non requiritur dos,nec in monasterijs diuitib.vt not.in d.c. & in casu necessitatis põt construi sine dote, vt si ob distantiam homines decederent sine sacris.Abb.in c.ad audientiam.

tiam.i.de eccles.ædifi.& in particulari dos Cathedralis debet esse tanta, vt quarta pars sufficiat ministris eius: vt Archidiacono &c. quarta, pauperib⁹: quarta, epo: quarta, fabricæ. Si est monasterium sufficiat, vt supra: & subdiaconis, & lectorib. Si collegiata, vt saltē duobus sufficiat, & iuribus epalib. & hospitalitati. Si parochialis, vt sufficiat Rectori, & clerico, procurationibus, iuribus epalibus, & hospitalitati. Si nō parochialis Rectori, iuribus epalibus, & procurationibus. Si est altare intra ecclesiam, vel capella, vt sufficiat Rectori, vel capellano: si ibi est constitutus, & saltem pro luminarib. & paramētis, & custodia, q̄ ēt in alijs supra enumeratis ecclesijs procedit: vt d.Lamb.de iur.patro.lib.1.p.1.q.5. art.21. vbi, & d. Oblationes non computari in dote ecclesiæ, nisi sint certę, vt nec distributiones computātur in valore præbendæ, vt ibi d. & fundans ecclesiam, vel faciens eam cōsecrare, tenetur eam dotare, & idem de fundante capellam, & si eps consecrat ecclesiam sine dote, tenetur eā dotare ex fructibus suæ ecclesiæ, si id fieri potest sine eius detrimento, aliàs de patrimonio, si fundator id non præstet, vel præstare non possit. Abb. in c.cum sicut.de conf.eccle.Lamb.ibid.art.18. 19.21. qui tñ circa altaria dicit, vt inf. de ijs alio loco dicetur. Et in locis exemptis requiritur licentia Papæ in ecclesiæ designatione.c.authoritate.de priuil.in 6.Siluest.Ecclesia.2.in princ.

Ecclesia in solo pprio fūdari debet, & qd si ī alieno.

Debet quoq; ecclesia fundari in solo pprio, q̄ si ī alieno sit fundata, & dñs soli id sciuit, & nō contradixit, sibi imputetur.arg. c.si seruus scientiæ. 50.d. si verò id ignorauit, vel contradixit, tenetur constructor dñm fundi seruare indemnem, vel eps in subsidium tenetur, si in culpa fuit, vt quia sciuit, vel ecclesiæ non prouidit. arg.c.cū secūdum.de præb.& c.comperimus.14. q.6. Si verò solum erat alterius ecclesiæ, debet subesse ei quò ad ius patronatus.c.apostolicos.12.q.2. & c.1. 17. q.7.Tur.Cr.sequutus Host.in Summa in c.si quis.dc conf.d.1. Capellæ verò, vel oratoria sita infra parochiam subsunt Rectori ecclesiæ parochialis, & ideo ēt oblationes ijs factæ, vel altaribus cedunt lucro eiusdem Rectoris. vt tenet Abb.in c.1.de parochijs.

Oratoria īfra parochiam existētia subsunt parocho, cū oblationib⁹ ijs factis.

Et vbi ecclesia est ædificāda pro necessitate populi, pro sacris administrā dis, cogi pōt quis à Diœcesano vendere fundum pro ea fundanda, vt & pro ampliādo monasterio, & via ad sepulchrum: vt d.Lamb.de iur.pat.li.1.q.3. princ.ar.14. Ex traditione quoq; apostolorum hr ecclesias sic construēdas, vt precantes ad orientem spectent: teste Clem.lib.2.Const.Ap.cap.507.& Iustin.ad ortodoxos.resp.ad q.118.d. ideo Christianos oēs precum tēpore spectare ad orientem, quia ortus, tanquam mundi pars honoratior, adorationi Dei destinatus est.d.in fi. ecclesiam à sanctis Apostolis orandi morē & locū accepisse: idem Tert.ad Valen. c.3. d.ecclesias Christianorum orientem amare solitas.& Apolog.c.16. inde suspitio est, q̄ inoleuerit mos ad orientis regionem precari. Orig.homil.5.in Num.Niss.lib.de orat. d. Nos ad orientem conuertimur, non q̄ illic duntaxat Deus videatur, qui enim vbiq; est, in nulla parte peculiariter, ac separatim comprehēditur: nam ex æquo continet res vniuersas, sed q̄ in oriētalibus partib. prima nobis patria est .s. Paradisus terrestris, quo recordemur qūo nos ex lucidis, & orientalibus locis erecti sumus. Ath.de plurimis, & necess.quæst.q.14. d.ideo Christianos orare ad oriētem, quia ibi pedes Dñi steterunt in mōte Oliuarum è regione Hierusalem, quia Deus lux est vera, & suppliciter à Deo petam⁹, vt nos restituere velit ad patriā vnde cecidimus. Idem habet Basil.lib.1.de Sp.S.c.27.eandem rationem assignās. & Aug.lib.1.de ser.Dñi in monte. c.9. d.Cum ad orationes stamus, ad orientem cōuertimur, vnde cœlum surgit, non tanquā ibi sit Deus, qui vbiq; pręsens est, non locorum spatijs, sed maiestate potentiæ, sed vt moneatur ani

Ecclesiæ ædificādæ qñq; quis fundū vēdere cogitur.

Ecclesiæ debent respicere ad oriētem, & quare.

mus

mus ad naturam excellentiorẽ se conuertere.i.Dñm,cũ ipsum corpus eius, q͂ est terrenũ,ad corpus excellentius, .i.corpus cœleste conuertitur: & etiã quia Christus cum in cruce penderet respiciebat occidentem,ideo oramus ad orientem, vt eum intueamur, vt d. Damasc.lib.4.de fide.c.13.D.Tho.2.2. q.84.art.3.Epiph.hæres.19. Strabo.de reb.eccles.c.4. & etiam,quia Iudæi orant ad occidentem.Exo.26.vt ostendatur eorum esse literam occidẽtem, nostram verò viuificantem, tũ etiã ad arcendum idolatriam, ne vt gentes, solem oriẽtem adorarent: vt d.D.Th. 1.2.q.3.art.3.ad quintum.& etiã quia tabernaculũ significabat mortẽ Christi,quæ per occasum indicatur. Ps.67. vt d.Dur.lib.1.de ritib.ca.3.in fi. Quæ omnia intelliguntur de publicis precibus:vt d.Paulinus ep.12.ad Seuerũ; & de altari maiori, q͂ debet spectare orientem æquinoctialẽ, qui verò priuatim orant, alio se vertentes culpa carent:vt d.Os.li.4.de tradit.& ex causa aliò etiã ecclesia spectare pót: quia ob situm aliter construi opus sit.

De forma,& partibus Ecclesiæ. Cap. V.

Ecclesiæ forma oblonga ad modũ nauis, & quare.

EX apostolica traditione hr̃ ecclesiam oblongam construi in modũ nauis orientem versus: teste Clem.li. 2.Constit.c.507.& Bern.in Apologet. ad Abbatẽ Cluniacensem,q͂ misterio non vacat,vt doceamur nos in mũdo, vt in mari agitari,nec aliter,q͂ in naui ecclesiæ tuto traijci posse, quæ & pereunte mũdo,oẽs quos suscipit seruat illesos:vt inquit Amb.serm. 11.de mirabilib.& Clemens quoq; ep.1.ad Iacobum fratrẽ Dñi, ecclesiam nauem appellat. & Anacletus ep.1.de oppress. ep.q͂ multis rationibus cóprobat Tur. Cr.lib.1.de eccl.c.33.Vnde,& ecclesię nauis instar cóstruũtur, in cuius summo extat altare,vt puppis ĩ naui, quæ & insulæ appellantur à Cirillo in Isa. c.24.& Hier.lib.13.in Is.c.49.

Ecclesiæ partes tres.

Diuiditur autẽ ecclesia in tres partes præcipuas, ad similitudinem templi Salomonis; Primò,in porticũ ante ingressum templi,q͂ & vestibulum dr̃, vbi manebant pœnitentes. Secundò, in nauim,vel templum,in quo vniuersus populus cógregatur,qui locus græce naos dr̃: vt inquit Maximus de eccles.mistagog.cap.3. tertia pars in Bima, vel suggestum, eo q͂ gradibus ad eam ascendatur, teste Gentiano Herueto,qui locus, & diaconicon dr̃ can. 21.Conc.Laodic.c.non oportet.d.23. & in Conc.Agath.can.66.c.non oportet.ibid. quia non oportet insacratos ministros licẽtiam hr̃e in secretariũ, q͂ græci diaconicon dicũt, ingredi, & tangere vasa dñica, vbi vulgo legitur diaconium, q͂ & dr sacrariũ, fortè q͂a nó nisi diacono in sacrarium ingredi fas erat: Dr̃,& sanctuariũ,vel adyton, quia ibi erat altare, & locus diuisus à reliquo templo, gradibus,cãcellis, & velis,vel aulæis, quo nó accedunt nisi sacerdotes, & clerici eorum ministri.

Chorus vnde dicatur & qualiter construendus,& qui ibi tãtum manere debeant.

Chorus verò,sic dictus à multitudine canentium,vt inquit Isid.lib.5. Orig.c.de offic. vel à cósensu cantantiũ. vt inquit Aug.in Ps.149.vel ab imagine coronę,vt ait Isid.quia ibi ministri in modum coronæ,circa aras stent,& ita psallant:vt inquit Rab.lib.1.de Instit.cler.c.33.& Amalar.lib.3.de eccle. offic.c.3. est locus præcipuus ecclesiæ, q͂ à reliquo tẽplo, in quo populus stat secernitur,& ĩ quo clerici alternatim canentes,ex ordine Ignatij Papæ, denotãtes Angelos laudãtes Deũ, quasi reciproca voluntate,manẽt:vt d.Gul. Dur.in rat.lib.1. c.1.num.18.Vnde in Conc.Tolet.4.c.13.statutum fuit,vt sacerdotes,& leuitæ ante altare cóicẽt, in choro clericus, extra chorũ populus:vnde & chorus dr̃ presbiterium in c.sacerdotum.de cons.d.2. Et in Cóc. Turon.2.ca.3.statutum est, vt pars illa quæ à cãcellis versus altare diuiditur, choris psallentium solum pateat, & mos antiquus fuit clericos à laicis in ecclesia cancellis diuidere.d.ca.sacerdotum.& in Sin.Turon.2.c.4.in c.1.de

vit.&

vit.& hon.cle.Iuo par.2.c.137.can.69. 6. Sino. vbi laici prohibetur ad altare ingredi, & idem habet Hier.lib.13.in Ezech.c.43.d.Murum breuissimũ debere diuidere laicos à clericis. & Clemens.lib.2.Const.ca.57.d.Solium epi debere esse in medio positum; & ex vtroq; latere presbiteros sedentes, & diaconos adstantes, qui curã habeant vt laici in altera parte quietè sedeãt. Vnde Ambr. locum assignauit Teodosio ante cancellos,cum prius in choro sederet,qui humiliter obediuit, teste Sozom.lib.7. hist.eccl.c.24. Teod.lib. 5.ca.17.Niceph.lib.12.c.41. & Naz.in carmine ad epos, misticè declarat q̃d cancelli significẽt. In choro verò mos vetus fuit sedilia locare; vt testatur Clem.d.c.57.Ath.ep.ad solitariam vitam agentes, vbi psallentes sedeant, gratia tñ cõionis accipiẽdę,qñ diuina non celebrantur, laicis licet chorum ingredi ad sacram communionem sumendam.vt d.gl.in d.c.1.de vit.

Nauis ecclesiæ qualiter construẽda,& quomodo popul⁹ ibi manere debeat.

Altera verò ecclesiæ pars, q̃ nauis dr̃,vt inquit Max.de eccl.mistago.c.3. ad quam aditus patet oĩbus fidelibus, solita antiquitus fuit muro in mediũ ducto secerni: ita vt ex altera parte viri,ex alia mulieres consisterent,ne hi illos cernere possent; sic tñ muro demisso,vt vox prædicantis facilè audiri ab oĩbus posset: vt inquit Philon.Iud. lib.de vita contempl. & S.Clem.lib.2. Const.d.c.57. & Aug.lib.3.ci[illegible].18.& lib.22.ciu c.8. Chris.hom.74.in c. 13. Matt.in opere perfecto.Cirill.in præfat.cathecheseon; mulier.n. longè,libido procul, vt inquit idẽ Aug. in Ps. 50.& li.hom.50 hom.21.ordo verò talis erat,vt ait Amalar.Fortun.d.li.3.de eccles. offi.c.2. vt masculi stent in parte australi,& fœminę in boreali,ad ostendendum per sexum fortiorem firmiores sanctos cõstitui in maioribus tentationibus æstus huius mundi;vnde & diaconus stat versus meridiẽ ad quam partem solent viri confluere: vt habet Ordo Romanus. de offi. Missæ. idẽ Microl.de eccle.obser.c.9.Rudulphus Tungrent.de can.obs.ꝓposit.23. inde Balsamon in 6.Sin.cap.69.arguit latinos,q̃ mulieres in sanctũ tribunal ingrediantur,& sedeãt:& Sin.Laodic. c.44.idem d. Et licet virgines non debeant ecclesias sine matribus adire: vt ait Hier.ep. ad Lætã, de institut.filiæ, in ecclesia tñ separantur à mulierib. corruptis, teste Clem.d.libr.2.Const. c.57.& Orig.tract.26.in Matt.d.hm̃õi consuetudinem vsq; ad sua tempora peruenisse. & idem Ambr.lib.ad virg. lapsam.cap.6. vt latè probat Io.Steph. Dur.de ritib.lib.1.c.17.& 18.

Atriũ ecclesię,& sacristia ecclesiæ partes.

Atrium verò,q̃ est tertia pars ecclesiæ cõfectum erat ad modum porticus ante fores ecclesiæ, vt supra est dictũ, per cuius medium ingressus est ad ecclesiam, & significat Christũ, per quẽ ingredimur ad ecclesiam triumphantem. Matt.11.q̃ ẽt gaudet ecclesiastica immunitate.c.si quis in atrio.17.q. 4. & claudi debet, nec ab aliquo occupari,& occupatum recuperandum. Aderat ẽt domũcula templo annexa, q̃ dicebatur ædicula salutatoria, vbi ep̃s sedebat se parans ad sacrũ faciendum, teste Euseb.1.br.3. de vita Constant.& Teod.libr.4.hist.c.20.vbi mentio hr̃ sacrarii separati à reliquo templo, quo Basilius introduxit Valentem Imperatorem.& lib.5.cap.17.vbi meminit sacrarij, & ædiculæ salutatorię.Hier.ep.de obitu Nepotiani.Aug. li.22.ciu.c.8. Vualfr. Strabo.lib.de rebus eccl.c.4.& 6. Vnde & in c.1.de offi.sacristæ. statuitur vt sacrista,vel thesaurarius sacerdos fidelis custodiat sacra ecclesiæ vestimenta, & munda teneat,& cereos,& curã suscipiat chrismatis cõficiendi,& baptisterij instruendi, & luminariũ sacris parãdorum, & librorũ ecclesiæ pro vsu diuinorũ, & thesaurum ecclesiæ custodire,& iubere campanas, pro diuinis mandante Archidiacono pulsari, lãpades accendi,& extingui, curando etiã vt incensum,panis,& vinum pro sacrificio præsto sint, & diuidendo oblationes inter fratres,ecclesiã, & altaria mundatenẽdo, & ornata, iuxta varietatẽ dierum,& tabellas affigendo pro Missis ab-

sis anniuersarijs, & officijs defunctorum: aquam benedictam renouãdo, & fontem purgatum tenendo pro manibus celebrantium, & ministrãtium abluendis. c. 1. & 2. de offi. cust. c. perlectis. 25. d. D. Ant. 3. p. tit 19. c. 9.

Præter has partes ecclesiæ pcipuas, aliæ quoq; ijs annectuntur, vel ad sacra custodienda, aut administrãda, vel ad sacras reliquias custodiẽdas, vel ad verbũ Dei pronunciãdum, vel ad diuinas laudes concinendas, vel ad fideles aspergẽdos, dæmonesq; abigẽdos, vel ad populũ cõuocandũ, vel ad mortuos piæ, & religiosæ sepulturæ tradendos, de quibus sigillatim videndum est.

Eucharist. in deposito custodienda, & quomodo à pricipio ecclesiæ.

Primo igit loco, vetustissimus mos est in ecclesia, ad infirmorũ cõionem, & ob alias magnas, & necessarias causas, Eucharistiã in sacrario pixide, vel deposito, vel ciborio asseruari, vt inquit Clem. lib. 2. ad Iacobum fratrem Dñi, d. Reliquias fragmentorum corporis Dñi custodire debet, ne qua putredo in sacrario inueniatur: & lib. 8. Const. c. 13. sumant diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum. & hr in Sin. Turon. c. 4. apud Brucar. lib. 5. decret. c. 9. vt omnis presbiter habeat pixidem, aut vas tanto sacro dignũ, vbi corpus dñicum diligenter recõdatur ad viaticum recedentibus à seculo; & infra; semperq; sit super altare obserata propter mures, & nefarios homines, & de septimo in septimum diem mutetur. i. illa à presbitero sumatur, & alia quæ eodem die consecrata est, in locũ eius subrogetur, ne forte diu seruata mucida, quòd absit, fiat, & in Conc. Lateran. 3. c. 20. c. 1. de custodia Euch. statutum est, vt in cunctis ecclesijs Eucharistia, clauibus adhibitis, fideliter custodiatur: & Tr. Conc. sess. 13. c. 6. asserit morem seruandi Eucharistiam in sacrario, ita veterem esse, vt eum seculũ Concilij Niceni agnouerit, quam consuetudinem probat quoque Sin. Vuormatien. lib. 6. ca. ibi. apud Brucar. lib. 5. c. 10. c. presbiter. c. qui bene. de consec. d. 2. Sin. Rhemen. can. 2. & Naz. orat. in laudem Gorgoniæ, d. Ecce Gorgonia ad altare, super quod asseruabatur Eucharistia procũbit, quæ & asseruabatur, vt aduenientibus peregrinis, & alijs catholicis pberetur: vt d. Leo. Papa IX. ep. ad Michaelem Imperatorem: & Hier. lib. de septem gradib. gradu 6. & in Concil. Aurelian. ca. qui bene. de cons. d. 2. statuitur, vt sacerdos, qui bene Eucharistiam nõ custodierit, & mus, vel aliud animal, illam comederit quadraginta dies pœniteat, si in ecclesia perdiderit, & inuenta nõ sit, triginta dies pœniteat. & in c. 1. de cust. Euch. qui bene non custodierit Eucharistiam tribus mensibus ab officio suspendi, & si nefarium aliquod inde sit factum, grauiori pœnæ subijci debet. d. c. & ca. sanè de cel. miss. ita vt pœna minuatur, vel augeatur arbitrio iudicis. arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. inf. c. de causis. de offic. deleg. Hic verò locus in quo seruatur Eucharistia, dicitur etiam ciborium: vt d. S. Germanus in Theoria rerum eccles. & habetur in lib. Pontificali Simmachum Papam altarib. S. Andreæ, & Siluestri ciboria argentea destinasse: Dicitur etiam turris, à Greg. Turon. lib. 1. de gloria martirum. c. 86. Quãdoque etiam Eucharistia in columba aurea, vel argẽtea super altare appendebatur, quandoque ad basim crucis medio in altari erectæ collocabatur, vt habet Sin. Turonica. can 3. frequentius verò pixis, vel arcula continens Eucharistiam in armario super altare includebatur. ex Sin. Turonen. cap. 4. apud Brucar. lib. 5. decret. c. 9. & in cõfirmationem veritatis sanctissimæ Eucharistiæ. Rup. lib. 4. c. 5. ait: quòd cum quædam ecclesia igne cõbusta esset, & omnia consumpta, sanctissima Eucharistia cum eius custodia illesa permansit. & Io. Nauclerus in eius Cronico refert, quòd cum in vrbe Sicusæ templum quoddam Casmate corruisset, & multos ibi extantes oppressisset, solus sacerdos celebrans cũ duobus ministris illesus euasit. & ex lib. vitæ sanctorum habetur, q cum quidã

S hebræus

hebræus hostiam sacrã, in ignem pluries iniecisset, semper illesa remansit, quo miraculo commotus baptismum suscepit; quæ pixis benedici, & consecrari debet antequam Eucharistia in ea recondatur: vt latè prædicta deducit. Dur. d. lib. 1. de ritib. c. 16. & in hoc tabernaculo nil aliud debet detineri, præter sanctissimam Eucharistiam, et q̃ sint alia sacra, & minus candelæ, oblationes, cartæ cũ caracteribus ignotis ad superstitiones agendas, q̃ grauissimum est, & summopere cauendum, cum ibi adsit Christus Deus, & homo, Angeli assistant, Deus adoret. Ps. 137. Et locus ille terribilis sit. Exo. 3. vnde immunditijs non debet inquinari, nec aliud prͤter ipsum sacramẽtum ibi detineri, cum Deus cum nulla re cõicet: vt inquit Dion. ep. 8. ad Demophilum: ideo à cæteris singularis, & separatus esse debeat, cum in aliorum compositionem, vel vnionem non transeat, vt ibi d. sed ad extra, factiuus sit omnium; Lampas quoq; iugiter oleo oliuarum referta ante hoc sanctissimum sacramentũ ardere debet. arg. Ex. c. 27. Oleum in altari meo ardebit iugiter, cum sit candor lucis æternæ. c. sanè. de cel. miss. & ob id lumine præcedenti ad infirmos deferri debeat, & ab omnibus genibus flexis adoratione latriæ adorari. d. cap. sanè. Clem. 1. de Reliq. & vener. sanct. & ex Bulla Pij V. incip. Cum primum anni 1566. & Conc. Tr. sess. 13. c. 5. & can. 6. & processionaliter deferendũ iuribus prædictis, & alia seruanda, quæ latius supra tr. de sacro Eucharist. sunt acta.

Baptisterij vsus quando cœperit, & q̃uo cõstrui cõsuetum à principio ecclesiæ nascentis.

Alter locus ecclesiæ annexus est baptisterium, licet enim in principio nascentis ecclesiæ credentes simpliciter in fontibus, vel fluuijs baptizarentur, vt ait Strabo. de reb. eccles. c. 26. vnde & Christus Dñs in Iordane baptizari voluit, vt in nobis idem consecraret lauacrum. Matth. 3. Marci 1. Lucæ 3. & Lydia ĩ flumine fuerit baptizata. Act. 16. & Eunuchus in via. Act. 8. & custos carceris in carcere. Act. 16. Crescente tñ religionis decore, creuit & huius lauacri sacri frequẽtia; vnde baptisteria amplissima instituta fuere, in quibus statis solemnibus cæremonijs, presbiteri sacrũ baptismi conferrent: vt ibi d. Strabo. & olim vnus tantũ fons, vel locus, qui baptisterium dicebatur prope ecclesiam maiorem, vbi tingebantur, iuuenes, senes, diuites, & pauperes, qui & nunc Pisis, Florentiæ, Parmæ, & alijs locis habentur: vt colligitur etiam ex Naz. orat. 40. in S. baptisma. & Aug. li. 22. ciu. c. 13. Hi verò fontes extra basilicas construebantur, vt patet ex baptisterio Lateranen. & Cirillo cathe. mistag. 1. & Greg. Turon. lib. 5. hist. c. 11. d. ad baptisterium foras egressus est. & Paul. ep. 12. & ex Conc. Antisiod. can. 14. quo vetatur ne in baptisterio sepeliatur, & baptisterium Lateranense ex lapide porphirico ex omni parte coopertum extra foris, & desuper à Constantino extructum erat, cuius pars aquam continens ex argento erat, in medio verò baptisterij columna porphirica sita erat, in qua phiala aurea quinquaginta librarum balsamo plena extabat, in labro fontis stabat agnus auri purissimi, vnde aqua fundebatur, ad dextram agni erat statua Saluatoris argenti purissimi librarum centum septuaginta; ad leuam signum Ioannis Baptistæ argẽteum librarum centum, in cuius manu erat index, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Aderant ẽt septem cerui argentei fundentes aquam singuli librarum octuaginta: vt inquit Damasus in lib. Pontifi. in vita Siluestri, in quo baptisterio, Constantinus cum Crispo filio est baptizatus; vt patet ex vita Põtif. in vita Siluestri. statutum verò fuit in Concil. Ilerden. apud Brucard. lib. 4. cap. 15. ca. omnis presbiter. de consec. dist. 4. vt baptisterium lapideum esset. Mos etiam erat aureas, & argenteas columbas in figura Spiritus Sancti, supra diuinos fontes suspensas locare, ex Sin. 2. Nicæna act. 5. & Onuphrio de præcipuis vrbis Romæ basilicis capite de baptisterio. Post supra dicta verò tempora baptisteria

steria in ecclesijs fieri cœpere prope templi vestibulum: vt d.Greg.Turon. lib.2.hist.cap.21. Quòd baptisterium à Dion.lib.de eccl.hierar. Mater adoptionis dicitur,& illuminatio. Hebr. cap.6.Sumendo baptisterium pro baptismo,& alijs nominibus, de quibus supra tr.de baptismo, initio est dictũ, quæ baptisteria veneranda esse,docet Athan.ep. ad ortodoxos, in persecut. vbi inuehit in eos,qui illa prophanãt, quia in ijs cõdonatur peccatorum remissio: vt d.Greg. Alexan. Patriarcha in vita Chrisostomi; & etiam consecrantur: vt d.Apollinaris libr.4.ep.15. iuxta ritum descriptum in libro, qui Ordo Romanus inscribitur. Aqua verò ad baptismum parata consecrari, & sanctificari debet, addito oleo misticæ vnctionis: vt d. Dion. de eccles. hier.p.2.cap.2. Pontifex aquas sancta prece, atque inuocatione sanctificat, terque in eas ad crucis effigiem, sanctissimum funditoleum: & Basi.lib.de Spiritu Sancto.ca.27.Benedicimus aquam baptismi.Cip.li.1.ep.12.Oportet verò mundari,& sanctificari aquã prius à sacerdote: vt possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere.Ambr.lib.de ijs,qui mist.initiant.cap.3. & lib.1. de sacram.c.5.ca. aquam. de cons.dist.2. & lib.2.cap.6. Aug.serm.181.de Tempore. cap.3.ca. ecclesiasticarum. dist.11. & serm.19. de sanctis; & hæc sanctificatio, vel mixtio chrismatis ad aquam, significat vnionem Christi ad ecclesiam; aqua enim populũ, chrisma Christum significat: vt d.Gul.in ration.lib.6.ca. 106. & ritus eam sanctificandi describitur in Missali Nouo Romano: & apud Amalar. Fortun.libr.1. de eccles. offic.cap.25. Et fideles de illa aqua ante oleorum sacrorum infusionem ad domos aspergendas accipiũt; in casu tñ necessitatis,licet aqua non sit sanctificata, baptizare licet. Et licet initio non essent distincta tempora baptismi,sed petentibus iugiter conferretur: vt d.Ambr.in c.4. ep.ad Ephes. postea tñ statutũ est non licere id conferre,nisi in Pascha,& Pentecoste,excepto periculo mortis, vel naufragij, vel si psecutio vrgeret: ex Ciricio Papa ep.ad Himerium.c.non ratione.de cons.d.4. tradit Tert.lib.de baptismo. c.19.& lib.de corona militis.c.13. Hieron.in c.14.in Zacariam.aquas viuentes multi ad baptismum referũt, quæ in Vere,& Aestate, hoc est Pascha, & Pentecoste sitienti largiẽdæ sunt.Leo magnus ep.4.ad vniuersos ẽpos per Siciliam constitutos.c.cum duo tempora. de cons.d.4. Gelas.ep.ad vniuersos per Lucaniã,&c.can.12.c.baptizandi. de cons.d.4.ca.de cathecumenis.ibid. ex Cõc. Gerunden. Alcuinus de eccl. offic.c.de baptismo Dñi. Strabo de rebus ecclesc.c.26. Demum,quia pleriq; sine baptismo moriebantur ob eã dilationem necesse fuit; baptismũ quotidiè conferri aucta multitudine fidelium,& concessum: vt d.Socrates libr. 5.hist.cap.19. Rup.de diui.offic. c.18. Sic tamen, vt aqua baptismalis in Pascha, & Pẽtecoste sanctificaretur per totum annum seruanda. De custodia verò sacrorum oleorum, & ritibus baptismi administrandi,actum est supra de sacramẽtis in gẽnere ad fi. & tract. de sacramẽto baptismi, & latissimè id explicat Dur.de ritib.lib.1.c.19.

Tertius locus ecclesiæ annexus est reliquiarium, ꝙ continet sanctorum reliquias,quæ venerãdæ sunt. ex Cõc. Nic.2. sess.3. & Trid.sess.25. de Inuoc. & ven.rel.dummodo sint reliquię sancti ab ecclesia canonizati, cũ sine huiusmodi canonizatione non liceat aliquem pro sancto venerari.c.ex eo. de reliq. Abb.in c.1.eod. nec nouas reliquias inuentas sine eiusdem approbatione.d.c. & d.loco Conc.Tr.§.hæc,vt fidelius, quæ & non debent transferri de loco ad locum inscio ẽpo.c.corpora.de cons.d.1. aliàs sacrilegium committitur,de licentia tñ ẽpi licet eas habere,vel aliquam earũ particulã. d.ca. & c.quisquis. §.si quis domum.17.q.4. vel si concedantur pro consecratione ecclesiæ,vel altaris.c.placuit.ca.de fabrica.de cons.d.1. nec tutũ est in con-

Reliquiarium in ecclesia constituiť ad reliquias Sãctorum seruãdas, & qualiter

S 2 scientia

ſcientia eas ſuper te portare ob pronitaté ad peccandũ,c.oĩs ętas.12.q.1. licet D.Th.2.2.q.96.ar.fi. id cócedat ſi ex deuotione id fiat;& ſequitur Nau. c.11.nu.35.ver.25.Nec debét ét extra capſam oſtendi.d.c.cũ ex eo.cauendo etiá ne ad ſuperſtitioné,vel quęſtũ ijs quis vtatur,ex Conc.Tr.loco cit.§.oĩs porro.ꝙ explicat Nau.c.17.nu.169.in fi.Et cuſtodiri debent ſi corpora integra ſint ſub altaribus,vel ſi alibi cũ cla traferrea ſepiãtur,& ante eas propria lãpas pręluceat; alię veró detineri debent in choro in armario in pariete è regione alterius cótinentis ſacra olea ſub duab.clauib.in vaſculis argenteis, arcis,vel loculis pié & decenter elaboratis, cũ earũ noĩbus diſtinctè inſcriptis,& vbi oſtẽduntur, cũ magna reuerẽtia id fiat; à ſacerdote ſuperpelliceo ſtola & pluuiali induto,duob.intortitijs accẽſis,& incenſo adhibito,quę & à laicis nó tangantur, alijs ét ſeruatis de quib. dixi tr. de ſtat.ep. c.6.nu.24. ver.3.loco.& latius explicabitur infra ſub c.de ornatu eccl.cauẽdo quoq; ne epi ad eccleſiã progreſſuri, reliquias deferẽtes,à diaconib.in tella vehãtur. ex Cóc.Bracar.3.cãn.5.& ne falſa noĩa Martyrũ, & incertę reliquię Sanctorũ venerẽtur.ex Conc.Afric.c.41. Quòd ꝗſque auaritia ſacerdotum contigit: vt d.Greg. Turon.li.9.c.6. Senerus in in vita S.Martini.Greg.li.3.ep.3.vnde in Conc.Later.can.6.& l.3. C.de ſacr. eccleſ. ſtatutum eſt ne ſacræ reliquiæ venales,& quæſtui habeantur.

Pulpitũ in eccleſia có ſtruitur,& quare.

Quartus locus eccleſiæ annexus eſt ambo ſuggeſtus, vel pulpitũ, vnde legitur Euãgelium, vel concio ſacra hr̃, idq; cóuenienter: Primò,vt cócionator ab oĩbus audiatur, iuxta id Iſ.40. Super montem aſcende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Secundò,ad denotandum euangelicã veritaté palam ante oĩum oculos enunciandã, nó in latibulis, vt hæretici faciunt in eorũ conuenticulis.Matt.10.Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine, & quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta.Tertiò, in cómemorationẽ ſermonis Dñi iñ monte, dum turbas doceret. Inn.li.2. miſt.Miſſæ.c.43. Quartò, quia Sancti, qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuerunt, aſcendũt in altũ, vt exclametur eorũ victoria, & alacres fiãt in pugna: vt d. Steph. Eduenſis. de ſacr.alt.c.12. Quintò, q̃a excellentior locus in quo euangeliũ enunciatur eminentiſſimã doctrinã,& iudicandi authoritaté deſignat: vt d.Amal.li.3.c.18. Alias rationes,vel conuenientias ad idem affert. Tur.Cr.in c.apoſtolica.de conſ.d.1.& hãc conſuetudiné in edito loco euangelicã doctrinã pronunciandi probat Greg.li.2. ep.5.li.4.ep.5. quem locum pulpitũ vocat, & tribunal eccleſiæ, & ab Amal.d.c.18.& ambo à Caſſiod.li. 12.hiſt trip.c.4.in quo Chriſoſt.vt facilius audiret concionari ſolitus erat: vt ibi d. & dr̃ ambo ab ambiẽdo, quia intrantẽ ambit, & cingit, vt d.Strabo. de reb.eccl.c.6.& græcè idẽ ſignificat, ꝙ ſuggeſtus,vel pulpitum,ex Sin.Laodicen.can.5. & ſignificat vitam perfectorum, vt d.Gul.lib.1.c.1.nu.33.

Organum in eccleſia conſtitui mos vetus & quare, & qũo eo vtendum.

Quintus locus eccleſiæ annexus eſt organũ,ꝙ eſt inſtrumentũ muſicũ, nó ſolũ, ꝙ amplũ eſt, & follibus inflatur, ſed & quicquid aptatur ad cantilenã: vt d.Aug.in Pſ.56.Et ſumitur pro omni inſtrumento muſico: vt d.Iſid.li.3. orig.c.20. vulgari tñ conſuetudine dr̃ ꝙ follibus inflatur, licet quoddã neruis intendatur,quoddã ſpiritu,quoddam aqua propellatur, vt d.Rodig.li. 9.lect.antiq.c.6.& ꝙ dr̃ Pſ.150. Laudate eũ in chordis, & organo,nó intelligitur de organo, ꝙ follib⁹ inflatur: vt d.Amal.lib.3.de eccl.off.c.3.Vſus verò organorũ in eccleſia vetuſtiſſimus eſt: vt d.Iulianus in cap.32.Iob.& Aimon Monachus.li.4. de geſtis Francorum. c.113.Qui ait organa more Græcorũ primum in Gallia cópoſita,imperante Ludouico Pio.Et licet cantus in eccleſia ſit pié adhibendus: vt alibi infra dicetur;& organa à patribus adhibita ad cultum diuinum. ex Sin.Senonen. cap.17.cauendum tñ ne melodia,q̃ ad laſciuiam inuitet adhibeatur, vel ne

organa quid aliud præter himnos diuinos,& cantica spiritualia repræsentét, sed grauitas placida deuotionem accendat. sess.22.in Tr.Conc. de obs. & euit.in celeb.miss. & sess.23.de Ref. c.18.§.vt verò.t.in ca.1. de vit.& hon. cler.in extra.cõm. & de organis plura agit Isid.li.3. orig.c.19.20.21. S.Hier. ep.28.ad Dardanum.

Aqua lustralis ĩ ecclesia seruari consueta, & cur.

Sextus locus ecclesiæ annexus est vas aquæ benedictæ, qua se aspergunt ingredientes, & egrediētes ecclesiam signo crucis sibi ducto, ad tollēda peccata venialia, vel dæmones fugandos, ad praua phantasmata auertenda. ca. aquam sale. de consf.d.3. ꝙ aspergillũ dr̃ ab aspergendo. Et licet aquam sale benedici, & ea populum aspergi etiã tempore apostolorũ in vsu esset, id iñ præcepit Alex. Papa V.à Petro in d.c. aquam.vt ait Damas.lib.Pontif.cap.7. Rab.lib.2.de Inst.cler.c.55. Strabo.de reb eccl.c.29. Microl.de eccl.obs.c.41. 46. Ado.in Martir.ad 7.Non.Maij. Sacerdos verò Missæ Parochialis ante sacrum factũ, quolibet die dñico debet aquam sale aspersam benedicēdo, statis precibus renouare, & ea populum aspergere; ex Missali No.Refor.& tradit Gul.in rat.lib.4 c.4.& hr̃ in Conc. 3.Mediol.sub tit. quæ ad sacralia pertinent. Virtus verò aquæ benedictæ maxima est, vt hr̃ infra sub tr.de sacralib. & olim in vsu fuit in lege veteri, & dicebatur aqua lustrationis. Num.19.& Exo.30. Mandabatur, vt nemo nisi lotus templum ingrederetur. Qua verò forma hoc vas cõfici debeat, inferius loco suo tradetur.

Campanę qñ constitutæ, & quare.

Septimus locus ecclesiæ annexus est turris campanilis, cãpanas continens, quibus populus Christianus ad diuina vocatur, sicut in lege veteri per tubas argenteas ad vocãdum cetum, & dum castra mouebantur. Num.3.10. 11. de qbus meminit Gul.Dur.in rat. lib.1.c.4. Io.de Selua tr. de benef.p.1. q.5. sic dictæ à Campania Italiæ prouincia, vbi primus earum vsus fuit, & Paulinus Nolæ eps ad quem Hiero. & Aug. plurimas literas scripsere, oĩum primus eas in ecclesia sua introduxit, quæ & signa vocantur in Conc. Cabilon.c.solēt.de consf.d.1.c.1.& 2.de offic.custod. Alcuin.de diuin.offi.c.quid significent vestimēta. Amalar.lib.3.de eccl.offic.c.1. Dicuntur,& tintinabula perarguta, quasi sonora, obstrepera, atq; vocalia; Germanicè Clocæ, Gallicè Cloches, atq; earũ meminit Strabo de reb. eccl.c.5. & hr̃ earũ memoria. in c.in causis.de elect.in c.patentibus.de priuil. & Sabinianus Pontifex iussit eas pulsari ad horas canonicas: vt d.Martinus Polonus in Sabiniano, liber ordin.Rom. c.1.d.c.2.de offi.custod.ꝙ vsu receptum est.d ca. & c.studeani.c.presbiter. d.11.gl.in c.1.de celeb.miss. quæ & ad Missam publicã pulsantur: vt d. Alcuin.de diuin.offic.c.de Sabbato sancto Paschæ, idq; iure merito, quia nullum instrumētum reperiri commodius potuit campanis, ad quas pulsandas, magna arte opus non est, ac earũ bombus longè, lateq; diffunditur. Fiunt verò campanæ ex metallo æris, ꝙ est durabile, & sonorum, habēies intus plectrum ferreum quo tunduntur vt audiantur,& significant ora noui testamenti concionatorum, quę altius resonent, q̃ tubæ veteris testamenti, vas metalli ora concionatorum designat, ferrum interius linguã eorum, funis mensuram vitæ nostræ, vel qñ sursum trahit, quantum sacerdos ad bona opera debeat esse erect⁹, qñ deorsum redit, qđo caro deorsum trahat. Amal lib.3. de eccl.offi Gul.li. 1.c.4 Rup lib.2. de diu.offi c.16. & ꝙ ꝓdicatores annunciare debent lamentationes ꝓsentis vitæ, incendium gehennæ,& gloriã Paradisi. Benedicuntur verò,& exorcizantur campanę, ex Cõc.Colon.c.14. vt sint tubæ ecclesiæ militantis, quibus populus cõuocetur ad cõueniendum in templum, & verbum Dei audiendum, & vt dæmones campanarum vocãtium Christianos ad ecclesiam tinnitu terreantur, idq; fit formula descripta. in lib.ord.Rom. Dñr ét baptismari, non baptismo quo peccata remittũtur, sed qa dedicantur

cultui diuino, & quia benedicũtur,& vnguntur ad expellẽdos malignos spiritus: vnde & templũ baptizari dr̃ ab Iuone serm. de sacris dedic. & imponuntur eis nomina, vt vna ab alia distinguatur; sic.n.& Iacob cum scalam vidisset ad cœlum pertingentem, supposuit lapidem capiti suo,& erexit in titulum fundens oleũ desuper, vocãs nomen vrbis Bethel, quæ ante Luza dicebatur Gen.28. Virtus præterea cãpanarum est, vt earum sonitu aer caliginosus discutiatur, tempestates arceantur, & nequissimæ aereæ potestates expellantur. ex Conc.Colon.c.14. Gul.lib.1.c.4.& fideles pro illo periculo auertendo orent;& Deus Num.10. asserit se tubarum clangore ad misericordiam excitari, cum & aerem eorũ sonitu rarefaciant,& nebulas propellant, & proinde grandines,ac tempestates, precibus maximè fideliũ accedentib. Et Paulus Grillan.tract.de sortilegijs,ait:Dæmones ducentes quasdam mulieres, audito campanarũ sono, eas ante diluculum deseruisse, ac fugisse: vt à re Deo, & diuino cultui dedicata,& benedicta;Pulsantur & in exequijs, vt excitentur coniuncti defuncti, & alij ad orandum pro eo: vt d.Alb.Pigius lib.7.ad fi.Beda li.4.c.23. iuxta id Iob 19.Miseremini mei,saltẽ vos amici mei; & conueniens est pulsari à viris superpelliceis indutis. ex Conc.Colon.p.3.c.31. & debet esse in omni ecclesia,& beneficio. vt d.Io.de Selua de benef.1.p. q.5. nu.82. nõ aũt in oratorijs,sine licentia epi.c.patentib. de priuil. & monasteria vnam tm̃ campanam hr̃e debent: vt ibi d.Abb. c.quia cunctos.§. nos. de offic.custod. in extr.cõm. licet ex consuetudine generali derogatũ sit tali iuri: vt d.Vincent.de castro nouo, in declar.ad c.1. constitut.fratrũ Prædic.nec fratres cã Sabbato sancto pulsare debent ante matricem.ex Cõc.Later.sacro. §.& vt debitus;quæ etiam cãpanæ aliter pulsantur in festis,aliter ĩ ferijs,aliter in duplicib.aliter pro defunctis; & ẽt ter in die pulsantur,mane,meridie,& vesperi ad salutandã B.V. & triduo dñicæ sepulturæ silent, cum eo tp̃e siluerint Apostoli: vt d.Gul.lib.6. c.76. & turris introducta est in honorem ecclesiæ, vt pluribus campanis ornetur, teste Cassaneo. de gloria mundi part. 12.considerat.63.

Octauus locus ecclesiæ annexus est cœmeterium,cum.n.sepultura priuari inter pœnas graues habeatur & ex lege Romanorũ, qua mandatur filios parentes in necessitate relinquentes sepultura priuari: & 2.Reg.13. Deus id minetur prophetæ reuertenti, & manducanti; & idem minetur Deus de ijs qui mortui fuerint de Hieroboam, q aues, & canes eos essent deuoraturi.3.Reg.14.& id Iosaphat cõtigit. 2.Paral.21. Et facinorosi ea priuentur: vt d.Amb.in Ps.118.serm.20. & hr̃ in l.cum diuersis.ff.de religio.& sumpt.& Suetonius in Vespas.2.dicit: Coniuratores sepultura ab eo priuatos. Contra verò pium sit fideles in locis Deo dicatis sepeliri, & laudentur qui id fecerunt. 2.Reg.2. Tob.2.Matt. 26.idq; vtilissimum sit defunctis:vt d. Aug.lib.de cura pro mort. cap.2.quia consulitur eorũ honori, & satisfit eorum desiderio, & iuuantur precib. ad sepulchrum eos comitãtium, & commendantur sanctis in quorũ ecclesijs sepeliũntur:ideo constitutum est cœmeterium, vt corpora fidelium ibi vsque ad extremam euigilationẽ quiescant,sic dictum à dormio,sopire: vnde Ioan. 11.dr̃:Lazarus amicus noster dormit; & 1.Cor.15. Oẽs quidẽ dormiemus.& 2.Tessal.4.vbi Hieron.Eos dormientes dici ait: quia certum est eos resurrecturos, vel propter futurã euigilationẽ: vt d.Aug.ep.122.vel q̃a in Christianis non est mors, sed dormirio, & somnus dr̃: vt d.Hier.ep.29. ad Teodorã,& Chris.hom.21.ad pop. Mors nõ est mors,sed somnus,& dormitio tẽporaria, inde dicũtur cœmeteria quasi dormitoria: & olim in cœmeterijs epi synodos congregabant, psalmos canebãt,& sacra administrabant,teste Clem.libr.6. Const.cap.29. Athan.

Cœmeterium in ecclesia cõstituitur, & quare, vbi,& q̃do

Athan. in Apolog. sua: & erant Christianis, q̃ nūc oratoria apud Cassiod. lib. 5. hist. trip. c. 5. vnde tiranni prohibebant Christianos in persecutionib. à coadunatione eorū in cœmeterijs, cessante verò persecutione cœmeteria Christianis restituebant, teste Euseb. lib. 6. hist. c. 13. lib. 7. c. 11. lib. 9. c. 2. quæ & dicūtur tumuli mortuorum. vt d. Hier. in c. 10. Matt. Postmodū verò rebus ecclesiæ pacatis, distincta sunt templa à cœmeterijs. c. 1. de conse. eccles. c. si ciuitas. de sent. excō. & mandatū ne in ecclesijs corpora mortuorum sepelirentur in reuerentiam ecclesiæ. ex Conc. Tributien. Naneten. Vasen. c. quibus. c. nullus. c. præcipiendum. vbi Tur. Cr. 13. q. 2. & Chris. homil. q̃ Christus est Deus, d. q̃ Constātinopoli Imperatores pro magno honore ducebant, q̃ eorum corpora extra vestibula apostolorum sepelirent, q̃ Cōstantino contigisse, ait hom. 66. ad pop. Antioch. & Teodosius iunior, ac pater Arcadius in porticu templi sepulti sunt: vt d. Niceph. lib. 14. ca. 58. & Greg. lib. 4. Dial. c. 53. refert miraculum insigne ob id contigisse; postmodum Euagrius lib. 4. c. 30. concessit vt sacerdotes, & Imperatores intra ecclesiam sepelirentur: hodie verò etiā laici intra ecclesiam passim sepeliunt. Ex cœmeterijs verò quædam erāt intra vrbē: vt refert Athan. de fuga sua. Euagrius lib. 4. ca. 86. Greg. Turon. de gloria cōfess. c. 74. alia extra. vt d. Chrisost. serm. de fide, & lege: sic vt quædā essent ciuium, quædam aduenarū: vt d. Euagr. li. 4. c. 34. & consecrabantur, ac immunitate ecclesiastica donabantur: vt ait Iuo ep. 259. Greg. Turon. de gloria confes. c. 106. quæ tñ sepulchra non debent fieri sub altarib. nisi martirum sint. c. non oportet. vbi Archid. de cons. d. 1. nec eminere debēt super terram, aliàs lignea amouenda, marmorea euacuanda: ex Bulla Pij V. incip. Cum primum 1566. & solet ēt statui ab epis, vt nulla noua sepulchra fiant in ecclesijs sine ipsius licentia. Nō tñ debet esse cœmeteriū in omni ecclesia, sed tm̄ in parochiali, vel vbi ex priuilegio cōcessum sit. c. 1. de sepult. vbi Innoc. quia id spectat ad parochos ratione finium limitatorum, qui non præscribūtur. c. super eo. de paroch. & debet ēt cœmeterium esse circa ecclesiam. cap. sicut antiquitus. 17. q. 4. licet ob fœtorem vitandum possit esse remotius: vt d. Inn. in c. abolendæ. de sepult. & debet ab epo benedici, vt inde fugiat habitatio immundorum spirituum, non aūt cōsecratur. Gul. in rat. lib. 1. c. 8. & tunc separatur ab epo ab alijs locis. c. bonorum. 13. q. 1. nec ante ipsius benedictionē possunt ibi defuncti sepeliri, nisi tempore pestis, & hmōi. ca. nemo. de cons. d. 1. & gaudet ecclesiastica immunitate. Abb. in cap. cum ecclesia. de immun. eccl. vbi & d. eū cui est interdictus ingressus ecclesiæ esse interdictum, & ingressum cœmeterij, nec ibi venalia debent detineri, contractus haberi, vel strepitus iudiciorum, aut commessationes: vt ibi d. Abb. qua verò forma construi debeant inferius dicetur.

De ornatu Ecclesiarum. Cap. VI.

Ametsi, ita excelsus, & perfectus sit Deus, vt nullo bono nostro sit egens. Ps. 15. & dixi Tomo 1. tract. de Deo, nihilominus gloriā sibi dari ab hominib. vult. Sap. 1. idq; non propter se, sed ꝓpter nos, vt à nobis cognoscatur, ac diligatur, q̃ nobis summè vtile est: vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 132. art. 1. ad primū; ideo curandum est, vt ecclesiæ, q̃ magnificētissimè fieri potest extruantur, & exornentur. Tum vt ostendatur, q̄ excelsa sit diuina Maiestas cui inseruitur, & in cuius honorem templa extruuntur, q̃ etiā fiendum esse, ratione dicta, agnouit Arist. li. 7. Polit. 9. 10. 12. vt ibi Iauel. tr. 6. c. 4. Tū vt ex hac charitate erga Deū accensi impetrare possimus, ipsius fauore iuuante, vt diuina in nos gratia, & beneficia redundent, q̃ in veteri le- Ecclesiæ ornandæ quare, & quomodo

ge seruatū esse dignoscitur, ita vt omnia ferè instrumēta sanctuarij aurea essent. Exo.25.26.27.28.29.30.31.35.36.37.38.& 39.Num.7.1.Paral.pen.& vlt.2.Reg.3.4.3.Reg.7. Esdræ 1.c.1. & in noua lege id laudetur. Marc.12.13.14.Heb.9. q̄ ēt peractū est in magnifica Christi Dñi sepultura, & pietate mulierum in Christi corpore vngendo. Vnde id suadet Felix IIII.epist.ad oēs epos.Templa Dño ædificare debemus, & prout possumus melius ornare.&Ciril.cath.14.mistag.ornare Dei templum decore congruo sacerdoti maximè conuenit,vt etiam hoc cultu aula Dei resplendeat.& Amb.lib.1.offic.c.21. c.sepulchra.d.86.& Naz.orat.11.in laudem Gorgoniæ,eam laudat, q̄ tēpla sumptuosis donarijs ornabat: & Hiero.ad Nepot. ep.3.ad Heliodorum, q̄ sollicitus esset, si niteret altare: si parietes templi absq; fuligine, si pauimenta tersa, q̄ basilicas & martirum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis,vitumq; pampinis adumbrabat, & ep.2.ad Nepotianum. Teod.lib.8. de græcarum affect.curat. Leo magnus serm.3. de Quadrag.ait: suo seculo Christianos solitos fuisse ampliore cura, & cultu orationis domum diebus festis adornare.Euseb.li.9.hist.c.10.Chris.hom.66.ad pop. neque aduersatur,q̄ Hier.d.ep.8.ad Demetriadem, Satius esse pauperes reficere, q̄ tēpla ornare, & hr in c.gloria epi.12.q.2.c.aurū.ibid. id.n.intelligit in vrgenti necessitate.Ornantur verò templa insigni structura,pretiosa suppellectili,& sacris imaginib⁹. Templi .n.nulla est ratio, q̄ non ornatur imagine,ex Sin.2.Nic.act.1. Naz.orat.49. ad Olimpium; ornātur & sanctorum reliquijs. vt d.Aug. ferm.256.de Tpe: ornantur ēt picturis, vt d.Niss.de laudib.sancti,& magni Teodori.& Greg. lib.9.ep.9.De quibus alio loco est actū Tomo 1.tr.de Christo. c.de adoratione: quō verò in particulari ecclesiæ sint ornandæ, & cōstruendæ, inferius suo loco dicetur; & diebus solemnib. aulæis piè pictis ornentur, & valuæ frondibus viridibus, amotis inde vexillis.ex Bulla Pij V.Cal.Apr.1566.sic tñ vt imagines prophanæ, vel lasciuè pictæ,ibi non habeantur.ex Conc.Tr. sess.25.de inuoc.& ven.§.imagines, & nouæ imagines,primò ab epo cognoscantur,vt ibi hr, & ab eo benedicantur,vt ibi hr; sic tñ,vt crucis signū,vel sacra imago humi nō pingat,vel sculpatur. c.nemini licere signum saluat.

De Ecclesiæ dedicatione,vel consecratione. Cap. VII.

Mos consecrandi ecclesias ab Apostolis ad nostra vsque tempora manauit: tēste Clem.ep.2.ad Iacobū fratrē Dñi, Ecclesias per congrua,& vtilia loca facite, quas diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationib⁹. Deo dicatos statuere;& hr in c.ecclesias.16.q.7.c.ecclesias.de cōs.d.1.Euaristus Papa apud Bruc.lib.3.decret.ca.27.c.oēs.de cōs.d.1. licet ibi Hyginio malè ascribatur: & Vrbanus Papa Cæciliæ domum consecrauit, teste Metaphraste in vita S.Cæciliæ: & Marcellus Papa domum Lucinæ:vt d.Damas. lib.Pontif.c.31. & Constantinus dedicationem sacræ ædis,quæ magnū martirium dicebatur, Hierosolimis celebrauit,teste Euseb.lib.4. de vita Constant.c.40. Teod.lib.1.c.30. qui festus dies celebratur die 14.Septemb.idem Euseb.lib.10. c.3.4. Niceph.lib.8.c.50. Athan. ēt ep.ad Constātinum Imper. mentionem facit dedicationis ecclesiarum. Amb.serm 89.de dedic.basilicæ. & lib.1.ep.1. Bas.in Ps.114.Naz orat.in nouam dñicam. Aug.serm.251. cum seq.de Temp.Greg.lib.3.Dial.ca.30.Bern.in serm.de dedic.templi, qui oēs probāt dedicationem ecclesiæ ex praxi ecclesiæ,& veterū traditione:& in veteri testamento legitur celebris dedicatio tabernaculi, & altaris. Nume.7. & ter legitur facta templi dedicatio cum ingēti lætitia à Salomone. 2.Paral.7.ab Esdra, lib.1. Esdræ c.6. & tertio

Ecclesiæ consecraque ri consuetæ,& quare.

tertio à Machabęis;cum post prophanationem esset renouatū. 1.Macha 4. ad quam solemnitatē ēt Christus dñs accessit.Io.10. & dr̄ dedicatio à dedico, vel innouo, quia erat renouatio quædam templi,vel quia templū Dño cōsecrabatur, & anniuersaria memoria illius celebritatis dicebatur encænia, quasi noualia, vel nouum, quam ēt dedicationem tēpli mirificè extollit.li.14.in c.43. Ezech. & Euodius ep. Ticinensis,& Greg.lib.3.Dial ca.30.d. se dedicasse templum quod fuerat Arrianorum, & Deū miraculis hanc dedicationem probasse; & Bonifac.IIII. templum Romanorū B.V. dedicauit; vt dicit Abbas Vspergensis in Phoca Imperatore.

Ecclesiæ, quibus ritibus cōsecrētur, & quid significent.

Hæc verò dedicatio templi fit varijs precib⁹,& cæremonijs; sic.n. & Iacob erexit lapidem, vt ibi sacrificiū perageret,fundens oleū desuper. Gen.28. & Moises tabernaculum,altare,& oīa vasa eius oleo sacro, & alijs cæremonijs consecrauit. Exod.40.Num.7.& Dion.de eccl.hier.c.5.d.Altaria debere sacro oleo inungi,& consecrari; & probatur in Conc.Cartag.5.c.6. Agaten.c.14. Altaria placuit non solū vnctione chrismatis, sed ēt sacerdotali bñdictione sacrari. Cōc.Bracar.2.can. 6.Gelat.ep.1.ad ep̄os Lucaniæ, & 27. Ideo aūt ecclesiæ cōsecrantur: primò, ad dæmones effugādos: vt d.Greg.lib. 3.Dial.ca.30. Secundò,vt illuc confugientes deprecaturi,diuinę beneficētiæ munera consequantur, & in eorū tribulationib. exaudiantur,q̄ dignius ibi exhibentur, & orōnes facili⁹ exaudiuntur:vt hr̄ 3.Reg.8.& dictū est sup. & Amb.li.de exhortat.virginit.in dedic.eccl.sanctorū. Vit.ad fi.d. Te nunc dñe deprecor vt supra hanc domum tuā, supra hæc altaria, quæ hodie dedicantur, supra hos lapides spiritales, quibus sensibile tibi in singulis, templum sacratur, quotidianus prę̈sul intendas, orationesq́; seruorum tuorū, quæ in hoc loco fundūtur,diuina tua suscipias misericordia, fiat tibi in honorem sanctificationis omne sacrificium,q̄ in hoc tēplo fide integra, pia sedulitate defertur.Vnde Iudæi templa dedicabāt.Gen.28.Ex.40.3.Reg.8. Tertiò, ad commendandum sacrm̄ baptismi per quod in eodem templo noui populi creandi sunt,ipsum templū, primum,suo modo,& suo ordine baptizamus, & deinceps multiplici sacrorum sanctitate dedicamus: vt dicit Iuo serm. de sacr.dedic. Quartò,tum ad repræsentandam sanctificationē, quam ecclesia per passionē Christi est consequuta,tum ad significandū sanctitatem,quæ in ijs requirūtur qui sacrm̄ altaris suscipere debent: vt d.D. Th 3.p.q.83.art.3.ad secūdū. Quintò, vt q̄ in templis, vel altarib. visibiliter colit̄,in nobis inuisibiliter compleat̄; quia spiritaliter ī nobis impleri oportet, q̄ in parietibus visibiliter p̄cessit: vt d.Aug.serm.252.253.255. de temp. & Bern. serm.1. de dedic.eccl. Sextò, vt ibi laudes Deo dignius dicantur. Septimò, vt ibi dignè ecclesiastica sacra ministrentur.Octauò,vt ad ecclesias confugientes saluentur.ca.reos.c. inter alia.vbi Abb.de immu.eccl.Tur. Cr.in ca.omnes basilicæ. de cons.d.1. iuxta infra dicenda.

Ritè verò ecclesia adhibitis misticis precib. & cæremonijs consecratur: vt d.Iuo de sacr.dedic.Tur.Cr.in d.c.omnes basilicæ.ad secundum. Gul.in rat. lib.1.c.7.Vgo de S.V.lib.2.de sacr.par. 5.c.2. & 3. quia omnia, quæ in visibili ecclesiæ cōsecratione fiūt, figura sunt eorum quæ Deus inuisibiliter in anima operatur,q̄ est viuum Dei templū. 2.Cor.6.vel ad significādum Christū, & ecclesiam: Primò.n.ad dedicationē templi ep̄s inuitabat vicinos ep̄os: vt ait Amb.ep.5.se & Felicem ep̄m ad basilicæ dedicationem à Bassiano inuitatum, & S. Gaudentius ep̄s Brixiæ.tr. de dedic. d. cōuenisse multos ep̄os ad solemnitatē dedicationis ecclesiæ Brixiæ erectæ in honorem reliquiarum sanctorū Ioā.Baptistæ, Andreæ, Lucæ, Thomæ, Geruasij,& Protasij, Celsi,& quadraginta martirum,ad significandum oēs conuenire debere ad Christum

stum in cuius honorem ecclesia erigitur: vt in eius nomine, & virtute salutem consequantur, iuxta id, quiq; terrigenæ, & filij hominũ. Ps. 48. & illud Act. 4. Non est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri. Secũdo loco, Pontifice ecclesia egresso, & diacono intus remanente, & interim accensis duodecim luminaribus, Pótifex aquã cũ sale benedicit, aqua. n. cuius aspersione ecclesia cõsecratur, baptismum significat, quo anima à peccatorũ sordibus abluitur, & templum Deo consecratur: iuxta id Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundã, de qua Io. 3. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: vel quia templum orationib⁹, & sanctis actionibus dedicatur, ad hanc munditiem, & charitatem significãdam, aspergitur aqua, Thus adoletur, & cerei accenduntur, vel iunguntur aquæ, cinis, sal, & vinum, quia quatuor sunt, quæ dæmonem de corde hominis pellunt, effusio s. lachrymarum, quæ per aquam significatur: spiritualis exultatio, quæ per vinum: matura discretio, quæ per sal: & profunda humilitas, quæ per cinerem intelligitur; vel Pótifex aqua, sale, & vino cum hissopo aspergit altare, parietes, & pauimentum templi, vt d. Greg. lib. 9. ep. 71. hissopo mundemur, quæ et est humilis herba, & pectoris purgatiua: timor. n. Dñi est initiũ sapientiæ, & fons vitæ, cui timori sal admiscetur, ne sit insipidus sine spe, & deuotione: q̃ .n. in visibili domo fit, id Deus inuisibiliter in nobis operatur: vt d. Bern. serm. 1. in dedic. eccl. Duodecim cerei, qui accenduntur significant duodecim Apostolos, & Patriarchas: vt d. Rab. lib. 2. de Inst. cler. c. 45. vel q̃ commẽdanda sit lucens apostolica doctrina: vt d. Iuo ser. de sacr. dedic. Tertio loco, Pontifex cum clero, & populo ter circuit ecclesiã eã aspergendo, ad denotãdum, q̃ in aduentu Dñi omnis superbia corruit: vt d. ibi Maurus, sicut ad vocem tubarũ corruerunt muri Iericho. Iosue 6. vel ad denotandum triplicẽ circulũ Christi: primus de cœlo in mũdum: secundus de mundo ad limbum: tertius de limbo ad cœlum: vel q̃ ecclesia illa ad honorem sanctæ Trinitatis consecratur: vel q̃ animus tripliciter Deo cõsecratur per contritionem, cõfessionem, & satisfactionẽ: vel q̃ in ecclesia triplex status saluatur, quò ad aliquos, virginum, continentium, & coniugatorũ: sicut & chorus significat ordinem cõtinentium, corpus coniugatorum, & sacrarium virginũ. Quarto loco, Pontifex cum baculo pastorali ter ostium ecclesiæ percutit, d. Attollite portas principes vestras, ad ostendendũ q̃ ei cœli, terræ, & inferni potestas cedit: vt d. Iuo loco cit. vel quia sacerdoti potestatem suam dignè cõseruanti pars aduersa resistere non valet: vel quia prædicatores potestate à Christo acceptã, corda fidelium pulsant, & ad suscipiendam fidem aperiunt. Quinto loco, Pótifex ecclesiam ingreditur, d. Pax huic domui, q̃ Christus per carnis assumptionem, pacem inter Deũ, & homines iniit. Io. 13. & ideo tertia tñ vice ianuam aperit ad significandum, q̃ nec lex naturæ, nec lex Mosaica, sed tñ status legis gratiæ cœlũ hominibus aperuit. Luc. 22. Sexto loco, Pontifex de sinistro angulo ab oriente eadem virga pastorali in pauimento cinere consperso alphabetum græce, & latine, vsq; in dextrum angulum occidentis, & iterum à dextro angulo orientis, vsq; in sinistrum occidentis describit, quæ descriptio est simplex fidei doctrina, vel eius initia, & rudimenta: iuxta id Heb. 5. cum deberetis esse magni propter tẽpus, rursus indigetis, vt instruamini, quæ sint elementa sermonum Dei: nam sicut paruulis conuenit primò elementa literarum cognoscere, tũ syllabas, post verba, donec paulatim ad cognitionem sententiarum deueniant: sic quidam gradus intellectus sunt in ecclesia Dei; vel q̃ templum dedicatur ad concionandũ, & docẽdam fidem, quæ est fundamentum totius iustitiæ, ideo describitur alphabetum,

phabetum, idq; græce, & latine, quia illis linguis prædicata est fides: & ijs linguis tota ferè ecclesia vtebatur cũ hæ cæremoniæ sunt cõscriptæ, & duæ istæ linguæ laudant Deum: hebraica verò omittitur, quia adhuc silet; sit verò crux de sabulo, & cinere ex transuerso ecclesiæ, super quam crucẽ pulueris alphabetum scribitur in modũ crucis cum baculo pastorali, quia alphabetum super crucem scriptũ tria significat, qa scriptura sancta ex græcis, & latinis literis in modum crucis, repræsentat vnionem in fide Christi, Iudæi populi, & gentilis per Christi crucem factam, exprimit verò formã crucis ductus à sinistro latere oriẽtis in dextrum occidẽtis, ad significandũ crucem, quæ mẽtibus hoĩum per fidẽ euangelicã exprimitur. Et quia fides in Iudæis primò; post ad gentes transijt, & rursus Israel saluabit. Rom. 11. & vnum testamentũ in alio cõtinetur, ideo fiunt hi circuli, ad denotandũ vltimam cõiunctionem vtriusq; populi. Tertiò alphabetum significat articulos fidei quib. rudes instruũtur. Septimo loco, duodecim cruces in pariete pinguntur, & chrismãtur in parietib. ad designãdum duodecim Apostolos, qui primitias Sp.S. accepere, & crucis misterium populis, & gentibus manifestarunt; vel pinguntur, & chrismantur, primò in dæmonum terrorem, vt inde dæmones crucis signo territi aufugiant, timentes baculum quo plagã accepere: Secũdò ad denotandũ Christi triumphum, q̃ est crux, cum locus Deo dicetur, sicut & cum ciuitas capitur, imperiale signum ibi ponitur. Tertiò, vt fideles eas videntes ad memoriam sibi reducant Christi passionem, qui ecclesiam suam consecrauit. Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum; Oleo verò inungitur, quia ecclesia non est cõis domus, & oleum est nobilissimũ, vt q̃ omnibus supereminet, & penetrat, sanat, ac roborat, & decoras res reddit, ideo ad significandum cõsecrationem, eo vtitur ecclesia. Vltimo loco, post chrismationẽ altaris, altare & ecclesia ornãtur, & lãpades accendũtur, & Pontifex mutatis vestibus inchoat Missam, ex decreto Euaristi in d.c. oẽs basilicę. & Vigilij. c. de fabrica. de cons. d. 1. imitando Pontificem legalem, qui in lineis vestibus expiabat sanctuarium, & post lotus in Pontificalibus arietem in holocaustũ offerebat: & Introitus Missæ. d. Terribilis est locus iste, sumpt⁹ ex Gen. 28. quia ecclesia est terribilis dæmonib. Cant. 6. & legitur epist. Apocalipsis. Vidi sanctam Hierusalẽ, & in fi. Ecce noua facio omnia, quia per ecclesiæ consecrationem significatur innouatio, quam habebimus in futurum. Ps. 102. & legitur euang. de Zacchæo, qa ibi dr, hodie salus huic domui est facta; quæ tñ Missa non est de substãtia consecrationis. Tur. Cr. in d.c. oẽs basilicæ. D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 6. in princ. & si eps est impeditus potest per aliũ celebrare, & Missa cantari, epo mandante. Tur. Cr. in c. de fabrica. ead. dist. Nõ ob id tñ consecratur ecclesia, altaria, & hmõi, q̃ gratiæ sint capacia, sed qa quandam spiritualem virtutem adipiscuntur, vt .s. humana deuotio inde excitetur, & homines fiant ad diuina paratiores, nisi illorum irreuerentia virtutem illam impediat: vt hr 2. Machab. 3. & hæc cõsecrata habent quandam instrumẽtalem virtutẽ, non q̃ sit qualitas distincta, sed q̃ per consecrationem dedicantur, vt sint instrumenta Dei, quibus ipse aliter deuotionẽ nostram excitat, ac si non essent cõsecrata, & propitius nos ibi audit, vt de templo Salomonis legitur. 3. Reg. 8. & est quodãmodo simile de aqua baptismi, quia sicut illa per intentionem sacerdotis fit instrumentum Dei ad faciendum hoĩem Deo gratum, ita per consecrationem fiunt templa, & vasa instrumenta Dei ad excitandum nostram deuotionem; vnde probabiliter credit D. Tho. per ingressum ecclesiæ remitti venialia, sicut per aspersionẽ aquæ benedictæ. Vnde ea rõne dicit consecrationem ecclesiæ vasorum, & vestium non iterari, quia consecratio

est

est indelebilis.c.ecclesijs. de cons.d.1. & Iginius Papa in c.ligna. ead dist. d, q ligna ecclesiæ dedicata ad aliū vsū non iungantur, nisi ad aliam ecclesiā, vel igne cōburantur, vel ad vsum monasterij applicentur, non aūt laicorū. & Clem.in c.altaris.ead.dist.d q altaris palla candelabrum, & velum vetusta, comburantur, & cineres in baptisterio, pariete, vel fossis pauimenti iaciantur, nè conculcentur; & Sixtus in ca.sancta.ead d. vetat ne sacra vasa ab alijs, q̃ consecratis hominibus contrectentur; & Stephanus Papa in c.vestimenta.ibi d. q vestimenta ecclesiastica alijs vsibus, q̃ ecclesiasticis non applicētur. Non tñ est mortale prædicta tangere, si absit cōtemptus, secus si in prophanis vsib. quis ijs vteretur, vt calice in mēsa, corporali in strophiolo, & hmōi, vt d.D.Th.d.art.3.ad tertiū. & Sot.ibi argum. tertio.

Ecclesia à solo epo consecrat. Porrò ecclesiam solus eps cōsecrat, vel altaria.c.nullus. ca.nemo.de cons. d.1.c.perlectis.25.dist ca.aqua.de cōs. eccl. D.Th.3.p.d.q.art.1.ad quartum.

Ecclesia qn̄ reconsecranda, vel reconciliãda. Contingit verò, vt ecclesia qnq̄ue egeat reconsecratione, qnq; reconciliatione; primum debet fieri in pluribus casibus: primò, si ignoretur an ecclesia fuerit consecrata, vel dubitatur an fuerit eps qui consecrauit, quia solus Pontifex, vt supra, ecclesias vel altaria potest consecrare.d.c.nullus.vbi Tur.Cr.de cons.dist.1. q si ignoretur dies consecrationis, celebretur qn̄ celebratur in cathedrali, & si id ignoretur, eps, & clerici illius ecclesiæ eligāt diem quo debet celebrari, qui dies semper debet inscribi ī lapide aliquo in ecclesia siro, & vlterius in archiuio ecclesiæ & epali asseruari, & celebrari solemniter.c.pronunciandū. de cons. d 3.& præsumitur ecclesia consecrata qn̄ apparet scriptura aliqua de hoc, vel instrumenta dotationis. Tur.Cre. in c.solemnitates.de cons.d.1.

Secundò, reconsecratur, qn̄ ecclesia sic comburitur, q parietes sunt cōbusti, vel diruti, vel notabiliter decrustati in toto, vel in parte maiori.c.ecclesijs. ead.dist. secus si solum tectum sit exustum.arg ca.ligneis. extra de consecr. eccl. vel alt.

Tertiò, reconsecratur, si tota ecclesia est diruta, vel decrustata.Tur.Cre. in c.ecclesiæ.de cons.d.1.

Quartò, reconsecratur, si sit consecrata à notorio excōicato. Abb.in ca. consuluisti.de consec.eccl. q intelligi debet de notorio per percussionē clerici, vel denūciato excommunicato, cum tales sint vitandi, alij nō. ex Concil.Constant.de quo alibi.

Quintò, recōsecratur, qn̄ paganus in ea sepelitur, quo casu nō solum est ecclesia reconsecranda, sed ēt parietes abradendi.cap.ecclesiam.1.& 2.de cons.d.1. Si verò parietes oēs ēt renouentur nō est recōsecranda, vel reconciliãda. Nau.in Man.c.17.n.252.253.

Secundo loco, ecclesia reconciliat: primò, ob sanguinis effusionem in ea factā, q intelligitur primò, q sanguinis effusio sit enormis, secus si modica, vt si quis cum contendit cū aliquo facto in eum impetu, offendat in nares eius vel eū vngue excariet, & inde aliquantulum sanguinis effluxit, maximè si is non habet propositum effundendi sanguinem.c.reuertimini. 16.q.1.gl.in c. cum illorū.de sent.excom.dr sanguis, quia non sufficit percussio.quæ nō sit mortifera sine sanguinis effusione, vt si quis carnes contundat, vel ossa frangat, secus si quis ibi suspēdatur, vel suffocetur ēt sine sanguinis effusione ob horrorem facti: vt d.Abb.in c.proposuisti. de cons.eccl. Tur.Cr.in c.ecclesijs.de cons.d.1.Id verò intelligitur de iniuriosa occisione, vel effusione, ad excludendum casum qn̄ per nares, vel os sponte defluit, vel qn̄ fit lapsu, vel ictu lapidis, aut tegulæ desuper casu cadentis, vt d.gl.in c.1.de cons.eccles. Item ad excludēdum cum fit ob iustā defensionem: vt d. Abb.in d.ca.proposuisti. quia tunc effusio est præter intentionem, cum intēdatur solum defensio: & ideo debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. Clem.1. de homic.Item ad excludendum cum fit ludo,

ludo,vel ioco:vt d.Spec.de dedic.eccl. col.9.ꝙ intelligitur de ludo honesto, & licito,vt repræsentatione,non verò de illicito,qui nõ potest fieri in ecclesia. arg.c.lator.de homic. Item ad excludendam effusionem factam per furiosum: vt d.Arch.in d.c.1. vel puerũ vsu rationis carentem. Id ẽt est intelligendum de effusione facta per percussionem in ecclesia illatam:vnde si vulnus sit illatum extra ecclesiam, & effusio facta in ecclesia, non est reconcilianda,secus ècõuerso; si percussio sit facta in ecclesia, & effusio extra, vt si vase sanguis excipitur,ne in terrã cadat,quia adhuc est polluta; & idem si telo extra ecclesiam quis in ecclesia percutiatur; secus ècõuerso: Dr intra ecclesiam, quia si super tectũ ecclesiæ quis occidatur, nõ vr reconciliãda: & idem si in cauam, vel speluncam sub ecclesia: vt d.Arch.in d.c.1.de eccl.ædif. Et si quis sanæ mẽtis seipsũ vulneret, vel occidat est reconcilianda:ita Abb. in c.proposuisti. extra de cons.eccles. Tur.Cr.in c.ecclesijs.ad secundum.& tertium. de cõs.d.1. Nau.in Man.c.27. num.251. Si verò martir ibi occidatur est adhuc polluta:vt d.Tur.Cre.in c.si motum.ad secundũ.de cons.d.1.Quia licet passio martiris sit Deo grata, actio tñ est mala;prædicta verò intelligitur si pollutio sit publica, quia si est secreta non est reconcilianda: vt d.gl. in c.1.de consec.eccl.vel alt.in 6. vnde fieri potest, vt effusio, vel pollutio facta iam octo dies duobus præsentib⁹, & tacentibus non requireret reconciliationem,& nũc egeat ob casus diuulgationem. Nau.ibi in fin.

Secundò,polluitur ecclesia per effusionem seminis humani in ea factam, dr humanum,quia sufficit,ꝙ sit alicuius viri,vel mulieris: laici,vel clerici, & infidelis,iuxta,cõtra,vel pręter naturam effusum ẽt coniugaliter: iuxta gl.in c.1.eo.in 6.Si verò longo tẽpore ibi coniuges obsideãtur:tenet Siluest. eo casu non pollui, in verbo consecratio.2.§.3.contrariũ tñ tenet Nau.& bene.c.27.nu.252. testãs de cõi.Qui idẽ sentit si modica sit humectatio seminis,vel in somnis emissio. Nec ẽt procedit si pollutio sit occulta: vt d.Ioan. Aud.in c.1.eo.in 6.ita Nau.d.loco.nu. 252. Tur.Cr.in d.c.ecclesijs. art.3.4.5. de cons.d.1. Silu. consecratio.2.§.3.& Abb.in c.si ecclesia. extra eo.

Tertiò, polluitur si in ea sepeliatur excõicatus. c.consuluisti.extra eod.Et ecclesia si polluatur, & non sit consecrata adhuc est reconcilianda, sed nõ requirit tantã solemnitatẽ: vt d.Abb. in d.c.1. extra eo. Cœmeterium verò si est ecclesiæ contiguũ polluta ecclesia censetur pollutum, nõ èconuerso; secus si non est cõtiguum ecclesiæ, & si duo cœmeteria sint contigua pariete intermedio ẽt si ostium de vno ad aliud ducat, vno polluto, nõ polluitur aliud:ita decidit in c.1.eo.in 6.Si verò pollutio fiat in ecclesiæ ianua,vel cœmeterij, si iniuria sit intra clausuram ostij versus ecclesiã erit polluta; secus si in parte extra clausuram. Silu.cœmeterium.nu.2.& 3. & eo modo cœmeterium polluitur,quo ecclesiæ: vt si ibi infidelis, vel excõicatus sepelitur. d.c. consuluisti.hac tñ dñia,ꝙ vbi paganus sepelitur est reconsecrandũ, vt supra de ecclesia est dictum: si verò solũ excõicatus est tm̃ reconciliandũ;itẽ polluitur per seminis,vel sanguinis effusionem;vbi cœmeteriũ est consecrandum, corpora hæreticorum, excõicatorum, & infidelium debent eijci, & parietes,ac ligna radi.c.ecclesiam.de cons.d.1. Si verò est recõciliandum, similiter corpora illa debent eijci, si pñt discerni,nõ tñ ligna radi. Silu.ibi.

Ecclesia verò polluta potest per solum epm reconciliari, cũ eps nõ possit delegare ea quæ sunt ordinis epalis, potest tñ de licentia Papæ reconciliari per simplicem sacerdotem, aqua prius per epm benedicta. ca.aqua. vbi Abb.de cons.eccl. Silu.consecratio. & debet expensa fieri ab eo, qui fuit causa effusionis:vt d.Abb.in d.c.proposuisti. Si verò nescitur quis fuerit, vel nõ sit soluendo; tunc recurrẽdum est ad statutum,vel cõsuetudinem ecclesiæ, Ecclesia polluta à quo possit recõciliari

quibus

quibus deficientibus Rector ecclesię, & parochiani debent procurare expensas epo. Abb. in d. ca. proposuisti. q̃ si ecclesia non sit consecrata, sed tm̃ dedicata, sufficit q̃ à sacerdote cum aqua benedicta recõcilietur: vt d. Sot. 4. sent. d. 13. q. 2. ar. 3. vbi d. & consulto ab aliquibus non consecrari, ne dum polluantur, sit expectanda epi reconciliatio, & ecclesia polluta est pollutũ altare: si verò sit reconsecranda, nõ est reconsecrandum altare, nec ècõuerso. c. ad hæc. vbi Abb. de cons. eccl.

Qui verò ĩ ecclesia pollnta anre reconciliationem celebrat, vel diuina peragit, est suspensus ab ingressu ecclesiæ. c. epõrum. de priuil. in 6. & si ea suspensione durante diuinis se immiscuerit, sit irregularis. c. is qui. primo resp de senté. excom. in 6. Propriè tñ ecclesia non polluitur, quæ. n. sunt sancta coinquinari non possunt. c. si. 15. q. si. sed ob hominum opinionem qui eã polluunt; & ideo reconciliatur, vt videntes laici ecclesiam reconciliari, q̃ non peccauit, quanto magis pro lauatione peccatorum sit laborandum: ita gl. in c. vni. de cons. eccl. in 6.

De reuerenti in Ecclesiis conuersatione. Cap. VIII.

Ecclesia adeunda freq̃nter, & quare.

Cvm ecclesia domus sit Dei. Matt. 21. & locus vbi diuinæ laudes concinnuntur, sancta sacra percipiũtur, & diuina beneficia præstanť, ex dictis supra; merito frequenter est adeũda, vt ad locum in quo diuina gratia copiosè distribuitur. Vnde S. Clem. libr. 2. Cõst. Ap. can. 63. Mandat epos monere populum, vt ecclesiam quotidiè frequentet mane recitando Ps. 62. Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. & vesperi Ps. 140. Dñe clamaui ad te exaudi me: intende voci meæ cũ clamauero ad te. subijciens cap. 64. Etenim si gentes quotidiè cum è somno surrexerint, ad idola properant colẽda, & ante opus actionemq́; oẽm eis primũ preces adhibent, & infra; tu qua excusatione vteris cum Deo, qui ab ecclesia absens es, qui ne gentes quidẽ imitaris? imo quia abes, ideo te desidiæ dedis, aut apostasiæ, aut maleficio. & Amb serm. 33. An putatis illum ieiunare, qui primò diluculo nõ ad ecclesiam vigilat, non beatorum sancta loca perquirit, sed surgens congregat seruulos, disponit retia, canes producit, siluasq́; perlustrat? Idem Hier. Sophon. 2. reprehendit eos, qui diuitijs intendunt, & ad ecclesiam raro, vel nunquam accedũt. & Bas. hom. in Ps. 28. & S. Maximus. de eccl. mistag. c. 25. Hortatur fideles assiduos esse ecclesiæ propter Angelos, qui in ea permanẽt; & eos, qui ingrediũtur semper describunt, & Deo aperiunt, & pro eis orationes faciũt. Vnde & Angeli ecclesiæ præsides dicuntur à Naz. orat. 32. Hieron. in 1. ad Cor. 11. Ideo ecclesia frequentanda: vt & Chris. suadet ofone, de non contemnenda ecclesia Dei.

In Ecclesijs qualiter manẽdum, & q̃ ibi vitãda.

Cum ẽt ecclesia sit aula summi regis in qua venia peccatorũ percipi potest; par est vt eam adituri peccata cõmissa memoria recolant ea detestantes, & de illis contritionem suscipientes, vt ecclesiam ingressi aqua lustrali perfusi, venialium remissionem, quæ sine remissione mortalium haberi nõ potest, consequi mereantur, necnon maxima cum reuerentia in ea manendum est, & curandum, vt nil indignũ eo loco peragatur: vt ait Chris. homil. 15. in ep. ad Heb. In aulam regiam intraturus, habitu, oculis, incessu, cunctisq́; alijs te componis, & adornas: in ecclesia verò ingressurus vbi verè est aula regis, talis qualis cœlestis, rides? & hom. 52. in Matt. Eos reprehendit, qui in ecclesiam ingressuri vidẽt q̃uo lotis manibus, & mundis vestibus accedunt, q̃uo verò animam suam purã Deo offerant, non curant, cũ & ecclesia plena sit incorporeis virtutibus. vt idem d. hom. 15. ad Heb. & Hier. adu. Vigil. Qñ iratus fuero, & aliquid mali in animo meo cogitauero, & me nocturnum phãtasma deluserit, basilicas Martirum intrare nõ audeo, ita totus

& animo,

& animo, & corpore cōtremiſco, qui tū eccleſiā intrāt, vt ibi Deū pro commiſſis peccatis exorent, ea deteſtantes, bene agunt, & non qui vt Deum exacerbent: vt d. Saluian. lib. 3. de prouid. & Chriſ. hom. de nō contemnenda eccleſia Dei. Porrò eccleſiā ingreſſuri curas huius ſeculi oēs deponere debent, omnemq; cogitationē, & animi motum ad Dei cultū conuertere.

Vnde ad eccleſiarū ingreſſum humilis acceſſus eſſe debet, & conuerſatio in eis deuota, & ſancta, cum adſit ibi pretiū Redemptoris N. D. Ieſu Chriſti, in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacro, coram quo Angeli aſſiſtunt illud adorātes maximè hora ſacrificij, vt ſupra eſt dictū: diuina gratia ibi inſtrumentaliter per ſacra percipiatur, in cōi Deus oretur pro neceſſitatib⁹ corporeis, & ſpiritualibus: & populus fidelis legem Dei ibi edoceatur. Vnde eā ingreſſi corpora humi ſternere debent: vt d. Saluian. li. 7. de prouid. ad domos ſtatim dñicas currimus, corpora humi ſternimus, mixtis cū fletu gaudijs ſupplicamus, maximè genib. flexis ibi ſanctiſſimū ſacrm adorantes. Secūdò, ibi orare debent, & pſallere: vt d. Cæſarius Arelatē. ſerm. 12. Rogo vos fratres, & admoneo, venientes ad eccleſiam, hoc ſolum agite, ꝙ eccleſiæ competit .i. aut orare, aut pſallere, aut orando pſallite. Tertiò, ſilentium ſeruare debent, & neminem alloqui. ex Nazat. in orat. 9. in laudem patris ſui. vbi commēdat Nonnam matrem, ꝙ in ſacris conuentibus, & locis, nunquā illius vox ſit audita, exceptis neceſſarijs, & miſticis .i. quæ à plebe, ad ea ꝗ à ſacerdotibus pronunciata ſunt, aptè accinuntur. & Chriſ. hom. 38. ad pop. Templis omne ſilentium debetur: & Amal. lib. 3. de virginib. An quidquam indignius eſt, ꝗ oracula diuina circūſtrepi ne audiantur, ne credantur, ne reuelētur, circumſonari ſacra, confuſis vocibus, vt impediatur oratio pro ſalute deprompta oīum? vbi & exemplum pueri profert, qui Alexandro ſacrificante Macedonum rege, lumē ei accendēs, & igne brachio eius inſixo, paſſus eſt corpus comburi, nec dolorem gemitu prodidit, tanti is diſciplinam fecit, ſubijciens. Et tu in miniſterio Dei gemitus, tuſſes, excreatus, tiſus omitte; quo loco ēt exemplum ſubijcit ſacerdotis, qui dum in eccleſia ſacrum faceret, & ranæ ibi proximæ obſtreperent, ijſq; præcipiſſet vt ſilerent, ſtatim quieuiſſe. & Aug. ſer. 215. de Tpe: In eccleſia ſtantes nolite verboſari, ſed lectiones diuinas patiēter audite: qui.n. in eccleſia verboſari voluerit, & pro ſe, & ꝓ alijs redditurus eſt rationem, dum verbū Dei, nec ipſe audit, nec alios audire permittit: & Baſ. in Pſ. 28. d. Oēs creaturas Deum laudare, vel voce, vel geſtis, vel aliqua ſignificatione, & hoīes eccleſias adire, quaſi aliquid commodi inde allaturi, cum nec accommodent auditū verbo, nec peccati dolore corripiant, nec metu Dei iudicij afficiantur, & domū orationis in locū effuſiſſimæ loquacitatis vertāt. Vnde Clem. lib. 8. Conſt. c. 11. d. Diaconos conſueuiſſe inambulare templum, & videre viros, ac mulieres, ne quis ſtrepitus fieret, nutuſve, vel muſſitaret aliquis, aut dormitaret; & Turcæ grauiter puniunt in loco orationis errantes, eos per vrbem ducentes cum caudis vulpis collo appenſis, & pecunia mulctādo eoſdem, teſte Cuſpiniano. li. de Turcarū orig. Tertiò, mulieres capite velato eccleſiam ingredi debēt propter Angelos: vt d. Hier. in c. 52. Iſ. & 11. Ezech. & ep. 17. ꝙ nonnulli ex patribus intelligūt, ideſt propter ſacerdotes.

Et cum Dei domum deceat ſanctitudo Pſal. 92. Et pauendum ſit ad ſanctuarium Dei. Leuit. 26. & ob id Iudas & fratres Machabæi videntes templū prophanatū ſciderint veſtimēta ſua, & plorarint plāctu magno, & deuictis hoſtibus aſcēderint mundare ſancta, & renouare. 1. Mach 4. & Dñs noſter flagello eiecerit è tēplo illud prophanantes. Marc. 11. Iccirco diligenter oc currendum eſt ne in eccleſia, maximè tpe diuinorum, cōfabulationes, & deambula-

ambulationes fiant,& strepitus,& vana,ludi theatrales,laruarum ludibria & spectacula. c.2.de immun.eccl.in 6. Conc.Tr.sess.22. de euit. & obs. Bulla Pij V.incip. Cum primũ c.cum decorem. de vita,& hon. cler. c.cantantes. d.92.c.nullus. de cõs.d.5. Conc.Afric. sub Bonif.c.27. Conc.Basil.de spectaculis in ecclesia non faciendis. & maximè ab impudicis mulierũ aspectib. cauendum, vt ait Chris.hom.24.in acta Ap. Quæ in ecclesia geruntur? verum hoc infelici seculo ea est quorundam dissoluta licentia, vt in sacrosanctis ecclesijs nihil præter deambulationes,sermones ludicros, aut rerum colloquia leuiorum agant, nonnulli, dolenter refero, mulieres illic libidinis causa prosequuntur, obscenisque ac inhonestis verbis, & signis vtũtur, & hom.74.in c.23. Matt. in opere imperfecto,non miraris,non vndiq; fulmina deferri, non oĩa funditus euerti,prostibulum tibi vr̃ ecclesia,& foro ignobilior?nam & hic ẽt erubescis,& times ne quis te videat mulierem sequi, oportebat vos interno pariete à mulieribus separari, ꝙ quia nõ vultis animo,patres nostri saltem ligneis parietibus secreuerunt.& homil.de non contemnenda ecclesia Dei;Quid agis ò homo in ecclesia stãs,formas mulierum contemplaris, non perhorrescis templum Dei tanta afficere iniuria? lupanar tibi vr̃ ecclesia, & foro despicabilior?nam in foro erubescis mulierem videri contemplari,in templo verò Dei,ipso tecum loquente,talia audes?& hom.36.in 1.ad Cor. neq; tonstrina, aut taberna vnguentaria est ecclesia Dei,aut officina forensis, est locus Angelorum, locus Archangelorũ, regia cœli,cœlũ ipsum,ecclesia.n.non disceptãdi,sed loquendi locus est. Nõ debent ẽt ibi fieri commessationes,ludi haberi,seditiones, conuentus prophani, vel alij defectus. d.44.per tot. d.c.cum decorem. Conc.Laodic.can. 28.c.non oportet.42.d. Trull.Sin.can. 74.Afric tpe Bonif.c.27. Antisiod.c.1. & clericis ẽt vetatur in ecclesijs conuiuari.ex Concil.Cartag. c.45.c.nulli. 42.d. Nec in ecclesia sternantur,dormitiones, vel vigiliæ habeantur ẽt in festis sanctorum earũ .c.non oportet. 42.d. ẽt si vir,& vxor ibi dormiant, ẽt si per longum tẽpus ibi maneãt, ne sic ecclesia polluatur: vt d.Nau.in Man.c. 16.nu.23. Cum nec ibi fieri debeãt opera necessaria naturę.c.diffiniuit.17. q.4. Nemo ẽt altaribus, vel vasi aquæ benedictæ hæreat, chorumve ingrediatur si laicus sit.ca. vt laici. de vit.& hon.cle. qui tñ laici mares,& fœminæ possunt ingredi chorum ad cõicandũ, & orandum in cõi; sic tñ, vt fœminæ à viris seiunctæ sint.d.c.in fin. alio verò tpe laicis ibi manere non licet, maximè tpe diuinorum: vt ibi d.gl.Nec cũ armis hastatis, tormentisve, nisi principis minister sit, vel volucrib.& hmõi ecclesiam ingrediatur; nec cum ijsdẽ in foribus atrio ve consistat. ex Conc. Prou.Med.1.p.2.tit.de eccl.& earũ cultu. Nec in ecclesijs reponãtur grana, vasa vinaria, nisi tpe belli,sic vt statim inde auferãtur periculo amoto, ligna & hmõi. c.2. de cust. Euch. Nec in ea grammatica edoceatur, nisi epi concessu cũ domus est angusta,idq; diebus tñ ferialib⁹; corpora quoq; occisorũ ibi à iudice seculari non inspiciantur, conuentus ibi seculares nõ habeant, licet spũales,& ecclesiastici possint, & qui ad Dei cultũ, religionẽ, operasve eleemosinarũ cõgregant, quales sunt confraternitates spirituales, quæ sunt approbatæ. c.si qui clericorũ. 11.q.1. vbi gl.c.sanè.16.q.7.& d.ca.cum decorem.vbi & repræsentari possunt actus vitæ Christi,& Sanctorum:vt ibi d.gl. sic vt id fiat de licentia epi, qui prius videat vt nil indecens ibi habeatur,& ideo non nisi maturè id concedatur ob abusus, qui ibi fieri solẽt, & satius sit ea prædicatione explicare. ex Cõc. 1.Prou.Med.tit. De Actionibus,& repræsentationibus; conuentus tñ clericorum ad opera secularia ibi fieri vetita sunt.c.decet.de immu.eccl.c.cum ex iniuncto.de hæret.c.1.de mag.Viri in ecclesia segregati à mulieribus maneant,

neant, & habitu corporis congruo, vt cũ pallio, nisi paupertas vrgeat, & plumis amotis, ac inanibus ornamẽtis, ꝙ item fœminæ præstent, fucis amotis; & vtriq; genuflexi, Missæ, præterquã dum euangelium legitur, semper assistant, contra altare maius non sedentes; Nullus etiã in ecclesia mendicet, sed in foribus cõsistat de e͞pi licentia, quęstuarijs omnino eliminatis. ex Cõcil. Trid. sess. 21. c. 9. In ecclesijs etiam, vel earum atrijs, vel cœmeterijs, contractus, vel mercatus priuati non fiãt, nec nundinæ iussu principis, emptiones, & venditiones, nisi ad vsum ecclesiæ, vel sacrificij. Matt. 21. & Chrisost. hom. 36. in ep. ad Corint. Causæ quoque ciuiles, vel criminales ibi non audiantur, nec iudicia, aut arbitria fiãt. c. nulli. 42. d. c. & hæc. 16. q. 7. c. 1. c. decer. c. cũ ecclesijs. de immu. eccle. Abb. & Dec. in c. qua frõte. de app. Paul. de Visit. p. 1. q. 7. n. 58. Nau. de Orat. c. 5 ꝑter iudicia, q̃ causa hæresis pronũciatur: vt d. Nau. d. c. 5. dicẽs: sic Romæ seruari. Nec ibi proclamata fiant, nec ẽt ecclesiæ incastellari debẽt, nisi ingruente necessitate, cũ timor est ne mali bonos lædant tp̄e belli. c. sanctorũ 10. q. 1. sic tñ, vt cultus diuinus non impediatur, nec transitus per eã fiat, & minus lædatur q̃ fieri possit ipsa ecclesia, & longe ab altarib. id fiat. Abb. in c. cũ ecclesia. de immun. eccle. amotis inde quoq; sonis cãtibusve prophanis in diuinis. ex Conc. Tr. sess. 22. de euit. & alijs de quib. sup. & dixi ir. de stat. ep. c. 6. nu. 14. ver. 7. & c. 7. n. 14. ita vt omni religione, & sanctitate, vt domum, & aulam regiã, eam quisq; vẽneretur.

De immunitate Ecclesiæ conseruanda. Cap. IX.

Ecclesia gaudet immunitate, vt ad eam confugiẽtes sint tuti, & quare, cũ ampliatiõib⁹.

CVm ad reuerentiam ecclesiæ pertineat, vt ad eã confugiẽtes, tanquã ad domũ Dei, tuti sint, & inde inuiti non extrahanẽ, ideo piè & sanctè cõstitutum est à sacris canonib. vt ad ecclesias confugiens inde inuitus nõ extrahatur. c. præsertim. ca. miror. c. reū. c. cõstituit. c. frater. 17. q. 4. c. inter aliã. c. pen. c. fi. de immu. eccl. l. 2. 3. & l. præsenti. C. de his, qui ad ecclesiãs; sic & olim erant ciuitates quædam ad quas homicidæ refugientes, & alij malefactores tuti erant. Num. 35. Deuter. 19. Exo. 21. Licet leges illæ tanquam iudiciales, vt tales, modo vim nõ habeant, nec inductum id sit iure naturali, vel diuino positiuo: vt d. Couar. var. resol. c. 20. nu. 2. tradit etiam Pausanias idẽ seruatum apud Corinthios de tẽplo Hebe Deæ, & idem erat de templo Apollinis, vt tradit Virg. libr. 4. Aeneid. Sic erant asyla apud ethnicos ad quæ confugientes tuti erant: vt d. Aug. lib. 1. ciu. c. 24. Liu. li. 1. 36. Halicarnasseus. lib. 2. Strabo. lib. 5. & alij. & violare ecclesiæ immunitatem crimen est læsæ maiestatis. l. 2. C. de ijs, qui ad eccl. cõfug. & idem statuit Agesilaus in græcorum secta, vt ait Aemil. Probus in Agesilao: vnde & ecclesia dr̄ asylon .i. sine prædatione, quia eo illatũ violari est nefas, & Suidas in Eutropio profert exemplum, ꝙ cum Eutropius Arcadij Imperatoris cubicularius facinorosus homo legẽ tulisset, ꝙ ad templa confugientes comprehenderenẽ, mox Imperatore in eum accẽso, ipse ad ecclesiã confugiens, iuxta eiusdem legẽ, inde est extractus, & capite truncatus: vt ait & Niceph. li. 18. c. 4. & immunitatis eiusdem violator priuatur ingressu omnium ecclesiarum, & excommunicatur. c. frater. c. nullus. c. si quis. c. diffiniuit. 17. q. 4. & Niceph. lib. 14 cap. 32 aliud miraculum violatoris ecclesiasticæ immunitatis profert.

Hac verò immunitate gaudent oẽs ecclesiæ ẽt nõ consecratę, capellæ, eremitoria, oratoria pro Missa dicẽda, authoritate e͞pi constructa, sine qua destrui nõ possunt. c. ecclesiæ vbi oẽs. de immu. eccl. ẽt si ibi adhuc non sit celebratum, vt d. Imol. in cl. j. eo in quo tñ est standum consuetudini, vt d. Abb. in d. c. ecclesiæ, & matrix gaudet hac immunitate ꝑ quadraginta passus cir

ca eã, aliæ ecclesiæ per triginta.c.sicut antiquitus.17.q.4. Passus verò cõtinet tres pedes.l.3.ff.de verb.sign.licet hoc cõsuetudo nõ admittat maximè intra muros ciuitatis ab loci angustiã. c.qsquis.17.q.4.vbi Arch.Idem de cœmeterijs,vel contiguis ecclesiæ,vel separatis, d.ca.quisquis. & de dormitorio clericorũ cõi,& religiosorũ arg.ca.cũ pro causa.de sent.excõmu. & ianua ac porticus,vel atriũ ecclesiæ,aut cœmeterio adnexæ.ca.si quis contumax.17. q.4. & claustrũ ét & pauimentũ, licet extendatur vltra triginta passus. Domus epi etiã ab ecclesia seiuncta.ca.id constituimus.17.q.4. Doct.in ca.inter alia.de immu.eccl. Domus ét ad habitationem clericorũ intra triginta,vel quadraginta passus constructæ, aliàs non,nisi sint alicui capellæ adnexę,licet consuetudo id non seruet, quò ad spatia circunstantia, nisi quò ad fines cœmeterij, graduũ, portarũ ecclesiæ, & claustrorũ:vt d.Nau.c.25.nu.18.Hospitale ét authoritate epi constructũ; Abb.in c.pen.de immu.eccl.presbiter dum defert sanctissimã Eucharistiam: omnes in c.sanè.de celeb.miss.Cardinales ex consuetudine, Imperator, reges,& eorum regiæ, vt ibi d.Nau.& Greg.Tolos.Sintag.Iur.lib.33. cap.21. in fi. vbi profert multa exempla eorũ qui ad aulas regum confugientes, incolumes seruati sunt.

Ampliatur, vt procedat ét si ecclesia sit interdicta, vt dicunt prædicti. Secundò, ampliatur, vt etiã excõicati gaudeant hac immunitate.Henr.in c. vlt.de imm.eccl.& idem de iterdictis, & suspensis, omnes in cle.j.de pœnit. Tertiò,ampliatur ét in fugiente illuc ob debita. Abb.ĩ d.c.ĩter alia, vbi oẽs, & ét serui eo cõfugientes ob delicta, quæ à iure ét grauissimè puniri possunt, vel ob sæuitiam dñi, aliàs non, sed debent restitui dño præstita salté iuratoria cautione, vt nõ sæuiatur in eos.Quartò,ampliatur,vt procedat etiam in bannitis, etiã qui impunè occidi possunt; sic.n. confugientes tuti sunt, & obligati ad rationes reddendas, & mercatores qui decoxere, vel fidem fregerunt, vel transfugi ad hostes: vt d.Nau.d.c.25.nu.19. Quintò, ampliatur,quò ad raptores virginum. Abb.& alij in d.c.inter alia.Sextò,ampliatur,etiam quò ad clericos, vt illuc cõfugientes à iudice ecclesiastico inde extrahi non possint: vt d.Couar.d. c.20.nu.16. Septimò, ampliatur,vt etiam fugiẽs ad ecclesiam quem iudex prosequitur cursu, & aspectu, si illam ingrediatur tutus sit: vt d. Henr.in c. vlt.de immun.eccle. & idem procedit in eo,qui à manu familiæ iudicis se liberans, vel è carceribus etiam fractis ad ecclesiam confugit:vt d.Couar.d.c. nu.13.ver.17.18. saltem vt ex illo delicto corporaliter non possit puniri: vt ibi d.Couarru.& etiam si iurauerit redire; sic.n.extrahi non potest,vt dicunt prædictis; & idẽ de eo qui per ecclesiã à familia iudicis ducitur per ecclesiam ad carcerẽ, & etiam si per eã duceretur ad vltimum supplicium: vt d.Nau. d.c.25.num.19.ver.3. Octauò ampliatur, etiam si quis furtum extra ecclesiam commiserit, & intra ecclesiam id tulerit, adhuc enim tutus est, licet tunc res furata eĩ auferri possit: vt d.Couar.d.ca.20.num.15.ver.28.& idem de eo qui fugiens ad ecclesiam eam clausam inueniens portæ hæret. vt d.Couar.ibi nu.18. & idẽ de eo qui illuc confugit tempore belli,nisi eam incastellauit, & inde pugnauit. arg.c. si.de immu.eccl.ꝙ intelligitur si iniustè id fecit, si enim iustè, secus, iuxta dicta.§.præcedenti. in fi.

Declarãtur verò prædicta,vt confugiens ad ecclesiam ibi nõ possit compedibꝰ ligari, ne liberè fugere possit, aliàs læderetur ecclesiastica libertas, vt d.Couar.ibid.n.17. Secundò,declaratur,vt ecclesia obsideri non possit, sic vt ad eam confugientibus victus, & vestitus non deferantur,aliàs enim ecclesiastica immunitas læderetur: vt d.idem ibi d.num.17.ver.31. sicut & si existẽs in ecclesia per vestem eius extensam caperetur, & extra eam duceretur: vt d.idem d. num.18. ver.33.

Tertiò declaratur, vt ad ecclesiam cõfugiens si habet in bonis, de proprijs se sustentet, vel manibus sibi victum quærat, vel in subsidium ecclesia, vt pauperem illum alat, vt d.Abb.in d.c. inter alia; & si ecclesiam deceperit dicens se non habere in bonis tenetur ad restitutionem, vt videtur sentire D.Tho.quodlib. 5.art.17. Quartò, declaratur, vt Rector ecclesiæ non possit talem cõcedere iudici seculari, vel ecclesiastico petenti, nisi accepta idonea cautione, ꝙ de illo delicto corporaliter non puniatur; sic enim puniri non poterit, nec inuitus inde extrahi, etiam si ecclesiam exeat, quia ex quo semel confugit ad ecclesiam non potest de illo maleficio corporaliter puniri. gl.in cap.reum. 17.q.4.sicut & potest exire ad debita naturæ exequẽda, dummodo non accedat ad alienas ædes.c.diffiniuit.7.q.4. Quintò, declaratur, vt violans immunitatem ecclesiasticam crimẽ læsę maiestatis incurrat, vltimo supplicio puniendus. l.2.l. præsenti. C.de his, qui ad eccl.de iure verò canonico debet excommunicari, & imponi ei publica pœnitẽtia, nec absolui debet ab excõmunicatione, nisi talem restituat.c.miror.ca.si quis. c.quisque. 17.q.4. & sic extractus potest petere se restitui, vt d. Abb. in d. c.inter alia.Bart.in d.l.præsenti. & iudex ecclesiasticus potest talem excommunicare, nisi restituat, potest tamen iudex laicus tali auferre arma: vt dicit Couar.in d.c.20.in fi.ver.36. etiam in ecclesia si sint arma prohibita, & etiã procedere contra eum criminaliter citra pœnam corporis, vel ciuiliter, vel eum pecuniariter condemnare: vt d.Abb.in d.c.inter alia.

Ecclesia quãdo nõ gaudeat imunitate. Fallit prædicta conclusio, in Iudæis, hæreticis, paganis, & alijs infidelibus. l.1.vbi glo.C.de his, qui confug. & sequitur Couar. loco prædicto. nu.11. & Nau.d.c.25.num.20. Secundò, fallit in homicida proditorio, non idem de eo qui absque proditione consulto tamen, & præuia deliberatione post irę repentinum motum occidit, & minus in simplici homicida, qui in subita rixa calore iracundiæ occidit: vt dicit Couar. d.c.nu.7.ver.in his, & ver. nono. Tertiò, fallit in assassinis, qui per pecuniam hominem occidunt, & idem videtur de idem mandante, & idem de viarum grassatore, & de nocturno depopulatore agrorum: vt dicit Nau.d.cap.num.10. & Couar.loco citat. num.9.10.13.& idem de eo, qui occidit, vel aliud graue crimen in ecclesia committit, & idẽ de eo, qui in ecclesia existens extra eam existẽtem percutit, vel extra existẽs percutit intra existentem, oẽs in c.si.eo. nec qui in ecclesia existens mandat fieri delictum extra ecclesiam, quò ad delictũ, ꝙ iubendo commisit, licet sic quò ad delictum patratum iussu suo: vt dicit Nau. d.c.n.21. Couar. loco prædicto. nu.15. Nec qui iussit aliquem extrahi ex ecclesia, quò ad delictum, quòd in hoc commisit, licet secus, quò ad delictum, quòd committeret percutiendo, vel occidendo eum post extractũ: vt ibi d.Nau. Idem de eo, qui spontè ecclesiã egreditur, nisi casibus expressis supra: vt ibi d. & idem de eo, qui Papæ iussu, aut eius potestate educitur.cap.felicis. 17.q.4. & idem de eo, qui ex ecclesia iniustè pugnans se defendit, cum in ecclesia delinquat; nec qui comburit, vel deijcit ecclesiam, cum in ecclesia delinquat c.si.eo. Nec qui delictum committit prope ecclesiam eo animo patrato ad ecclesiã fugiendi: vt d.Couar.d.c.nu.15.ver.26. & Nau.loco cit.num.22. His enim casibus, quis potest extrahi ex ecclesia, quibus casibus à iudice laico etiam sine licentia episcopi poterit extrahi: vt d.Couar. d.c.nu.18.ver.34.

De reparatione Ecclesiæ.
Cap. X.

Ecclesia à quo reparari debet. VBi ecclesia eget reparatione, eam reparare tenetur fabrica ecclesiæ, si super hoc habet portionẽ deputatam .ca.vnic.10.q.3.

quæ si non adsit, vel non sufficiat, populus tenebitur si cõsuetudo in eum translata sit, quòd intelligitur nisi populus indigeret, & ecclesia abũdaret. arg.c.aurum.cum simil.ib. 12.q.2.qua consuetudine cessante Rector ecclesiæ, & alij beneficiati in ea teneantur pro rata fructuum ad eius refectionẽ, deductis oneribus beneficij, & reditibus necessarijs ad eorum sustentationem, etiã vbi opus sit ecclesiã denuo construere. Abb.in c.1.cap.ad audientiam.ca.de his.de eccl.ædif. sicut & vsufructuarius tenetur ad sarta tecta rerum, quarum vsufructum habet. l. vsufructu legato.l.hactenus. ff.de vsufruct.l.eum ad quem. C.de vsufruct. quòd intelligitur de necessarijs vitæ ipsius, iuxta qualitatem beneficij cõmensuratis, & non iuxta qualitatem personæ, quia sit nobilis, vel graduatus, vbi ecclesia eget reparatione; si enim aliàs id non adsit potest expendere de reditibus, iuxta qualitatem personæ, & non ecclesiæ tantum. Nauar.de reditibus eccl.q.1. monito.36. & in subsidium tenentur parochiani: vt dicit Abbas in dicto capit. 1. Silue. Ecclesia. 2.numero 6. Hodie verò in Concil.Trident. sess.21. cap.septimo. statuitur, vt ecclesiæ parochiales collapsæ reparentur ex fructibus ad eas quomodocunq; pertinentibus, qui si non sufficiant, patroni, & omnes qui inde fructus percipiunt, teneantur, & in subsidium, vel defectum eorum parochiani omnibus iuris remedijs cogantur; quibus omnibus egestate laborantibus, ad matrices, vel viciniores ecclesias transferantur, cum facultate tã dictas ecclesias parochiales, quàm alias dirutas in vsus prophanos, non sordidos, conuertendi, Illustrissimus verò D.D.Carolus Cardinalis Borromeus sanctæ memoriæ, in libro visitatorum, dicit, quòd vbi non constat quid ad populum, vel parochum spectet, debet dici absolutè, fiat pixis, & vbi ecclesiæ facultates suppetunt, populus teneatur tantum ad impensas cœmeterij, nisi aliorum onus ex vsu sit translatum in populum; si verò reditus, quòd intelligitur de reditibus, qui certi sunt non autem de oblationibus, & huiusmodi, quę incerta sunt: vt supra est dictum, vbi de dote ecclesiæ est actum, non supersunt, præter victum sacerdotis, totum quòd pertinet ad fabricam ecclesiæ, ædium parochi, suppellectilis ecclesiasticæ, populi impensa curetur, Et quando pro ratione redituum partiendum est onus impensæ inter populum, & parochum, parocho potius assignẽtur pertinentia ad paramenta, & reconcinationem altaris maioris, populo quæ pertinẽt ad cœmeterium, campanile, campanas, muros, tectum, ianuas ecclesiæ, quia populus putat se ad hæc magis teneri, quæ ad sanctissimæ Eucharistiæ reuerentiam pertinent, à schola sanctissimi Sacramenti parenter, si potest; sin minus à populo, & parocho iuuetur, quæ quidem æquissima esse videntur, prima tamen iuri fortè magis consona, & nullus parochus licet pauper excusetur, quin prouideat de corporalibus, velis calicum, purificatorijs, & huiusmodi minutioribus, & in hoc videantur etiam, quæ dixi supra tract.de stat. Episc.cap.6. num.25.

Quo demum ad destructionem ecclesiarum, ecclesiæ maximè consecratæ, oratoria, & monasteria destrui non debent, nisi ex causa rationabili, & episcopi authoritate, vt quia vetustate, vel aliàs collapsæ sint, & ob inopiam restaurari nequeant; sic tamen vt in sordidos vsus non conuertantur, in prophanos tamen conuerti possunt, erecta ibi cruce. ex Concil. Trid. sess.21. cap.7. & tunc ex lapidibus, & lignis construi potest dormitorium, vel aliæ domus ecclesiæ honestæ, vel ligna comburi ad vsum ecclesiæ, si eget. cap.ligna.de consec.dist.1. glo.in cap.quæ semel. & ca.quoniam. 15.q.3. non tamen in vsus priuatos, nec hospitale ad alium vsum conuerti debet. cap.ad hæc. de relig. dom. nec et monasterium authoritate episcopi fundatum

fundatum ad seculare habitaculū conuerti debet. d.c. quæ semel. nec ēt fieri potest ecclesia secularis, nisi monachi scandalosè viuant; quo casu authoritate Papæ possunt canonici seculares eorum loco suffici: vt d.gl. in §. quæritur si monasterium. 14.q.4. vel si non inuenitur aliquis in illo ordine; & contra tñ vr ꝙ eṗs de seculari possit facere regularem ecclesiam. c. si quis vult. 16.q.7. nisi tñ sit parochialis, quę vniri non debet monasterijs. c.13. sess.24. in Tr. Conc. sic etiā altaria authoritate eṗi consecrata sine eo destrui non possunt. c. ecclesia. de cons. d.1. si verò non sint cōsecrata possunt à Rectorib. sicut institui, cum dote tñ, sic ēt destitui, dummodo ecclesia etiam nō sit cōsecrata, aliàs secus, quia sic nec possunt sine eṗo institui, nec destitui. arg. c. quamuis. 68. d. c. nullus presbiter. de cons. d.1. c. ecclesiæ. c. placuit. c. quamuis. d.d.1. de cons. & qñ ecclesia, vel altare destruitur, eius beneficia simplicia ēt iuris patronat*, vocatis ijs quorum interest, in matrices, vel alias ecclesias eorundem locorū, vel viciniorum transferri possunt, arbitrio eṗorum, & erigere in dictis ecclesijs altaria, vel capellas sub ijsdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel capellas ea transferre, cum oībus oneribus, & emolumentis prioribus ecclesijs impositis; & idem de parochialib. quæ ob inopiam reparari nō possunt. d.c.7. sess.21. in Tr. Conc. sic etiā terra cœmeterij ad vsus priuatos reuerti non debet, vel eius solum. d.c. quæ semel. nec ad vsus prophanos clericorū, sed qñ est amouendum cœmeterium, ecclesia destructa, colligi debent diligenter ossa fidelium in terra illa existentium, & reponi in loco sacro, vel Deo dicato, & terra illa proijci in profluentem, si in loco sacro reponi non potest, vel cœmeterio, & noua terra superponi, ligna tñ lapides, & hmōi ecclesiæ destructæ possunt à Rectore eiusdem vendi alteri ecclesiæ, pecunijs tñ in vsum propriæ ecclesiæ erogatis; Et vlterius vbi ecclesia eṗi iudicio est prophananda: Primò, sacræ reliquiæ, & corpora Sanctorum ibi extantia in aliā ecclesiam ab eṗo statutā, vocato illius ēt ecclesiæ clero, & populo trāsferantur, ꝙ & de sacris imaginib. fiat. Tum sacerdos ab eṗo deputatus, ante altare prophanandum oret, cum oratione Sācti cui est dicatum, & post id denudet omni ex parte, & euellat lapidem consecratum sic ne cōfringat, manibus suis lauans id & tergēs, aqua in sacrario effusa, & reliquias colligat quas eṗo consignet, vel trāsmittat ad ecclesiam vbi eṗs iusserit: Tum corpora, & ossa mortuorum colligantur, & ad ecclesiam quo eṗs mandat, transferantur, cū clero, & populo, preces pro mortuis recitādo, & Missam pro mortuis vbi deferentur, celebrando. ex Conc. Prou. Med. 4. sub tit. De ratione adhibenda in ecclesijs altaribusq; prophanandis.

Ecclesia, vel altare, quo ritu prophananda.

De Altaribus. Cap. XI.

Altare locus Missæ celebrādę.

Licet ecclesia locus sit sacrificij peragendi, eius tamē immediatus locus est altare; sic dictū ab altitudine, vt ait Festus, quia antiqui dijs superis in ædificijs à terra eminentibus sacra faciebant, Terrestribus in terra, & Infernalibus in terra effossa: vt d. Serui* Non. in 2. Aeneid. qui & d. Altaria esse tm̄ Deorum superiorum ab altitudine nominata, quasi alta ara: vt d. Isido. lib.15. orig. c.4. & Tur. Cr. in d.c. de fabrica. de cons. d.1. Vel ara dr̄ ab ariditate, quia ibi ignis adoletur: vel ab alendo, quia igni alimenta addantur: vel ꝙ victimæ incensæ ibi ardeant: vel à precationibus, vel ꝙ area pura fit: vt d. Strabo. de reb. eccl. c.6. vel ara in ecclesia catholica à purissimo sacrificio, ꝙ ibi peragitur, dr̄, vt ait Naz. orat.4. 2. in Iul. Altare inde dr̄ à sacrificare, ꝙ qñque sumitur pro ecclesia triumphanti, vel conspectu Dei, vel dextera Dei vt d. Tur. Cre. in c. vtrum. de cons. d.2. qñq; pro loco in quo Missæ sacrificium celebratur, & hoc est duplex v-

Altare ꝙd sit, & vt sumatur.

num viaticum, vel in via portandum: de quo in c.fi.de priu.in 6.Abb.in c.1. de conf.eccl. d. Esse paruum lapidem continentem in se foramen cum consecratione,& signo superposito, intelligens per consecrationem res sacras sigillo clausas, quantæ debet esse longitudinis, quãtæ latitudinis, si lapis in capsula, quo capi possit saltem pes calicis,& hostiæ.Silu.Altare.in princ.

Altaria quãdo erigi cœpta,& quare.

Porrò altarium constitutio in lege naturæ originem habuit, vt dictũ est supra.c.3.& omnia sacrificia, quæ figuratiua sunt huius sacrificij, in altari oblata legũtur. Vnde Noe ædificauit altare Dño, & obtulit ibi de cunctis animalibus,& volucrib⁹ Gen.8.& Abrahã.Gen.22.ædificauit altare Dño, qui apparuit ei. Moises quoq; in lege scripta.Ex.25 Iosue.Iosue 8.Gedeon. Iud.6.Samuel.1.Reg.8.Saul.2.Reg.20 Dauid.2.Reg.14 Helias in mõte Carmeli. 3.Reg.18. Iesus filius Iosedech. 2.Esdræ 5. Iudas Machab. 2.Mach.10. q in nouo testamento probatur Mat. 5.23.1.Cor.9.Heb.13.8.11.Apocal. & idẽ testatur Dion. c.3.eccl.hier. Iren. lib.4.c.20.d.Apostolos fuisse veros sacerdotes, qui semper altari,& Deo seruiebbant. & Tert lib.de pœnit. Christianos.d.Antiquit⁹ aras Dei venerari cõsueuisse. Idem habet Naz.orat.1 r. in laudem Gorg. vbi,& ait Alexandrũ epm Constantinopolitanum ab Arrianis oppressum,corã altari se prostrasse,& cum lachrimis orasse,q & testantur Epiph.li.2.tom.2.hær.68. Sozom. lib.2.c.29.Socr.c.37.Niceph.li.8.c.51. Ambrosius et Iustinæ furori se subtrahens ad altare cucurrit, & Deũ defensorem sibi parabat, vt testatur Ruffin. lib.2.c.6.& Amb.ep.33. Nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.Idq; iure merito; in altari .n. Deo sacrificatur, vt inquit Aug.lib.20.con. Faustum.c.21. in altari corpus Dñi offertur, sanguisque Christi effunditur. & Amb.lib.4. de sacr.c.12 & lib.5.c.2.Quid est.n.altare,nisi forma corporis Christi?Chrisost.hom.20.in 2.ad Cor. Tu aũt hoc quidem altare honoras,q accepit corpus Christi. Vnde & Eucharistia dr sacrũ altaris.ab Aug.ep. 50.ad Bonif. & Chris.lib.6.de sacerdotio.Vnde & altaria erigere ad Dei cultum pertinet. ex Conc.Aquisgran.c.21.Honorẽ debitum præstare altari debemus,q corpus Christi cõtinet: & Chris hom.20. in 2.ep.ad Cor.Veteres Christiani,venerationis ergo osculabantur altaria: idq; in pacis signe: vt ait Amb.ep.14. & diaconi latera altaris osculantur, eps altare:vt inquit Amal.lib.3.de eccle.offi c.5.Vnde & altare dr diuinũ à Dionis.ep.12.ad Seuerum. Compositum,& sacrosanctum ab Amb. de his, qui mist.c.8.Reuerendum ab Emisseno hom.4.de Pascha.Mensa Dñi à Cassiod.in Psal.22.Mensa mistica à Chris. hom.de Euchar.in encænijs. & Mensa regalis ab eodem hom.6.ad pop.Quę altaria,licet sub honore aliquorũ sanctorum dicenetur, nõ tñ illis erigi dicuntur, sed Deo ad honorẽ sanctorũ: Osius de cærem.quę sunt à loco.c.90. cum seq. Driedo de eccl. script. lib.4. c.3. & hr in benedictione posita in Pótificali. Qua ratione veteres ad altaria confugientes ius asili habebãt,nec inuiti inde extrahi valebant. Exo.21. 3.Reg.1.2. & idem testatur Naz.orat. 20. in laudem Basilij. & serui quidã à dñis atrociter vexati,ad altare confugiẽtes,inde exire noluere, teste Socr. lib.7.c.33.Cassiod.lib.12.Trip c.4.Niceph.li.14.c.32.q et Ambr.fatetur ep. 33. Et qui altaria prophanarunt maximis pęnis afflicti sũt.Ezech.23.3.Reg. 19. & Chris.idem testatur hom.53.ad pop.d.hmõi fore lapidibus obruendũ. & Opt.lib.6.idem habet. & Teod.li.3. c.11.12.& Cassiod.lib.6.Trip.c.32.testatur Iulianum Præfectum impudenter ausum contra sanctum altare mingere,seuo morbo correptum,visceribus putrefactis statim perijsse;& similem casum commemorat Niceph.lib. 10.c.29. & Paulin.in vita S.Ambrosij; ait: q cum milites à Scilicone comite missi, abstraxissent Cresconiũ, qui ad altare cõfugerat,q facinus S.Ambrosius

Altare ius asili hẽt, & q̃uo venerandũ.

ſius ad altare ꝓſtratus diu fleuit, leopardi dimiſſi celeri ſaltu milites illos dilaniarunt.

Altaria ad quas plagas ſpectare debeãt.

Et licet altaria ad diuerſas plagas conſtituantur, vt patet in baſilica S. Petri, ꝙ altaria ad varias plagas diſtributa ſunt, vſus tñ frequentior eſt, vt ad orientem ſpectẽt: vt d. Vualfrid. de reb. eccl. c. 4. vnde Niceph. lib. 12. c. 34. in Antiochia Syriæ altaria ait diuerſum ſitum q̃ alibi hr̃e, quia non ad orientem, ſed ad occidentem ſpectant, & ſic locari debẽt, vt ſupra; ſepulchra mortuorum, niſi martires ſint nõ erigantur. ex Concil. Martini Papæ, in c. non oportet. de conſ. d. 1. vbi Archid. S. Ant. 3. p. tit. 12. ca. 6. nec ſuper ea tumuli hominum locari debent.

Altaria ex qua materia cõſtruenda.

Altaria verò lapidea eſſe debẽt, nõ lignea, aliter nõ cõſecrantur. ex Cõc. Hipponen. c. 6. c. altaria. de conſe. d. 1. vel ex Conc. Epaunenſi. c. 26. vt d. Iuo lib. 2. ca. 5. ꝙ & S. Cipr. aſſerit ſerm. de vnct. chriſmatis. Niſſ. de S. baptiſmo. Chriſ. hom. 20. 1 2. ad Cor. Licet ante Cõſtãtinum, altaria lignea eſſent ob perſecutiones infideliũ: ꝙ merito eſt ſtatutũ, exẽplo Iacob, q. erexit lapidẽ in titulum: & quia Chriſtus per altare ſignificatur, qui ſignificatur per lapidem, qui excreuit in montẽ magnũ; vt d. Gul. li. 1. c. 7. nu. 28. qui & dr̃ lapis angularis. Pſ. 117, Mat. 21. Quia in vnũ connectit vtrunq; populũ, & alijs rationibus, quas cõgerit. Alen. p. 4. q. 36. memb. 1. D. Th. 3. p. q. 83. Tur. Cr. in d. c. altaria. ſ. quia corpus Chriſti in ſepulchro lapideo poſitum fuit: & quia lapis facilè hr̃: & vt cõſeruetur ad hoc vt poſſit cõſecrari. D. Th. 3. p. q. 83. art. 3. ad quintũ, licet Siluester in eccleſia Lateran. non erexerit altare lapideũ, ꝙ vbiq; haberi ſtatuit, ſed ligneũ, vbi celebrabat inſtantibus perſecutionib. vt d. ibi Tur. Cre. ea tñ lege addita, vt nullus præter Papam ibi celebraret.

Altaria qualiter ornanda.

Ornatum præterea debet eſſe altare; primò cruce, quæ denotat Chriſti victoriam, & triumphum: & ideo in altum erigitur, & ponitur inter duo cãdelabra, quia inter duos populos eſt mediator, cum ſit lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum. Eph. 2. 2. Pet. 2. Quę candelabra cum lucernis eſſe debent, qui vſus cãdelabrorum cum lucernis antiquiſſimus eſt, iuſſit. n. Deus fieri candelabrum de auro mundiſſimo dũ ɋtile, vel non intus vacuum, vt aliq̃ volũt. Exo. 26. Leuit. 24. Num. 8. Zach. 4. & docet Philo. lib. Quis diuinarum rerum ſit vſus. Vbi & mandatum eſt fieri ſeptem lucernas, q̃ à candelabro diſtinguebantur, & erãt lampades aureæ, quæ ſuper extremitatẽ brachiorum, & haſtulis candelabri ponebãtur; per cãdelabrum verò ſolidum aureũ, q̃nq; lex, q̃nq; eccleſia ſignificatur, apud Hier. in c. 4. Zach. q̃nque euangelica conuerſatio virtutibus referta: vt d. Hiſichius 1 Leuit. 7. Paſſim verò gratiæ Spũs S. apud Niſſ. enarrat. de vita Moiſis. Hier. loco cit. & eccleſia Chriſtiana ſemper retinuit vſum candelabrorum: ex Clem. ep. 2. ad Iacobũ fratrem Dñi. Ath. ep. ad ortodoxos. Aug. ſerm. 17. in dedic. eccl. Lucernas verò cũ lichnis, & cereis in eccleſia mane, & veſperi accendi cõſueuiſſe ex can. 3. Apoſt. hr̃, vbi vetatur aliquid offerri ad altare pter oleum, & thymiama tẽpore ſanctę oblationis. & can. 71. Qui ſurripuerit oleum, vel ceram ex eccleſia eſt ſegregandus; quam conſuetudinem probat, & renouat Melchiades Papa, apud Brucar. lib. 5. c. 7 Conc. Aurel. c. 3. apud Brucar. lib. 3. ca. 6. in c. nemo. de conſ. d. 1. vbi, volens ædificare eccleſiã præfiniat quæ ad luminaria, cuſtodiam, & ſtipendia ſufficiunt. & Conc. Bracar. 1. can. 25. 2. can. 2. c. placuit. 10. q. 3. vbi mentio fit luminariũ. Conc. Aquiſgran. ſub Pip. lib. 1. ca. 29. Vſum ẽt lucernarũ probat Chriſ. hom. 60. ad pop. & Hier. adu. Vigil. vbi eos laudat, qui inter diu cereos in eccleſia accẽdunt; cerei verò miſticè ſignificãt, vt accenſo lumine ſponſi expectetur aduentus: vt d. Hieron. ep. 10. ad Marcellã. & Niceph. lib. 5. c. 9. hiſt. & Euſeb. lib. 6. c. 7. teſtantur cum oleũ luminaribus Hieroſolimorũ deeſſet, Narciſſum vrbis epm iuſſiſſe deferri

Candelabrorum vſus, & quare.

aquam, quam benedictam, subito esse accensam dicũt; & simile miraculum adducunt Greg. lib. 1. Dial. c. 5. & lib. 3. c. 30. & Greg. Turon. ca. 57. de gloria martirum. & Eudoxia in vsum lucernarum decies mille sextarios olei assi gnauit, vt testatur Niceph. li. 14. c. 50. & Conc. Trid. sess. 16. c. 7. probat vsum candelarũ, si ibi superstitio non adsit. Operiri ẽt debent mundissimis lintea minibus, & pallijs, ex Sin. Rhemen. apud Bruc. c. 97. Altaria in quibus corpus dñicum consecratur, sanguisq; eius hauritur, cum omni veneratione honoranda sunt, & mũdissimis lineis, ac pallijs cooperienda; & regnante Constantino, ara vrbis Hierosolimorum, regijs tapetibus, vasis aureis, & gemmatis ornata erat: teste Teod. lib. 1. hist. c. 30. hist. trip. lib. 3. c. 5. & Hier. in epitaphio Nepotiani, cum laudat ꝙ curam gereret, vt ara nitida esset; & in c. quicunq; 26. q. 5. ex Conc. Tolet. 13. vetatur altare sacris vestibus exuere, præterquam à quinta feria vsq; ad Sabbatum sanctũ, ob fugam discipulorum: vt d. Alcuin. de diu. offi. c. de cœna Dñi. Amal. lib. 1. de eccl. off. c. 12. vel in signum tristitiæ: vt d. Tur. Cre. in d. c. quicunq;. Ideo verò altare cooperitur linteaminibus albis significãtibus humanitatẽ Christi, quia Ioseph corpus eius inuoluit in sindone munda. Mat. 27. vt d. Gul. lib. 1. c. 27. & debent esse de panno simplici lineo, non sericeo, vel intincto. c. perlectis. 25. d. c. cõsulto. de cons. d. 1. & debẽt esse tres in repræsentationem sanctissimæ Trinitatis, cui ibi fit sacrificium: vel ꝙ sacer dos debet esse ornatus fide, spe, charitate, quæ est cõplementum oĩum virtutum 1. Cor. 13. Quæ tegere debent totã mensam altaris, & superior protendi, vsq; ad terrã; & vlterius altare ornatũ esse debet Icona, piè, & decore picta, scabello, & alijs de quib. ifra.

Altare nõ debet erigi sine dote, & quæ dicat com

Erigi verò nõ debet altare, nisi epi concessu. c. nullus presbiter. de cons. d. 1. si ecclesia est consecrata. c. nemo. ea. dist. c. quamuis. 68. dist. Tr. Conc. sess. 22. de euit. & obs. §. neminem. & tunc epi authoritate erectũ, dr̃ simplex beneficium. ca. quæsitum. 1. q. 3. Rebuff. prac. benef. tit. seculare benef. Fel. cõ sil. 41. 45. Cum ante approbationẽ dicatur tñ legatum pium pro tali serui tio altaris: vt d. Fel. d. cons. 45. nu. 6. & si in cathedrali fine tali licentia erigitur, si clericus sit, põt deponi. d. c. nullus. de cons. d. 1. Aluar. in suo Spec. ca. 14. Qui nec potest id destruere sine ea licentia, si fit consecratum, ante. n. potest. c. ecclesia. de cons. d. 1. Archid. in c. quamuis. ead. dist. iuxta distinctionem superius allatam.

petẽs dos, & quid si secus fiat.

Nõ debet verò erigi altare, nisi dotem habuerit competentem pro ministris, luminaribus, paramẽtis, & huiusmodi, ne frustra sint erectæ. c. ecclesiæ. c. altaria. c. placuit. ead. d. 1. de cons. Aliàs cogantur fundatores ad dotem. c. nemo. de cons. d. 1. Dr̃ verò dos competens, quæ sufficiat oneri celebrationis, vt minister habeat cõpetens subsidium. arg. c. cum secundũ. de præbẽ. & sufficiat ẽt pro luminaribus, paramentis, & reparatione, si egent reparari; si verò iam sint constructa, & cõsecrata sine dote; sic distinguitur, ꝙ aut fabricatur capella per se stans, quę propriè est ecclesia, & si est curata, fundans tenetur dotare: si non curata, & habeat Rectorem, dos ei sufficere debet, & alijs ibi viuentibus, paramẽtis, luminaribus, &c. si verò capella, vel altare est intra ecclesiam, si non ædificatur denuo capella, sed si qua reparetur, is nõ tenetur dotare; secus si ponitur ibi sacerdos vt coadiuuet in cura animarũ, vel habeat capellanũ qui celebret, & sic fundans habet ius patronatus; si verò eã quis fundet vt sit Rectoris ecclesiæ, ipse Rector ei prouidebit, ꝙ si fundetur absq; mentione capellani, tenetur fundãs dotare pro paramentis, luminaribus, &c. non asit tenebitur ex post facto alere capellanũ, si interuenit cõsensus epi in fundatione, à principio tñ id non debet concedi sine dote. Lamb. de iur. patro. lib. p. 1. q. 5. princip. art. 19.

Sepiuntur ẽt altaria, & cancellis à

cæteris

Altaria se pienda, & quare.

cæteris ecclesiæ partibus distinguunt. ex Conc. Calcedon. act. 2. & in Sin. Turon. c. 3. c. 1. de vir. & hon. cle. & tradit hunc vsum Euseb. lib. 10. hist. eccl. c. 4. qui cancelli dñr à cubite, quia vt plurimum non altius erigitur, vt stantes inniti desuper cubitis possint, quę cācella laicis, & mulieribus ingredi non licet, sed ijs tñ, qui sacris initiati sūt; ex Sin. Laodicen. can. 19. 4. Agath. can. 66. Trull. 69. & Sinesius se arguit, ꝙ homo in peccatis existens in ecclesijs nō assuetus, sacra altaria contingere ausus esset, & minus ijs adhærere conceditur. d. c. 1. de vit. & hon. cler.

Altaria qualiter consecrentur, à quo, & quid ij ritus significent.

Vltimo loco altaria consecrantur, sic. n. & in veteri lege altaria mundabantur, vngebantur, & consecrabant. Exo. 20. 30. 40. Leuit. 8. Num. 7. & ĩ ecclesia Christiana, altaria erigi, & consecrari à principio mos fuit: vt testat Dion. de eccl. hier. c. 4. Martialis ep. 1. ad Burdigal. & Euaristus id fieri iussit: vt hr 1. Tom. Conc. videlicet, vt altare chrismatis vnctione, & sacerdotali benedictione cōsecraretur: ꝙ repetitur in Conc. Agath. c. 14. c. altaria. de cōs. d. 1. Idem habet Cipr. de vnct. chrism. Oleo antiquitus sacerdotes sacrabantur, & reges, & ipso altariū lapides delibuti, spiritalem intelligi volebant sacris misterijs inesse pinguedinē. Niss. orat. de S. baptismo. Altare hoc sanctū cui assistim⁹, &c. nil differt ab alijs crustis lapidibus, &c. sed Dei cultui consecratum, atq; dedicatum est, ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, ꝙ non amplius ab omnibus, sed à solis sacerdotibus, ijsq; venerantibus, cōtrectatur. Idem Aug. serm. 255. de tpe. Hiero. lib. 13. in c. 43. Ezech. & in Cōc. Aurelian. apud Brucar. lib. 3. c. 17. statuitur non licere Missas celebrare, nisi altare prius fuerit consecratum: & in Conc. Meld. c. 8. statuitur altaria de quorum consecratione ambigitur, consecrari. Idem d. Rab. lib. 1. de Inst. cler. c. 45. & Damasus Papa ep. Decret. 4. ꝓhibet corepos altaria erigere, vngere, cōsecrare, vel ecclesias dedicare. In cuius quidem altaris consecratione multa fiunt, q̃ misticas in se hñt significationes: Primò .n. Pontifex d. Deus in adiutoriū meū intēde, quia sine Deo nil licet facere. Io. 15. Secundò, aqua benedicitur, vt per eius exorcizationē dæmones effugentur. Tertiò, facit quatuor cruces, & vnam in medio, vt denotetur Christum per crucem quatuor partes orbis saluasse, & ꝙ ad altare accedens debet hr̃e charitatem ad Deum, seipsum, & inimicos, ac amicos, & ꝙ crux debet portari in corde per meditationem, in ore per confessionem, in corpore per mortificationem, ĩ facie per impressionem. Quartò, septies circuit altare, vt septem virtutes Christi imitemur, humilitatem, paupertatem, obedientiā, & ꝙ seruo se subdidit, proditorem tolerauit, ꝙ ante iudicē māsuetus stetit: septimò, ꝙ pro persecutoribus orauit: vel septē eius viæ designantur, à cœlo in vterū, inde in præsepiū, hinc in mundū, inde in patibulum, tū in sepulchrū, postea in limbū, & inde in cœlū. Quintò, septies aspergit altare, vt significētur septē effusiones sanguinis Christi, in Circuncisione, in oratione, in flagellatione, in capitis coronatione, in manuum perforatione, in pedum cruci affixione, in lateris apertione: quæ aspersiones fiunt cum hissopo, quæ est herba humilis, significans Christi humilitatem. Sextò, ponuntur reliquiæ cum tribus granis thuris, & capsella, & reconduntur in sepulchro: altaria .n. & basilicæ sine reliquijs non consecrantur: vt d. Amb. ep. 54. & 85. & tradit Sozom. li. 5. c. 8. & hr in c. placuit. de consf. d. 1. quia & Ioannes. c. 6. Apocal. d. Se vidisse animas occisorum sub ara, quem locū de altari, & martirū reliquijs ibi ponendis interpretat Aug. ser. 11. de sanctis: vt exempla sanctorum cum fide Trinitatis in memoria nostra figamus; ibi tñ non licet ponere Eucharistiam reliquijs deficiētibus: vt d. Abb. & alij in c. 1. de consf. eccle. quæ tñ reliquiæ debent esse certæ. Septimò, ibi crematur incensum, vt denotetur orationē nostram

stram ibi debere esse feruétem. Octauò, altare vngitur chrismate, vt denotetur clericos debere hẽ e puritaté cõsciétiæ, & odoré bonæ famæ. 2. Cor. 1. Vltimò, altare vestitur pannis mũdis, vt notetur cor nostrum ornari debere mundis operibus. Apoc. 3. & ibi canitur Missa: vt d. Tur. Cr. ĩ d. c. altaria. Missa tñ non est de substantia consecrationis, nec reliquiæ: vt d. Tur. Cr. in d. c. placuit. ead. dist.

Altare qñ execref, & reconsecrandum.

Contingit verò altare pluribus casibus execrari, & esse reconsecrandũ: Primò, quando altare ex toto destructum est: Secundò, quãdo mensa superior in qua principaliter consecratio fit, in sua forma fit mota, vel enormiter fracta arbitrio epi, vel ecclesia cõburitur, aut execratur; aliàs non si tñ polluitur. Abb. in c. proposuisti. de cõsec. eccles. Tertiò, qñ mensa altaris in angulis, & cornibus, in quibus præcipuè solet fieri consecratio altaris, fuerit enormiter destructa. Quartò, qñ motus fuerit aliquis de lapidib. principalibus stipitis mensam contingentibus, quia in illa cõiunctione præcipuè intelligitur esse altaris consecratio. c. ad hoc. c. quod in dubijs. de consec. eccl. q intelligitur, qñ altare est super quatuor columnas, & vna ex ijs sit mota, secus de alijs parietib. stipitis, quæ nõ cingũnt mensam. Quintò, qñ sigillum altaris .i. lapis in quo sigillantur reliquiæ fractum sit, vel diminutum. c. cuius. & c. quod in dubijs. extra eod. ca. si motum. de cons. d. 1. Sextò, qñ sic augetur, q amittit priorem formam, secus ob modicum additamentum; altare verò portatile non execratur ex eo q portetur de loco ad locum, sed sic si mouetur sigillum continens consecrationem. ita Abb. in ca. 1. extra eo. & in c. ligneis. eo. vbi d. Execrari ét si remouetur tñ à ligno. Silu. Altare. §. 6. contrarium tenet, nisi sigillum amoueat; & vr melior opinio secunda, ét si consecretur cum ligno. Medices. de cons. d. 1. art. 8. Silu. Altare. d. §. Fuscus. de visit. lib. 1. c. 22. num. 3. Iuo ep. 32. & 128. vbi interpretatur. c. si motum. de consec. d. 1. & c. 1. de cons. eccl. Quod si qs celebret in ecclesia, vel altari nõ consecrato, peccat mortaliter, sed verè conficit, cum solus minister sit de essentia huius sacrificij: vt d. Sot. d. 13. q. 2. art. 3. nec incurrit aliquam censuram, nisi locus sit pollutus.

Missam celebrans in altari non cõsecrato vt peccet.

Id verò est singulare, q in altari vbi eps celebrauit, ea die sine ipsius licentia, vel casu necessitatis remoto, nemo sacerdos celebrare potest in reuerentiam dignitatis epalis. c. fi. de cons. d. 2. c. nihil. vbi glo. 6. q. 1. & licet idem eps olim celebrare posset vbiq; cum altari viatico. c. quorũ. de priu. in 6. hodie tñ ei id non licet: vt d. Nau. c. 27. n. 281.

Missa in altari vbi eps celebrauit ea die celebrari nõ debet.

Hæc de loco celebrationis Missæ.

De sacris vasibus, & instrumentis in quibus Missæ sacrificium conficitur: Cap. XII.

Locus sacrificij celebrandi est ecclesia, altare in quo sacrificiũ peragitur, & sustentatur, instrumentũ verò in quo Eucharistia sub specie vini conficitur, est calix, & corporale sub specie panis, ideo de his agendũ est.

Et q ad primum attinet, calices sacros ĩ ecclesia, magna in veneratione semper extitisse cõstat. Vnde Hier. ep. ad Theoph. ait; Discant, qui ignorant calices sacros, & cætera quæ ad cultũ dñicæ passionis pertinent, non quasi inania, & sensu carentia, sanctimoniã non hẽe, sed ex consortio corporis, & sanguinis Dñi; & clarum est nos calicem ab ipso Dño celebrãte accepisse: vnde mos inoleuit, q sanguis Christi non in catino, vel cratere, sed in calice solum immoletur: vt d. Paschasius. c. 20. de corp. & sangu. Dñi. & Optat. lib. 6. de schism. Donat. Calices portatores sanguinis Dñi vocat. Et licet calix sumatur, qñque pro passione. Mat. 20. 26. Luc. 22. & generaliter ét sumatur pro omni poculorum genere: vt d. Isid. lib. 20. orig. c. 5. hic tamẽ sumitur pro vase in quo consecratur sanguis Christi, & significat sepulchrum Christi,

Calix ĩ ecclesia ĩtroduct⁹, vt & quare, ac quid significet.

sti, & patena lapidem superpositũ: vt d. Vgo de S. V. & Tur. Cr. in c. vt ealix. de conſ. d. 1. vel calix significat carnis mortificationem, & animũ semper ad martirium paratũ: vt ait Hier. ep. 20. ad Marcellam. & de calicibus mentio sæpe hẽ in vitis Pontificũ, maximè Damasi in vita S. Siluestri, tam maiorũ, q̃ minorũ, & ministerialiũ, quibus ministerialib⁹ sanguis populo ministrabat.

Calix ex qua materia constare debeat.

Et licet Zepherinus Papa statuisset consecrationem sanguinis Dñi fiendã nõ in vase ligneo, vt ante, sed vitreo, vt d. Damaſ. li Pontif. c. 16. Strabo. de reb. eccl. c. 14. Tertul. lib. de pudicitia. Hier. ad Rusticum monachum: statutum tñ postea est calicem non debere fieri ex vitro ob fragilitatem: nec in ligno ob porositatem, ne sanguis Christi imbibatur, & absorbeatur: nec ex ære, aut auricalcho ob rubiginẽ quã ibi species vini contrahit, & vomitum qui ĩde excitatur: nec de petra ob indecentiã, sed ex auro, argento, vel saltem stamno. ex Conc. Rhemen, c. 6. c. vasa. ca. vt calix. de conſ. d. 1. & Tribu rien. ca. 44. & D. Th. 3. p. q. 85. art. 3. ad sextum. & in d. Conc. Trib. ca. 18 dr̃ q̃ aurei sacerdotes olim ligneis calicib⁹ vtebant, nunc verò sacerdotes lignei aureis calicibus vtuntur. Et calices, ac vasa sacra fuisse aureos, & argenteos tẽpe Vrbani Papæ, qui sedit anno Dñi 220. tradit Damasus in eius vita, Ath. in 2. Apol. contra Arr. Naz. orat. de seipso cont. Arr. Amb. 2. de officijs. c. 28. Aug. in Ps. 113. Chriſ. hom. 4. in Matt. & lib. de S. Babila. & eosdẽ pictura ornatos fuisse, testatur Tertul. lib. de pudicitia; sic tñ, q̃ vnus tm̃ calix in altari ponatur: cum & Dñs de vno tm̃ calice cõicarit, ex Conſt. Greg. III. ad Bonif. tom. 2. Conc. Vnde sanguis non consecrabatur in calicibus ministerialibus, sed in vno alio, & de illo transfundebatur in ministeriales ad vsum populi: vt d. Eps de Xainctes. 10. repetit. de communione, sub vtraque specie.

Calix consecrari debet, à quo,

Consecrari verò debet calix, nec eps dispensare potest: vt in calice non consecrato celebretur: vt d. S. Ant. 3. p. tit. 13. §. 5 c. 6. ver. item nota, q̃ Missa, & q̃ño ex idq; à solo epo ob vnctionem quæ fit cretur. in calicis consecratione. c. vnico. de sacra vnct. vnde ab ea actione Abbates & qui vtũtur insignibus epalibus debent abstinere: vt d. Gemin. in c. abbates. de priui. in 6. Silu. verbo calix. Qui calix execratur si denuo inauretur, cum consecratio fiat in superficie, secus si deauratiò cadat propter vsum, similiter si sciphus à toto pede separetur, licet nõ sit fractus, vt quia iunctura sit tornatilis; & tertio & si formam amisit. arg. c. 1. de cõſ. eccl. quia forma destructa non est calix, secus si formã non amisit, licet aliqualiter sit læsus, q̃ si pede separato à calice, sine eo cõsecratur, & eo etiã quis sic vtitur, non erit execratus. Silu. ibidem.

Patena quare iungatur calici, ex qua materia fiat, eius nomina, & quid significet.

Patena quoque calici adiungit, seu patina, sic dicta à patẽdo, quia dispansis, & patẽtibus oris sit: vt d. Isid. li. 20. Etim. c. 4. Et licet Zepherinus statuisset celebrari cum patenis vitreis: vt d. Damasus lib. Pontif. c. 16. In Conc. tñ Trib. c. 9. statutũ fuit vt patenæ aureæ, vel argenteæ essent, aut saltem stamneæ, & in Conc. Rhemen. apud Bruc. lib. 3. c. 96. c. vt calix. de conſ. d. 1. & & ante Conc. Trib. patenæ ex auro, & argento erãt: vt d. Damaſ. li. Pontif. c. 18. & in Siluestro, idem commemorat; & vsus patenarũ in ecclesia semper extitit: vt d. Greg. Turon. in gloria martirum. c. 85. vbi & miraculum cõmemorat, licet olim magnæ essent ponderis quindecim, & triginta librarũ, vt & calices, hodie verò paruæ. Amulę & calici adhibetur ad fundendum vinum, & aquã: vt d. Onophrius in interpretatione vocum obscuriorũ eccl. quę sunt vasa vitrea. l. 3 §. sciendũ. ff. de offic. præfe. vig. vel argenteæ, aut aureæ, rotundioris formæ, & ventris, glo. bosioris, & idem Onuphrius loco cit. enumerat alia vasa, & ornamenta ecclesiarum, vt sciphos, menetas, hydrias, phialas, & huiusmodi, & ea etiam commemorat, & commendat Chriſ. hom. 3. ad Ephes. & hom. 61. ad populum Anthiochenum.

Corpo-

Corporale in Missæ sacrificio adhibetur, & quare.

Corporale, seu palla, vt hr in ca. sacratas. 14. d. dr linteum cui in Missæ sacro superponit corpus Dñi, & dr ideo palla, quasi corporis Christi in altari indumentum: vt hr apud Clementem ep. 2. ad Iacobũ fratrẽ Dñi. c. altaris. c. nemo. de consf. d. 2. quam & sacræ virgines prohibentur tãgere, vel lauare. d. c. sacratas. & tradit Sigeb. in lib. Pontif. c. 42. & Optat. lib. 6. con. Donat. cõquæritur, q pallas altaris surripuerãt, & quasi pollutas lauerant; & hæc palla est duplex, vna quam diaconus super altare totam extendit, altera quæ super calicem plicata ponitur, prima significat fidem: secunda intellectum, quia hoc misterium credi debet, comprehendi non valet: vt Inn. lib. 2. mist. Missæ. c. 56. vt fides habeat meritũ, cui ratio humana non prębet experimentum: vt d. Greg. hom. 26. in Euang.

Corporale ex qua materia confici debeat, & quare, ac quid significet.

Debet verò corporale fieri textum ex puro lino, non ex serico, purpura, vel panno tincto; ex decreto Eusebij Papæ apud Brucard. lib. 3. decret. c. 99. Iuonem p. 2. c. 134. & hr in c. consulto. de consf. d. 2. ex Conc. Rhem. c. 3. apud Bruc. d. lib. 3. c. 98. Sicut corpus Dñi in sindone munda est sepultum: vt d. Beda. c. 44. in Marcũ. & lib. 6. c. 7. in Lucã. Secũdò, id fit ad maiorem munditiã, quia inter omnia pannorum genera, illa quæ sunt de lino puro ad candorẽ producta mundissima sunt. Tertiò, ad denotandum innocentiam sine macula Saluatoris, & conscientiæ puritatẽ, ob eius munditiam, quæ esse debet in tractãtibus hoc sacrm. Quartò, ad notandum eius corpus passibile, & mortale, sicut linum sumitur è terra. Quintò, ad notãdum Christi passionẽ, qua multis cruciatibus, & laborib⁹ ad gloriam puenit, sicut pãnus lineus multis tunsionibus ad candorẽ producit. Sextò, ad significãdum, q sicut linteũ id est castigatum ab omni naturali humiditate, & viriditate, ita mens offerentiũ ab omni carnali cupiditate pura esse debet, & vt id nitet suo splendore, ita intentio offerentium simplicitate niteat coram Deo: vt d. Amalar. lib. 3. de eccl. offi. c. 19. Septimò, ad notãdum, q qui corpus Christi in se recipere desiderat, per multos bonorũ operum labores, & castitatem mentis & corporis debet se reddere mundũ, & candidum: & vt linteũ id primò lauatur, secundò torquetur, tertiò exsiccatur: sic qui vult mundus fieri ad suscipiendum Christi corpus: primò debet per aquam lachrimarũ lauari: secundò per opera pœnitentiæ torqueri: tertiò per feruorem amoris Dei à carnalium humore exsiccari. Tur. Cr. in d. c. consulto. D. Th. 3. p. q. 83. art. 3. ad septimum. & Opusc. 58. de sacr. altaris. Et hoc corporale sic plicari debet, q nec initium, nec finis appareat, sicut sudariũ in sepulchro Dñi est inuentum, sudarium est capitis ligamẽtum, per caput diuinitas significatur, quia caput Christus Deus, inuolutio id significat, q Christus, qui in humanitate initium nascendo habuit, & finem quendam in moriendo, in diuinitate neutrum horũ, sed semper esse habuit: vt d. Alcui. c. de celeb. Missæ. Et, vt supra, vasa sacra non nisi à sacris hominibus tangi debent. c. in sancta. cum seq. de consf. d. 1. & pro corporalibus lauandis ministri .i. diaconi nouam peluim hr̃e debent, & aquam in sacrarium proijcere, quò ad primã lotionem. c. nemo. ead. d. nec lauari debent, vel tangi per mulieres ẽt sacras. d. c. sacratas. 33. d. & d. c. nemo. & ĩ hoc derogari non potest per consuetudinem, ne fragmẽta, vel pulueres dñici corporis à prophanis cõtingantur: & idem de purificatorijs, quibus qñque stillæ sanguinis imbibuntur, & reliqæ corporis adiunguntur, quæ & per eosdem debent lauari; in alijs verò vestibus est abrogatum per consuetudinẽ: vt contingantur ẽt à non sacratis. Nec post lotionem prædicta sunt rebenedicenda, & si discedat amitus, & reponatur, vel resarciãtur, nisi sit tãta fractura, q formã amittãt. Silu. Corporalia.

Corporalia qñ rebenedicẽda, vel non.

Mos ẽt fuit, vt testatur Clem. libr. 8. Const c. 12. vt epo celebrãte, duo diaconi ex vtraq; parte altaris, tenerent flabella

Flabella muscaria i Missa adhiberi cõsueta.

flabella ex tenuibus mẽbranis, vel pẽnis pauonũ, vel linteo ad abigẽda parua animalia, ne in calicem decidant; de quo & meminit Hieron. ep. 20. ad Marcellã. & Hyldebertus eps Cenom. ep. 7. Idq; hodie etiam seruatur Romæ, dum Põtifex summus sacrũ facit.

Turificatio cur in Missa adhibenda, & quid significet.

Adhibetur quoq; ad Missæ sacrum Turificatio ex decreto Ap. canon. 3. & Soter I. in ep. 2. ad epos Italiæ, vbi sacratæ mulieres incẽsum ad altare deferre prohibentur: & Dion. c. 3. eccle. hier. d. Rom. Põtificem, vbi orationẽ sanctã super altare peregit, incensum adolere, omnemq; fani ambitum circuire; idq; primò in reuerẽtiam loci ad abigendos fœdos odores. Secundò ad repræsentandum gratiæ effectũ, qa sicut Christus fuit gratia plenus. Gen. 37. In figura, ecce odor filij mei &c. Sic à Christo gratia deriuetur ad fideles officio ministrorũ. 2. Cor. 2. Vnde & Turificato altari, per quod Christus designatur, oẽs per ordinẽ turificantur. D. Th. 3. p. q. 83. art. 5. Tertiò, vt qui sacris adsunt moneantur ad cœlestia, omni cordis desiderio, depulsis impuris cogitationib. & alia cura, ascendere: vt d. Philo eps in id Cant. ex aromatibus mirrhæ. Quartò, nam Turificatio significat deuotionem celebrãtis, & adstãtium. Ps. 140. Dirigatur oratio mea, &c. in incenso, n. orationes significantur. Apoc. 8. Data sunt ei incensa multa. Suffitus, vel turificatio ad abigendos dæmones efficax est: vt d. Inn. lib. 2. mist. Missæ. c. 17. Maximè ob benedictionem adhibitam, de qua hr in Liturgijs Basilij, & Chrisost. & etiam quia turribulum corpus Christi significat, ignis Sp. S. incensum Spiritum immaculatum, & etiã adhibetur thymiama. de quo Ambr. lib. 4. de sacerdotio. c. 1. & hr Exod. 30. q significat Christi corpus plenũ odore bono: vt d. Aug. serm. 98. de Temp. Amalar. lib. 3. c. 5. & 18. Inn. lib. 2. c. 16. Dur. lib. 4. c. 10. Qui & narrant cur turibulum tribus catenulis vniatur: vt refert Io. Steph. Dur. lib. 1. de ritib. c. 9.

De sacris indumentis in Missæ sacrificio adhibẽdis, & eorum misticis significationib.
Cap. XIII.

Vestes sacræ in Missa adhibẽdæ, ex veterũ traditione, & quare.

EX veterum traditione hr ministros altaris non nisi sacris indumentis vti debere. ex decreto Anacleti ep. 1. de oppress. ep. & Stephani Papæ ep. 1. ad Hilar. d. Vestimẽta verò ecclesiastica, quibus Dño ministratur cuiusq; diuinus omni cum honorificentia, & honestate à sacerdotibus reliquisq; ministris ecclesiæ celebratur, & sacrata debent esse, & honesta, quibus in alijs vsibus, cum Deo eiusq; seruitio consecrata, & dedicata sint, nemo debet frui, q̃ ecclesiasticis, & Deo dignis officijs, q̃ nec ab alijs debent contingi, autferri, nisi à sacratis hoĩbus, vt testatur Dam. in li. Pontif. c. 24. Et pdictæ vestes multis de causis merito benedicuntur; primò, quia in lege veteri in huius sacrificij figura, iubebatur, vt non nisi loti & sacris vestibus induti, sacerdotio fungerentur, Exod. 28. 31. Vnde Orig. hom. 11. in c. 20. Leuit. ait. Inuenimus & vasa ministerii vocitata, & vestimẽta sancta dici. Et infra. Super vestimentis &r sola Pontificis Aaron, & tunica linea, & cætera huiusmodi vestimẽta sancta dicuntur; si ergo intueamur quo sensu hæc omnia sãcta vocata sunt, aduertemus quomodo etiam nos operã dare debeamus, vt sancti esse possimus; Et infra. Similiter & vestimenta q̃ sancta nominantur, non iubentur intra domum vsui deseruire Pontificis, sed in templo esse, & inde omnino nunquam efferri, sed ad hoc tantum cõsecrata esse, vt eis Deo ministrans Pontifex induatur, & sint semper in tẽplo, ad cæteros verò vsus cões vtatur cõib. indumenntis. Secundò, vt detur intelligi cum conscientia munda, & virtutum vestibus adornata sacra tractãda sunt: vt d. Hier. lib. 13. cõment. in c. 44. Ezech. Ornamenta. n. hæc sunt virtu-

tum insignia, quibus tanquam scripturis vtentes admonentur quid debeat appetere, quid vitare, & ad quem sua facta dirigere, prouideat ergo diligēter eps, & attendat sacerdos studiosè, vt signum sine significato non ferat, & vestem sine virtute nō portet, quanto.n. is venerabilior apparet hominibus, tanto indignior reddit apud Deū Pontificalem, itaq; gloriā iam honor non commendat vestium, sed splēdor animarum: vt inquit Iuo. serm. de reb. eccl. & Inn. lib. 1. mist. Missæ. c. 64. Tertiò, vt significetur, ꝙ minister altaris singulariter præ alijs splendere debet cum aliquo exemplo sanctæ conuersationis. Quartò, ad ornamentum ecclesiæ id est institutum. Ps. 25. Dñe dilexi decorē domus tuæ, & ad gloriā Dei. Exo. 28. Ad ostendēdum maiestatem eius cui inseruitur: vnde cum Imperator Cōstantinus Macario epo vestem donasset in sacris adhibendā, & vendita esset, ac empta à quodam saltatore, is ea indutus inter saltandum concidit mortuus: teste Teod lib. 2. ca. 27. & lib. 5. hist. trip. c. 37. & Beda lib. 1. hist. Anglic. cap. 29 Simile miraculum commemorat Tur. Cre. in c. concedimus. de cons. d. 1. Et de vestibus sacris mentionē facit Ioānes Diaconus li. 2. vitæ B. Gregorij. c. 37. Beda li. 2. hist. c. 39. Hier. lib. 1. con. Pelag. & Chris. homil. 83. in Matt. & hoc statutū est conuenienter præter prædicta, quia conueniebat vt sacerdotes in hac peculiari actione totius ecclesiæ, sacro, ac peculiari habitu vterētur, tum ad Christi passionem repræsentandā idonea, quæ quidem sacra vestimēta mundissima esse debēt, & in nitido loco infra ecclesiam locari. ex Cōc. Rhem. apud Brucar. li. 2. c. 40. Lateran. c. 19. c. 1. de cust. Euch. Præcipimus quoq; vt vestimenta prædicta munda, & nitida conseruentur, nimis. n. vr̄ absurdum in sacrificio sordes negligere, quę dedecerent, ēt in prophanis; & id etiā asserit Hier. li. 1. adu. Pelag. & ep. 3. ad Heliodorum in epitaphio Nepot. c. 10. & ex Conc. Rhem. 4. c. apud Bruc. li. 2. c. 30. prohibent presbiteri sine amictu, stola, alba, manipulo, & casula Missam celebrare, quæ benedici debēt simul cū cingulo, corporali, & mappis altaris, secus tn̄ est de pallio, dalmaticis, & cotta; quorum quidem benedictio licet spectet ad epos; Abbates tn̄ qui habēt vsum mitræ ea ēt possunt benedicere: vt d. Gem cum gl. in c. abbates. de priuil. in 6. Corporale verò ab eis de iure benedici non potest. c. consulto. de cons. d. 1. ex consuetudine tn̄ id obtinetur. Silu. Benedictio. §. 3. 4 5. Quæ ēt vestes nō debent fieri de veste mulieris: vt d. gl. in c. ad nuptiarum. de cons. d. 1. Sed consuetudine introductū est, vt liceat eis vti, maximè cum ex dedicatione ad diuinum cultum in eis abstergatur omnis macula. arg c. non liceat. 16. q. fi. vt d. Tur. Cr. in d. c. ad nuptiarum. Et prædictæ vestes non debēt alijs vsibus deputari, q̄ ijs quibus sunt deputatæ, nec accōmodari ad nuptiarum ornatum. c. vestimēta. & d. c. ad nuptiarum. de cons. d. 1. Sed si vetusta sint, comburi debēt, & eorum cineres in sacrario reponi: vt infra dicet.

Vestes sacræ q̄ benedicēdę, & à quo.

Primum ergo sacrum indumentū, quo sacerdos celebraturus induit est amictus, ꝙ ex lino constare debet, & collum vndiq; cingit, in quo quia vox est, ideo in eo vsus loquēdi exprimit, & per amictum custodia vocis, vel linguæ intelligitur, iuxta Ps. 38. Pone domine custodiam ori meo, vt non delinquam in lingua mea, & Ps. 140. vt sic denotetur linguam esse castigandam: vt d. Amalar. lib. 2. de eccl. offi. c. 40. vel significat armaturā, de qua Eph. 6. Galeam salutis assumite, vel operū fortitudinē, quia super humeros vndequaque diffunditur: vt d. Vgo li. 2. de sacr. p. 4. Inn. lib. 1. de mist. Missæ c. 50. cum in humeris sit fortitudo, vel spem æternorum, caput. n. amictu cooperit, vt omnibus sensibus, quo: si plenitudo in capite est, pro spe æternorum, Deo seruiamus, & nil de ore nostro, nisi ꝙ laudem Dei sonat, proferamus: & cū humeris onera portentur, vt iugū Dei patienter feramus: vittis ēt humeralis pectus

Vestes adhibendæ i Missa, quæ sint qua materia cōstare debeāt, quare, & quid significēt allegoricè & moraliter.

Amictus adhibetur in Missa, quo, & qd significet.

pectus cingitur, vt in pectore nostro cogitationes iniquas,& inutiles reprimamus: vt d. Vgo lib. 1. de sacr. c. 45. Si verò amictus ad Christum referatur, significat velũ illud quo Iudæi Christi faciem velabant, dicentes: Prophetiza nobis, quis est qui te percussit? Matth. 26. Biel in can. Missæ lect. 11. licet nõ bene consonet, quia amictu caput sacerdotis, non facies velatur: vel significat Christi humanitatẽ qua tecta est Deitas, quæ est caput Christi: vt d. Biel. c. 2. & Rup. lib. 1. de diu. offic. Inno. lib. 1. de mist. c. 35. Dur. lib. 3. c. 2. de quo Apoc. 10. hr̃, Angelum Dei fortem descendisse amictum nube, & Is. 19. Dñm ascensurum super nubẽ candidam: vel amictus, vel humerale caput operiẽs, significat ꝙ Christus, qui est caput ecclesiæ diuinitatem in humanitate abscondit: vt d. S. Bonauent. in expos. misteriorum Missæ.

Alba quõ construenda,& quid significet:

Secundum indumẽtum, quo sacerdos induitur ex decreto Cõc. Cartag. 4. c. 41. est Alba, quæ linea esse debet, & talaris ẽt dr̃, vel bissina: vt d. Hiero. ep. ad Fabiolam de veste sacerdotali, ꝙ corpori debet esse astricta, & vsq; ad pedes descẽdere: vt d. Isid. 19. etimol. ca. 21. & Rab. lib. 1. de Instit. cler. Quæ quidem alba moraliter significat, ꝙ sacerdos bonis operib. vsq; ad finem vitæ insistere debet: ad talos .n. descẽdit vbi est finis corporis, vel nil superfluũ vel inordinatũ in vita sacerdotis esse debere, cum cãdida sit. Eccl. 9. & sicut illa fit de filo retorto multis runsionibus, sic & munditiam quam hominis caro non sortitur per naturã, multis castigationibus macerata obtinet per gratiam. Innoc. d. li. c. 51. vel significat loricã iustitiæ, quæ in nostris operib. elucere debet Eph. 6. Est. n. iustitia generalis virtus Eth. 5. Ideo nõ fit ex pellibus aĩalis cũ quibus Adã est eiectus ex paradiso. Gen. 3. Sed linea, ꝙ candorem,& sanctitatem significat. Si verò ad Christum referatur, significat alba vestem, qua Christus indutus fuit in opprobrium. Luc. 23. Dur. in rat. lib. 5. ca. 3. Biel. in can. lect. 11. Vel significat gloriam dñicæ Resurrectionis, quam Angeli in vestibus albis annunciarũt, & hæc tunica in veteri lege stricta describitur propter spiritum seruitutis, i noua verò larga, & copiosa propter spiritum adoptionis in libertate: vt d. Hier. ad Fabiolam, de veste sacerdotali, Amal. lib. 2. de eccl. offi. c. 18. Innoc. lib. 1. mist. ca. 51. licet debeat nunc hr̃e manicas strictas: vt ijdem dicunt: fortè quia arcta est via, quæ ducit ad vitam. Matth. 7.

Cingulum quõ construendũ, & quid significet.

Tertium indumentum est cingulũ, vel zona, qua lumbi cingũtur,& stringũtur, & alba colligatur ne in terram defluat, ꝙ pariter lineum esse debet, qđ significat carnis mortificationem: vt d. Hier. in Ps. 132. Vel fortitudinẽ, vt ait Hisichius lib. 5. in Leuit. vel custodiã, quæ necessaria est sacerdoti ne castitas, quæ per albam significatur, fit negligẽs,& remissa: vt inquit Rab. lib. 1. de instit. cler. c. 13. & Beda in lib. qui dr̃, collectanea; vel castitatẽ, quæ circa lumbos restringi debet, vt concupiscentiam frenet: vt d. Innoc. lib. 1. mist. c. 15. Vel significat discretionem sine qua virtutes non adsunt: vt d. Alcuin. de diu. offi. c. quid significent vestimenta: vel castitatem significat, qua cor constringitur ne lasciuiat, ne impediat gressus bonorum operũ. Vgo loco cit. c. 47. Vel indissolubile charitatis vinculũ, quo Christus copulauit sibi naturam humanã si allegoricẽ exponatur: vt hr̃ Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te; vel ligamẽ quo Christus in horto fuit captus, vel flagellum quo fuit cæsus; vel maiestatem qua Christus regnans magnifica dignitate diuinitatis pcinctus est,& vndiq; zona ornatus: vt ait S. Germ. in Theoria rerum eccles.

Manipulũ quõ conficiatur, & quid significet.

Quartum indumẽtum est Manipulum, vel mappula, quæ in sinistra parte gestatur, quem sancti Patres ferebant ad manus tergendas: vt d. Amal. lib. 3. c. 6. & Beda d. lib. Collectanea. c. de septem ordinib. & Rab. li. 1. de instit. cler. ca. 18. licet ad hunc vsum manipulus hodie nõ adhibeatur, sed sacerdos

cerdos sub cingulo sudariolũ habeat, ad manus, & nares, oculosve tergendos, significat verò manipulus, q cum emendatione mentis opus spontaneũ cõcordare debet, vt dignè exerceatur officium, q piè diuino munere est collatũ: vt d. Rab. lib. 1. de instit. cler. c. 18. & in sinistra parte gestatur, qua pituitam oculorum, & nariũ detergimus, vitam præsentem significando, in qua humores superfluos patimur: vt d. Alcuin. lib. de diu. offi. c. quid significent vestimenta. Vel in sinistra portatur, vt ostendatur in temporali vita tædium nos pati amoris superflui. i. carnalis delectationis: vt d. Amal. lib. 2. de eccl. offi. c. 24. Vel vt mentis sudore detorso, & animi tædio depulso, bonis operibus diligẽter vigilemus: iuxta id Prouer. 6. Discurre, festina, &c. & Matth. 26. Vigilate, & orate, vt nõ intretis in tentationem: & vt significetur nos debere esse strictos in hac vita, vt simus expediti ad cœlestia vbi manipuli tãquam præmium colligũtur. Ps. 125. Venientes aũt venient cum exultatione portantes manipulos suos: vt d. Gul. lib. 3. ca. 6. Allegoricè verò manipulus significat funem qua Christus ligatus fuit. Ioã. 17. Vel dum ponitur in læua significat humilitatem Christi in hac vita, vel pugnam Christi pro iustitia.

Stola q̃ro conficiat, & quid significet.

Quintum indumentũ est Stola, qua ceruix & vterque humerus premitur signum crucis in pectore constituens, ex decreto Cõc. Brac. 3. can. 3. quo id sub pœna excõicationis faciẽdũ sacerdoti præcipitur, quæ & orarium dr̃ loco cit. & in Conc. Bracar. 1. c. 27. Sic dictum orarium ab obsecro, vel quia oratoribus. i. prædicatoribus concedit: vt d. Balsamon in Sin. Laod. can. 22. & Rab. lib. 1. de instit. cler. ca. 19. & de ea meminit Ambr. in orat. de obitu fratris Satyri. & Teod. li. 2. hist. eccl. c. 27. & hr̃ in c. vnum orarium. 25. d. vel orarium dr̃ ab oratione; Vel, cum extendatur vsque ad genua quę curuantur, docetur sacerdos mansuetus, & humilis esse exemplo Christi dicẽtis: Discite à me, q mitis sum, & humilis corde, vel vt memor sit se esse sub iugo Christi, q leue est: vt d. Amal. lib. 2. de eccl. offi. c. 20. Dur. loco cit. c. 5. q profert Pontifex, cũ sacerdotem ordinat, & descendit à collo, & vtrunq; latus ornat, vt doceatur sacerdos à dextris, & sinistris p arma iustitiæ debere esse munitus, q ad fortitudinem, & patiẽtiam pertinet, sine qua virtutes aliæ non coronantur. Heb. 10. vt d. Iuo. de significationibus indumentorũ sacerdot. Vgo. de sacr. p. 4. libr. 2. c. 4. Innoc. lib. 1. de mist. Missæ. c. 54. Stola ẽt cum zona quibusdam nexibus colligatur: quia virtutes virtutibus adiuuantur, ne aliqua tentationis motione moueantur: vt d. Iuo loco cit. Innoc. d. c. Vel stola significat obediẽtiam euangelij, q est iugũ suaue, ideo sacerdos ad iugum Dñi ligatur, dum collũ eius stola circundatur: vt d. Vgo loco cit. c. 48. & vt sacerdos, ac diaconus sciat se Euangelij ministrum, non præpositum esse: vt d. Amal. lib. 2. c. 20. & diaconus defert orariũ in sinistro latere, sacerdos in vtroque, ex Conc. Bracar. loco citat. nec sacerdotalis stola à diacono tangi debet, & subdiaconus, & alij inferiores stolis vti omnino prohibenſ. ex Sin. Laod. can. 22. 23. c. nõ oportet. cum seq. 23. dist. Allegoricè verò stola significat ligamen, quo Christus ligatus fuit, vel obedientiam quam pro salute nostrũ oĩum subiuit: formã serui accipiens: vt d. Rup. lib. 1. de diu offic. ca. 21. Innoc. lib. 1. mist. c. 38. Vel stola cancellata in pectore ad modum crucis passionem Christi significat, quam ferre vigili cogitatione in corde debemus, & in corpore per mortificationem terrenæ delectationis: vt d. S. Bonau. in expos. mist. Missæ; Vel significat dum cancellatur in pectore ad modum crucis, populum Iudaicum in sinistram partem transire, & gentilem in dexterã, quia in Christũ credidit: vt est expressum in benedictione Iacob facta super Effraim, & Manasse, manibus cancellatis. Gen. 48.

Vltimum indumẽtum sacerdotale est Casula, sic dicta, quia tegit totum hominem

Casula qũo conficiatur, & quid significet.

hominem quasi minor casa: vt d.Rab. li.1.de instit.cler.c.21. vel quasi tugurium, & cappa, & significat charitatẽ, quæ cunctis virtutibus supereminet. 1.Cor.13. vt d. Beda in collectan. de septem ordinibus. Alcuinus de diuin. offic. cap.quid significent vestimenta. Rab.loco cit.Innoc.lib.1.mist.cap.58. vel casula vndiq; integra significat fidei vnitatem. Rup.lib.1.de diuin.offi. cap.22. & antiquitus complicabatur super vtrunq; brachium ad designandum charitatem, quæ extenditur ad amicos, & inimicos, & operit multitudinem peccatorum: vt dicit Innoc. loco cit. Et licet vnica casula sit, extensione tamen manuum in anteriorem & posteriorem partem quodammodo diuiditur, significans antiquam ecclesiam, quæ passionem Christi præcessit, & nouam quæ subsequitur, qui enim præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes: Osanna; vel duo brachia charitatis significat ad Deũ, & proximum: vt dicit Innoc.d.lib.ca. 42. Diuiditur verò ante, & retro, quia duæ partes dissidentes vni lapidi angulari vniuntur, & extensio manuum sacerdotis extra, significat extensionem manuum Christi in cruce, casula etiam super brachium dextrum erigitur, vt amici in Deo amentur, & replicatur super sinistrum, vt inimici propter Deum diligantur: vt dicit Vgo.libr.1.cap.50. vel significat purpuream vestem, quam Iudæi illudentes Iesu dedere, vel Christi tunicam inconsutilem, vnde olim erat vndique conclusa: vt d.ibi Vgo.

Vestes, & indumenta, ac ornamenta Põtificalia q̃, & quid significent.

Pontifex præter supradicta indumenta, quæ communes illi cum cæteris sacerdotibus existunt, nonnulla in Missæ sacro, quæ illi tãtum propria sunt, adhibet, videlicet sandalia, tunicam, dalmaticam, chirotecas, mitram, annulum, baculum, & pallium.

Sandalia qũo conficienda, & quid significent.

Primum ergo Pontificis indumentum sunt Sandalia, quæ in pedibus Pontificis ponuntur, & pro caligis ponuntur à Hieron. in cap.19.Is. Sed tamen Pontifex priusquam sandalia in pedibus induat, caligas vsque ad genua protensas, & ibi constrictas cum misterio induit: vt dicit Innocen.lib. 1.mist.cap.48. & sandalia inter Pontificis indumenta enumerat Bernard. epist.42.circa finem. & Innocent.III. in Decretali ad Patriarcham Constãtinopolitanum, dicens: Mittimus tibi per Cardinalem prædictum Pontificalia ornamenta: caligas, & sandalia: amictum & albam &c. & Bernard. loco citat. enumerat etiam annulum, & mitrã inter Pontificis ornamẽta; Sandalia verò habent subtus integram soleam, desuper corium fenestratum, quia gressus prædicatoris subtus debent esse muniti, ne terrenis polluantur, sursum aperti, vt ad cognoscenda cœlestia reuelentur, nec prædicatio occultetur: vt dicit Alcuinus de diuin.offic. cap.quid significent indumenta.Innocent.lib.1.cap.48. Vel, vt sandalia partem pedis tegunt, partem apertam relinquũt, partim sic Doctor euangelicus euangelium tegere, partim aperire debet, ita vt fidelis sufficienter instruatur, & infidelis, ac contemptor non inueniat blasphemandi materiam: vt dicit Iuo serm.de significat.indument.sacerdot. vel sandalia in pedibus ponuntur ad significandum, quòd cum per pedes affectus significentur, Prælatorum affectus à terrenis sunt remouendi, & ad cœlestia dirigendi.Vgo loco citat.cap.54. Allegoricè significat, quòd ad nos venit calceata diuinitas humanitate: vt pro nobis filius Dei sacerdotio fungeretur; & ideo Pontifex ea induens recitat Psalm.59. In Idumæam extendam calceamentum meum ad id significãdum: vt dicit Rup.lib.1.cap.24.de diuin.offic. Durand.libr.3.cap.8. & sandalijs hodie soli Pontifices vtuntur: vt dicit ibi Duran. & hoc ante diaconis erat vetitum. in cap. peruenit.93. distinct.Amalar.libr.2.de eccles.offic. cap.25.

Secundum indumentum Pontificale est Tunica, de qua Hieron in epitaphio

Tunica, vt conficien-

da,& quid significet. taphio Nepotiani. & cum non vſque ad talos,ſed crus extendatur,& habeat manicas ſtrictas, ſignificat militem Chriſti debere eſſe liberum,& ad bona opera expeditum: vt dicit Vgo.ibidem capit.52. vel ſignificat perſeuerantiam, quia cum cæteræ virtutes currant in brauio,ſola tamen perſeuerantia accipit brauium. Matth.10.Apocal.2. & ideo apud aliquos eſt talaris, qualem Ioſephus habebat, ad id ſignificandum: vt dicit Innocen.lib.1. miſt. cap.51. Vel ſignificat, rationem ſublimium non patere omnibus, ſed tantum maioribus, & perfectis, quæ & ideo non cingitur, quia ſibi lex eſſe debent; & ſecundùm eam non inuiti,ſed virtutis, & Dei intuitu, viuere. Hieron.ep.ad Fabiolam. Amalar. lib.2.de eccleſ.offic.cap.22. Aliqui tamen duabus tunicis vtuntur, fuere enim in veteri lege duæ tunicæ biſſina,& hiacinthina, de quibus Hieron. d. epiſt. ad Fabiolam. & Alcuinus de diuin.offic.c.de ſingulis veſtibus: prima ſignificat ſapientiam quam Chriſtus à patre æternaliter accepit, quæ ſcindi non potuit,altera trahens originem à vermibus, cum ſerica ſit, ſignificat Chriſti carnem, quæ eſt concepta de Spiritu Sancto, ſecundùm quam ipſe d.per prophetam:Ego ſum vermis,& non homo.Pſal. 21.

Dalmatica,vnde dicatur, vt fiat, & quid ſignificet. Tertium indumentum eſt Dalmatica,dicta à Dalmatia græciæ prouincia vbi primum eſt texta: vt dicit Iſid. libr.19. origin. cap.22. Alcuinus.cap. quid ſignificent veſtimenta. Rabanus cap.20.Vgo.lib 2.part.4.cap.13. & eſt veſtis ſine manicis: vt dicit ibi Iſidor. & Siluester Papa iuſſit, vt diaconi ea in eccleſia vterentur, & palla linoſtina ad læuam: vt dicit Damaſus in Pontificali. Concil.Roman. canon.6. Rabanus libr.1. de inſtitut. clericorũ. cap.7. & Strabo. de rebus eccleſ. cap. 24. ait ſacerdotis ante vſum caſularũ, vſos fuiſſe dalmaticis, quibus introductis, caſulas diaconis conceſſiſſe, quandoque tamen epiſcopi etiam ſine Papæ licentia dalmaticis vti non poterant. ex Gregorio libr.7.epiſt.3. cap. communis filius. 23. diſtinct. hodie tamen paſſim epiſcopi ſub caſula eam geſtant & Eutichianus Papa ſtatuit vt Martires cum dalmaticis ſepelirentur: teſte Damaſo in libr.Pontificali.cap.28. Dum verò habet largas manicas, ſignificat epiſcopum habere debere manus ad dandum extenſas,& non collectas. Iſai 58. Frange eſurienti panem tuum. Innocent.lib. 1. cap.56. Alcuinus d.cap.quid ſignificent veſtimenta. Amalar. libr.1. de eccleſ.offic. cap.21. Dum verò habet formam crucis, ſignificat eum qui illa induitur crucifixum eſſe debere mundo. Alcuinus libr.7. de inſtitut. clericorum. ca.20. vel epiſcopum debere eſſe vtilem verbo, & exemplo, & habere charitatem erga Deum, & proximum, in proſperis, & aduerſis: Vgo ibidem cap.53. Innocent.cap.56. Dalmatica etiam habet duas lineas coccineas ante, & retro à ſummo vſque deorſum ad ſignificãdum vetus, & nouum teſtamentum rutilare charitatem Dei, & proximi: vt dicit Amalar. loco citato. Allegoricè ſignificat Chriſti paſſionem: vt dicit Rabanus loco citato;vel laxam Chriſti miſericordiã dum laxas manicas habet. Innocent.lib.1.cap.40. Dimittuntur verò dalmaticæ tempore Aduentus, & à Septuageſima, vſque ad cœnam Domini: vt dicit Amalar. libr. 4. de eccleſiaſt.offic.cap.30.reſumuntur tamen in Ieiunio, Quatuor Temporũ, Pentecoſtes, ob ſolemnitatem Spiritus Sancti: vt dicit Iuo.part.4.cap.33. ex Concil.Salegunſtæ.cap.2.quòd tamen hodie non ſeruatur, quò ad diaconos.

Chirotecæ,vt fiãt, & quid ſignificent. Quartum indumentum ſunt Chirotecæ, quibus manus Pontificis teguntur,indicantes ſimilitudinem peccati,quam Chriſtus aſſumpſit ſine peccato, vt ſic eius incarnatio diabolo celaretur. Innocent. ibi. cap.41. Moraliter per manus operationes, per chirotecas operum occultationes ſignificantur, vt ſic opus fiat in publico,

co, vt tamen intentio Deo solum placendi maneat in occulto, vt scilicet inde laudem non quærat Pontifex, sed Dei gloriam, & proximi salutem, lucrum sui æstimet. Matth. 5. & 6. Vgo. ibidem. cap. 56. Innocentius capit. 57.

Mitra, vt conficiat, & quid significet.

Quintum indumentum Pontificium est Mitra, quæ & Thiara, ac Cidaris dicitur: vt dicit Alcuinus. capit. de singulis vestibus. & caput Pontificis ornat, ad exemplum linei pilleoli, quòd commune erat sacerdotibus in veteri lege habentis figuram dimidiatæ sphæræ, quòd Hebræi mighaghot, Græci thiaram, alij galeam, alij infulam vocant, de quo Exodi 24. Cui pileo erat superpositus alter pileolus hyacinthinus aliquanto sublimior, qui mitra dicebatur. Ecclesiast. 45. Coronam auream super mitram eius expressam signo sanctitatis, & hac soli Pontifices vtebantur: vt dicit Sixtus Senen. libro 3. bibliothecæ sanctæ. cap. de Pontificis Aaronici ornatu, & enumeratur à Bernard. epistola 42. inter Pontificalia ornamenta, qua & olim Reges decorari solebant: vt dicit Strabo libro quintodecimo; significat verò mitra quæ caput tegit, in quo est plenitudo sensuum, Pontificem omnes sensus Deo consecrare debere, vt nec oculi pateant ad videndas vanitates, nec cæteri sensus iniquitati consentiant, dum per illos intromissa delectatio incestat animi sanctitatem: vt dicit Alcuinus loco citato. Vgo ibidem. capit. 55. Innocentius capit. 44. & 60. quæ duo cornua habet ad denotandum Pontificem vtriusque testamenti cognitionem habere debere. Innocentius dicto cap. 60. Turre Crem. in capitulo disciplina. 45. distinctione d. Circulus aureus, qui anteriorem, & posteriorem eius partem ornat, docet Pontificem non debere esse magistrum ante quàm fiat discipulus, ne cæcus cæcum ducens in foueam cadant: vt dicit ibi Innocentius. Allegoricè, per mitram, summi capitis Christi intelligitur honorificentia illa quæ propter diuinitatem debetur humanitati eius, quia propter pedem adoratur scabellum: vt dicit Innocentius libro 2. cap. 44. vel dum est corniculata prætendit coronam spineam, indicans quòd per eam ad vnam fidem conuenerunt duo testamenta, illud grauiter pungens, nostrum suauiter mulcens: vt ait Stephan. Eduens. libro de sacrament. altar. cap. 11. vel duo cornua significant sapientiam, & vitam, quæ vere fuerunt in Christo.

Mitra cur quandoque deponatur à Pontifice, & resumatur.

Porrò episcopus oraturus, & celebraturus Mitram deponit, quia nemo velato capite orare debet. 1. Cor. 11. Quatenus inter ipsum, & Deum nullum sit malitiæ velamen, prædicaturus verò eam reassumit, ea ratione, quia Pontifex est medius inter Deum, & populum, & in oratione, & celebratione gerit personam populi ad Deum, ideo tunc mitram deponit, se habens ad modum humiliantis se, & deprecantis, ac pœnitentis, in prædicatione verò quia gerit personam Dei ad populum, ideo mitram reassumit se habens ad modum terrentis, & comminantis: vt eleganter dicit Turre Crem. in capit. nullus. de consecratione distinctione prima. Abbates tamen etiam ipsi mitræ vsum habent ex priuilegio. capit. vt apostolicæ. de priuileg. etiam in supplicationibus publicis; & inter episcopos, etiam extra eorum iurisdictionem, & monasteria. dicto capit. Hostien. in capit. cum contingat. de ætat. & qualitate. Durand. de ritibus eccles. libro 2. capit. 9. numero 35. cum distinctione tamen, de qua habetur supra, de statu prælatorum. c. de Abbatibus; scilicet, quòd ex empti in sinodis quibus interesse tenentur, & possunt ijs vti valent, sed non aureas, argenteas, vel gemmatas texturas habentes, sed tantum aurifrisiatas, non ex empti verò simplices tantum, & a-

lias prout priuilegium concesserit, non verò alio modo. d. capit. vt apostolicæ. vbi Franch. Papa verò præter mitram, vtitur & corona, vel regno in signum imperij, sicut mitra in signum Pontificis, & mitra semper & vbique vtitur; regno non ita, quia sacerdotium in populo Dei regnum præcessit: vt dicit Innocent. ferm. 3. de consecrat. Pontif. Maximi. & Constantinus Siluestro coronam, vel diadema valoris summi donauit, quam cum deferre noluisset in reuerentiá clericalis coronæ, vel ob humilitatem, idem imperator splédidissimum phrigium lorum eius capiti sancto proprijs manibus imposuit: vt dicit Innocentius sermon. 1. in festo sancti Siluestri. Balsam. in Photi. titul. 8. de parochijs.

Annulus Pótificius vt cóficiatur, & q d significet.

Sextum indumentum Pontificium est Annulus, qui defertur in signum Pontificalis honoris, vel in signaculum secretorum: vt dicit Isid. lib. 1. de eccles. offic. cap. 5. vt indignis misteria, vel sacramenta occludat: vt ait Rabanus libro 1. de institut. clericor. capitul. 4. & ob id deferrur in indice manus dextræ, quia digitus is dicitur salutatis: vt dicit Suetonius in Augusto. cap. 80. quia silentium, scilicet indicit: vt dicit Apuleius libro 1. Metaphor. Vnde quando episcopo datur Annulus dicitur ei, vt habetur in libello ordinis Romani; accipe annulum discretionis, & honoris fidei signum, vt quæ signanda sunt, signes, & quæ aperienda sunt, pandas, quæ liganda sunt liges, quæ soluenda sunt soluas; qui debet esse de auro puro, puto solido, cum gemma pretiosiori in qua nil insculptum sit. ex Concil. Mediolan. Prouinc. 1. de suppellectili eccles. vel in signum, quòd præsul est spiritualis sponsus ecclesiæ suæ. Allegoricè significat donum Spiritus Sancti, quo Christus plenissimè fuit repletus, & de cuius plenitudine nos omnes accepimus, quòd & visibilis Pontifex imitatur, constituens sacerdotes, diaconos, & subdiaconos, & huiusmodi. Innocen. ibidem. cap. 46. & est fidei sacramentum, quo Christus sponsam suam sanctam ecclesiam subarrauit, cuius custodes, & pedagogi sunt episcopi, & prælati, annulum pro signo ferentes in testimonium. Innocentius ibidem. cap. 61. & eam Christus annuli signo per dona Spiritus sancti fulgentem demonstrat.

Baculus pastoralis Pontifici quo conficiatur, & quid significet.

Septimum Pontificis insignium est Baculus pastoralis, qui & virga pastoralis dicitur episcopo datus in signum pastoralis dignitatis: vt habetur in Concil. Constantinopol. 8. act. 7. & apud Iuonem epist. 8. qui recuruus est, vt & quo pastores vtitur, qui pedum dicitur ad oues comprehendendas, quia illo oues pedibus comprehenduntur, vt significetur Pótificem debere regere debiles, & infirmos sustinere: vt dicit Beda in collectan. de septem ordinibus; vel significat correctionem pastoralem: vt dicit Innocentius libro primo, cap. sexagesimo-secundo; quia cum sit acutus in fine, rectus in medio, & retortus in summo, significat, quòd per eum Pontifex debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos: vt ibi idem dicit. Vnde in libro, qui Ordo Romanus dicitur, in traditione baculi Pontifici dici, asseritur, accipe baculum pastoralis officij, potestatem ligandi atque soluendi, & sis in corrigendis vitijs perseuerans, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens: & infra: Accipe baculum sacri regiminis signum, vt imbecilles consolides, titubantes confirmes, prauos corrigas, rectos dirigas in viam salutis æternæ, habeasque potestatem erigendi dignos, & corrigendi indignos, cooperante Domino nostro, sic tamen, vt ad se redeat, si fortè in se habeat quæ alijs annunciat; allegoricè baculus significat Christi potestatem. Psalmo 22. Qui non solum corripit, sed

sed & sustētat. Ps. prædicto: Virga tua, & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt; Papa tamen baculo non vtitur. ca. vn. de sacra vnct. nec Abbas extra propriam ecclesiam.

Palliū, q remissiuc, & quid significet. Vltimum indumētum Pontificium est Pallium, quo Patriarchæ tm, & Archiepi vtūtur: vt dixi latè supra tract. de Patriarchis, q cum habeat duas lineas à summo deorsum ante, & retro pendētes cum cruce, significat doctrinam duorum testamentorum Christi passioni testimonium perhibentium, circulus verò circa collum Pontificis pendens, significat torquem auream beatitudinis, quæ legitimè certantib. proponitur Vgo. loco cit. c. 57. Innoc. lib. 1. c. 63. quæ omnia copiosissimè refert Io. Steph. Dur. vir eximiæ eruditionis. libr. 1. & 2. de ritibus ecclesiæ, vsque ad cap. 10.

Vestes Pōtificis legalis quæ, & quid significarent. In veteri verò lege Pontifex habebat octo ornamenta, vestem lineam, tunicā lexiacinthinam, superhumerale, q tegebat humeros, & anteriorem partem vsq; ad cingulum: quartò, rationale quadratum, q ponebatur in pectore: baltheū ex quatuor colorib⁹ conflatum: thiaram, vel mitram: laminam auream in fronte, in qua scriptū erat nomen Dñi: & fœmoralia linea, quia significant his misticè expositis, quæ platis sunt necessaria: primò castitas per fœmoralia significata: puritas per lineam tunicam: moderatio discretionis per cingulum, & rectitudo intentionis per thiaram caput tegentem: lamina verò significat Dei iugem memoriam: superhumerale, q prælatus supportet infirmitatem subditorum: rationale q habeat eos in corde per charitatem; tunica q habeat conuersationem cœlestem cū doctrina diuinorum, & vnitate fidei, & cōcordia in bonis moribus: vt inquit D. Th. 1. 2. q. 102. art. 5. ad decimū. ver. in speciali. & ver. finali. in qua q. in resp. ad contr. D. Th. enumeratis præceptis cæremonialibus legis veteris, tā in personis, sacrificijs, q locis sacris obseruatis, ea misticè exponit, q item facit Hiero. ep. ad Fabiolam.

Colores, qui in ecclesiasticis sunt in vsu, quo nomine habeātur, & quid significent, & quando variandi. Colores demum paramentorū, & vestium sacrarum principales, quia nigro raro ecclesia vtitur, significant quatuor elementa, duo emisphæria, & orbis partes zodiac, notātes, q omnia subtus sunt eius arbitrio, cuius personam induitus gerit sacerdos: vt d. Hier. ep. ad Fabiolam. & Vgo d. lib. c. 45.

Albis vestibus vtitur in festis virginum, & confessorum, ob eorum integritatem, & innocentiam denotandā, cādidi enim sunt Nazarei eius, & ambulant coram eo in albis. Apocal. 14. Idem in festis Angelorum, & Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, in Epiphania ob splendorem stellæ: in Purificatione beatæ Virginis, ob eius puritatem: in cœna Dñi ob chrismatis confectionem: in Natiuitate, & Resurrectione Dñi ob Angelos testes: in Dedicatione ecclesiæ in signum desponsationis Templi Deo cultui.

Rubeis, in festis Apostolorū, & Martirum ob sanguinem passionis, quem pro Christo fuderunt. Apoc. 7. Es. 63. in festo crucis Dñi, ob eius passionē: in sancta Pentecoste ob Sp. S. in linguis igneis descensum, Act. 2. Cum verò celebratur festum virginis, & martiris, vtendum est rubeis, cum martirium præferatur virginitati, quia est signum perfectissimæ charitatis. Ioā. 14. Innoc. ibi. cap. 65.

Viridi vtitur ab octaua Epiphaniæ ad Septuagesimam, & ab octaua Pentecosten ad Aduentū exclusiuè: quia hic color est medius inter rubeum, & album: & nigrum, vt dicitur Cant. 4. Cipri cum nardo, & nardus cum croco, ad significandum, q illo tempore participari debet effectus aliorum colorum. Innoc. ibi.

Violaceo vtitur à Dominica Aduētus, vsque ad Natiuitatem Domini, & à Dominica Septuagesimæ, vsque ad Pascha, in Vigilijs, quæ ieiunantur, quia est color liuidus: vt sic carnem nostram macerantes ei cōformemur, cuius liuore sanati sumus. Tim. tract. 2. quæst. 40.

 Nigris

Nigris vtitur in parasceue, & Missis defunctorum, quia repræsentat mortem, & mortuos quos nigros esse constat. Et de his satis ad Dei gloriam, sit dictum.

De ratione practicè construendi ædes sacras, altaria, & ecclesiasticam suppellectilem.

Cap. XIIII.

Ecclesia qualiter ædificãda, & qua forma.

IN ecclesia ædificanda spectetur, vt locus aliquanto æditior sit, sin minus vt ad eam saltem tribus pedibus ascendatur; ac ab omni strepitu absit, sordibus, luto, stabulis, cauponis, officinis ferrarijs, emporijs, & omni foro venalitio, nec etiã è regione eorum sit, & vbi fieri potest insulæ instar ædificetur. Ministrorum tamen ecclesiæ domus illi vicina sit, sic tamen vt eius parietibus cõiuncta nõ sit, sed area de qua infra interiecta sit, excepta domo sacristæ, quæ ad res ecclesiæ tutandas, sacristiæ contigua esse poterit; sic tamen vt ea structura ecclesiæ, vel lumina non offendãtur, nec è domo illa in ecclesiã prospectus vllus sit; nec ibi ianua sit, qua transitus per ecclesiam fiat ad res domesticas importandas, vel exportandas, sed tantum ad diuina officia, & munera sua in illa obeunda.

Area ecclesiæ in loco humido ne sit, nec ꝓpe colles, vnde aqua defluat, & si id fit, ibi hominũ opera planities fiat magnitudini ecclesiæ respondens: à cuius tergo, & latere spatium planũ cubitorum duodecim intersit ad excisam rupem, quæ firmo pariete muniatur, canalibus etiam effossis, per quos aqua fluens deriuetur.

Sic autem ampla fiat ecclesia, vt satis nedum sit ad capiendum populum incolarum, assignato cuilibet ab omni parte mensura vnius cubiti, & vnciarum octo, præter spatium columnarum & parietum, sed etiam ad capiendũ exteros ad solemnitates quandoque capiendos.

Forma ecclesiæ crucis oblongæ similitudinem præ se ferat, cũ vna, tribus, vel quinq; nauibus extructis extra capellæ maioris ingressum duabus ab vtroque latere capellis, quæ ad brachiorum similitudinem productæ, à toto ecclesiæ ædificio pro amplitudine extent, ac foris aliquantum pro architecturæ ratione promineant.

Parietes pro modo regionis, ac reliqua ædificẽtur iudicio epi, ac de architecti consilio, id tñ aduertendo in parietibus extrinsecus, vt qui à latere & tergo sunt, nulla imagine insigniantur, qui à fronte sacris imaginibus, vel picturis sacram historiam exprimentibus ornentur. In frontispicij ergo pio ornatu, amotis prophanis, id apponatur, ꝙ splẽdori, ac sanctitati loci cõueniat, ac pręsertim, maximè in parochialibus, in superiori parte ostij maioris sculpatur imago beatissimæ Virginis, Iesum filium complexu habentem, & à dextro latere effigies cuius nomine ecclesia dicitur: à sinistro alterius sancti, cui parochi maiorem venerationem tribuunt; in quo opere construendo architectus videat, vt à pluuia, & temporis iniuria perpetuò defendatur.

Atriũ præterea, in fronte sacræ ædis pro areæ ratione, & ædificij structura, fiat, intus porticibus ab omni parte cinctum, ac alio decenti architecturæ opere ornatum, quòd si id ædificari non possit, porticus saltem à fronte extruatur, quæ columnis marmoreis, vel pilis lapideis, aut laterities erecta, longitudine ecclesiam adequet, & latitudine, & altitudine longitudini respondeat, quòd si id fieri non possit, saltem ante ianuam maiorem vestibulum huiusmodi extruatur, ꝙ duabus tãtum columnis, vel pilis ab ea distãtibus ædificatum forma quadrata sit, & tantum spatij habeat, vt paulo latius, quàm ecclesiæ ianua pateat.

Tectum, vel displuuiati, vel testudinati,

nati, vel laqueati forma, sic fiat vt materia lignea bene firma sit, ac pro more regionis tegatur decenter, & insigniores ecclesiæ si minus æreis, at saltem plumbeis tegulis operiantur. Laqueata tecta maximè conueniunt, fornicata verò fieri possunt pro regionis more, vt ab incendio ecclesia magis defendatur. In quibus id caueatur, vt tecti proiectura huiusmodi fiat, vt stillicidia à parietib⁹ imis procul sint, aptè & decenter architecti iudicio. Et ne suggrūdijs ob eorum stillationem parietes offendantur, in summo terræ pauimentis lithostratis, bene consolidatis, suggrūdia latius aliquanto producta, sternantur, tum terra congesta inde perpetuò procul amoueatur, ac in illorum summitate, quæ tecti trabib. subiacebit, structura, vel lorica testacea, vel ferrea cum coronis prominētibus adhibeatur, quæ etiā tecti proiecturam iuuabit.

Pauimentum non spicatū; non è laterculis coctilibus, vel alio lateritio opere, nisi vitriato opere fit, sed in insigni ecclesia, ac capellis maiorib. marmore, vel alio solido lapide stratū sit, opere tessellato, vel scutulato politè cōfecto, musiuo itur in alijs ecclesijs, & capellis, silicibus expolitis, vel opere testaceo fiat, in eo verò nullo modo pictura, vel crux, aut sacra imago, vel quid sacram historiam repræsentans exprimatur.

Ostia quadrāgula sint marmore solido, vel pretiosiori materia non humili structura depressa, sed duplo altiora, quàm latitudo patet, sint; Superiori verò eius parti coronix decenti opere adiungatur, è qua rotundū instar hemicicli, & scaphæ emineat, vbi sacræ imagines Virginis, titularis &c. vt supra est dictum, pingātur, vel sculpantur. A fronte ecclesiæ ostia cōstruantur, quæ imparia sint, tot quot nauibus constat ecclesia, media verò nauis vbi pluribus cōstat, tria ostia à frōte habeat; & si vna tantum naui constet, tria ostia omnino à frōte habeat ob virorū, ac mulierum distinctionē. ostium mediū, ab alijs & ornatu, & laxamento distinguatur maximè in cathedrali, vbi id sculptura leonum ornari debet, vt pastorum vigilantia ostendatur, quæ ostia firma sint. ostia ex cupresso, vel cedro fiant, opere fabrili ornata, ꝙ sculptura piè expressum, aliquantum emineat, ac laminis incisa in insigniori ecclesia vestiātur, ac opere sacrarum imaginum cœlato ornentur, quæ valuæ pessulis, setis, & clauibus grandiusculis à parte interiori firmiter muniantur, ab exteriori nullo modo. Vbi verò id est necesse in vnius tantum ianuæ, quæ à latere maioris ianuę est, valuis ostiolum par uum extruatur ijsdē intrinsecus munitum & firmiter compactū. A tergo & lateribus nullum ecclesiæ ostiū extruatur, nisi quo oportet ingressum fieri, vel ad sacristiam, vel ad campanile, vel cœmeterium, vel ministrorū ecclesiæ domicilia. Nec prope vllum altare, vel è regione eius laterali, aut alio loco, qui id recta spectet, ac inde sacris altaris ministerijs, vel impedimenti, vel irreuerentiæ, vel perturbationis periculum existere possit.

Fenestræ ecclesiæ à parte superiori paulum rotundæ, à lateribus aliquanto intrinsecus latiores appareant, q̃ extrinsecus. In media ecclesiæ naui vbi pro tecti altitudinem potest, tum etiā in nauibus inferioribus fenestræ laterales fiant, ab vtroq; latere impares, ac in cuiuslibet intercolumnij medio, ita ordine extructæ, vt recta sibi respondeant, nec à zophyro tecti valde distent: vt verò præcipuè ecclesia, & capella maior lumen excipiat, fenestra orbicularis ampla pro modo ecclesiæ, à fronte supra ostium maius ædificetur, ac extrinsecus ornetur pro structuræ modo; In alijs nauibus fiāt etiā in frōtispicio architecti iudicio. lumen etiam excipi potest ex vmbilico fastigiatæ fornicis ad vsum ecclesiæ, & capellæ, lanternis vndiq; factis, quæ fiant in capella maiori, & singulis minoribus pro earum magnitudine, ab vtroque latere, vt vtrinque lux

præbeatur; quod si à lateribus lumen excipi non potest, nec sat est quod à frontispicio ecclesiæ accipitur, è pariete, qui è tergo capellæ est recipiatur: vbi caueatur, vt nullã altaris cuiusuis partem, fenestræ posterioris parietis occupent, tum maximè ne altare, quod eidem parieti prope sit, recta spectent, vel vllo modo supra altare fiant; quod si aliunde lumen sumi non potest, tunc fenestra quæ supra altare est extruenda, ab ima parte paulo accliuius foras prominens, opere testaceo, vel tabula solida marmorea, in ea vetriata huiusmodi fit, vt aqua foras omnino defluat, intro verò nec gutta penetret. Caueatur etiam si montoso loco, vel alio vbi maxima ventorum vis sit, ecclesia ædificatur, fenestræ sic vndiq; maximè à septentrione fiant, vt inde nullum detrimentum sacris ministerijs, vel populo fiat. Sic autem altæ fenestræ extruantur, vt inde qui foris est, introspicere non possit, quod si minus altè extrui opus est, muniatur vitreis valuis, ne intro inspici possit, quæ nũquam aperiantur. Fenestræ etiam omnes clatris ferreis, adhibito etiã opere vitreo pellucido nullo modo picto, excepta imagine sancti, cui⁹ nomini ecclesia, vel capella est dicatum, muniatur, & extrinsecus filis æreis instar retis vndiq; sepiantur, ac in ecclesijs insignibus illustriores etiam fiant, & vbi inopia adest, fenestræ saltem tela instructæ sint; ac si omnes extruantur, vt aperiri aliquãdo possint ad exhalationes emittendas; & si fenestræ vicinorum intra ecclesiam inspiciunt, obturari iubentur, ex Bulla Pij V. 1566. incip. Vniuersis.

Scala ecclesiæ vbi pluribus gradib⁹ constat, latè patẽs pro modo ecclesiæ è marmore, vel saltem lapide solido fiat, necessarijs gradibus adhibitis, id cauendo, vt numero impares existãt, & tertio, vel quinto quoq; gradu planum fiat, quod pro ascensus ratione cubitis tribus pateat; ac ordines etiam ipsi graduum imparẽs sint. vbi plures adhibentur gradus, singuli sint altitudine vnciarũ octo, cubitali latitudine, vel etiam plus.

Capella maior in capite ecclesiæ situ eminentiori, è regione ianuæ primariæ fiat, cuius pars posterior ad oriẽtem æquinoctialem recta spectet, quod si id fieri non potest, de episcopi licentia, non ad septentrionem, sed ad meridiem spectet. Ad occidentem verò esse poterit, vbi pro ritu ecclesiæ sacerdos versa ad populum facie, Missam in altari maiori celebrat. Capella hæc fornicata sit, musiuo etiam opere vel alia illustri structuræ, aut picturæ specie pro ecclesiæ dignitate ornata. Eius pauimentũ solo ecclesiæ altius extruatur pro situs ratione; si parochialis altius saltem vncijs octo, vel cubito ad summum: si collegiata, vel cathedralis, aut parochialis insignis cubito, & vncijs sexdecim. Gradus ad eius ascensum è marmore, vel lapide solido, vel saltẽ lateritij impares, vnus, tres, quinque, vel plures pro altitudinis ratione, quorum altitudo maior non sit vncijs octo, latitudo non minor sexdecim, nec maior cubito, quòd si pauimenti, vel capellæ altitudo minor sit cubito, ad ascensum tres gradus fiãt pari altitudine; quòd si excedit, gradus quinq; fiant; quòd si confessio subsit, tot fiant, quot sunt necessarij numero impares, mensura prædicta.

Altare maius capellæ, ita constituatur, vt à gradu infimo altaris, ad cancellos quibus illa sepienda est, intersit spatium cubitorum octo, vel plurium pro ecclesiæ ratione, vsui clericorum diuinis officijs inseruientium; & vbi fieri potest tantundem spatij à tergo capellæ extrinsecus detur: vbi verò id fieri non potest in parochialibus, & collegiatis ecclesijs spatium cubitorũ quatuor saltem detur, vt in Missa solemni spatium detur sacerdoti ministranti, ac diacono, & subdiacono, & clericis ministrantibus; & vbi spatium id non datur, capellæ planum, & gradus sic fiant, vt è capella extantes, & foris aliquantum prominentes octanguli

guli, vel sexanguli formã præbeant; q̃ si extra illius fines intercolũnia fint, id spatium capiatur, capellæ pariete, vsq; ad intercolumnia producto; vbi verò nec id fieri potest, altare parieti, qui ab eius tergo est, prope admoueatur, & à clatris distet quàm maximè fieri potest, si id spatium dari non potest, sic tamen vt à pariete procul absit cubito cũ dimidio. Sit verò altare maius à scabelli solo altitudine cubitorum duorum, & vnciarum octo, ac ad summum decem, lõgitudine cubitorum quinque, & plurium pro ratione magnitudinis ecclesiæ, & capellæ, latitudine cubitorum duorum, vnciarum duodecim, & plurium pro longitudinis, & situs modo.

Gradus, si à lateribus, & fronte spatij satis est, tres adhibeãtur: vnus qué per se facit bradella, alij duo bradella inferiores, qui duo è marmore, vel lapide solido fiant, vel saltem lateritio opere, qui latè pateant saltem vncijs sexdecim, vel viginti si potest, gradus verò tertius, qui è bradella efficitur, è tabulis sectilibus fit; Bradella verò à fronte altaris cubitos duos, & à lateribus producta vncias sexdecim latè pateat, ita vt à tribus partibus id complectatur. Altitudo singulorum graduum sit vnciarum octo, & vbi quinque esse poterunt, fiant.

Chori locus à populi statione seclusus, ac cancellis septus sit, ac latè pateat in hemicicli forma, ornatu decenti pro ecclesiæ dignitate.

De Imagine Crucifixi.

Imago crucifixi cur cõstruitur & vt.

Sub capellæ maioris fornicato arcu in omni ecclesia, maximè parochiali crucis, & Christi Domini in ea affixi imago, ligno vel alio genere, piè ac decorè expressa proponatur, & aptè locetur, vt piè intueamur imaginem eius in quo gloriari, & in quo spem nostram defigere debemus, & quem Deus propitiatorẽ proposuit pro peccatis nostris, vt ita prototypum respicientes illum adoremus, gratias agamus, ac èt humiliter nos commendemus. Hinc tunc in processionibus crucifixi imago defertur rationibus prædictis, & vt sicut morsi à serpentibus intuentes in æneum serpentem sanabantur, sic à peccato morsi, hunc aspicientes, & sacramenta sibi applicãtes, quæ efficaciam ab eius morte sumpsere, vel conterentes se, sanentur. & ponuntur etiam in capitibus viarũ, quia via nostra est Christus: & in altis turribus: & etiam ostenditur morituris, vt eius merita Patri cœlesti p̄sentent, cum sua non possint. Hinc etiam Christiani muniunt se signo crucis, vt illo vt forti armatura contra omnia aduersa muniãtur, idq; traditionem esse apostolorum, tradit Dion. de cœle. hier. p. 2. c. 2. Clem. lib. 8. c 13. Constit. Ap. & q̃ magnam vim habeat, tradit Ciril. cath. 4. Hier. ad Demetriadem. de cust. virg. Ign. ep. 5. ad Philipp. Naz. orat. 1. cont. Iulia. Athan orat. 1. cont. Idola. Aug. tr. 118. in Io. & fit tribus digitis in significationem misterij Trinitatis; & episcopi ad collum eam ferũt, vt parati sint exemplo Christi si opus sit animam pro ouibus ponere, & Archiepiscopus vt norit quęlibet pericula subeunda pro fide, & ecclesia Christi: vt dicit Os. de fide c. 10. 11. 12.

De vaso Aquæ sanctæ.

Vas aquæ sanctæ, vt construendum.

Vas Aquæ sanctæ è marmore, vel lapide solido fit, non spongioso, & sine rimis, ac columellæ scapo decenter elaborato suffulciatur. Locetur intus in ecclesia, ita vt è conspectũ ingredientium sit à latere dextro, vbi potest: & alterũ locetur qua ingrediuntur viri, alterum qua mulieres; parieti non hæreat, sed ab eo distet pro situs spatio, ac columella, vel pila, aut base sustẽtetur, in qua nil prophanum adsit: aspergillum decens habeat, à labro catenula appensum, q̃ ex auricalcho, ebore, vel ferro politè elaborato constet, ac à summa parte non è spongia, sed setis constet, è spongia tamen potest esse, si in pilula ex argento, auricalcho, vel stamno vndique perforata inclu-

includatur præfixis extrinsecus setis, ornatu prophano amoto.

De Suggestu.

Suggestus ut cōstruēdus.

In ecclesia parochiali vbi duo suggestus de quibus infra, constitui non possunt, suggestus ex tabulis sectilib⁹ firmioribus decenti opere, ac forma à latere euangelij extruatur: vnde & euangelij lectio, & sacra concio haberi possit, ac in loco conspicuo in gremio ecclesiæ: vnde concionator & inspici, & audiri ab omnibus possit, locetur; sic tamen, vt ab altari maiori pro ratione ecclesiæ non longe absit, vt sacerdoti intra Missarum solemnia celebranti cōmodiori vsui esse possit.

De Ambonibus.

Ambones ut cōstruēdi.

Ambones duo pro ecclesiarum magnitudine constitui possunt, vnus altius erectus de quo euangelium, alter de quo epistola, vel lectio sacræ scripturæ in maioribus solemnitatibus habeat, qui paulo depressior primò sit. Vnus etiam esse potest, qui euangelij, & epistolæ, vel lectionis simul vsui sit: sic tamen, vt locus de quo euāgelium recitatur aliquanto eminentior sit, pars verò vnde epistola aliquo gradu inferior sit. Infima etiam pars sub ambo, vel alius locus inferior cantoribus detur, vbi præsertim inter epistolam, & euangelium canant. Ambo sit magnus, & ornatu confectus, & tabulis marmoreis ornatus, & in eo, vbi fieri potest, constituantur duo graduum ordines, vnus quo sit ascensus orientē versus, alter occidentem versus quo fiat descensus; & si ambo vnus est, à latere euangelij ponatur: si duo, alter à latere epistolæ, ita vt diaconus inde euangelium legens ad meridionalem ecclesiæ partem vertatur ad quam viri conueniant, qui vt supra, è marmore, vel alio lapide conficiantur, & ornentur aliquo piæ sculpturæ opere, vel è lapide lateritio fiant, ac ornentur laminis marmoreis, vel lapideis ornatè elaboratis, vel æneis inauratis.

De Confessionali.

Confessionale qualiter conficiendum.

Confessionali ex tabulis sectilibus nuceis, in anteriori parte adhibitis coronicibus elaboratis, totum fiat, tabulis illis septum à latere vtroque, tergo, & parte superiori, à parte anteriori omnino apertum sit, in ecclesiæ tamen frequentibus ostium habeat ex crate, vel cancellos ligneos, inter se vnciarū quatuor spatio distantibus, quæ sera, & claui claudatur confessario absente; eius basis vbi pœnitentis, & cōfessarij pedes hærent, à pauimento ecclesiæ altè distet ad summum vncijs octo, latum cubitis duobus, longe cubitis quatuor pateat. Sedes cōfessarij in eo sit, quæ à basi alta extet cubito uno, unc. tribus: lata à dextra ad sinistram partem cubito uno cum dimidio, à fronte ad tergum cubito uno, confessionalis altitudo à basi ad summum sit cubitorum quatuor. In parte uerò interiori tabulæ intermediæ inter confessarium, & pœnitentem locentur, in qua confessarius brachio innixus hærere possit, ac instar repaguli deprimi, & extolli possit. A parte exteriori scabellum pœnitentis ab ima parte latū unciarum quatuordecim, basi innixum, & tabulæ intermediæ hærens, & accliuiter ab imo ad summum ascendens, altum à basi extet cubito & unciarum uiginti, cuius summitatis tabella leniter accliuis sit, in qua pœnitens manibus supplicibus niti possit, dum in cōfessione genibus flexis est, quæ lata sit unciarū duodecim, cubito uno, & dimidio. In ima uerò parte habeat hoc scabellum gradum annexum, super quo pœnitens genua flectat, qui supra basim unciarum octo emineat, latum unciarum sexdecim sit, lōgum ut scabellū: fiat etiam fenestella in media tabula, quæ est inter pœnitentem, & confessarium, cuius pars ima emineat supra sedem cōfessarii cubitum, & unciarū octo, quę unciarū sexdecim alta, duodecim lata sit, quæ fenestella diuidatur in spatia paria tria; in ea relectis duabus columellis, uel paruis fulcimentis

mentis eiusdem tabulæ, cui fenestella à parte pœnitentis affigatur lamina ferrea plena foraminum, instar ciceris paruorum; eidem etiã fenestellæ à parte cõfessarij affigatur tela burati dicti coloris nigri; ac à parte exteriori pœnitentis supra fenestellam Crucifixi imago in carta piè expressa ponatur. Tabulæ etiam inter confessarium, & pœnitẽtem interiectæ ab anteriori parte affigatur alia tabula, quę transuerse pateat cubitum vnum, ita vt pars paulò maior pœnitentem versus, altera ad confessarium versus spectet. In huius tabulæ parte intus locetur affixa imago Christi Dñi, vel B.V. & sub ea oratio à sacerdote dicenda cum accedit ad confessiones audiendas, & forma absolutionis: à parte verò sinistra tabella Processus cœnæ Domini, à tergo, tabula canonum pœnitentialium, ante tabella casuum episcopo, vel summo Pontifici reseruatorum.

Locetur autem cõfessionale extra capellam maiorem loco patenti à parte meridionali, & septentrionali, vbi plura adsunt, quæ tot sint quot sufficiunt pro numero sacerdotum confessiones audientium.

De Sacristia.

Sacristia, vt construenda, & ornanda.

Sacristia à capella maiori aliquantum absit, vt in Missis solemnib. processionaliter egredi liceat, & omnis sacristia ad oriẽtem, & meridiem, versus spectet: sic verò construatur, vt luminibus capellæ maioris non officiatur; fenestras duas habeat è regione sibi respondentes, à dextro, & sinistro latere, quæ duplicibus clatris ferreis, opere vitreo, & reti munitis, muniantur. Tectũ verò sit opere fornicato, vel saltem laqueato. Pauimentum huiusmodi sit, vt subtus paruulis fornicibus constet, & terra quæ parietibus adhæreat amoueatur ad humiditates tollendas. Ostium sacristiæ non in capellam maiorem, nisi in ecclesijs minoribus de episcopi cõcessu, sed in gremium ecclesiæ recta pateat, q; sepiat firmis valuis pessulo, sera, & claue firma; ostij valuis è regione aliæ te nuuiores intus, vel extra respõdeant, quæ à parte inferiori tabulis sectilib. à superiori tela cõficiãtur, ac pondere graui appenso per se pessulo artificio sè confecto claudantur, in quibus in parte superiori fenestella clatrata sit, vt inde aliquid excipi possit. In sacristia etiam loco conspicuo sit sacra Icon, & altare, mensa, vel armarium q; formam altaris præbeat, instructum cruce, candelabris, & mappa sit, vbi sacerdos sacris vestibus induatur: sit etiam in aliqua sacristiæ parte, vel foris prominens, vel intus loco decenti instar parui cubiculi oratoriũ vbi sacerdos sacrum facturus se colligat, & oret: Et ideo adsit etiam ibi altare paruum, vbi proposita Crucifixi effigie, vel alia pia imagine sanctè precetur: & scabellum quoque vbi orando genua flectat; q; si sacristia exigua sit, ab eius latere scabellum, vel bradella, loco tela, vel pãno obducto locetur, vbi sacerdos genua flectens oret, affixa in pariete aliqua sacra imagine. Ibiq; sit tabella in qua orationes præparatoriæ ad Missam descriptæ sint. Vas quoque aquarium manuum abluẽdarum vsui è solido lapide fiat, cui papilla vna vel plures insigantur; & ab inferiori parte sinus aquarius concauus ad aquam accipiẽdam è lapide, vel solido marmore sit, ac foramen habeat vnde per fistulam aqua in paruulam cisternam subterraneam deriuetur, vel saltem situla adhibeatur, cui papilla affixa instar gallinacei hæreat, vnde aqua sensim effluat, subiecto vt supra sinu aquario; sinus verò, vel vas aquarium penitus, vel ex aliqua parte in parietis concauitate, quæ hemicicli parui formam pręsbeat ornatè extructum intus hæreat. Ad abstergendas verò manus linteum vasi aquario proximũ candidum ab instrumento tornatili pendeat.

Armarium præterea amplum sit in quo sacra indumenta seruentur, ex tabulis nuceis confectum, q; à pauimen

to

to sacristiæ altè extructum sit cubitis duobus, vncijs quinque, & capsulas ductiles habeat, inter se distinctas, ac longe patentes, vbi pro colorum varietate indumenta expansa, & dispartita ordine seruentur; super eo etiam armariola, vel sub eo loculi à capsellarum illarum latere sint, separatim extructi, vbi sacri calices, patenæ, corporalia, purificatoria, vela, & huiusmodi munda rectè, & ordine seruent. Ab altero latere loculi item in quibus illa, quæ abluenda sunt reponantur. Claudatur verò hoc armarium, & armariola valuulis politè, & distinctè cõfectis, seris & clauibus distinctis, & huiusmodi armariola tot sint, quot multitudo sacræ suppellectilis poscit. Longuria quoq; politè confecta funibus ductilibus, & troclæis appensa in sacristia sint, quibus sacra indumenta, prout vsu venerit, exponantur, & extendantur.

Alia etiam armaria structura prædicta fiant, vnum in quo lib. i ecclesiastici ad psalmodiam, chori & ecclesiæ vsum aptè seruentur: alterum in quo iura, scripturæ omnes, & instrumenta sint ad ecclesiam spectantia, vbi ecclesia turius archiuium non habet; tertium si ecclesia parochialis sit, vbi liber matrimoniorum, baptizatorum, confirmatorum, animarum, & huiusmodi seruentur. Tum separato loco literæ Pontificiæ, edicta episcopalia, episcopi literæ pastorales, & alia scripta ad ecclesiæ, vel animarum parochiali curæ cõmissarum, regimen spirituale spectantia. Hæc verò tria armaria singula singulis clauibus tuto claudantur; vel si ecclesia exigua sit, vnum sit tantum armarium, locis tum pro librorum, vel scripturarum ratio ne intus aptè distinctum.

Vestiarium quoq; in sacristijs insignioribus, ex eodẽ genere sit, in quo pretiosa indumenta recõdantur; longitudine sit pro sacristiæ ratione, altitudine cubitorum septem, profunditate duorum, pars huius vestiarij inferior duobus cubitis alta, capsulis ductilibus, vel loculis constet: superior autem pars à tergo angustior, à fronte aliquanto latius sensim patens, loculis distincta nõ sit; sed longe patens sine distinctione habeat ab vtroq; latere, totidem pro vestiarij profunditate tenues asseres erectos, fibulis ductilibus annexos, quibus singulis à superiori parte singula longuria, inferiori suffixo fulcimento sustentata, firmiter hæreant; vnde sacræ vestes expansæ pendeant. Quòd si ecclesia sit cathedralis, vel collegiata, habeat vlterius armaria pro seruãdis superpelliceis almutijs, & huiusmodi pro vsu canonicorum, & aliorum chori ministrorum, vel eorum loco capsas decentes circa sacristiam positas, vbi sedere possint etiam canonici, quando Capitulum ibi habent, si alibi locum ad id non habent, vel adsit alia sacristia pro canonicis, & chori ministris.

De turri Campanili.

Sit turris campanarum forma quadrata pro ratione loci, vel ecclesiæ, & pro eorum ratione, ita in altum extollatur de architecti iudicio. Habeat tabulata quot eidem videbitur, vbi imum fornicatum sit, superiora ex tabulis firmis, & superius etiam fornicatum. Fenestrę in singulis tabulatis adsint, quæ ab omni parte extructæ longiusculæ sint eleganti forma, quæ verò sunt ĩ summo tabulato columellis, vel pilastratis distinctæ ab omni latere patentiores fiat, pro architecti iudicio, & ædificij ratione. Scala coclida sit, vbi potest, quæ lapidea, vel lignea sit, vnde ad campanarum locũ ascensus commodus sit, nec periculosus. Fastigium circulatũ, vel piramidale sit, in cuius summo galli effigies, crucem erectam sustinere potest. Ostium verò valuis, firmis pessulis, & claue muniatur, vt aperiri non possit, nisi quando opus est pro campanis pulsandis. Campanile, vt construendũ.

Extruatur verò hæc turris in capite atrij, vel porticus, foribus ecclesiæ proximè, & vbi atrium non est, à manu dextra ingredientis, sic ab omni pariete

pariete distincta, vt circuiri possit. Habeat si cathedralis ecclesia est, septem vel saltem quinque campanas: si collegiata tres, magnam, mediam, & minimam; si parochialis totidem, vel saltem duas, sono proportionato distinctas. In hac turri horologiũ artificioso opere confectũ locetur, ita vt horę cuiusq; ratio, intus cãpanę sono, foris stellæ effigie in orbẽ ductæ, loco conspicuo constituto, significetur. Nõ autem ante in turri campanæ ponantur, quàm benedicantur, & ex ecclesiæ ritu consecrentur, cuius rei monimentũ aliquo ecclesiæ, vel turris loco consignetur, campanęq; rem prophanam insculptam non habeant, sed imaginẽ sancti patroni ecclesiæ, vel aliam piã. Vbi verò ecclesiæ redditus tenuis est, in angulo ecclesiæ à dextra ingredientis extra ecclesiam prominens, nõ longe à ianua de architecti cõsilio turris extruatur, sic tñ, vt in ea ostium insit intus ab ecclesiæ parte nõ foris extructum valuis, ac sera munitum. Vbi verò maior est inopia, pilæ lateritiæ in summo pariete hærentes arcuatę fiãt, vndę campanæ appendãtur, quæ apto loco collocẽtur, sic vt funes tractorij non in capella maiori, vel vlla alia, vel in medio ecclesiæ ostio, aut huiusmodi loco pendeant, qui per tubum ligneum in fornice insertum ducti, fornicatum opus non diruant.

De Sepulchris, & Cœmeterijs.

Cœmeterium, & sepulcra, vt construenda.

Episcopalis sepultura in cathedrali ante chori fores esse potest, vel si ibi locus non datur alibi fiat, non tamen in choro, vel capella maiori; & sit à cæteris etiam canonicalibus sepulchris, loco & insigni episcopali distincta.

Canonicalia sepulcra duo à dextro latere sepulturæ episcopalis, aliquo spatio isti separata, vbi canonici, & in dignitate capitulari cõstituti sepeliant. Tot à sinistro forma prædicta, vbi alij sacerdotes, clerici, & ministri cathedralis sepeliantur. In collegiata sepulcra tria sint ante chorum, vel alio loco digniori, non tamen in choro, vel capella maiori, vel alia, vnũ in medio sitũ vbi Præpositi, vel Archidiaconi, vel alio nomine Rectores solum sepeliantur: alterum in quo canonici, tertium in quo sacerdotes, clerici, & ministri ecclesiæ. In parochiali verò duę sepulturæ sint, loco vt supra, vna parochorum, vel Rectorum: altera sacerdotum, & clericorũ. Sepulcra omnia vbi in atrio, porticu exedris, vel cœmeterio fieri non possunt, intus in ecclesiæ ingressu; quatuor saltem eo nomine extruantur. Alia verò sepulcra laicorum propria, sine episcopi concessu in ecclesia non fiant; quæ etiam tunc prope altaria ne fiãt, nisi eorum os à bradella distet cubitis tribus, nullo verò modo intra chorum, vel capellam maiorem, vel eorũ fines, nec intra cancellos capellæ minoris. Fornicato autẽ opere fiant, ac è solo ecclesiæ nõ extent, sed id adæquent, ac ab vtroq; latere ecclesiæ, vbi concessum erit, dextro & sinistro sic extruantur: vt è regione singula sibi respondeant. Operiantur autẽ sepulcra duplici integumento, ꝙ quadrata vel alia decẽti forma è solido lapide sit, sic tamen vt inter vtrunque aliquid spatij intersit, vt inferius integumẽtum rudi superius è polito lapide struatur, ecclesiæ pauimẽto æquale, ꝙ sepulchri ori aptè, vndiq; cohærescat. Annulus etiã in medio integumento superiori ad eius eleuandi vsum affigatur; sic tamẽ vt nil emineat, excauato tantundẽ integumenti quantum annuli crassitudo capiat, id etiam integumentum sũ stollatur per clauos duos, qui aliqua crassitudine sint, & ab eius integumẽti superiori parte in vtroq; latere traiecti, nil extent; ab inferiori verò paulo oblongiores, quàm integumenti crassitudo est, singuli ferrum trãsuersale firmiter hærẽs habeant, vt dum fune cuiq; clauo adhibita, integumentũ eleuatur sustineri possit, in superiori verò integumento crux, vel sacra imago non sculpatur, ne conculcetur, & fœdetur. Nec vlla literarum incisio fiat, quæ emineat, nec quicquam tessellato

lato opere etiã non eminens inscribatur, vel sculpat, nisi ab episcopo prius probatum. Cœmeteria autem alia in porticu, vel atrio ecclesiæ, si à fronte, alia à tergo, latere scilicet septentrionali, alia à meridionali, vel omni parte constitui possunt, in atrio tamen si alio loco fieri licet, nõ expedit vt fiãt, ob strepit⁹ deambulationes, & hmõi, licet memoriam excitent; Vnde à Septentrionali ecclesiæ parte eorum situs potius deligatur; vbi transitus & prospectus ratione ædium clericaliũ vitari possunt. Ampla verò sint cœmeteria pro ecclesiæ ratione, & hominũ multitudine forma oblonga, vel quadrata, vel alia de architecti iudicio, q̃ vndiq; parietibus cingantur, vel saltẽ aliè cubitis tribus excauentur, ne animalia illuc ingrediant, vel ĩ abruptis, ij anfractus ꝑ parietibus esse possunt. Parietes verò manufacti extra albario opere crustẽtur, in locis verò insignibus intus ab omni parte porticibus vestiantur, sacris picturis, & historiis ornentur, vel parietes saltem, vbi porticus non sunt sacra pictura ornẽtur, in medio eorum situ crux sit ex auricalcho, vel marmore, vel alio lapide cõfecta, quæ in colũna marmorea, vel lapidea, aut pila structili suffulta, aliquo decenti integumento operiatur, vel è ligno altè erecta cõstituatur. Capella etiam parua oriẽtem versus extruatur, vbi preces pro mortuis q̃nque fiunt; habeat ẽt vas aquæ sanctæ forma supra monstrata, cũ aspersorio q̃ amoueri possit, ad aspergẽdi vsum. Certus etiã locus intus sit opertus in omnium conspectu, vbi mortuorum ossa, quandoque effossa, ordine struantur. Tria verò cœmeterij ostia à fronte esse possunt, nisi situs, vt à latere ẽt fiant, postulet, q̃ si cœmeterium ecclesiæ ab aliqua parte continens est, ab ea etiam parte ianuã habeat, qua ad ecclesiam aditus sit, cum vel officiorũ pro mortuis, vel processionũ causa id vsu venerit, ab ostij verò maioris à frõte extructi summa parte exteriori, sanctæ crucis imago exprimatur, ĩ extremo eius affixo capite hominis mortui; quæ ostia vndiq; firmis valuis pessulis, ac claue munita sit, ne pateant, nisi cum opus est; nullæ verò vites, arbores, arbusta, stirpes, cuiusuis generis, frugiferæ vel non, vel quæ baccas tantum gignunt, in ijs sint: nec etiam fenum, vel herba virens, quæ pabulo detur, absint etiã strues lignorũ, & tignorũ, & oĩs aceruus cœmentorũ, vel lapidũ, & omnis demum res loci sanctitati, religioni, & decoro repugnãs.

De tabulato ad vsum Ecclesiæ distinguenda.

In ecclesia insigniori ab ingressu capellæ maioris, vsque ad ianuam maiorem, tabulatum per medium ecclesiæ recta ductũ, columellis ligneis quinque cubitorũ spatio singulis inter se distantibus in pauimento firmiter agglutinatis, affigatur, & si tabulę quandoque amouendę sunt, canalia paruula in columellis, ab vno & altero latere excauatis, vbi tabulæ sectiles amouibiles ponantur, fienda sunt. Tabulati verò altitudo cubitis quinq; extruatur; sicq; in ianua maiori committatur: vt eam mediã diuidat, & sic diuisa, partim viris, partim mulieribus, distinctè aditum faciat; Sintq; in tabulato ianuę certis locis seris, & pessulis, ac clauibus munitæ, quæ tunc tãtum cum opus est aperiantur. Et quando concio habeť, tabulatum eo tempore aliquanto demissius extet, & ideo à summa parte tabulis cõmittatur, quæ fibulis ferreis annexæ, & hinc inde paruulis pessulis clausæ cum opus est eisdem fibulis appensæ, aperiri, & dimitti possint, q̃ ẽt fieri potest dum ex altera parte ecclesiæ celebratur, & ob populi frequentiã tabulatum aperiri opus sit: fibulę verò pro Missæ audiendæ vsu à pauimento distent cubitis duobus, ad vsum concionis tribus. Tabulatũ ecclesiæ, qualiter cõficiẽdũ.

De Sedilibus mulierum.

Pars mulierum septentrionalis sit, vnde asseres, vel trabes querneæ tres crassi-

Sedes mulierũ qualiter conficiendæ.

crassitudine vnc.quinque, longitudine cubitorum triũ, & vnc. sexdecim, altitudine vnciarum octo, in ecclesiæ solo rectè positæ, & tribus singulis cubitis inter se disiunctæ, tabulis sectilibus totidem eiusdem generis sint, & ijs singulis latitudine vnciarum octo, æquali inter se spatio distantibus constratæ, vna scilicet in medio, duæ in extremitatibus bradellas humiles, & tripartitas, ita constituant, vt cũ opus est, amoueri possint, & angustiores sint, vbi id situs requirit, & hac forma bradellæ, quæ ab ea parte per ecclesiæ longitudinẽ ductæ, singulæ cubito inter se distantes, tot locent, quot episcopus pro ecclesiæ amplitudine concesserit. Sint verò procul à capella altaris maioris cubitis octo, & amplius pro ecclesiæ ratione, à tabulato intermedio spatio viæ latæ quatuor cubitis, vel pluribus pro ecclesiæ magnitudine, ab altero latere via tantidẽ spatij; Nec prope altaria sint, sed paulo remotiora. In medio etiam situ bradellarum via transuersalis sit, quæ tantundem pateat. A parte verò ecclesiæ virorũ nullæ bradellæ sint vbi genua flectũtur; ꝙ si quæ sedilia cõceduntur è tabulis sectilibus confecta oblonga sint, nec à tergo longuria habeant, q̃bus homines ab humeris nitantur, & vel parietibus hærentia, vel inter columnarum spatia locentur, ac hmõi sint vt geri, & amoueri possint, & ita disponantur, vt ecclesiæ impedimento non sint, & vt etiã sedentes sacramento auersi nõ sint, nec altaribus hæreant. Curandum verò, vt hæ sedes cõmunes sint. Tum ad tollendũ controuersias, tum quia ius sedendi in ecclesia nemo præscribere possit, cũ in nullius bonis sit: vt d.Fusch.de Visit.lib.1. c.17. & habetur in l.in tantum. de rerum diuis.

De Oratorio in quo Missa celebratur;

Oratoria, qualiter cõstruẽda

Oratorium, ꝙ episcopus cõcedit, huiusmodi sit, vt vna tantũ naui constet, longitudine non minus cubitis duodecim, latitudine decem, & altitudo situs rationi aptè cõueniat, habeat in capite capellam, quæ in orientem vergat si fieri potest, cubitorum octo latitudine patentem, eaq́; longitudine, & altitudine, quæ cum latitudine conueniat, ad eius ingressum gradus vnus tantum sit, cui clatra ferrea ex forma præscripta affigatur, cuius altare, pauimentum, tectum fornicatũ, fenestræ: fenestræ vrceolorum, cãpanula à latere appẽsa, sint forma de capellis, vel altaribus minoribus præscripta. Ad altare verò ascẽdatur duobus gradibus, quorum vnus à scabello cõficiatur. A gradu autem inferiori scabelli ad clatra spatium sit, saltem cubitorum duorum. Fenestræ etiam oratorij sic altè extruantur, vt foris extãtes introspicere non possint. Ianua ẽt è regione altaris, & fenestra instar oculi fiat; labium quoque aquæ benedictæ prope ianuam, vt supra, statuat. Capellæ etiam maiori iũctam habeat sacristiam, quæ ad meridiem spectet, & ampla sit ꝓ magnitudine ecclesiæ, & instructa suppellectili ad formam. Ab altera parte sacristiæ respondenti parua turricula fit, à parochiali tamẽ dissimilis, vel duæ pilæ lapideæ in summo pariete struantur, vbi vna tantum campana ponatur. Si in eo plures Missæ celebrandæ sunt altaria duo à lateribus capellæ maioris ad formam extruantur, in reliquis seruetur, ꝙ de ecclesia est dictum. Oratoria verò in quibus in domibus priuatorum quandoque episcopus celebrari concesserit, forma præscripta fiant, ac caueat, ne sint in interiorib. partibus domus, vbi familia frequenter versetur, sed honesto loco à cubiculis, triclinijs, & aula separato, vel vbi prophanum aliquid exerceatur, & ob id raro id episcopus concedat, nec sine magna necessitate. De altaribus verò suppellectilique ecclesiastica inferius dicetur, & eorum forma describetur.

De domibus Clericalibus.

Dom⁹ clericorū, vbi & q̄uo construendæ.

Cum clerici iuxta ecclesiam habitare debeanr, ex decreto Greg. Papæ in ca.1 eccesiaria. 12.q.1. & parsit vt in communi viuant, ex ep.4. Clem. in ca. 2.eo.& canonici etiam in vno episcopatu manere,& dormire:& diuinis simul interesse debeant, & in mensa sacram lectionem audire. c. in omnib⁹. de cōs. d.5. & si impuberes sint in vno conclaui sub custodia fidelis senioris erudiendi manere debeant. c.1.d.12. q.1. Ideo videndum est quomodo domus epi, canonicorum, parochorum, & aliorum clericorum construenda; vbi notandum ædes ipsas earum ædificio hærere nō debere parietibus ecclesiæ, sed aream debere esse intermediam muris rñ ipsarum longe ductis ecclesiæ coniunctis, cauendo quoque ne domibus ipsis prospectus ecclesiæ impediatur, nec fenestris ecclesiæ impedimentum fiat, nec ex domibus intus ecclesiam prospiciarur, nisi episcopi sint, nec ex ipsis transitus fiat per ecclesiam ad aliquid intra domum inde portandum, sed tantum, vt inde ecclesiam adeatur ad diuina; domus tamē custodis, vel sacristæ, ob custodiam sacræ suppellectilis, ecclesiæ parietibus hæreat, vr præsto esse possit, & audire si quid ex ecclesia, vel sacristia auferrē. Cauendum quoq; ne in domibus ecclesiarū exerceātur iudicia secularia, & strepitus ipso: ū. c.1.c.cum ecclesia. de immun. eccl tradit Pauin. de Visit. p.1.q.7. nec consilia populorum.

Ecclesia ī visitatiōe, vt sat est, q̄ sit constructa, & cōsecta, ac ornata.

Hæc sunt quæ in ædificatione nouæ ecclesiæ considerari par erit, in visitatione verò sat erit, vt adsint quò ad materialia, quæ tr. de statu epali, sub cap. de visitatione supra sunt tradita, videlicet præsertim, vt ecclesia sit capax pro populo, valuæ bene firmæ, ac pessulo, & serra, & clauibus munitæ, tectum bene sartū, & aptatum, fenestræ, cancellis ferreis, & fenestris è vitro, vel saltem tela muniātur: parietes sint dealbati, vel pijs imaginib⁹ picti: pauimentum sit bene aptatū, vbi crux vel sacræ imagines pictæ, aut sculptæ non sint: sepulcra non sint prope altaria, nec è rerra eminentia, aliàs lignea amoueantur, & ærea euacuenrur, & bene tegantur, ne fœtorem emitrant, vexilla militaria, & huiusmodi inde auferantur. Adsit crucifixus sub arcu capellæ maioris, pulpitum si parochialis, vel collegiata. Vas aquæ sāctæ marmoreum in ingressu ecclesiæ, baptisterium in angulo ecclesiæ, locus separatus pro viris, ac mulieribus: chorus aptus pro numero sacerdotum, sanctissima Eucharistia in deposito ligneo honorifico detineatur, & ante eā lampas iugiter ardeat, sacræ reliquiæ tuto, & honorificè custodiantur. Altaria Iconis decētibus, cruce, candelabris, tabula secretorum: tribus mappis distinctis tegantur: altare portatile, si altaria non sunt consecrata, amplum sit: pallium quoq; decens appositum sit: tintinabulum: sacristia sit bene tuta, & apta ad suppellectilem custodiendam: armariaq; decentia, altare, oratorium, lauatorium: calices bene firmi, & inaurati: Missalia reformata, mappæ, corporalia, purificatoria, albæ, &c. munda, & decentia, ac numerosa: Vestes sacræ omnium colorum, quibus ecclesia vtitur, gradualia, antiphonaria, ritualia, pelues, amulæ, ceræ numerosæ, & huiusmodi: campanile claudatur, & bene aptatum sit. Cœmeterium vndiq; muro sit clausum, & in medio eius crux figatur, nec per illud transitus fiat: domus ecclesiastica bene sarta sit, & ecclesiæ vicina, & huiusmodi.

De Altari.

Altare qualiter conficiendum, & ornandum.

Altare maius distare debet à cācellis cubitis octo, vel saltem quatuor, vt detur locus in Missa solemni sacerdoti celebranti, ac diacono, & subdiacono: quòd altare à soli scabello altū sit cubitis duobus, vncijs octo, longitudine cubitorum quinque, latitudine duorum, & vnciarum duodecim, vbi gradus tres sint, quorum vnū bradella faciat ex asseribus cōfecta, alij sint ex lapide,

ex lapide, vel lateribus saltē: qui gradus sint alti vncijs octo, bradella verò à tribus lateribus altare cōplectatur. Et vlterius si altare est consecratū, mēsæ eius superponatur tela cerata, q̄ si non est consecratum, pauimētum ex asseribus mensæ lapideæ superponat, cui inseratur altare portatile, q̄ latū sit vncias sexdecim, longum viginti, forma infrascripta.

Altaria verò minora nō sint subter suggestum, vel organum, vel vbi euangelium, aut epistola legitur, vel canit, nec inter columnas, aut eis ĩnixa, vel è regione altaris maioris, sed fiāt pro eis capellæ forma supra descripta pro altari maiori, minores tñ; ita tñ, vt latę sint cubitis nouē, vel vndecim, lōgæ ab ĩgressu capellæ vsq; ad parietē, cui altare adhæret, cubitis septē, vel saltē quinq;, vnc.octo; q̄ si capellæ fieri nō possunt, quanto magis fieri pōt, foris promineant, vel ab vno tm̄, & altero latere capellæ maioris altaria fiant, si sufficiunt, capella prædicta, vel paties excauetur, ita vt ad hemicicli formā foris promineat, vel saltē duæ columnæ erigantur à dextro, & sinistro altaris latere, pariete paulum excauato, q̄ columnæ inter se à superiori parte opere fornicato, vel huiusmodi conīsicta sint, vt hemicicli formā pictura saltem expressam præseferant. Alta sint hæc altaria à solo bradellæ cubitis duobus, vnc.octo, longa cubitis quatuor cum dimidio, vel saltē quatuor, lata cubitis duobus; bradella ex asseribus lata sit cubitis duobus, alta vnc. octo, & ab vtroque latere foris vncias sexdecim cingat altare, & sub scabello sit alter gradus lapideus eiusdē altitudinis vnciarum octo, & ab hoc gradu longè non minus cubito vno, vnc. octo, cancelli ferrei, vbi fieri potest, vel saltem lignei figantur, vt id spatij detur clerico in Missa ministranti capellæ: vt & maior fornicato opere fiant, ac eorum pauimentum altius, q̄ ecclesiæ solū vnc.octo, saltem extruatur, eiusq; limen è marmore fit, sexdecim, vel ad summum viginti vnciarum latè patens, sicq; fiat, vt & ingressus gradum faciat, & solum capellæ æquet, & is tamen gradus ad capellæ ascensum extruatur, & duo etiam gradus adijci poterunt pro ecclesiæ ratione, & quando capella maior multis cōstat, forma præscripta; Altaria verò in fronte media cuiusq; capellæ, & non à lateribus extruantur.

Capellæ verò, vbi ecclesia instar crucis est, ædificent in capite vtriusq; brachij, qui locus pateat cubitis saltē nouem, vnc.octo; q̄ si vna vel tribus nauibus constat, tūc extra capellæ maioris sitū à dextro, & sinistro latere extruant: sic tñ, vt vbi plures naues sūt, ĩ medio nauis sit in cuius capite est; q̄ si vna naui constet, in medio parietis, q̄ inter capellam maiorem, & angulū ecclesiæ interiectum est, struatur, sic tñ vt à capella maiori hæc distet saltē cubitis duobus; q̄ si altare maius capellam non habet, vel non prominentem, tunc altaria illa angularia non fiant, ne celebrantes se turbent, vel impediant. Vbi verò pluribus opus altaribus est, latus vtrunque ecclesiæ aptū erit, vnum q̄ ad meridiem, alterum q̄ ad septentrionem vergit, quo in vtroque latere capellæ ædificētur, quæ foris, vt supra promineant, ac equè distantes ędificentur, relicto inter vnam & alteram spatio, vt ab vtroque latere cuiusque capellæ fenestræ extrui possint, vnde lumen aptè excipiatur; ac in ecclesia, quæ pluribus nauibus constat, è conspectu intercolumnij omnino rectè sint, ne ipsis columnis, vel pilis earū conspectus impediatur; vbi verò tantum vna est nauis, mediū respiciant, quòd inter vnum, & alterum arcum, vel lignum est, quo tectū opere fornicato, vel laqueato fulcit; vel si capellæ latitudo id spatium superat, summitate arcus capellæ ad perpendiculum lignū sustineatur; capellæ omnes eadem sint latitudine, & lōgitudine: quæ verò in brachijs ecclesiæ formam crucis exhibentis sunt, aliquāto ampliores esse possunt, ac forma illustriori.

Altaria non ex opere ligneo, sed ex lapidibus, vel lateribus extruantur, & ita obstruantur, vt fenestra nulla, vel foramen in eis fit, vbi quicquam condi possit, non tamen prohibetur altaria, quæ quatuor, vel pluribus columellis lapideis, vel pilastratis angularibus fulciuntur, quæ tamen ab angulis muro obstruant, ne pars illa chrismate inuncta, si lateritia sit, decrustata facilè dilabatur, nec sub ijs quicquã recondatur. Altaria quoque, quæ non tota cum sacerdote celebrante opere fornicato, sed tecto laqueato teguntur, vel fornice sic altè extructa, vt commodè, & sæpè purgari nõ possint, integumento etiam, capociolo vocato, tegãtur, & id vel ex marmore, aut lapide solido, vel saltem opere lateritio, erectis columnis quatuor, si est altare maius, sin minus, duabus, vel alijs decentibus fulcimentis, intus ab ecclesiæ pariete paulum distantibus, vno à dextro latere, altero à sinistro, quæ operimentum sustineant, opere fornicato, vel alia ratione cõfectum, vel ex tabulis sectilibus, vel tela cerulea decenter picta fieri poterit; quod è ligno, vel tela integumentum cathenis ferreis è tecto, vel pariete pendentib. vel alia firma structura sustineatur; quod operimentum vndique sic latè pateat, vt altare & sacerdos ibi celebrans penitus tegatur; sicque aptetur vt paulo altum pro decori ratione, commodè tamen purgari possit.

Ad vsum altaris, in pariete quoque, qui à tergo altaris est, à latere epistolæ fenestella in pariete ornatè fiat ex marmore, vel lapide solido, quæ à talo altè extruatur cubitis duobus, cuius altitudo sit vnciarum vigintiquatuor, latitudo sexdecim, distincta marmoreo, vel lapideo opere transuerso: pars verò inferior vsui sit ad proijciẽdam aquam ablutionis manuũ sacerdotis in Missæ sacro, iccirco in medio paruum foramẽ habeat, vnde fluat in cisternulam suffossam: superior verò pars vsui ad reponendam peluim cum vrceolis, dum Missa celebratur; vbi verò altare maius à pariete distat, à parte epistolæ paulo remotius, vas è solido lapide politè construatur, in quòd aqua ea infundatur: sic tamen, vt impedimentum non afferat.

Clauus quoque ferreus, ad biretum sacerdotis appendendũ ex auricalcho ornatum fiat, quod affigatur à latere epistolæ prope eam fenestellam, non altius à pauimento cubitis duobus.

Tintinabulum etiam paruum cuilibet altari à parte euangelij, parieti lateali affixum hæreat appenso funiculo lõgo, quo clericus dum corpus Domini eleuatur, illo vti possit, certis distinctis ictibus pulsando, vbi verò capella non adest, sic ab altari distet, & è pariete emineat, ut funiculo ducto altare nõ impediatur, nec sacerdos turbetur. In altari uerò maiori licebit uti tintinabulo gestatorio è sacristia allato.

De Clatris.

In anteriori parte ingressus capellæ etiam maioris clatra ferrea cubitis trib. alta & amplius in summo gradu capellæ figantur, ut ita laici septa altarium non ingrediantur, uel chorum, sed is locus clericis tantum psallentibus, & celebrantibus usui esse debeat. c. 1. de uit. & hon. cler. licet ad orandũ & communicãdum, chorum etiã mulieres ingredi possint, sed non alio tẽpore, nec dum ibi diuina celebrantur: ut ibi d. gl. quæ, ubi licet, paruulis pilis uel uasculis ad aliquam speciem deco re confectis, in parte ima, media, & summa ornentur; quod si capella octanguli, uel sexanguli formam exhibet, clatra etiã in summo eo gradu figantur, quæ ei formæ respõdeant. Ab ima autem parte per altitudinem cubiti, opere aliquo ferreo artificioso dense inter se instructa sint, ne canes ingredi intus possint. In clatro quoque medio ianua clatrali opere decenter constituatur, quæ utrinque ualuis pessulo, ac sera claudatur.

Vbi uerò copia ferri non adest, è marmore, uel lapide solido, columellæ

læ opere balaustrio dicto, addita coronice fiant, clatris ferreis aliquanto humiliores, quibus pars anterior capellarum septa ornetur, & instruatur. Vbi uerò redditus tenues sunt, de licentia episcopi columellæ huiusmodi opere ligno tornatili, & politè confecto fiant; Cancelli uerò lignei depressiores, & humiliores, quàm clatra ferrea aliquanto esse debebunt, in quorum summa parte, ornatus gratia, coronix apponatur. Vbi uerò capellæ ita amplè sunt, ut intra eas populus Missam audiat, licet in ingressu clatra habeant, in interiori tamen parte, quæ prope altare est, cancelli lignei saltem figantur, quibus ita altare sepiatur, ut populus procul à sacerdote distet, relicto tamen loco clerico ministranti, vt supra.

De Cruce.

Crux qualiter conficienda.

Crux forma penè quadrangula sit, cuius pars inferior paulùlum oblonga in tubulū desinet, ut ad usum processionum cum suo fulcimento possit cōmodè eximi, ea magnitudine, quæ cum altaris amplitudine decorè conueniat, ex aureis, uel argēteis laminis sit, uel ex auricalcho decenter celato, uel saltem ligno decenter picto, & inaurato. Fulcimentum quo crux in altari sustinetur, ex auro, uel argento, uel saltem ex auricalcho, aut ligno inaurato, decora forma confectum, ad congruentem altitudinem surgens, arctè, & aptè tubulo infigatur.

De Candelabris.

Candelabra qualiter conficienda.

Candelabra altaris maioris ex auro, uel argento conficiātur, alia ex auricalcho cōfici possunt, uel saltem ex ligno opere tornatili cōfecto. Candelabri basis, uel pes rotunda, uel potius triangularis existat, cū illa congruens quæ cruci subiacet, & sic undique pateat ac firma sit, ut cereum grossiorē candelabrum firmè sustineat. Eius scapus, opere celato piè, & rectè elaboratus, sensim angustius ascendat in altitudinem altaris rationi respondentem, & rursus in summitatem circularem, decorè patulam desinat, in qua summitate candelabri acumen teres extet, cui uasculū ex argento, uel auricalcho infigi possit, in quo uasculo cerei inserantur: sic tamen ut uirgula ferrea per totum scapum candelabri transeat, ut ibi candela infigatur. In parte uerò inferiori sic claudatur lamina ferrea in orbem uersatili, ut particulas omnes, quæ cādelabri scapum constituunt aptè constringat. Candelabrum pro cereo Paschali ex laminis argenteis, uel auricalcho, aut saltem ex solido ligno opere tornatili, inauratum, & piè ornatum, altitudine cubitorum quinque constet, cui basis firmissima apponatur, ac in media ecclesia ante altare maius collocetur. Quæ uerò cādelabra ad processiones adhibentur eadem conficiātur materia & forma, ut illa altaria maioris, sed longitudine, & crassitudine minori. His omnibus adiungatur emunctoriū eius materiæ qua candelabra, longitudine unciatum duodecim, operculū uerò pro cereis restinguendis è tenui lamina constet, forma decenti, uirga oblonga pro altitudine candelabri ei annexa.

De Tabella secretorum.

Tabella secretorū vt cōstruēda.

Tabella secretorum non nucea, sed ex abiete, cupresso, uel alio ligno albicanti sit, ne pagina obscurescat, paulo magis pateat, latè quàm lōgè, ac coronicibus à parte anteriori decorè ornetur, & inauretur, maximè pro solēnioribus diebus, & grandioribus literis sit, & à mensa altari aliquāto sustineatur aliquo fulcimento decoro.

De Mappis altaris.

Mappæ altaris vt cōficiendæ.

Mappæ supernam altaris partem tegentes, è tela lini conficiātur: pro diebus uerò solemnibus è tela lini, uel saltem canabi pretiosiori, q̄ ex nulla parte colore ceruleo, uel alterius generis contextæ sint. Minores mappæ to-

tam mensam altaris tegant, & omnino distinctæ sint: superior uerò usque ad planum bradellæ, & eo amplius digitis tribus demissa sit. His stragula tela coloris viridis, quæ totam mensam altaris tegat, lacinijs breuioribus ab omni parte cincta, quibus post Missas celebratas, tobaleæ à sordibus mūdæ seruentur, adiungatur.

De Pallijs.

Pallia vt cōficiēda.

Pallium ante altare suspensum paulo longius, quàm altare pateat, & altius item, vt ab ima parte paulum sub coronice scabelli altaris occultetur; à superiori parte, palmo à summo distante, fungia sericea, & auro intexta colori pallij respondens, adhibeatur. Intus verò tela bombicina, vel alia tenui vestiať, quæ à superiori parte palmo vno excedat, vt sub tobaleis reflecti possit; instruatur etiā à summo intus annulis æreis minutis, quibus suspendatur affixum telari altaris. Huic pallio in medio assuatur crux, vel imago sancti cuius nomine altare dicatū est. Pretiosius è brocato sit: alia ex serico coloris officio diei respondentis, vel saltem subserico, amotis ex corio inaurato confectis, & quæ breuiora sunt, materia adiuncta, ad mensuram deducantur. Velamentum verò, quòd ad ornatum frontispicij altaris in Missæ sacro adhibetur vt frontale, vsq; ad serica filamento, vel paulo amplius perueniat, longè pateat vt æquet altare, & paulo amplius, cuius extremitas, quæ in conspectu hominum est, fimbria decore ornetur. E tela linea subtili admodum conficiatur: ornatibus acu pictis interuallo congruo dispositis. Pretiosius auro, & argento contextum sit.

Altaris bradella, & gradus diebus solemnibus tapetijs obsternātur, quæ cubito vno illa excedant.

De Amictu.

Amictus qualiter cōficiēd⁹.

Amictus, qui humeris superponitur huiusmodi sit vt ei fascia assuať, quæ vt colare circa collum super casulam aptetur vbi moris est, fimbria fasciæ decenter ornata sit, cui tres cruces annectantur, vna in medio, & in vtroque capite duæ, quæ fascia longa sit cubitum vnum, vncias sex, lata septem. Amictus è tela linea sit pretiosiori, longitudine cubitorum duorū, latitudine sesquicubitali, in cuius duobus angulis anterioribus funiculi assuantur, qui crucis instar supra pectus transuersi, & inde in tergum ducti, & mox reuocati, connectantur, vt amictus firmus sit. Quod si amictus sine fascia sit, in eius medio crux vnciarum duarum, longè ab extremitate superna duobus digitis, acu affigatur: extremitates verò amictus, ea parte excepta, quæ collum ambit, modesto opere ornentur, aliæ eius partes, vt illæ superiores amictus fasciam habentis.

De Alba.

Alba qualiter conficienda.

Alba, vel Camisium è tela tenui, & candida sit pretiosiori, longa sit cubitos quatuor, & succincta à lumbis vndique redundet, & ad pedes vsq; pertingat, latè cubitos quatuor, & amplius circumquaque pateat: manicas habeat longitudine sesquicubitali, latitudine ab humeris ferè cubitali, quę vsque ad manus sensim angustius ducantur; consueta non sit artificiosè elaborata, sed simplici opere acus, solemnior verò sic, in summa tamen veste, & extremis manicis aliquid sit, acu paulum, & tenuiter elaboratum, & ab ima parte aliquātum reflexum. In ima parte albæ à fronte, tergo, & extremis manicis, si habent grammatas, fimbrijs densis ornatæ sint, quæ verò sine aufrigio sunt, amplè ab ima parte pateant cubitos sexdecim, ac longiores, & latiores sint aliquanto, quàm grammatis ornatæ, vt ad lumbos reflexæ rugatum decorem exhibeant.

De

De Cingulo.

Cingulũ, vt conficiẽdum.

Cingulum ex candido lino, vel canabo tenui confectum sit, longitudine cubitorum septẽ, cuius capita globulis eiusdem materiæ inserantur, flocci appensis. Cingulum verò episcopi, à sinistro latere duplex succingulum habeat, quo stola cum cingulo connectitur.

De Manipulo.

Manipul⁹, vt cõficiẽdus.

Manipulus colore cum planeta cõgruat, intus verò tenui serico vestiat eiusdẽ coloris, latè pateat vncijs sex, & ab vtraque parte sensim latiuscule patens frangijs ornetur in extremitatibus, quæ sint vnciarum trium, cui tres cruces adhibeantur, vna in medio, aliæ duæ in eius extremitatibus, quarum quælibet paruula sit, forma quadrata, quæ ab omni parte vncijs trib. circiter constet, longitudine sit correspondenti.

De Stola.

Stola, vt cõficienda

Stola in omnibus, vt Manipulus fiat, excepto, quòd hæc sit longa cubitis circiter sex, vt infra genua producatur: stolæ verò sacerdotali nil appendatur: episcopali verò, & diaconali ab vtraque eius parte funiculi serici, & eodem colore, ac flocculis laciniatis ornatis annectantur, ijsq; ad illius rectè connectendæ vsum.

De Planeta.

Planeta, qualiter cõficienda

Planeta cubitos tres, & paulo amplius latè pateat, ita vt ab humeris proiecta, complicationem vnius saltem palmi infra vtrunque humerum recipere possit, lõga cubitos totidem, vel aliquãto plus, vt ferè ad talos pertingat. Fasciam latam saltem vncijs octo, quæ ab anteriori, & posteriori parte assuta sit, vsq; ad extremum dependentem habeat, cui altera fascia transuersalis in summa fieri parte, à fronte adiũcta, crucem exprimat, vel etiam à tergo vbi moris est.

De Dalmatica.

Dalmatica, qualiter conficienda.

Dalmatica crucis formã præbeat, ac manicis vsque ad manum protensis, & latè patentibus conficiatur. Episcopalis amplioribus manicis sit quam diaconalis: hæc latioribus, q̃ subdiaconalis, sitq; Tunicella epalis angustiores habeat, vtraq; tamẽ eadem materia. Dalmatica longa sit cubitis duob. vncijs sexdecim, vt ista genua vncijs decem protendatur, lata ab humeris cubito vno, & vncijs quatuor, ab extremis oris vndiq; patens cubitis quinque, vel ampli⁹, extremitates eius excepto circa collum, fimbria cum modicis filamentis ornet, ac fasciolis coccineis hinc inde à fronte, & tergo ductis, & quadris particulis aurifigio cõtextis, inter fasciolas illas in extremitate à tergo, & fronte assutis, intus verò tela eiusdem coloris tecta sit.

De Pluuiali.

Pluuiale, vt conficiendum.

Pluuiale qua forma confici debeat, declarabitur infra, vbi agitur qua ratione sanctissimum Eucharistiæ sacrum processionaliter sit deferendum.

De indumentis Episcopalibus.

De Caligis episcopalibus.

Epalia indumenta, qualiter cõstruẽda.

Caligæ episcopales ita longæ sint, vt vsque ad genua protensæ, ligulis ibi astringantur.

De Sandalijs.

Sãdalia, calcei.f. quibus in Missa solemni vtitur è solea integra intus constent, à parte verò superiori decenter ornata, q̃ et superne fenestrata sint.

De Tunicella.

Tunicella è serico tenuiter contexta sit, angustior & breuior aliquanto quàm dalmatica, vt supra.

De Chirotecis.

Chirotecæ cõtextæ esse debent, & circulo aureo insigniter in extremã parte ornatæ.

De Subbireto.

Subbiretum mitrale non è ſerico, ſed panno lineo fit, ac forma rotũda.

De Mitra.

Mitra pretioſior è ſerico auro intexto, gemmis, ac acus opere ornata, altera ſimplex è tela lini puriſſimi tenui, & candida, colore albo fit. Circulo aureo circũ amicta à parte qua induitur caput, cornua duo à ſummo ꝓſeferens, vnum ante, alterum à tergo, duas item lineas ab humeris pẽdulas habeat, quarum extremitates, vel ſimbriæ lacinijs conſtent.

De Annulo.

Annulus ex auro puro, puto ſolidè conſtet, cum gemma ampla pretioſiori, patula, in qua nil ſculptum ſit.

De Gremiali.

Gremiale lõgum ſit cubitis duob⁹, latum vno, & vncijs duodecim, intus ſerico tenui eiuſdẽ coloris veſtiatur, vndiq; cinctum lacinijs auro, argentove intextis.

De Baculo paſtorali.

Baculus à parte ima ꝑacutus, à media totus rect⁹, à ſummo retortus ſit, orario vel ſudario epalis nõ ornatur, abbatialis ſic; longitudo recta ſit cubitorum triũ, vnciarum duodecim: pars verò eius retorta tot vncijs, & paulo plus emineat: à ſumma rectitudinis parte craſſitudine orbiculari ſit vnc. ſeptem, quæ prope ad imam partem paulatim diminutam vncijs quinque conſtet: in ipſaq; ima parte ferro, vel argento præacuitur, aut auricalcho: pars eius recta laminis ſolidis argenteis nullis cœlaturis ornatis, tegatur, retorta ijſdẽ, ſed cœlatura laboratis, & fabri iudicio inauratis, ornetur: cõnectatur verò cum illa parte recta, aliquo cœlati argenti opere, certis locis inaurato, ꝙ ſexanguli formam exhibens ſacris imaginibus ornetur.

De Sede epiſcopali.

Sedes epalis collocetur loco conſpicuo, & illuſtriori eccleſiæ. Conc. Tr. ſeſſ. 25. c. 6. & à dextris, ad denotãdum ſeſſionem beatorum: vt d. Gul. lib. 4. c. 1. & veſtiatur pannis ſericis raſis, non villo vel auro, aut argento textis, ac eius gradus tapetibus, vel pãnis lineis ſternatur; Scabella aſſiſtentiũ epiſcopo è tabulis populeis conſtent, cubito alta, forma quadrata, ac decore picta. Faldiſtorium non altè, nec amplè extructum vt ſedes epi ſit, ſed depreſſius ſit, nec à tergo, vel lateribus quicquã habeat vbi ſedẽs eps nitat, fiat è quaternis lignis nuceis, binis ante, & tot poſt, auratis, laminarum argẽtearum tegmine ornatis, & ijs ſingulis ab omni laterali angulo formam capitis leonini paulũ prominentis in ſummo exhibentibus, decorè & aptè, ac firmiter conſtans ſedile coriaceum ſolidũ habeat, idq; nõ pluma, ſed tomento, vel pilis conciſis plenum, eius tegumentũ ſubtus veſtiatur tela bombicina, & ita diſſectum, vt ſedili tñ hærens ab alijs partibus, vſque in pauimentũ defluat: puluinaria faldiſtorij vnũ genuflexionis, alterum ſeſſionis vſui è ſerico villoſo conſtent, longitudine ſeſquicubitali, latitudine cubitali; Menſa pro reponendis epi ornamentis è tabulis populeis fiat lõga cubitis quinq;, lata duobus, vnc. duodecim; alta cubitis, & vncijs totidem, à tergo gradib. duob. conſtet, & fulciatur tribus tripodibus nuceis, tegatur mappa è biſſo quæ vndique ad pauimentum pertingat, & à tergo gradus tegat.

De Calice.

Calix ex auro puto, vel argento puro puto ac inaurato vndiq; conficiatʳ, cuius pes ex auricalcho inaurato permitti poteſt, qui pes amplè pro illius magnitudine ſic pateat, vt firmè vbi locatur, hærens, cadere non poſſit: In cuius pedis ſuperficie imagines appareant aliqua paſſionis miſteria ſignificantes, ſic tñ vt manũ non impediãt, amotis

Calix, vt cõficiẽdus.

amotis signis ornatum inanem præse ferentib. Nodus in medio decore ornatus, nil eminens habeat, quo calix incommodè capiatur: Cupa in fundo aliquantũ angusta sensim vsq; ad summum labrum latior sit: Labrum verò hmôi habeat, vt nec intus, nec foris vllo modo flectat. Calix maior pro Missis solemnib. piarũ imaginũ cœlatura insigniori, amplè in orbem pateat vncias saltem xviij. ab imo verò ad summum altitudine sit vnc. xiiij. ac ampli' i ecclesia cathedrali, collegiata, & parochiali. Calix minor pro Missis priuatis amplitudine sit vnc. xiiij. in orbem ducta, altitudine xij. patena eodem auri, & argenti genere quo calix sit, & si argẽtea est inauretur vndiq;, nil artificiosè elaboratũ, nec circulũ habẽs circino profundiuscule ductũ. Labrum extremũ circulare ita tenue sit, vt inde adiumentum adsit ad sacræ hostiæ fragmenta facilè, & rectè colligenda, illam mediã tenuem concauitatem habeat, quæ amplitudinẽ labri calicis ferè adæquet: patena maior in orbẽ ampla sit vncijs xxxviij. vel magis pro amplitudine calicis, minor xxxij. Adsit præterea sacculus calicis, & patenæ è lino vel cannabo, tam latè patens, & longè productus, vt arctè calicem non capiat. Ab altera parte clausus sit, tota tela, quantũ lata est, crispata, & in orbiculum cõnexa. Theca præterea lignea ad calicem cũ patena cõdendum simplici opere, remoto ornatu prophano cõficiatur, operculo adhibito vt cõpresse claudatur, intus laneo panno, vel holo serico quod vellutũ dr, extra corio circumuestiatur piè ornato, cui etiã linea, vel cingulũ ex corio ad eã gestandã insertũ adhibeat.

De Amulis, vel ampullis:

Amulæ, vt cõficiẽdæ. Amulæ ex christallo pellucido, non picto cõstent, suo operculo stamneo, vel argẽteo tectæ, pretiosiores aureo: peluicula earũ è stamno britanni puriori sit, pretiosior auro, vel argento, opere cœlato piam speciem exprimẽte, fundo intrinsecus lato constet, & plano, nec elaborato, vt amulæ firmius hæreant.

De Missali.

Missale, qualiter construendum. Missale opere librario benè, ac firmiter compactum, tenuioribus tabellis sectilibus, corio tectis, operiatur, in quo crucis insigne, vel alia pia imago adsit, prophanis ornatib' amotis, & folia inaurentur, pretiosius operimento coriaceo inaurato, ac forma maiori constet, & literis insigniorib. impressum. Signaculum præterea Missalis cornu transuersale, vnde funiculi pendent, habeat è sericis filamentis confectum, ita latum vt Missalis crassitudinem æquet: funiculos sericos xij. colore diuerso pro officij ratione distinctos, & ita longos habeat, vt quinque vncijs Missalis lõgitudinem excedat; pretiosius signaculũ è cornu trãsuersali cõstet, quod solidum aureum, argentumve inauratum sit. Integumentum Missalis sic longè ducatur, vt ab ima parte reflexũ superet vncijs octo coriaceũ Missalis operimentũ, à summo verò nil extet, latè ẽt pateat, vt ab vtroq; latere flecti commodè possit, subuestiatur verò tela linea, vel bombicina, excepta ea parte quæ infra pendet, quæ eodẽ panno vestiatur: extremitates huius integumenti à capite, & lateribus lineæ sericæ opere textili, ab ima verò parte lacinijs sericis ornẽtur: pretiosius integumentum habeat extremitatum ornatum, & linea, & lacinijs auro, vel argento intextis insigniorem. Materia verò eius integumenti sit ex subserico, vel serico, aut alio pãno pretiosiori, quod mutetur adhibito alio integumento alterius coloris officio diei respondentis: puluinar, quod Missali supponitur plenũ sit lana solida, vel pilis cetuinis, nõ alia re: longè pateat cubito, & amplius, latè vncijs xviij. ornatũ habeat à quolibet angulo laciniatis fibulis cõsutum simplici opere, sed partes extremæ consutæ tegant ornamento eiusdẽ generis, & coloris, eius materia rñdeat materiæ, & colori integumenti Missalis.

De Thuribulo.

Thuribulum, vt cōficiendū. Thuribulū acerra & cocleare, sint ex auricalcho artificiosè cœlata, & ornata: pretiosiora ex auro, vel argēto, q thuribulum sit cum catenula quadruplici, & operculo eiusdē metalli, quarū catenularum longitudo fit cubitorum duorum, vnciarū duodecim.

De Cereostis.

Cerofera ria, vt conficienda, cū alijs ad Missæ ministerium adhibēdis. Cereoferária artificiosè tornéata sint, auro vel coloribus obducta, in superiori parte quà cereus infigitur, eorum orbis ex tola congruè pateat extremitate sursum reflexa, ad capiēdas guttas quæ ex cereo defluunt. Candelæ verò infra ex ligno fint tornatili, supra quadrifariam secto, ad cereos excipiendos apta, ornata vt alia. Horum opercula sint è tola, quæ infra patulo circuitu sint, supra in acumē desināt, quæ bacillis aptè inserātur, vt per eos cerei, licet altè positi, à ministris extingui possint, ex quibus aliquā maiora sint ad vsum maiorū, minora alia ad vsum minorum: sic vt in omni ecclesia sit cereus Paschalis benedictus in memoriam dominicæ resurrectionis: vt habetur in Conc. Tolet. 4. ca. 7. & declarat Gul. in rati. lib. 6. c. 8. Alph. Castro. con. hær. lib. 6. in fi.

De alijs, quæ ad Missæ ministerium adhibentur.

Stragulum sedilis vbi sacerdos sacrum solēniter faciens, sedet è panno laneo, vel serico raso sit, & ita latè, & longè pateat, vt etiā à tergo sedile tegens, paulo altius capite celebrantis extet: & infra ad pauimentū fere pertingat. Aulæa in ecclesia ornāda, vel ex corio, vel lana cōsteat, ambōbis prophanis, & belluarum imaginib. ac pijs contextis sacri mysterij historiā significantibus, maximèq; res gestas Christi, vel sancti cuius nomine ecclesia, vel capella nuncupatur, exprimant.

De Lectoribus.

Lectorilia. Lectorile vnum sit, posita columella lignea cum basi cōgrua, & decora, & armario ibi extructo ad condendū libros ad vsum chori, supra q fulcimētum tabulā lata & longa, quantum satis sit ad capiendos libros apertos, deinde cui positura collocetur, duplici facie, vt ab vtraq; parte tabulæ quæ supernè in culmen coëat, duobus libris imponendis locum præbeant, è ligno nuceo sit artificiosè exculto, vel alio picto, & inaurato. Alterum gestatoriū, & duplex, cuius partes sunt ex longis & angustis asserculis cōfectæ, per clauumq; in vtraq; parte media affixū; quo coniunguntur, in vnum cocunt, cum tollitur, & portatur, & cum ponitur ad lectionem supra, & infra deducuntur: supra verò corio vtrinq; affixo tenentur ad libros capiendos aptè composito: huius et ligna ornatū, & artificium desiderant. Eadem forma alia lectorilia fiunt, nisi q plicatilia nō sunt, & loco corij lignis tenētur in superiori parte. Lectorilium inregumētis circumsuantur sericæ lineæ cū suis filamentis ab vtroque capite per vnc. tres prolixis, ab alijs verò partib. breuiorib. & modicis, ac tela subter tecta sint ita longa vt vtrinq; ad terrā demittantur, ista paulò plus quàm ipsi lectorilia. In his reponātur Breuiaria duo, vnum ampla forma, alterum angusta: Calendarium anniuersariū, vel perpetuum: psalteria duo cū hymnis, vnum forma grandiori: liber hymnorum cantu expressus. Antiphonarium de Dnicis, de Sanctis, feriale, ex singulis vnum: Homiliarium, lectionarium de vitis Sanctorū, in statis quibusdam vigilijs: Pōtificale vnum: Cæremonialia Sacramentalia, vel Ritualia duo: Libri Litaniarū, & processionū duo: Libri ad vsum funerum duo: Liber cātus ad vsum psalmorum, lectionum, & huiusmodi vnum: Liber cantus de Gloria, Symbolo, & Sanctus: Liber de cæremonijs Missæ: Graduale: Liber de computo ecclesiastico: qui libri forma qua Missale construantur.

qualiter conficienda.

De

De Vexillis.

Vexilla qualiter cōficiēda.

Vexillum parochiale è tela auro, vel argento contexta, vel serico firmiter contexto fiat: longitudine cubitorum trium cum dimidio, & eadē latitudine: vbi imago sancti, vel sanctæ cuius nomine ecclesia nuncupatur, contexta decore, vel picta sit, colore officio sancti illius respondente; quòd vndiq; cingatur lacinijs eiusdē coloris, mixtis filis argento, vel auro textis, ac appensum feratur hastili ligno firmo, cui in summo crux parua quadrata affigatur; hastile longius sit quàm vexillum cubitis duobus, colore vexilli; qđ verò à fœminis processionaliter defertur, forma prædicta sit, sed latè, & longè cōstet tm̄ cubito vno, ac hastili breui, ac tenui, eiq; crux parua ī summo apponatur. In ciuitate verò vbi patroni imago adest, pretiosius sit.

De Crotolis ligneis.

Crotolæ ligneæ vt cōficiēdæ.

Crotolæ, quæ ī hebdomada sancta pro tenebris adhibentur, sint è tabula nucea, vel quernea, lōgitudine sesquicubitali, latitudine cubitali: ī sūmo foramen habeant lamina ferrea munitum, tum laminas quatuor, vel quinq; ex vtraq; parte affixas ex æ e, vel ferro, vel totidem pilas ex ligno rotundas fune appensas, sonum ex pcussione reddentes.

De alijs verò, quæ ad Missæ sacrū faciendum, & Eucharistiā administrandam, vel custodiendā adhibentur, inferius dicetur, vbi de forma administrandi Eucharistiam, custodiendi, & processione eam deferendi agitur.

De Corporale.

Corporale vt conficiendum.

Corporale è linea tela pura, & candida sit, simplexq; sit, nil elaboratum, vel sericum intextum habens, ab oris verò acus solum simplicis punctū retortum sit; longum sit vnc.xxx. latum totidem, & amplius in maioribus ecclesijs: ac ita cōplicetur, vt nulla eius extremitas appareat. Sacculus eius sit à fronte cruce, vel sacra alia imagine texta, à tergo eadem materia, & colore, intus subserico, vel tela tenuissima vestitus, latus sit cubito dimidio, vel amplius, ab oris verò inserantur funiculi sericei cum globulo, quo astrictus claudatur.

De Purificatorio.

Purificatorium vt cōficiēdū.

E tela mediocri conficitur, & simplici opere acus confectum sit; latum sit vnc. xviij. saltem, longum itidem, cui crux parua in medio acu pingat.

Vestimenta sacra benedicēda, quæ, & qñ rebenedicenda, & qd de ijs destructis vel cōsumptis fiēdū.

Cura verò maxima adhibeatur, vt quæ sunt benedicenda, vel consecranda, omnino ante eorum vsum consecrentur, vel benedicantur, quæ sunt ecclesia, & altaria, quæ à solo epo consecrari possunt. c. nullus. de cons. d. 1. licet in ecclesia ēt non consecrata diuino tn̄ cultui per epm dicata, cum altari portatili ab epo consecrato celebrari possit, sicut etiā ecclesiam pollutam solus eps reconciliare potest, licet de licentia Papæ, per simplicem sacerdotem aqua tn̄ prius per epm benedicta, reconciliari possit. c. aqua. vbi Alb. de cons. eccl. sit tn̄ ecclesia non consecrata, sed tm̄ diuino cultui dicata, sufficit q à sacerdote cū aqua benedicta reconcilietur: vt d. Sot. 4. dist. 13. q. 2. ar. 3. Sic ēt calix, & patena debent cōsecrari, q itē à solo epo fieri potest: vt d. Gem. in c. abbates. de priuil. in 6. ob vnctionem, quæ fit in consecratione. c. vn. de sacra vnct. Benedici verò debent vestes, quibus sacerdos in Missa vtitur, videlicet, Planeta, Alba, Amictus, Cinguli, Stola, Manipulus, & Mappæ Altaris, ac Corporalia, & Animulæ Corporalium, Pixides in quibus detinetur sanctissima Eucharistia: vt dicit Silu. Benedictio. nu. 5. §. 5. non autē est benedicendū Pallium, Pluuiale, Cotta, Tunicellæ, Vrceoli: laudabile tn̄ est benedicere Missale, & libros Altaris: vt d. Doct. in c. 1. de pignor. & vasa in quibus sacri Olei detinētur, cū in Pōtificali adsit benedictio ēt pro illis; pdictorum verò benedictio, licet iure pertineat ad epos, ex consuetudine tn̄ ēt per Abbates fieri pōt: vt not. in d. c. Abbates. & in clemen. attendentes. de stat.

stat.reg. Prædicta ét qñque sunt rebenedicenda, sub hac distinctione, ꝙ vestes benedictæ à schismaticis sunt rebenedicendæ, non aũt ecclesia, vel altare, vel vestes in quibus celebrarunt, vt nec ordinati ab eis sunt reordinandi, nec sepulti ab ijs exhumandi. cap. à nobis. de sacr. non iter. Quod si vestes rumpantur, refici possunt, & eis apponi pannum non sacrum, vel filum nõ benedictum; licet nec ex hoc debent rebenedici ét si per partes plures reficiãtur, nisi mutetur forma prioris vestis, quia sic debent rebenedici. arg. c. quod in dubijs. de cons. eccl. Dñ verò forma mutata qñ tanta pars est ablata, vt sine ea non liceret celebrare, vt medietas, vel tertia pars prædictorũ, vel manica albæ, quo casu supersui debet pars addita, antequam vetusta abscindatur, quia sic remanet forma; ꝙ si tempore benedictionis casulæ, stolæ, manipuli sunt duplicati, licet postea diuidantur, nõ sunt rebenedicendi, cum vnica benedictione benedicãtur: sic si cingulum sit ita minutum vt cum eo tñ cingi sacerdos possit, potest cum eo celebrari, maximè in necessitate, & eo magis si ante fracturam iungatur fractura ordo eiusdem cinguli; sic ét de stola potest fieri manipulus, vel è conuerso absq; noua benedictione, quia inter se differunt tñ, eo ꝙ unus longior est, alius breuior, quæ non mutant formã, vt d. Silu. post Pal. 4. d. 13. q. 2. col. 5. uerbo Benedictio. nu. 6. quæ intelligũtur quò ad id, an sint benedicta, uel intelligãtur, uel ne, quia nisi maxima adsit paupertas, & necessitas, nõ debet à superiore id tolerari, sed omnia debent munda, & integra esse. c. si. de cust. Euch. & si qs uestibus, & hmõi non benedictis utatur, grauiter peccat: vt d. Nau. in Man. c. 25. nu. 83. 84. D. Ant. 2. p. tit. 13. c. 6. §. 5. circa medium. & si celebrat sine requisitis indumentis, uel in calice ligneo, est dignus depositione. ex Concil. Rhemen. c. 4. cap. si. de cel. miss. nec uestes mulierum debent conuerti in uestes ecclesiæ: ut d. D. Ant. loco prædicto. Archid. in ca. ad nuptiarum. de cons. d. 1. licet contrarium seruetur.

Cauendũ ét ne prædicta conuertantur in usus prophanos, sed cõsumpta uetustate sunt comburẽda, & cineres in sacrariũ proijciendæ, ut pallæ altaris, corporalia, planetæ, & hmõi; nec ĩtegra alicui uẽdi, nisi alteri ecclesiæ, uel loco religioso. c. quę semel. de reg. iur. in 6. c. ligna. de cons. d. 1. Nec etiã corporalia sunt abluẽda ꝑ laicos, nec mulieres, nec moniales. c. uasa. c. sacratas. 23. d. nec cũ illis ét sacerdotes sepeliri, licet in hoc consuetudo excuset: vt d. Silu. d. verbo. Benedictio. n. 8. Nec ét debent hmõi, vel aliæ res ecclesiæ laicis accommodari ad ludos prophanos exercendos. arg. c. cum decorem. de vit. & hon. cle. sicut & prohibitum est causa ludibrij vti habitu monachi, vel alio religioso, cũ laruis, & contrafacientes grauiter puniuntur. Auth. de sanct. ep. §. vlt. col. 9. not. glo. in d. c. cum decorem. de vit. & in ca. tuarum. de priuil. c. ligna. de cons. d. 1.

Cauendum demum ne ꝑdicta consecrata, vel benedicta tangantur à laicis ét monialib. ét causa deuotionis, aliàs grauiter peccant. d. ca. vasa. & d. c. sacratas. ca. decretum. 16. q. 1. gl. in c. 1. de vit. & hon. cler. vt nec moniales incẽsum circa altare portare debẽt. d. c. sacratas. not. gl. in c. 1. de vit. & hon. cl.

DE CVBITO.

Quia in fabrica, & suppellectili ecclesiastica designanda, cubiti, & vnc. vbiq; fit mẽtio. Notandũ est cubitum de quo hic agitur, esse vnciarũ xxiiij. Vnciarum verò longitudo est inferius descripta.

Vncia

Vnciæ duæ

Vnciæ quatuor

Vnciæ octo

De tempore celebrationis Missæ. Cap. XV.

Missæ priuatæ qua hora sint celebrandæ, cũ fallentijs.

PRimum sit dictũ. Missæ priuatæ, vel peculiares celebrari possunt à mane, vsq; ad horam nonã diei. c.necesse. de cõs.d.1. D.Th.3.p.q.83.art.2. ad tertiũ. Gabriel.1.can.Missæ,lect.14. Ex generali verò consuetudine Missa dr̃ ab aurora ad meridiẽ,vt hr̃ in Missali Rom.Maior,& Sot.4.sent.dist.13. Idẽ Sot. de inst. & iur.lib.10.q.5.ar.4.

Fallit si adsit casus necessitatis cõmunicandi infirmi,quia de licẽtia epi scopi licet celebrare etiã ante lucem. Tur.Cre.in d.ca.necesse. Nau.in Man. c.25.num.85.& 86.

Secundò, fallit in epõ, qui ob eius prærogatiuam,saltẽ ex vsu paulo ante lucem celebrare potest. arg.c.fi. de priuil.in 6. & gl.ibi. Pal.4.dist.13.q.2. conclus.2.art.2.

Tertiò,fallit ex causa iusta ẽt in alijs sacerdotib. vt q̃a epũs sit iter facturus. gl.in d.c.fi. Nau.de orat.c.3.nu.29.vel ex iusta populi necessitate,maximè vbi est vsus, & ẽt ex eiusdem cõmoditate,vbi is vsus viget: vt idem d.de orat.c.21.nu.31. & in Man.d.c.25.n.85. ẽt post Conc.Tr. vt ibi sentit,vbi is vsus adest. Vel si ex priuilegio Papæ id habeatur.Francol.de temp.hor.can.c. 39.n.10.cum seq.quibus casibus demptis,celebrans ante lucem peccat mortaliter. S.Ant.3.p. tit.13.c.6.§.3.Francol.ibi num.14.celebrans tamen ante auroram putans eam esse,excusatur à peccato. D.Ant.d.§.4.Pal.d.ar.2.Fran col.in d.cap.

Aurora verò,vel crepusculum matutinum incipit q̃n sol est sub Orizonte ad decem & octo gradus,vel circiter, vt not. Io.de Sacrobosco in c.3. sphæræ,& ibi Clauius, licet id sæpè varies, vt infra Deo dante dicetur, in quibus decem & octo gradibus conficiendis sol immoratur per horam, & quintã alterius horæ partem in quacunque sphæra obliqua, vel recta. Francol.d. cap.39.num.4.5.& 6.

Quod verò dr̃ de hora nona,intelligitur non incipiendo diem à media nocte, prout incipit dies naturalis,ca. consuluit.de offi.deleg. nec incipiẽdo diẽ à meridie, vt incipiũt Astronomi, sed ab ortu non solis, sed auroræ, vel aeris illustrationis. Vnde concludẽdo in hoc, dicendũ est à parte ante, q̃ nõ licet celebrare,nisi post mediã noctẽ, ẽt q̃ in aliquibus locis aurora tota nocte clarescat, quo ẽt casu nõ licet celebrari ante verã aurorã.i.crepusculum matutinum,quo incipit aer illustrari. c.necesse. de cons.d.1. Ales.4. p. q.36. memb.2.D.Th.3.p.q.83.ar.2. & in 4.d. 13 q.1.art.2.quæst.3.Pal.ibi.q.2.art.2. Duran.q.2.art.2. Sot.q.2. art.2. Host. de consecr.eccl.dist.2.§.& quando. Et quæ de hora nona in diebus ieiunij, de vespertino in noctis initio habentur, in desuetudinem abiere,& de noctis initio in Sabbato sancto idem. Et ex constitutione Pij V.reuocatæ sunt facultates celebrandi de sero, & sub ortis occasum: vt d.Francol. de temp. hor.can.nu.11.12.c.29.

A parte post nõ licet celebrare post meridiem, & sine dispensatione id agere est peccatũ mortale. Gabriel super can.lect.14. Maior.4.d.9.q.3. Arg. 5.& dist.15.q.4.circa medium.Sot.ibi. q.2.art.2.in fi. & est communis opin. & cõsuetudo ecclesiæ generalis.Francol.c.41. nu.3.8. 16. q̃ si qui canones, vt in cap.nocte.c.solent.de conf.d.1.& Doctores id protendunt vsque ad horam nonam, loquũtur de diebus ieiuniorum: vt d.D.Th. ibid. S.Ant.d.§.4. Francol. ibi num.4.

Hodie verò,nec licet celebrare post meridiem etiam diebus ieiuniorum, tum quia Papa dispensatiuè concedere solet facultatẽ celebrandi post meridiem, tum quia olim diebus ieiunij edebatur hora nona, hodie verò post meridiem,ergo non licebit celebrare post meridiem, qua hora edi solet. Francol.ibi num.18.

Meridies verò capitur per comparationem ad ortum solis, & nõ ab initio crepusculi matutini, vel pulsationis

nis cāpanæ meridiei, vnde quarto Ianuarij 1589. quando sol est in 13. gradu Capricorni, meridies in eleuatione poli gr.45. est hora 19. m.51. quorum 60. reddunt horam, quia sol oritur hora 15. m.43. & tamen campana meridiei pulsatur hic Brixiæ hora 18. cum dimidia, & principium crepusculi matutini est hora 13. m. 14.

Tempus verò meridiei nō punctualiter est accipiendum, & ideo etiam si aliquantulū esset transactus, ex causa posset celebrari, & multo magis si id nesciretur, vel Missa iam cœpta esset, tunc enim est perficienda post meridiem: vt d. Sot. & Maior. loco citato. Francol. d.c. num.30. cum seq. Vbi tamen esset vnus tantum sacerdos, congruum esset, vt celebretur hora tertia. Ales. 4.p.q.36. membr.2. Francol. ibi num.36. & 37. & causa itineris faciendi paulum anticipare ante auroram, vel differre parum post meridiē, non esset iudicandum mortale. Sot. d.art.2. in fi. licet Nau.c.25. in Manual. num.87. dicat posse celebrari vsq; ad horam nonam: prior enim opinio est magis tuta ex vsu, & ex Conc.Tr.sess. 22. decret. de obs. & euit. quo vetatur celebrari alijs, quàm debitis horis.

Missæ solénes qua hora sint celebrandæ, & quare.

Secundum dictum. Missæ solemnes tribus horis celebrari cōsueuere, tertia, sexta, & nona. cap. nocte. ead. dist. Concil. Aurelian.3. cap.11. Hora tertia canitur in diebus festis, & solemnibus, quia in Missa recolitur passio Christi, qui hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum. Marci 15. Vel vt dicit Microlog. de eccl. obs. cap.58. quia inter reliquas passionis horas, tempore Dominicæ Resurrectionis, vel Natiuitatis propinquior esse videtur. Vel vt habetur in d. Conc. vt intra horas competentes, officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, tempore vespertino conuenire, cui officio deesse non debent. Vel vt populus à publicis solemnibus, non abstrahatur, sed simul cum sacerdotibus commodè ad publicam Missam conuenire possit: vt apud Burcar. lib.2.c.54. habetur. ca. & hoc de cons. d.1. & quia hæc hora sacra dr̄. in c. si. dist.44. quia sacris Missarū solemnijs in dieb. festis dicata est: vt d. Greg. hom.37. circa fi. Sexta hora dicitur in pro festis, quia sexta hora Dominus manibus militū crucifixus est. Io.9. Vel vt statim meridianis horis adueniatur in ecclesia ad himnos canendos, & oblationem celebrandam: vt d. Amb. serm.8. in Ps.118. Nona verò hora in diebus ieiuniorū, quia magna voce clamans Dominus expirauit. Mat.29. vt d. Tur. Cr. in d.c. nocte. vbi & d. quòd diebus ieiuniorū potest tardari post nonam, maximè quando ordines conferuntur, vel in Sabbato sancto, quod intelligitur de meridie, vt supra. Et ex d.ca. nocte. vetatur Missam solemnem celebrari ante horam tertiam, præterquam in nocte Natiuitatis Domini: sic tamen, vt tunc etiam vna tantū Missa noctu celebretur: alias verò duas ante aurorā, nec publicè, nec priuatim continuare licet. Silu. Missa. §.6. Ang. d. verbo. §.46. Nau. in Man. cap.25. num.87. In mane verò priuatè dicitur, vel canitur in necessitate, in memoriam Dominicæ Resurrectionis. Turr. Crem. in d. cap. necesse. de consecr. dist.1. Amalar. lib.3. cap.42. lib.4. cap.40. Gul. lib.4. cap.1. Strabo de reb. eccles. c.23.

Tertium dictum. Missa quotidiè in ecclesia Dei est celebranda, quia ibi repræsentatur dominica passio, ideo quia quotidiè egemus eius fructu, ob quotidianos defectus, quotidiè etiam est celebranda. D.Thom. d. quæst.83. art.2.

Missa quotidiè in ecclesia Dei est celebrāda, & quare.

Hic porrò locus incideret inferendi tabulas Astronomicas horarum ad celebrādum institutarum, iuxta propositum in principio huius Tomi expositum, sed quia existimaui id paruo negocio cognosci posse, iccirco id consulto omisi, & alibi fortè si opportunum videbitur, inferentur.

De

De Misterijs, quæ in Missa verbis, & cæremonijs continentur. Cap. XVI.

Missam celebraturus, debet confiteri, & ante recitare preces matutinas & quid de prima.

SAcerdos celebraturus premissa peccatorum confessione sacramentali, si sit in peccato mortali, vel ét venial ob maioré puritaté, & ieiunus à medio noctis præteritæ, vt dictũ est sup. de sumentibus sacrm Eucharistiæ, debet prius recitasse horas matut. aliàs peccaret mortaliter: vt tenet S.Ant.d. §.4.Pal. dist.13.q.2.ar.2.concl.2.Host. de consf.eccl.d.2.§.& qualiter. Nau.de orat.c.21.nu.30. & est cõis, vt testatur Francol.c.42.& licet nullũ ius id præcipiat, est tñ contra generalem ecclesiæ consuetudinem, nisi immineret casus imminens ecclesiæ, quo oporteret celebrari, & immineret scandalũ si non celebraretur: vt d.ibi Francol.num.4. Prima verò non dicta, licet sacrum facere sine peccato, vt ibi in principio testatur de communi, & alia prætermittere, de quibus supra, cap.2.ad fin.

Missam celebraturus, q̃ considerare déat, & quare.

Secũdò, se debet colligere, & in cõsiderationem tanti misterij menté intendere, q̃ ibi Christi personã sit gesturus, & sacrificium illud tantæ maiestatis, & vtilitatis, de quib. supra, oblaturus tam pro viuis, q̃ pro defunctis, quodq; ecclesiæ est minister, & eius nomine mediatorem se exhibet inter Deũ, & homines, vt eos maiestati suæ diuinæ cõciliet, quodq; in hoc sacrificio sanctissimã Eucharistiam est sumpturus, quam Deo sacrificaturus est; ideo cũ summa humilitate se præparet ad tanti sacrificij misteriũ, recitando Ps. De profundis, & q̃ maxima fieri potest mentis, & corporis puritate accedat, prius se in holocaustũ Deo humiliter, & constantissimè tradens, q̃ eius sacrificij minister existat, recitãdo orationes sequentes, videlicet, Deus cui omne cor patet &c. & orationem ad Mẽsam, & Oĩpotens, quę in Missali Romano ponũtur, & quas ego dum sacrum feci, Deo præstante nunquam omisi: vt de prædictis, & alijs d. Dur. li. 4.c.2.& Innoc.lib.1.c.47.& se colligẽs ad memoriã reducat omnes pro quibus orare statuit, humiliter eos Deo cõmendans. Tum manus lauet, vt spiritualiter mundet actus: vt inquit Innoc.lib.1.de mist.Missæ.c.49.

Sacerdos celebraturus lauare se debet, & quare.

Tertiò, sacerdos cum tonsura, & veste talari, se lauet ad similitudinem eius, q̃ legitur de Moise, qui ordinauit in ingressu tabernaculi testimonij, vt se sacerdotes lauarẽt. Ex.30.38.& vlt.

Sacerdos, quo ordine accedat ad altare ad Missam celebrandã, & quid illa significent.

His ita peractis capto calice & hostia, ad designãdum, q̃ Christus ab instanti suæ cõceptionis calicem passionis semper præoculis habuit, léto gradu & oculis demissis accedit è sacrario ad altare, vt denotet egressũ Christi de cœlo in vterum virginis, & inde ad passioné: altare enim significat ecclesiam pro qua Christus est passus. Innoc.lib.2.ca.3. Vel mensam, in qua cum discipulis conuiuatus est Christus. Tim.tr.2.q.78. In quo lumina debent esse accensa. c.sanè.ca.literas. de celeb.miss. aliàs sacerdos grauiter peccat: quæ signant q̃ lex, & prophetæ pnunciarunt aduentum Christi. Innoc. lib.2.ca.8. Candelabra verò in quibus imponuntur cerei designant fundamentum, vt super fundamentũ luceat lux prædicatorum. Dur.lib.4.c.6.& q̃ lumina debeant accendi ad signũ lætitiæ demonstrandum, quãdo legitur euangelium, & in altari, docet Athan. ep.ad omnes ortodoxos. Hier.con.Vigil. Chris. in Liturgia. Cõc.4.Cartag. can.6.& Micro.c.11.d. Missam nunquã sine lumine celebrari, ét si celebretur in meridie, & acolutos debere lumen accendere ad euangeliũ, & qñ Christi corpus offertur. d.Isid. Orig.lib.7.ca. 12.Bellarm.lib.2.c.14.

In Missa verò solemni sacerdos nõ portat calicem, significãs, quòd Pater Omnipotens iam animaliũ sacrificia sibi inuisa esse agnoscens, præmisit vnigenitum filium suum, qui calicẽ ferret.i.passionem subiret, & sacrificium sui ipsius in Monte Caluario offerret. Ps.39.Eph.5.Tim.tr.2.q.44.

Cereoli sacerdotē lucētes pcedunt in signū gaudij, q in ortu Saluatoris toti mundo assulsit, vt Angelus d. Anuncio vobis gaud. ū magnū Rup. li. i. de diu. off. c. 28. vel q lex, & prophetæ cū psalmis Christi prænunciarunt aduentum. Dur. lib. 4. cap. 6.

Candelabra præcedentia significāt fundamentum, vt super fundamētum luceat lux prędicatorum coram hominibus. Dur. lib. 4. ca. 6. Innoc. lib. 2. c. 6. 7. & 11. vbi plura de his agit; & Amal. lib. 1. de offi. eccles.

Diaconus, & subdiaconus eū pręcedunt ante, non à latere, quæ designāt nouum, & vetus testamentum, quorum lex tempore prior, Euangelium verò dignitate maius. Rup. d. c. 28. portat autem subdiaconus Missale, quia lex, quæ per subdiaconum notatur, testimoniū continet Christi. Rup ibid. vel quia Ioannes ante Christum prędicationem euangelij inchoauit. Inn. lib. 2. c. 3. & fertur clausus donec in altari à sacerdote, vel Pontifice aperiatur, quia nemo dignus est aperire librū, & soluere signacula eius, nisi leo, qui vicit de tribu Iuda. Apocal. 4. & sacerdos, vel episcopus eum Pōtificem repræsentat, de quo Heb. 9. habetur, q Christus peramplius, & perfectius tabernaculum introiuit &c.

Turiferarius verò omnes præcedit ad notandum, q thuris significatio, q est charitas per ignem significata, & deuotio ac oratio, & bonum exemplum per thurem, est communis Sanctis vtriusque testamenti. Dur. lib. 4. cap. 6. Tim. tr. 2. q. 52. 54.

Thuribulum significat cor humanū, quod debet esse apertum superius ad recipien dum cœlestia, & inferius clausum ad terrena. Tim. ibi q. 53.

Candelabra verò tenentur in manibus ab acolitis donec incipitur Kirie, ad notādum, q doctor qui per lumina notatur debet verbis, & factis exercere, q docet. Tim. q. 56.

Inclinatio sacerdotis ante altare, vel genuflexio si adsit sanctissimum sacrum, dum sacerdos accedit ad altare, significat exinanitionem Christi, qui inclinauit cœlos, & descendit. Ps. 17. Formam serui accipiens. Tim. q. 57. ac se exinaniuit &c. Dur. lib. 4. c. 7.

In Missa Pontificali Pontifex accedit ad altare cum sacerdote, & leuita hinc inde, subdiacono præcedēte, eps enim illum Pōtificem repræsentat, de quo dr Hebr. 9. Chrs assistens Pōtifex futurorū bonorū &c. sacerdos, & leuita, lex & prophetia. s. Moises, & Elias, qui apparuerunt cū Christo in mōtē; nam lex & prophetia Christū annunciarunt. Subdiaconus præcedēs significat Io. Baptistā, qui præcessit Christum in spiritu, & virtute Eliæ. Luc. 7. Inn. li. 2. c. 1. 2. 3. & de accessu sacerdotis ad altare meminit Cipr. ep. 64.

His ita not. Notandum, q Missa pōt diuidi in tres partes, q̄dam. n. ante cōsecrationem dñr, alia ad consecrationem spectant, alia post ipsa adhibenē, vel melius diuidiē in quatuor partes: prima vsq; ad Offertorium, q̄ dr Missa cathecumenorū; secunda vsq; ad canonē; tertia à canone; quarta ab oratione dñicali, vsq; ad finē. Prima pars diuiditur in duas, prior est q̄dam præparatio tā sacerdotis, q̄ populi; prima incipit ab Introitu, nā confessionis, q̄ fit ante gradus altaris non fit mentio, quia illa nō est pars Missæ; sola. n. confessio sacralis debet pcedere de mortalibus, sed propter venialia, vel oblita, q̄ tū si post menti occurrunt sunt cōfitenda, fit illa generalis confessio, de qua meminit Inn. li. 2. c. 13. Microl. lib. de eccl. obs. c. 23. cū Ps. Iudica, Aña, Introibo pri⁹ recitatō, cū recitatione Confiteor. Misereatur. Indulgentiam &c. vt d. Radulph. lib. de can. obs. prop. 23. q institutū ait Platina dicendum in Missa à Damaso, vel à Pōtiano: vt d. Berno. lib. de off. Missæ. c. 25. d. Salom. Prou. 18. Iustus in initio sui sermonis, prius est accusator sui. Vnde cum oīa sint in nomine Dñi faciēda, in quo viuimus, monemur & sumus. Col. 3. e. non obseruetis. 26. q. 7. Num. 6. Ideo in principio sacerdos incipit confessionē ab inuocatione diuini nominis,

Missa in quot partes diuidatur, & q̄uo incipiaē, & quid significet.

minis, d. In nomine Patris, &c. post capitis inclinationem factam. c. dictum, 1. q. 1. Tim. q. 58. munit verò se signo crucis ad effugandum crucis virtute diabolum à qua aufugit, vt à qua superatus fuit: vt dicebat S. Antonius, & Cassianus. Collat. 8. c. 18. Et quia iust⁹ est prior sui accusator Prou. 18. Ideo ad se reuertés sacerdos antequam ad diuinum officium pergat, cum astantibus de peccatis suis cófitetur, dicit. Psal. Iudica, qui manifestè ad hoc cognoscitur pertinere, & conuenire: vt d. Innoc. lib. 2. cap. 13. vel petit liberari à tentatione, & illuminari à gratia. Tim. tr. 2. quæst. 62.

Tum sacerdos facit confessioné manifestam, & generalé, vt purior ad altare accedat, ĩ qua percutitur pectus, vt exéplo Publicani, qui percutiebat pectus suum, iustificemur à peccatis: quia in percussione tria sunt ictus, tactus, & sonus: per quæ significãtur illa tria, quæ sunt necessaria in vera pœnitentia, s. contritio, oris confessio, & operis satisfactio. Innoc. d. c. 13. & hanc pectoris tunsionem commendant sancti Patres. Tertul. lib. 3. con. Marc. c. 18. manibus cœdentib. pectus &c. & Cip. de orat. dñica, pectus suum pulsans, & peccata inclusa. Hier. con. Lucif. si verè crederem, illud cor, quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderé pectus. Aug. in Ps. 31. Tunsio pectoris obtritio cordis. & hom. 50. cap. 8. Vnde quotidiè tundimus pectora, quod nos quoq; ad altare Antistites assistentes cum omnibus facimus. & Hier. in vita S. Hilarionis, Ipse Hilarion pectus pugnis percutiebat, quasi cogitationes cœde manus, posset excludere.

His actis sacerdos accedit ad altare, q̃ significat ingressum filij Dei in mũdum: vt d. Rup. lib. 1. c. 28. & d. Aufer à nobis &c. per quòd petit omnia impedimenta à se auferri.

Tum osculatur altare denotando, q̃ Christus aduueniens sanctam sibi copulauit ecclesiã: iuxta id epitalamiũ, osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. Innoc. lib. 2. cap. 15.

Incensatio altaris, quæ fit in Missa, solemni significat Angelum, cui data sunt incensa multa: vt daret de orationibus Sanctorum. i. Christum magni consilij Angelum, cui dantur orationes multæ, vt eas repræsentet Patri, vel vt oratio sacerdotis tanquam incensum sursum ad Deum tendat. Tim. tract. 2. quæst. 70. & 71. & ob alias causas assignatas supra, vbi de incensatione est actum.

De Introitu.

Cœlestinus Papa Psalmos ad Introitum Missæ cantari instituit, licet ante eum ét in vsu in Introitu Missæ extiterint. vt patet ex Dion. c. 3. eccl. hier. d. Psalmorum incipit melos, concinentibus secum sacra carmina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus. Idé colligitur ex Amb. lib. 4. de sacr. c. 2 Naz. orat. 28. sed Cœlestinus ad Missæ Introitum pro lege eos recitari constituit. Gregorius Papa Añas, Gloria patri, à Nicena Sinodo fuit cóposita, sed Damasus Papa ad Missam cantari instituit: vt d. Vgo. li. 2. de sacr. c. 11. & dr. Introitus, quia canitur à choro in ingressu sacerdotis ad altare: vt d. Micr. de eccl. obs. c. 1. & quia hoc sacrificiũ cum summa dignitate est celebrandũ: vt d. Eccl. 4. Custodi pedem tuũ ingrediens domum Dñi, ideo cósecraturus sacerdos præparat se, & totũ populũ: vnde prima pars Missæ, vsq; ad Offertoriũ dr illuminatio, vel præparatio: vnde à diuina laude initium sumitur, iuxta id Psal. Sacrificium laudis honorificabit me: vnde & Introitus, vt plurimum ex aliquo Ps. sum: vt d. Dion. c. 3. eccle. hier. Significat verò Introitus ingressum Christi in mundum, vel desiderium Sanctorum Patrum desiderantium Christi aduentum: vnde & additur Gloria patri, in signũ quòd omnis laus in gloriam sanctæ Trinitatis refertur: vel ad denotãdum, q̃ sancti Patres, vt facilius obtinerét quod expectabant, totam Trinitatem glorificando dicebant: Ostende nobis Dñe misericordiam tuam, & salutare tuũ da

Introitus à quo institutus, & quid significet.

da nobis. Ps. 84. Ideo repetitur Aña ad denotandũ multiplicationem clamoris: vt d. Abacuc. 2. Manda, remanda: expecta, & reexpecta: si moram fecerit expecta eum, quia ecce veniens, & nõ tardabit: vel denotat Introitus inceptionem boni operis, in qua est declinandum à malo, & faciendum bonum; ita D.Th. 3. p. q. 83. art. 4. Vgo. de offi. lib. 2. c. 13. Innoc. lib. 2. ca. 18. Bellarm. de Missa. lib. 2. cap. 14. Rup. Tuit. lib. 1. de diu. offi. c. 28. S. Germ. in Theoria rerum eccl. Vel in ingressu sacerdotis ad altare canitur Introitus à choro, vt audiatur sonitus quando ingreditur sanctuarium in conspectu Domini: sicut in veteri lege pertintinabulorum sonitum id fiebat, idque in laudem fit huius sacrificij: vt d. Rab. lib. 1. de instit. cler. cap. 30.

De Kirie eleison.

Kirie eleison in Missa, vnde institutũ, & quare, & quid significet.

Secũdò, post Introitum, quo Christi ingressus in mundum repræsentatur, adijcitur misericordiæ postulatio, quæ induxit ipsum, vt nos redimeret: vnde ter Patri supplicamus, d. Kirie eleison. i. Domine miserere: vt d. Aug. ep. 178. & ter Filio, d. Christe eleison, & ter Spiritui Sancto, d. Kirie eleison, & ter vnicuiq; replicatur, vel contra tres nostras miserias, scilicet ignorantiæ, culpæ, & pœnæ: vt dicit Innocen. lib. 2. cap. 19. vel ad notandum, quòd tres personæ diuinæ sunt in se inuicem: vt d. D. Th. Siluester verò Papa Kirie de græco sumpsit, quia summa sapientia mundi in Græcia floruit: vt dicit Turr. Crem. in cap. Iacobus. de cons. dist. 1. & Gregorius Papa ad Missam cantari instituit, vt patet ex eodem lib. 7. ep. 63. & de hac parte meminit Basilius in ep. 63. & hanc esse partem Missæ antiquissimam, patet ex Greg. loco cit. & ex Lirurgijs Iacobi, Basilij, & Chrisostomi, & dicitur græcè, quia Græci primi inter omnes gentiles iustitiam legis cognouerunt, & coluerunt; & quia Græcus primò ab Apostolis accepit hanc fidei inuocationem: vt patet in Epistolis Pauli, quæ omnes, excepta prima, & vltima, græcè sunt conscriptæ: & similiter omnia Euangelia, excepto Euangelio Matthæi: & similiter Actus Apostolorum, & Apocalipsis græcè sunt conscripta; & q̃a à Græcis ad Latinos est fides deriuata; Petrus enim & Paulus à Græcis ad Latinos venerunt, & nobis origo salutis fuere: vt ergo reuerentiam exhibeamus sapientiæ, & honorem demus cultui institiæ à Græcis exortæ, in eisdem sillabis, & vocibus, quibus à populo primò inuocata est misericordia, consecramus adhuc verba clamoris illius: vt eleganter ait Turr. Crem. in d. cap. Iacobus. num. 4. qui & dicit, quòd dicitur nouies Kirie, vel propter nouem ordines Angelorum, quibus petimus associari beneficio aduentus Christi, vel propter septem peccata mortalia, actuale, & veniale, à quibus petimus liberari. Innocent. quoq; idem asserit lib. 2. mist. cap. 19. Amalar. lib. 4. cap. 2. & est magna virtus horum verborum: teste Gul. lib. 4. cap. 12. vbi id probant quibusdam exemplis, & Zonaras in Teodosio, & Paulus Diaconus. lib. 14. hist. commemorat, Teodosio iuniore Imperante, & Proclo Patriarcha cum clero, & populo supplicante, puerum in aerem sublatum fuisse, & rursus demissum sæpius vociferantem Kirie eleison, dixisse sibi præceptum, ne in cantico ter sancto adderetur clausula, qui crucifixus est pro nobis: & idẽ lib. 16. ait: Iustiniano Imperante, Antiochia terræmotu concussa, ciues, qui remanserant discalceatos omnes litanias fecisse clamantes, Kirie eleison, & tunc apparuisse in visu homini Dei cultori, vt omnibus diceret, quòd superscriberent in superliminaribus suis, Christus nobiscum, state, quo facto, iram Dei quieuisse.

De Himno, Gloria in Excelsis Deo.

Gloria in excelsis à

Tertio loco post misericordię preces, sequitur laus diuinæ gloriæ, quæ à finis

quo instituta, quo decantet, & q̄d illa significet.

finis est quo nostrum referimus sacrificium, & à nostris miserijs liberati p̄uenire conamur: vt d. D. Th. vel ad notandum, q̄ post multos gemitus, & suspiria, tandē apparuit Iesus; vel sacerdos dicens hūc himnum significat angelū, qui dixit: Euangelizo vobis gaudium magnum. Luc. 2. Initium huius himni, Gloria in excelsis, angeli Deo cecinerunt teste Rup. Tuit. Hilarius alia adiēxit ferè omnia: vt d. Vgo. lib. 2. c. 11. Telesphorus verò in Missa dici debere cōstituit: vt d. Damas. lib. Pontif. c. 9. & idē Telesph. ep. 1. vel melius omnia alia post Gloria ī excelsis Deo, ab Apostolis conflata sunt. ca. de himnis. de cons. d. 1. & integer ferè cōstat apud Clem. lib. 7. Const. Apost. c. 48. licet Telesphorus in Missa cantari statuerit. Dum dr̄ verò sacerdos respicit orientem, quia angelus ab oriente venit in Bethleem: vt d. Amal. lib. 3. de eccles. offi. c. 8. & dicitur in medio altari, ad notandum, q̄ dum medium silentium tenerent oīa Christus natus est. Sap. 18. Tim. tr. 3. q. 87. & solus sacerdos inchoat honc himnū, repræsentās angelum magni consilij, & chorus respondens gerit personā multitudinis, de qua in Euangelio, facta est subito cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium, & dicentium: Gloria in altissimis Deo. Innoc. lib. 2. cap. 20. Dur. lib. 4. c. 13. Simachus verò Papa cōstituit decantari in Missa in Dominicis diebus, & natalitijs Martirum: vt habet lib. Pontif. in Simmacho. Amal. lib. 3. c. 8. Rup. lib. 2. de diu. offi. c. 22. in Missis verò defunctorum, ieiunij, & luctus reticetur: vt d. Amalar. lib. 3. c. 44. Vgo. d. c. 11. Microl. de eccl. obs. c. 58. & in Quadragesima, in Aduentu, & Septuagesima, idem c. 47. 48 nisi in quibusdam festis. c. hi duo. de cons. d. 1. in cœna tamen Dn̄i canitur. ca. porrò. de cons. d. 1. & himnus hic simul cum cātico, Te Deum laudamus, simul dicitur, vel intermittitur. c. consilium. de celebrat. miss. Radulph. Tungren. de can. obs. propos. 13. Vualfrid. de obs. eccl. cap. 22.

De salutatione ad populum, Dominus vobiscū, vel Pax vobis.

Salutatio ad populū vnde desūpta, quo fiat, & q̄d significet.

Hæc salutatio sumpta est ex libro Ruth: Sic enim Booz legitur salutasse messores suos. Iudic. 6. Ruth. 2. 2. Par. 17. & Luc. 1 Dn̄s tecum. Sic enim Hebræi salutantes dicebant, vt in dictis locis patet: & est vetustissima cæremonia, & apostolica traditio, vt patet in Conc. Bracar. 1. can 21. cuius etiā meminit Dion. de eccl. hier. d. Diuinissima autem salutatio sanctè peragitur. & habetur in c. hoc quoq; . de cons. d. 1. & dr̄ ante Oremus, quoties popul⁹ excitatur ad orandum, vel audiendū, vt olim religiosi cum aliquem vocabant, dicere solebant, Deo gratias: vt d. Aug. in Ps. 32. & Paula cum virgines conuocabat, dicebat, Alleluia: vt dicit Hier. in eius vita, & nunc in monasterijs virginum, dicitur: Aue Maria.

Pontifex verò prima vice d. Pax vobis, quæ antiquissima formula est, vt patet in Liturgijs S. Iacobi, & Basilij: & testatur Amb. de dignit. sacerd. c. 5. & Chris. hom. 3. d. ad Coloss. mox vt p̄sul ecclesiæ ingreditur d. Pax oībus, quando cōcionatur, Pax omnibus, q̄n benedicit, Pax omnibus, q̄n salutem optare iubet, Pax omnibus, q̄n sacrificiū absoluit, Pax omnibus: & Niceph. lib. 14. c. 43. ait Chrisostomū vita functum cum in throno collocatus esset à Proclo Patriarcha, dixisse ad populū, Pax vobis; post primā verò salutationē Episcopus dicit, vt alij sacerdotes, quia id primò dicit ad exemplū Christi qui post resurrectionem apparens discipulis, dixit, Pax vobis: vt d. Inno. lib. 2. c. 24. & licet vnus tantū esset adstans Missæ adhuc d. Dominus vobiscum, quia ecclesiam alloquitur, & is vnus repræsentat totum populū Christianum, vt d. Innoc. d lib. 2. c. 25. vnde vt ibi d. vnō tm̄ præsente potest Missa celebrari in necessitate, quia angelos ibi adstare piè est credendum, nō tn̄ si nullus præter sacerdotem adsit. ex Conc. Magūtien. c. 43. Basil. sess. 21. c. 8. c. proposuit. de fil. presb. Abb. 1 c. 3.

de vit.& hon.q si sacerdos solus recitet horas canonicas d. Dñe exaudi orationem meam, non Dñs vobiscum. Dur.lib.4.c.14. Alb.de horis can.q.12. licet aliter sentiat Nau. de hor.can.c. 22.misc.19. Dr porrò quinquies, Dñs vobiscum, se vertẽdo ad populum, ad notãdum, q quinquies Dñs in die resurrectionis se manifestauit:& septies salutat populũ, vt exclusis septẽ vitijs capitalibus recipiat septiformem gratiam Sp.S.Inno.lib.2. c.23. & se vertit ad dexteram,ad significandum,q oratio debet fieri pro æternis,quæ denotantur per dexteram. Dur.lib 4.c.14. & ẽt dr, Dñs vobiscum,quia nescimus quid petamus; Et populus respondet, & cum spiritu tuo,vt sacerdos illuminetur recta petere: vt d.D.Th.& vt denotetur vnum esse debere affectũ spi, & populi, sicut hospitium vnius Dni: vt d.Amal.lib.3.c.9. & ẽt quia ecclesia nil melius potest sacerdoti optare: & huius responsionis populi fit mentio ĩ Liturgijs S Iacobi,& Basilij: & Chri sost.hom.18.in 2.ep.ad Corin. d.Hoc pacto bene precari sacerdotem populo, & populum sacerdoti: & eius etiã initium statutũ esse à Conc.Aurelian. c.3. ait Microlog. de ecclesf.obs.c.2. & sic exponi potest,id, & cũ spiritu tuo. Pacem tribuisti nobis Dñe.i.mutuam inter nos cõcordiam,pacem verò nobis da,i.eiusmodi tecũ coniunctioné, quæ nullo modo diuelli possit:vt id q in officio geritur, spiritualiter fieri agnoscatur: vt d.Petr.Damian.c.23.

De Collecta, vel Oratione.

Collecta à quo institu-ta, cur di-catr, quot orones di-ci possint, quo dicen-dæ sint, & quid signi-ficent.

Post salutationem populi, Dr Collecta, na dicta q fiat super populũ collectum:vt d.Alcuin.de diu.offi.c.de celeb.Missæ. Sæpe enim in scriptura collecta significat cõuentum hominum. Leuit.23. Num.29. Deut.16.2.Par.7. licet qñque dicatur collectæ eleemosinæ,quæ in Christianorum cõuentu conferebantur, à colligendo dictæ. 1. Cor vlt & explicat Clem.lib.4.Const. c.8. Vel di collecta, quia in ea colligit populi oratio compendiosè à sacerdote,qui omnium legatione ad Dñm fungitur. Strabo de reb.eccl.c.22. Micrólog.de ecclesf.obf.c.3. Vgo lib.2.de offi.eccl. c.16. & colligitur ex Concil. Agath.can.21.c.cõuenit. de conf.d.5. vel quia debet fieri mente collecta. Et de collectis meminit Tert.lib. de fuga in persecut.ad fi.Hieron.in epitaphio Paulæ, Iustin.Apol.2.Tert.in apolog. c.39.Strabo.c 22.quarum multi fuere authores,& Gelasius Papa latatius,& distinctius eas posuit: vt d.Strabo.d.c. 22. vel Sanctus Gregorius,vt d.Micrólog.de eccl.obf.cap.14.& 31.

Collectæ verò in ecclesijs dici vetantur, nisi ante in Concilio aliquo probatæ sint,vel cum prudentioribus collatæ.ex Conc.3.Cartag.c.23.Mileuitan.can.12. African.can.70. ne quid contra fidẽ,vel per ignorantiã,vel minus studium in ijs contineatur.

Et quia aliqui nimis cũ tedio astantium orationes multiplicabant, Sãcti Patres decreuere, vt vltra septem non dicantur orationes: vt ait Microl. de eccl.obf.c.4.cum & septem petitionibus oratio dominica concludatur: & dr vna, vt ibi d.Microl. ob Romanam traditionem,& vnum euangelium, & vnam epistolam, tres ad significãdum misterium sanctissimæ Trinitatis, vel quia Dñs ante passionem ter orauit: quinque ob quinque eius plagas, vel ob quinq; partitã eius passionem, in cuius cõmemoratione hæc officia celebrantur:septem ob septem dona Sp. S.& sequitur Inn.lib.2.c.23.duæ verò dici non debent: vt ibi d.Inn.& si dicatur oratio defunctorũ, debet esse penultima, quia finis debet retorqueri ad suũ principiũ. Dicuntur verò orationes in dextra parte altaris, quia debent peti æterna per dexteram significata. Tim.tr.3.q.104. & dicuntur ẽt manibus extẽsis, vt sicut Moises dum manus extendebat in oratione, populus vincebat:sic ipse impetret,q petit. Innoc.lib.2.cap.27.

Oratio dirigitur ad Patrem, & quare.

Dirigitur verò generaliter oratio ad Patrem.ex Conc.3.Cartag.cap.23. Primò, quia Christus nos semper ita orare

orare docuit, Io. 6. d. quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: Secundò, quia oratio debet cōclu di per Christum, cū sit aduocatus noster, per quē omnia petimus: & quia vt d. Tert. in lib. de orat. ob essentiæ vnitatem semper in Patre intelligitur Filius, & Sp. S. Nec per hoc infertur p̄iudicium Filio, vel Sp. S. quia orationis cōsummatio Filij, & Sp. S. complectitur nomen ad significandum, quòd toti sanctissimæ Trinitati litatio fit; cōcluditur ēt oratio per Christum: vt d. Alcuin. de diuin. offi. c. de cel. Missæ, quia oratio, quæ nō fit per Christum nil impetrat, imò fit in peccatum: vt d. Aug. in Ps. 108. cum à Patre per filiū omne bonum cum Sp. S. habeamus. vt ait Bern. lib. de amore Dei. c. 8. Dr̄ in vnitate Sp. S. i. in Sp. S. qui est vnitas Patris, & Filij, amor & connexio vtriusque. Dr̄ ēt per omnia secula seculorum. i. dum hoc seculum durat, & q̄ post hæc futurū est: vt d. Aug. in Ps. 71. Collecta finita, chorus respōdet Amē: qui mos est antiquissimus. 1. Cor. 14. & testatur Iust. Apol. 2. Tert. de spectaculis. c. 25. Aug. ep. 106. Hier. in præfat. ad lib. 2. ep. ad Gal. q̄ & in veteri lege in vsu fuit. Deut. 27. 1. Par. 16. & interpretatur, verè & fideliter. Orig. tr. 35. in Matth. Hier. ep. 137. ad Marcellam. Amb. li. 1. c 9. de ijs, qui mist. Vel, fiat, vt d. Hier. loco cit. Iust. d. Apol. 2. vel, q̄ rogas dn̄m, hoc optamus: vt d. Bern. serm. 7. in cœna Dn̄i, & q̄ sit respondendum. Amē, hr̄ in c. sedulo. 38. dist.

De Epistola.

Epistola vnde desumpta, quis eam recitet, & quo, & q̄d illa significet.

Vltima pars: vt d. D. Th ibid. est in qua præmittitur instructio fidelis populi, eo q̄ hoc sacrm̄, vt in forma calicis hr̄, est misteriū fidei, instructio verò dispositiuè fit per prophetarū Apostolorumq́; doctrinam, quæ per lectores, & subdiacons legitur; perfectè verò per fidem Christi, quæ in euangelio continetur: & q̄ tempore apostolorum cōsuetum fuerit scripturas legere in Missarū solemnijs, probatur can. 9. Ap. c. quicūq́; de cons. d. 1. Quicunque fideles ecclesiam ingrediunt, & scripturas audiūt. Idē probat Dion. de eccl. hier. c. 3. Clem. lib. 2. Const. ca. 57. in medio autē lector ex loco edito legat libros Moisis, & infra. Deinde acta nostra legant. Item epistolæ Pauli; postea diaconus aut presbiter legat euangelium: idem testatur serutatum Euseb. lib. 4. hist. c. 22. Niceph. lib. 4. c. 8. Tertu. in Apolog. c. 39. Damasus ep. 2. ad Hier. Amb. ep. 35. Aug. lib. 22. ciu. c. 8. & serm. 236. & serm. 10. de verbis Apostoli. Leo serm. 4. de Quadrag. Idem hr̄ ex Conc. Tolet. 4. c. 11. 1. Bracar. & S. Hier. ex prophetis, & apostolis collegit lectiones per totū anni circulum legendas, in libro, qui lectionarius S. Hieronymi dr̄, cuius meminit Microl. de eccl. obs. c. 25.

Sumitur verò epistola, qñque ex veteri testamento, qñque de nouo, quia Ioannes fuit limes præcedentiū, & sequentium, medius inter apostolos, & prophetas: lex. n. est euangeliū prædictum, euangelium lex completa: vt d. Aug q. 33. in Num. & explicat Innoc. lib. 2. mist. c. 29. & dr̄ epistola, quia & frequētius ex Paulo, quàm ex alijs sumitur: & dr̄ ante euangelium, quia lectio hæc est quasi præcursoris officiū, quia & lex vetus euangeliū præcessit, cuius typum Ioannes Baptista gerebat: & pariter Christus Apostolos misit binos ante faciem suā, qui per epistolas eos præparabant: vt d. Dion. d. c. 3. & hr̄ Coloss. vlt. & in ca. oēs fideles. de cons. d. 1. Rup. lib. 1. ca. 32 Inn. lib. 2. c. 29. Alcuin. de diu. offi. c. de cel. Missę. & designat epistola p̄cursoris officiū, qui ante Christum venit; lex. n. vt pedagogus, infantem Dei populum per Moisi manum custodiendū suscipiēs, illius aduētum docuit expectare, quē eidem populo iam adulto per os, & digitum Ioannis monstrauit, vt eum duce sequeretur ad regnum; præcessit enim lex euangelium, vt vmbra lucē, virga spiritum, timor charitatem, initium perfectionem. Dr̄ enim epistola quasi supererogatio, cū sumatur plerunq́; ex literis apostolicis, quæ euan-

gelio sunt supererogatæ: vt d.Inn.lib. 2.c.25. Vnde & vnus acolitus comitat subdiaconum, & diaconum legētem euangelium subdiaconus & acolitus; & epistola dr in parte inferiori, euangelium in superiori ob præcellētiam euangelij ad epistolam per legē signi ficatam. Inn.ibid. & licet in Missa anteponatur epistola euangelio, id fit vt ex minoribus, animus audientium ad maiora sentienda proficiat, & gradatim ab imis ad summa conscendat, vt d.Strabo de reb.ecclesi.c.22. & dū duæ epistolæ leguntur, prius legitur prophetia, quàm epistola, non propter dignitatem, sed propter antiquitatem. Subdiaconus verò solus sacris vestib. indutus potest epistolam legere, quo deficiente sacerdos eam debet potius legere, q̄ pati, vt ab inferioris ordinis clericis legatur. Microl. de eccl. obs. c.8. Doct. in c. vt quisq;. de vit.& hon. si tñ inferior sine manipulo ēt cū dalmatica eam legat, nō incurrit irregularitatē: vt d.Nau.in Man.c.27 n.144. Dū verò epistola legitur, eps cū ministris sedet ob rōnes quas affert Amal. lib.3.de eccl.offi.c.10. Inno.lib.2.c.34. Dur.lib.4.c.18. Lecta epistola subdiaconus facit reuerētiam sacerdoti denotans officium Ioannis in vinculis, qñ misit discipulos ad Christum. Inn. lib.2.c.30.& osculatur manus eius, q̄a dextera Dñi fecit virtutem, quē sacerdos repræsentat. Tim.tr.3.q.147.

De Graduali, Alleluia, Tractus, & Prosa.

Graduale vnde sumptu n, cur dicatur, & quid significet.

Post epistolam canitur ꝙium, ꝙ & Graduale dr, sic dictum, quia ad gradus altaris canebatur: vt d.Rab.lib.1. de instit.cler. c.33. vel à gradibus humiliationis, vel quia per gradus virtutū est inceden lum: vt ibi d.Rab. ꝙ & responsorium dr, quia lectioni respondere, vel consonare debet, vt si lectio sit ex Genesi, libris Regum, actibus Apostolorum: sic & ꝙ a regulariter inde sumuntur. Vel significat ascensum auditorum, qui ruminantes, & recordantes, q̄ lectum est, dulciter respondere debeant: vt ibi d.D.Th.Vgo de S. V. in spect.eccle.c.7. Vel dr responsorium, q̄ vno desinente, alter respondeat: vt d.Rab.d.c. vel quia à capite repetatur: vt d.Alcuin. de diuin offi.c.de cel.Missæ. Vel à respondendo, quia vni inchoanti, alij vniuntur; & responsorij meminit Hilar. in Psal.65.

Significat verò Graduale pœnitentiæ lamentum. Rup.lib.1.c.34. Innoc. li.2.c.31. & dum dicebatur, ad gradus altaris procedebant, vt gradus suæ pfessionis designarent, & diebus festiuis, quasi spe cœlestis beatitudinis erecti statim in laudem Dei prorūpunt, q̄ praneama quasi spiritualis iubilus dr, quę cantio à Damaso Papa in ecclesiam Romanam legitur inducta: vt d. Greg.lib.9. Reg.ep.8. & q̄ antiquissimus mos fit in ecclesia dicendi ꝙia, patet ex Conc. Tolet.4 c.11.

Hæc ꝙia, vt plurimum ex scripturis leguntur, quorum quatuor sunt genera, alia dicuntur Responsoriū, vel Graduale, alia Alleluia, alia Tractus, alia Sequentia, vel Prosa. Responsorium dicitur, vt supra, quia vno incipiente, alij respondent: vt dicit Rab.ibi.

Graduale, quia canebatur dum diaconus ascenderet gradus altaris ad euangelium cantandum: vt d.B.Rhenanus ad Tert.de coron.mil: fuit.n. mos ecclesiæ cantandi euangelium in altiori parte, & loco, q̄ & nunc obseruatur in aliquib⁹ locis: vt d.Cipr.lib.2.ep.5. & in antiquis ecclesiis inueniunt pulpita lapidea ad legēdum euangelium deputata, quæ ambones ab ascendo græcè Microl.c.9. interpretatur. & in Conc.Laodiceno. c.13. latinus interpres vertit, pulpitum.

Alleluia vnde desūptum, qñ dicatur, & quid significet.

Alleluia: vt Isid.d.6.etimol. significat laudem Dei, vel laudate Deum: vt d.Hier.ep.ad Marcellam, ia, enim est vnum de decē nominibus ab Hebræis Deo tributis. Aug.tr.8.in ep.S.Ioan.& serm.151. de temp.in Ps.105.148. interpretatur Alleluia .i. laudate Dñm idem Teod. in Ps.146.nā Alla, hebraicè significat laudare, ia, est vnū de decem

cem nominib⁹ Deo tributis; alibi August. interpretatur saluū me fac Dñe. Amb. in Psal. 118. Laus Dei; alibi verò lux, virtus, vita Gregori⁹ Pater, Fili⁹, Sp.S. vt d. Tur. Cr. in c. hi duo himni. de consec. d. 1. & est canticum lætitiæ, ideo canitur post Graduale, q̄ est canticum luctus, & pœnitentiæ: quia beati qui lugent, q̄m consolabuntur: vt d. Inn. lib. 2. c. 32. Gul. lib. 4. c. 20. & reuocat ad memoriam tam lætitiā electorum, q̄ laudem Dñi: vt d. Amal. li. 3. de eccles. offi. c. 13. & q̄ sit canticum lætitiæ patet Tobiæ. 13. & Apoc. 19. Vnde canitur dieb⁹ dñicis: vt d. Aug. ep. 119. ad Ianuarium. c. 15. & ep. 86. ad Casulanum: & quinquaginta diebus à Pascha à Pēteco∫te: vt d d. ep. 86. & Hier. principio lib. aduer. Vigil. Isid. lib. 1. de eccle. offi. c. 13. & etiam consueuit dici extra Pentecosten: vt d. Greg. lib. 7. ep. 63. Amal. lib. 4. c. 33. In Quadragesima tñ, & diebus mestitię à Septuagesima, non canitur cum sit canticum lætitiæ. ex Concil. Tolet. 4. can. 10. & explicat Aug. in Ps. 118 Alcuin. de diu. offi. c. de Septuagesima. Rab. de instit. cler. li. 2. c 41. hī in c. hi duo himni. de cons. d. 1. Bern. serm. 1. in Septuagesima: & similiter reticetur in Missa pro defunctis: vt d. Amalar. lib. 3. c. 44. licet olim dici mos esset: vt ait Hier. in epitaphio Fabiolæ. Et licet alijs tpibus quoq;, loco Alleluia, dicatur Laus tibi dñe rex æternæ gloriæ: tñ diebus solēnibus dr Alleluia. i. laudate Dñm, cantu & voce, alijs verò temporibus id magis cogitatur; & Alleluia significat non solū laudem, sed & ineffabilitatē ipsius laudis, ideo tunc dr: vt d. Aug. in Ps. 106. D. Th. in c. 19. Apoc. Vel quia vox latina est humilior hebrea, ideo alleluia, q̄ est hebraicum dr tempore lætitiæ, non mestitiæ: vt d. Amal. lib. 4. c. 2. licet semper dicatur laus Deo, cum quotidiè voce cordis Deum laudare debeamus: vt d. Aug. in Ps. 106.

Tract⁹ vnde desumptus, q̄uo dicatur, & quid significet. Tractus dr à trahendo, eo q̄ hi versiculi tractim, & grauiter cani debeāt, in signum mestitiæ. vt d. Alcuin. de diuin. offi. c. de Septuagesima, quia sancti spirātes ab imo pectoris gemitum trahunt, qui licet spe gaudeant, vt monet Alleluia, tñ in hac lachrimarū valle morantes gemunt flebiliter: vt d. Vgo in speculo eccles. c. 7. vel quia significat miseriā præsentis incolatus: vt d. Inn. lib. 2. mist. c. 32. Vel significat gemitus pœnitentium, qui gemūt, & gaudio ciuium supernorum gratulantur, vt irriguū inferius sursum fluens, irriguo superiori misceatur: vt d. Stepha. Eduen. de sacr. alt. c. 12. & significat q̄nque tribulationem, q̄nque lætitiam, quia lachrimæ oriuntur q̄nque ratione superni gaudij, & irrigui superioris, q̄nq; ratione miseriæ nostræ: vt d. Gul lib. 4. c. 21. & Gelas. Papa. Tractum ad Missam cantari instituit: vt d. Rup. li. 2. de diu. off. 21. c. vel Nicolaus Papa, vt d. Vgo loco prædicto de sacr.

Sequentia vnde desūpta, q̄n dicatur, & quid significet. Prosa, vel Sequentia dr post Tractū, in Pascha, Pentecoste, & quibusdam alijs diebus, & significat iubilationē, quæ erit cum non erit necessaria loquutio verborū, sed sola cogitatione mens menti monstrabit, q̄ retinet in se. Vgo in spec. eccl. c. 7. Amal. lib. 3. de eccl. off. c. 10. Alcuin. de diu. off. c. quid significent vest. & creditur Nogerum Abbatem S. Galli sequentias composuisse, Nicolaus verò Papa ad Missam cantari concessit, ac statuit: vt d. Vgo loco prędicto, tametsi ante Nogerum quædam Prosæ legantur, quæ Ambrosio, & Augustino ascribuntur, qui Nogerum præcessere.

De Euangelio.

Euāgeliū q̄d significet, à quo recitari institutū, q̄bus cæremonijs recitetur, & q̄d illæ significent. Quintò sequitur Euāgelium, q̄ dr, quasi bonum nuntium: vt d. Innoc lib. 2 c. 40. & dicitur Euangelium fidei, & Euangelium pacis, vnde eo lecto sacerdos librum osculatur.

Statutum verò fuit à primis apostolorum temporibus: vt ante sacrificij celebrationem euangeliū in Missa legeretur: vt ait Strabo lib. de reb. eccl. c. 22. & decretū in Sin. Laodic. can. 16. vt etiam die Sabbati legeretur, cū ante id fuisset ea die intermissum, & in desuetudinem abijsset: & Anast. Papa

ep.decretali ad epos Germ.& Burgūdiæ,iubet dum euangeliū legitur omnes stantes, verba dñica debere attentè audire, & fideliter adorare.ca.apostolica.de conf.d.1. & Concil.Valent. can.1. statuit vt ante munerum oblationem in Missa diceretur. Idem testatur Amb.lib.1.de offi.c.8.ep.75.lib.de Elia,& ieiunio.c.20.Clem.lib.2.Cōst. c.57.Chrif.hom.6.de pœnit.& hom.3. 1 post.ad Thess.Hier.lib.adu.Vig.Aug. ferm.144. de tēp. Leo primus ferm.3. de Epiph.& ferm.5.& ferm.1.& 15.de passione Dñi. Diaconi verò officium est euangelium legere,vt ait Hier.ep. ad Sabinianum.Greg.li.4.ep.44. Idq; statuium est in Sin.Vasen.can.4.Rhemensi can.45. idem d.Dion.c.3.eccl. hier.p.2.3. aliàs si non ordinatus ordine diaconatus illud solemniter recitaret,irregularis fieret.Nau.in Man.c. 27.n.244.explicare th euangelium ad epm pertinet.Dion.ibi.c.5.D.Th.3.p. q.67.art.1.ver.ad primum.

Porrò in euangelij lectione, nonnullas circunstantias reuerētiales diaconus obseruat, & aliàs populus id audiendo; primò.n. diaconus illud lecturus,& codicem suscepturus, benedictionem petit ab epo, d.Iube dñe benedicere, quia nullus debet prædicare,nisi mittatur.Rom.10. & Pontifex tacitè d. ei:Dñs sit in corde tuo,& in labijs tuis,vt dignè, & cōpetenter annuncies euāgelium suum: vt Dñm in corde teneat: vt d.Amal.lib.3.de offi. eccl.c.18. sed prius accipit librum de altari, quia de Sion exiuit lex,& verbum Dñi de Hierusalem:non lex Moisis,quę quondam exiuit de monte Sina, sed lex euangelica, quæ scribitur non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis digito Dei. 2.Cor.3. & accepta benedictione deosculatur dexteram Pontificis, quia debet prædicario fieri pro gloria sempiterna, de qua Cant. 1.dr:Dextera illius amplexabitur me. Tum diaconus suscipiens codicē euāgelij,ponit eū in manu sinistra, & portat eum in brachio sinistro, in quo significatur tēporalis vita, vbi oportet prædicari euangelium: vt inquit Amalar.lib.3.c.18. Alcuin.de diu.offi. c.q d significent vestimenta.iuxta tamē ordinem Romanum, ponit diaconus codicem in humero dextro.

Diaconum verò accessurum ad ambonem prçcedunt duo acoliti cū duobus cereoastis accensis,& incenso,nō ad fugādas tenebras, cum sol rutilet, sed ad demonstrandum,q de tenebris infidelitatis ad lucem fidei vocati sumus: & vt signū lætitiæ, quatenus sub corporeo lumine, veniat in mēte lux illa,de qua dr Io.1. Erat lux vera,quæ illuminat omnem venientem in hunc mundum: ut ait Isid.li.7.etimol.c.12. Conc.Aquisgran.can.5. Hier.adu.Vigil. uel q mūdus, qui erat in tenebris gratia euangelij est illuminatus: ut d. Alcuin.c.de cel. Missæ.uel per cereoasta significātur dona gratiarum,per q illuminatur ecclesia: ut idem d.ca.qd significent.Vel duæ candelæ prçcedūt euangelium ob duplicem dilectionē Dei,& proximi: uel ob duo testamenta, quibus illuminatur genus humanum: uel ob duos testes resurrectiōis, Moisen & Eliam:ut d.Amal.lib.3.c.18. Præcedit ēt thuribulum, q significat corpus Christi,in quo est ignis.i.Sp.S. ex quo bonus odor procedit, quem unusquisq; electorum ad se uult rapere:ut d.Microl.de eccl.obs.in fi. Amal. d.c.18.uel significat opinionem bonarum uirtutum procedentem de Christo:uel quia prædicator debet ex se odorem bonæ opinionis emittere. 2. Cor.2.ut d.Innoc.lib.2.c.40. uel quia doctrinā Christi, uirtus,& fama præibat. Luc.4. Præmittuntur uerò duo acoliti,quorum officium est deferre cereos ante diaconum, ad significandū, q Christus præmittebat binos in omnem locum quo erat uenturus, præferentes corruscationes miraculorum, & odorem uirtutū. Acolitos sequitur diaconus, ut Doctor: subdiaconus,ut Auditor,qui & mittitur ad epm,ut ostendat se fructum prædicationis referre: & ascendit per unam,& per aliā descendit diaconus,qa Apostoli prius

præ-

prædicarũt Iudæis, sed quia indignos se demonstrarũt, factus fuit transitus ad gentes: vt d. Innocen. lib. 2. cap. 35. vsque ad 41.

Postea diaconus pulpitũ, vel altiorem locum ascendit lecturus euangelium; primò, vt ab omnibus audiatur, vt præcipitur Esa. 40. super mõtem excelsum ascẽde tu, qui euãgelizas Sion. Secundò, vt notetur, q̃ veritas euangelica manifestè enunciari debet, nõ in latibulis, vt faciũt hęretici. Mat. 10. Tertiò, vt repræsentetur ascensus Domini in montem cum euangeliũ prædicabat, & docebat turbas. Matth. 5. Quartò, vt per altitudinem loci denotetur altitudo spiritus, quę debet esse in prædicante. Quintò, ad significandum altitudinem sapientię euangelicæ: vt d. Amal. lib. 3. c. 18. Tur. Cr. in c. apostolica. de consf. d. 1. Sextò, quia in alto est exclamanda victoria Sanctorum, qui ascensiones in corde suo disposuerunt, vt alacres fiant alij in pugna: vt d. Steph. Eduen. de sacr. alt. c. 12 Et mos ecclesiæ antiquissimus legẽdi euangelium in loco edito: teste Cypr. lib. 2. ep. 5. & lib. 4. ep. 5. Cassiod. lib. 10. hist. trip. c. 4. Socrate, lib. 6. cap. 5.

Præterea diaconus lecturus euangelium se vertit versus aquilonem, vt ostendat verbum Dei principaliter dirigi contra eum qui ait, in cœlum cõscendam, ponam sedem meã ad aquilonem, & ero similis Altissimo. Isa. 14. nam ab aquilone panditur omne malum. Ier. 1. Innoc. ibid. c. 43. Alcuin. de diu. offic. c. de cel. Missæ; quia sicut per austrum, qui est ventus calidus, & leniter flat, Sp. S. designatur: sic per aquilonem qui durus, & frigidus est, diabolus intelligitur: vt ibi d. & vt sequaces diaboli euangelij prædicatione cõuertantur: vt d. Steph. Eduen. d. c. 12. Vgo de S. V. in spec. eccl. c. 7. Tum diaconus salutat populum, d. Dñs vobiscum, vt reddat auditores beneuolos, & attentos ad suscipiendum insitum verbum, q̃ potest saluare animas eorum. Iac. 1. Obseruans id, q̃ d. Dñs, in quamcunq; domum intraueritis primum dicite, Pax huic domui. Luc. 10. & ad ostendendũ, q̃ Dñm orat, vt dñs sit cũ eis ad salutaris instructionis per fectionem: vt d. Biel. in 2. parte Missæ. Innoc. c. 46. & vt Dñs eos mundet à cogitationibus sęculi, & cor eorũ ad suscipienda verba salutifera aperire digneruntr: vt d. Alcui. de diu. off. c. de cel. Missæ; & populus respondet, & cũ spiritu tuo: vt Deus illi faueat, vt rectè pronunciet. Tum diaconus d. Initium sancti Euangelij, si liber Ioãnis, vel alius incipit, aliàs Sequentia, vel in illo tempore: vt ibi d. Alcui. rationibus de q̃bus per Alen. 4. p. q. 37. de off. Missæ, par. 1. §. 8. Proponens altitudinem misterij ad captandum beneuolentiam Rhetorum more, vt d. Dur. lib. 4. c. 24. ad reddendos eos attentos ad audiendum verbum euangelij .i. bonũ nuntium nuntiantem regnum Dei: vt d. Rup. lib. 1. c. 36. & signat codicem euãgelij signo crucis, & seipsum in frõte, & in pectore, codicem in quo continetur doctrina, ac gesta crucifixi, ac si diceret, hic est liber, vel euangelium Dei, hic est liber crucifixi, quẽ prædico. Tim. tr. 3. q. 170. se in fronte, ore, & pectore: in fronte, vbi est sedes verecundiæ, & gloriæ: vt expulsa omni verecundia, non erubescat, cum Apostolo, de euangelio Christi, sed gloriã in cruce, quam euãgelium prædicat, ponat. Rom. 1. In ore, vt veritatem confiteatur, in salutem & prædicet Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ps. 50. In pectore, ne aliqua suggestio diaboli eum impediat, quin puro corde euãgelium Dei annuntiare valeat: & vt significet se corde credere ad salutem. Rom. 10. Tum incensatur liber, vt significetur per incensi fumum opinio bonæ prædicationis. Innoc. lib. 2. c. 43. Microl. de eccl. obs. c. 9. Amal. lib. 3. c. 8. Gul. d. ca. 24. Chorus verò, & populus audito euangelij nõie vertentes se ad altare cũ reuerentia, respondeãt, Gloria tibi Dñe, glorificantes Dñm, q̃ miserit eis verbum salutis. Act. 11. vt ibi d. Innoc. c. 46. vel quia credentes hunc esse sermonem Dei, quem qui recepe

rint,

rint,& crediderint in eum, accipiant potestatem qua filij Dei fiãt, ideo oēs clamant: Gloria tibi Dñe: vt d.S.German.de Theoria rerū eccl.vel dicitur, Gloria tibi Dñe: ne diabolus auferat verba euangelij de corde eorū, ne ferãt in eis fructum, ideo & populus se pariter signat in fronte,ore,& pectore,ac eps,& omnis clerus: vt Amal.ait d.lib.3.c.18. Alcui.de diu.off.c.de cel. Missæ.Tum sacerdos incipit, In illo tēpore,i.gratiæ. c.ecce.de pœnit.d.1.

Dum verò euangelium legitur,eps, clerici,& omnis populus, non sedentes,sed stantes, & cum cultu quodam curui esse debent: vt habet Clem.li.2. Const.Ap.c.61.& ex Decreto Anastasij Papæ ad omnes epos Germ. & Burgundiæ. ca.apostolica. de cons.d.1.sequitur Alcui.de diu.offi.c.quid significent vest.Rab.li.1.de instit.cler.c.33. Strabo de reb.eccl. c.22. Microl.c.18. Gul.lib.4.ca.20. Isid.Pelusiot.lib.1.ep. 136.Sozom.lib.9.hist.trip c.39.vt corporis erectione demonstrent se habere mentem erectam ad cœlū,& vt milites ad illud defendendum attenti, & stant capite aperto, vt nil sit inter caput,& Deum, vt suscipiant insitū verbum; Sicut & olim dum prædicabatur omnes stabāt, vt colligitur ex Aug.li. hom.50.hom.26.

Præterea dum euãgelium legitur, deponuntur baculi,& arma: vt ait Amal.lib.3.c.18.cū.quia ante baculis sustentabamur: baculus verò modo necessarius non est.i.humanum auxiliū, dum ipsum Christū præsto habentes, eius vocē audimus: vt ibi d.& ex Côc. Aurelian. c.22. prohibetur diuinis cū armis ad bellum pertinentibus assistere,& currere:ac attenti omnes se vertunt,quo euangelium legitur, vt ostēdant se paratos crucifixū sequi, cuius euangeliū legitur. Tur.Cr.in d.c.apostolica D.Th.d.art.4 Inn.c.44 45 46.

Lecto euangelio diaconus, eps, & cæteri oēs librum euangelij ducto di giro super eum crucis signo osculant: qui mos est antiquissimus, subdiacono eum omnibus osculandum apertū circumferendo: vt ait Rup.lib.2.c.1.de diu.offi.c.Vgo lib.2.de offi.c.21.ad designãdum, q̃ est liber crucifixi per quē reconciliati sumus. Et ēt quia nedum verba euangelij sunt venerãda, sed & liber ipse. d.ca.apostolica. & ex Sin.8. Constantinop. can.3. Ita vt olim etiā codex ipse tanta miracula ediderit,vt refert Greg.Tur.in vitas Patrum. c.6. q̃ cum Aruerna ciuitas cōbureretur, S.Gallus ecclesiā ingressus diu orauit, & accepto,ac aperto codice euãgelij, igni obuiam se obtulit,qui statim extinctus est,vt ne fauillæ quidem remanerent; & idem fecit S. Martianus de ecclesia S.Anastasiæ,quæ comburebatur: teste Niceph. lib.5.c.22. & simile miraculum scribit Zonaras in Basilio Macedone,intelligendo tamē per codicem non ipsam scripturā, sed quod illa exprimitur.

De Simbolo.

Quia corde creditur ad iustitiam, ore verò confessio fit ad salutem,ideo ecclesia vt ostendat, q̃ euãgelij verba corde recepit, mox fidei Simbolū ore declãrat, q̃ significat fidem post prædicationem; Fides.n. ex auditu, auditus verò per verbum Dei. Ioã.7.Rom.10. Est autem simbolum nomē græcum, & significat signum,tesseram,indiciū, & coniecturam: vt d.Budæus in comment.linguæ græcę; & ēt collationē: vt d.Hier.in c.23.Prouer.quia indicat fidei plenā regulā, tum quia simul in vnum continet articulos fidei legis catholicæ: vt d.Aug.de temp.serm.2.Domin.in ramis Palmarū; vel quia Apostoli hoc inter se cōdidere, postquam enim Sp.S.accepere, cum essent ad euangelium prædicandum profecturi, conferentes in vnum super articulis fidei, statuerunt vt sicut omnes erant in vna fide cōcordes: sic omnes vnam fidem concorditer prædicarent, ideo simbolum componentes, vnusquisq; bolum.i.partem posuit; vnde secundū numerum Apostolorū duodecim partes continet. Inn.lib.2.c.49. Dr verò indicium vel signū, quia per hoc qui

Simbolum quotuplex, & q̃s eorum author, cur dicatur in Missa, q̃bo & quid significet.

rectè

rectè crediderit, indicatur: vt ait Clemens ep. 1. ad Iacobum fratrem Dñi. & Ruffi. Aquileien. in expos. Simboli Apost. vt & militibus à duce propria signa dantur, quibus à cæteris internoscantur; & dicitur etiã clauis, quia per illud diaboli tenebræ reserantur, vt lux Christi adueniat: vt dicit Ambros. serm. 38.

Authores verò simboli, vt supra, Apostoli extitere, vt testatur etiã Tert. libr. de præscr. adu. hær. Clem. d. ep. 1. Ambr. ep. 81. ad Siricium Papã. & ser. 38. Hier. ad Pammachiũ ep. 61. qui singuli singulam protulere sententiam; Petrus. n. vt ait Aug serm. 2. Dñicæ in ramis palmarum dixit: Credo in Deũ patrem omnipotentẽ. Ioannes. Creatorem cœli, & terræ. Iacobus. Credo, & in Iesum Christum filius eius vnicum dñm nostrum. Andreas. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Thomas. Descendit ad inferna; tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus. Ascendit ad cœlos sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Matthæus. Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Iacobus Alphæi. Credo & in Spiritum sanctum: Sanctam ecclesiam catholicã: Simon Zelotes. Sanctorum communionem: remissionem peccatorum. Iudas Iacobi. Carnis resurrectionem. Matthias. Vitam æternã; quod Simbolum, vt signaculum cordis nostri quotidiè ante lucem recitãdum monet Amb. lib. de velandis virg. & etiam cum animo horremus: vt ibi d. & similiter cum ad lectum accedimus: vt ait Aug. li. de Simbol. ad cathec. c. 1. & cũ tentamur crucis signo, & simbolo diabolo occurrere debemus: vt idem d. lib. 2. c. 1. Idem lib. 50. hom. hom. 42. quod simbolum exposuere Aug in Enchir. ad Laur. & libr. de simbolo, & fide. Chris. hom. 1. & 2. in simbolum. Ruffi. de expos. simboli. & alij multi.

Post simbolum Apostolorum, editum fuit simbolum in Concil. Niceno contra Arrij errores, in hæc verba. Credimus in vnum Deum patrẽ omnipotentem, omnium visibiliũ, & inuisibiliũ creatorẽ: addendo illa verba visibilium, & inuisibilium (vt ostendatur Angelos ẽt & animas à Deo creatas esse) sequitur: Et in vnum Dñm Iesum Christum filium Dei natũ ex Patre, vnigenitum, hoc est ex substantia Patris (vt magis in hoc declararetur simbolum Apostolorum) tũ sequitur: Deum de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero: genitum non factum, cõsubstantialem Patri, per quẽ omnia facta sunt; & quæ in cœlo, & q̃ in terra (per quæ verba declaratur, q̃ Filius est homousios Patri .i. æqualis potẽtiæ, & maiestatis, ex illo genitus, non factus. i. non creatura, ac simul cũ Patre Deus, licet non duo Dij) sequitur. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem (descendit .i. se humiliauit, vt exponit Teod. Dial. Incommutabilis Deus per carnis assumptionem, non per loci mutationem) vnde sequitur: Et incarnatus est, & homo factus est; i. assumpsit carnem, homo factus .i. hominem, vel potius humanam naturam suscepit, non tñ mutatus in carnem, vel in hominẽ, vt ibi exponit Teod. & in Dial. Impassibilis Deus; vel illa dicitur ob Idiomatum communicationem; sequitur: Passus est, & resurrexit tertia die; dr̃ passus, quia Christus est suppositum diuinũ: & ideo cũ suppositi sit agere, licet caro sola patiat̃, dr̃ & Deus pati ob suppositum hypostaticè carni vnitum: vt latius dixi Tom. 1. tr. de Incarn. verbi; Tum in dicta Nicena Sinodo, subijcitur Canon in hæc verba. Qui verò dicunt, q̃ erat aliqñ tempus cũ nõ esset, & antequam genitus erat, non esset, vel q̃ ex nihilo ortus est, vel q̃ ex altera subsistẽtia, vel substantia, q̃ Patris, genitus, vel q̃ cõuerti, & mutari põt: istis catholica, & apostol. ecclesia Dei anathema denunciat, vt colligitur ex codice Vaticano, & Concil. Cartag. 6. can. 10. & huius simboli meminit Ruffin. lib. hist. eccl. c. 6. Cassiod. lib. 2. trip. c. 9.

c.9.Niceph.lib.8.c.10.& lib.10.c.42.

Extat & aliud simbolum editum in Sin.Constantinopol.2.contra errores Eunomij, Photini, & Macedonij, in hæc verba. Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium: & in vnum Dñm Iesum Christum filium Dei vnigenitum; & ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, genitũ, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt (quibus verbis clarius docetur coæternitas Filij, consubstantialitas, & par potentia) sequitur: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descẽdit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & Homo factus est; (quibus verbis docetur, ꝙ ideo est incarnat' vt nos redimeret, & saluaret, ꝙ non erat ita expressum in simbolo Apostolorum) sequitur. Crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Patris: Iterum venturus est in gloria, iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dñm, & viuificantem, qui ex Patre filioq; procedit; qui cum Patre, & filio simul adoratur, & cõglorificatur, qui loquutus est per prophetas (quib. verbis docetur Deitas Spiritus sancti, & ꝙ ex Patre, ac filio procedit) sequit. Et vnam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam (vbi docetur ꝙ ecclesia est catholica .i. vniuersalis, & apostolica) sequitur. Cõfitemur vnum baptisma in remissionem peccatorũ; & expectamus resurrectionem mortuorum: & vitam venturi seculi.

Extat & Sin.Romana sub Damaso, quæ declarando Sinodum Constantinopolitanam, ait: ex Patre, Filioque procedit; non enim vetatur, vt ꝙ in simbolo cõtinetur ab alia Sinodo clarius explicetur, quia ꝙ simbolo adijcitur, non dr additio, sed quædam ipsius expositio, & explicatio: vt habetur 8.Sin.Ferrariæ habita sess.6.

Extat & aliud simbolum, ꝙ Athanasio adscribitũ, & eius est verè, & ad Primam recitatur: vt d. Gul.lib.5. cap.5. In Missa verò initio apostolorum simbolum apostolica institutione recitabatur, vt colligitur ex Dion. loco cit. qui ritus permansit vsq; ad tempora Marci Papæ, qui ob Arrianam hæresim simbolum Nicenũ in Missa decantari constituit, teste Radulph. Tungr. de can.obs.propos.vlt. Berno.de offic. Missæ.cap.25. Tum Damasus Papa simbolum Constãtinopolitanum solemnibus diebus ad Missam cantari constituit: vt d. idem Radulph. ibi propos. vlt. Sigeb.ad annũ domini 688. postea in Conc.Tolet.3.c.2.c.2.canones.d.15. statutum fuit, vt in ecclesijs Hispaniæ, & Galliæ more ecclesiarum orientalium in Missa decantaretur, ꝙ ad Germanos, & Gallos sub Carolo Rege Francorum est etiam translatum: vt d. Strabo de reb.eccl.cap.20.

Dr verò simbolũ in Missa voce alta, quia quisq; Christianus publicè tenetur fidem catholicam profiteri. c.1.de summa Tr. & incipitur à sacerdote, & impletur à choro, ad nosãdum, ꝙ omne bonum à Christo procedit. Iac.1. c. quam pio.1.q.1. & eleuat manus erectas i medio altaris, quia Christus, quẽ sacerdos repræsentat, semper interpellat pro nobis, nec est personarũ acceptator, Tim.tr.3.q.189.& cum dr: & Homo factus est, genua flectuntur, quia Christum pro nobis hominẽ factum adoramus. Dur.lib.4.cap.21.

Dr verò in diebus dñicis, in solemnitatibus Dñi, B. Virginis, S. Crucis, Apostolorum, non aũt Innocentium, quia ad inferos descenderunt. Innoc. ibi.c.51.qui & d.non dici in festis Natiuitatis S.Ioannis Baptistæ, & S.Laurentij; & quibus vlterius diebus dici debeat declarat ibi Inn. c.52. Gul.lib. 4.ca.25. & habetur clarè in Missali Romano nuper reformato. Simbolũ qñ sit recitandum.

Et hic finit prima pars Missæ, qua populus præparatur, & instruitur, q̃ ideo dr illuminatio, & Missa cathecumenorum

rum, quia illuc vsq; vt d. Dion. de eccles. hier. c. 3. permittebantur cathecumeni adesse, tunc verò foras emittebantur, finita prædicatione, dicente diacono: Ite Missa est, i. recedite, quia Missa. i. oblatio incipitur cui vobis adesse non licet, vt habetur in Conc. 4. Cartag. cap. episcopus nullum. de consec. d. 1. & dictum est supra.

Prædicatio quādo fiat, in Missa, à quo, & quō.

Finito simbolo, fit prædicatio, qui mos est vetus: vt d. Dion. d. c. 3. & prædicabatur ab epo, vel alio eius iussu; aliquid de sacris velaminibus noui, & veteris testamenti: vt d. Clem. libr. 8. Consti. c. 4. Amb. serm. 1. de grano sinapis. & ep. 33. Aug. lib. 3. confes. c. 3. & li. 22. ciu. c. 8. Leo primus serm. 2. de Pascha, q̄ fiendum est ab ijs, qui ecclesijs præsunt omnibus dominicis, & festiuis diebus: ex Sin. Trul. c. 19. Magunt. can. 25. Basil. sess. 15. Trid. sess. 5. ca. 2. & sess. 24. c. 4. Sic tñ, vt nulli, nisi parochi sine epi licentia, vel benedictione prædicent. d. c. 4. sess. 24. & d. c. 2. sess. 5. & ex Conc. Later. c. 3. Vnde Niceph. lib. 7. c. 19. li. 9. c. 38. 39. ait olim in Alexādria non licuisse presbiteris populum docere, de quo supra est actum. Tomo 3. cap. de concionatoribus.

De Offertorio.

Offertoriū à quo institutū, q̄ñ recitetur, & q̄ūo & quid illa significēt.

Hic incipit secunda pars principalis, quæ ad celebrationem sacrificij attinet, & quia offertur vt sacrificium, & consecratur, & sumitur vt sacrm, hæc pars tribus membris concluditur; primum est oblatio: secundum consecratio: tertiū sumptio. Dr autem Offertorium, à ferto vocabulo, q̄ significat oblationem, quæ in altari offertur, & sacrificatur à Pontifice, quasi propter fertum, qui offertur: vt d. Isid. lib. 6. Orig. c. 19. vel ab offerendo, quia dū Offertorium canitur, oblationes recipit sacerdos: vt d. Innoc. lib. 2. mist. ca. 53. quasi offerentium canticum: vt d. Rab. lib. 1. de instit. cler. cap. 33. qui mos in Missa oblationes faciendi est antiquissimus, vt patet can. 3. Apost. Certū est autem, q̄ eps, & presbiteri inter diaconos & clericos, cas. f. oblationes diuidunt, de quo etiā meminit Tert. in apolog. c. 39. & Fabianus Papa martir ep. 3. ad Hilar. constituit vt oibus diebus dñicis ab omnibus viris, & mulieribus, oblatio panis & vini fiat, q̄ etiā decreuit Alexan. III. in c. omnis Christianus. de consec. d. 1. & innouatur in Conc. 2. Matisc. can. 4. apud Bruc. li. 5. ca. 32. Sin. Gangren. can. 7. 8. Trull. can. 57. Cartag. 4. can. 93. cap. oblationes. dist. 90. Aurelian. 1. can. 16. c. antiquos. 10. q. 1. & de hoc etiam mentionem facit Cipr. libr. de opere, & eleem. Aug. ep. 122. 187. & mos fuit vt primò mares, tum fœminæ offerrent: vt habet ordo Rom. de officio Missæ, & id etiā testatur Gul. lib. 4. vt impleatur id Ex. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus; & leuitæ cū offerebantur holocausta, laudes Dño canebāt, ac psalterijs tubis, & cimbalis clangebant. 1. Paral. 15. D. Th. d. art. 4. Inno. ibi. c. 53. Sic tñ, vt nō intelligantur oblationes has esse in præcepto, ex sua natura, nisi accedat aliqua obligatio, vt promissio, longa consuetudo recepta, aut ecclesię necessitas. Tur. Cr. in c. oīs. de consf. d. 1. Doct. in rubr. de parochijs. D. Th. 2. 2. q. 86. art. 1. & sic ēt, vt nō recipiantur à Iudæis, hæreticis, excōicatis, oppressoribus pauperum, raptoribus, vsurarijs, & atrocibus criminibus irretitis, & hmōi. c. oblationes. 90. dis. c. super eo. de rapt. c. quia in omnibus de vsur. D. Ant. 3. p. tit. 12. ca. 11. ver. & nota. Abb. in c. cum voluntate. de sent. excom. Vel dr Offertorium, quia conueniens est, vt post prædicationem sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere, fides in simbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio; vnde offerendę cantatur, quia sacrificiū laudis offertur. Ps. 20. Circuibo, & immolabo &c. vt d. Innoc. c. 53. Vel dr Offertorium, ab offerenda, quia hostiā subdiaconus diacono, diaconus sacerdoti: is verò Deo illam consecrandā offert: & tunc congruit vt populus sua munuscula offerat, vt supra est dictū, & clerus interim laudes Deo persoluat, ad imitationem populi Israel, qui obla-

oblationes, & vota cum laude modulationis Deo offerre consueuerat. 2. Par.29. vt d.Amal.lib.3 de eccl.offi c. 19. Alcui.de diu.offi.c.de cele.Missæ.& qñq; recitabantur à diacono publicè nomina eorum, qui in ecclesia offerebant: vt d.Cipr.lib.3.ep.14. aliàs 45. & lib.5.ep.8.ꝙ qnia in quæstum verteba tur, id grauiter reprehendit Hier.in Ier.lib.2.c.11.& in Ezech.c.18.lib.6.& qñque etiam cantores aquam mundã offerre consueuerant: vt d.Alcuin.de diu.off.c.quid significent vestimenta.

Offertorium verò dr institutum à Gregorio:vt d.Radulph.Tungren. de can.obs.propos.23. & Adrianus Papa, id ꝙ in ijs est geminatum,geminauit: teste Sigebert.ad annum Dñi 772. sed prius sacerdos, d.Dñs vobiscum,quia nisi Dñs fuerit nobiscum ad salutem orare non possumus:vt d.Innoc lib.2. c.53.tum d.Oremus,monendo populum ad orandum,vt stabilis sit in fide, quam professus est in sermone: vt d. Steph.Eduen.de sacr.alt.c.12.

Hæc verò pars secunda Missæ diuiditur in quatuor partes; prima dr Secreta:secunda Præfatio:tertia Canon: quarta dominica oratio cum sua prefatione,scilicet, Præceptis salutaribus moniti: vt dicit Archid.in ca.de himnis.de consec.dist.1.

Silentium post Offertorium,& alia quo si ant,quare & quid significent.

Dicto Offertorio fit Silentium,qui mos est antiquus,teste Clem.li.8.Cõstit.c.12.ex Conc.Laodic.c.19.&Trid. sess.22.can.5. ad significandum, quòd Christus palam nõ ambulabat coram Iudæis,cum cogitassent eum interficere, sed abijt Effrem , & ibi morabatur cum discipulis suis.Io.11. & ita Silentium significat latibulum Christi: vt ibi d.Innoc.c.54.Vel silentium quãdo Christus solus I horto orauit, d.Pater mi si possibile est transeat à me calix iste: vt d.Th.Vald.5.de sacr.tit.4.c.31. vnde ita demissè debet dici , vt à solis ministris audiatur , quia Secreta est, & in secreto dr : vt d.Amal.lib.3.c 20.

Interim diaconus extendit corporale super altare,significans linteamina, quibus inuolutũ fuit corpus Iesu; pars plicata eius, quæ ponitur super calicem,significat sudarium,ꝙ fuerat super caput eius separatim inuolutũ in vnum locum:vel pars extensa significat fidem, plicata intellectum , quia hoc misterium credi debet , comprehendi non valet, vt fides habeat meritum cui humana ratio nõ præbet experimentum. Innoc.ibi.c.56.

Hostia cur sit rotũda, quo offeratur, & qd illa significet.

Tum sacerdos, primò seipsum Deo offert, & Hostiam rotũdam iuxta formam orbis,quia Dñi est terra , & plenitudo eius.Ps.23. & ꝙ is caret principio, & fine cui fit oblatio, sicut hostia ob eius formam rotundam principio, & fine caret:vt ait Tim.tr.4.q.11.& offerit panem, ꝙ significat corpus Christi:sic dictus panis,à pan,ꝙ est totum, quia in hoc tota vita nostra consistit, & vinum,ꝙ dr à vite, cui se Christus I Euangelio comparat, cum aqua, ꝙ significat populũ, pro quo Christus pati voluit; Oblata hostia,cum illis verbis;Suscipe sancte Pater, referẽs personam Christi, qui seipsum Patri obtulit,patenam abscondit sub corporali,nam cum ara significet crucem, calix sepulchrum , sic patena à patendo dicta, significat cor amplum, ꝙ habere debet sequens Christum: vnde Petrus d. Et si oportuerit me mori tecum non te negabo;pro hoc ei go abscondit nr denorando discipulorũ fugam, quando verum sacrificium Christi in cruce fuit oblatũ:vel quia Christus detẽtus fuit, & Barabas dimissus; & ponitur hostia super corporale cũ signo crucis: sic.n.Christus,quem sacerdos refert,in cruce fuit oblatus; & pars patenę extans extra corporale significat Mariam, & Ioannem Euangelistam, qui nõ fugerunt;& in Missa solemni traditur subdiacono partim aperta, partim inuoluta, dicta de causa. Innoc.ibi.c.57. Tim.q.12.13.

Aqua vino miscẽda in Missa, quo quare , & quid id significet.

Aquam præterea sacerdos vino ꝑmiscet,ex decreto Alex.Papę in ep.ad oẽs ortodoxos : vt refertur in c.in sacramentorum.de cons.d.2. & ex Iulio Papa ep.ad epos Aegipti.ex Cõc.Hippon.can.25. Cartag.3.can.24.ca.vt in sacramentis.

sacramentis.de consec.d.2. Antissiod. can.8.Bracar.3.can.1.c.cum omne.de cōs.d.2. Vuormatien.can.1.tum quia Christus ita fecisse creditur,tum ꝙ ex eius latere exiuit sangnis & aqua; ꝙ hac mixtione recolitur, & quia aqua significat populum,qui Christo capiti vnitur ĩ fide,& pro quo Christus sanguinem fudit:vt in Conc.Trid.sess.22. can.7.vnde Iren.calicē temperamentum vocat.lib.4.c.47. Idē probat Cip. lib.2.ep 3.c.2.de consf.d.2. Aug.li.4. de doctr.chr.c.21.Damasc.li.4.de fid.ortod.c.14.Hier.in Marcum.c.14.& latè probatum est sup.tr.de Euch. Subdiaconus verò calicem præparat, panem & vinum disponit, quia lex, quæ per subdiaconum significatur,huius oblationis misterium præsignauit in Melchisedech oblatione: Diaconus verò calicem præparatnm accipiens in altari componit,quia euāgelium,cuius est figura,ritnm huius sacrificij commendauit ecclesię,quę per altare figuratur, & diaconus prius calicē tradit epō, quam ipse ponat super altare, significans, ꝙ Christus prius hoc sacramentum instituit, & ecclesiæ tradidit celebrandum, d. Hoc est corpus meū, hoc facite in meam commemorationem; & aqua, vt supra, infunditur in calice:vt sicut aqua non separatur à vino, sic populus nunquam separetur à Christo: Tum offert calicem d. Offerimus tibi dñe &c.vt prosit omnibus ad salutem, & seipsum in spiritu humilitatis ab eodē suscipi deprecatur, quia respexit Deus ad Abel, & postea ad munera eius; vnde nisi persona Deo fuerit grata, oratio & oblatio, quatenus ab ipso manat, grata Deo esse nō potest.Innoc.lib.2.de mist.Missę.c.58. Post oblationem, ex ordine Romano incensant oblata,& altare:vt ait Alcu. de diu.offic. c.de cel. Missæ. Significat verò altaris incensatio vnctionē Magdalenæ,qua vnxit Iesum,& domus est impleta vnguēto; Trina incensatio significat, ꝙ Magdalena ter vnxit Iesū; Primò, cū vnxit eū in domo Simonis Pharisæi in pedib.Io.7. Secundò,cum vnxit eius caput in domo Simonis leprosi.Io.12. Tertiò,cum emit aromata,vt eū vngeret in sepulchro; Totum post incensatur altare, ad significandum ꝙ factum illud totam spargit ecclesiam. Innoc.ibi.cap.57. & etiam vt per thuribulum, ꝙ corpus Christi significat, Deus sacerdoti sit propitius: vt d.Amal.lib.3.de eccl.offi.c.19.

Calix qualiter offeraē, & q̃d id significet.

Postea sacerdos lauat sibi manus,de quo meminit Dion.de eccl.hier.ca.3. d.stans Pōtifex corā sanctissimis signis manus cum honesto sacerdotū ordine abluit,& extremos digitos,quasi corā Christo spectante occultissimas nr̃as cogitationes summarum partiū expiatione &c.& Clem.lib 8.Const.c.11.d. Vnus autem hypodiaconus ministret aquam sacerdotib. ad lauandū manus in puritatis signum aīarum, quæ Deo dicatæ sunt. Vel ideo lauat manus hostiam oblaturus,vt significet se lauare debere peccata lachrimis pœnitētiæ: vt d.Germ.in Theoria rerū eccl.vel vt d. Alb. quasi tunc sacerdos egeat ampliori ablutione ēt à venialibus,& peccatorum reliquijs, d.Lauabo, nō iam inter peccatores, sed inter innocētes manus meas: idē habet Cirill.cath.5. mistag. Gul.lib.4.c.28. Inn.lib.2.c.55. Et nedum sacerdotes,sed & laici ante sumptionem Eucharistiæ manus lauabant: vt ait Aug. Dom.24. post Tr. & serm.2.in anniuers.dedic.eccles.

Lauatio manuū vn de ītroducta, qūo fiat, & quid significet.

Post hæc sacerdos inclinans se ante altare:vt ait Microl.de eccl.obs.c.12.d. Suscipe sancta Trinitas &c. petens, vt hæc oblatio prosit ad salutē viuorū,& mortuorū,quæ oratio hr̃ ēt apud Radulph. Tangrē.de can.obs.propos.23. & significat ēt hęc inclinatio humilitatē Christi,qui exinaniuit semetipsum &c.vt d.Inn.li.2.mist.c.60. & ēt id agit sacerdos memor, q̃ excelsum opus sit acturus,& ideo de viriū suarū humilitate diffisus, ad humilitatis suffragia refugit:vt consulit Aug.ep.56.Tū vertens se sacerdos ad populū, orat adstātium precibus adiuuari, d. Orate fratres &c.vt d.Steph.Ed.de sacr.alt.c.12. & vt iungendo preces suas precib. po-

Inclinatio sacerdotis cū sequentib. cur fiat, qūo, & quid illa significent.

 puli,

puli, mereatur pro illorũ salute exaudiri; vnde & populus respondet: Suscipiat Dñs sacrificium de manib. tuis ad laudem & gloriã nominis sui, ad vtilitatem quoq; nostrã, totiusq; ecclesiæ suæ sanctæ. Amen: vt d. Alcuin. de diu. offi. c. de cel. Missæ. Debemus .n. inuicem orare vt saluemur: vt d. Inn. lib. 2. c. 60. & de hac formula vr mentionem facere Chrisf. hom. 10. in 2. ep. ad Cor. & Aug. ep. 106. ad Vitalem. & Steph. Ed. de sacr. alt. c. 10. hanc traditionem vr referre ad Christum, quia Dñs orauit, & discipulos ad orandũ excitauit. Tum sacerdos voce demissa dicit orationem super oblata, sanctum præparans sacrificium, quia Dñs noster etiã cum se absconderet, nec palam apud Iudæos ambularet, salutare nobis passionis suæ sacrm meditabatur: vt dicit Inno. li. 2. c. 54. Vel silentium sacerdotis latibulum Christi designat, vel sacerdos aliqua dicit occulte, quia discipuli tempore passionis non nisi occulte confitebantur Christum. D. Th. 3. p. q. 83. art. 4. ad sextũ. Rup. lib. 2. de diui. offi. c. 4. Vel quia Dñs in secreto ante passionem ter orauit: vt d. Iuo. de conuen. vet. & noui sacrificij; & petit sacerdos per eandem hostiam purgari vsquequaque. Amal. lib. 3. de eccl. offi. c. 20. Vel orat secreto, tum ne vilescat oratio, tum vt attentius oret, cũ apud Deum nõ opus sit voce reboante, sed cogitatione munda. Inn. d. c. 60. Amal. loco cit. In fine orationis secretæ sacerdos vocem intendẽs, d. Per omnia secula seculorum: vt d. Alcui. de diui. offi. c. de cel. Missæ, ad significandum, ꝙ Christus resurgens, palam corã omnibus ambulauit, vnde silentium rumpitur à sacerdote: vt d. Steph. Edu. lib. de sacr. alt. c. 12. Rup. lib. 2. de diu. offi. c. 4. Gul. lib. 4. c. 32. qui & alias conuenientias ad idem assignant.

De Præfatione.

Præfatio à quo instituta, cur dicat, quo — Finito Offertorio, & materia sacrificij præparata, lotisq; manibus, & oblatione Deo commendata per secretas collectas. Dicit Præfatio, sic dicta, quia est præparatio, & excitatio populi ad illam actionem in qua propriè sacrificium consistit, & est canticum ab Angelis cantari assuetum, & in quo ecclesia militans triumphantis repræsentatiua, Deo ob tam summum beneficiũ gratias humiliter agit, & pro illo ipsum cõmendat, & diuinam laudem concinit. — & qd illa significet. — Dicitur verò: Per omnia secula seculorum, ꝙ est finis orationis præteritæ, & initium Præfationis, vt insinuetur Christum esse lapidem angularem, qui fecit vtraq; vnũ: vt d. Inn. lib. 2. c. 61. & dicitur alta voce ista conclusio, vt populus possit respondere, Amen. & ita confirmet superiores orationes, uel ut populus, ꝙ sacerdos habet, id & ipse habeat .s. sursum cor, & deinde gratias Deo agat ꝑ serenitate mentis. Amalar. lib. 3. c. 20. Vel quia iam palam Iesus ambulabat. Io. 12. & populus illi obuiam venit, d: Osanna, Benedictus qui uenit in nomine Domini.

Præfationes uerò institutę fuere in principio nascentis ecclesię, earum. n. meminit Clem. lib. 8. Const. c. 16. Cip. ser. 6. de orat. dñica, d. Ideo & sacerdos ante orationẽ præfatione ꝑmissa præparat fratrũ mentes, d. Sursum corda. Ciril. hier. cath. mistag. 5. Chrisf. hom. 3. in c. 3. ad Col. Amb. li. 3 de Sp. S. c. 18. Aug. ep. 57. ad Dardanum. 1 20. ad Honoratum. & i Liturgia Iacobi, & apud Clementẽ Præfationes ante consecrationẽ extant re, licet uerbis differant, quæ tñ in Liturgijs Basilij, & Chrif. ẽt nomine cõueniunt, & in Conc. Afi ic. tempore Bonifacij can. 70. Statutum est Præfationes, quæ in Concilio probatæ fuerint recitari, ꝙ & in Concil. Mileuitan. can. 12. repetitur.

Nouẽ uerò Præfationes enumerat Pelagius Papa II. ep. 4. ad ẽpos Gallię, & Germ. Vnã in Albis Paschalib. secũdam de Ascensione: tertiã de Penteco ste: quartã de Natali Dñi: quintam de apparitione Dñi: sextã de Apostolis: septimã de S. Trinitate: octauã de Cruce: nonã de Ieiunio, i Quadragesima, & eas tenendas in ecclesia mandat. c. — Præfationes quot sint, & Prę fatio nũquã omittenda.

inue-

inuenimus. de consf. d. 1. Vrbanus verò II. in Conc. Placent. decimam de B.V. addidit. c. sanctorum. §. fi. d. 70. de quo Radulph. Tangr. ppos. vlr. & pter has Præfationes alias d. delendas. Host. in c. consilium. de cel. miss. Hæc Præfatio nunquã debet in Missa ptermitti, ex Conc. Basil. c. de his, quæ in Missa, quę tamen mutari debet pro festorum ratione: vt d. Strabo. de reb. eccl. cap. 22.

Præfatio exponitur cũ eius significationibus. Incipit verò Præfatio à laude Dei, & gratiarũ actione, & definit in confessioné eius maiestatis, quia oratio à laudib. Dei, & gratiarum actione est inchoanda: vt inquit Basil. de const. mon. c. 2. d. Quandocunq; constituis orare, ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit, cumq; in eo satis fueris immoratus, dic, Gratias ago tibi Domine propter incredibilé clementiam &c. & Amb. lib. 6. de sacr. ca. 5. non debes quasi famelicus ad cibum de cibo incipere, sed ante à laudibus Dei; vbi & ita oratores seculi facere asserit. Dicit verò sacerdos. Dñs vobiscum, optans populum talem esse cum quo Dñs manere dignetur; vt ét ei adsit per gratiam, qui semper per suam adest omnipotentiam. vt d. Aug. lib. 14. de Trin. ca. 12. magna enim est hominis miseria cũ illo non esse, sine quo esse nõ potest, de qua precatione agit etiã Clem. lib. 8. Const. c. 12. & populus rñdet, & cum spiritu tuo, quod expositũ est sup. vbi de collecta est actum. Tum sacerdos subiũgit. Sursum corda, vt non corpore tm̃, sed mente diuinitus suffulta populus adsit: terrena .n. corda cœlesti hoc sacro nõ sunt digna, q̃ exhortatio sũpta est ex Thr. 3. d. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dñm in cęlos, & Ciprianus Papa in c. qñ. de consf. d. 1. d. Hac monitione populum excitari, vt pectus cõtra aduersarium claudat, & soli Deo pateat, & quia qñ stamus ad orationé, cogitatio omnis secularis, & carnalis abscedere debet, & vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus, nec tunc animus aliud, q̃ id solum ꝙ precatur, cogitare debet: vt ait Cipr. serm. de orat. dñica; vnde cum populus respõdeat: Habemus ad Dñm, admonentur se nihil aliud q̃ Dñm cogitare debere, claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat: vt ibi d. & de hac formula agit Aug. ser. 44. de temp. d. Corda fidelium cœlum sunt, quia in cœlum quotidiè dirigun tur, dicente sacerdote, Sursum corda, securi respõdent: Habemus ad Dñm: & lib. de vera relig. c. 3. Chris. hom. in encœnijs. Quid facis homo? non promisisti sacerdoti, qui dixit? sursum mé tem & corda, & dixisti: Habemus ad Dñm. Idem Aug. lib. de bono viduitatis. c. 16. & in Ps. 148. ver. Laudate eum in excelsis. Sequitur: Gratias agamus Dño Deo nostro, in quo monetur populus gratias Deo agere, quia Eucharistia est gratiarum actio, & quia sicut ante exhortationé opus fuit mentis eleuationé à diuina misericordia, bene precãdo optare: ita & necessariũ accepta cordis eleuatione Deo nostro gratias agere: vt inqt Cip. ser. de cœna Dñi. d. Ad hæc inter sacra misteria ad gratiarũ actiones conuertit: & Chris. hom. 26. in Matth. Ideo altari assistens sacerdos pro vniuerso orbe terrarũ, pro absentib. & præsentib. pro ijs qui ante nos fuerũt, & postea futuri sunt, sacrificio illo pposito Deo nos gratias iubet offerre; vt de hoc tãto munere sursum eleuati, nõ nobis gloriã, quasi nostrarũ virium tribuamus, sed Dño Deo gratias agamus, hoc enim continuo commonemur, quia hoc Dignũ, & iustum est: vt d. Aug. d. c. 16. de bono viduitatis. & Chris. hom. 26. in Genesim. & populus, respõdet: Dignum, & iustum est, Deo, scilicet agere gratias pro redemptione, quam hic celebramus, & sacerdos sequitur: Verè dignum, & iustum: Dignum scilicet est ante omnia laudare Dominum, quia ipse est Dominus Deus noster; iustum quò ad nos, quia sumus populus eius: Dignum, quia nos mera fecit voluntate, Iustum, quia nos pura misericordia redemit, Aequum, quia nos gratuito iustificat; Salutare, quia nos per

petuo glorificat: vt ait Clem.li.8.Constit.c.12. Innoc.lib.2.in expos.præfat. Gul.lib.4.c.33. & de his formulis agit Aug.ep.57.120.cap.19.lib.2. de bono perseuer.c.13. Ciril.hierosol. cathec. 5.& habentur in Liturgijs sancti Iacobi, sancti Marci, Basilij, & Chrisostomi. Dicitur verò: Per Christũ Dominum nostrum, quia tota oratio, ac gratiarum actio, quam vbique debemus, offertur Deo Patri, Per Christum Dominum nostrum, tanquam per mediatorem Dei & hominũ, de quo Apostolus; Vnus est Deus, vnus mediator Dei, & hominum: vt ait Optat.lib.3.cont. Parmen. Vnde implentes Christi verbum, Clarificaui te super terram, nũc clarifica me; cõmemoramus eius maiestatem laudari ab omnibus Angelorum ordinibus: qui vt habetur Es.6.& Apoc.4. Non cessant cantare Sanctus, Sanctus; vnde & nos cum illis has voces innouamus, quibus profitemur filium esse æqualem Patri, & Spiritum Sanctũm, vtriq;, & vnius omnes personas substantiæ, & Deitatis. Vnde dicitur: Cum quibus & nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur, supplici cõfessione dicentes, Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus Sabbaoth. Vox Angelorum est in laude conditoris ipsa admiratio intimæ cõtemplationis: vt d.Greg.lib.2 Moral.ca.4. Voces ergo nostras cum Angelicis laudibus in cõspectu Dei deprecamur admitti, & quia sancta ecclesia socianda est Angelis in cœlis, non superba præsumptione, sed humili confessione hic cupiens eius maiestatem credere in mũdo, sicut ab Angelis videtur & laudatur in cœlis, ipsis vocibus Deum laudat, quibus eum Sancti Angeli laudãt in cœlis; vnde & dicitur: Socia exultatione concelebrant, quia cum superna ciuitas Angelis, & hominibus constet, ergo vna laude, & gratiarum actione homines nunc cum Angelis sociantur, dicentes, Sanctus: vt inquit Florus in expos. Missæ. Alcuin. de diu. offi.c. de celeb. Missæ.

Sequitur himnus: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth; q habetur in Liturgijs sancti Iacobi, & sancti Basilij, & de eo meminit Clem. lib.8.Const.cap.16.dicens: Te adorant innumerabiles Angelorum copiæ, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Potestatum, Virtutum, æternorum Exercituum, Cherubim, & senis alis præditi Seraphim, binis quidem tegentes pedes, binis verò capita, binis item volantes, & dicentes vnà cum mille millibus Archangelorũ, nullo puncto temporis intermisso, & sine intercapedine vocis clamãtium, & omnis populus dicat: Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus Sabbaoth. Plenum est cœlum gloria eius, Benedictus in secula &c. & Niceph. lib.18. c.51. ait hunc Canticum iam inde ab Apostolis ecclesiæ traditum, & in Cõcil. Vasensi sub Leone I. can.45. Statutum fuit, vt in omnibus Missis etiam, quæ pro commemorationibus defunctorum fiunt, diceretur; qui himnus sumptus est ex Is.cap.6. & apud Græcos etiam in vsu fuit, teste Athan.lib. 9. de fide sua ad finem. Dicitur Sanctus ter, vt denotetur Trinitas personarum, sed semel Deus Sabbaoth: vt significetur vnitas diuinæ substantiæ: vt dicit Athan.in Simbolo. & Ambro. lib.3. de Spiritu Sancto.cap.18. Hier. in Prologo de quadraginta duabus mansionibus. Stephan. Eduen. de sacram.altar. cap.12. Alcuin. de diu. offic.cap.de celebr. Missæ Sacerdos verò hunc canticum dicit simul cum alijs, ne seipsum sua prece videatur priuasse, qui & suas, & aliorum preces Angelicis laudibus ad Missam in Præfatione precatus est iungi: vt dicit Micrologus de eccles. obseruat. cap.11. & dum dicitur: Sanctus, ministri stant inclinati, vsque dum dicitur: Sed libera nos à malo: vt dicit Amalar.libr. 3.de eccles.offic.cap.22.& 23. & dum canitur Præfatio tenentur manus extensæ super altare, ad denotandum, quòd cum Deus laudatur, omnia terrena deponi debent. Dicit: Sabbaoth, id est Deus exercituum, vel virtutum,

vel

vel dominantium: vt d. Naz. orat. 4. de Teologia, vel Deus militiarum, exercituum, atque virtutum: vt d. Hier. in c. 9. Ezech. Sequitur, Pleni sunt cœli, & terra gloria tua: Dr̄ gloria, ꝙ hoc loco pro gratia sumitur, cœli pro hominibus fidelibus ad Deū conuersis terra pro his, qui terrena sapiunt: vt d. Cip. serm. de orat. dñica, i. ꝙ homines fideles cōuersi sunt pleni gloria eius, .i. gratia, & ad hanc gratiam ēt terreni homines inuitantur: vel gloria, intelligitur manifestatio diuinitatis: cœli, angeli, terra, homines, quod. s. angeli pleni sunt laude Dei, & eadem à nobis est frequentāda in futurorum spe. Sequitur: Osanna, vel Osianna, vt legi debere docet Hier. in ep. ad Damasum. & in c. 21. Mat. ꝙ interpretari potest: Obsecro Dñe saluum me fac. Demum dr̄, Benedictus, qui venit in nomine Dñi, ꝙ intelligitur de Christo, quia filius terminatiuè tantum est incarnatus, ī quo laus ēt terminatur, vt supra est dictum, vt per redemptorem, vtendo ijs verbis, quibus illi ingredienti Hierosolimam, qui antecedebant, & qui sequebantur acclamabant: vt d. Innoc. d. lib. 2. c. 61. & 62.

De sacro Canone.

Canon vnde dicat̄, qs eius author, & in quot partes diuidatur.

Notandum, ꝙ Canon varijs nominibus appellatur, dr̄. n. actio, & oblatio, sacrificium, secreta, ordo precum, canon, legitimum. Actio dr̄ ob sacra misteria, quæ in eo aguntur, & quia tunc cum Deo agitur causa nostra, vel quia in eo conficiuntur sacra Dñica, vel quia gratiarum actionem cōtinet, cum & totum Missæ sacrum gratiarū sit actio: vt colligit ex Iren. lib. 4. c. 34. Oblatio, quia ibi fit oblatio huius sacrificij; Canon, dr̄ regula ad consecrationē Eucharistiæ, partim à Christo, partim à sanctis Patrib⁹ ordinata, vel quia in eo est legitima, & regularis sacramenti confectio. Sacrificium, quasi sacrum factum, vel dictū, quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam dñicæ passionis. Secreta, quasi nobis occulta, qa humana ratio tm̄ misterium mente cōprehendere non valet: vnde & meritò secreta voce dr̄: vt sic animus sustollatur ad meditationem abditissimarum rerum, & altissimarum, quæ ibi continentur: vt hr̄ in Conc. Tr. sess. 22. c. 5. quia & ibi secretissimæ operationes agūtur: vt d. Dur. lib. 4. c. 25 Vel dr̄ canon, regula ecclesiastica, qua omnes sacerdotes vtunt̄: vt d. Amb. c. 2. in ep. 1. ad Cor. Dr̄ & legitimum, ab Optat. Mileuit. lib. 2. con. Parmen. quia habet certum ordinem precum, quibus in cōsecranda Eucharistia vtimur: vt d. ēt Isid. lib 1. c. 15. de diu. offi. Author canonis, quò ad verba substantialia cōsecrationis est Dominus noster Iesus Christus, vt supra est dictum, reliqua habentur tum ex Apostolorum traditionib⁹, & sanctorum etiā Pontificum pijs constitutionibus: vt diffinitur in Conc. Tr. sess. 22. c. 4. c. cum marthæ. de cel. miss. & eius antiquitatum commemorat Aug. ep. 59. ad Paulinum. & Bas. de Sp. S. c. 27.

Canon verò, qui est secunda particula tertiæ partis Missæ, decem cōplectitur orationes, quarū quinq; consecrationem ꝑcedunt, & tot sequuntur.

Canonis prima ps: Te igit̄ clemētissime Pr̄, plenè exponitur

Prima pars, vel oratio: Te igitur clementissime Pater &c. dirigitur iuxta regulam fidei, & morem ecclesiæ, vt & reliquæ orationes ad clementissimum patrem, qui ob nimiam suā charitatem conuiuificauit nos Christo: vt d. Florus in expos. Missæ: ex quo colligitur, ꝙ Deus Pater per filium suum laudatur ab omni creatura celesti. Vnde, quia is laudatur ab angelis, cū quibus ad laudes eorū voces nostras precamur admitti per filiū suū, ideo per eundem filium rogamus patrem, vt ei sit gratum, & acceptum quod offerimus, rogamus humiliter, petimus cōfidenter, rogamus pro lapsis Patrem, qui in filij sui humilitate iacentē mūdum erexit, petimus cōfisi de eius misericordia, qua & non ex operibus nostris, saluos nos fecit, vt accepta habeat, & benedicat &c. vt d. Steph. Eduen. de sacr. alt. c. 3. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, ꝗ omnia

nia pro eodem sumuntur, quia nō est aliud, & aliud q̄ offertur, sed vna & eadem res ꝓ sui magnitudine varijs nominibus appellata, quæ sunt dona à Deo nobis donata, munera à nobis Deo oblata: vt d. Steph. Eduen. loco cit. c. 13. Vel sic exponūtur hæc verba, te rogamus Dn̄e, vt hæc dona, quæ tibi donamus, tibi maneant per tuā benedictionem firmata, hæc dona, quæ tibi donamus, vt apud te consistant, per tuam benedictionem incorrupta, hæc dona, vt tibi fiāt Deus assumpta, quia Verbum caro factū est. Hæc munera, quibus te muneramus, vt percipiamus inde corpus, & sanguinē Christi: vt d. Odo Cameracen. in expos. sacri can. Missæ. Hæc sancta sacrificia illibata; Sancta, quia Deo oblata, vt idē d. illibata, i. inuiolata, & incontaminata sacrificia, quæ in ministerio dn̄ici corporis offerūtur: vt d. Florus in expos. Missæ. Vel illibata, non quasi nondum tacta, vel gustata, sed illibata, i. immaculata, quia sine macula cordis, & corporis offerri oportet: vt d. Inno. li. 3. mist. c. 3. iuxta Is. 52. Mundamini, qui fertis vasa Dn̄i, vt sic sacerdos sui sinceritatem Deo cōmendet. Vel sancta dicuntur, quia ad sanctū vsum deputata, quō & panes propositionis sancti dicebātur: vt d. & Orig. hom. 21. in c. 20. Leuit. Vel sancta dicuntur nō secundùm se, sed quia significant sacrosanctum corpus, & sanguinem Domini mox cœlesti consecratione mutanda in corpus, & sanguinē. Dr̄ verò pluraliter, hæc dona, &c. quia panis, & vinum antequam consecrentur, sunt diuersæ species substantiarum, & diuersæ specierum substantiæ, sed vbi consecratio cœlestis accesserit, species remanent, sed substātiæ conuertuntur, ita q̄ diuersa sunt continentia, & vnicum contentū: vt d. hic Io. Steph. Dur. & latè dixi supra, tr. de Eucharistia.

Dum verò sacerdos d. hæc verba, vti accepta habeas, & benedicas, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, dextera ter signat cōmuniter super hostiam, & calicem: vel signat oblationem, & calicem tribus vicibus, sed vna cruce, ad significandam triplicem Christi traditionem, à Deo ex dono, à Iuda pro munere, à Iudæis in sacrificium illibatum, de prima habetur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit &c. de secunda Matth. 26. de tertia Io. 18. prima fuit ex gratia: secūda ex auaritia: tertia ex inuidia: vt d. Innoc. lib. 3. c. 3. Vel significant tres Christi illusiones, coram pōtificibus, Herode, & Pilato. Vel vt doceatur totū misterium hoc fieri sancta Trinitate cooperante, ideo tres cruces fiunt: vt d. Microl. de eccl. obs. c. 14. nec vnquam panis à calice separatur, nisi vbi nominatim in canone exprimātur: vt ibi d. Mox sacerdos recolit memoriam eorum pro quibus orare intendit, d. In primis pro ecclesia sancta tua catholica, quam pacificare, custodire, & adunare digneris toto orbe terrarum; dignum enim est vt sancta oblatio inciperet pro ecclesia Dei toto orbe diffusa, vnico Christi sanguine redempta; sic enim nullum est ecclesiæ membrū quacunq; loci intercapedine diffitū; q̄ ab huius sacrificij oblatione secernatur: vt d. Alcui. de diu. offi. c. de cele. Missæ. Clem. li. 8. Const. c. 12. Dr̄: Ecclesia. i. congregatio fidelium: vt dixi Tomo 1. tr. de eccl. Dr̄: Tua, quæ est vox obsecrantis, qua petimus, vt ecclesiæ benefaciat, propter ipsius, quæ in ecclesia posuit, dona: vt sicut ab eo omnia per originem sunt, ita & per conseruationem sint in ipso, & per ipsum, propter ipsius, qua ipsa rerū primordia diligit, bonitatem, vt sic faueat operibus suis, nec meritum spectet alienū, sed in suæ gratiæ munus intendat, ne videatur abrogare, q̄ ipse donauit. Dr̄: Sancta, licet in ea sint peccatores, tum ratione capitis Christi, qui Sanctus Sanctorum est. Dan. 9. Tum ratione Sanctorū, qui sunt in ea, tum à Rectore eius, qui est Spiritus, qui sanct° est: non sanctificatus, sed sanctificans: vt inquit Ath. li. de cōi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vel quia nullus extra eū est Sanctus. Vel quia pro-

fessio eius est sancta, nil continens falsum, quò ad fidei doctrinam: nil iniustum, quò ad morum doctrinā: & quia in ea percipitur sacra sancta, quæ sanctificant: vt d. Aug. in Ps. 85. Dr: Catholica, i. vniuersali, qa vniuersaliter est perfecta, & per totum orbem terrarū diffusa: vt inquit Aug. lib. 3. con. Don. c. 1. & ex alijs, q̃ dixi d. tr. de ecclesia; Sequitur: Quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vt .s. Deus illam conseruet extra fluctus, ac tempestates, vsque ad consummationem seculi; pacificat, cū osum fidelium corda in sua pace coniungit, & eorum mentes vnius efficit voluntatis, diffusa charitate per Spiritum Sanctum; custodiendo regit, cum inter omnia pericula eam clementer gubernat; adunat, cum eam pacificat; regit cū custodit: vt d. Alcuin. loco cit. Gul. lib. 4. c. 36. Vel pacificat, eam custodiēdo ab hostibus visibilibus, & inuisibilibus, vt nec hominum persecutionibus conculcetur, nec dæmonum instinctu criminibus polluatur. Vel custodit, in pace: adunat, ne schismatib. vel hæresibus diuidatur, sed in vnitate sacrorum catholicæ fidei, in omnibus tota adunetur ecclesia. Regit toto orbe terrarum, cum in Concilijs suis, dispositionibus, decretis, iudicijs, institutis, actionibus, nullo errore decipitur, & in omnibus Dei ducitur moderamine: vt d. Steph. Eduen. de sacr. altar. c. 13. quæ omnia petit sacerdos à Deo hoc loco. Vel pro ecclesia, vt pacem habeat ab hæreticis, & schismaticis; adunetur, quæ dispersa est inter Paganos; custodiatur à vitijs, & regat in prosperis, & aduersis. In quo notandum, q̄ soli Deo. s. indiuiduæ Trinitati fit sacrificiū, & pro catholica ecclesia, & omnibus ortodoxis offertur, idque pro beneficijs spiritualibus, corporeis, & æternis, sed omnibus ꝓpter Deum: pro æternis, vt nobis dētur ad præmium: pro spiritualibus, vt dētur ad meritum: pro corporalibus, vt dentur ad adminiculū, vt per hæc & ista perueniamus ad illa: vt d. Innoc. lib. 3. de mist. c. 7. Sequitur: Vnà cum famulo tuo Papa nostro N. licet enim ecclesiæ nomine contineatur summus Pontifex, qui est eius caput visibile: vt dixi d. tr. de ecclesia, vt omnes ab vno vt à capite gubernent, peculiariter tn̄ pro ipso oratur, vt orationib' adiuuetur: sic vt Deus illi virtutem præstet ad ecclesiam bene gubernandam, q̄ onus maximū est, ideo & maximo eget adiutorio, iuxta Ap. monitum. Hebr. 13. Mementote præpositorum vestrorū. & Chris. hom. 79. ad pop. orandum d. pro toto orbe terrarum, & pro ecclesia, & gubernantibus ipsam: & in Concil. Vasen. sub Leone I. c. 4. 5. Statutum fuit in Missis nomen dn̄i Papæ, qui ecclesiæ prefuerit, recitari debere, apud Bruc. lib. 2. decret. c. 230. vnde ab vniuerso orbe separati sunt, qui inter sacra misteria, Pōtificis Maximi memoriam non recolunt: vt inquit Alcui. d. c. de cel. Missæ. Florus magister in expos. Missæ. Inn. lib. 3. c. 5. Quod si Pontifex ipse celebret, dicit: Vnà mecum indigno famulo: vt hr̄ in c. 3. de celeb. miss. in tertia collect. & explicat Clem. lib. 8. Const. c. 12. d. adhuc obsecramus te pro me, qui nihil sum, qui tibi oblationē facio. Sequitur: Et Antistite nostro N. idq; ex Conc. Afric. c. 48. Cartag. can. 84. Quibus statutum est specialiter pro proprio ep̄o in Missa orādum & sacrificium offerēdum, & hūc morem recitat Gregor. lib. 4. ep. 37. & Aug. ep. 110. in fi. quia sicut vniuersalis ecclesiæ commemoratio ob societatem vnitatis, & pacis coniungitur cū commemoratione Pōtificis Maximi; sic æquum est vt singulæ ecclesiæ commemorationem proprij ep̄i faciant: sic probantes se vnitatem Spiritus in vinculo pacis cum eo seruare. Orandum est etiam pro Principe, vt quietā & tranquillam vitam sub illo agamus in omni pietate, & castitate. 1. Tim. 2. vt monet Clem. d. c. 12. d. pro regibus, & his, qui in sublimitate positi sunt. Bas. in Liturgia; Memento Dn̄e pijssimi, & fidelissimi Imperatoris. Idem Chris. in Liturgia. Amb. lib. 4. de sacr.

c.4.Ciril.cathec.5. & hſ in Conc.Rhemen.c.40.Sequitur: Et omnibus orto doxis, atque catholicæ, & apoſtolicæ fidei cultoribus; Orandũ enim eſt & pro ortodoxis.i.bene ſentiẽtibus,vel hominibus rectæ gloriæ,vel nullo errore deprauatis fidei cõfeſſione Deũ glorificantibus: vt d.Alcui.d.c. de cel. Miſſæ.Vel ortodoxis.ſ. viris gloria celebribus,& in maieſtate cõſtitutis,vel ſublimitate:vt ait Baſ.in c.10.Iſ.atque catholicę,& apoſtolicę fidei cultorib. vt denotetur infideles hæreticos, & ſchiſmaticos excludi à fructu huius ſacrificij, cum recta fide careant, nec Chriſto capiti, nec eccleſiæ membris connectantur: vt d.Biel.in can. Miſſæ. lect.24. Tametſi pro iiſdem etiã orandum ſit,vt conuertantur: vt d.Aug.de Iudæis loquens, de verbis Dñi in Ioã. ſer.40.in fi.ſed quid reſtat fratres, niſi Oremus & pro ſuperbis, Oremus & pro elatis, qui ſic ſe extollunt? Dicamus pro illis Deo,cognoſcant,quia tibi nomen Dñs, & nõ homines, ſed tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terrã: & in Pſ.65.Quicunq; in eccleſia eſtis, nolite inſultare eis, qui non ſunt intus,ſed orate poti⁹, vt & ipſi itus ſint. Idem Chriſ.hom.de Adam & Eua. Et aliqñ ad altare ſacerdos orat,& populum hortatur orare pro incredulis,vt conuertant ad fidẽ:vt ait Aug.ep.107. ad Vitalẽ.Leo I.ſerm.4.in Epiphania, & Cœleſtinus I. ep.1. ad epos Galliæ. c.11. vt Iudæis, ablato velamine,veritas illuceſcat, vt hæretici reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentia conferatur, vt cathecumenis ad regenerationis ſacramenta perductis, aula cœleſtis miſericordiæ reſeretur.

Canonis ſcda pars, Memento dñe famulorũ famularumque tuarũ, ſingillatĩ exponitur.

Secũda ſequitur pars ſacri Canonis: Memento Dñe famulorum, famularumq; tuarum N.N. in qua ſacerdos, poſtquã orauit pro vniuerſa eccleſia, & eius præpoſitis, ſuſceptos ſuos, eos videlicet pro quibus ſacrificium offerre decreuit,diuinæ offert maieſtati:vt d.Aug.ep.59.q.5.d.Memento dñe &c. i. miſerere Dñe famulorum famularumq; tuarum N.N. meminiſſe enim Dei nil aliud eſt quàm miſericordiã præſtare: vt d.Gabr.in can.Miſſæ.lect. 25. & ante eum Aug.in Pſ.87.Greg.li. 2.Moral.c.3.cum aliàs in Deo non cadat memoria de nouo,nec obliuio,cũ ſit immutabilis,vt dicunt prædicti. Et hic mos recitandi in Miſſa ſpecialiter nomina eorũ pro quibus ſpecialiter ſacrificiũ offertur, eſt antiquiſſimus: vt patet ex Innoc.I.ep.1.ad Decentiũ epm, d.Prius oblationes ſunt cõmendandæ,ac tunc eorum nomina,quorũ ſunt oblationes,edicenda;idem d.Odo.in explicat. ſacri can. Biel.loco cit. lect.25. applicando iis partem ſpecialem ſacrificij, quibus tenetur, ratione eleemoſinæ acceptæ,vel beneficij, poſt applicationem eiuſdem factã eccleſiæ vniuerſali,ſibi quoq; applicando partem contingentem, modo expoſito ſupra,c.1.ad fi. & vt dicetur infra.c.de defectibus,qui in Miſſa; orando pro peccatis proprijs, & ſibi commiſſorum,vt eis piiſſimus Deus miſereri dignetur, licet non debeat ſacerdos ante confeſſionẽ Miſſam celebrare,ſi peccati mortalis cõſcientia tenetur,vt ſupra eſt dictum:vt docet Aug. lib.1. confeſſ.c.5. & lib.2.cont.literas. Petil.c.105.orando etiã pro ignorantijs,vt eas Deus depellat,& lucem veritatis aperiat: vt idem d.lib.2. ſoliloquiorum. c.6. & pro his qui tentãtur, vt tentationes amoueantur,vel ijs q̃ſque reſiſtat ad agonem: vt inquit. Baſ. lib.Moralium. c.quod nequaquam. & c.quod pro ijs.& Aug.loco infra citando: pro negligentijs,pro auxilio diuino:vt docet Aug.de ſalutar.documen. c.64.65.pro inimicis:vt d.Baſ.loco cit. ver.quod pro inimicis. & pro temporalibus ſub conditione tamẽ ſi gloriæ Dei, & animæ incolumitati non contrariẽtur,& huiuſmodi de quib. aliàs. Sequitur: Et omnium circunſtãtium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio,hinc dignoſcitur,quàm ſalutare ſit quotidiè Miſſæ intereſſe, cum pro circunſtantibus ſacerdotes ſpecialiter orent:vt d.Inn.lib.3.c.5. Dr: Pro qui-

Sacrificiũ Miſſæ pro quib.offerẽdum, & pro quib⁹ orandum, quidq; orandũ ſit.

quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, voto .s. sacerdotes verò ministerio, dum votis, & orationibus assistūt. cooperantes; Vel quia vtuntur sacerdotum ministerio, vt Deum sibi placatum reddant: vt d. Innoc. lib. 3. c. 6. Stephan. Eduen. de sacr. alt. ca. 13. d. Verò sacerdos, Pro quibus tibi offerimus, qa nomine totius ecclesiæ offert. Dr: Hoc sacrificium laudis, ꝙ intelligitur de oblatione dñicæ passionis, in qua nulla nostra merita agnoscimus, sed solam Dei gratiā collaudamus. Vel dr: Sacrificium laudis, quia in laudē Dei offertur: nostra enim ei non damus, sed sua illi reddimus. Sequitur: Pro se, suisq; omnibus, quia licet charitas ēt ad inimicos extendatur, ita vt non liceat eos excludere ab orationib. communibus, & meritorium sit pro ijs ēt specialiter orare, ordinem tñ charitas habet: vt primò ad seipsum, non ad cōiunctos genere, familiaritate, vel qualibet alia conditione sub eiusdē fidei professione, vel viuos, vel defunctos, pro quibus ij offerūt voto, & sacerdos ministerio, vel ex charitate, vel ad eorum petitionem. Vnde dr: Pro se, vt. s. Deus sit ijs tutor contra pericula corporis, & animæ, & in vtroq; prosperū obtineant euentum; suisq; omnibus, ꝙ fit, qñ supplicamus pro amicis nostris, & rebus, cū supplicamus pro pace amicorum cum sunt in bello, pro tranquillo reditu si sunt in itinere, ꝓ sanitate si infirmi, pro conuersione, si peruersè viuunt. Innoc. lib. 2. mist. c. 6. Alcui. c. de cel. Missæ. Odo. in expos. sacri canonis. Sequitur: Pro redemptione animarum suarum, i. nō pro terreno appetitu, nō pro temporali lucro, sed pro redemptione animarū suarū, quia in Christo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionē peccatorum: vt ibi d. Alcui. Pro spe salutis, i. pro vita æterna, quæ est vera salus, quia hoc sanctissimum sacrificiū, non solū nos liberat à malis, sed & bonis accumulat: nō solum liberat à pœnis, sed ēt auget gaudia salutis .s. vitæ æternæ: Et incolumitatis suæ. s. pro sanitate corporea, quod præstat Deus, à quo vtraq; salus animæ, & corporis prouenit: vt d. Innoc. lib. 2. c. 7. Alcuin. loco cit. quia vtraq; sanitas ex peccati remissione prouenit, vt è contra ex peccato vtriusq; infirmitas prouenit: vt ibi d. Innoc. & hr in c. cum infirmitas. de pœnit. & rem. quo loci monentur infirmi ad confessionem peccatorum faciendam, vt & deleto peccato, infirmitas, quæ sæpè ex illo prouenit, auferatur, & pro accepta sanitate dño gratias agamus: vnde & Leuit. 3. inter alia sacrificia cōnumeratur sacrificiū integritatum, ꝙ pro domus incolumitate offerebatur: & in Liturgijs Basilij, & Chris. hr sacrificium offerri ꝓ pace Reipublicæ, aeris tranquillitate, & temperie, ꝙ & idem Chris. asserit hom. 3. ad Philipp. Sequitur: Tibiq́ue reddunt vota sua æterno Deo viuo, & vero, dicuntur reddi vota hominū, & non donari, cum aliàs aliena tñ reddantur, vel restituātur, quia esse opus bonū, hominis est & Dei, Dei ob necessitatem gratiæ, hoīs ob libertatem arbitrij. 1. Cor. 15. Biel. loco cit. lect. 29. vt d. hic Io. Steph. Dur. lib. 2. c. 34.

Tertia succedit sacri canonis pars: Communicantes, & memoriam venerantes in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ genitricis Dei, & Dñi nostri Iesu Christi, sed & beatorū Apostolorum, ac Martirum tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioānis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Cornelij, Cipriani, Laurentij, Chrisogoni, Ioānis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum, quorum meritis, precibusq; concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dñm nrm. Amen. Dr: Communicantes, quia vt hoc sacrificium sit acceptum, non alibi hoc offerunt & sacerdotes, & ecclesia cum ijs, nisi in communione, & societate sanctorum, de quo Apost. Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamētum Apostolorum,

Canonis tertia ps: Cōicantes &c. exponitur.

rum,& Prophetarum,quia extra communionem non est locus offerendi verum sacrificium,vel vota soluẽdi, nec extra communionem sanctorũ: vt d. Alcui.c.de cel Missæ. Odo in expos.sacri canonis. Steph.Eduen.de sacr.alt. c.13.vnde quia extra communionem ecclesiæ nõ est locus offerendi sacrificium vnitatis, ideo in sacrificio memoriæ sanctorum communicamus,vt in communione sanctorum sacrificiũ offeramus,& quia ꝙ illi percipiunt in rei veritate nos frequentamus in sacramentali specie: vt d.Inno.lib.1.c.9. Sequitur: Et memoriam venerantes. Vetus enim est mos in Missæ sacrificio,sanctorum commemorationẽ celebrare:vt patet ex Dion.de eccl.hier. c.3.& Clem.li.8.Const.c.13.d.Memoremus Martires Sãctos, vt mereamur certaminis eorũ participes fieri. Cip. lib.3.ep.6.deniq; & dies eorum quib. excedunt annotare, vt commemorationes eorum inter memorias Martirum celebrare possimus.Ciril.hieros. cathec.5. postea facimus mentionem etiam eorum,qui ante nos obdormierũt: primum Patriarcharum,Prophetarum, Apostolorũ, Martirũ, vt Deus orationibus illorũ, & deprecationib. suscipiat preces nostras: non vt oremus pro ipsis, sed magis vt ipsi orent pro nobis:vt ait Aug.li.8.ciu.c.27. nec vt ijs sacrificiũ offeratur,sed vni Deo, illi de eorum victorijs gratias agẽtes, & nos ex coronarum ipsorum memoria,eodem inuocato in auxilium, excitantes:vt ibi d.& Ciril.d.loco. & eorum patrocinia implorando, & ideo eorum quoq; fit mentio ante consecrationem,vt eorum precibus,& merito, diuinæ protectionis muniamur auxilio: sed vbi fuerit consecratum .i. vbi aduenerit regnũ, assequemur in patria Sanctorum consortium cũ apostolis &c.in via enim communicamus per fidem, quam & ipsi habuere,in patria per speciem,quam ipsi re tenent, & nos, Deo donante, habebimus, vt eorũ suffragio de via tendamus ad speciem & brauium; & recolitur eorum memoria: sicut Moises orando d. Pro peccante populo intercedens, Memẽto Abraham,Isaac,& Israel seruorum tuorum.Inno.d.lib.3.c.9. Non autem fit mentio cõfessorum, nam ante Beatum Siluestrum, ecclesia non colebat memoriam sanctorum confessorũ, & tempore beati Siluestri canon editus erat:vt d.Inn.d.lib.3.c.10.Vel melius, quia cũ in Missa fiat commemoratio dñicæ passionis,nullorum rectius potuit fieri memoria, quàm Martirum, qui sanguinem pro Christo fundẽdo facti sunt passionis Christi veri imitatores;alias rationes affert ad idẽ Gul. li.4.c.38.Alen.4.p.q.37. de officio Missæ.art.2.§.2. In primis verò fit merito mentio B.Virginis, quia per illam,illi & nos meruimus authorem vitæ suscipere:vt d.Alcuin.c.de celeb.Missæ. vel quia in sanctorum inuocatione beata Virgo primò & super omnes est honoranda: secundò Apostoli: tertiò sancti Martires,& post alij Sancti:vt d. Odo in expos.sacri can. Steph. Ed. de sacr. alt.c.13. & hic mos seruatus cernitur in Liturgijs S.Iacobi,Basilij, & Chris. & in Missa Aegiptiaca, vt latè probat Io.Steph.Dur.lib.2.de ritib.c.35. & ẽt merito proponitur B.Virgo,quia ipsa eum genuit, qui offerendus est,& verè est hostia; nominantur etiam duodecim Apostoli, & duodecim Martires,quia ij omnes huius sacrificij testes fuerunt,& passionem Christi verbis,& sanguinis effusione probarunt: vt d.Dur.lib.4.c.38.Non autẽ fit mentio Patrum veteris testamenti, quia licet spiritualiter, non tamen sacramentaliter hoc sacramentum perceperũt. Tim.tr.4.quæst.74.

Canonis quarta pars Hanc igitũ oblationẽ exponitũ, & declaratur.

Quarta sequitur pars sacri canonis: Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Dñe, vt placatus accipias, diesq́; nostros in tua pace disponas, atq; ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorum, iubeas grege numerari, per Christum Dñm nostrum: In qua sacerdos supplicat Deo, vt hanc oblationem placatus accipiat. Dr:Ser

uitutis,

uitutis, duplex enim est seruitus: vna quæ Deo soli debetur: & dr latria, alia quæ creaturis impéditur: & dr dulia, quam distinctionem ponit 7. Sinodus act. 2. 4. 5. Aug. lib. 1. q. in Exod. q. 94. & lib. 20. con: Fau. c. 21. de ciu. lib. 8. c. 27. lib. 10. ca. 1. 3. de Trinit. lib. 1. c. 6. & in Psal. 67. de quo dixi sup. tr. de Christo. ca. de adoratione; & hic accipitur pro latria, cũ sanctissima Eucharistia cultu latriæ sit veneranda: vt diffinitur in Conc. Tr. sess. 13. c. 5. & can. 6. & Missa latria mistica dr à Clem. lib. 8. Const. c. 15. vbi Turria. vel dr seruitutis nostræ, eum repræsentando qui se seruũ fecit, eius formam suscipiẽs. Dr: Familiæ tuæ. i. assistẽtium: vt d. Odo in expos. can. vel cleri & populi, imo & totius ecclesiæ: vt d. Steph. Eduẽ. d. c. 13. orando Deum, vt hanc oblationem, quã illi soli debita seruitute defert ecclesia, placat⁹ accipiat. Sequit: Diesq; nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorũ iubeas grege numerari: quæ verba addita sunt sacro canoni à S. Gregorio: teste Ioãne Diac. in vita S. Greg. lib. 2. ca. 18. Beda. lib. 2. hist. Angl. c. 1. idem Strabo de reb. eccles. c. 22. per quæ verba, vt ait Amal. lib. 3. de eccl. offi. c. 23. ostenditur nullum, licet perfectus videatur, in præsenti vita posse esse tutum de sua stabilitate, ideo oportet vt Deũ semper deprecetur in pace disponi dies suos in præsenti seculo, & in futuro eripi ab æterna damnatione, & in electorũ grege numerari. Dr: In tua pace, est enim pax mundi, vt quis liberè vtatur voluptatib⁹, quæ pernitiosa est, & pax Dei, vt homines diuinis intenti secretè studeant virtutibus: vt d. Odo loco cit. vel ꝙ triplex est pax, temporis, pectoris, & æternitatis, ideo petit sacerdos, vt de pace temporis: per pacem pectosis, trãseamus ad pacem æternã. Dr: Et in electorum tuorũ iubeas grege numerari, quia licet electorum numerus, quò ad Deum sit certus, postulat tamẽ sacerdos annumerari electis secũdùm præsentem iustitiam, quod sit per gratiam: vt d. hic Biel: vel vt numeretur electis non de nouo, sed interueniẽte oratione, vt medio ad beatitudinem consequendam: vt dicit Biel. lect. 33.

Quinta sequitur pars sacri canonis: Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, benedictã, adscriptã, ratam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris: vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi Dñi nostri Iesu Christi: In qua sacerdos petit consecrationis effectum, & est formula antiquissima, cuius meminit Amb. lib. 4. de sacr. c. 5. Dr: Benedictam, vt benedicta materia fiat corpus & sanguis dñi nostri Iesu Christi, ideo d. Benedictã, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris eam consecrãdo: vel benedictam, vt per ipsam cõsequamur benedictionẽ: adscriptã, per quã mereamur adscribi numero Sanctorum: ratam per quam in visceribus Christi cẽseamur: rationabilẽ, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilemq; facere dignetur, quatenus nos per hoc ꝙ i nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus: vt hr in ca. verum. de cons. d. 2. Vel Deus oratur, vt oblationem suis altaribus impositã, & tot precibus cõmendatam, ipse per virtutem Sp. S. ita perfectam Eucharistiã accipiat, vt in omnibus sit benedicta, adscripta. i. in numerum sibi placitorum recepta: rata. i. immobili firmitate recepta: rationabilis, vt licet de terræ frugibus sit recepta, benedictionis potentia fiat corpus & sanguis filij Dei: vt d. Alcui. c. de cel. Missæ. Vel benedictam, vt gloriosa fiat, benedicta immortalitate: vt immortalis fiat: benedicta incorruptione, vt incorrupta fiat: benedicta diuinitate, vt Deus fiat: ascripta, vt fiat substantia incorrupta, scripto. i. verbo adiuncta: rata, non mutabilis, vel corruptibilis, sed fixa incorruptione: rationabilis, quia cum sanguis taurorum nõ sufficiat: rationabile est vt hominem verum pro hominibus offeramus, & vt rationabiliter offeratur cupientes

Quinta ps canonis, quã oblationẽ &c. Vnde sumpta, & qd significet, & quo exponatur.

pientes per eam mundati, vel pro rationabili, & honesta causa: acceptabilis, quia Deus est, ideo non potest displicere, & quia acceptatur pro Sanctis, non pro impijs: vt d. Odo in expos. sacri canonis. Vel ascripta.i.numero sibi placitorũ numeretur recepta: rata.i. immobili firmitate perpetua, & virtute eiusdem Sp.S. rationabilis, & ob id semper Deo grata: vt d. Florus in expos. Missæ. Vel benedicta, idest, benedictione mistica fiat corpus Christi: ascriptam, i. non finitam: vt sicut ante consecrationem hæc oblatio est finita, & circunscripta; sic postea fiat infinita, & incircunscripta; Christus enim in sacramento Eucharistiæ est incircunscriptus: vt dicit hic Ioan. Steph. Dur quia ibi est inuisibiliter, & spirituali modo: vt dixi sup. de Euch. c.6. in fi. Sacerdos verò hæc verba proferens quinq; cruces facit, tres super oblata, duas super hostiam & calicem simul, super oblata ter signat, dum d. Benedictã, semel, dum d. Ascriptam, iterum, dum d. Ratam tertiò: super vtrunq; semel, dũ d. Vt nobis corpus, iterum, dum d. Et sanguis fiat dilectissimi filij tui Dñi nostri Iesu Christi. Fit verò duplex signum super panẽ & vinũ, quia Christus pro duobus populis est crucifixus: vt d. Amal. lib.3. c.24.

Crucesq; que cur fiant super oblata, & spãliter super vtrunque, & qd significẽt.

Vel crux fit super oblata, & super vtrunque, ad designãdum emptionem, & venditionem Iudæ, & Iudæorum, dicendo, fiat corpus & sanguis, ac si diceretur, illa venditio fuit maledicta, iniqua, irrita, detestabilis: at tu Deus hanc oblationem benedictam, ascriptam, facere digneris: ratam, vt sit ratũ nostræ salutis promissum: acceptabilem: Iudas enim reddidit mala pro bonis, sed tu Deus fac illam acceptabilem, per quam nos tibi reddas acceptos. Tres verò cruces fiunt communiter super oblata, quia Christus tria egit circa panem & vinum: Accepit, benedixit, & dedit; præterea facit vnam sacerdos crucem specialiter super panẽ, quia dixit: Accipite, hoc est corpus meum: alteram specialiter super calicem, d. Hic est calix; Vel tres super cõmuniter oblata, quia Iudas vendidit Christum ad crucifigẽdum, Sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, ad notandum verò discretè venditorem, & venditum, facit duas cruces. Rationabilem etiam dr.i. fiat talis, vt conueniat diuinæ rationi. Innoc. lib.3. c.vlt. Et q̃ signum crucis super panem & calicem in altaris sacrificio fiat, probat ex Aug. in lib. ex dictis Basilij de Sp.S. c.27. & ser.191. de temp. d. Hoc signo crucis cõsecratur corpus dñicum, sanctificatur fons baptismatis, initiantur etiam presbiteri, & cæteri gradus. & ser.3. de Annunt. 19. de Sanctis. Huius crucis misterio rudes cathechizãtur: & infra, & vniuersaliter omnia sacramenta ecclesiastica in huius virtute perficiuntur: idem tr.118. in fi. in cap. 10. Ioan. & Chrif. homil.55. in Matth. vt dicit hic Duran.

Sequitur: Qui pridie, quàm pateretur, accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem suũ omnipotentem, tibi gratias agens, bene✠dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & manducate ex hoc oẽs: Hoc est enim corpus meũ: Ideo autem se reliquit sub hoc sacramento dñs noster, quia sapiẽtia Dei volens ostendere, q̃ est cibus animarum, carnem assumptam proposuit in eduliũ, vt per cibum humanitatis, inuitaret ad gustum diuinitatis, totum tñ se Christus nobis exhibet: vt sicut diuinitate nos reficit, quam spiritualiter gustamus corde, ita nos humanitate reficiat, quam corporaliter comedimus: vt ita de visibilibus ad inuisibilia: de corporalibus ad æterna: de humanis ad diuina nos trãsferat; Vnde d. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, ostendens cibum diuinitatis: & panis quem ego dabo, caro est pro mundi vita, ecce cibũm humanitatis: vt sicut per gustum homo vitam amisit: sic per eum illam acquirat, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Vt ergo suam erga nos charitatem

Christus quare se reliquit in sacro.

tem ostenderet, & nostram erga eum accenderet, qui se nobis dedit in pretium, ipse se nobis tribuit in cibum, vt mortem nostram sua morte destrueret, & nostram vitã sua vita nutriret. Et quia promisit se mansurum nobiscum, vsque ad consummationem seculi: voluit manere cum Apostolis, & sequacibus eorum. i. catholicis, non solum per inhabitantem gratiã, nec tantum per diuinam essentiã, sed in propria persona, vt per hoc ꝙ ipse accepit de nostro, & ipsi de suo, tam indissolubili nexu vniamur: vt ꝙ est vnum cum Patre per ineffabilem vnitaté essentiæ, fiat vnum nobiscum per admirabilem vnionem: vt d. Inn. lib. 4. c. 44. Et vt etiã memoriale nobis relinqueret suæ passionis, d. Hoc facite in meã commemorationem: vt si peregrè proficiscens aliquod pignus ei quem diligit derelinquat, & hic est sẽsus huius sacræ institutionis Eucharistiæ, alias cõuenientias, & rationes motiuas ad idem assignaui supra de Eucharistia, cap. 1. quarta propositione. Et quia hoc sacramentum est memoriale dñicæ passionis: vt dixi d. c. 1. quarta prop. Ideo Alexander I. miscuit in precatione sacerdotum in Missa passionem domini, d Qui pridie, quàm pateretur, teste Damaso in Pontif. idem Strabo. de reb. eccl. c. 22. Microl. de eccl. obser. c. 12. & hr in c. in sacramentorum. de conf. d. 2. Alcui. tamen. ca. de cel. Missæ. opinatur Apostolos post passioné domini vsos esse verbis, Qui pridie, quã pateretur, vsque ad verba, in mei memoriam facietis. Dr verò: Qui pridie, quàm pateretur, i. vna die ante eius passionem accepit panem .i. voluit tradere discipulis suis corporis, & sanguinis sui misterium, vt ipsi postea traderent nobis, quia decimoquinto primi mensis .s. Martij, die sexta passus est Christus, & nocte præcedente, die decimoquarto Lunæ primi mensis post tipicum Pascha agni Paschalis Ex. 12. Instituit sacramẽtum corporis, & sanguinis sui, & ecclesiæ tradidit frequentandum. Inn. li. 4. c. 43. Gul. lib. 4. c. 41.

Dñicæ passionis memoria miscetur in Missa, vnde & quare.

Verba, Qui pridie &c. quõ exponantur.

Dr: Accepit panem, quia panis est materia huius sacramenti: vt dixi latè de Eucharistia. c. 2. Dr: In sanctas, ac venerabiles manus suas, i. inculpabiles, immaculatas, & immortales manus suas, vt habetur in Liturgia S. Iacobi, vel puras ab omni labe: vt ait Clem. lib. 8. Const. c. 12. quæ & Cant. 5. tornatiles dicuntur, quia perfectæ, & ad omne bonũ opus paratæ: vt sic ministri altaris moneãtur, quales debeant esse eorum manus. i. operationes, ex iustitia, operatione, ac merito vitæ, & ne manibus prophanis, vel sanguine plenis hunc panem consecrare præsumant. Dr: Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem: cuius formulæ fit mentio in Liturgia S. Iacobi. In cœlum suspiciens, & in Liturgia S. Marci, Suspiciens in cœlũ ad te Patrem; & idem hr apud Clem. lib. 8. Const. ca. 12. quam formulam Apostoli à Christo accepere, & ecclesia ex apostolorum traditione eandé seruat, vt & verba, æterni testamenti, & verba misterium fidei, quæ ab Apostolis non tanguntur: vt d. Alen. 4. p. mem bro 3. ar. 3. licet alijs de eleuatione oculorum ipsius ad cœlum mentio habeatur. Io. 11. 17. vt sic orantes doceãtur à terrenis ad cœlestia mentem eleuare debere: vt d. Orig. in Euan. Ioan. tomo 28. Chris. hom. 78. in Ioã. & hic etiam sacerdos eleuat oculos, vt eleuatione oculorũ in cœlum inde petat auxiliũ vnde oẽ bonũ deuenit, vel Christus oculos eleuat, vt demonstret magnitudinẽ huius sacramẽti super omnia alia sacramenta. Tim. tract. 4. q. 87. Sequitur: Tibi gratias agens: ꝙ fecit Christus pro reparatione futura, & vt spontè demonstraret se ad passionem pergere, & vt Deo à nobis ꝓ tanto misterio summæ gratiæ agerentur, & vt doceremur oĩa quæ patimur cum gratiarum actione feramus, & in oĩbus Deo gratias agamus: vt ait Chris. homil. 83. in c. 25. Matth. Cum memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum actio sit optima eorum custos: vt idẽ d. hom. 16. in Matt. Idem habet Cipr. serm.

Verba, in sãctas, &c. quõ exponatur.

Eleuatio oculorum Christi vn de sũpta, & quid significet.

Christus cur gratias egit.

serm. de cœna Dñi. ad f. Iren. li. 4. c. 34. qui & mentioné faciunt de huiusmodi Christi gratiarum actione.

Sequitur: Benedixit, fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & mãducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meũ: Quæ verba sacerdos proferens facit vnam crucẽ, & aliam infra in consecratione calicis, ad significandum vel redemptioné duplicis populi, vel hominis qui duplici constat natura corpore, & anima: vt d. D. Tho. opusc. 6. Tim. q. 90. 91. Sequitur: Benedixit, fregit, deditq; discipulis suis, d. Accipite, & mãducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meũ. In quo Dominus noster tria egit; primò enim accepit pané, vt materiam Eucharistiæ transubstantiandam in eius sacratissimum corpus, benedixit, & communis sententia est, q vsus sit verbis, consecrando, quibus nunc vtimur. Hoc est corpus meum: vt d. Alen. 4. p. q. 33. mébro 2. D. Th. 3. p. q. 78. art. 1. ad primũ. Biel. in cañ. Missæ. lect. 36. & latè probaui sup. tr. de Eucharistia. c. 6. Secundò, fregit, vt illũ discipulis suis distribueret; tertiò dedit discipulis & Iudæ: vt dixi d. tr. c. 10. d. Accipite &c. Hoc est corpus meum; sic tñ vt prius protulerit hęc verba: Accipite &c. Hoc est corpus meum, cum illis consecrarit, ante quã sanctissimã Eucharistiã discipulis dederit, quam statim post hæc verba eis dedit, de qua forma latè dixi d. c. 6. & eã luculẽter hic explicat Io. Steph. Dur. lib. 2. de ritib. cap. 38. ad fi. & 39.

Cruces duę vt fiãt in cõsecratione.

Consecratio, quib⁹ verbis, & ritu fiat, & qb⁹ Chrs consecrarit, & quo ritu.

Peracta cõsecratione sacratissimi corporis Dñi, sacerdos sacratissimam hostiam eleuat in altum genuflectendo, de qua eleuatione prædictum fuerat. Ps. 71. Et erit firmamentum in terra in summis mõtiũ, vel vt habet hebraica editio, erit pugillus, vel particula frumenti in terra in capite mõtium: vel vt ait Rabi Ionathas in libro Collect. Placenta panis fiet sacrificium in capitibus sacerdotũ, qui sunt in ecclesia: vt d. Galat. lib. 10. c. 4. & dixi de Eucharistia. c. 1. quia habet speciem panis, licet sit verè corpus Christi, & hic mos eleuandi in altum sanctissimã Eucharistiam, & populo ostendendi est antiquissimus: vt testatur Dion. libr. de eccl. hier. c. 3. & Bas. de Spiritu S. c. 27. Idq; rationabiliter: primò, vt à populo adoretur, & petat q sibi proficiat ad salutem: vt dr Io. 12. Ego si exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipsum, vel ad significandũ eius dignitatem super omnes alias hostias, vel eius resurrectionem, vel eius extensionem, & eleuationem in ara crucis. Tim. q. 97. S. Germ. in Theoria rerum eccl. Et in eleuatione pulsatur campanula, quia & in eius figuram in veteri testamento tempore sacrificij leuitæ clangebant tubis argenteis, vt earum monitu populus foret ad orandũ paratus. Tim. ibi. quæst. 98.

Eleuatio hostiæ, & calicis cur fiat, & q d significet.

Sequitur consecratio calicis in hęc verba: Simili modo postquam cœnatũ est: Accipiens, & hunc præclarum calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas; item tibi gratias agens, bene✠dixit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes: Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamẽti, misterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ: De qua forma latè dixi supra d. tr. de Euchar. c. 6. tertia propos. videlicet vt calix intelligatur pro sanguine in eo contento, sumendo continens pro contento. Dr: Noui & æterni testamẽti, quia passio Christi, quam hic cõmemoramus nobis cõtulit viam ad beatitudinem, ob id dr noui, & æterni testamenti, noui quia aperuit nouam legem: æterni, quia ad æternitatem beatitudinis aditum reserauit. Dr: Misterium fidei, q a fides hic credit, quod sensibus est occultum, quia sensibus patet tm̃ panis, & vinum, & tñ fides credit ibi esse corpus, & sanguinẽ: vt inquit Odo in expos. sacri canonis. Steph. Edu. de sacr. alt. c. 16. Florus magr in expos. Missæ. Dr: Qui pro vobis, & pro multis, &c. quia licet sanguis Christi sufficiẽs fuerit ad redimendum totum mundum: vt Iquit Leo. ep. 83. ad Palæstinos Monachos,

Consecratio calicis, quib⁹ verbis, ac ritu fiat, cũ ei⁹ expositione.

nachos, sed nõ omnibus efficax est, iis scilicet qui ponunt obicẽ gratiæ Dei, quã nobis passio Christi promeruit, vel quia sacramenta nõ suscipiunt re, nec voto, in quibus continet sanguis Christi: vt dixi sup. de sacram. in gen.

Missa est cõmemoratio passionis Xpi

Sequitur: Hæc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis: Quæ verba proferens sacerdos calicem in altum eleuat, vt supra; intelligitur verò feceritis .i. sacrificaueritis, vt dixi supra de Euch. c. 1. Exod. 29. Leuit. 23. Num. 6. Dr̃: In mei memoriã facietis, quia Missa est non iteratio, sed commemoratio passionis Christi: vt dixi sup. tr. prædicto. cap. 1. & probatur in Conc. Tolet. 1. can. 5. in c. cũ iteratur. de cons. d. 2. in Conc. Arausican. apud Bruc. lib. 1. c. 105. Idem probat Chris. ad Eph. c. 1. hom. 3. Cipr. lib. 1. ep. 2. lib. 4. ep. 9. & alij multi quos citat hic Ioã. Steph. Dur. lib. 2. c. 41. & ibi ego citaui alios quoque ad hoc. & intelligitur: Hoc facite &c. in hoc facto sitis memores mei, & eorum quæ pro vobis passum sum: vt d. Ans. in c. 11. 1. ad Corint. & hæc memoria summis laudib[us] extollitur, in Conc. Vien. in Clem. 1. de Reliquijs, & vener. sanct.

Oblatio sanctiss. sacrificij, q[ui]bus verbis ac ritu fiát cũ eius expositione.

Sexta sequitur pars sacri canonis in hæc verba conscripta: Vnde & memores Dñe nos serui tui, sed & plebs tua sancta, eiusdem Christi filij tui Dñi nostri, tam beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus p̃clare maiestati tuæ de tuis donis, ac datis, Ho✠stiam puram, ho✠stiam sanctam, ho✠stiam immaculatam, panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & calicẽ ✠ salutis perpetuæ: In qua, peracta consecratione, fit oblatio huius sacrificij, & in ea consistit vis sacrificij. Vnde excusat sacerdos suam præsumptionem nomine populi, cleri, & sui, sed memor misteriorum humanitatis Christi, audet diuinæ maiestati offerre quæ de suis donis, ac datis accepit. Vnde quia hoc sacrificium fit in Christi memoriam, ideo ecclesia commemorat Christi passionem, resurrectio nem, & ascensionẽ: passio excitat charitatem: resurrectio corroborat fidẽ: ascensio lætificat spem: vt d. Innoc. lib. 5. mist. c. 1. Et de hac memoria passionis, resurrectionis Christi, meminit Clem. lib. 8. Const. c. 12. & hr̃ in Liturgia Basilij, vbi fit etiam mentio ascensionis in cœlum. & idem habet Alex. I. ep. 1. ad ortodoxos. c. in sacramẽtorum. de cons. d. 1. idem habet Ambr. lib. 4. de sacr. c. 6. Alcuin. de diu. offi c. de cele. Missæ; Vnde & hæc d. sacerdos manibus expansis, significando extensionem Christi in cruce, cuius memoria hic commemoratur, vt eius meritis nobis donetur, q[uod] nostris cõsequi non valemus. Dr̃: De tuis donis, ac datis, dona .n. sunt in cœlo, data in terra q̃ sumimus de altari, dona apud Deũ in Christo, data super altare in sacso, dona in cœlo nuda, & aperta: data in altari tecta sensibilibus, & occulta, hic tñ, & ibi eadem vera: vt d. Odo in expos. sacri can. Vel de tuis donis offerunt tam sacerdotes, quàm plebs fidelis, nõ de suo, sed de tuis donis, ac datis: offerimus enim illa q̃ de eius manu accepimus, misterium .s. dominici corporis, & sanguinis: vt d. Florus in expos. Missæ. Tum sequitur: Hostiam puram &c. quæ proferendo sacerdos, facit quinq; cruces, non vt consecret, quod iam est consecratum, sed vt historiam Christi passionis recolat, cõmemorãdo quinq; eius vulnera, duo in manibus, duo in pedibus, & vnũ in latere: vt d. Florus loco cit. Vel quinq; acerbitates illius passionis: vt d. Innoc. loco cit. Dr̃ verò hostia pura, quia licet sit vera caro & sanguis, tñ incorrupta est, & modo spirituali sumitur, & quia antiquæ hostiæ erant carnales, hæc cœlestis panis: & etiam dr̃ pura, quia purificat, sancta quia sanctificat, immaculata, vt nata secundùm humanitatem sine macula temporaliter ex Virgine; panis dr̃, quia habet speciem panis, & sumitur in cibum spiritualẽ ducentem in vitam æternam, cuius is est etiam pignus: vt in Conc. Tr. sess. 13. c. 1. Dr̃ etiam: Calix vitæ æternæ,

quia

quia est refectio hominū: vt dicit ibi Tim.quæst.149.vsque ad 153.

Septima pars sacri canonis cū eius expositione.

Septima sequitur pars sacri canonis his verbis concepta: Supra quæ ꝓpitio, ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium immaculatā hostiā: In qua sacerdos prosequēs oblationē huius sacrificij, petit vt Deus super illud ꝓpitio vultu respicere dignetur, & id acceptū habere, quæ verba intelligunt propitio vultu respicere digneris, non ꝙ hoc sacrificium, non sit illi semper acceptū, vt re vera est, sed ex parte nostri, vt Deus nobis sit propitius per hoc sacrificium: vt d.Gul.lib. 4.c.43. Et sereno vultu tuo, quatenus Deus nobis per hoc sacrificium misereatur, cum serenare vultum in Deo, nil aliud sit q̄ misericordiā præstare. Psal.66. Tim.q.156. idest, vt panis ille sanctus, & calix Saluatoris nos simul cum Christo coniungat. Vel vt hoc sacrificium dignè, & cum ecclesiæ vtilitate offeratur. Vel quòd nō intelligitur hæc oratio fieri pro Christo, quatenus offertur in seipso, sed quatenus offertur ī suo corpore, ꝙ est ecclesia, in quo corpore Christi mistico sunt etiā peccatores, & ideo propitius petitur vultus Dei, vt peccata, & peccatores expientur, & hæc verba: Supra, quæ propitio &c. antiquissima sunt, inueniuntur enim in Liturgia S. Clementis, vt ipse d.lib.8. Const.c.12. & S.Basilij. Ideo aūt fit mentio trium Patrum veteris legis, quia per Abel offerentem de primogenitis gregis exprimitur Christus, qui malitiosè occisus est à populo Iudæorum: per sacrificiū Abrahæ filium offerentis Christi passio significatur, cui Deus nō pepercit: vt d.Apost.Rom.8. Oblatio verò Melchisedech propriè significat sacrificium Christi, vt supra.Tim.q.157. Dr: Sanctum sacrificium, immaculatā hostiam, quia iam habet vim sacrificij ob consecrationem, & oblationem: & hæc particula addita fuit à Leone I. teste Damaso in Pontif.c.45. Sigebert. ad annum 442. & idem dicit Strabo. de reb.eccles.cap.22.

Octaua pars sacri canonis, ꝙ sit cū eius expositione.

Octaua sequitur pars sacri canonis, in hæc verba concepta: Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quotquot ex altaris participatione, sacrosanctū filij tui, cor ✠ pus, & san ✠ guinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Per eundem Christum Dn̄m nostrū. Amen. In qua sacerdos petit fructū huius sacrificij, & sacramenti, modo infra explicādo, ꝙ facit se inclinans, ad significandum interiorem humilitatem, qua supplicans debet animo vestiri: Vel ad denotandum orationem quam Christus fecit qn̄ progressus pusillum in faciem suam cecidit, dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, & secūdò, & tertiò fecit eundem sermonem; & sacerdos quoq; osculatur altare in signum osculi proditoris, & facit quoque duas cruces, & tertiam se benedicendo, ob orationes prædictas: vt d. Innoc.lib.4.c.5. Vel duæ prædictæ cruces significant vincula, quibus est ligatus, & flagella quibus est flagellatus: & tertia qua se signat, alapas ei datas, vel ista tertia significat fructum passionis, qui est deriuatio omnis benedictionis, & gratiæ à Christo in redemptos, d Supplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui &c. Vbi notandum, ꝙ hic sacerdos profundè orans, & offerēs sacrificium: suppliciter Deū orat, vt velit hæc dona perferri.s.non corpus, & sanguinem Christi, quia ibi est semper, sed vt per virtutem huius sacri, qui Christus est, iubeat vota fidelium, & orationes perferri per manus sancti Angeli sui .i.per ministeriū Angelorum, vel per virtutem Christi, qui est magni consilij Angelus. Is.9. in sublime altare.i.ante sanctissimā Trinitatem,

nitatem, de qua dr̃, non ascendes ad altare meum per gradus, & ecclesia triũphãs dicitur altare superius: ecclesia uero militans, & mensa templi est altare inferius, altare interius est cor mundum, de quo præcipitur Ex. 20. ignis in altari meo ardebit semper, & fides incarnationis, altare exterius est ara crucis, & ecclesię sacramenta. Non dicitur autem Angelus orationes nostras deferre, quasi tunc Deus nouerit quid velimus, qui omnia nouit antequam fiant, sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad ęternitatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid facere debeat, vt ꝙ iubente Deo implendum esse cognouerit, hoc nobis Deus per Angelos, vel euidenter, vel latẽter reuelet, vt inquit d. lib. 4. c. 6. Turr. Cr. in c. vtrum. de consec. d. 2. Vel verba, iube hæc ꝑferri, &c. idest ministrari per Angelos ante Deũ, sicut oramus vt Angeli orationes nostras ad Deum perferant, vt eorum ministerio commendẽtur, & Deo sint gratæ; vel clarius, his verbis petimus, non vt Angeli perferant in cęlos ad patrem corpus & sanguinem Domini, sed fidẽ, memoriam passionis Christi, gratiarũ actionem, vota offerentis, & fidelium: vt enim Angeli cũ preces nostras Deo offerunt, non orantium verba, sed eorũ desideria ac merita exhibẽt, ita & cum nostra sacrificia Deo perferũt, piam offerentis religionem & inuocationẽ exhibent, non ꝙ illa ei ante nõ sint nota, sed vt innotescant apud Deum per tolerantiam nostram, nõ apud homines per iactantiam: vt d. Aug. epist. 121. cap. 9. vel vt innotescat angelis qui sunt apud Deum, quid nos agere oporteat, ꝙ ipsi tum nobis latenter, vel aperte reuelẽt; vel vt ipsi precum nostrarum imbecillitatem, sua precatione coadiuuẽt, qui pro humano genere maxime tempore sacrificij Deum exorant: vt d. Chrisost. hom. in encœnijs. & Gregor. lib. 4. dial. cap. 58. Amb. in c. 1. Lucæ. & supra c. 1. exposui. Manus vero Angelorum, sunt angelicæ intelligentiæ viuacitas, qui orationum nostrarum similitudines in mentes suas transformãt, & illustrãt, & suas orationes nostræ imbecillitati adiungunt. Et hæc particula missæ est antiquissima, vt habetur ĩ canone Gręco Missæ B. Petri, & de ea meminit Ambr. lib. 4. de sacr. cap. vlt. d. Et petimus & precamur, vt hãc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus angelorum tuorum, &c. & habetur in c. vtrũ. de consec. dist. 2.

Nona sequitur pars sacri canonis in hæc verba conscripta (Memento etiã Domine famulorum famularumq; tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis N. N. Ipsis domine & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgi iubeas, deprecamur Per eundem Christum dñm nostrum. Amen.) In qua sacerdos precatur patrẽ omnipotentem, vt memor sit etiã mortuorum, quia licet participes non sint sacramenti, possunt tamen esse participes sacrificij: ideo sancta ecclesia orat pro ipsis, & eos sacræ oblationis intercessione Deo commendat, certissime credens, ꝙ sanguis ille non solum ad salutem viuentium, sed etiam ad absolutionem valeat defunctorum, qui cum signo fidei præcedunt ad dominum, nõ ꝙ ibi sit fides & spes, vbi est species & res: in patria enim sola charitas manet: sed hic accipitur signum fidei Christiana charitas, vel contritio & deuotio quam ostenderunt morientes. Et quòd mos antiquus ecclesię fuerit, vt in missæ sacro orationes fierẽt pro defunctis; patet ex Liturgijs S. Iacobi, sancti Marci, sancti Basilij, & sancti Chrisostomi: & id ab Apostolis sancitum esse, testatur Chris. homil. 3. in epist. ad Philip. & hom. 69 ad populum; & Damasc. serm. quòd qui in fide migrarunt, &c. Idem statuitur in Concil. Arelat. 2. can. 12. Cartaginen. 4. can. 79. Vasen. 1. can. 2. Vasen. 2. c. 4. Cabilonen. 2. can. 39. c. visum. de consecrat. dist. 1. d. visum præterea nobis est, vt in omnibus Missarũ solemnitatibus pro defunctorum spiritibus, loco competenti Dominus depre cetur. & in Concil. Flor. Idem sentiunt san-

Cõmemoratio mortuorum in Missa, vnde originẽ habuerit, cur fiat, & quo, cum eius expositione.

sancti Patres. Clem. lib. 6. const. cap. 30. proque fratribus nostris, qui in domino mortui sunt, & Eucharistiã Deo acceptam, & antitypam, id est sacramentum regalis corporis Christi, offerre in ecclesijs & cemiterijs vestris. Dion. de eccl. hier. ca. 7. de prece super defunctis faciẽda, ex diuinis ducibus, hoc est apostolis, traditio peruenit ad nos. Tert. de corona militis. oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus. Ath. serm. de morien. oleum enim & cera holocaustum est, incruentæ autem hostiæ oblatio, propitiatio est. Ambr. orat. funebri, de obitu Satyri. Tibi nũc Deus innoxiam commendo animam, tibi hostiam offero, cape propitius & serenus fraternum munus sacrificium sacerdotis. Chris. hom. 21. in acta Apost. non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra preces, non frustra eleemosinæ, hæc omnia spiritus disposuit, vt nos mutuo iuuemus. & homil. 41. in primã ad Cor. non est temere hoc excogitatum, nec frustra memoriã mortuorum inter sacra misteria celebramus, aut accedimus, pro istis agnum illum iacentem, & peccata mundi tollẽtem deprecantes, sed vt his consolatio hinc aliqua fiat, nec temere qui altari assistit, inter horrẽda misteria clamat pro omnibus in Christo dormiẽtibus; & hom. 3. in epist. ad Philip. non frustra ab apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum misteriorum, memoria fiat eorum qui hinc decesserunt, nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. August. in Ench. c. 110. neque negandum est defunctorũ animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur: & alii permulti quos hic refert Io. Steph. Dur. lib. 2. cap. 43. & de his agam in tr. de suffragijs defunctorum. Et nedum cõmuniter pro defunctis sacrificium offertur, sed & aliquos specialiter Deo commendari mos fuit, vt à pœnis Purgatorij soluerẽtur. vt patet ex Amb loco cit. vbi speciatim pro Satiro deprecatur. & August. lib. 9. confess. maxime ad fi. Et etiam præter commemorationem defunctorum in missis ex apostolico instituto faciendam, sepe celebrãtur & peculiares missæ pro defunctis; vt patet ex Aug. loco citato, & Greg. lib. 2. Dial. c. 23. & lib. 4. c. 55. de quibus latius dicetur loco cit. vbi congruentius hæc materia cadit. Dicitur ergo, Memento domine famulorum famularumq; tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, id est fide muniti hic in via, & in charitate hinc recedentes, & dormiunt, &c. qui enim in charitate recessere, dormire dicuntur, quia gloriosi sunt resurrecturi, sicut dormiẽtes surgunt, Innoc. ibi. c. 7. & hic recitãtur nomina eorum qui Deo in hoc sacrificio commendantur, subijciendo: Ipsis domine, & omnibus in Christo quiescẽtibus locum refrigerij, lucis, ac pacis, vt indulgeas deprecamur &c. supplicite Deum exorãdo, vt à pœnis Purgatorij animas solutas ad supernã Hierusalem, vbi est summa beatitudo, lux ac pax, perducere vel transferre dignetur; Per Christum Dominum nostrũ; rationibus supra deductis.

Decima & vltima sequitur pars sacri canonis, his verbis concepta (Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationũ tuarum sperãtibus partem aliquam, & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martiribus, cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia, & omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortium nõ æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum dominum nostrum. per quem hæc omnia domine semper bona creas; san ✠ ctificas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, & præstas nobis: Per ip ✠ sum, & cum ip ✠ so, & in ip ✠ so, est tibi Deo patri ✠ omnipotenti, in vnitate Sp. ✠ sancti, omnis honor & gloria; In qua sacerdos, commendatis spiritibus defunctorum per oblationem pietatis, vt in beatis sedibus electorum locum refrigerij, lucis & pacis, obtinere mereantur, oratur Deus omnipotens, Decima pars sacri canonis, Nobis quoque peccatoribus, explicat.

tens, vt seipsum sacerdotē ac populum viuentes per virtutem venerabilis huius sacramenti, ad eandem beatitudinē perducere dignetur: vt d. Flotus in expos. missæ. In quo tria petuntur, primò nobis viuis gratiæ collatio: secūdò gloriæ societas cum sanctis: tertiò inuocatur mediator per quem hęc exequi postulamus. Dicitur vero: Nobis quoque peccatoribus, quia licet omni tempore nos peccatores fateri debeamus: tūc id maxime est peragendum ex corde, cum illo sacro misterio celebretur remissionis gratia, & indulgentia peccatorum: vt d. Inn. lib. 5. mist. c. 8. & hic specialiter sacerdos pręsertim orat pro se, cum debeat sicut pro alijs, sic & pro seipso offerre, quia est circundatus infirmitate. Heb. 5. & ideo etiā percutit pectus, significans cōtritionem latronis in cruce, & extollit vocem, vt ex gemitu cordis in silentio procedat gemēs oris confessio: vt d. Steph. Eduen. de sacr. alt. cap. 17. Vel vox elata in sacrificio pęnitentium designat clamorem esse magnum in corde pœnitentis: vt dicit Amalar. lib. 3. cap. 26. maxime vbi à mole malæ consuetudinis præmitur, ad quam auferēdam magnus exigitur clamor: vt dicit August. tract. 66. in Ioan. Vel vox elata, significat Centurionem, qui uisa morte Christi voce aperta, dixit: Hic vere filius Dei erat: Dicitur, partem, quia licet Deus sit omnibus pręmium, tamen secundum differentiam meritorum, alij minus, alij magis diuina visione fruuntur. Innoc. d. cap. 8. de quo late dixi Tomo 1. sub tract. de Deo. capit. de cognitione Dei. Dicitur cum sanctis, vt sicut illis communicamus in fide, quam ipsi hic habuere, sic cum ipsis in æterna beatitudine sociari mereamur: vt dicit Flotus, loco citato. Et hic etiā recensentur sancti, quia sicut ante consecrationem sunt inuocati ad postulandum eorum suffragium, ita hic inuocantur petendo cum ipsis in cęlis consortium. Et inuocatur Ioannes, scilicet Baptista, vel si intelligitur Ioānes Euāgelista, coniungitur cum Stephano ob priuilegium cęlibatus. Dicitur, non æstimator meriti, minus scilicet puniendo, & magis remunerando quam quisque meruit: vt dicit Innoc. d. cap. 8. vel quia qui societati sanctorum per meritum coniungi non valemus, per indulgentiam id consequamur. Alcuinus dicto cap. de celebr. missæ, licet & in redditione mercedis requirantur etiam merita: nullus tamen est ita sanctus qui orare non debeat, vt eum Deus exaudiat, secundum misericordiam suam, non secundum merita virtutis alicuius, quia rara virtus, peccata multa: vt inquit Ambros. serm. 19 in Psalm. 118. & quia tantum præmium excedit omne meritum, vt infra dicetur tract. de statu Beatorum.

Inuocatur denique meritum Christi, de quo quidem merito Christi plura dixi Tomo 1. tract. de Incarnat. sub cap. de meritis Christi, per quem hæc creentur, sanctificentur, &c. quæ sic exponuntur; creas, quia per filium omnia creat Deus. Ioan. 1. creas, condendo naturam, sanctificas consecrando materiam, viuificas transubstantiando creaturam, benedicis accumulando naturam, & præstas nobis. Tim. quæst. 196. Vel Deus per Christum omnia condidit non solum in principio creando, sed etiam creat propagando & reparando, bona, quia omnia creata à Deo erant valde bona, creata & suis conspectibus oblata sanctificat, vt quæ erant simplex creatura, fiant sacra, viuificat vt sint misteria vitæ, benedicitque omni benedictione cœlesti & gratia accumulat nos, præstat nobis per eundem secum sanctificantem, qui nobis de suo corpore & sanguine tam salutarem dedit refectionem per ipsum tanquam verum mediatorem Dei & hominum: vt dicit Alcuinus cap. de celebrat missæ. vel, per quem hæc omnia semper domine bona, scilicet quæ retro dicta sunt; creas vt sint, sanctificas ea tibi deputando; viuificas vt viua sint, benedicis vt vtilia sint nobis, & præstas ad fruendum; vel creas, idest has species panis & vini, semper bona creas initio condendo, & peragendo; sanctificas,

vt quæ erant simplices creatione, fiant sacramentum; viuificas, vt misteria vitæ, conuertendo & transmutando in carnem viuam viuificantem; benedicis, omni benedictione accumulando nos; gratia enim Dei in hoc opere maximè prælucet: vt dicit hic Io. Steph. Durand. & tandem præstat nobis seipsum sub his speciebus latentem: vt habetur in cap. quia corpus. de consecrat. distinct. 2. in edulium, pretium, & præmium, quæ vltima verba dum proferũtur, sacerdos, & alij ob tam præclarum beneficium Deo gratias agere debent: vt dicit Ilar lib. 9. Trinit. Sequitur: per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate Spiritus sancti, omnis honor & gloria; per ipsum intelligitur creatio, quia per eũ pater cuncta creat, cum ipso intelligitur operatio, in ipso conseruatio; quæ verba antiquè in canone dici sunt consueta; teste Ambros. lib. 6. de sacram. cap. 5. vel per ipsum, dicitur, quia Deus pater cum ipso est eiusdem Maiestatis; ideo simul cum Patre, & Spiritu sancto est adorandus; per ipsum, & in ipso, quia nos ad patrem adduxit: vt dicit Basil. de Spiritu sancto, cap. 7. Tum sacerdos facit hæc dicendo, tres cruces, dum dicit sanctificas, ad significandum tres Christi crucifixiones, hora tertia linguis Iudæorum: sexta manibus gentilium: nona cum emisit spiritum; vel triplicem eius orationem in cruce, dum dicit, Pater ignosce illis, secundò Deus meus, tertiò dicit, Pater in manus tuas, &c. quinque vero cruces facit, dicens: Per ipsum, cum sequent. tres primas ob tres cruciatus quos Christus sustinuit, passionis, propassionis, & compassionis; & bis in latere ob aquam & sanguinem quæ inde fluxerunt. Deponit tum sacerdos hostiam & calicem ad significandum Christi sepulturam, cum depositus fuit de cruce: Et hic finit sacer canon Missæ.

De Oratione Dominica.

Tertia pars Missæ incipit ab oratione Dominica, & ea ac alijs orationibus sequentibus præparamur ad cõmunionem: & dicitur Dominica, quia à Christo Domino composita & edocta fuit, quæ & dicitur legitima à Tert. lib. de fuga in persecut. & cælestis ab August. serm. 126. de Tempore. & eam in missæ sacrificio recitandam, Christus Apostolos docuit: vt inquit Hiero. lib. 3. aduers. Pelag. dicens: Sic docuit Christus Apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sacrificio credentes, audeant loqui: Pater noster, qui es in cælis, vnde mos fuit, vt Apostoli eam in Missa recitarent: vt ait Gregor. lib. 7. epist. 63. & in ecclesia post consecrationem & canonem eam recitari, patet ex Amb. libro 5. de sacram. cap. 4. August. serm. 28. de verbis Domini; Et hæc oratio, soluto silentio, dicitur voce alta, quia hæc oratio publica & communis sit: vt dicit Amalar. lib. 3. de ecclesiast. offic. cap. 29. ex Cipr. de oratione Dominica: vel quia Centurio dixit, Verè filius Dei erat iste; Ideo autem in Missa dicitur hæc oratio, quia per orationes homo est præparandus ad percipiẽdum tantum sacramentum; ideo hæc recitatur, quia primatum tenet inter omnes orationes: Primò ob authoritatem conditoris; os enim Domini locutum est: vnde Cipr. de oratione Dominica ait: Qui fecit viuere, docuit & orare, vt dum prece & oratione quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius exaudiamur: Secundò, ob breuitatem sermonis: vt dicit Cipr. loco citato, ipsa est oratio, quã ipse Deus orare docuit, qui suo magisterio omnem precem nostram salutari sermone breuiauit. & Augustinus de verbis Domini, sermone 28. Vides quam breuis oratio, & omnium plena virtutum, quia sic facilius discitur, melius retinetur, frequentius iteratur, minus fastidit orantem, citò exaudiri innuit, plus affectu quam ore orãdum esse demonstrat, & ignorantem incusat;

Oro Dominica, vnde dicat, & à quo instituta.

Oro Dominica alias orationes præcellit, & quare.

vt inquit Alen.p.4.q.37. Tertiò, ob eius perfectioné, quia omnia continet quæ petere debemus: vt inquit Aug. ep.121.ad Probam.c.11. & quia continet vtriusque vitæ necessaria, ita vt omnem commemorationem disciplinæ, & breuiarium totius euangelij cóprehendat: vt inquit Tert.lib.de orat. ca.1. Quartò ob vtilitatem, quia excitatur spes obtinendi quod petimus, si petimus eius oratione, q. dixit: Quicquid petieritis Patré in nomine meo dabit vobis: vt inquit Aug.li.50.hom. 42.homil.& quia leuia, & quotidiana delet peccata. ex Conc.Tolet.4.c.9.& idem testatur Aug. in Ench. ad Laur. c.7. Quintò ob necessitaté, quia omnes Christiani eam scire, & sæpè dicere debent; vnde in Conc.Tolet.4 can. 9. iubetur vt presbiteri, & clerici eam quotidiè recitent. & in Conc.Tolet.c. 2. vt omnes eam discant, & sensu intelligant, quia nulli Christiano eã ignorare licet. & Clem.7.lib.Constit.c.25. monet Christianos eam ter in die recitare. & Aug.serm.1.in Dñica 10. de Christiano nomine tomo 10. d. Simbolum, & orationem Dñicam, & ipsi tenete, & filijs vestris ostendite, nam nescio, qua fronte Christianum se dicat, qui paucos versus in Simbolo, vel oratione Dñica parare dissimulat: & hř in c.vos ante omnia. de cons.d.4. & in fine omnium horarũ deuotissimè recitari debet oratio Dñica.c.id semper. de cons. d.5. & hodie recitari debet etiam in principio horarum cum salutatione Angelica ex Rubr. Breuiarij reformati; non q liberum non sit vti alijs orationibus, id enim licet, sed non licitum tñ alia orare, quàm hac oratione cótineatur: vt d.Aug.ep.121. ad Probam.c.12. rationibus supra deductis, quia omnia quæ iustè peti possunt, cótinet, & quia Christus ea nos & discipulos docuit qũo orare deberemus: vt ait Isid.lib.1.de diu.offi.c.9. vt refert hic Dur.lib.2.cap.4.

Oratio vocalis cur fiat.

Ideo auté vult Deus, & Dñs noster nos orare vocaliter, quia quod facit flatus carboni, sic pronunciatio orationi, pro linguæ obsequio, vt q a lingua peccamus, eadem satisfaciamus; pro obtentione etiã rei petendæ, quia facilius impetratur, quod instãtius postulatur; pro impetratæ rei custodia, quia quod sæpius requiritur, diligentius custoditur, dũmodo orationi vocali iungatur cordis intentio; sic enim iunctæ orationes cordis, & oris Deo gratæ redduntur, quia intentio nos Deo coniungit, vox tristia corda solatur, gratiores mẽtes facit, fastidiosos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta inuitat, vbi psallẽdo id fit: vt inquit Isid.lib.3.de summo bono.c. 7. Oratur verò pro bonis obtinendis, & malis vitandis, temporalibus, & æternis: pro malis præteritis, præsentibus, & futuris; de æternis, Adueniat regnum tuũ, de spiritualibus, Fiat voluntas tua, de tẽporalibus, Panem nostrum; æterna petuntur in præmium, spiritualia in meritum, temporalia in sustentaculum. Cótinet verò septem petitiones oratio Dñica, tres primæ pertinent ad patriam, tres vltimæ ad viam, media ad vtrunq;, & ad has petitiones omnium orationum species referri possunt, siue pro expetẽdis bonis, siue pro peccatis delẽdis, siue pro auertendis malis diuinã opem imploremus; & sic vt temporalia petantur, quatenus sunt nobis necessaria in sustentationem: vt sic æterna etiam consequi valeamus.

Hanc verò Dñicam orationem, luculenter explicãt Tertul.& Niss. libris de oratione. Cipr.de orat.Dñica, maximè serm.6. Ciril.hieros.cathec.5.mistag.Chris.hom.de orat.Dñica.& in c. 6.Mat.Hier.Teophil.Eutim.in Mat.6. Ambr.lib.5.de sacr.c.4.Aug.ep.121.ad Probã.c.11.12.& lib.2.de serm.Dñi in mõte.c 4. Cassia.collat.9.c.18. cũ seq.

Præmittitur verò præfatiuncula: Per omnia secula seculorũ: Quæ verba, soluto silentio dicta, pertinent ad verba præcedentia, per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in vnitate Sp. S. omnis honor, & gloria, ita vt omnis honor, & gloria

gloria sanctissimæ Trinitati: Per omnia secula seculorum, adsit.& ℟. Amé. q est confirmatio præcedentium, modo supra explicato.

Tum sequitur: Oremus, præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere. Dicit: Præceptis salutaribus moniti, q̃a hoc præceptum ad nostram salutem proficit, quo nos vnigenitus filius, per lauacrum regenerationis, & spiritum adoptionis filios Dei effectos, dicere monuit, & nõ humana, sed diuina sua institutione, vt Deo audeamus dicere: Pater noster, &c. vt d. Alcui. cap. de celeb. Missæ. & hęc præfatiuncula est antiquissima, eius author est Cipr. sermon. de orat. Dominica.

Oro Dominica in quot partes diuidatur, cum eius expositionibus

Diuiditur auté hæc oratio in præfatiunculam: Pater noster, qui es in cœlis, & septem petitiones; primam, Sanctificetur nomen tuum: secúdam, Adueniat regnum tuum: tertiam, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra: quartam, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie: quintã, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sextã, Et ne nos inducas in tentationem: septimã, Sed libera nos à malo. Amé. Primò ergo captatur beneuolentia, dicédo: Pater, q nomé est potestatis, & pietatis: vt ait Ciril. cathec. 5. mistag. Pater generaliter per creationem, specialiter iustorũ per adoptioné, qua per Christũ nos filios effecit, & per Sp. S. in hæredes regni cœlestis adoptauit, & hic intelligitur: Pater, prima persona sanctissimæ Trinitatis: vt d. Tert. lib. de orat. Cipr. serm. de orat. Dñica. Ambr. li. 5. de sacr. c. 4. sic tñ, vt in persona Patris, ob essentiæ vnitatem, & æqualem potestatem, inuocetur Filius, & Sp. S. vt inquit Fulgent. lib. 2. q. 1. ad Monimum, sed Pater solus expressus, vt multorum Deorũm errores de mente hominum eraderétur: vt d. hic Dur. c. 48. & dr Pater, vt supra, ratione creationis, & ratione gubernationis, ac prouidentię, & rõne redéptionis. Rom. 8. Io. ep. 3. vt sic recolamus cœlestem cognationem, & de seruili cõditione in adoptionem filiorũ assumptos nos esse, & sic fiduciam magnã nobis daret ad petendum, & maiorem spem impetrandi: vt ait Chris. hom. 14. in cap. 6. Matt. in opere imperfecto; & vt etiam hoc nomine excitemur ad Patrem redamandum, & vt filij illi obtemperandum, ne tanto Patre simus indigni: vt inquit Aug. lib. 2. de serm. Dñi in monte. c. 8. d. Quanta cura animum tangit, vt qui dicit, Pater noster, tanto Patre nõ sit indignus: & Petrus Chrisolog. serm. 67. Age, vt viuédo sanctè, sancto respondeas Patri, Dei filiũ se ille probat, qui vitijs non obscurat humanis. Dr: Noster ad insinuandum vnitatem fidelium, & q qñ oramus nõ pro vno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus vnũ sumus: vt d. Cipr. ser. 3. de oratio. Dñica; & ita diuites hinc quoq; discant non superbire aduersus pauperes, & ignobiles, quia dicunt simul Deo, Pater nr, q nõ possunt verè & piè dicere nisi fratres se esse cognoscant: vt d. Aug. loco cit. & serm. 182. de temp. & vt hinc etiam charitas nostra erga Deum accendatur, qui se à nobis Patré vocari dignatur, quo nil suauius esse põt, q & Chris. homil. 20. in c. 6. Matt. testatur. Dr: Qui es in cœlis, i. in Angelis, & Sanctis, vt ait Ciril. cath. 5. mistag. non q non sit vbiq; qui nusquam continetur, cũ loco non circumscribatur, nec vt corpora, spatijs distendatur, vt dixi latè loco infra allegando; vbiq; sine dubio adest, sed dr esse in cœlis excellentiori modo, quatenus ibi se beatis, magis quã alibi, cognoscendũ exhibet, & fruédũ, vt dixi tom. 1. tr. de Deo, sub cap. de loco Dei. & probat Aug. d. lib. 2. de serm. Dñi in monte. & etiam vt hinc recolamus vnde exciderimus, & desiderio ad patriã tendamus: vt ait Niss. lib. de oratio. & Chris. hom. 20. in Mat. in opere perfecto, tanquam inde peregrinemur, donec illuc reuertamur, vbi nulla est culpa, nullumq; malũ, sed summũ bonũ.

Orationis dominicæ præfatiuncula.

Finita Præfatione, vel præambulo, sequitur prima petitio: Sanctificetur nomen

Orat iõis dominicæ

prima petitio explicatur.

nomen tuum: In quo erudimur, priusquam quicquam nobis, vel proximo proficuum petamus, quæ ad gloriam Dei pertinent petenda esse, & erga illum nostram propensam voluntatem exhibendam. Dr verò: Sanctificetur, optatiuè. i. vtinam sanctificetur nomen tuum: vt ait Amb. lib. 6. de sacr. c. 5. Nõ q deceat bene Deo optare: vt inquit Tert. lib. de orat. quasi sit & aliud q ei possit optari, vel laboret, nisi optem*: sed optamus vt nomen eius sanctificetur ĩ nobis, idest vt nos per ipsum sanctificemur: vt d. Cipr. de orat. Dñica, & Aug. libr. de bono perseuer. c. 2. Vel vt eius sanctificatio ad nos possit peruenire, vt ait Amb. lib. 5. de sacr. cap. 4. Vel sanctificetur nomẽ tuum, in filijs in via per efficientiam, & perseuerantiam, in patria per cõsummationem, & ostensionem. Vel sanctificetur. i. glorificetur: vt d. Niss. de orat. quia vt propter peccatores nomen Dei blasphematur in gentibus, ècõtrario propter iustos sanctificatur: vt d. hic Dur. Vel sanctificetur, vt. s. nomen Dei, quod in se sanctum est, & gloriosum, sanctum ab hominibus habeatur, iuxta id Malach. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnum nomẽ eius. Vel benedicatur ab omnibus linguis in vniuersis locis.

Orationis dominicæ secũda petitio exponitur.

Secũda petitio, sic se habet: Adueniat regnum tuum: Quod non intelligitur de regno, q competit in omnes creaturas, quo eas creauit, regit, ac moderatur: hoc. n. semper fuit, est & erit: sed id intelligitur, quo Deus regnat ĩ ecclesia, & in mẽtibus fidelium, videlicet, Adueniat regnum tuum. s. ecclesia militans perueniat ad triumphantem quasi regnum ad regnum, ac si diceretur da nobis spiritũ intellectus, quo intelligamus te in pśenti regnare per fidem, & in futuro te videamus regnantem in nobis per speciem; Vel tunc venit in nos regnum Dei, quãdo eius sumus gratiam consecuti, & peccatum in nobis non regnat: vt inquit Amb. d. c. 4. Vel adueniat regnum tuũ in nobis. s. in æterna beatitudine, vel in extremo vitæ: vt ait Cipr. de orat. Dominica, & Aug. lib. 2. de serm. Domini in monte. cap. 10. vt ita seculi huius vitam diutius protrahere non curemus, cum omnes optare videãtur, vt festinanter adueniat.

Orationis dominicæ tertia petitio explicatur.

Tertia sequitur petitio: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra: Quod non intelligitur de volũtate beneplaciti, quæ semper impletur, sed de voluntate signi quæ non semper implet, videlicet Præceptio, prohibitio, permissio, consilium, & operatio: vt dixi tomo 1. tr. de Deo. sub cap. de voluntate Dei; vnde oratur, vt opere cõpleatur, q pręcipis, q suades, sicut in cœlo, .i. sicut in Angelis, sic in hominibus: sicut in perfectis, sic in conuersis: sicut in mente, sic in carne: vt caro non cõcupiscat aduersus spiritum; vt obediatur præceptis tuis, sicut in cœlo, sic in terra: sicut ab Angelis, sic ab hominibus: vt inquit Aug. lib. 2. de serm. Dñi in monte. ca. 11. Vel, vt sicut hi qui in cœlo sunt, ita omnes qui in terra consistunt, tua Pater agnitione saluentur: vt d. Cassian. lib. 9. Collat. c. 20. & vbiq; terrarũ euellatur error, & veritas inseratur, & vndiq; vitijs explosis, veritas reuertatur, ac in Dei cultu nihil prorsus distet terra à cœlo: vt d. Chris. homil. 20. in Matt. in opere perfecto. Vel vt concordia fiat inter carnem, & spiritum, vt caro non concupiscat aduersus spiritum, quod intelligitur per cœlum, & terram: vt terrena cœlestibus cædant, spiritualia, & diuina pualeãt: vt d. Cipr. de orat. Dom. Aug. d. c. 11. Vel vt qui adhuc terreni sunt cœlestes fiãt ex aqua, & Sp. S. vt ibi d. Cipr. Vel vt Angeli purè, & castè obediunt voluntati Dei, sic nos faciat dignos, vt non ex dimidio, sed ex integro, quæ in eius sunt voluntate impleamus: vt d. Niss. de orat. Chris. Hier. Euth. in 6. Matt. Ciril. cath. 5. Aug d. c. 11. ep. 121. intelligendo, sicut, non secundùm æqualitatem, sed secundùm similitudinem, & imitationem: vt d. in simili D. Thom. 1. p. q. 60 art. 4.

Orationis dominicæ

Quarta sequitur petitio: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Quod

quarta petitio exponitur. Quod intelligitur de pane animæ, & corporis, cum homo duplici natura constet, anima .s. & corpore, & panis requiritur qui vtrique naturę conueniat; sic sentit S.Germ.in Theoria rerum eccles. Tert.de orat. Cipr.de orat. Dñica. Nissen.de orat. Aug.ep.121.ad Probam. c.11. Teoph. Euthim.in c.6. Matt. cũ non inconueniat vitæ huius necessaria in oratione petere, victum .s.& vestitum, vt probatur Gen.28. 4. Reg.8. Prou.30. Quod nil aliud est q̃ panis quotidian⁹: vt d.Aug.d.ep.c.12. quod licet petere nõ vt principaliter intentum, sed vt vires non deficiát in exercitatione actionum instítiæ, & aliarum virtutum: vt d.Alen.p.4.q.37. D.Th.2.2.q.83.art.6. & sic hic petitur panis corporalis, vt adiectum, cũ principaliter in hac oratione petatur cibus animæ: vt d.Bas.in reg.breuiorib. interrog.252. & quadruplex hic panis petitur, corporalis ad sustétationem, spiritualis ad informationem, doctrinalis ad eruditionem, sacramentalis ad expiationem, æternalis ad fruitionem. Dr: Nostrum: quia omnia quæ dat nobis Deus, vel orantibus, vel militantibus non solum nobis dat, sed ét alijs per nos, vt de eo q accepimus à Deo, partem impotentibus faciamus, .i. petimus nõ solum nobis, sed etiam alijs per nos communicanda temporalia subsidia. Dr etiã nostrum, de nostris iustis laboribus quæsitũ, non iniustè: malè .n. quæsita aliena sunt, & ob id nõ petimus alienum iniustè dari nobis, nec per nos alijs: vt d.Niss.li. de orat.& Chris.hom.20.in Mat.in opere imperfecto; petimus etiã panem nostrum spiritualem.s.doctrinam catholicam, sacram, & cærimonias Christianas, non doctrinas infidelium. Dr: Quotidianum: vt moneamur nos esse hic peregrinos, & qui seculo renũciauimus, & pompis eius, diurnum tantũ cibum petere debemus, nec in posterum lõgè petitionis nostræ desideria protrahere: vt ait Cipr.loco cit.& Nissen.lib.de orat. vt non petamus, luxũ, non delitias, nec diuitias, nõ floridas vestes, non ornamenta aurea, non agrorum copiam, non gentium præfecturas, nõ claritudinem in foro, & huiusmodi per quæ anima à diuina, & potiori cura abstrahitur, sed panẽ: & idem habet Chris.hom.14. in Matt.in opere imperfecto. Monemur etiã hic petere panem spiritualem, quo eget spiritus cum contingit eum deficere, sicut & corpus, animã nutriendo verbo Dei, sanctis sacramentis, & donis diuinis: vt d.Aug.lib.2.de serm.Dñi in monte. c.12. & Amb.lib.4.de sacr.c.5. Accipe quotidiè, quod quotidiè tibi prosit, loquens de sanctissima Eucharistia spiritualiter saltem eã sumendo. Dr etiam da nobis: quia licet laborare debeamus pro cibo quærendo, iuxta id: In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, vanus tñ erit labor, nisi Deus nobis succurrat, ob id dr, da nobis; in quo etiã docemur, cum cibum sumus sumpturi, vt mensam benedicamus, exemplo Christi, & post gratias agamus ei ipsa munera accepta ferentes, vt ait Athan. li.de virginit. vel de medit. Et vbi sederis ad mensam, & cœperis frangere panem, ter eũ consignans his verbis, gratias age, gratias agimus tibi, Pater noster &c. & postea, cũ igitur surrexeris à mensa, rursus gratias agẽdo, trinis vicibus dicas, Miserator & misericors Dñs, escam dedit timentibus se. Gloria patri, & filio, & Sp. S. Rursusq; post peractam glorificationem, preces tuas his verbis absolues. Deus omnipotens, & Dñs noster &c. Idem habet Chris.hom.50.in cap.12. Matth. Hier.ep.22.ad Eustochium, de custod.virginit. Bas.ep.ad Greg. Naz. & alij quos hic citat Dur. Dr: Hodie: .i.in præsenti seculo: vt d.Aug.d.lib.2. c.12. Ciril.cath.5.mistag. Vel, vt petamus tñ pro præsenti die cum ignoremus an sequenti simus victuri, & vt nimiam solicitudiné rerum temporalium abijciamus: vt ait Niss.li.de orat. omnis tamen solicitudo rerum temporalium nõ prohibetur, sed tantum inordinata, & non necessaria: vt dicit D.Th.2.2.q.55.art.6.& 7.

Benedici debet mésa, & post gratiæ agendæ.

Quinta

Orationis dominicæ quinta petitio explicatur.

Quinta subijcitur petitio: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: In qua, post subsidium vitæ, petitur venia delicti, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat: vt d. Cipr. de orat. Debita: hic, intelligitur peccata, q frequens est in sacris literis. Mat. 18. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me &c. & Luc. 7. Quia dum homo auaritiæ, luxuriæ, & hmōi se dedit, diaboli debitorem se constituit, cum hæc sint ipsius diuitiæ, & copiæ: vt d. Aug. de verbis Dñi serm. 28. & ijs nos obstrictos diabolus teneret, at Christus hāc cautionem cruci affixit, & suo diluit cruore, petimus ergo vt Deus soluat debita nostra ex thesauro quem Christus in passione acquisiuit. Vel peccata dñr delicta, quia debitum contrahitur cum delinquitur, q in inferno sæpè exolui oportet: vt d. idē Aug. serm. 126. de temp. Vel quia omnis offensa est debitū. 5. Ethic. qui ergo Deū offendit, debitum contrahit. Vel petitur peccata solui à Deo, quia ipsius tantū est propria authoritate peccata delere. Mat. 9. Marci 2. Luc. 5. Vel id petitur, vt cognoscamus nos in cōspectu Dei esse peccatores. 1. Ioā. 1. Prou. 20. 3. Reg. 8. quæ licet de venialibus intelligantur, nemo tñ, nisi ex reuelatione certus est se esse sine peccato mortali. Eccl. 5. Nemo scit an odio, vel amore dignus sit. Iob 9. 1. Cor. 4. Vnde etiam ad lætalia hæc oratio pertinet: vt dicit Aug. in Enchir. c. 7. cum seq. & Niss. de orat. ita vt sancti quoque veraciter dicant: Dimitte nobis debita nostra, & non ex humilitate tm̄, vt diffinitur in Conc. Mileuit. can. 7. 8. Afric. can. 83. quia non carēt venialibus, & poscitur triplex dimitti debitum in Deum, in proximos, & nosipsos; & dum hæc verba dñr, olim fideles pectora tundebāt: vt d. Aug. lib. 50. hom. serm. 10. Idque Christiani soli dicunt, cum infideles, Pater noster, dicere nō valeant, Deū, Patrem vocando, vt inquit August. in Ench. ad Lauren. c. 70. Dñ: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quia fructus orationis nullus est, nisi dimittatur rancor de cordibus nostris. Mat. 6. & Eccle. 28. Relinque proximo tuo nocenti, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur: & idem asserit Cipr. de orat. Dñica. & Nissen. de orat. Ille est meus debitor, ego tuus, solui, solue, dimisi, dimitte. & Ciril. cath. 5 cū Deo igitur pacta inimus, cum petimus remitti nobis peccata, sicut & nos proximis peccata dimittimus, exigua sunt quæ à proximo nobis debētur: maxima quæ in Deum committimus: aduerte igitur ne ob læuia non condonata præcludas tibi apud Deum grauissimorum peccatorum cōdonationem; quidam verò nolentes parcere inimicis hæc verba dimittunt, q non est tñ fiendū, quia licet ei qui orat, hæc petitio noceat, quia Deo mentitur quò ad se, non mentitur tñ ex persona ecclesiæ in cuius persona hæc oratio dñ, quæ vt pia mater inimicis, & persecutoribus libenter ignoscit: vt d. Chris. hom. 14. in opere imperfecto. in Matt. D. Th. 2. 2 q. 83. art. 16. ad tertiū. sic tñ, vt prius dimittamus proximis, q̄ Deus nobis ignoscat. Dñ: Sicut: non quò ad æqualitatem, sed similitudinem, cum dimissio Dei multo excellentior existat: vt ibi d. Nicetas in orat. 42. Naz. in Pascha. Et tenetur, quis ēt non petenti rancorem dimittere: signa verò particularia beneuolentiæ, vel dimissionis non petenti, vel nisi scandalum aut necessitas adsit, exhibere nō tenetur, nec offensam. i. læsionem, & damnum sibi illatum dimittere quis tenetur. D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 9. de quo alibi cadit materia.

Orationis dominicæ sexta petitio explicatur.

Sexta sequitur petitio: Et ne nos inducas in tentationem: Tentatio est multiplex, qn̄que. n. tentat Deus, vt quis probetur, vel ꝓbatus appareat, & hoc pacto Abraham tentauit. Gen. 22. & sic accipitur Deut. 13. Sap. 3. Qn̄que tentat homo an se, vel aliū agnoscat; sic tētauit Dauid an armatus posset incedere. 1. Reg. 17. & Regina Saba venit tentare Salomonem in ænigmatibus. 3. Reg. 10. Qn̄que etiā homo

se

se tentat ad bonum, vt Paulus qui se tentabat disciplinis. Act.9. Alia demũ est tentatio, quæ excitat ad malum, & hæc vel est diaboli. Act.5. Matth.4. Accessit tentator, vel hoĩum qui id agũt vt ministri diaboli, vel carnis & mundi. Iac.1. quatenus sunt instrumenta tentationum. Et de hac tentatione intelligitur hæc petitio, quia Deus neminem tentat ad malum. Iac.1. vt explicat Aug. serm.11. de verbis Dñi. & petimus non vt nõ tentemur qñque, sed ne permittat Deus nos in tentatione positos cedendo, vel consentiẽdo superari, sed ei resistere, & resistendo proficere: vt d. Ilar. in Ps.118. Amb. lib.5. de sacr. c.4. Hier. in c.26. Matth. Vel ne Deus permittat nos etiam tentari, quia licet tentationes sint bonæ: vt latè probat Greg. lib.23. Mor. c.27. periculosum tamẽ est incidere in tentationem, cum simus incerti de victoria: vt d. Cipr. de orat. Niss. item Chrisost. & Euthim. in c.6. Matt. Prior tamẽ expositio magis mihi applaudet; vel si vtrunque velimus coniungere, dicere possumus, hic orari Deum, vt non permittat nos tẽtari, ratione infirmitatis nostræ, & si permittit ob profectum nostrum, non sinat nos à tentatione superari, & Duran. d.c.48. idem videtur sentire.

Orationis dominicæ septima petitio explicatur. Vltima subijcitur petitio: Sed libera nos à malo: Mali nomine, intelligitũ malitia omnis, & cuncta aduersa quatenus à summo bono nos impediunt: vt inquit Beda, Cipr. Aug. & alij locis cit. in c.6. Mat. Vel, vt d. Inn. lib.5. c.17. petimus liberari à duplici malo; à peccato per spiritũ timoris, ab amore terrenorum per spiritum paupertatis, vt sic nil vltra debeamus postulare, quãdo semel protectionẽ Dei aduersum mala petimus: vt d. Florus in exposit. Missæ. Tum sacerdos tacitè d. Amen. i. verum, iustum, & sanctum, ac salutare est, vt à malis liberemur, vt dictum est, vbi de hac voce est actum, & hic finit oratio Dominica.

De precatione Libera nos quæsumus Domine.

Precatio, Libera nos q̃s domine, explicatur. Post orationem Dñicam, siletur, ad denotandum silentium dñicæ sepulturæ, mediante Sabbato quo Dñs in sepulcro quieuit, sed qui in sepulcro secundùm carnem quieuit, secundùm animam descendit ad inferos, & fortior superueniens fortem spoliauit armatum. Matt.12. Tunc momordit infernum, vt vinctos suos educeret de lacu, in quo non erat aqua, liberans eos à malis præteritis, præsentibus, & futuris, & dans eis pacem perpetuam, in qua sunt semper à peccato liberi, & ab omni perturbatione securi Innoc. lib.5. c. ult. & ideo illam precationem recitat sacerdos post orationem Dñicam, d. Libera nos q̃s Dñe, ab omnib⁹ malis præteritis, præsentibus, & futuris, & intercedente beata, & gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, & sanctis tuis Petro, & Paulo, atq; Andrea, cum omnibus sanctis, da propitius pacẽ in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi: Per eundem dominũ nostrum Iesum Christum filium tuũ, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Sp.S. Deus: Quia est expositio, uel repetitio orationis Dñicæ, Libera nos à malo: unde & dr̃ embolismus, uel supcrescentia, quia exponit, & repetit q̃d est dictum in ultima petitione. Inno. ibi. c.29. Amal. lib.3. de eccl. offic. c.29. Alcui. de diu. offi. c. de cel. Missæ. ut q; in fine orationis dictũ est, Libera nos à malo, ita per Dei misericordiam nobis præstetur, ut liberemur ab omnibus malis, quæ nobis, uel in præterito acciderunt, uel in præsenti accidunt, uel in futuro accidere posse timemus. Mala pterita intelligũtur peccata trãsacta, quorũ actio licet iam in nobis cessarit, auersio tñ & reatus à Deo manet, nisi gratia, & indulgentia diuina deleatur. Mala præsentia sunt peccata quotidiana, quia quotidiè peccamus, quotidiè habemus dicere: Dimitte nobis

bis debita noſtra, & ſimiliter accidentes languores in corpore, & extrinſecus irruentes inuumeræ calamitates, quæ omnia cum patimur, eius auxiliũ implorare debemus, qui ſolus ſua pietate curat animas, & corpora. Futura q̃ nobis accidere poſſunt vel per tentationẽ diaboli, per miſeriaſve ſeculi, petẽtes nos tutos ſeruari, nè in ea ma la incidamus: vt ait Florus in expoſit. Miſſæ. Et quia indigni ſumus, vt liberemur à malis præteritis, præſentibus, & futuris, ideo recurratur ad interceſſiones, & ſuffragia B. Virginis, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctorum aliorum, vt eorum meritis, & precibus iuuemur ad prædicta impetranda. Gul. lib. 4. c. 49.

Pax q̃ eſt petenda.

Poſt petitionem liberationis à malis, poſtulatur Pax, vt remotis per Dei pietatem oĩbus aduerſitatibus, quietam & tranquillam vitã agat eccleſia, ſicut & olim præcepit Dñs populo Iſrael, vt oraret pro pace ciuitatis; Ieremiæ. c. 29. & diuino auxilio adiuti, interius ſimus à peccato liberi, & exterius ab omni ſimus aduerſitate ſecuri: vt d. Alcui. c. de cel. Miſſæ. quia Pax quæ non diuinæ religioni, ſed humanæ cupiditati ſeruit, non eſt Pax iuſtorum, ſed impiorũ. Pſ. 75. Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.

Patena tradita à ſubdiacono diacono, quid ſignificet.

Et quia poſt paſſionis triſtitiã, tranſitus ſit ad gaudiũ reſurrectionis, ideo ſubdiaconus ſurgens tradit patenam diacono inuolutam, & is apertam tradit ſacerdoti, cum qua ſacerdos ſibi ſignũ ducit in facie, ſignificans illas mulieres, quæ mane venerunt ad ſepulcrum. Mat. 28. Amal. lib. 3. c. 27. Patena ſignificat cor latum latitudine charitatis mulierum, quam ſacerdos, ideſt, Chriſtus ab eo repſentatus acceptat, & quia mulieres quærebãt crucifixũ, ideo ſacerdos ſibi crucem facit, oſtendens, q̃ Chriſtus ſe illis manifeſtauit. Innoc. lib. 6. miſt. c. 1.

Hoſtię fractio vnde ſumpta, & quid ſignificet.

Hoſtia poſtea frãgitur, corpore tñ Chriſti integro, & illæſo, ſub partib. hoſtiæ, & fractis ſpeciebus, manente: vt ait Dion. c. 3. eccl. hier. Chriſ. hom. 24. in c. 10. 1. ad Cor. & hr̃ in c. inuitat. c. qui manducat. de conſ. d. 2. & c. cum frangitur eo. & dixi ſup. tr. de Euchar. c. 5. tertia propoſ. & diuiditur ẽt ad ſignificandum, q̃ nos debemus per fidem cognoſcere Chriſtum in Euchariſtia exiſtentem, vt & illi duo diſcipuli qui ibant in Emaus eũ cognouerũt in fractione panis. Vel diuiſio hoſtiæ ſignificat ipſam diuiſionem corporis Chriſti, quæ facta eſt in fractione: Secundò, diuiſionẽ corporis miſtici ſecundùm diuerſos ſtatus: Tertiò, diſtributionem gratiarum quæ procedunt ex paſſione Chriſti: vt d. D. Th. 3. p. q. 83. art. 5. talis tñ fractio, vt ſupra, non inducit diuiſionem Chriſti. ex Dion. 3. c. eccl. hier. & alijs ſupra cit. Diuiditur verò in tres partes, vbi pars oblatæ in calicem Miſſæ, ſignificat corpus Chriſti, quod iam reſurrexerat, pars comeſta, ambulans ſuper terram, pars reſeruata, corpus in ſepulcro. c. triforme. de conſ. d. 2. Inn. lib. 6. c. 3. Vel pars relicta ſignificat Chriſtũ iacere in ſepulcro, & à diſcipulis in paſſione derelictum. Raban. lib. 1. inſtit. cler. c. ſi. Vel fractio ſignificat duplicem ſtatũ prædeſtinatorum, eorum qui ſunt in gloria, & in præſenti ſtatu; medietas quæ eſt in dextera, eos ſignificat qui adepti ſunt vitam æternam, q̃ in ſiniſtra, eos ſignificat qui purgantur igne purgatorij, & eos qui ſunt in hoc mũdo, & ideo diuiditur in tres partes. Gul. lib. 4. Tim. tr. 5. q. 17. 18. Vel pars quæ tenetur in manibus, & qua cruces ſiũt intra calicem, ſignificat partem eccleſiæ, quæ eſt in cœlis: vt d. D. Th. opuſc. 66. & ideo mittitur in calicem, quia poſt laborem cũ Chriſto in ęternã recipimur requiẽ: vt & ipſe fecit. D. Th. ibi. Tim. q. 21. Vel diuiditur ĩ tres partes ſanctæ Trinitati dedicatas, quarũ vna in calicem demiſſa ſanguine immergitur pro illa parte eccleſiæ, quæ adhuc militat, aliæ duæ extra calicem pro ijs qui ſunt in cœlo, & in purgatorio: vt ait Steph. Edu. de ſacr. alt. c. 18. & hic ritus frangendi hoſtiam eſt antiquiſſimus, & mos reſeruãdi partem hoſtiæ

hostiæ in fine Missæ est sublatus, cum omnes partes statim à sacerdote sumantur: vt d. hic Io. Steph. Dur. c. 51.

De pacis Precatione.

Pacis precatio cur fiat, quō, & quid significet.

Fracta hostia, sacerdos se erigit, d. Per omnia secula seculorum. Amen. Pax ✠ Dñi sit ✠ semper vobis ✠ cũ. Et cum spiritu tuo. Hæc commixtio, & consecratio corporis, & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen. Ideo verò se erigit sacerdos, ad significandum, ꝙ vult petere perpetuam mansionem Christi nobiscum. Verba: Per omnia secula seculorum; pertinét ad præcedentia. Tum nunciat pacem, d. Pax Dñi &c. qui mos annunciandi pacem infra Missarum solemnia, in ecclesia est antiquissimus: vt d. Dion. c. 3. eccl. hier. ad hęc venerandus Antistes orationem sanctissimam peragens, pacem sanctam omnibus nunciat, & cũ mutuo se omnes salutauerint, mistica sanctorum recitatio fit. & Clem. lib. 8. Const. c. 18. Aug. serm. in Sabbato Paschæ. ꝙ intelligitur de pace nõ superborum, qui cõtempto superiori obediunt inferiori, non perditorum, non fornicatorum, non rebellium, & schismaticorum, quia non omnis pax est amanda, sed tñ quæ bona est, & nos Deo coniungit: vt ait Naz. orat. 1. de pace. & pax gratiosa iustorum: vt d. D. Th. opusc. 66. Tim. tr. 5. q. 23. 24. 25. 27. & chorus respõdet. Et cũ spiritu tuo, quia eam pacem optat sacerdoti, & petit eam ipsi dari. Tim. ibi. q. 26.

Cruces tres cur fiant in pacis annunciatione.

Dum verò hæc dicuntur fiunt tria signa crucis cum hostię particula, quā sacerdos manu tenet, super calicem: vt d. Amal. lib. 3. c. 31. ipsum corpus nobis præscribendo, ꝙ pro nobis est crucifixum, & hæc triplex crucis signatio significat Christi resurrectionem, quę die tertia est facta. D. Th. 3. p. q. 83. art. 6. Vel ad laudem sanctissimæ Trinitatis, quæ misit Agnum, qui per crucem saluauit mundum, & fecit pacem hominum & Angelorum; vel ad significandum gaudium, ꝙ erit in fruenda visione sanctissimæ Trinitatis, ideo fiunt cruces intra ambitum calicis: vt d. Steph. Eduē. de sacr. alt. c. 18. Vel fiunt tres cruces ad significãdum, ꝙ virtus sanctissimæ Trinitatis animam crucifixi reduxit ad carnẽ, ne caro eius corrumperetur. Ps. 13. Vel tres cruces significant tres mulieres, q̃ quærebant crucifixum ad ostium monumenti; os enim calicis hic designat ostium monumenti, diaconus remouet corporale, designans quòd Angelus Domini reuoluit lapidem ab ostio monumenti: vt dicit Innocent. lib. 6. cap. 2.

Cõmixtio hostiæ cũ sanguine cur fiat, & quid significet.

Interim etiā dum hæc verba dicuntur, Pax Domini &c. sacerdos immittit particulam hostiæ in calicẽ, d. Hæc commistio, &c. vt supra, vt hř in libello ordinis Romani, & sequitur Micrologus de eccl. obs. c. 23. ad significandum vnioné carnis, & animæ Christi, quæ ī resurrectione denuo sunt vnita. Vel quia corporalis vita, carne, & sanguine constat, in hoc officio monstratur sanguinem fusum pro nostra anima, & carnem mortuam pro nostro corpore redire ad propriam substãtiam, atque spiritu viuificante, vegetari hominem nouũ, vt vltra non moriatᵘ qui pro nobis mortuus fuit, & resurrexit: vt d. Amal. lib. 3. de eccl. offi. c. 31. Non autem petitur commisceri corpus, & sanguinem, quia sub vna specie vtrunque continetur ex concomitantia: vt dixi supra de Euch. c. 5. secũda propos. sed petitur vtrunq; , quò ad spiritum misceri, vt nobis Christus sit cibus, & potus ad vitam æternã, vt dictum est supra de communione sub vtraq; specie in sacerdotibus. ca. 2. Vel, ꝙ hic fit commixtio non secundùm veras, ac reales essentias, sed secũdùm formas, & species sacramentales: vt dicit hic Ioan. Steph. Dur. cap. 53.

De precatione, Agnus Dei, & Pacis.

Precatio. Agnᵘ Dei cur dicatᵘ.

Quia Iesus pace annunciata dedit potestatem discipulis remittendi peccata, & retinendi, ideo chorus alta vo-

ce

& quid significet. ce clamat, & postulat id ipsum, dicés: Agnus Dei, &c. Agnus enim græcè dr pium, & latinè ab agnoscêdo, quia solo balatu agnoscitur, Christus verò in cruce Patrem agnouit obediêtia, Matrem vita; vnde ter dicit, Agnus Dei, quasi, agne qui agnouisti Patrem miserere nobis, agne qui agnouisti Matrem miserere nobis, piè qui redemisti mundum, dona nobis pacem: vt d. Inn. lib. 6. c. 4. Et hac fide ipsum sacramentum quasi diuinũ quoddam adoramus, quasi vnum quiddam & rationabile alloquimur, & rogamus. Agnus Dei &c. vt d. Algerus lib. 2. de sacr. c 3. Dicitur: Qui tollis peccata, quia is solus tollit peccata, cui nullum hominis bonum impossibile est, nullum malum insanabile: vt d. Alcuin. de diu. offic. c. de cel. Missæ. & petitur tertio loco pax spiritualis, & temporalis ob persecutiones, & errores irruentes: vt d. Inn. d. c. 4. In Missis tñ defunctorum omittitur pacis petitio, quia Missæ pro ijs celebrãtur, vt quies à pœnis eis indulgeat. Et hæc precatio, Agnus Dei, est antiquissima, de ea. n. fit mentio in Conc. Nic. 1. apud Alphõsum Pisanũ. lib. 3. c. de diuina mensa, vt d. hic Dur. Dicto Agnus Dei. Dr: Oratio, Dñe Iesu Christe &c. qua optatur vt desiderium, ac pacis optatio effectum sortiatur in populo, vt .s. Deus pacem dare dignetur ecclesiæ non secũs, ac dedit discipulis. Vnde post hanc orationem datur pax, & pacis osculũ, quod ex traditione apostolorum hr: vt ait Florus in expos. Missæ. Alcui. c. de cel. Missæ. & de ea meminit Dion. de eccl. hier. cap. de communione. Iustin. Apol. 2. Tert. lib. de orat. Naz. orat. 3. de pace. Chris. li. 1. de compunct. cordis. quod significat pacem datam discipulis, vt eam habeamus nõ solum in ore, sed & in pectore, & ideo sacerdos osculatur altare, quod significat Christũ, vt ab eo accipiatur pax vera, quæ populo detur. Tim. ibi. q. 38. 39. Innoc. cap. 5. Sic tñ, vt viri viros, mulieres fœminas osculẽtur, in cuius osculi locũ ob corruptelas successit mos tradendi tabulam Christi imaginem cõtinentem deosculandã: vt d. Biel. in can. Missæ. lect. 81. In Missis etiam mortuorum non datur pax, quia non egent pace corpori, sed requie cum sint in pœnis, ideo dr dona eis requiem; & dr ter, vt eis detur sublatio pœnæ, & gloria corporis, & quia pœna sublata, remanet adhuc desiderium gloriæ, & ante resurrectionem inest animabus quædam naturalis inclinatio reassumendi corpus, ideo petitur tertio requies sempiterna, quæ erit in patria corporibus reassumptis, licet prius anima sit essentialiter plenè beata. Timot. q. 35. 36. Nec etiam datur inter monachos, cum sint mortui mundo. cap. placuit. 16. q. 1. nec in die Parasceues, & Sabbato sancto, nec in officio passionis Domini. Amalar. lib. 1. cap. 13. lib. 3. cap. 44.

Pax cur detur in Missa, & vnde originẽ sumpserit, & quid significet.

Post pacis triplicis postulationem procedit sacerdos ad sacrosanctã cõmunionem tremêdi, & viuifici misterij, cũ sacerdotes quoties consecrant, communicare teneantur. ex can. 8. Apostolorum. Anacleto ep. 1. c. peracta. de cons. d. 2. Conc. Tolet. 4. can. 17. Tolet. 12. can. 5. c. relatum. de cons. d. 2. & cũ sit vita bonis, mors malis: ideo recurrit ad fontẽ misericordię, quatuor orationibus: vt suam dignificationem à Dño impetret; in prima petit se iustificari: in secunda, vt sibi sit fructuosa communio: in tertia suam indignitatem cognoscens profundè se humiliat: quartò sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij, ad sumendũ hoc sanctissimum sacramentum se erigit, & sumendo participat, d. Corpus Dñi nostri Iesu Christi fiat accipientib. & eo sumpto, manus ante faciem suam iungit, innuẽs animam, & spiritum suum velle vniri Christo, profundè cogitãs quantum beneficij à Deo acceperit, eiq; immortales gratias agêdo, ipsi se in perpetuum holocaustum tradit. Timot. tract. 6. quæst. 1.

Cõmunio sacerdotis sub qua obligatione fiat, & quõ

Pariq; spe & fiducia munitus sumit calicem, d. Quid retribuam Dño, ac si dicat, immensum est beneficium quod accepi ex sumptione dominici corporis,

poris, quid ergo rependam; Calicem salutaris accipiam.i.nil aliud q̃ Deum laudare, ipsius calicem accipiendo, vt ab eo curer, quia infirmus, protegar quia imbecillis, custodiar quia hostibus vallatus, & terror ipse est hostiū, propugnaculum tẽtationum, fugator dæmonis, & quia viator, vt eo perducar ad vitam æternam, cuius est pignus, & donator.

Post sumptionem corporis, & sanguinis Dñi, d. duas orationes, in quarum prima petit sibi per hoc diuinū sacramentum conferri quo promoueatur ad vitam æternam: in secunda petit plenam mali ablationem .s. purgari per sumptionem sacramenti ab omni macula, quæ solet impedire regni cœlestis ingressum, cuius est pignus, & donator.

Ablutio manuum quam facit sacerdos post sumptionem corporis, & sanguinis Dñi fit, ne quid incautè remaneat ex contactu diuinissimi sacramẽti, indignum enim est vt manus, quæ corpus incorruptibile tractarunt, corpus corruptibile cõtingant donec studiosè lauentur. Innoc.lib.6.c.8.

De post Communione, cum sequentibus.

Post cõio quid signi ficet. Antiphona post communionem, q̃ dr̃: Postcommunio, significat apostolorum gaudium de resurrectione, qui gauisi sunt viso Dño. Ioã.20. Vel ad significandum, q̃ cõmunio est expleta. Innoc.ibi.c.10. Tim.tr.6.q.10.

Collectæ quid signi ficent. Collectæ significãt orationes capitis nostri sedentis in cœlo, q̃ mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, & interpellat pro nobis, quia ipse Pontifex summus, per id q̃ est nostri Patri nos reconciliat, per id q̃ est æqualis Patri nos absoluit. Tim. ibi.quæst 13.

Salutatio quid signi ficet. Salutat verò populum optans, vt recedentes à templo non recedant à Domino, ideo d. Dominus vobiscum. Tim.quæst.14.

Post salutationem populi, astanti & obseruãti populo absolutio datur, inclamãte diacono: Ite Missa est: i. iam dimissio est congregationis, omnibus abire licet: vt d. Alcui.de diu.offi.c.de cel.Missæ. Vel, alijs verbis, iam expletū est officium, redite ad propria, vel oblata est hostia salutaris pro salute humani generis; vel, Ite Missa est, ite post Christum missum, & sequimini eum cum omni affectu, ac si dicat, nõ in hoc mundo manendum est, sed in patriam per bona opera festinãdum. Tim.ibi. q.15. Vnde diaconus hoc dicto, reuertitur ad orientem commendans se Dñi ascẽsioni, vt mens nostra ad illam patriam tẽdat quo caput nostrū præcessit, vt ibi simus desiderio, vbi desideratus cunctis gentibus, nos expectat cum suo trophæo: vt d. Amalar.lib.3.de eccles.offi.c.36. Vel dr̃; Ite Missa est: quia monentur astantes recedere, quia Missa est hostia, cui omnis laus, honor, benedictio, & gloria, ad quam de hoc exilio transire festinandū est celeri cursu, sanctoq; mentis recessu, ea enim ad reconciliationem nostram sufficiens legatio mittitur: vt d. Steph. Eduen.de sacr.alt.c.18. Alcuin.loco cit. Et hic mos, hoc ritu populum dimittẽdi est antiquissimus: teste Clem.lib.8. Const. Apost.c.15.d. Et diaconus dicat: Ite in pace. & Cip. lib.de spectaculis. Qñque non dr̃: Ite Missa est, sed Benedicamus Dño, vt in profestis, vt denotetur sacerdotes, & clericos, qui sacris intersunt, non debere inde discedere, sed Dñm prius benedicant; vnde & cum dr̃: Ite Missa est: dr̃ versus populum, cum verò dr̃: Benedicamus Dño, versus altare: vt d. Microl.de eccl.obs. c.46.47. Rup.li.2. de diu.offi.c.20. Vel dr̃: Benedicamus Dño, excitando populum ad gratias Deo agendas. Rup.lib.2.c.2. In Missis verò defunctorum, dr̃: Requiescant in pace: vt finis congruat principio in quo æterna eis requies postulat: chorus verò respondet: Deo gratias: vt d. Dion.c.3. eccl.hier. & Chris.hom.83. in Matt. tanquam Deo gratus de tanto beneficio. & post: Requiescant in pace.

Ite Missa est, vnde sumpta, & cur dicat.

pace. Respondetur. Amen. i. fiat, q̃ postulatur. Tim. ibi. quæst. 19.

Precatio, Placeat, cur dicat. Quo acto: Inclinatus sacerdos dicit: Placeat tibi sancta Trinitas obsequiũ seruitutis meæ, vbi compendio quodã recolligit superiores petitiones, vt .s. hoc sacrificiũ Trinitati sanctissimæ sit acceptũ, & sibi ac alijs pro quibus illud obtulit, propitium. Dicta oratione: Placeat &c. sacerdos osculatur altare, q̃ significat Christum, memoriam faciẽs desiderij, & amoris sponsæ. i. ecclesiæ, quæ suspirans dicit: Osculetur me osculo oris sui, vt d. Innoc. lib. 2. mist. c. 15. & cum sit signum amoris, vt reconcilientur omnes proximis suis antequam offerant munus ad altare. Matt. cap. 5.

Bñdictio populi in fine Missæ vnde sumpta, cur fiat, & quid significet. Tum se conuertit ad populum benedicendum sub nomine sanctissimæ Trinitatis; sic & olim Deus præcepit Moisi vt sub trina inuocatione populo benediceret. Num. 6. Sic benedices populo meo, vt benedicam illos, Benedicat te Dñs &c. Et de hac benedictione in fine Missæ danda, agit August. ep. 59. q. 5. ad Paulinũ, Interpellationes autem, siue, vt nostri codices habent, postulationes fiunt, cũ populus benedicitur. & Hier. ep. ad Rusticum Narbon. Idem statuitur & in Conc. Agath. can. 30. c. conuenit. de cons. d. 5. Et in conclusione matutinarum, vel vespertinarum, & Missarũ, post himnos, capitula de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab ẽpo cũ benedictione mittatur. & can. 47. c. Missa. de cons. d. 2. statuitur, vt oẽs Dominicis diebus Missas audiant, ita vt ante benedictionem sacerdotis populus egredi non præsumat. Et in Conc. Arelaten. 3. apud Burcar. lib. 3. decret. c. 29. Benedicere verò, cum de Deo dr̃, Benefacere significat. Gen. 24. vbi dr̃, Deum Dño suo benedixisse. i. diuitem illum fecisse; cum verò de homine ad hominẽ dr̃, significat bona illi precari, & desiderare. Luc. 2. Cũ verò de homine ad Deum dr̃, Laudare illum significat. Et hæc benedictio, significat benedictionem quam Christus ascendens in cœlum dedit suis discipulis. Luc. 24. vt d. Turr. Cr. in c. Missas. de cons. d. 1. Vel significat missionem Spiritus Sãcti, quem Dominus misit super Apostolos de cœlo. Tim. ibi. q. 22.

In Missis verò defunctorum non datur benedictio, tum quia in ea cessant oẽs solemnitates, tum quia datur non solum pro deletione peccatorũ venialium, sed ẽt pro populi excitatione, at defuncti, vt qui non sunt in statu merendi, quia iam sunt in termino, & non in via, excitari nõ possunt, licet possint nostris orationib⁹, & suffragijs iuuari. Tim. ibi. q. 23. Benedictio quoq; solemnis cum ℣. Adiutorium nostrũ. per solos ẽpos dari potest. ex Conc. Agathen. can. 30. Simplicem tñ benedictionẽ sacerdotes quiq; sine solemnitate impendere pñt: vt d. Microl. de eccl. obs. c. 21.

Vltimo loco sacerdos dicit, Euangelium Ioannis. 1. ad notandum, q̃ Deus est principium, & finis omnium actionum nostrarum, oblationum & sacrificiorum. Tim. ibi. q. 24. & exuens se sacris vestibus cantat himnum triũ puerorum. Ex can. 13. Conc. Tolet. cũ seq. precib⁹, & orationibus in Missali reformato more Romano, cõtentis. Ex quibus prædictis Pater à Gregorio in Missa recitari est statutum, licet à Dño cõpositum. Innocentius Papa pacem dari constituit. Agnus Dei Sergius Papa ad Missam cantari instituit. Gregorius cõmunionem cõposuit, & ad Missam cantari instituit. Benedicamus Dño de psalterio sumptum est. Deo gratias de Apostolo, sed hæc dici Leo Papa constituit. Ex his omnibus Gregorius Papa Missam ordinasse dr̃, vt in ecclesia cantatur. ita Vgo. d. c. 11. lib. 2. de offi. eccl. vel melius Missæ partes singulæ originem habuere, vt supra hoc capite, proprijs locis est dictum. — Euangeliũ Ioãnis cur dicatur.

Hæ sunt cæremoniæ, & ritus qui seruantur in Missæ celebratione, quæ congruenter ibi peragũtur: Primò, ex ecclesiæ more, quę cum Sp. S. regatur errare nequit; Secũdò, ratione, nã cum sacrm̃ sit signũ, eius significatio rebus, & verbis perficitur, vt baptismus ablutione, & forma, cum ergo hoc sacramentum Christi passionem significet, & præterea corpus misticum, vtrunq; rebus, & verbis significatur; præterea vsus sacramenti — Cæremoniæ ĩ Missa adhibitæ vnde sumptæ.

menti deuotionem,& reuerentiam exigit,quæ etiam verba,& res postulat,ergo conuenienter in Missa peraguntur: vt d. D.Th 3 p.q.83.art.5. quæ tñ non possunt sufficiẽter explicari, quia talia ac tanta misteria in hoc sacrificio peragũtur,vt nemo nisi vnctione Sp.S. edoctus,illa valeat explicare;quis enim nouit ordinem cœli.Iob 38. Perscrutator enim maiestatis opprimetur à gloria. Prou.25. Ideo summis labijs pro modicitate mei ingenij ea tangere malui, q̃ in sublime euolans,ad ima præcipitari, ad laudem Dei omnipotentis. In quo quidem misterio, cæremoniæ, & ritus adhibiti antiquissimi sunt,nã eleuatio manuum sumpta est ex Moise. Ex.17. Salomone.3.Reg.8.Dauid.Ps.141. Eleuatio oculorum, ex Mat.14.Marc.6.7. Luc.9.Io.6. 11.17.Inclinatio corporis, vel genuflexio est index humilitatis,& reuerentiæ à sanctis passim adhibita, à Salomone.2.Paral.6.Luc.22.Act.21. S. Cipr.in serm.de orat.Dom.Erga sacrificium,eleuatio hostiæ consecrandæ sumitur ex exemplo.Leuit.8.9.10.Eleuatio,& ostensio sacramenti ad populum hr̃ ex Liturgijs Basilij,Chrís.Dion.3.c. eccl.hier.S.Bas.lib.de Sp.S.c.27.Hostiæ fractio, & commixtio in Liturgia Iacobi,& Chrisost.hom.24.1.ad Cor. Erga seipsum,tunsio pectoris pœnitentiã indicat,& sumitur ex Euang. Luc.18. & 23.Lotio manuũ habetur apud Dion. d.c.3. Clem.lib.8.Constit.cap.5.Cirill. cathec.mistag.5.Erga populum est cantus,qui sumitur. Matt.26.& D.Aug.in Ps.72.d.de ratione himni adeo esse cãtum, vt nisi cantetur himnus dici non possit, & hr̃ in Conc.Tolet.4.c.12. Instrumenta musica in ecclesia adhiberi cœpta tpe Vitaliani Papæ anno 660. vt refert Platina ex Pontif. De aspersione aquæ benedictæ tractat Bas.lib. de Sp.S.c.27.d.esse inter apostolicas traditiones.Turificatio ad altare,euangelium,sacerdotem,clerum, & populum est antiquissima, quia can.4.Apost. dr̃: Incensum offerẽdum ad altare, & eius meminit Dion.d.ca.3. adhibetur verò thus ob similitudinem quam habet cũ oratione. Ps.141. Dirigaƭ oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo;& Apoc.9.De osculo hr̃ in omnibus Liturgijs,tum græcis,tũ latinis, & eius meminit Iustin. in fi.2.Apol. Signum etiã crucis adhibetur ob eius insignia misteria. Moses enim serpentem æneum erexit pro signo,quem aspicientes percussi à serpentibus sanabãtur.Num.21. & de eo hr̃ Apoc.7.de Angelo habentẽ signum Dei, de signo Thau. Ezech.9. Ex Tert.in lib.de corona mil. Ciril.cathec.4.& 13.& Hier.in ep.ad Eustoch. de custod. virginit. qui docet in omni negotio signum crucis adhibendum. Innoc.de mist.Miss.lib.2.c.44.Bellarm. de Missa lib.2.c.15.D.Th.d.q.83.art.5. Sot.4.sent.dist.13.q.2.art.5.

De Cæremonijs Missæ.
Cap. XVII.

Cæremoniæ autem in Missa adhibendæ summatim hæ sunt. Primò enim sacerdos indutus vestibus sacris officio congruis, vt supra, & bireto in capite, sumpto calice in manu sinistra,vbi sit hostia, corporale,& bursa, & dexteram super eã tenens,capite cooperto, corpore erecto, incessu graui, oculis demissis, clerico præcedente accedit ad altare,& si transit ante altare maius capite cooperto, si ibi sit sanctissimum sacramẽtum,genuflectat, sin minus,faciat reuerentiã, & si videt sacerdotem sacramentũ eleuantem genuflexus, & capite detecto id adoret. Cæremoniæ in Missa practicè adhibẽdæ, quæ sint.

Peruentus ad altare stans in infimo gradu caput discooperit, q; semper sic teneat in Missa omnino,biretum clerico porrigens,q; non reponatur in altari, sed in clauo extra altare in pariete cornu dextri affixo, & si ibi sit sanctissimum sacramentum genuflectat, sin minus profundè inclinet. Tum ascẽdit ad medium altaris, & ibi ad cornu euangelij sistẽs calicem, extrahit corporale, q; extendit in medio altaris, vel in altari portatili, q; à fronte altaris nõ distet amplius vncias octo,& ita insertum sit

tabulæ,

tabulæ, vt paululum promineat: vt sacerdotis tactu dignosci possit, non tñ multum, sed vnciā vnam tm̃; & super corporale ponat calicem, cū animula super eum posita, & velo serico coloris paramentorū. Tum accedit ad cornu epistolæ, cruci capite reuerentiā faciēs, q̃ semper faciat cū ante eā transit: aperit Missale, aptat signa Missali super puluinar strato, & reuertit ad mediū altaris, vbi facta cruci reuerentia, descendit ad infimum gradum altaris pro Missa inchoanda.

Obseruationes generales in cæremonijs Missæ considerandæ.

Notandum aūt generaliter primò, ne celebret corā excōicato, vel interdicto ēt in aliena ecclesia, nec nisi pri⁹ circunstātibus genuflexis, ita vt habitu exteriori ostendant se etiā spiritu adesse, iubēdo ēt arma hastilia, tormēta, & hmōi extra ecclesiam auferri, & canes ēt inde expelli si ipsius mentem perturbent, vel strepitum gignant, q̃ de infantibus etiam est dicendum.

Secundò, dum est in altari aliò oculos non auertat vnquā, etiam sacerdote in alio altari sanctissimū sacramentum eleuante, nec alibi intentus sit, sed Missam prosequatur, vsque ad finem, nullum ibi expectans.

Tertiò, dum sibi porrigit signum crucis, manum sinistrā in pectore extēsam teneat, & dextra omnibus digitis simul iunctis à fronte ad pectus, & inde ad humerum sinistrū, & dextrū signū crucis sibi porrigat, nec postea manu dextra sibi os, vel pectus tāgat; cū populo benedicit, pariter sinistrā in pectore extēsam teneat; cum verò aliquid in altare benedicit, vt hostiā, calicem, teneat sinistrā in altari extensam à latere sinistro corporalis extra ipsū, & benedicat manu extēsa vergēs semper incisionē digiti minimi versus illā rem quā benedicit; Nō faciat verò crucē in forma quatuor punctorū, sed duob. actibus tm̃, vno recto, alio transuersali, in linea directa manū extensā tenens, in transuersali eā aliquantulū curuās, idq; nec nimis ꝓpè, aut tardè, nec īperfectè; & cū facturus crucē, maximè in canone, manus hēt disiūctas, prius eas iūgat, ita vt palma vnius aliā tangat, & postea, vt sup. cruces faciat.

Quartò, dum manus iungit, eas iungat ante, & apud pectus, ita vt vtraq; alteri cū digitis æquetur, cuius summitas in aliū dirigatur, & pollex manus dextræ ponatur super pollice sinistræ; cum ascendens ad altare, d. Oramus te Dñe per merita sanctorū tuorum; cum d. Munda cor meum, ante euangeliū: cum d. Suscipe sancta Trinitas: cum d. Sanctus, & supplices, & orationes ante sanctam Cōionem: & Placeat, ante benedictionē, quibus casibus profundè inclinatus, ponat manus iunctas in medio altaris: sic tñ, vt infimus digitus sit sub coronice altaris, auricularis super, & pollex manus dextræ super sinistrum. Tenentur aūt manus iunctæ ante pectus non tñ extenso pollice dextræ super sinistram, dum fit confessio: dum ascendit ad altare: excepto, vt supra: dum sibi porrigit signum crucis, qñ procedit ab vno ad aliud cornu altaris, vel à cornibus ad mediū: dum legitur Introitus, Gloria, & in fine orationis: dum d. Per dominum nostrū: Per Christum &c. Qui cum Patre: In vnitate &c. pariter dum salutat populum, dicendo: Dñs vobiscum, quas tñ tunc extendit, & postea iungit dum d. Oremus: ad Euāgeliū: ante & in fine Missæ: in Añа post Euāgelium: Offertorio: Credo: Oremus præceptis, vsq; ad Pater: dū facit Memento pro viuis, & defunctis: hoc tñ ordine, q̃ qñ iungit super altare profundè inclinat, vt supra: qñ alibi eas iūgit ante pectus, ita vt summitas earum respiciat altaris tabulam, vel Iconam, paululum erectè: in Memento verò iungit eas ante faciem.

Quartò, dum manus disiungit, eas disiunctas tenet ante pectus: sic vt palma vnius alteram respiciat, & summitates digitorum sursum tendant, & hinc inde ita latæ esse debent, vt humerorum mensurā non excedant; sic tenentur dum dicūtur orationes, vsq; ad earum cōclusionem, vt supra; In Præfatione incipiendo à verbis;

Verè dignum, vſque ad Sanctus: & in Canone ab ijs verbis: In primis, quæ tibi offerimus, vſq; ad Memento, viuorum, & ſtatim poſt illa verba: Et omnium circunſtantium, vſque ad verba: Hanc igitur, & poſt eleuationem, vſque ad verba: Supplices, & inde, vſque ad Memento defunctorum, & inde ab illis verbis: Ipſis Dñe, vſque ad concluſionem eius orationis: & dum d. Nobis quoq;, percuſſo ſibi pectore, vſq; ad concluſionem eius orationis: dum dicitur: Pater noſter, cum Libera &c. Dũ legitur epiſtola, & poſt eas verſus, manus hinc inde ponantur, ita vt videatur librum tenere. Cum genu flectere debet in medio altaris ponat medietatẽ manuum hinc inde ſuper altare, extra corporale, ita vt vna ab alia tribus palmis diſtet, q̃ faciet etiã quando altare oſculabitur.

Quintò, quò ad coniunctionem, & abſterſionem pollex & index vtriuſq; manus coniuncti teneãtur, poſtquam depoſita eſt hoſtia ſup corporale, poſt eius eleuationem, nec amplius diſiungantur, vſq; ad ablutionem: poſt tactã hoſtiam, & repoſitam in corporali, vel fragmentis collectis, abſtergat inuicem pollicem & indicem ſuper calicem, vt ſi q̃ fragmẽtum adeſſet, in calicem deſcendat; prædictos pollicẽ & indicẽ coniunctos ſemper habeat qñcunq; accipiet calicẽ, patenã, animulam, vel pixides pro cõione: poſt conſecrationem, vt ſupra, & accipit prædicta inter indicem, & medium; qñ tunc voluet chartas medio digito vtatur.

Sextò, cum oſculatur altare, prius porrigat ſuper eũ crucẽ manu extenſa, & ibi illud oſculabitur; qñ verò habet pollicẽ & indicẽ iunctos alijs trib. digitis crucẽ faciet. Altare verò quinquies eſt oſculandum: primò, ante Introitum: ſecundò, ante verba, Vti accepta habeas: tertiò, dum d. Quotquot: quartò, poſt orationẽ pacis, ſi Pax eſt danda. quintò, poſt Placeat, quod ſemper in medio eſt oſculandũ ante ſe ſuper corporale: ſic tamen vt hoſtia, vel calix, aut animula non tangatur.

Septimò, quò ad inclinationẽ capitis, notandũ, q̃ duobus modis fit, qñque enim ẽt dorſum curuatur: dum d. Confiteor, & miniſter r̃dit: Miſereatur, & qñcunq; ponit manus ſuper altare cum pollice manus dextræ ſuper ſiniſtram, videlicet: cum d. Oramus te Dñe, ante Introitũ, Munda cor meũ, Suſcipe ſancta Trinitas, Supplices te rogamus: orationes ante cõionem: quibus tñ duab. vicib. pollex dextræ manus nõ ponitur ſuper ſiniſtrũ, quia digiti pollex & index vtriuſq; manus, vt ſupra, vſq; ad peractã cõionem tenentur cõiuncti. Et ad Placeat, ad Benedictionem: Inclinat ẽt caput, & dorſum verſus crucẽ cũ nominat nomen Ieſu, & d. Gloria patri in Introitu, & confeſſione, & Mariæ, ſed non verſus crucem, ſed recta linea; qñq; ſolum caput inclinat non verſus crucem, ſed recta vt manet: cum d. Deus tu cõuerſus, cum ℣. ſeq. in confeſſione, in orationibus: qñ nominatur Sãctus, vel Papa viuens, & in concluſione cuiuſq;: ſic tñ, vt qñcunq; noĩat nomen Ieſu, vel d. Oremus, verſus crucẽ ſe vertat, & in quibuſdam verbis poſitis in Gloria, & Credo, & vbicunq; id notatur.

Octauò, quò ad genuflexiones, quæ fiendæ ſunt, in epiſtola, cũ dr̃: In noĩe Ieſu oẽ genuflectatur, manibus librũ tenendo: In euangeliũ Epiphaniæ, cũ d. Procidẽtes: In paſſione Dñi, cũ d. Et inclinato capite: in euang. S. Ioãnis: cũ d. Verbũ caro, q̃ faciet tũc manib. iunctis, recta vt iacet non vergens verſus crucẽ, cum d. Et incarnatus eſt: cũ manib. iũctis. Qñ verò celebrat in altare vbi adeſt ſanctiſſ. ſacrm genuflectat: primò, qñ ſanctiſſ. Euchariſtia eſt foris diſcooperta: ſecũdò, cũ ſũgit ad gradus altaris antequã ad illud aſcendat, q̃ faciat in imo gradu: tertiò, poſtquã Miſſale aptauit cũ reuertitur ad locũ confeſſionis faciendæ: quintò, qñ vult accedere ad lauãdos digitos: ſextò, qñ ijs lotis reuertiĩ: ſeptimò, cũ vult accedere ad legendã poſtcõionem ſi ſit in medio. Octauò, locis notatis ĩ Miſſali: nonò, qñ vellet cõionem miniſtrare: decimò,

decimò, qñ se vergit ad populũ benedicendum: vndecimò, cũ discedit ab altari, q̃ faciat in imo gradu altaris. Sic autem fiãt genuflexiones, vt genu dextero terrã tangat, medijs manibus hinc inde sup altare extra corporale extensis, trib. palmis inter se distãtib.

Nonò, quò ad pectoris percussionẽ, q̃ fit trib. rpibus: primò, in confessione, dum d. mea culpa, ter se percutit, quo casu sinistrã sub pectore teneat: secundò, dũ d. Nobis quoq;. semel: & dum d. Dñe non sum dignus, ter; quibus casib. manum sinistrã super altare innixã teneat, & trib. digitis infimis se percutiat, alijs planetã non tangens, nec os: decimò, quò ad legendum nil legat memoriter, sed in Missale, vel tabula secretorũ, pter necessaria, vt confessionem: Oramus te Dñe: Mũda cor meum: Deus, qui hum. Lauabo: Quid retribuã Dño: Orationes ante & post purificationẽ, & hmõi; Legat aũt clarè, punctatim, distinctè, nõ nimis propè, vel tardè, & deuotè, ita vt in audiẽtibus excitet deuotionem, remota tñ omni affectatione, nil addẽs, minuẽs, vel immutans, voce mediocri, sic tñ, vt secretò dicendũ ab alijs nõ audiat. His ita generaliter obseruatis.

Sacerdos Missam incepturus in imo gradu cõsistens, facta prius cruci reuerentia iunctis manib. ante pectus erectus incipit Missam, producens sibi signũ crucis, d. In noĩe patris &c. clara voce, cum in fine Ps. Iudica, d. Gloria patri. caput cruci inclinat: cũ d. Adiutorium nr̃m. producit sibi signum crucis, iterum. Tum profundè inclinatus, d. Confiteor, ter percutit sibi pectus: cum d. mea culpa: cũ minister d. Confiteor, se erigit: cum d. Indulgentiã, denuo se signat. Tũ erectus, capite inclinato, d. Deus tu conuersus, cũ ℣. seq. manib. iunctis: cũ d. Aufer à nobis: caput profundius inclinat, oculis ad crucem eleuatis, & manib. iunctis, & ita ascendit ad mediũ altaris, vbi manib. in altari extensis, vt sup. in reg. d. Oramus te dñe: & inde accedit ad cornu epistolæ manibus iunctis ante pectus, vbi erect⁹ producto signo crucis sibi, manib. postea iũctis incipit Introitũ, voce clara: & cum d. Gloria pat. caput cruci inclinat: cũ repetit Introitũ, nõ se signans, inde manib. iunctis ante pectus accedit ad medium altaris, vbi d. Kirie. Tũ ibi stans manus extendẽs, eleuans, & iungens, iterũ d. Gloria in excelsis Deo: cũ d. Deo: adoramus te: gratias agimus tibi: Iesu Christe: suscipe deprecationem nr̃am: Iesu Christe, caput cruci inclinat: cum d. in gloria Dei patris. Amen. pducit sibi signũ crucis.

De Oratione.

Osculato altari iunctis ante pectus manib. oculis ad terrã demissis vertit se ad manũ sinistrã .i. latus dextrũ versus populũ, vbi extendens, & iungens manus ante pectus, d. Dñs vobiscũ, & iunctis manib. per eandẽ viã reuertit ad altare, & librũ, vbi extẽdens ac iungens manus, & caput cruci inclinãs, d. orationẽ stans, dicr aũt orones numero impari tres, quinq;, septẽ, nisi cũ in festo duplici est fiẽda aliqua cõmemoratio, tunc. n. duæ tm̃ dicr; Sic aũt ordinentur, vt prima sit officij diei, vel votiua si dr, & defunctorũ sit penultimo loco, alijs, vt loco suo I Rubr. statuit, ordinatis. In orõnib. votiuis prius fiat cõmemoratio sanctiss. Trinitatis, vel Sp. S. vel Crucis, tum B. V. Apostolorũ, Martirũ, virginũ, confessorũ, põtificũ, Doctorũ, & vltimo conf. non pontif. si est fienda cõmemoratio pro ecclesia, Papa, epõ, Imperatore, Rege, p Pace, bello, fiat post orõnem Sãctorũ, sic tñ, vt q̃ dr pro re grauiori pcedat: orõ verò directa ad Prẽm, cõcludir, per dñm. Si in principio orõnis, fit mẽtio Filij, concludit, per eundẽ. Si Sp. S. cõcludit, in vnit. eiusdẽ Sp. S. Deus. vbi cũ d. Per dñm: iũgit manus, vel si cõcludit orõ, qui tecũ, q. viuis, & cũ d. in vnit. si d. est alia orõ, cũ d. Oremus, similiter extendit, & iũgit man⁹ caput cruci inclinãs.

De Epistola, Euangelio, et Simbolo.

Finita oratione manib. hinc inde super Missali positis legat epistolã cũ ℣.

seq. quib. finitis portat sibi librum ad cornu euãgelij caput cruci inclinans dũ transit ante eã, & hic locat Missale vt posterior pars eius respiciat cornu altaris. Tũ redit ad mediũ altaris, & d. Munda, vt sup. in reg. inde vadit ad librum Missalis, & stãs ante illũ iunctis manib. ante pectus, d. Dñs vobiscũ, clara voce: tũ pollice man⁹ dextræ signat primò librũ in principio euãgelij, postea se in fronte, ore, & pectore, d. Initium, vel sequentia: & stans capite aliquantũ curuo versus librũ, prosequit̃ euangeliũ, vsq; ad finẽ, quo finito paulisper eleuãs Missale osculatur euang. ĩ principio, nil dicẽs, nec faciẽs signũ: d. tñ per euangelica dicta, deleant nña delicta; ꝓterquam in Missis defunctorum, in quibus non osculatur Missale. Dicto euangelio accedit ad mediũ altaris, vbi stans, eleuans, & iungens manus, ac caput cruci inclinans incipit: Credo: cũ d. in vnũ Deũ: Iesum Christum: caput cruci inclinat, cũ d. Et incarnatus est: genuflectit, cũ d. Et vitã vẽturi seculi ꝑducit sibi signũ crucis. Celebrans tamen solemniter non tenetur legere epistolã, vel euãgelium: vt d. Nau. de oratione. c. 10. nu. 44.

De Offertorio.

Dicto simbolo, vel euangelio, si nõ sit dicendum, osculato altari, vertit se ad populum modo quo in collecta, d. Dñs vobiscũ, & eadẽ via reuertitur ad altare, vbi extẽdens, & iungẽs manus & caput cruci inclinans, d. Oremus, tũ iunctis manib. d. Offertorium stans in medio altaris; quo dicto, calicẽ discooperit, & sistit ad cornu epistolæ, & inde amota animula, vel parua palla, accipit patenã cum hostia, & ambab. manibus pollice & indice superpositis, & alijs digitis sub patena manẽtibus eã vsq; ad pectus eleuatã tenẽs, oculis ad Deum eleuatis, d. Suscipe sancte Pr: & si ibi sint aliæ hostiæ consecrandæ nõ in patena, sed in corporali, vel alio vase, dextra illud vas discooperit, & ad illas offerendas, & cõsecrandas intentionem suam dirigit; quo dicto, ducto signo crucis cum dicta patena, ponit hostiam super corporale, circa mediũ anterioris partis corporalis, & patenam ad dextrã manum aliquãtum sub corporali, & si sit ibi aliud vas, vel calix cũ alijs hostijs, patena ipsas cooperit, prius tñ cooperto calice parua palla. Tum accipit calicẽ, & purificatorio abstergit, & accepta ampulla vini de manu ministri ponit vinũ in calice, tũ producto signo crucis sup ampullã aquæ: dum d. aquæ, d. Deus, qui hum. imponit aquã in calice, iuxta reg. sup. ĩ materia Eucharistiæ traditas. Finita oratione ꝑdicta, accipit calicẽ discoopertũ, & stans ante medium altaris ipsum ambabus manib. eleuatum tenẽs s. sinistra pedem, dextra nodum infra cuppã, directis ad Deũ oculis, d. Offerimus tibi Dñe; qua oratione finita, ꝑducit signũ crucis cum calice super corporale ipsum in medio post hostiã locans, & palla operiẽs. Tũ iunctis manib. super altare positis, modo in reg. notato capite inclinato, d. secretè: In spiritu. Tum oculos eleuãs, manus extendens, & iũgens ante pectus, ꝙ semper facit cũ aliquid est benedicturus, d. Veni sanctificator, & cũ d. Benedic. signat manu dextra cõiter super hostiam & calicem. Tum iunctis manib. ante pectus facta cruci reuerentia, vel genuflexione, vt supra in reg. accedit ad cornu epistolæ, vbi stans ministro aquam infundẽte lauat extremitates pollicis & indicis vtriusque manus, d. Ps. Lauabo, cum gloria. & tunc caput cruci inclinat. Tum iunctis manib. ante pectus reuertitur ad medium altaris, vbi stans oculis ad Deum eleuatis, & statim demissis, manibus iunctis super altare, & capite inclinato, d. Suscipe sancta Trinitas, secretè; quo dicto manibus hinc inde super altare positis, osculatur altare in medio, & inde iunctis manib. ante pectus, oculis demissis à manu sinistra ad dextrã vertit se ad populũ, & versus eũ extẽdens, ac iungẽs manus, d. voce aliquãtũ eleuata: Orate fratres, & perficit circulum reuertẽs iunctis manibus ante pectus

à manu

à manu dextra ad medium altaris versus librum: & responso à ministris, Suscipiat, vel ab ipso, si alius non respondeat, manibus ante pectus extensis, vt fit ad orationé, stans in medio altaris versus librum, d. Absolutè sine vlla interpositione, vel præpositione orationem, vel orationes secretas, & in vltima oratione cũ d. Per omnia secula seculorũ exclusiuè, stans in medio altaris depositis super eũ manibus hinc inde extensis, d. intelligibili voce Præfationem; cũ d. Sursum corda, eleuat manus hinc inde extensas vsq; ad pectus; cum d. Gratias agamus Dño, iungit manus; cum d. Deo nostro, caput cruci inclinat. Responso, dignum, eleuatis, & exté sis manibus ante pectus, vt in reg. d. Præfationem; cum d. Sanctus, iunctis manibus ante pectus, nó tamen super altari, & inclinatus voce mediocri prosequitur; cum d. Benedictus, signum crucis manu dextra sibi producit à fronte ad pectus.

De Canone.

Finita Præfatione stans in medio altaris manibus iunctis cum extremitatibus digitorũ paruulorũ faciei altaris accessis, eleuatis ad Deũ oculis, & statim demissis d. Te igitur &c. profundè inclinatus, vsq; ad illa verba rogamus & petimus, inclusiuè: quibus dictis se erigit, & cum d. Vti accepta habeas, & benedicas, osculatur altare, vt in reg. Tum erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus; cũ d. Hæc dona, hæc munera, &c. ter dextra manu signat sup hostiam & calicem. Tum extensis manibus ante pectus prosequitur exprimens nomen Papæ si viuit, vel sede vacante id omittens, & epi, & si est ipse eps, d. Me indigno seruo tuo, & si est Papa, additur, quem gregi tuo præesse voluisti; cũ d. Memento Dñe, eleuans, & iungens manus vsq; ad facié, vel pectus, sic iunctis manibus stat aliquantum ĩ quiete, paululũ capite demisso, faciens commemorationem fideliũ vi uorũ ad libitũ mente eos Deo cõmendans. Tum manus disiungens, & eleuatis ante pectus, vt in reg. sequitur ad Hanc; tunc. n. tenebit manus extensas super calicem & hostiã; cũ d. Per Christum dñm nostrũ, iungés manus prosequitur, Quam oblationé &c. cum d. Benedictam, ascriptã, &c. ter signat sup hostiã, & calicé cõiter, cum d. Vt nobis corpus, separatim vnã crucé sup hostiã facit, & cum d. Et sanguis, vnã similiter super calicem tñ faciat. Tum iunctis manib. cũ d. Iesu Christe, caput inclinat, & si opus est extergit digitos super corporale, & d. Qui pridie, & tunc accipiés pollice, & indice dextræ manus hostiã, & eã cum illis, & pollice, & ĩdice sinistræ manus tenés, & stãs in medio, cũ d. Eleuatis oculis, oculos eleuat ad cœlũ & inclinat; cum d. Gratias agens, caput inclinat. Tum ĩdice, & pollice tñ sinistræ manus hostiam tenens, dextra super hostiã tñ crucem facit, d. Benedixit, tum prosequitur fregit, &c. adiungens pollicem & indicem manus dextræ cubitos brachiorum aliquantũ extensos super altare innitens, & aliquantũ inclinatus, & capite super hostiã sistente, non tñ nimis, ppe, reueréter pronũciabit verba cõsecrationis: Hoc est &c. secretè, distinctè, & continuatè, & diriget intentioné ad alias hostias ét consecrandas; peracta consecratione tenens intra manus vtriusq; pollicem & indicé hostiã, cubitis sup altare innixis alijs digitis extensis, & simul iunctis, genu flectet, & oculis in hostiã sacrã defixis eã reuerenter adorabit. Tũ cubitis firmis manentibus, surget & erectus sup pedes eleuet hostiam sacrã, ita altè, vt aptè potest super altare tñ, & corporale ad vitandũ omne periculũ, & digitis vt supra, eã tenebit aliquantũ suspensam, vt populus eã adoret. Tum paulatim se demittens, reponit hostiã vnde eã sustulit, amouẽdo manũ sinistrã, & dextra super corporale, eam ponens genuflectit, & adorabit; post qua pollices, & indices non separabit vsque ad peractam ablutioné, præterquã cum tangit hostiã, vel super calicé digitos abstergit, ne fragmẽta remaneat, & cũ

 alias

alias eum mouebit: sic moueatur, ne videatur denuo eleuari, nec vlla verba interponat inter eleuationem hostiæ & consecrationem calicis, nec hostiã deosculãs. Tum calicem discooperiet, stãs erectus, d. Simili modo, ambabus manibus teneat calicem .s. sinistra pedem, dextra nodũ infra cuppã, cubitis super altare positis, & capite inclinato deuotè, & secretè, vt supra, profert verba cõsecrationis calicis: Hic est.n. Tũ calicem reponit super corporale loco suo, remotis manib⁹, & altari innixis tribus vltimis digitis vtriusque manus, genuflectet sanguinẽ adorãs, & erectus ambabus manibus, vt supra calice accepto discooperto, illũ eleuabit quantũ cõmodè potest, vt supra, d. Hæc quotiescunq; tenens aliquantum in alto eũ suspensum: tũ reponet loco suo super corporale, & digitos in calice abstergit si opus est, & manu dextra palla cooperit, & genuflexus sacrũ veneratur: tum surgẽs, & stans in medio altaris manib. ante pectus extensis, d. Vnde & memores, &c. & cum d. Offerimus, iũgit manus ante pect⁹, & statim disiungens sinistrã super altare ponat, & dextra benedicat ter cõiter super hostiã, & calicẽ, d. Hostiã puram, hostiam sanctã, hostiã immaculatam, cũ d. Panẽ, semel tm̃ super hostiã faciat crucẽ, & cum d. Et calicẽ, semel super calicẽ. Tũ stans manibus extensis, d. Supra quæ propitio, &c. & cũ d. Supplices, inclinat se ante mediũ altaris manibus iunctis super altare positis, & cum d. Quotquot, eleuans se tribus digitis manus dextræ faciat crucẽ super corporale, ante se in medio deosculando altare ibi. Tum se erigens, & iunctis manibus ante pectus, tũ disiunctis, & positis tribus digitis manus sinistræ super altare, dextra: cum d. Sacrosanctum filij tui corpus: producat signum crucis super hostiam, & cũ d. Calicem, super calicem semel tm̃ in vtroq; tum cũ d. Omni benedictione, positis trib. digitis manus sinistræ sub pectore, dextra sibi producit signum crucis; cum d. Per eundem Christum, iungit manus, & extẽsis, dicto: Memẽto etiã dñe famulorum, famularumq; tuarum, qui nos præcesserũt cũ signo fidei, & dormiũt in somno pacis: quibus dictis, iungit manus ante pectus, vel faciem, defunctorum facit commemorationem oculis ad sacrũ super altare intẽtis. Tũ manibus disiũctis ante pectus eleuatis, reliquũ prosequitur. cum d. Nobis quoq; peccatoribus, eleuat parũ vocẽ ad illa tria verba, & tribus digitis dextræ manus percutit sibi pectus, & manibus disiunctis, & eleuatis, reliquum prosequitur. cũ d. Per Christum dñm nostrũ, iungit manus, & statim disiungit, & caput inclinat, cum d. Sãctificas, viuificas, benedicis, & præstas nobis, ter signat cõiter sup hostiam & calicem, tenens sinistrã super altare. Tum dextra discooperit calicem, accipiẽs animulã medio, & indice, & posita super corporale à parte epistolæ, & genuflexus facit reuerentiam sacro. Tũc erigit, & reuerenter accipit hostiam inter pollicem, & indicem manus dextræ, & cũ ea super calicem quẽ sinistra manu tenet circa hodum infra cuppã, signat ter à labio ad labium, d. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso: & cum hostia inter se, & calicem, à labio calicis incipiens signat, d. Est tibi Deo Patri oĩpotẽti in vnitate Sp.S. & tũ tenens manu dextra hostiã super calicem, sinistra calicẽ, eleuat eam aliquãtum cum calice, d. Omnis honor, & gloria, & statim vtrunq; deponens, hostiam locat super corporali loco solito, & digitos in calice abstergit, & tũ iungens illos, calicẽ palla cooperit, & genuflex⁹ vsq; ad terrã sacrũ adorat.

De Oratione Dominica.

Cooperto, & adorato calice erigit se, & manibus hinc inde super altare positis, d. altè: Per omnia secula; cũ d. Oremus, caput sacro inclinans, iungit manus, & erectus prosequitur, cum d. Pater noster, eas disiungit ante pectus tenens, & prosequitur vsq; ad finem, oculis ad sacrũ intentis; & responso à ministro: Sed libera nos &c. secretò d. Amen.

Amen.Tũ manu dextra, pollice & in-
dice nõ disiunctis, accipit patenã in-
ter indicem, & medium digitũ, quam
tenens super altare erectã, d.secretè:
Libera nos q̃s dñe, cũ d. Da propitius
pacem, eleuat patenã de altari manu
dextra,& seipsũ illa signat à fronte ad
pectus, posita sinistra super altari, d.
Da propitius pacem. & osculatur pate
nam,& prosequens,vt ope misericor-
diæ tuæ &c. submittit patenã hostiæ,
quã indice sinistro accõmodat super
patenã, & dextra calicẽ discooperit,
& genuflectit,sacrm̃ adorãs.Tũ se eri-
gens accipit hostiam inter pollicem,
& indicem manus dextræ, & cum illis
ac pollice, & indice sinistræ manus
frangit eã per medium reuerenter su
per calicem tenẽs, d.Per eundẽ Chri-
stum dñm nostrum, & mediam partẽ,
quæ est in dextra manu ponit super
patena, & de alia media sinistræ ma-
nus frangit cum pollice, & indice dex
træ manus particulam, d.Qui tecũ vi-
uit,& regnat: quã tenens inter polli-
cem, & indicem manus dextræ,aliam
partem quæ est in sinistra, adiūgit illi
quæ est in patena, interim d.In vnita-
te Sp.S. Deus. Et particulã hostiæ quã
dextra manu retinuit,tenẽs super ca-
licem,quem sinistra per nodum infra
cuppã tenet altè, d. Per oĩa secula. ℟.
Amẽ. illa particula ter producit signũ
crucis à labio ad labium calicis, d. Pax
Dñi sit semper vobiscũ,& ℟. Et cũ spi-
ritu tuo, particulã, quã dextra manu
tenet infundit in sanguinẽ, d.Hæc cõ-
mixtio &c. tũ tergit digitos in calicẽ,
& iungit: calicem dextra palla operit,
sacrm̃ adorat,& surgit,& stans iunctis
manibus ante pectus capite inclinato
versus sacrm̃, d. Agnus, dextra sibi in
quolibet percutiẽs pectus,& reiungẽs
in quolibet manus. Tũ iunctis manib.
super altare positis,vt i reg.capite in-
clinato,& oculis ad sacrm̃ intentis, d.
secretè,Dñe Iesu Christe: qua finita si
daturus est pacem, osculatur altare in
medio, & correcto sibi instrumẽto pa
cis à ministro ad dextram genuflexo,
d. Pax tecum: sin minus prosequitur
alias orationes; quibus dictis genufle
ctens adorat sacrm̃, & se erigens d.se-
cretè:Panem cœlestem accipiã, & no-
men Dñi inuocabo; quo dicto dextra
manu accipit reuerẽter de patena am
bas partes hostiæ collocans inter pol-
licem,& indicem sinistræ manus,qui-
bus patenã inter eiusdem manus indi
cem,& medium supponit,& eadẽ ma-
nu sinistra tenẽs partes huiusmodi su
per patenã digitis paruulis altari in-
nixis, tribus digitis dextræ manus ter
sibi percutit pectus, non tangens alijs
planetam, voce aliquantum eleuata,
d. Dñe non sum dignus, vt intres sub
tectum meum, sed tm̃ dic verbo, & sa
nabitur anima mea: quo tribus vicib.
dicto,& ter sibi pectore ꝑcusso,ex sini
stra accipit ambas partes hostiæ inter
pollicem,& indicem dextræ,& cum il
la supra patenã signat se signo crucis,
d.Corpus Dñi nostri Iesu Christi, cu-
stodiat animam meam, in vitam æter-
nam.Amen;quo dicto reuerenter su-
mat ambas partes hostiæ,non genufle
ctens,& iunctis pollice,& indice dex-
træ manus,ponit patenam ad pedem
calicis,vt prius,& manibus iunctis, &
ante faciem eleuatis meditando san-
ctissimum sacrm̃, & interim reueren-
ter, & discretè sine oris commotione
deglutiet sanctissimũ sacrm̃. Tũ manu
dextra discooperiẽs calicem genufle-
ctit,& surgens, d. Quid retribuã Dño
pro oĩbus, quæ retribuit mihi: calicẽ
salutaris accipiã, & nomen Dñi inuo-
cabo,laudãs inuocabo dñm,& ab ini-
micis meis saluus ero; & sic d.accipiet
patenã inter medium,& indicem dex
træ manus,qua diligẽter colliget frag
menta hostiæ sacræ, si super corpora-
le essent,& tenens inde patenam pen-
dentẽ super os calicis, pollice vel indi
ce sinistræ absterget patenã super cali
cem,ita vt omne fragmentũ,licet mi-
nimum in calicem descendat, & repo
sita patena,partes illas pollicis,& indi
cis absterget inuicem super calicem,
vt si quod esset fragmentum in calicẽ
decidat. Tum iunctis pollicibus,& in-
dicibus genuflectit sacramento,& sur

gens calicem dextra manu infra nodũ accipit, d. Calicem salutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo, & signans se signo crucis cum calice, d. Sangnis domini nostri Iesu Christi, custodiat animam meam in vitam æternã. Amé. & manu sinistra supponens patenam calici stans reuerenrer sumit totũ sanguinem, cum particula in calice posita. Tum d. secretò: Quod ore &c.

Postea super altare porrigit calicẽ ministro ad cornu epistolæ, quo fundente vinum se purificat: tum abluit pollices & indices super calicem quos abstergit purificatorio, interim dicit: Corpus tuum dñe &c. & ablutionem sumit, tenẽs sibi sub os purificatoriũ, & tergit os, & calicem purificatorio, & inde purificatorium plicatũ extendit super calicẽ: tum patenam, & pallam supra, & velum, & sinistra ponens calicem, ita aptatum extra corporale versus cornu euãgelij, plicabit corporale, & posito in bursa, dextra ponat super velũ calicis, & sinistra ponat calicem in medio altaris loco suo.

De Postcommunione.

Facta reuerentia cruci reuertitur ad cornu epistolæ manibus iunctis, vbi à ministro ferri debebit Missale dũ ipse aptabit calicem, & ibi manibus iunctis ante pectus, & eleuatis leget Postcommunionem alta voce: Tum manibus iunctis, vt supra, vadit ad medium altaris, & osculatur altare, vt in reg. quo osculato vertit se ad populum, d. Dominus vobiscum. & manibus iunctis redit ad altare ad cornu epistolæ, vbi extensis, & iunctis manibus, & inclinato capite cruci, d. Oremus, cum orationibus, postcõmunio. quibus dictis iunctis manibus ante pectus reuertitur ad medium altaris, & reosculato vertit se ad populum, vt supra, dicit: Dominus vobiscum: & ℟. Et cum spiritu tuo, reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium altaris, vbi stans iunctis manibus ante pectus ante altare, dicit. Benedicamus Domino: quando verò dicitur: Ite Missa est, stat versus populum non se vergens ad altare post vltimum Dñs vobiscum; dicto Ite, reuertitur ad altare ad medium versus cornu epistolæ, vbi stans iunctis manibus super altare, & capite inclinato, dicit secretè: Placeat tibi &c. quo dicto, facta cruce in medio altaris inter se, & calicem eum osculabitur, & eleuans, ac iungẽs manus, & inclinans caput versus crucem vergens se versus populum: Benedicat; cum dicit, Benedicat vos &c. dextra manu sinistra pectori innixa, semel tantum ducens signum crucis, prius tamen genuflectendi si ibi esset sanctissimum sacramẽtum, & perficiens circulum versus latus euangelij, vbi vergens versus angulum posteriorem altaris, manibus iunctis ante pectus voce clara dicat. Dominus vobiscum, & responso; & cũ spiritu tuo; ducẽs cruces ad librum, frontem, os, pectus, vt in alio euangelio, dicit manibus iunctis ante pectus, capite parũ inclinato, euangelium cum d. Et verbum caro &c. genuflectat manib. iunctis, & manens facie vt erat prius.

Finito euangelio, accipit calicem, modo quo in sacristia accepit, & descendens ad vltimum gradum altaris, se vergat & faciat cruci reuerentiam, vel vnam genuflexionem: si ibi adesset sanctissimum sacramẽtum, & accepto à ministro, bireto caput sibi teget, ad sacristiam reuertetur, nullũ salutans, nisi proprium prælatum si in Missa adesset, ad quem finita Missa, stans in altari ad eum se verget faciens illi reuerentiam, & reuertitur in sacristia modo in exitu præscripto, d. Psal. Benedicite. vbi prius planetam, tum stolam, manipulum, amictum, cingulũ, & demum albam exuet, & deuotè recitet Canticum. Benedicite, cum orationibus. Deus. Actiones nostras. Da nobis, quæsumus Domine, cum ℣. seq. & oratione seq. Gratias tibi ago. pro gratiarum actione, pro susceptione tanti sacramenti.

De

De his quæ omittuntur in Missis Defunctorum.

In Missa defunctorum seruabũtur cęremonię suprascriptæ, infrascriptis omissis: non dicitur Psalm. Iudica: sed dicto, Ad Deum qui lętificat. dicit, Adiutorium nostrum in nomine Domini. In introitu nõ se signat, sed ducit signum crucis super Missale, illud tñ non tangens, d. Requiem, &c. non dicitur Gloria in excelsis; dicuntur tãtum Orationes pro defunctis; non dicitur alleluia; ante Euangelium, non dicitur Iube dõne benedicere, nec Dominus sit in corde meo, sed legendo titulum Euangelij facit quidem signũ pollice manus dextræ in libro, fronte, ore, & pectore: sed in fine non osculatur librum; non dicitur Credo, nec benedicitur aqua in calicem infundenda, licet dicatur oratio, Deus qui humanæ substantiæ, &c. post Lauabo, non dicitur Gloria Patri: Ad Agnus Dei, dicitur loco miserere nobis, dona eis requiem, & in fine vltimi dona eis requiem sempiternam: in nullo eorum percutiens sibi pectus. Añ cõmunionem non dicitur prima Oratio, Domine Iesu qui dixisti, &c. nec datur Pax. In fine non dicitur, Ite Missa est, nec Benedicamus, sed Requiescant in pace; & non datur Benedictio, sed dicto Placeat, &c. d. Euangelium S. Io. vt sup.

De his quæ clarè, vel secretè dicuntur in Missa.

Clara voce dicitur Confessio, exceptis oratione in fi. Aufer, & Oramus te Domine, Introitus, Gloria, Orationes, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Orate fratres, solùm hæc duo verba, Præfatio, Nobis quoq; peccatoribus, solum hęc tria verba: Per omnia sæcula, cum Pater noster: aliud Per omnia secula. Pax Domini sit semper uobiscum, Agnus Dei, Domine nõ sum dignus, Postcommunio, Orationes sequentes Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant, Benedicat & custodiat vos omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Dominus vobiscum, Oremus, Euãgelium sancti Ioannis. Alia omnia dicuntur secretè in Missa.

De his quæ aduertere debet clericus in Missa.

Minister sacrificij sit saltem clericus cum corona in capite formæ decentis hostiæ formæ sæpè renouandæ, cũ habitu clericali talari nigri coloris intus & superius, cum cotta telæ mediocris, nõ fracta, nec nimis affectata, qui dum cottam gestat capite discooperto maneat, chirotecis amotis, genuflectat cũ transit ante sanctissimum sacramentũ, vel altare q̃ instruit, & etiam dum trã sit ab vno altari ad aliud inclinet profundè, si non adsit sanctissimum sacramentũ: capite sacerdoti inclinabit quoties erga eum aliquod ministerium exhibebit. Cæremoniæ a clerico in Missa adhibẽdæ, quæ sint.

Dum Missa celebratur, obseruet ne vllus laicus ingrediatur cancellos altaris vbi celebratur, admoneat si quis nõ manet in Missa genuflexus, excepto dũ legitur Euãgelium. Et præterea si quos viderit colloquentes, & mulieres quæ non sunt capite velato, & vt viri à mulieribus disiunctim maneant. Dum sacerdos celebrat manebit attentus, deuotus, & humilis, non dicens tunc officium, sed in infimo gradu manebit genuflexus facie semper versus imaginẽ altaris directa, præterquam cum aliqđ ministerium est peracturus: & dum manebit genuflexus, vel audiet Euangelium manibus iunctis manebit, q̃ dum audiet parum inclinatus manebit.

Curabit vero dũ altare pręparabit, vt adsit ibi pallium officio missæ celebrandæ respondens, altare portatili mã suræ præscriptæ, Tres tobaleæ mundę, ex quibus duæ primæ tegant mensam altaris, tertia superior descendat infra caput bradellæ altaris. Crux in medio. Duo saltem candelabra, cruci correspõdentia. Duæ candelæ conuenienter longæ, Tela pro tegendis mappis, quam tamen dum ibi est celebrandum, plicet, & antequam aptet altare, scopa plumę illud tergat & tobaleas.

Apta-

Aptato altari, ibi portet vrceolos mũdos cum eorum operculis, vnum vino, alium aqua plenos, curans vt vinum sit album, & aqua munda, & vterque recens. Præparet peluiculam sub vrceolis mundam cum manuum absterforio, quam peluiculam ponat in fenestella à latere Epistolæ in pariete ad hoc munus aptata, quæ munda sit & decens, sudariolum ponat loco suo; præparet pro pè altare intortitia duo in cancellis po sita, quæ & candelas cum parua candela accẽdat, & operculo apto extinguat. præparet etiam campanulam, dum dicitur Sanctus, & eleuatur sacramentum, pulsandam.

His ita in altari aptatis reuertatur in sacristiam, vbi aptet paramenta à sacerdote induenda; primò planetam officio respondentem, post stolam, inde super eam manipulum, Tum cingulum, & super eum albam, ac inde super omnes amitum: quæ ordine retrogrado sacerdoti se induẽti humiliter deuotè & modestè porrigat, primò amitum, tum albam, sic aptatam, vt primò in eam caput immittat, tum brachiale dextrum, tum sinistrum: Idem retro ei cingulum porrigat, & sic albam aptet, vt æqualiter pendeat: nõ tamen altius à terra pollice vno: stolam ei inde tradat & aduertat ne inuersa induatur, & vt cruces sibi respondeant æqualiter pendens: Planetam sic aptet, vt pars anterior in inferiori parte sit, posterior in superiori, vt sic sacerdos, vt decet eam induat; & si forte antequam sacerdos sacristiam egrediatur, lumina in altari accẽderit, vel aliquid præparauerit, id agat antequam egrediatur. Et cum egrediẽdum est accipiat puluinar ambabus manib. id brachio sinistro innitens, ꝙ, superposito decenter Missali, pectori innitatur. Cum primum sacristiam est egressus ictibus campanulæ ibi appensæ det signum Missæ celebrandæ: ꝙ item faciat in altari campanula ibi aptata, cum primum eodem accesserit. Iubeat modestè viam sacerdoti incedenti aperiri, eum oculis demissis modesteq; præcedens, & dum pergit cum nullo loquatur, salutet, vel resalutet. Si transit ante altare maius, vel vbi sit sanctissimum sacramẽtum genuflectat, & cum peruenerit ad altare vbi est celebrandum, ibidem etiam genuflectat, vbi accipiat biretũ à sacerdote sibi traditum, locans extra altare a parte Epistolæ. Aptet vero Missale in altari a parte illa, & ibi maneat in infimo gradu dum sacerdos aptat Missale.

Incipiente sacerdote confessionẽ, se aptet ad latus ipsius sinistrum paulo retro ambobus genibus flexus, cum sacerdos ascendit altare, ipse etiam primum gradum altaris ascendat, ibi stans a latere tamen Epistolæ; cum sacerdos in cõfessione producit sibi signum crucis, ipse se signet nil dicens. Dicto a sacerdote In nomine patris, &c ℟. Amen. Sacerd. d. Adiutorium. ℟. Qui fecit, &c. & similiter respondeat ad singulos versus Ps. Iudica. cum ℟. ver. seq. Cũ sacerdos nominat B. Mariam, ipse inclinet caput, in reliquis dum sacerdos confessionem facit manens erectus capite, nec sibi percutiat pectus cum sacerdos d. mea culpa, &c. Finita a sacerdote confessione. ℟. Deo gratias. Misereatur tui, &c. & ℟. a sacerdote. Amen. Caput inclinans manibus iunctis vt supra, dicat confessionem magis inclinans caput dum d. Marię, &c. dum d. & tibi pater, se inclinat sacerdoti, dum d. quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, percutiens sibi ter pectus, non tangẽs sibi manu os, sed eas iterum iungens reliqua prosequendo, vt in Missali: & cum d. & te pater. iterum inclinet sacerdoti. Sacerdote. ℟. Deo gratias. & dicto Misereatur. ℟. Amen. & similiter ad singulos Ver.

Sacerdote ascendente altare, ipse accedat ad infimum gradum altaris eadẽ parte vbi maneat genuflexus, vbi manebit donec dicendum erit Euangeliũ; dicente Sacerdote Kyrie. ℟. vt in Missali. dum d. ad Orat. Dominus vob. ℟. Et cum sp. cum d. Per omnia secula, &c. ℟. Amen. perlecta Epistola. ℟. Deo gratias.

Cum sacerdos transit ad aliud latus lecturus Euangelium, ipse transeat ad aliud latus vnde sacerdos discessit versus tamen sacerdotem vergens, stans in vltimo gradu erectus, dũ legitur Euangelium

gelium sub cornu Epistolæ;quando sacerdos d Dominus vobiscum. ℟.Et cũ sp.&c.cum sacerdos d.Sequentia,&c.ipse etiam signet se in fronte, ore, & pectore,pollice manus dextræ, & ℟.Gloria tibi Domine. Cum sacerdos nominat,Iesus, profundè capite inclinet; In fi.℟.Laus tibi Christe. & statim non discedens ab eo loco genuflectat in infimo gradu altaris respiciens directè altare.Si sacerdos post Euãgelium sermonem habet à parte Euangelij stans capite discooperto,attẽtè è latere respiciat sacerdotem;& d. Dñs vobiscum. ℟.Et cum sp. & inde transiens.Si sacerdos d. Simbolum, quando d.Deum, caput inclinet:& cum d.Iesus, profundius inclinet:& cum d.& incarnat.maneat capite inclinato,vsque dum d.& homo,&c.& cum d.adoratur,caput inclinet ante altare genuflectat, non ascendendo bradellam, sed inferius accipiat peluim cũ ampullis, & sudariolo, ponens peluim cum Ampullis in angulo anteriori lateris Epistolæ, & sudariolum extendat: sic ibi manẽs vt sacerdotem respiciat; cum sacerdos accipit vinum, caput inclinet,& ampullas discooperiat:& dum sacerdos infundit vinum & aquam in calicem, peluim vtrique supponat, ne quid in tobaleas decidat: tum porrigat ei aquam supposito pelui,& effusa aqua in foramine fenestellæ reponat peluim vt supra aptatã loco suo,& genuflectat à latere in infimo gradu prope sacerdotem. In Præfatione cum d. Per omnia sec.&c.℟.Amen. & cũ d. Dominus &c. ℟.Et cum sp.&c.cum d.Sursum corda. ℟.Habemus &c.cum d.Gratias, &c.℟. Dignum,&c. post Sanctus in principio canonis accendat intortitia cancellorũ diligenter vt supra, quæ accensa sinet vsque post purificationem sacerdotis, & post communionem, si qui sunt communicandi. Cum sacerdos est eleuaturus, genuflectat in bradella prope sacerdotem:& dum sacerdos eleuat hostiam sacram & calicem,ipse eleuet planetam sacerdotis,& sinistra tres vel 4.ictus cãpanuli pulset,sic vt duret per totã adorationem sacramenti sub vtraque specie,oculis ad sacramentum intentis, & deuotè id adorans.Deposito à sacerdote calice surgat,& genuflectat:tum genuflexus se aptet in infimo gradu altaris a latere Epistolæ manibus iũctis deuotè manens. Cum sacerdos d Nobis quoque peccatoribus,semel sibi percutiat pectus: dum dicit: Per omnia &c. ℟.Amen.& in fi.Pater noster. ℟. Sed libera. &c. cum sacerdos d.Libera, se signat, ipse idem faciat:cum sacerdos d. Per omnia, &c.℟.Amẽ. cum d.Pax &c. ℟.Et cum sp.&c.signans etiam ipse sibi frontem & pectus.Si danda sit pax,surgat & accedens ad cornu Epistolæ, accepto instrumento pacis,cum sacerdos d.Pax tecum.illud ipsi porrigat osculãdum.℟.Et cum spiritu tuo.& facta genuflexione sanctissimo sacramento, instrumento pacis velo cooperto id porrigat osculandum cui cõuenit, ei tunc non inclinans, sed dicto,Pax tecum:& osculato instrumento, si erit Prælatus, ipse genuflectat: si dominus temporalis profundè inclinet, & reuertatur ad altare genuflectens ante illud, & reponens instrumentum pacis vnde sumpsit, & genuflectat vnde prius discessit; sumpto a sacerdote hostia & calice peluim cum vrceolis ferat ad latus Epistolæ,capite sacerdoti ante & post vini & aquę infusionẽ discooperto,vtrunque ei porrigat. Dum infundit vinum in calicem decenter id faciat, & alte a calice quatuor digitos,vt sacerdos cessationis infusionis ei signũ dare possit. Si qui sunt communicandi moneat clericos vt accedant ad gradus altaris: alios vt maneant extra capellam: & genuflectens a latere Epistolæ faciem versus latus Euangelij dirigens d.Confiteor,&c.Et dũ sacerdos aliquem vult communicare, pannũ sub eius os supponat,& communicato dextra vas purificationis porrigat, & sudariolum sinistra pro ore tergendo,& vas purificationis, & sudariolum loco suo reportet.

Post ablutionem & purificationẽ sacerdotis reponat peluim cum vrceolis in locum suum,& ferat Missale cũ puluinari ad latus Epistolę genuflectẽs eũdo, & redeundo,transiens infra bradellam,Inde extinguat intortitia cancello

rum

rum operculis, vt supra, & genuflectat a latere Euangelij, vbi maneat vsq; ad benedictionem sacerdotis.

Cum sacerdos d. Dominus vob. ℟. Et cum sp. cum d. Per omnia &c. ℟. Amen. dum d. Ite Missa, vel Bened. ℟. Deo gratias. Si Requiescant, ℟. Amen. Dũ vero sacerdos d. Placeat. genuflectẽs accipiat Missale, & ferat ad latus Euangelij, sic vt respiciat angulum posteriorẽ altaris genuflectendo, eundo, & redeundo. reuertens ad latus Epistolæ, stãs infra bradellam: & cum d. Dñs &c. ℟. Et cum sp. signãs se in fronte, ore, & pectore. vt supra; & cum d. Et verbum &c. genuflectet. In fi. Euãgelij ℟. Deo gratias. Tum genua flectens altari, extinguat operculis lumina, primo a latere Epistolæ, tum Euangelij genuflectens, vt supra. Inde accipiẽs Missale cũ puluinare & bireto porriget sacerdoti, cum primum descendit ad infimum gradum altaris, & vbi reuerentiam fecerit, discedit, genuflectit sacerdoti, ne capiẽs tũc vrceolos, præcedens sacerdotem modo quo exiuit. Et cum peruenerit ad sacristiam ponet Missale loco suo, & sacerdoti se exuenti modestè opem præstabit, ordinatè paramenta aptans, sic vt alius sacerdos ea sumere, vt supra, possit, modo supra explicato.

De defectibus in Missa occurrentibus, & quomodo illis succurratur. Cap. XVIII.

Notandum, ꝙ tria principalia genera defectuum in celebratione contingere possunt: duo ex parte sacerdotis. s. vnus corporis, & alius animæ: tertius circa ipsam actionẽ sacrificij; quibus occurri potest ne accidant: secũdò possunt emendari si acciderint: tertiò remedium adhibendo: quartò saltẽ per pœnitentiam de illis dolendo, quia ecclesia non præcipit impossibile; Primò ergo, si sacerdos cępta Missa recolit se aliquid comedisse, vel bibisse, si post consecrationem, perficiendum est sacramentum: quia vbi occurrit difficultas, minus periculum est subeundum: maximũ autem periculum est, ꝙ sacrificium remaneat imperfectum: ideo debet sumere etiam non ieiunus, conterendo vt potest de defectu. D. Th. 3. p. q. 83. art. 6. Si vero ante cõsecrationem, nisi sit graue scandalum, tutius est Missam deserere; secundò, si sacerdos ante consecrationẽ corporis & sanguinis Domini moriatur, vel graui infirmitate grauetur, non oportet vt per aliũ suppleatur. Si vero post consecrationem, vt consecrato iam corpore ante cõsecrationem sanguinis, vel consecrato vtroq;, debet Missæ celebritas per alium expleri: vt habetur in Cõcil. Tolet. 8. 7. q. 1. c. nihil quia cũ simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarũ format: nullus tamen sacerdos absque præuctu patentis molestiæ imperfecta officia præsumat omnino relinquere. d. c. & si nullus sacerdos esset qui nõ esset ieiunus, posset non ieiunus sacramentum perficere: quia duo præcepta vbi concurrant & sibi obuiant, in eam partem est inclinandũ, quæ magis referat, sed præstantius est præceptum vt sacrificium perficiatur, quã vt percipiatur à non ieiuno; & si sacerdos non adsit sacramentum debet reseruari, vt alia die perficiatur sacrificium, à laico tamen nullo casu debet perfici. D. Tho. ibi. & Sot. 4. d. 13. q. 2. ar. 6. Et idem est si furore corripiatur; ꝙ si sanguis ei exeat a naso, vel nausea, est recipiẽdum in aliquo vasculo, ne sancta contaminentur, & terso naso, reincipiat vbi dimisit. Tim tr. 4. q. 132 & si ibi non sit nisi sacerdos concubinarius, si sit maximum scandalum & periculum corruptionis specierum, maxime sanguinis, tenetur cõteri, vitare occasiones, & perficere. Sot.

Defectus corporis q in missa cõtigere possunt, & quomodo ijs succurratur.

Quo ad defectus animę, si recolit esse se in peccato mortali, vel esse excõmunicatum, vel ecclesiam esse interdictam. si post consecrationem, satis est ꝙ cõteratur, si ante, si est solum mortale, etiam in introitu, satis est ꝙ conteratur, si est excõmunicatio tutius est, nisi sit graue scãdalum, vt sacrificiũ relinquatur imperfectũ D. Th. ibid. Tur. Cr. in c. si quis. de consec. d. 2. & si pęnitere

Defectus animę qui in celebratione contigere possunt, & quõ ijs succurratur.

non

non potest, non obstante quocumq; scā dalo ante consecrationem d. eum debere cessare. Sot. loco prædicto, q de notorio excommunicato saltem dicendum est, vt in Rubr. Miss.

Defectus in ipsa celebratione qui contingere possũt, & qũo ijs succurratur.

Quo ad tertium, si sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum quæ sunt dicenda, non debet ex hoc mēte perturbari: omniũ enim non possumus recordari, l. 2. C. de vet. Iur. enucl. Tur. Cr. in d. c. si quis. q si constet aliqua omisisse, consilium est, si non sunt de substantia, non reassumere, sed prosequi pęnitēdo. Car. ibi. quod si sit de substantia, vt qa recolat se non dixisse verba consecrationis, est reassumendum a forma consecrationis, & cętera prosequēda. D. Th. ibi, & Tur. Cr.

Quòd si per negligentiam, nec aqua, nec vinum inuenitur in calice, debet infundi vtraque, & sacerdos iterabit canonem vel cōsecrationem ab illo loco, si vero defit aqua debet prosequi, quia appositio aquæ non est de substantia, licet peccet omittēs; vel melius, statim aqua debet apponi, vt in Rub. Missalis; q si post consecrationis verba recolat quòd vinum nō fuit positum in calice, si id aduertat ante sumptionē corporis, deposita aqua, si ibi sit, debet imponere vinum cum aqua, & resumere a verbis consecrationis calicis; si vero id cognoscitur post sumptionē corporis, debet apponere aliam hostiam iterum simul consecrandam cum sanguine, & iterum sumere hostiam cōsecratam simul cum sanguine, non obstante quòd prius sumpserit aquam, quæ erat in calice, quia præceptũ de perfectione sacramenti est maioris ponderis, quam quòd percipiatur a ieiuno. Turr. Crem. ibi & si hostia inuenitur esse corrupta, nō fracta tantum, sumat aliā Et si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vel vento, vel miraculo, vel a mure accipiatur, vel alio animali, vt non possit reperiri, incipiendo ab eo loco, qui pridie compateretur, facta etiam prius oblatione, altera est consecranda, & aial illud si capi potest occidi debet, & comburi, & cineres proijci in sacrarium.

Quod si de sanguine ceciderit super corporale, vel pallam altaris, vel albā, vel casulam, vel tabulam, si in tabulam ligneam, lambatur, & radatur tabula, & in sanctuarium proijciatur, si non fuit tabula, radatur terra, & igne comburatur rasura, & cinis intra altare, vel piscinam proijciatur: si super altare minister stillans sorbeat, si super stillam altaris idem, & linteamen tribus vicibus lauetur calice subtus posito, & aqua ablutionis intra altare condatur, & illa pars comburatur. ca. si per negligentiam. de cons. d. 2. & pęnitentiam ibi statutā peragat. s. quadraginta dies si in terram, tribus si super altare.

Quod si per ebrietatem sacramentũ euomerit. 40. diebus pęniteat. c. si quis. ead. d. & si quidem euomat ex infirmitate, si ante sumptionē id timere potuit, peccat: si vero per culpam, vt ex crapula, ebrietatem præcedentem, si culpa illa est mortalis, mortaliter peccat, vt qa immoderato cibo vtitur ex deliberatione, si venialis, vt cum sine deliberatione plus sumit de cibo vel potu quā debeat, venialiter peccat: & tunc si spēcies integrę apparent, reuerenter sumātur, nisi nausea fiat: tunc enim species conseruatæ cautè separentur, & in loco sacro reponantur propè altare: q si discerni non possunt, tunc præsumuntur sumptæ & digestæ, quia modicę species facile digeruntur, nisi statim post sumptionem vomitus contingat, qui vomitus cōburatur, nisi species separari possint, & cineres in sacrarium proijciantur. Turr. Cr. in c. si quis. de consec. d. 1.

Si vero sacramentum nō bene custoditum a mure, vel alio animali comeditur, quadraginta diebus sacerdos pœniteat, & triginta si perdiderit in ecclesia, & eius pars inuēta non fuerit, & idē si per negligentiam sacerdotis species consecratæ putrefiunt, quibus diebus est ieiunandum, & a communione cessandum: vt d. ibi Sot. in fi.

Quod si ante consecrationem nō inuenitur esse hostia, vel a vento rapta, vel non triticea, vel marcida, debet aliā accipi, & consecrari incipiendo à loco dimisso, & si non inuenitur hostia consecrāda, debet sacrificium dimitti, cum

non

non liceat vnã speciem sine alia consecrare, vt sup. est dictũ, cum de Eucharistia ageretur; si verò post consecrationem id euenit: altera est cõsecrãda incipiendo ab eo loco: Qui prius quã pateretur, facta eius prius oblatione.

Quòd si ante consecrationem in calicem inuenitur venenum immissum, debet effundi, & aliud poni simul cum aqua, incipiẽdo vbi est demissum; si verò post consecrationem id cõtingat, in alium calicem effundi debet, ne cibus animæ in corporis interitum cõuertatur, & abluto calice, aliud vinum cum aqua poni consecrandum, reassumendo à consecratione calicis, ne sacrificium remaneat imperfectum: sanguis verò veneno infectus non debet sumi, sed cũ reliquijs conseruari: vt d. Tur. Cr in d. cap. si quis. Vel sanguis ille in panno lineo, vel stuppa tandiu seruetur, donec species illæ fuerint desiccatæ, & tunc comburatur, & in sacrario proijciatur: vt habetur in Rubr. Missalis, & idem si quod decidit in calicem non sit venenosum, sed prouocet vomitum: vt in d. Rubr. q; si venenum tetigerit hostiam consecratam, alia sumatur, & consecretur modo dicto, & illa seruetur in tabernaculo loco separato; q; si animal ee ciderit in calicẽ post consecrationem, si fiat nautio extrahatur, & lauetur cũ vino, & finita Missa, comburatur, & lotio huiusmodi in sacrariũ proijciatur, q; si nausea non contigerit, sumatur simul cum sanguine: vt in Rubr. prædicta; Si verò ante consecrationem musca, vel aranea in calicem ceciderit, debet effundi, & abluto calice, aliud vinũ effundi cum aqua offerendum & consecrandum, incipiendo ab oblatione.

Quòd si sanguis cõgeletur, debet sacerdos tandiu exhalare, donec glacies soluatur, q; si non sufficit, pannos calidos adhibeat. Si verò pars hostiæ consecratæ cadat in calicem, nil refert: si verò in terram, reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mundetur, & aliquantum abradatur, & puluis huiusmodi in sacrarium proijciatur, quòd si cadit in mappã, vel aliud linteum, mappa hmôi diligenter lauetur, & lotio in sacrariũ proijciatur. D. Th. d ar. 6. vbi Sot. Tur. Crem. in cap. si quis. de consec. d. 2.

Similiter si in Eucharistia appareat species carnis, vel sanguinis; vel id apparet celebranti tñ, vel alicui particulari, vel cõicare volẽti, vel oĩbus simul: primo modo, non est sumenda à celebrante, sed danda cõicanti, cui sic non apparet: & sic de secũdo casu, & tertio, in vltimo qñ sic perseuerat, nulli est dãda hostia illa, sed iter sacras reliquias, vel in tabernaculo, loco separato, seruanda. D. Th. 3. p. q. 82. art. 4. & his casibus, consulendum est sacerdoti, vt aliã consecret hostiam cũ vino: vt d D. Th. 4. d. 10. art. 4. Quia semper cũ celebrat sacerdos tenetur perficere sacrificium cõicando. c. comperimus. de cons. d. 5. c. relatum de cons. d. 2. Si verò hostia appareat fracta ante consecrationem, nisi populo id scãdalum afferat, consecret, q; si scãdalo id populo fit, alia sumatur & offeratur, & si iam erat oblata, post ablutionem sumatur; si verò ante oblationem appareat fracta, alia accipiatur; dummodo citra scandalum, vel lõgam morã id fieri possit, vt in Rub. Missalis.

Quòd si Missam dicẽdo aduertit nõ fuisse debitam materiam, vel in hostia, vel vino, si id aduertit ante canonem cœptum, accipiet aliam hostiã, si in illa est defectus, vel vinum si in eo, & si est in hostia, incipiet ab oratione: Suscipe sancte Pater: si est in vino, ab illa: Deus qui humanæ substantiæ, & alijs demissis, prosequatur, vbi inceperat; Si post cõsecrationem aduertit, si defectus est in vino, incipiet inde, Simili modo, vsque ad orationem; Vnde & memores, & alijs omissis prosequatur, vnde incepit; Si defectus est in hostia, & iam vinum consecrarat, accepta alia hostia, incipit inde: Qui pridie, vsque ad orationem: Simili modo, & alijs omissis ꝓsequatur, vnde dimisit. Si verò non aduertit de defectu, nisi post sumptionem hostiæ, quæ non erat triticea, non obstante, q; non sit ieiunus, accipiet aliam hostiam, & incipiet inde: Dominus noster Iesus Christus, Qui pridie, vsque ad Simili modò, tum alijs omissis sumet eam, & prosequatur vbi omiserat: vt d.

vt d.Ang.Euch.nu.14.15. Hostia verò in altari,quæ non cõsecratur,nec gutta vini,quæ est in pede calicis, vel aliter separatur à vino, q est in calice, non est consecrata, quia intentio sacerdotis ad id non fertur. c.detrahe. 1.q.1.vt d.Ang.ibi num.21.Si verò hostia tepe riatur fracta ante cõsecrationem potest cum ea celebrari,cum fractio vel rotunditas non sit de substantia, si tamen sit scandalo populo est amouenda: vt d.Ang.ibi num.28.

Si verò sacerdos recolit se non esse ieiunum, si ante Missam, illam dimittat:si cœpta Missa ante consecrationé, deserat Missam si sine scandalo potest: vt inquit D.Th.4.d.8.q.1.art.4.si verò post consecrationem, compleat sacrificium; si tñ reliquiæ cibi remanent in ore,& casualiter traijciantur, non impediunt, cum nõ traijciantur per modum cibi,vel potus,sed saliuæ:vt dicit D.Th.3.p.q.80.art.8.ad quartum.q si mane lauando os deglutiat guttam aquç,non impedit,modo non traijciatur in magna quantitate, sed permixta saliuæ, q vitari non potest; secus si sumatur per modum potus,ét in quãtalibet parua quantitate: vt ibi d. D. Th.art.c.de occidendis.23.q.5.c.1.15. q.6. q si in altari habeat aquam in ore,& id aduertit antequam deglutiat, si potest sine scãdalo, sputet in calice, & extrahat particulã hostiæ, & aquã reponat in alio vase, & sic accipiat vinum,& consecret, & in eo ponat particulam hostiæ, & sumat postea illam aquam post sumptionem sanguinis si potest id facere sine periculo vomit⁹, aliàs eam reponat in saerario: particula verò esset semouenda in loco tuto, donec species corrumperetur, si sine periculo vomitus, recipi nõ posset, & qñ sunt corruptæ reponendæ in sacrario. Quòd si sumendo sanguinem remanet particula in calice, cum digito ad calicis os adducat, nec apponat vinum ante eius sumptionem,quia vinũ prius descenderet, & ita sumeret non ieiunus:vt d.Scot.4.d.8. licet hoc casu probabiliter dici potest,q non peccaret, quia q sic fit, dr̃ fieri simul. arg.l. continuus. ff.de verb.oblig.non est ẽñ necesse,q quis nocte dormierit: vt d. Ang.n.6. Non potest ét quis post ablutionem sumere particulas ĩ calice, vel patena extantes: vt d.Pal.4.d.9.q.1.in fi.nisi incontinenti id fiat: vt d.Gaiet. 3.tom.de celeb.Miss.q.1.vnde si ex interuallo eas inuenit, debet custodire in sequentem diem sumendas, vel cõmunicãti tradere;humor ét qui est in calice post sumptionem sanguinis est reuerenter tractãdus, quia ibi est sanguis Christi,ideo prima ablutio est vino facienda, & cum maxima reuerentia sumenda.c.ex parte.de celeb.Miss. & licet post corporis,& sanguinis sumptionem aliqua particula hostiæ in ore remanserit, potest iure sumi ablutio,quãuis illa ptius deglutiatur, & toties quoties est opus ad hostiã deglutiendam, cum id honestius sit q̃ digitum admouere: vt d.Nau.c.25.nu.90. & si reliquiæ inueniũtur nõ ex interuallo, sed in ipso actu sumptionis sacramẽti ét post purificationem, dicit Silu.Missa.1.§ sancta. posse sumi, tum ob paruitatem, ne amittantur,tũ quia incontinenti id fit, & cõsequens simul fieri dr̃: vt d.gl.in c.olim.1,de verb.oblig. quia pertinet ad idem sacrificiũ; hostia tamen si remaneat est reponenda, vt infra.

Vlterius si quis celebrat sine lumine,& aqua mortaliter peccat. ca.literas.in fi. de celeb.Miss. similiter si sine calice consecrato cum patena, nec in hoc potest eps dispensare.c.1.de sacr. iter. si sine altari portatili. c.concedimus.de cons.d.1. idq; extra ecclesiam non licet, nec hodie id potest concedere eps, nec hodie Papa id concedit extra locum sacrum etiã Cardinalib. post Conc.Trid.sess.22.de obs.vt testatur Nau.in Man.c.25.nu.81. non licet item celebrare sine indumentis debitis.s.corporalibus, casula,stola,manipulo,cingulo,alba,amictu,& altari lapideo.c.1.de cons.d.1. c.ecclesiastica. 23.dist. Et huiusmodi debent esse benedicta: vt d.Ric.& Scot. & tribus tobaleis,

Celebrãs sine lumine, aqua, calice,paramentis bñdictis, &c. vel extra ecclesiã,vt peccet.

baleis,& omittens aliquod prædictorum scienter peccat mortaliter. c. ecclesiæ. c. decernimus. cum seq. de cõs. d. 1. non tñ efficitur irregularis, cum id iure non caueatur etiam si sciẽter id faciat: vt d. Ric. 4. d. 3. & Scot. d. 13. omittens verò ex obliuione stolã, vel manipulũ, nõ peccat mortaliter: similiter, nec si omittat calceamenta, nisi ex contemptu, vel scandalo. arg. d. c. 1.

Nec debet celebrari sine Missali, ne error contingat, nec etiã si festum vrgeat, & q̃ contineat totum canonem, vt d. D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 6. Gaiet. 1. 2. q. 96. art. 4. Nau. d. c. 25. nu. 84. & debent præterea vasa, & vestimenta prædicta esse munda non lacera. c. 1. de custod. Euch. & si notabiliter sint immũda, vel lacera, esset mortale: vt d Angel. nu. 38. verbo. Missa. & sacerdos debet tenere hostiam & calicẽ super altare portatile, q̃ debet esse ita magnũ q̃ in eo capiatur pes calicis cũ hostia: vt d. ibi Ang. n. 39. Non debet ẽt Missa celebrari sine vno saltẽ præsente, si sit priuata, vt d. Silu. verbo. Missa. ver. 2. qui sufficit, q̃ sit ipse ministrans. c. q̃siuit. in prin. de verb. sig. vt tenet D. Th. 3. p. q. 83. debet item celebrando seruare ad vnguem rubricas Missæ, & celebrare capite discooperto. ca. nullus. de cons. d. 1. nisi ex notabili causa, vel dispensatione, aliàs. n. esset mortale, vt sentit Silu. verbo. Missa. 1. q. 1. & Angel. nu. 8. nec debet aliquid dicere, q̃ non contineatur in Missali, arg. ca. visum. & ca. de nominibus. de cons. d. 1. potest tñ cogitare quæcunq; deuota, vt d. D. Bon. licet non debeat ea exprimere: vt d. Silu. Missa. 1. n. 3. In Memẽto tñ potest exprimere nomina eorũ pro quibus sacrificium offert, vt supra dictum est loco suo, arg. c. cum gratia. & c. non æstimemus. 13. q. 1. & gl. in c. visum. cũ seq. de cons. d. 1. non tñ opus est singulorũ nomina exprimere, sufficit enim eos mẽte recolere; aduertat ẽt ne post Missam incœptam desistat, quia id est mortale, si sine iusta causa fiat. c. nihil. 7. q. 1. cum id vt supra prohibeatur, & etiam quia datur materia vagandi audientib. ex causa tñ potest relinqui impfecta: vt inquit D. Th. 3. p. q. 53. art. 6. & Pal. 4. d. 11. q. 1. col. 2. quo casu qui incipit potest iterato eã inchoare. Primaria causa est in potentia celebrantis, vt si infirmetur: secunda, si recolit se comedisse, vel quod erat suspensus, excõicatus, aut irregularis, vel in mortali: vt inquit D. Tho. 1. p. q. 53. art. 6. ad secundum. si tñ non possit omitti sine scandalo esset perficienda ẽt si canon non sit incœptus pœnitendo, nec eo casu excõicatus, & suspensus, incurreret irregularitatem; qñ tñ comedit, excõicatus est, vel irregularis debet omitti si fieri potest sine scãdalo ante cõsecrationem. Tertia causa est si excommunicatus ingreditur ecclesiam, nec vult egredi, si id cõtingat ante inchoationẽ canonis, secus si esset incœptus. Clem. grauis. de sent. excom. vbi gl. licet tutior opinio sit, ẽt si canon sit incœptus, dummodo consecratio non sit facta, esse desistendum. Quarta causa cum post Missam cœptã, vel cessatio, vel interdictũ superuenit hmõi, vt nec valuis apertis, vel obseratis celebrari possit, vel interdictum generale: si non est peruentum ad canonem, & valuæ non permittunt claudi, Missa est omittenda. Quinta, qñ infans esset moriturus, nisi sacerdos à Missa recederet, tũc enim id potest. c. nullus. de cons. d. 1. arg. c. patri. 80. dist. & c. nihil. 7. q. 1. Sexto, idẽ d. se fecisse Nauarrus cum superuenisset magnus vir, & nulla alia Missa adesset alio loco in festo præcepti, dicit enim se cũ peruenisset ad epistolam, iterum Missam incœpisse, ita Nauar. de orat. c. 16. nu. 55. cum seq. quem sequitur Ang. & Siluester locis prædictis.

[Margin: Missam celebrãs nõ dẽt ab ea desistere, & qd si ecclesia ĩter dicat interim, & huiusmodi.]

Caueat quoque sacerdos ne celebrans roget Deũ, vt aliquem perdat: sic enim peccat mortaliter, & est deponendus. c. quicunq;. 16. q. 1. & eo casu non nocet illi ad cuius perditionẽ sit, cũ natura sacramẽti sit vt prosit, vt not. Archid. in c. dictum. 1. q. 1. posset tamẽ excusari à mortali si is esset iniustus Reipubl. vt dicit Ang. num. 54.

[Margin: Celebrãs, vt Deus aliquem perdat, vt pec cet.]

Similiter

Similiter aduertat sacerdos, quod si ratione sui beneficij tenetur celebrare in certa ecclesia, vel altari nō satisfaceret muneri suo, alibi id agendo: vt inquit Bald. l. si quis. C. de epis, & cler. ca. nos quidem de testamētis; & idē dicendū de illo qui se obligauit ad dicendum Missam de B. V. vel de Sp. S. vel in tali altari, nō satisfacit aliter faciendo: vt sentit Ang. nu. 52. in fi. nisi id notum faciat ipsi danti eleemosinam: & sic sentit etiam Nau. de orat. cap. 5. num. 3.

Missa nimis citò, vel tardè recitari nō debet.

Laudabile quoq; est Missam, nec nimis properè, nec nimis lentè pronunciare, distinctè, & mente attenta: vt hr in Conc. Basil. sess. 21. tit. quo diuino offic. relato à Nau. c. 16. de orat. n. 24. quā ēt sacerdos semper publicè dicat, cū Missa officiū publicū sit, & publicè dicendū: vnde reprehēsibiles sunt qui clausis ianuis celebrant: vel tam summissa voce, vt Gloria, oratio, epistola, Euangelium, & hmōi altè dicenda audiri nō possint, recitant: vt & ij qui secretò dicēda altè proferūt: vt idē dicit c. 16. de orat. n. 54. & latius. c. 20. n. 14.

Missam celebrans q attētionē ibi habere debeat.

Quò verò ad attentionē, debet sacerdos celebrans attentionem hre ad Missam: vt monet Apost. ad Ephes. 5. d. Cantantes, & psallentes in cordib. vestris Dño, vbi Hier. d. nō voce tm, sed corde psallendum; & hr in c. 1. de cel. miss. & in Clem. 1. de reliq. & ven. san. Deus. n. spiritus est, vnde eo modo orantes in spiritu, & veritate oportet adorare; qui verò sine attentione orat non vr orare in spiritu: vnde & D. Bas. in Io. 4. inquit, diuinū auxiliū esse implorandū nō remissè, nec mēte huc, illuc vagāte, quia talis non solū non impetrabit quod petit, sed ēt Deū magis irritabit, quod est intelligendū ex opere operantis, nō autē ex opere operato: qua de causa, & Gaiet. verbo hora, d. non solū dictionem horarū, sed ēt modum dicendi attētè, & deuotè esse ab ecclesia preceptum. Triplex aūt est attentio orōnis: prima, qua attendit ad sola verba, ne in ijs erret: secūda, qua attenditur ad sensum verborū: tertia, qua attendit ad orationis finē, qui est Deus; harū secunda melior est prima, & tertia secūda, quæ ēt est cōis omnibus doctis, & indoctis: secunda tm modo intelligentibus idioma; notandum ēt ex D. Th. 2. 2. q. 83. art. 14. orationis tres esse effectus pcipuos. s. mereri, impetrare, & consolari, quib. addi potest quartus, qui est satisfacere præcepto; aliqui. n. merentur orādo, & nō impetrant, vt Paulus qui petijt remotionē stimuli carnis. 2. Cor. 12. Alij impetrāt postulata, & nō merētur, imo peccāt, vt populus Israelis petendo Regē, qui tn illum obtinuit. Alij, nec merentur, nec impetrāt, sed satisfaciunt pcepto, vt qui in peccato id facit. Notandū ēt duplicē esse intentionē. s. virtualem, & actualē, quod ad propositū attinet. His notatis dicendū est non posse aliquē sine aliqua dictarū attentionū obtinere cōsolationem, animæ recreationē: vt d. D. Th. d. q. art. 14. ex quo fit, vt sic recitantem pigeat orare: secūdò, dicendū, quod ad merendū, impetrandū, & satisfaciēdum opus est in principio hre propositū actuale, aut expressum, vel virtuale attēdendi, & vacandi Deo dū orat, cū nullus actus possit esse meritorius sine debito fine, & animi deliberatione: vt inquit D. Tho. 1. 2. q. 6. vt Pal. in 4. d. 29. q. 5. col. 6. & ita debet saltem haberi intentio orādi, vel satisfaciendi muneri suo à principio, & postea actualiter attendere ad verba, ad res, vel significatum; si quis. n. post propositū actuale, vel virtuale attendēdi mutet propositū actuale, vel virtuale nō attendendi, vt is qui expressim nō vult attendere, vel tacitè qui aduertēs se vagari cogitādo res à sua precatione alienas ad nullā dictarū attētionū aīum reuocare nititur, vel deliberatè se occupat in alijs cogitationibus, vel si à principio indeliberatè incipit orare, hmōi peccant, & in vltimo casu ēt non satisfaciunt muneri suo: vt latè explicat Nau. de orat. c. 13. & 21. & in Vissel. nu. 44. & in Man. c. 25. nu. 105.

Missa q sit celebrāda.

Errare pōt ēt sacerdos, quò ad qualitatē Missæ celebrandæ, cū Missa celebrari debeat de eo, de quo fit officiū,

,qua ratione audiens Missam peculiarem, vel votiuam, omissa Missa diei in die festo, non satisfacit pcepto audiẽdi Missam. c. laicorũ. vbi Pan. de celeb. miss. Licet seculares ob ignorantiam sint excusandi, non tñ celebrãtes, cum Missæ votiuæ dieb. festiuis sint occultè celebrandæ. ca. & hoc, de consec. d. 1. In ecclesijs aũt conuentualibus, & collegiatis debẽt quotidiè duæ Missæ celebrari, vna de die, alia pro mortuis, vel votiua: vt hř in c. cũ creatura, vbi Pan. de celebr. missa. aliàs peccant contrafacientes, vt ibi d. Panor. nam Missa de Sanctis tñ prodest defunctis, ac si Missa defunctorũ celebraretur, cũ intercessio Sancti suppleat orationibus, quæ dicuntur in Missis defunctorum, vel ob deuotionem sacerdotum erga sanctos, cum aliàs orationes, quæ dicuntur in Missa defunctorum, plus illis prosint: vt inquit Pal. in 4. d. 45. Si tñ quis promisit Missam defunctorũ, & recitat Missam sancti, non satisfacit muneri suo: sicut nec in is qui pecuniã accipit pro Missis per se, vel alios dicendis, & aliquid sibi retinet: vt inquit Maior. in 4. d. 45. q. 3. nisi ex huiusmodi cura aliquod sibi stipẽdium debeatur, vt aliquibus sacristis solet concedi; vel etiã qui obligatus ad Missam dicendam pro aliquo non applicat ei totam illam partem, quam ipsi applicare tenetur; est. n. vnus valor Missæ generalis, qui debet toti ecclesiæ: medius, qui ei pro quo dr: & tertius, qui dicẽti: vt inquit Scot. quodlib. 20. nec in hoc paupertas excusat, vt quis recipiat duas pitantias pro vna Missa, nisi modo supra explicato de valore Missę ad fin. sic sentit Nau. d. c. 25. nu. 91.

Missam celebrans in ecclesia interdicta corã excõicato, vel interdicto, vt peccet, & quid incurrat.

Peccare quoq; põt sacerdos, qui celebrat in ecclesia interdicta: est. n. irregularis, vel ĩ ecclesia polluta semine, vel sanguine. c. is qui. de sent. excom. in 6. vel sine altari portatili, aut cõsecrato: vt hř in c. 1. de consec. eccl. vel si sacerdos interdictus, suspensus, vel excõicatus celebret; sic. n. fit irregularis. c. is cui. de sent. excom. in 6. vel corã personis interdictis, aut excõicatis; is tn. est suspensus ab ingressu ecclesiæ. c. epõrum. de priuil. in 6. & si interim celebret fit irregularis. d. cap. is cui. si sit exẽptus: vt inquit Nau. d. c. n. 83. & 93.

In Missæ celebratione quo simonia cõmitti possit.

Errorem potest cõmittere sacerdos si simoniã cõmittat in Missis dicẽdis, de quo alibi cadit materia, in tr. de simonia. De defectu verò loci, materie, formæ, vasorum, & hmõi supra est dictũ; & quò ad simoniã non põt aliquis pacisci, quod ad psens attinet, pro Missa dicenda; si ẽt sit parochus non põt operas suas locare, si bene habet imputare, si tenue beneficium recipit; & ijs diebus quib. celebrare habet pro populo, & cõsequenter pro eo orare, & sacrificium offerre, probabile est ꝙ non possit alteri Missam applicare: cũ si pauper sit, aliqua arte honesta sibi victũ querere debeat. c. clericus victũ. 91. d. nisi vbi cõsuetudo sit, vt parochꝰ dicat Missam publicã pro parochiano defuncto: vt d. Scot. quodlib. 20. art. 2. vt sentit ẽt Abb. in c. significatum. de præb. potest tñ nõ parochianis operas suas corporales locare, sed non spirituales, si indiget, sine tñ populi detrimento, dummodo non intendat vendere spirituale, vel pro eo pecuniã recipere, sed potius pro seruitio, & recompensatione damnorum, quę sustinet trahendo moram ibi; ꝙ si extraneus sit, potest operas suas corporales locare, vt supra, non tñ spirituales, & pecuniam recipere pro Missa celebrãda, non paciscendo, sed gratis oblatũ recipiendo post Missam explerã, & liberè celebratã. ca. dilectus filius. de simon. vel locãdo operas corporales, vt supra; sic tñ, vt nõ intendat spirituales locare, & sic vt nõ principaliter inseruiat cũ hac intentione principali recipiendi aliquid pro Missa, & re spirituali: tunc. n. committeret simoniã mentalem, quæ tñ non obligat ad restitutionem, sed aboletur per pœnitentiã. c. fi. de simon. & probabile est, ꝙ pro Missa celebranda possit recipere tm quarũ sibi sufficit pro victu illius diei, vt videtur sentire Nau. d. c. 25. nu. 98. in fi. ꝙ si sit capellanus institutus in ali

quo

quo collegio, vel altari cum onere, vt quotidiè ibi celebret pro tali defuncto, vel collegio: probabile est, quòd non possit alteri operas suas locare, nisi de cõsensu tacito, vel expresso ipsius collegij, aut confraternitatis, vel hmôi: vt sentit Nau. loco prædicto; & si quis instituatur in beneficio, vel capellania cum onere quotidiè celebrãdi, nõ ex hoc quotidiè celebrare tenetur, sed quantũ frequentius poterit, salua conscientia, & ẽt corporis incolumitate. c. significatum. vbi Pan. de præb. sicut nec potest se obligare ad dicendũ Missas vnius sancti toto anno, quia sic dimitteret Missas diei, quòd fieri non licet, vt idem ibi sentit; quòd si oneri celebrandi quotidiè propter tenuitatem victus satis fieri non possit, potest illas eps ad minorem numerum reducere attenta mercede, vel eleemosina, quæ præstatur ex illo legato: vt hr̃ in Conc. Trid. sess. 23. c. 14. & ex consuetudine, vel vsu maximè in hac prouincia parochus debet celebrare omnibus diebus festiuis: & duobus, vel tribus diebus in hebdomada, nisi cõsuetudo loci maius seruitiũ requirat; capellanis verò qui tenentur quotidiè celebrare solet vnus dies in hebdomada concedi, vel relaxari. Pro Missis ẽt nouis nõ debet quicquã offerri magis coactè, quàm sponte: vt in Tr. Cõc. sess. 22. de obs. amotis choreis, conuiuijs, deosculationibus manuum, & hmôi. Et hæc sufficiat, quod ad propositum attinet dixisse de simon. in Missa versante.

Missam an quis teneã quotidiè celebrare.

Errare quoq; potest sacerdos celebrans cæremonias debitas non obseruans; si quidem quas sancta Romana ecclesia in diuinis obseruat, in veteri testamento originem duxerit. 1. Par. c. 23. & 24. & etiã in nouo testamento plurimum cõmendantur. Luc. 2. & ad Eph. 5. & eas esse ex traditione apostolica, testatur Dion. ep. 2. ad Demoph. & Clem. lib. 7. c. 27. de Constit. Apost. vt hr̃ in Conc. Agath. c. 30. & Turron. can. 14. & Tr. sess. 6. c. 13. & sess. 23. can. 5. & sess. 24. can. 10. Vnde in ritib. omnes debent Romanæ ecclesiæ conformari. c. necesse. de cons. d. 1. & etiam Metrop. vt hr̃ in can. 32. pœnit. & demum Pius V. in Bulla Missalis, statuit sub indignatione æterna nil mutandum, addendum, vel tollendum esse: vnde sic eas omittens, si adsit contemptus, vel negligentia, probabile est, quòd peccet mortaliter vt d. Silu. verbo, Precept. & Nau. in Man. ca. 11. nu. 4. Vnde non licet sine Missali nouo celebrare sub pœna peccati mortalis, vt in Bulla prædicta: & si sine aliquo sacrorum sacramentorum celebret, excõicationi subiacet. c. ecclesiastica. 26. d. si quidẽ id facit ex negligentia culpabili, secus si ex obliuione, vel alia iusta causa: tũc . n. non peccat mortaliter: nec ẽt primo casu puta, ẽ, eo ipso facto esse excõicatum, sed excõicandum; & si celebret sine pane azimo, sine lumine, aqua, & hmôi, sic celebrans est deponendus, vt supra est dictum. Quæ autẽ cæremoniæ seruandæ sint, superius latè est explicatum; quomodo aut Missa sit ordinãda, tam quò ad Orationes, Gloria in excelsis, Simbolum, Graduale, & huiusmodi; videndum est in Rubricis Missalis reformati.

In Missa cæremonias debitas nõ seruans, vt peccet.

Errare quoq; pôt sacerdos circa intentionẽ, vt si nõ intendit consecrare, sed delusoriè id agat, vel si aliquæ hostiæ ex obliuione remaneãt in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cum nõ intẽdat consecrare nisi quas videt; similiter si habeat ante se octo particulas, & intendit cõsecrare nisi septem, non determinans quas septem intẽdat, nullas consacrat: cũ requiratur intẽtio: secus esset, si putaret esse octo, & intendat consecrare quot quot ante se habet: sic. n. omnes sunt consecratæ: vnde debet sacerdos semper intendere cõsecrare oẽs quas ante se habet; & si putãs se hr̃e vnam tm̃ hostiã, post consecrationem verò inuenit fuisse duas simul iũctas, in cõione sumat vtrãq; : si verò remaneat hostia integrè cõsecrata, post ablutionẽ, eã in tabernaculo cũ alijs reponat, vel si non adest, cõicanti ministret, vel in altari ab alio sacerdote ibi celebratu-

Missam celebrãs quã intẽtionẽ hr̃e debeat, & qd si secus fiat.

ro decenter opertam in corporali relinquat; vel in calice, aut patena decenter conseruet, si prædicta fieri nequeunt, donec, vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: & si nullatenus habet quomodo honestè conseruet, ipse eam sumat; & idem dicendũ de reliquijs manẽtibus post ablutionem consecratis, eas.n.sumere debet, vel sint magnæ, vel paruæ, cũ pertineant ad idem sacrificiũ; & quod dictum est de intentione si non habet actualem, sufficit virtualis, videlicet quod accedens ad altare intendit facere quod facit ecclesia; sic enim conficitur sacr̃m, licet in consecratione non adhibeat actualem considerationem, licet curare debeat, vt habeat et actualem, & attẽtionem, vt sup. expositum est; & cum virtualis sit triplex, vna quę includitur ĩ generali ante facta, vt cum quis generaliter refert omnia opera bona vitæ suæ in seruitium Dei, vt cũ sacerdos est factus, nec postea habuit aliã intentionẽ contrariã, vel quæ ex alia speciali sequitur, vt cũ quis constituit ire ad aliquã ecclesiã, & considerat miliaria, quæ iter illud conficiũt, & postea illuc pergit: tertia, cum aptitudo operis concurrit cũ habitu ad talem relationem inclinante, vt cum quis in statu gratiæ facit opera aliqua, quæ virtualiter referuntur in Deũ: ex his ad consecrationem prima non sufficeret, nec fortè secunda, tertia, verò sufficit, si sic intelligaẽ, vt actualiter celebraturus nõ cogitet se consecraturum, tñ si interrogetur an ob id sic sit facturus, responsurus sit ꝙ sic; sic .n. ea intentio sufficit: vt d. Nau. de orat. c. 6. nu. 14. & maximè cũ id facit ex aliqua obligatione, vel deuotione, quia includitur virtualiter in actu quẽ facit intentio satisfaciendi eius oneri, vel deuotioni, & sic faciendi, ꝙ ecclesia intendit. Quod attinet verò ad puritatem intentionis circa eleemosinam Missę, qui celebrat solum pro stipendio, ꝙ ob eã datur, non proponens alium altiorem finẽ actualem, vel expressum, aut virtualem, vel tacitum, peccat: cum eius finis principalis sit bonum temporale; sicut & is qui celebrat in finem seruiendi Dei, & lucrandi eleemosinam, si plus faciat id ob eleemosinam quàm Dei seruitium, ita ꝙ etiam si nõ adesset seruitium Dei, sed solũ dictum lucrum nihilominus celebraret: cum eius finis principalis totus, vel partialis sit bonum temporale; si verò celebrat plus ob Deum, & vt muneri satisfaciat, quàm ob lucrum, non peccat, licet nisi speraret lucrum, non faceret illud: cum lucrum non sit finis principalis celebrationis: vt dicit Maior; ad cognoscendum verò, qui horum finis sit principalior, consulat homo seipsum; quem enim illorum pluris æstimat, erit magis principalis, quò ad illud opus, cũ aliàs simpliciter vnum altero possit magis æstimare; sic etiã qui celebrat ob gloriam Dei, & ob lucrum, non peccat, si expresiè, vel tacitè æstimat pluris seruire Deo, & muneri suo satisfacere, quàm lucrum illud, etiam si id non faceret, nisi lucrum speraret; quòd si æquè, vel pluris habet lucrũ, quàm Dei seruitium, & gloriã, peccat; qui pariter ob pudorem, vel metum disciplinæ, amissionis obsonij, vel ieiunij celebrat, si is timor sit finis principalis, peccat, secus si minus principaliter; similiter quoq; si quis celebret, vt Deus concedat illi salutẽ, vires, honores, dignitates, si non referantur in altiorem finẽ tacitè, vel expresiè, sed permaneatur in eis, vt in fine principali, peccatum est, & ideo vt dicta rectificentur, oportet ea referri in vltimum finẽ, qui Deus est, vel in aliquẽ actum virtutis: vt quia cupiantur ad melius Deo seruiendũ: vel vt sic iustè, honestè viuatur, quia sic fiũt finis minus principalis; ꝙ si Missa celebreẽ vt aliqua feliciter nubãt, vel milites à periculis liberẽtur: vel vt res perditæ inueniantur, aut ob vitam alicuius, pestem vitandã, iter prosperum, pluuiã, serenitatem, victoriã, liberos suscipiẽdos, & hm͂oi, quæ genere suo sæpè sũt bona, sæpè mala, ideo si accipianẽ pro

fine

fine principali à celebrãte, malefacit: secus si pro fine minus principali, vt si celebret pro Dei seruitio, & cõditionaliter prædicta petat, quatenus ad eius gloriam, & animarum salutẽ spectant: vel si perãtur ad Dei obsequiũ, & virtutes exercendas, & cum his virtuosè viuere, & melius seruire Deo cum ijs, q̃ sine illis: cũ quanto finis est melior, eo opus fit melius, vt iquit D. Th. 1. 2. q. 15. art. 4. & 5. vnde qui prædicta faciunt principalius propter bona temporalia petita, q̃ propter Deũ, peccant, & magis si intẽdant cum eis viuere vitiosè, & magis ẽt si intendãt cũ ijs viuere vitiosius, q̃ sine eis plus ẽt si intendant offendere Deum cum illis, & plus ẽ si intendant offendere magis Deum cum eis, q̃ sine eis; vnde peccant concubinarij orantes pro salute cõcubinarum cum intentione actuali, vel virtuali eis postea abutẽdi; & sic de alijs: ij enim mortaliter peccant; qui verò faciunt id tm̃ propter bona temporalia non referendo ea ad malũ, vel Dei offensam, peccant tamẽ venialiter: sic qui celebrant ob aliquã laudem, honorem, vel famam principaliter, & vt audientes dicant benedixit, peccat; & ideo in principio orationis ab huiusmodi est cessandum, & tm̃ Dei seruitium querendum: cum ratio dicat, vt Deo creatura rectè iseruiat, cũ orationes rectiores sint quanto minus amoris, laudis, honoris, & lucri temporalis in eis miscetur, & sunt excellenter virtuosæ, qñ nec principaliter, nec minus principaliter fiũt alia ratione quã quod sunt Deo grata, vel rectæ rationi consona: & magis qñ fiunt quia Deo grata, quam q̧ sint rationi consona, cum Deus sit vltimus finis, ad q̧ virtus, vt medium refertur: vt inquit Ocham, & Gabriel in prologo sententiarum. q. 1. col. 1. licet bonũ sit paruulis persuadere, vt deuoti sint, & q̧ inde consequentur honorẽ, gloriam, & fortunam, & prosperitatem, licet monendi sint ne prædicta faciant ob bona illa tẽporalia, sed quia id est Deo gratũ, vel recta ratio dictat. Licet tm̃ celebrare ob laudem, honorem, famam, & gloriam temporalem, referẽdo tm̃ ea actualiter, vel virtualiter in vltimum finem, qui Deus est: q̧ est intelligendum de gloria, & honore solidis, & non vanis, cum alias desiderium vanorũ, licet referatur in Deũ, & virtutem sit malum: vnde eiusmodi laudes, & honores mali sunt, qñ cupiuntur de rebus q̃ non habentur, vel maiores meritis. Secundò, qñ cupiuntur pro certiori, & maiori testimonio virtutis, q̃ re vera sint. Tertiò, qñ nec actualiter, nec virtualiter in finẽ debitum, referuntur. Fines verò liciti in quos p̄dicta referri possunt sunt, gloria Dei, bonum spirituale propriũ, vt in eo quis perseueret: bonum spirituale proximi, vt inde bonum exemplũ sumat: vel bonũ temporale propriũ, vt inde ipse aliquod beneficium iustè obtineat: vel bonum temporale proximi, vt ex celebrãtis virtute in eius gratiam, prouideatur de aliquo bono tẽporali propinquis, vel amicis suis, q̧ licitum est; sed quia nullum bonum tẽporale potest esse aptus finis principalis, ideo vt bonũ temporale propriũ, vel proximi possit esse aptus finis recti desiderij, honoris, vel laudis, oportet q̧ id bonum temporale, in quod ordinatur appetitus laudis, & gloriæ, referatur actualiter, vel virtualiter in obsequium Dei, vel honestam vitam; hac relatione bonum temporale desinit esse in his principalis huius appetitus, & Deus, vel virtus incipit esse finis eius præcipuus. Bonus finis etiã est humilitas, obedientia, vel charitas ob quam admittitur laus, honor, vel gratia, vt qui admittit honorem à maiore sibi præstitum eundi ad manum dexteram ob obedientiã, humilitatẽ, vel charitatem, ne eum exasperet, vel ne sit ei ingratus: vel admittit laudes à maiori se sibi delatas, quæ non deberentur ei à minore, & eas admittit nõ vt sibi debitas, sed q̃a ratio affabilitatis, & charitatis, sic dictat. Similiter illicitum est celebrare cum vana obseruantia, licet per eam iustum petatur,

cum nõ petatur eo modo quo debet: vt inquit D.Th.2.2.q.92.ar.1.Vana vero est ea obseruantia,& superstitiosa, quando effectus illius rei,nec virtute naturali, nec institutione diuina, vel humana ecclesiastica, peruenire potest, nec est cæremonia concernens Dei reuerentiam, vel sanctorum honorem: vt inquit D.Th.2.2.q.96.art.1.3.& 4. vnde peccãt,qui projciunt aliquam imaginẽ in flumẽ donec pluat, vel alibi reponunt, ut intra spatiũ nigintiquatuor horarũ certo pluat, uel si die sancti Ioannis herbæ colligantur ante ortum solem, credẽdo eo or to vllas uires non habituras: licet colligi possint herbæ ad curandum cum oratione Dñica,& Simbolo,eo die,& quouis alio.c.non liceat.26.q.5. vel si ad crucem ante ortũ solis oretur pro infirmis, credendo ꝙ eo orto oratio nõ prodesset: vel si incantamentis vulnerati curẽtur, nubes adiurentur,cartulæ cõficiantur pro febricitantibus, adhibitis ijs nominibus dæmonũ, vel alijs ignotis:vel si verba,licet bona,superstitiosè tñ adhibeantur, vt si prædicta verba cum vino misceantur: vel cartulæ collo infirmi alligẽtur cũ filo à virgine certæ diei parte filato: licet ferre scripturã alligatam collo principaliter ad honorẽ Dei, dummodo nil vanum, vel ignotũ misceatur,nec vlla spes in eas scribẽdo,& alligãdo ponatur,nec principaliter pro salute deferantur: vel rebenedicãtur rosaria pro parturientib. & hmõi immixtis verbis, licet à se non intellectis,& additis cæremonijs superstitiosis,alitus,suffitus,oscitationis, & hmõi superstitiones: cum talia, nec institutione diuina,nec virtute naturali, nec humana ecclesiastica, operari possint: vt latè tradit Nan. de orat. c.6. quibus addi põt peccatum eorum,qui dum celebrant, benedicunt,vel baptizant cartas virgines,vt hmõi nefanda, & superstitiosa agant,cum vt supra dictũ est,celebrandum sit principaliter ob Dei seruitiũ, & vt muneri ꝓprio satisfiat, & sequẽter pro aliquo tẽporali consequendo.

Hæc de defectibus, quæ in Missa cõtingere possunt,dixisse sufficiat:de loco verò,vasis,paramẽtis, ministro,hora, &c. supra latè dictũ est; de defectu verò materiæ,& formæ, præter prædicta,ac præparationis,videndum supra in sacr. Euch. Quòd si quis cũ aliquo horum impedimentorũ celebrare cogatur, arbitror sic distinguẽdum, aut enim metus est leuis, & nullaten' excusatur celebrãs à peccato, aut metus mortis verisimiliter cadens in constãtem virum:& tunc vel id impedimentum inductum est iure diuino, vt ꝙ nemo celebret in peccato mortali: & nullo casu,nisi confiteatur,vel si desit copia confessoris, saltem conteratur, celebrare potest;sicut nec absq; debita materia,& huiusmodi, quæ iure diuino sunt instituta,cũ nullo casu timore tormẽti,vel mortis peccato sit consentiendum,& diuina lex violanda.c. ita ne.32.q.5.c.sacris. de ijs,quæ vi; & idem arbitrarer dicẽdum de ritib.qui ex traditione diuina,vel apostolorum habentur:vt ꝙ quis ieiunus conficiat, vt supra expositũ est. quarta proposit. cum traditiones, ita vt ius diuinũ sint obseruãdæ,& custodiẽdæ, vt latè ꝑbaui sup.ĩ tr.de traditionib. Quod si huiusmodi impedimenta iure canonico sint instituta,vt ꝙ quis celebret cum indumentis benedictis,in loco sacro, in ecclesia non interdicta, absentibus excõicatis, arbitror metu mortis cũ hmõi impedimentis, celebrantem nõ peccare mortaliter:nisi quis in contẽptum legis Christianæ ad id cogeret: tunc enim potius moriendũ est Christiano viro: vel si magnum inde scandalum surgat, vt si coactus celebrare coram excõicato,reputaretur à plebe manifestus inobediens,vel inde scandalum susciperet leges ecclesiasticas nullius esse valoris;ijs.n. casibus mortem potius eligere debet, ꝙ id facere: cum alias communicare cum excõmunicatis ad fugiendum periculum mortis non sit mortale peccatum,& ita in proposito sentit Dominicus Sotus de iust.& iure. lib.1.q.6.art.4.propè finẽ.

De audientibus Missam. Cap. XIX.

Missa quibus dieb⁹ ex præcepto sit audienda.

PRima propositio. Audire Missam diebus Dominicis & festiuis, est præceptum Pontificium super iure diuino fundatum, obligans sub reatu mortali oẽs qui peruenerũt ad annos discretionis: vt habetur in c. qui die. & c. Missas. in Conc. Agat. & Cartag. de cons. d. 1. & si obijciatur illa esse Concilia Prouincialia, quæ non obligant omnes: accedit canon apostolorum. in c. omnes fideles. ea. d. Ratio huius veritatis potissima est, ꝙ hmõi canones non habent formã noui præcepti, sed loquũtur, vt de re compertissima, & à temporibus apostolorum constituta, ꝙ indicat præceptum hoc in ecclesia nunquam fuisse ambiguum, sed more & vsu, vbiq; cultum; & fundatur in illo mandato diuino; Sabbata sanctifices: Sanctificatio enim Sabbati ad vacandum diuinis officijs ordinatur, ꝙ ecclesia de audiẽda Missa consulto interpretata est; præterea cum Missa sit sacrificium, præceptum habet annexũ vt audiatur à populo, qui suo ordine, & gradu sacrificare tenetur: ita Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 1. ad fin. ꝙ verò dictum est deberi audire Missas integras, non est accipiendum more Mathematico punctualiter, vt nullã omittatur particula, sed moraliter, vt ciuilitas humana habet; vnde si ab epistola audiatur erit satisfactum præcepto, quia ꝓdictus canon apostolorum iubet vt audiatur scriptura apostolorum, & euãgelistarum; Sot. ibi. d. tñ Nau. de hor. can. c. 10. nu. 43. ꝙ qui venit ab vltimo Kirie eleison, qui ex Conc. Basilien. accedit ad horas post finem, Venite exultemus: & ad alias horas post primum Psal. & ad Missam post vltimũ Kirie eleison, nõ percipit distributiones quotidianas, ideo consulitur, vt qui post collectam venit, audiat aliã Missam, vel partem alterius, ꝙ sufficit: vt d. Maior. 4. d. ꝙ ex duabus illis partialibus auditionibus integratur auditio præcepta, & ita sentit Sot. etiam ibid. in hoc vltimo casu, quĩ & d. Satisfacere eum qui discedit sumpto sacramẽto, vel melius post benedictionem vltimam, qui etiam discurrunt pro necessarijs Missæ, vt pro ture, & hmõi dicũtur Missæ adesse. Silu. Missa. 2. & sufficit audire vnam Missam etiã die Natiuitatis Dñi, vel celebrare vbi adest legitima causa: vt d. Nau. c. 21. in Mau.

Missam nõ audiẽs qñ à peccato excusetur uel non.

Prædicta verò intelligũtur si quis sine rationabili causa non audiat: nam eam non audire est peccatum mortale: qñque nullũ: mortale qñ fit ex contemptu vero, vel interpretatiuo, sine causa legitima, vt puta, vt ad spectacula iret: tunc enim excõicari debet. d. ca. qui die. sed excõicatio non fertur, nisi ob mortale. c. nemo. 11. q. 3. & idẽ si fit ex pigritia notabile, vel passione citra cõtemptũ, sine causa rationabili, vel assuescit transgressioni sine causa, est enim tunc consensus interpretatiuus: Abb. in c. 1. de uit. & hon. cle. Silu. Missa. 2. §. 6. nullum, si habet causam legitimam, qñ detinetur corporis infirmitate, & idem de illi seruiẽtibus, uel qui paruulos sine periculo dimittere non possunt, uel quia timet hostium incursus, & qui si Missæ interesset impediret ab aliquo arduo, & iusto negotio, uel ex officio ꝓhibetur exire, ut castellani, qui tñ debent ibi facere sibi celebrari: & idẽ uidetur de puellis nubilibus, ubi non est consuetudo, ꝙ exeant domo: qui tñ mos nõ est laudabilis: sicut nec ꝙ uiduæ per aliquot dies se domi cõtineant, licet ubi est is mos per aliquos dies essent excusandæ, si malè suspicaretur de eis si exirent: ut d. Nau. loco infra citando. num. 4. & idem de muliere, quæ ob uiri zelotipiam prohibetur exire, uel alia negotia magni ponderis habet præparare iubente uiro, ne inde rixa oriretur; modo pro hoc prædictæ non accedãt ad choreas: qui etiam alijs seruiunt, si ab hæris ob aliqua negotia peragenda, Missam audire prohibent, excusantur; si uerò in consuetudinem id esset inductum, teneretur potius deserere dños, modo habeãt ubi alibi uictum

sibi quęrere possint, aliter nō sita Silu. Missa.1.§.2.Sot.loco prędicto.Nau.in Man.c.21.nu.6.7.8.9.Tur.Cr.in c.Missas.de cons.d.1. peccant ét dńs, pater, vel herus, qui causa sunt vt filij, serui- ve non audiant Missam die festo occupando illos in operibus, quæ differri possunt, vel per negligentiā omittunt eos monere, vt Missam audiāt: nec ét excusatur mulier, quæ menstrua patitur, nisi debilitas eam detineat.c.ad eius.5.dist. & vbi filia excusatur ab audienda Missa, pariter excusabitur & mr illā custodiens: vt d.Nau.ibi.nu.9.

Missa vbi sit audienda.

Secunda propositio. Missa est audiēda in propria parochia, & qui ex contemptu proprij presbiteri, sine causa, aliter facit, peccat, quia venit contra præceptum superioris; si verò ex causa, vt quia sit fornicator, non peccat; similiter si ex causa alibi audiat, vt qa deuotius ibi audiat, vel plures Missæ dicantur: vel ibi statim audiat prædicationē; pręcipuis tñ solēnitatibus est conueniendum ad parochiam, de consilio saltem.ca.vt dominicis, vbi Abb. de paroch. Tur.Cr.in d.c.Missas.Silu. ibid.& habetur in Conc.Tr.sess.22.de obs. in celeb.miss. vbi episcopi monere debent populum, vt frequenter saltem Dominicis, & maioribus festis ad suas parochias accedant.

Missa quæ sit audienda.

Tertia propositio. Missa diei nō est omittenda ob Missam peculiarem: vnde Missa debet congruere officio; vbi tñ sunt plures sacerdotes vnus potest dicere peculiarem, & alius diei respōdentem; & quò ad audientem sufficit audire Missam vnam etiā die Natali, vel sit etiam respondens diei, vel non, quia prohibitio tñ ad clericos sic celebrantes extenditur. Abb.& Archid. in c.quidam. de celeb.miss.Silu.Missa. 2.§.4. Nau.in Man.c.21.num.2.

Missa audienda frequenter, & quare. Missæ vtilitates q̃.

Quarta propositio. Missa solicitè, & frequenter est audienda, ob innumeras, quas homini affert vtilitates.

Primò, siquidem homo Missam audiens, ad intimam Christi Dñi familiaritatem admittitur, cū eius sacrificio sit præsens, & eum in sacramento existentem adoret, & in hoc viuifico misterio tot diuinas res, q̃ supra sunt enumeratæ, geri prospiciat, & illi inseruiat, qui sibi inseruientem absque præmio nūquam dimittit, ob cultum latrium ipsi in hoc actu exhibitum.

Secundò, nam qui Missæ celebrationi adest, magis huius sacrifici j particeps fit, q̃ si præsens non esset, cum pcircunstātibus specialiter oratio fundatur, & etiam ob actualem attentionem, & mentis affectum, quem ex reali præsentia Christi Dñi nostri percipit, à qua accenditur, & illuminatur, cum ipse lux sit & ignis, vt & sol corpora sibi proxima magis quàm remota calore, & luce perfundit, & orationes vi illius sacrifici j Deo summè grati, facilius exaudiuntur.

Tertiò, nam ex Missæ auditione venialia peccata dimittunt, & impetratremissio pœnæ tpalis, vel totaliter, vel partialiter pro modo feruoris, peccatis mortalibus, vel venialibus demissis debitæ, ob merita passionis Christi, quæ in altaris sacrificio applicantur.

Quartò, nam Missæ auditio ad remissionem mortalium disponit, quatenus homo ex memoria Christi passionis, cuius hic fit commemoratio, excitari debet ad concipiendum dolorem scelerum perpetratorū, ob quæ delēda Christus Dñs noster, mortem feram est passus, & ob alia explicata supra, cap.1. secunda propos.

Quintò, ob misteria, quæ in hoc sacrificio peraguntur, in quibus, vt sup. loco suo est explicatū, docetur fidelis, quid agere debeat, vt in confessione, videlicet generali, à Deo peccatorum veniā deprecetur: in precatione, Miseреatur, vt discat proximis iniurias remittere: in Introitu, Deūm collaudare: in Kirie, à Deo misericordiā postulare: in Gloria in excelsis, Deum magnificè exaltare: in precatione, Dñs vobiscum, vt cū Deo & proximo spiritu vniatur: in collectis, bene orare: in epistola, mundū respuere: in Euangelio Christū sequi, & eius vestigia imitari: in simbolo, catholicā fidem profiteri,

teri, quam ibi edocetur: in præfatione, mentis attentione Deū colere: in canone, pia animi deuotione liquescere: in primo Memento, Deum pro viuentibus exorare: in secūdo verò, pro dormientibus: in eleuatione, Christū Dñm adorare: in cōione sacerdotis, spiritualiter cōicare: in precatione, Placeat, vigilare, & Deo coniunctus viuere; cum ibi sacerdos Deum exoret pro salute omniū, & ob alia misteria quæ hic peraguntur, de quibus supra latè loco suo est dictum.

Sextò, ob commoda, & vtilitates, q̄ ex Missæ auditione ad impetrandam corporis sanitatem, & fugādas aduersitates, & alia commoda percipienda sæpè perueniunt, vt sup. probatum est, d. c. 1. quarta propos. pluribus exēplis; & Emerius societatis Iesu alia ad idē exempla refert; præsertim, q̄ cū quidam pauper desiderio Missam audiēdi, illam quadam die audisset, cum ad forum peruenisset, vt inueniret qui eum in vineam conduceret, vt inde mercedem diurni victus perciperet, nullum inuenit; vnde obuius cuidam diuiti factus, & audito, q̄ illa die non laboraret, quia, vt Missam audiret, trā sacta iam esset hora, qua ad opus conduceretur, iussit eum ad ecclesiam redire, & orare, promittēs ei se ipsi mercedem diurni laboris præstiturum, q̄ cum fecisset, & multo plura ei donasset, pauper is diuinitus admonitus fuit, q̄ diues ille, nisi pro illo orasset, ea nocte interfectus fuisset; & q̄ dum multi terram foderent, & multi ex ipsis à rupe, quæ ceciderat, obruti essēt, rupes ipsa ab vno qui Missam audierat recessit, & sub magno lapide abscondita fuit, eo incolumi relicto; & q̄ miles quidam captiuus, dum eius frater pro anima ipsius Missam celebraret, quem mortuum existimabat, à vinculis soluebatur: vt d. Greg. hom. 37. in euang. & Beda lib. 4. hist. Anglic. c. 22. & q̄ quidam Monachus sacrificij virtute, à dæmonibus, qui ipsum diuexabant, liberatus fuit: & Chris. hom. 18. & 21. in Act. apostolorum, sacrificium offerri ait pro fructibus terræ, & alijs necessitatibus: & Aug. lib. 22. ciuit. c. 8. meminit sacrificij altaris oblati ad purgādam domum à dæmonum vexatione: & Prosper. li. de prædictionibus Dei. ca. 6. ait sacrificium oblatū pro dæmoniaca, & ea curata, pro eius liberatione, rursus ob gratiarū actionem, Missam celebratam. Et offertur etiam pro infidelibus, pro eorum conuersione, & idem pro conuersione hæreticorum; sacrificium tñ pro hæreticis ipsis, & alijs excōicatis directè, & expressè offerri non licet: vt d. Bellar. lib. 1. de Missa. in controu. c. 6. & q̄ sacrificium Missæ viuentibus prosit, & ad peccatorum remissionem, & etiā pro defunctis in purgatorio existentibus, probat Ciril. cath. 5. mistag. Primasius in c. 10. ad Hebr. Damasc. lib. 4. fid. ortod. c. 14. & hr̄ in Cōc. Bracar. 3. can. Tr. sess. 22. c. 2. & can. 3. & alia plurima commoda affert, quæ sup. d. c. 1. sunt explicata, ex quibus, quisque qui proprij boni hostis nō sit, ad eam frequenter audiēdam excitari debet. Et licet supra sit dictum sacrificium Missæ in oblatione post consecrationem consistere, Bellarm. tñ lib. 1. de Missa. c. 27. ad fi. in consecratione essentialiter consistere asserit, in quo nil certi de fide definitum existimo, opinio tñ ista Bellarm. & ob eius authoritatem, & rationes ab ipso allatas, valdè probabilis redditur.

Quinta propositio. Missa, tū interna, tum externa mentis, & corporis deuotione, ac religione est audiēda; probatur, nā ibi cultus Deo exhibet: ad cultum verò pertinet, tum animi, tum corporis actus conueniens, vt alibi dictum est, ergo. Et quò ad primū, animi pietas excitabitur, si considerētur templorum magnificentia, altariū ornatus, vestium splendor, luminum rutilantia, thuris fragrantia, & huiusmodi, quæ in sacrificio altaris adhibētur, & in cognitionem nos ducunt altum quid & sublime ibi peragi, vt sup. est explicatum, cum de loco sacrificij, vasibus, & ornamentis, quibus adhibitis

Missa q̄uo sit audienda, tum internè, tum externè.

bitis conficitur, ageretur, vt & ex aspectu nobilis ædificij, dignitas habitantis, consideratur, & eo magis si inspiciatur, ꝙ sicut in illo sublimi sacrificio in Monte Caluariæ peracto, Christus erat is qui sacrificium offerebat, & cui offerebatur, & idem victima oblata, vt dixi tom. 1. tr. de incarnat. sub cap. de sacerdotio Christi; is enim vt homo victima erat quæ offerebatur, & sacerdos qui offerebat, & vt Deus, is cui offerebatur: sic in sanctissimo Missæ sacrificio, licet sacerdos id offerat, Christus tñ est principalis sacerdos, q illud offert, & is cui offertur, vt Deus est, ac proinde Patri æqualis, vt hinc dignoscere liceat q̃ excelsum sit hoc sacrificium, cũ ibi fiat cõmemoratio, & repræsentatio Dñicæ passionis, vt sup. cap. 1. est dictum. Vnde cernens sacerdotem è sacrario prodeuntẽ, Christum Dñm ad Montem Caluariæ vinctum, corona spinea perforatum, verberibus atrociter afflictum, euntem se aspicere sibi persuadeat, vt sic intima animi pietate illi compatiatur, & eo magis cum videns sacerdotem ad altare peruenisse, ante oculos sibi proponere debeat, Christum Dñm, iam ad Montẽ Caluariæ peruenisse, & cruci affixum, aceto & felle potatum, & alias inæstimabiles afflictiones, q̃ sup. tom. 1. cum de passione Christi ageretur, sunt commemoratæ, preferẽtem, vt sic dolore afficiatur, ꝙ propria crimina causa tantorum malorum, extiterint. Excitabitur etiam animi deuotio si propria vilitas consideratur, & nos tñ Deus tanto honore affecerit, vt iam excelso misterio adesse concesserit; si enim, qui ad Regis præsentiam admittitur, magno honore decoratur: quanto magis Deo gratiæ agendæ sunt, ꝙ nos ad tam excelsi misterij præsentiam admittat. Hęc quoque animi deuotio excitabit, si quis ad Missam audiendam à peccato mortali liber accedat, cum peccatum debitam deuotionẽ impediat, licet in peccatis quoq; existens non debeat proinde à Missæ auditione abstinere, cum per id sacrificium ad pœnitentiã disponatur, vt sup. est dictum; & pari modo si debita quis intentione eã audiat, vt. s. ecclesiæ præcepto obediat, & ex illa fructus percipiat, qui supra sunt commemorati, & si præsens sanctissimo sacrificio sancto timore corripiatur, secum animo voluens, ꝙ in loco sancto existat, in quo Deus ipse homo factus, vt Gen. 28. hs, modo speciali in venerabili sacramento existit: Angeli quoq; in hora sacrificij intersunt, & Deus ipse, ac homo in sancto hoc sacro adoratur. Quæ pari modo deuotio augetur, si Missæ præsens existens, genuflexus existit, huc illucve nequaquam prospiciens, sed attentè cõsiderans quæcunq; sacerdos in hoc viuifico, & tremendo misterio peragit, & in actibus illis, spiritu ei se iungens, & prius ecclesiam ingrediens, dicendo, Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuũ, & confitebor nomini tuo, & aqua lustrali se perfundens, sì à Deo mũdari spiritualiter postulabit, & antequã Missa inchoetur, omnes eius necessitates tum corporeas, tum spiritus, sanctæ ecclesiæ, amicorum & propinquorum, inimicorum, & benefactorum, Deo humiliter commẽdabit: & cum sacerdos Missam inchoabit, signum sanctæ crucis sibi producet, cupiens & poscens, vt tum ipse, tum cæteri, omnia in gloriam sanctissimę Trinitatis peragant, & peccatorum confessionem, saltem generalem spiritu cum sacerdore emittet, à Deo veniam pro proprijs, & alienis delictis humiliter poscens: & item in Kirie præstabit, ad Angelorũ intercessionem recurrens, & in cantico: Gloria in excelsis, Deum magnificè laudans, & cupiens angelicam puritatem: vt idipsum promptius exequi valeat: & in salutatione Dñs vobiscũ, Deum rogabit, vt sit cum ipso, & à se nunquam discedat, & in collectis orabit, vt ꝙ sacerdos exposcit, obtineat: & epistolam, ac euangeliũ attentè audiet, paratus, quæ ibi narrantur, operibus adimplere; dum simbolum legitur,

tur, mente proponens quæcunq; sancta Romana catholica ecclesia credẽda ꝓponit, incõcussa stabilitate credẽdi; in offertorio, proprium corpus cũ omnibus eius sensibus, animamq; cũ omnibus ipsius potentijs, & res exter nas, Deo liberè offerendo, & consecrando; cum sacerdos d. Orate, Deum rogando, vt hoc sacrificium percipiat ad gloriam nominis sui, nostramq; & totius sanctæ ecclesię vtilitatem. Dum dr: Sursum corda, gaudia cœlestis Hierusalem, animo cogitãdo, & suppliciter Deum rogando, vt illorum memoriam in seipso conseruet, ne erga terrena inordinato voluntatis affectu feratur; in Memẽto viuorum, Deo illos qui ante Missæ inchoationem excogitati fuere, humiliter commendando. Dum sacramentum eleuatur, Christũ adorando, & illum Patri æterno in sacrificio ipso piè offerendo, dicendo Adoramus te Christe, quia per sanctã crucem, & passionem tuam redemisti mundum. In secundo Memento, Deũ rogando vt Christi sanguinis virtutẽ animabus, quæ in purgatorio existũt, applicare dignetur. Dum dr: Oratio Dñica, suppliciter exposcẽdo, quæ ijs septem petitionibus continẽtur, iuxta superius explicata, iniurias sibi illatas dimittendo, & Deum rogando, vt eum roboret contra tentationes, q ipsum magis impugnant; in primo Agnus, poscendo delictorum remissionem; in secundo, vt pœna illis debita cõdonetur; in tertio, vt omnia bona, maximè gratiæ, & gloriæ sibi donent. Dum dr: Dñe non sum dignus, cogitando Christi maiestatem, vt verbi ꝑsonam, animamq; eius sanctissimam, & propriam vilitatem, ac illi proinde humilissimè se subijciendo. Dum sacerdos percipit sacratissimam Eucharistiam, spiritualiter cõicando, Dei beneficia animo reuoluendo, desiderio accẽsus ipsius diuinæ maiestati vniri, & ab eius nunquam charitate separari, eum rogando, vt ipsius intellectum ab omni purget errore, & charitate voluntatem accẽdat, vt nil præter eũ diligat, cum tanti amoris argumentũ in hoc sacramento nobis exhibeatur; sacerdotalem deniq; benedictionem deuotissimè suscipiendo, & Deum humiliter exorãdo, vt ipsum in cœlis benedicere dignetur, & à peccatis illæsum seruare, vt tuto in magno die iudicij æternam benedictionẽ, Dei gratia iuuante, expectare valeat, & in cœlesti gloria facie reuelata fruatur, qđ in Missæ sacrificio sub sacris velaminibus tegitur: & alia meditando, quæ supra suis locis, cum de misterijs Missæ ageretur, sunt commemorata. Deuotio tñ interior non est in præcepto humano: vt d. Silu. Missa. 2. §. 6. vnde ea carens satisfaceret præcepto ecclesiæ, de Missa audienda, & idiotæ sat est, dum Missam audit, iacere cogitatus suos in Deum, & suam gratiam, & gloriam optare, ac contemplari, Missam continere corporis Christi realem ꝓsentiam, & esse veram repræsentationem mortis, & passionis Dñi, qui pro nobis est passus, & desiderare vt sacerdos exaudiatur pro cunctis orans, & sacrificans, attendendo ad ea quæ sacerdos facit, licet nec audiat, nec intelligat, cogitãdo magnas laudes Dei ibi contineri, cum animo satisfaciendi præcepto ecclesiæ, & Deo seruiẽdi: vt d. Nau. de orat. cap. 13. num. 8.

Quod ad alterum verò attinet caput, exteriorem nempe deuotionem, & attentionem, ipsa exterior deuotio est necessaria, ita vt dormiens in Missa non satisfaceret præcepto de ea audienda: loquens verò, vel aliud faciens attentioni repugnans, vt pingens, vel scribens in notabili parte Missæ, peccat mortaliter. Silu. d. §. 6. Nau. d. c. 21. nu. 6. in Man. c. 6. nu. 9. licet is præceptum impleat quò ad substantiam audiendi. Sot. loco prædicto. Nec est etiã necesse audire Missam, vbi maximè est magnus populus, & altare distans, sed sufficit adesse vbi celebratur, etiã si sacerdos celebrans nõ videatur, nec audiatur, modo quis ibi adsit animo audiendi, & satisfaciendi pręcepto ecclesiæ etiam ꝙ nullum verbum intelligat

gat eius quod legitur, & tunc idiotæ suffi cit, vt supra, iacere cogitatus suos in Dnm, suam gratiam, & gloriam desi derando, in Missa animo contemplan do Christi passionem, & orando vt sa cerdos exaudiatur; literas verò callés eo casu, Missam legere debet in Mis sali, post eam auditã, vt sciat quid in ea sit dictũ, licet id nõ sit in præcepto, sed satis fuerit adfuisse intentione au diendi illam, & satisfaciendi ecclesiæ præcepto. Sot. Ibid. Silu. d. §. 6 Nau. de hor. can. c. 13. nu. 8. Vbi & Silu. d. in fin. d. § non satisfacere ecclesiæ præcepto eum qui ad Missam de præcepto reci tat horas canonicas, vel pœnitentiam ad quam tenetur, quia vtrunq; requi rit deuotionem, & attentionem exte riorem. Sot. d. loco cit. cum Gaiet. cõ trarium tenet. Nau. verò in Man. d. c. 21. nu. 8. dicit quem posse eodem tempo re satisfacere præcepto audiendi Mis sam, & recitandi prædicta, modo vni adeo non intendat, vt alteri debitam attentionem nõ adhibeat, cum nemo teneatur audire verba sacerdotis, vel intelligere, sed satis sit ibi adesse etiã in longinquo, surgẽdo, genua flecten do, & huiusmodi, prout Missæ pars e xegerit: opinio tamen Silu. videtur tu tior, sed hæc secunda opinio videtur procedere maximè dum sub silentio sacerdos orat, modo non legat: sic quod non videre possit quid sacerdos agat: sic enim videtur tolli attentio quam Nauar. requirit. Et quò ad modum au diendi externè, deuotè audiri Missa debet, flexis genibus, præterquã dum vtrunq; Euangelium legitur. c. aposto lica. de conf. d. 1. & capite aperto: sicut & eodem modo sacerdos celebrare te netur: vt d. Seb. Medices. de conf. d. 1. art. 17. ex D. Th. in ep. ad Cor. nisi cor poris infirmitas excuset. Et ex Conc. Tr. sess. 22. Decr. de obs. & euit. in Mis sæ celebratione mandatur, vt nõ ante celebretur, quàm adstantes decenter habi tu corporis composito declararint se etiam mente adesse, & deuoto cordis affectu, & vt inde cantus lasciui, collo quia prophana, deambulatione, stre pitus, & hmõi remoueantur, vnà cum certo Missarum, & candelarum nume ro, qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione inuẽtus est. d. decret. Et ex Bulla vj. Pij V. data anno 1566. Cal. Apr. prohibentur deambulatio nes, vociferationes in ecclesiã tempo re diuinorũ, & prædicationis, sub pœ nã vigintiquinq; ducatorũ per epos contrafacientibus auferendorum, & qui ibi loquetur cum mulieribus in honestis, vel honestis, vel alios actus inhonestos fecerit, eadem pœna pu nitur: & qui verba inhonesta, vel signa emiserit, in decem ducatis plectatur, præter diuinæ vltionis acrimoniam, & qui terga vertunt sanctissimo sacra mento in vigintiquinque ducatis pu niuntur, cum ad ecclesias humilis de beat esse ingressus, honesta cõuersa tio in eis, & ibi orationib. sit insisten dum, & genibus flexis sanctissimum sa cramentum adorandum: vt ibi dr; & regulariter prohibetur ne Missæ in teressentes ferant arma hastilia, tor menta, & huiusmodi, nisi sint princi pis ministri, canibus quoq; expulsis, accipitribus, & similibus locis sacris indignis. arg. c. dolentes de cel. miss. & alijs de quibus sup. cap. 8. est dictum.

Quinta propositio. Missam auditu rus cauere debet ab omnibus, quæ Dei oculos offendere possint, vel alicui scã dalum afferre, aut sibi animæ perni tiem, cauendo in primis ne ad eccle siam accedat Missam auditurus, vt ibi mulieres conspiciat, vel alia turpia peragat; qui licet ecclesiæ præcepto de Missa audiẽda satisfaciat, grauiter tamen peccat, iuxta dicta sup. d. c. 8. vt & ij pariter peccant, qui non vt Deo seruiant, sed ex quadam cõsuetudine Missæ intersunt, quia sic ab infantia as sueti, vel parum saltem inde fructum reportant: & si assiduè ibi cum alijs lo quentur, mortaliter peccant: & si tan ta sit mentis distractio, vt Missæ nõ at tendant, ecclesiæ præcepto, vt & dor miens ibidem, non satisfaciunt; pari tatione ij peccãt qui Missæ irreueren ter intersunt capite cooperto, sedentes,

tes, huc illucq; spectantes, cum careat debita, tãto sacrificio reuerẽtia exhibenda, à quo cauendum summopere est: cum si in præsentia terreni principis quisque reuerenter se habeat, eo magis in præsentiã cœlestis infinities agendum est. Eodem ferè pacto ij errant, qui dũ Missæ intersunt, sub qualibet arbore frondosa se prosternunt, huc illucve cogitatione discurrentes, vel mundi negotia considerando, vel delectando in carnis peccatis transactis, vel excogitando qua ratione prauæ cogitationes executioni operis mandari possint, vel de inimicis vindicta sumi, & hmõi: ita vt sæpenumero Missæ præsens ignoret se ibi corpore nedũ animo interfuisse: à quibus valdè cauendum est, & noxiæ cogitationes freno rationis retrahendæ, ac tota mente misterijs solis illius sanctissimi actus opera danda; ij quoq; peccãt qui tedio affecti quærunt sacerdotes, qui citò Missam expediãt: & si aliquanto protrahitur, torquentur: ac si rei molestæ adessent, q̃ inditio est eos spiritualia ignorare, cum in seculi vanitatibus, & comedijs audiendis multas horas insumant, & Missæ, vbi commemoratur passio Christi, qui tanta pro nobis perpessus est, cum maxima molestia per breue temporis spatiũ intersint, qui pariter peccant, & proinde obiurgandi, & monendi vt esurire velint, & sitire spiritualia, & gustare q̃ suauis sit Dñs; sic.n. tædium abscedet, & maxima perfundentur lætitia, dũ tã suaui conuiuio fruentur, si sigillatim quæ ibi peraguntur, animo voluent, iuxta superius explicata. Ij etiam peccant, qui vice se præparãdi, vt Missam deuotè audiant, horas insumunt, mulieres præsertim, vt fucatæ, & inanibus adhibitis ornamentis ei intersint, nõ ignorantes se, si alios volentes ad concupiscẽtiam adducunt, peccati ipsorũ participes esse: quæ obiurgandæ grauiter sunt, q̃ non sint ad viros accessuræ, sed ad Christũ, qui animæ tñ pulchritudinem amat, & ibi Angelos adesse, ob quorum præsentiam, faciem sibi velare, iuxta Apostoli monitum, debent. Et hæc, de Missam audientibus dixisse sufficiat.

De obseruandis in Missæ celebratione. Cap. XX.

Clerici alienę diœcesis ad celebrationẽ nõ admittunt, nisi ostendant Literas dimissorias sui epi: vt in Cõcil. Tr. sess. 23. c. 16. statuitur, duob. tñ mensib. si in ꝓuincia, si extra prouinciam in Italia quatuor, sex verò si extra Italiam, datis: & ideo parochus simul ac clericum in suam parochiam diuertisse aliquot ibi diebus moraturũ cognouerit, octo saltem dietum spatio eius nomen, & patriam, si in ciuitate epo, si in diœcesi visitatori denũciet: quem tñ visitator epo inconsulto, nõ admittat, licet dimissorias literas viderit, quæ celebrãdi licentia ab epo sex to quoq; mense renouetur, nisi aliud episcopo videatur. Conc. 1. 3. Med. Missam celebrare q̃ ꝓhibendi.

Alij item notoriè criminosi a Missæ celebratione arceantur, donec vita emendata, sceleris maculam eluerint; nec alij ad celebrandum etiam sine episcopi licentia.

In priuatis autẽ ædibus nulli liceat Missam celebrare, nisi ibi oratoria diuino tñ cultui dedicata, ab epo concessa, & eius visitatori subiecta adsint. In quorum tñ designatione attendatũ, ne sint in interiorũ ædium partibus, vbi familia frequẽter versatur, sed loco honesto procul à cubiculis, tricli nijs, & aula separata, ad templi formam constructa sint, nec ita angusta, vt qui Missam audiunt, ad ostium, vel fenestram stare cogãtur; quibus tñ id concessum erit, raro illa commoditate vtantur, ne raro homines Dei ecclesiam frequentent. 1. Med. nec nisi ex magnis causis id conceditur, nisi apostolica facultate muniti sint. 4. Med. Missæ in oratorijs q̃uo celebrandæ.

In nouarum verò Missarũ celebratione conuiuia, ludi, choreæ, & hmõi abusus tollantur, nec manus sacerdoti celebrãti deosculanda proferatur in In Missis nouis à q̃bus cauendum.

Offer-

Offertorio, sed pacem tm̃ populus osculari debebit, nec quisquam primã Missam celebret, nisi à magistro cæremoniarum in Cathedrali cõstituto sit approbatus, de episcopi licentia.

Missa ĩ ecclesijs priuatis qbus horis non celebrãda nec sine epi pmissu.

In ecclesijs priuatis ne celebretur, nisi post concionẽ in parochiali peractam, nisi aliud epo videatur, ꝙ tñ nõ intelligitur de regularibus, qui ĩ hoc sunt exempti, ex Constitut. 37. Pij V. In ecclesijs verò monialium celebrare non liceat, nisi epi permissu, si apostolica facultas non adsit. Et qui in aliqua ecclesia onus celebrandi suscipit, nõ prius celebrare incipiet, quàm ab episcopo approbetur, ꝙ item præstetur si eum ex illa ad aliam ecclesiam transferri contingat.

In Missa cæremoniç debitç o: seruandæ, & à qbus cauendum.

In Missæ celebratione cæremoniæ à Romana ecclesia institutæ ad vnguẽ seruentur, nil eis addendo, vel detrahẽdo. Et ideo sacerdotes ab omni indecoro capitis, oris, & reliquĩ corporis motu abstineant, nec eleuatione peracta, cum hostia sacra mouenda est, id ita fiat, vt denuo extolli videatur: quæque palam pronuncianda sunt distincta, & clara voce, secreta secreto dicantur, nec tardius, aut celerius quàm par est, verba proferantur: nec Missa memoriter proferatur, sed omnia legantur tum in Missali, tum in tabella à secretis ibi locata, nec operto capite cuiq; celebrare liceat.

Missam celebrantes quoties cõfiteri teneantur.

Et vt ad rem sacrã sacerdotes puriores accedant, semel saltem in hebdomada confiteantur, nisi ob peccatũ, ꝙ tñ summopere vitare debent, sæpius eos id præstare sit opus, ac ante Missã se colligant in tanti misterij consideratione, & sanctas orationes legãt, ac sigillatim consideratione reuoluant q̃ in Missa tam pro viuis, q̃ pro defunctis orandum sit, ne in altari diutius immorentur, & ideo in sacristia oratorium ad orationem accommodum extruatur: Missam perlegant, signacula suis partibus locent, & sacris induti cum nemine colloquãtur, nec loquẽtibus aures dent, nec è sacristia exeãt, nisi cum ad altare eũdum erit: pileũ, biretum, sudariolum, vel alia in altari ne locent: nec in altari morentur alicuius expectandi gratia, nec eius gratia concionem, quam in Missa habere debent, vnquam omittant.

Missa peracta, cui clericus habitu clericali indutus inseruiat, Deo pro sũmi muneris beneficio gratias agãt, statis orationibus recitatis; ministri verò in Missa ab altari nunquam recedant, nec candelis vendendis operam dent, sed composito corpore modestè & deuotè ministrent, nec candelas, nisi vltimo euangelio peracto, extinguant, 1. Med.

Missç qũo distribuẽdæ, & recitandæ vbi multæ adsunt.

In ecclesijs, vbi plures Missæ sunt, ita distribuãtur pro populi commoditate, vt prima diluculo, reliquæ debito interuallo, vltima quo tardius fieri potest, celebretur; & dum duo eodẽ tẽpore celebrant, in distantibus altaribus, ne se interturbẽt, peragãt; diebus verò festiuis, vbi plures Missæ sũt, vna etiam diluculo pro commoditate iter facientium dicatur; sic tñ, vt hac de causa à Missa parochiali alij non auocentur; vbi verò vna est tm̃ Missa, die festiuo dicatur duab. circiter horis post solis ortũ, datis semper signis campanæ horæ dimidio interuallo distinctis, nisi aliud episcopo videatur, & alijs etiam diebus hora populo magis accommoda dicatur.

Missa à qbus celebranda, & quando.

Vt verò diuinum sacrificiũ frequentius celebretur, sacerdotes omnes in dignitate etiam constituti Dominicis saltem, & festiuis diebus celebrent: parochi ijsdem, & tribus in hebdomada diebus celebrent, nisi frequentius cõsuetudo eos id præstare, vel necessitas cogat; quique in sacris sunt, bis mense, in minoribus semel saltem Eucharistiam sumant. Tr. Conc. sess. 13. cap. 14. Conc. 1. Med. tit. de frequenti diuini sacrificij oblatione.

Quod vt commodius præstetur, in concedenda facultate, vel prorogãda celebrãdi, videat eps an sacerdos oneri imposito satisfacere possit, & ideo parocho ne alibi sacrum faciendi licẽtiam præstet, nisi parochiæ oneri satisfacere

tisfacere possit; idem et ad exequias, vel anniuersaria festa inuitatus non ante discedat, maximè diebus festiuis, nisi alij adsint sacerdotes, qui oneri satisfacere possint.

Missæ onere celebrandæ astrictus, ei satisfacere tenetur, & qui non satisfaciat.

Onus verò celebrandi suscipiens ei omnino satisfaciat, nec id vnquam prætermittat, nisi alium sacerdotem suffecerit, qui onus iniunctum peragat, & qui in vno altari certo onus Missam celebrandi habet, in alio celebrans non satisfacit, nisi episcopo concedente; quique capellas obtinent, Missas per se celebrent, nisi legitimè impediti, & episcopo approbante, vel testatore concedente, alios ad id muneris obeundum suffecerint. Vtq; certius sciatur an muneri suo celebrantes satisfaciat, liber in sacristia habeat, in quo, sacrista præsente, celebrans statim peracto sacrificio se subscribat: aliter in eum ac si muneri suo non satisfecisset, agatur; qui liber in loco tuto in sacristia seruetur; & vbi anno expleto quis debito oneri minimè satisfecisse compertus fuerit, cogatur, quòd defuerit in Missis celebrãdis supplere alios ad id sufficiendo.

Missarum eleemosinæ, quo colligendæ, & distribuendæ, vbi multæ dãr.

Vbi verò ob diei festiui, vel loci deuotionem Missarum cõcursus existit, capsula deputetur, vbi eleemosinę reponãt, posito ibi clerico probatæ vitæ, qui earum rationem, & precum, quæ in ijs fieri debẽt diligenter describat, quæ postmodum inter sacerdotes, qui ibi celebrarunt, diuidantur, quæ tamen pijs dantium voluntatibus satisfacere debeant.

In Missa cãpanula pulsari debet i eleuatione.

In Missa conuentuali, cum corpus Domini eleuatur, campanarum ictibus signum detur, quòd & in priuatis paruo tintinnabulo præstet; cumque sacrificium est inchoandum, videat clericus an aliquis in ecclesia adsit, qui minus honestè sacrificio intersit, & ideo mente etiam se ibi non adesse significat, quem si compererit, modestè eum moneat: vt iuxta Conc. Trid. & Constit. Pij V. sanctæ memoriæ deuotè se habeat.

Missam solemnẽ celebrare quibus dieb. episcopi debeant.

Episcopi ipsi die Natiuitatis Domini, Circũsionis, Epiphaniæ, feria quinta in cœna Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Petri & Pauli, Assumptionis Beatæ Virginis, solemnitate omnium Sanctorum, Die Dedicationis ecclesiæ, & patrono ciuitatis, Anniuersario Consecrationis ecclesiæ, Consecrationis item suæ Anniuersario, & primo Sinodi Diœcesanæ, & quibus sacras ordinationes solemnes habẽt, ac alijs solẽnibus actionibus, solemne Missæ officium peragant, & in ea concionem habeant; quibus impeditis: primus in ecclesia sacerdotum dignitatem obtinẽs id munus peragat, & ipse tamen nisi impeditus concionem nõ omittat; & vesperis item episcopus solemniter benedicat, sacerdote præmittente, humiliate vos ad benedictionem, & choro respondente, Deo gratias.

Cum ex Rubrica Missalis duæ Missæ conuentuales in ecclesijs Cathedralib. & collegiatis celebrari debẽt, ne omittantur, & vbi ex legato vel alia de causa etiam Missa defunctorum celebrari debet, illa etiam addatur. 1. 2. 4. Conc. Med.

Sabbato verò, nisi festo, vel consuetudine obstante, Missa de B. Virgine celebretur; at in Missa plures tribus, vel ad summum quinq; orationibus; nisi ex commemorationibus aliter sit fiendum, recitentur. 1. Med.

Missa quõ audienda.

Missam audituri peccatorum contritione ad illius auditionem se præparent, vt vberem tanti sacrificij fructũ capiant, nec quis gradibus altaris hæreat, & Missæ ita quis intersit, vt in omnibus eius partibus genibus flexis sit, nisi cum Euangelium pronunciatur, quo tempore omnes stent, nec mulieribus etiam, tũc sedere liceat.

3. Mediolanensi.

Sententiæ

Sententiæ. De Eucharistia. De eius nominibus, & veritate Sacramenti.

Dion.de hier.eccl.ca.2. apud Canisium. In fine aűt omnium, Pontifex ita perfe-ctum ad sanctissimam Eucharistiam vocat, atque consummantium, illi sacrorum cőionem deificam tradit. Et inf Est.n.iuxta inclitum præceptorem nostrum sacrorum consummatio. Et infra: Neq;.n. fermè fas est, sacerdotalis muneris ministerium aliquod peragi, nisi diuinű istud Eucharistię augustissimumq; sacrm cőpleat.

Eucharist. cősumma tio sacro- rum, & augustissima misteria.

Amb.lib.5.de sacr.c.3. Venisti ad altare, accepisti gratiam Christi.

Eucharist. gra Xpi.

Orig.li.8.con.Celsum. Nos qui rerum omnium cőditori placere studemus, cum precibus, & gratiarum pro beneficijs acceptis, actione, oblatos panes edimus, corpus iã per precationem factos sanctum, quoddam & sanctificans, vtentes eo cum sano proposito. Et infra: Hoc cauemus ne ingrati erga Deum habeamur; habemus etiã eius gratiarum actionis simbolum, panem qui Eucharistia vocatur. Chrisf. libr.3. de sacerdotio. O miraculum, ò Dei benignitatem, qui cum Patre sursum sedet, in illo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere, ac complecti; fit aűt id nullis præstigijs, sed apertis, ac circumspicientibus circunstantium omnium oculis. Num tibi ista contemptu, ac despectu digna esse vidētur, aut hmői, vt possit quis contra ea attolli, arq; insurgere? Ponito ob oculos Heliam &c.

Per precationem fit panis corpus Xpi.

Eucharist. simbolum actionis gratiarű.

Veritas Christi in sacro.

Et infra: Hoc ergo misterium omnium maximè horrendű, verēdumq;, quis tandē, qui insanus idem minimè sit, quique è potestate non exierit, fastidire, ac despicere poterit?

Missa misteriű horrēdum, & verēdum.

Ciril.in Io.lib.4.c.16. Manna alimentum non æternam vitam, sed breue famis remedium adferebat, non ergo erat cibus verus.i.panis de cœlo; Sanctum verò Christi corpus ad immortalitatem, & vitam æternam cibus est. Et infra: Propterea corpus, & mēbra Christi sumus, quia per hanc benedictionem misterij ipsum filium Dei suscipimus.

Veritas corporis Christi in Eucharist. cum seq.

Chrisost.hom.3.in ep.ad Ephes. De corpore nobis sermo est, & quidē de eo, q ab isto nihil differat, nec distet Quotquot in corpore Christi cőicamus, quotquot sanguinē illius degustamus, cogitemus q illius corpus, & sanguinem gustamus, qui in cœlestib. sedet, qui ab Angelis adoratur, qui proximè consistit immortali Dei potentiæ. Hei quot nobis ad salutem viæ sunt? corpus suum nos fecit, corpus suum nobis tradidit, & iń nihil horű nos à malis auertit; ò tenebras, & multam profunditatem, & stupiditatem omni dolore vacuam.

Ciril.hierosf.cath.4.mistag. Sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur sanguis, vt sumpto corpore, & sanguine Christi efficiaris ei comparticeps corporis, & sanguinis; sic Christophori erimus, hoc est Christum ferentes, cum eius corpus, & sanguinem in membra nostra receperimus; atque ita, vt beatus Petrus dicit: Diuinæ naturæ consortes efficiemur.

Conc.Tr.sess.13. c.2. ergo Saluator noster discessurus ex hoc műdo ad Patrem, sacrm hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit; memoriam faciens suorum mirabilium, & in illius sumptione colere nos sui memoriã præcepit, suamq; annunciare mortē, donec ipse ad iudicãdum mundum veniat; sumi autem voluit sacrm hoc tanquam spiritalem animarum cibum, quo alūtur & confortantur viuentes vita illius, q dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Io.6. & tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalib. præseruemur. Pignus id pręterea esse voluit, futuræ nostræ gloriæ, & perperuæ fœlicitatis; adeoq; simbolum vnius illius corporis cuius ipse caput existit; cuiq;

Eucharist. cur instituta.

nos

nos tanquã membra, arctissima fidei, spei,& charitatis, connexione adstrictos esse voluit, vt id ipsum omnes diceremus, nec essent ĩ nobis schismata. Et infra: Verũ illud in ea excellens reperitur, ꝙ reliqua sacraméta, tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis vtitur. At in Eucharistia ipse sanctitatis author ante vsum est.

Aug. lib. 21. con. Faust. c. 19. Hebræi autem in victimis pecorum quas offerebant Deo, multis & varijs modis, sicut re tanta dignũ erat, prophetiã celebrabant futuræ victimæ, quam Christus obtulit. Vnde iã Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatione corporis, & sanguinis Christi. Vnde & in Ps. 33. Erat autem, vt nostis, sacrificium Iudæorũ antea, secundùm ordinem Aaron, in pecorum victimis; nondum enim erat sacrificium corporis, & sanguinis Dñi, ꝙ fideles norunt, & qui euangeliũ legerunt, ꝙ sacrificium nunc diffusum est toto orbe terrarũ; Proponite ergo vobis ante oculos duo illa sacrificia, & illud secundùm ordinem Aaron, & hoc secũdùm ordinem Melchisedech, cũ seq. vbi probat hoc sacrificium esse secundùm ordinem Melchisedech, & Christum fuisse sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech.

Eucharist. Christi oblati memoria, in sacrificijs hebræorũ figurati.

Cirill. hierosl. cath. 4. mistag. Cũ igitur Christus ipse, sic affirmet, atq; dicat de pane, Hoc est corpus meũ: quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoq; confirmante, & dicẽte, Hic est sanguis meus: quis vnquam dubitet & dicat non esse illius sanguinem? aquã aliquando mutauit in vinum, quod est sanguini propinquum in cœna Galileæ sola voluntate, & nõ erit dignus cui credamus, ꝙ vinum in sanguinem transmutasset? Et infra: Quare cũ omni certitudine corpus, & sanguinem Christi sumamus: nã sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis.

Eucharist. veritas.

Teoph. in Marc. 14. Hoc est corpus meũ, Hoc inquam ꝙ sumitis, nõ enim figura, & exemplar quoddã Dñici corporis panis est, sed ipsum in illud ipsum conuertitur corpus Christi.

Ambr. lib. 4. de sacr. c. 4. Didicisti, ꝙ ex pane fiat corpus Christi, & ꝙ vinũ, & aqua in calicẽ mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed fortè dicis, speciem sanguinis non video, sed habet similitudinem; sicut enim mortis similitudinẽ sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis; didicisti, ergo quia ꝙ accipis corpus est Christi.

Damasc. lib. 4. c. 14. Quamobrem si sermo Dei viuus est & efficax, ac Dñs omnia quæcunq; voluit fecit: si dixit, fiat lux, & facta est: fiat firmamentum & factum est: si verbo Dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ &c. Et infra, dixit Deus: Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, hoc facite in meam commemorationem, atq; omnipotente eius præcepto, donec ipse veniat hoc efficitur, his enim verbis vsus est, donec ipse veniat, ac pluuia huic nouæ segeti per consecrationem existit sancti Spiritus vis inumbrans; quemadmodum enim Deus, quicquid fecit, id sancti Spiritus opera fecit, eodẽ modo nunc quoq; Spiritu, operatione ea quæ naturam superãt, efficit, quæq; nisi sola fide capi, atque intelligi nequeunt. Et infra: Sanè corpus diuinitati vnitum est illud corpus, ꝙ ex sancta virgine ortum est, non ꝙ assumptum illud corpus è cœlo descẽderit, sed quia panis ipse, ac vinum in corpus, & sanguinẽ Dei immutãtur, ꝙ si quo pacto id fiat requiris, sat tibi sit audire, quod per S. Sp. id fiat; quemadmodum & ex sancta Dei matrẽ per Sp. S. Dñs sibi ipse, & in seipso carnem condidit. Et infra: Ac proinde summo cum metu, & pura conscientia, fideq; haud quaquam dubia accedamus. Et infra: Abrahamũ ex alienigenarum strage redeuntem ille summi Dei sacerdos Melchisedech pane, ac vino excepit, mensa illa misti-

Eucharist. quomodo sumenda.

cam hanc adumbrabat, quemadmodũ & sacerdos ille veri Pontificis Christi imaginem, & figurã gerebat. Et infra: Panem hũc panes propositionis adũbrabant, Hoc videlicet purum est illud & incruentum sacrificium, quod Dominus à solis ortu ad occasum oblatum iri per prophetam prædixit. Et infra: Panis hic est delibatio futuri panis, qui supersubstantialis est.

Tert. lib de resurr. carnis. c. 8. Caro corpore, & sanguine Christi vestitur; vt & anima de Deo saginetur.

Ambr. lib. 4. de sacr. c. 4. Hoc igitur adstruamus, quomodo potest, qui panis est esse corpus Christi in cõsecratione, consecratio igitur, quibus verbis est, & cuius sermone? Dñi Iesu.

Conc. Tr. sess. 14. c. 1. Principio docet sancta Sinodus, & apertè, ac simpliciter profitetur, post panis, & vini cõsecrationem, Dñm nostrum Iesum Christum verum Deum, ac hominẽ verè, realiter, ac substãtialiter sub specie illarum rerũ sensibiliũ contineri.

Hilar. lib. 8. de Tr. Non est humano, aut seculi sensu de rebus Dei loquendum, neq; per violentam, atq; imprudentem prædicationem cœlestium dictorum sanitati alienę, atq; impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est, quæ scripta sunt legamus, & quæ legerimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei fungemur officio. De naturali enim in nobis Christi veritate, q̃ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè, atque impiè dicimus; ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus, qui edit carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus; nunc enim, & ipsius Domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est.

Transubstantiatio panis & vini fit I corpus, & sanguinẽ Xpi cum seq.

Hier. ep. 1. ad Heliodorũ. c. 7. Absit, vt de his quicquam sinistrum loquar, qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus.

Et ep. 85. ad Euagrium. Quis patiatur mensarum, & viduarum minister, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq; conficitur?

Chris. libr. 3. de sacerdotio. Si quis consideret quantum sit id misterium, vt. s. is qui homo ipse sit, carne ac sanguine etiam num constans, ijsq; inuolutus, beatæ, atq; immortali naturæ illi fieri propior queat, tum probè intelliget quanto sacerdotes honore, quãta dignitate Sp. S. gratia dignata fuerit; operantibus enim illis, tum sacra hæc quæ dico, initiãtur perficiunturque, tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipsa ad dignitatis salutisq; nostræ rationem pertinent.

Conc. Trid. sess. 13. c. 4. Qm̃ autem Christus redẽptor noster corpus suũ, id ꝙ sub specie panis offerebat, se esse dixit, ideo persuasum semper in ecclesia Dei fuit, idq; nunc hęc sancta Sinodus declarat per cõsecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Dñi nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta catholica ecclesia trãsubstãtiatio propriè est appellata. Alia testimonia ad hoc videãtur in materia.

De adoratione huius sacramenti.

Amb. lib. 3. de Sp. S. c. 12. Videamus tñ ne terram illam adorandam dicat propheta, quã Dñs Iesus in carnis assumptione suscepit; itaq; per scabellũ terra intelligitur; per terram aũt caro Christi, quam hodie quoq; in misterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt; neq; enim diuisus Christus, sed vnus, neq; cum adoraretur tanquam Dei filius, natus ex Maria negabatur.

Aug. in Ps. 98. Adorate scabellũ pedum eius, quæro quid sint scabellũ pedum eius, & dicit mihi scriptura, terra scabellum pedum meorũ: fluctuans cõuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio quõ sine impietate

tate adoretur terra, quo ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius: Suſcepit.n.de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnẽ accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit, nemo autem illam carnẽ manducat, niſi prius adorauerit, inuentum eſt quemadmodum adoretur tale ſcabellũ pedũ Domini, & non ſolum nõ peccemus adorando, ſed peccemus non adorando.

Et in Pſ.21.expoſ.1. Manducauerũt corpus humilitatis Domini ſui etiam diuites terræ, uec ſicut pauperes ſaturati ſunt vſq; ad imitationem, ſed tamen adorauerunt.

Chriſ.hom 14.I 1.ad Cor. Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt Magi, & viri impij, & barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerũt; imitemur igitur ſaltem barbaros nos, qui cœlorum ciues ſumus; illi cum id præſepium & tugurium tantũ, neq; eorum quicquã quæ tu intueris, viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia, & horrore; Tu verò non in præſepio id, non mulierẽ, quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotem pręſentem, & ſpiritum perabundè ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides.

Miſſæ adſtant Angeli. Greg.lib.4.dialog.c.58. Quis fideliũ habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad vocem ſacerdotis cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti miſterio Angelorũ choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoque ex viſibilibus, atq; inuiſibilibus fieri?

Conc.Trid.ſeſſ.13.can.6. Si quis dixerit in ſancto Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum vnigenitum Dei filiũ, nõ eſſe cultu latriæ ẽt externę adorandũ, atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandũ, neq; in proceſſionib. ſecundùm laudabilem, & vniuerſalem eccleſiæ ſanctæ ritum, & cõſuetudinem ſolẽniter circum geſtãdum, vel non publicè, vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores eſſe idolatras: anathema ſit.

De præparatione ad ſacram communionem.

Aug.hom.50.c.9.t.10. Aſcendat homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuæ, ſi timet illud, ꝙ oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti, vt illud recipiat vnuſquiſque, ꝙ per corpus geſſit, ſiue malum, ſiue bonum, conſtituat ſe ante faciem ſuam: ne hoc ei poſtea fiat: nam minatur hoc Deus peccatori dicens, arguam te & ſtatuam te ante faciem tuam: atq; ita conſtituto in corde iudicio, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor: Inde quidem ſanguis animæ conferentis profluat; poſtremò ab ipſa mente talis ſententia proferatur, vt ſe indignum homo iudicet participatione corporis, & ſanguinis Dñi, vt qui ſeparari à regno cœlorum timet per vltimam ſententiam ſummi iudicis, per eccleſiaſticam diſciplinã à ſacramẽto cœleſtis panis interim ſeparetur. Verſetur ante oculos imago futuri iudicij, vt cum alij accedũt ad altare Dei, quo ipſe non accedit, cogitet quàm ſit cõtremiſcenda illa pœna, qua percipientibus alijs vitam, alij in mortẽ præcipitentur æternam. Ad hoc enim altare, ꝙ nunc in eccleſia eſt in terra poſitum terrenis oculis expoſitum ad miſteriorum diuinorum ſignacula celebranda, multi etiam ſcelerati poſſunt accedere, quoniam Deus in hoc tempore commẽdat patientiam ſuã, vt in futuro exerceat ſeueritatẽ ſuã. Et infra: Ad illud autẽ altare, quo pręcurſor pro nobis introiuit Ieſus, quo caput eccleſiæ præceſſit, membris cæteris ſecuturis, nullus eorum accedere poterit, de quibus, vt iam commemoraui, & dixit Apoſtolus, qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt. Et infra: Quiſquis hoc tempore per merita obedientiæ, & per ſatisfactionem pœnitentiæ, non ſibi prouidet locum in corpore ſacerdotis, qua fronte impudentiæ volet auerti faciẽ Dei à peccatis ſuis?

Pſal.49.

Pœna indignè ſumentis.

Rom.2.

Et ep.118. Ex hoc placuit Spiritui ſancto,

cto, vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi, nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur; neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebāt quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere: Namque Saluator, quo vehementius commendaret misterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insignire cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine perciperet, vt Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum.

Apostolica institutio ꝙ summatā ieiunis nō tñ tradita à Christo. Eucharist. sumens vt ꝑ aliquot dies à cōplexu vxoris abstinere conuenit.

Et de tempore sermo. 216. serm. 2. Dom. 10. post Trinitatem; ille bonus Christianus est, qui quoties sanctæ solemnitates veniūt, vt securius communicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit, vt sincera & secura conscientia ad altare Domini casto corpore, & mundo corde præsumat accedere.

Greg. lib. 2. c. 1. in 1. Regum. Probet seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat; quid est hoc loco se probare, nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatum ad dominicam mensam, & purum exhibere? de repletis etiam subdit, Qui enim indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat & bibit: qui ergo quotidiè delinquimus, quotidiè ad lamenta pœnitentiæ curramus, quia ipsa sola virtus est quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et tunc verè famelici saturamur, quia quo studiosius mundamur lamento pœnitentię, eò vberiorem diuinæ gratiæ fructum recipimus in spiritali refectione.

1. Cor. 11.

Teophil. in cap. 11. 1. ad Corinth. Non alium tibi iudicem attribuo, vnum teipsum tibi ipsi commendo, iudica igitur, & explora conscientiam tuam, & sic accede, non quando fuerint feriæ, sed quando purum teipsum ac dignum inueneris.

Ansel. ibid. Nemo præsumat accedere indignus, sed homo. i. rationabiliter agens, probet. i. discutiat & examinet prius seipsum, qui etiam ex eo quòd est homo, sine peccato non est: probet antea seipsum. i. vitam suam, inspiciat & consideret, an dignè possit accedere vel non; raro enim potest inueniri quisquam ita magnus & iustus, vt in eo per discussionem non inueniatur aliquid quod debeat eum à corpore & sanguine Domini retardare, nisi confessus fuerit illud & per pœnitentiam deleuerit.

Bas. lib. 2. de bapt. c. 3. Grauissimum supplicium in lege Deus aduersus eos decreuit, qui cum sint immundi, sancta contingere non verentur, tipicè nanque illis, nobis verò admonitionis gratia scriptum est. Et infra: Mundemus itaq; nos ab omni inquinamēto, (differentia verò inquinamenti, & immūditiæ sapientib. est manifesta) atq; ita ad sancta accedamus, vt iudicium eorū qui dñm occiderūt, effugiamus.

Chris. hom. 30. in Gen. Quia in magnam hāc hebdomadam peruenimus Dei gratia, nūc maximè & ieiunij cursus intendendus, & magis continuandæ sunt preces, faciendaq; diligens & pura peccatorum cōfessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosina larga, æquitas, mansuetudo, aliæq; virtutes, vt talibus ornati virtutib. vbi in diem dominicum venerimus, Domini liberalitate fruamur.

Et hom. 80. in Matth. Nemo igitur nauseans accedat, nemo remissus, sed excitati, incensi, ac feruentes omnes accedant. Nam si Iudæi stantes, & calceati & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebant, quāto magis nobis vigilandū est? nam illi ab Aegypto in Palæstinam erant profecturi, & ideo viatoris habitum habebant, tu de terra in cœlum ascensurus es, vigilandum igitur est; non. n. paruū suppliciū indignè cōicantes expectat.

Et hom. 3. in ep. ad Eph. Quotquot in corpore Christi communicamus, quot-

quotquot sanguinem illius degustamus: cogitemus, quod illius corpus, & sanguinem gustamus, qui in cœlestibus sedet, qui ab Angelis adoratur, qui proximè consistit immortali Dei potentiæ. Et infra: Adstat mēsa regia, adsunt Angeli mensæ huius ministri, adest rex ipse, & tu oscitandus astas: Sordidis indutus es, & nihil curas? sed vestibus es mundis? recumbe itaque, & manduca.

Et hom.45. in Io. Si purè accesseris, ad salutem accessisti, sin praua conscientia, ad pœnam, & supplicium; Qui
1.Cor.11. enim manducat, & bibit indignè sanguinem Dñi, iudicium sibi mãducat, & bibit; nam si qui regiam purpuram coinquinãt, haud secus, quàm qui scindunt, puniuntur, quid mirũ si qui immunda cõscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeãt, q qui eum clauis cruci affixerũt? Vide quam formidandã pœnam his minetur Paulus, irritam quis faciens legem Moisi, sine vlla miseratione duobus, vel trib. testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui fi-
Heb. 12. lium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est?

Conc. Tr. sess. 13. ca. 7. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiã accedere debeat; q à Christianis omnibus etiam sacerdotibus eis, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Sinodus perpetuò seruãdum esse decreuit, modo non desit illis copia confessoris; q si necessitate vrgente sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quã primum confiteatur.

De fructu huius Sacramenti.

Aug. de verbis Dñi serm. 28. Iob
Iob 1. quotidiè pro filijs offerebat sacrificiũ ne fortè aliquid, vel in corde, vel in sermone peccassent: ergo tu audis, q quotiescunq; offertur sacrificiũ, mors Dñi, resurrectio Dñi, eleuatio Dñi significatur, & remissio peccatorum, & panem istum vitæ nostræ quotidiè nõ assumis? qui vulnus habet medicinam requirit, vulnus est quia sub peccato sumus: medicina est cœleste, & venerabile sacramentum: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quotidiè si accipis, quotidiè tibi hodie est, tibi hodie est Christus, tibi quotidiè resurgit. Eucharist. quotidiè sumenda parato.

Amb. in Ps. 118. serm. 15. Habes apostolicum cibum, manduca illum, & nõ deficies: illum autem manduca vt postea venias ad cibum Christi, ad cibũ corporis Dñici, ad epulas sacramẽti, ad illud poculum quo fideliũ inebriatur affectus: vt lætitiam induat de remissione peccati, curas huius seculi, metũ mortis solicitudinisq; deponat; hac ergo ebrietate corpus non titubat, sed resurgit: animus non confunditur, sed consecratur.

Et lib. 5. de sacr. c. 4. Si quotidianus est cibus, cur post annum illum sumis: quemadmodum græci in oriẽte illud facere consueuerunt? accipe quotidiè quod quotidiè tibi prosit. Eucharist. quotidiè sumenda.

Bas. ad Cæsaream Patritiam. Communicare per singulos dies, & participare de sacro corpore, & sanguine Christi, pulchrum est & valdè vtile, ipso manifestè dicẽte: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam ęternam; quis enim ambigit, quia frequens vitæ participatio nihil aliud sit, quàm pluribus modis viuere?

Leo serm. 14. de passione Dñi. Non aliud agit participatio corporis, & sanguinis Christi, quàm vt in id q sumimus transeamus, & in quo mortui, & sepulti, & conresuscitati sumus, ipsum per oĩa, & spiritu, & carne gestemus.

Bern. in serm. de cœna Dñi. Lauamur in baptismo, quia deletur chirographum damnationis nostræ, & gratia hæc nobis confertur, ne iam nobis concupiscentia noceat; si tñ à consensu abstineamus, atq; ita tanquã sanies

inueterati vlceris renouetur, dum tollitur damnatio, & responsum mortis, quod prius inde manabat, sed quis poterit tñ efferos motus frãgere, quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite, quia & in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis, sacramenti Dñici corporis, & sanguinis pretiosi inuestituram habetis; duo enim illud sacramẽtum operatur in nobis, vt & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum; si quis vestrum non tam sæpè modo, nõ tam acerbos sentit iracundiæ motus inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorũ huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Dñi, quorum virtus sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quod pessimũ vlcus accedat ad sanitatem.

Ciril. lib. 4. in Ioan. c. 17. Pias quæso cogitationes suscipias, sanctèq; viuas, & benedictione participes, quæ, mihi crede, non mortem solum, sed etiam omnes morbos depellit; sedat enim, cum maneat in nobis Christus, seuientem membrorum nostrorum legẽ, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, &c.

Chris. hom. 24. in 1. ep. ad Corinth. Quemadmodum frigida accessio periculosa est, ita nulla misticæ illius cœnæ participatio pestis est, & interitus: ipsa nanque mensa animæ nostræ vis est, nerui mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, spes, salus, lux, vita nostra; Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum, tanquã aureis vestibus, vndiq; contecti. Et quod futura commemoro? nam dum in hac vita sumus, vt terra nobis cœlum sit, facit hoc misterium. Et Aug. ad idem de visit. infirm. lib. vno. t. 9. c. 4. illud etiã viuificum Dñici corporis supplementum fili mi suscipere nõ rennas, quin potius illud auidissimè quæras, fideliter comedas; cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis viaticum tibi erit saluberrimum, redemptionis suę pretium, redemptionis monimentum, & redempti munimentum.

Morientes Eucharist. sumant.

Conc. Tr. sess. 13. c. 2. Sumi autẽ voluit sacramentum hoc tanquam spiritalem animarum cibum, quo alãtur, & confortentur viuẽtes in vita illius, qui dixit: Qui mãducat me, & ipse viuet propter me: & tanquam antidotũ quo liberemur à culpis quotidianis, & præseruemur à mortalibus &c. vt supra de causis institut. huius sacramenti est dictum.

Sententiæ. De Missa.
De veritate sacrificij Missæ.

Areop. apud Canisium. c. 3. eccl. hier. At Põtifex cum diuina munera laude prosecutus fuerit, sacrosancta, & augustissima misteria conficit, & quæ ante laudauerat venerandis operta, atq; abdita signis, in conspectũ agit, diuinaq; munera reuerenter ostendens ad sacram illorum communionem, & ipse conuertitur, & reliquos, vt communicent, hortatur.

Iust. Martir in Dialogo cũ Triphone. Deus ipse testis est, qui ait: In omni loco, in gentibus hostias acceptas, gratasq; immolari: neque verò à quoquam Deus hostias accipit, nisi à suis sacerdotibus, itaq; omnia sacrificia, quæ suo nomine facienda Iesus Christus tradidit. i. in Eucharistia panis, & poculi, quæ in omni loco à Christianis fiunt, præoccupatione vsus, Deus sibi grata esse testatur. Mal. 1.

Aug. ep. 23. ad Bonifac. epm. Nonne semel immolatus est Christus in seipso, & tñ in sacramento non solum per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die populis immolatur, nec vtique mentitur, qui interrogatus cum responderit immolari.

Damasc. in vita Barlaã, & Iosaphat. c. 12. alij (loquẽs de Monachis) procul inter se constructis ædiculis, Dñicis diebus ad vnam, & eandem ecclesiam pergunt, & diuina misteria, hoc est, incruentum puri corporis, ac pretiosi sanguinis Christi sacrificium percipiunt,

piunt,quæ quidem Dñs pijs in peccatorum remissionem,ac tum animi,tũ corporis illuminationem, & sanctificationem donauit.

De eius vtilitate.

Aug.lib.22.ciuit.c.8. Perrexit vnus obtulit ibi sacrificium corporis Christi,orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deo protinus miserante cessauit.ſ.dæmonis vexatio. Chrisſ.homil.77.in Io. Ideo in misterijs inuicẽ salutamus,vt multi vnum efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis, & terræ, & maris, & vniuersi orbis fructibus sacrificamus.

Missę sacrificiũ cõtra dæmonis vexationẽ

Pro terræ fructibus.

Greg.lib.4.dialog.c.57. Hoc quoq; ꝙ audiuimus quendam in captiuitate positũ apud hostes,& in vinculis relegatum fuisse,pro quo sua coniux diebus certis sacrificium offerre consueuerat,qui longo post tempore ad coniugẽ reuersus,quibus diebus eius vincula soluerentur innotuit, eiusq; coniux illos fuisse dies quibus pro eo sacrificiũ offerebat,recognouit. Et ibidem narrat nautam quẽdam vi sacrificij à naufragio liberatũ. Et Beda in hist.Anglic.li.4.c.22 narrat alium virtute sacrificij à vinculis fuisse liberatum,& ꝙ anima per illud à pœna liberetur, affirmat exẽplo secuto, & alias inde vtilitates prouenire.

Nauta vi sacrificij à naufragio liberatus.

Chrisſ.hom.3.in ep.ad Philipp.Non frustra ab Apostolis sancitũ est, vt in celebratione venerãdorum misteriorum,memoria fiat eorum qui hinc discesserunt,nouerunt illinc illis multũ emolumenti fieri, multum vtilitatis. Et idem habet homil.69. ad pop. Antioch. Et idem habet Damasc.orat.de defunctis. Cætera videnda supra in materia,& in causis institutionis.

Missa prodest defunctis,idque ab Apostolis esse institutum.

Quod à Christo est institutum.

Aug.de ciu.lib.10.c.20.Vnde verus ille mediator, in quantum formã serui accipiẽs,mediator effectus est Dei, & hominum,homo Christus Iesus,cũ in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo & vnus Deus est, tñ in forma serui sacrificium maluit esse ꝙ̃ sumere,nè vel hac occasione quisꝙ̃ existimaret,cuilibet sacrificandũ esse creaturæ: per hoc & sacerdos est,ipse offerẽs & oblatio,cuius rei sacrũ quotidianũ voluit esse sacrificiũ ecclesiæ, quæ,cum ipsius capitis corpus sit,seipsam per ipsũ discit offerre. Huius veri sacrificij multiplicia variaq; signa erãt sacrificia prisca sanctorum: cum hoc vnum per multa figuraretur,tanquã verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur.Huic summo veròq; sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt.

Sacrificiũ hoc à Xpo est institutum,& offerens est & oblatio, & cui offertur.

Sacrificia vetera figura hui9 noui,& falsa huic cesserunt.

Et in Ps.33. Conc.2. Coram regno patris sui mutauit vultum suum, & dimisit eum & abijt,quia erat ibi sacrificium secundùm ordinem Aaron; & postea ipse de corpore, & sanguine suo instituit sacrificium secũdùm ordinem Melchisedech; mutauit ergo cultum suum in sacerdotio.

Sacrificiũ à Christo institutũ secundùm ordinem Melchisedech.

Euseb. de Dem.Euang.lib.1.ca.10. Itaque post omnia quasi mirabilem quandam victimã, sacrificium quàm eximiũ Patri suo operatus pro nostra omniũ salute obtulit, eiusq; rei memoriam, vt nosipsi Deo pro sacrificio offerremus, instituit. Et infra: Palam igitur in his misticã significat vnctionem, & odorum afferentiam, mensæ Christi sacrificia, quibus operantes, incruentas,& rationales, eiq; suaues victimas in tota vita supremo Deo offerre, per eminentissimum omniũ ipsius Pontificem edocti sumus.

Sacrificiũ ex Christi institutio ordinatũ, cum seq.

Chrisſ. hom.24. in 1.ep. ad Cor. Et in veteri quidem testamento cum imperfectiores essent, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipsum accipere voluit,vt ab idolis eos auerteret; ꝙ & inenarrabilis amoris signum erat. Hic autem multo admirabilius, & magnificentius sacrificium præparauit, & cum sacrificium ipsum commutaret, & pro brutorum cæde seipsum offerendum præciperet.

Areop.c.3.hier.eccl.Peracta verò laude,venerandaq; ipsorũ,& intelligibili

speculatione spiritualibus inspecta lu minibus; tum verò etiam ad sacra misteria in signis celebranda progredit, idque ex traditione diuina, quo circa reuerenter simul, & ex Pontificali officio, post sacras diuinorum operum laudes, q hostiã salutarem quæ supra ipsum est, litet, se excusat, ad ipsum primò decenter exclamãs: Tu dixisti, hoc facite in meam commemorationem; deinde tanto ministerio ad imitationẽ Dei institutio dignus fieri postulat, & similis ipsi Christo pro virib. euadere, vt & sacra sanctè conficiat, & castè distribuat, & qui ad cõionem accessuri sunt dignè participent; sicque ministeria veneranda consumat.

Clem. Rom. li. 5. Apost. Const. c. 18. Tu Dñe miserere mei, & suscita me, & retribuam eis. Idcirco igitur, & vos excitato Dño à mortuis facite sacrificium vestrum, de quo vobis per nos constituit: inquiens, hoc facite in meam commemorationem, ac postea deponite ieiunium lætanies, & diem festum agentes; quoniã suscitatus est à mortuis Iesus Christus pignus nostræ resurrectionis: & sit hoc vobis legitimum sempiternũ vsq; ad consummationem seculi, donec veniat Dñs.

De eius figuris, & quod esse deberet secundùm ordinem Melchisedech.

Sacrificia vetera no stri figura, & cremantur modo tñ in signo.

Aug. lib. 6. con. Fau. c. 5. Et ipsa figuræ nostræ fuerunt, & omnia talia multis, & varijs modis vnum sacrificiũ cuius nunc memoriã celebramus significauerunt; vnde isto reuelato, & suo tẽpore oblato, illa de agendi celebritate sublata sunt, sed in significandi authoritate manserunt.

Missa sacrificiũ secũdùm ordinem Melchisedech eum seq.

Idem in Ps. 33. con. 2. Coram regno ergo Patris sui mutauit vultũ suum, & dimisit eũ, & abijt, quia erat ibi sacrificium secundùm ordinem Aaron, & postea ipse de corpore, & sanguine suo instituit sacrificium secundùm ordinem Melchisedech.

Hier. ep. 17. ad Marcellã. c. 2. recurre ad Genesim, & Melchisedech regẽ Salem, huius principem inuenies ciuitatis, qui iam tunc in tipo Christi panem & vinum obtulit, & misterium Christianum in Saluatoris sanguine, & corpore dedicauit.

Cipr. ep. 63. ad Cecilium. Ante Luciferum genui te, tu es sacerdos secũdùm ordinem Melchisedech, qui ordo vtiq; hic est de sacrificio illo veniens & inde descendens, q Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, q panem & vinum obtulit, q Abraham benedixit. Nã quis sacerdos magis Dei summè, quàm Dñs noster Iesus Christus? qui sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idẽ q Melchisedech obtulerat. i. panem & vinum, suum. s. corpus, & sanguinem.

Iren. con. hær. lib. 4. c. 34. Igitur ecclesiæ oblatio, quam Dñs docuit offerri in vniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deũ, & acceptum est ei, non q indigeat à nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert glorificatur ipse in eo quod offert, si acceptetur munus eius. Et infra: Ee nõ genus oblationis reprobatum est; oblationes enim & illic, oblationes & hic, sacrificia in populo, sacrificia & I ecclesia, sed species immutata est tantum; quippe cum iam non à seruis, sed à liberis offeratur.

Chris. hom. in Ps. 95. Non est volun tas mea in vobis &c. Vide quã luculenter, quàmq; dilucidè misticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia; thymiama verò purũ appellat sacras preces, quæ post hostiã offeruntur; hic enim suffitus Deum refocillat, nõ is qui à terrenis radicibus fit mitur, sed qui à puro corde exhalatur. Vides vt vbiq; locorum cõcessum est angelicũ illud sacrificiũ inclarescere? Vides nullis finibus circumscriptum neq; altare, neq; canticum? Mal. 1.

Aug. lib. 19. ciu. c. 23. Dei præclarissimũ, atq; optimum sacrificiũ nosipsi sumus, hæc est ciuitas eius, cuius rei misterium celebramus oblationibus nostris,

nostris, quæ fidelibus notæ sunt: cessaturas enim victimas quas in vmbra futuri offerebant Iudæi, & vnum sacrificium gentes à solis ortu vsque ad occasum, sicuti iā fieri cernimus, oblaturas, per prophetas Hebræos oracula increpuere diuina.

Quid offerendum, & quis offerre possit.

Canon.3.Ap. Si quis eps, aut presbiter præter ordinationem Dñi, alia quædam in sacrificio offerat super altare.i.aut lac, aut mel, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra constitutionem Dñi faciens congruo tempore deponatur.

Conc.1.Nic.can.14. Hoc neq; regula, neq; consuetudo tradidit: vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant.

Conc.Tr.sess.22.can.1.de sacrificio Missæ; Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium: aut q offerri nō sit aliud quàm Christum nobis ad manducandū dari, anathema sit. Et can.2. Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meā cōmemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut nō ordinasse, vt ipsi alijq; sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum: anathema sit.

Quod est cruenti sacrificij commemoratio, & incruenta, ac efficax oblatio.

Alex. I. ep.1.ad omnes ortodoxos. c.4. In sacramentorum oblationibus, quæ inter Missarum solemnia Dño offeruntur, passio Dñi miscenda est, vt eius cuius corpus, & sanguis conficit, passio celebretur; ita vt repulsis opinionibus superstitionum panis tantū, & vinum aqua permixtū, in sacrificio offerantur. Et de noie Missæ, mentionem faciunt ep.2 ad epos Galliæ, Damasc. ep.4. de corepis. Aug.serm.91. de temp. Grat.& canones plutibus locis, & alij multi. De cæremonijs Missæ, q sint vtiles, & salutares probat Areop.de eccl.hier.c.3. Chris.hom.3. in ep.ad Ephes. Conc.Trid.sess.22.c.5. De eius vtilitate loquitur Cirill. hierosol.cath.5.mistag. Cip.ep.66. Chrisost.homil.41.in 1.ep.ad Cor. & serm. de cœna Dñi. Basilius in Liturgia sua. Chris.in Liturgia sua. Hier.in c.1.ep. ad Titum. Ambr.lib.1.offic.c.48. Alex. in ep.1.ad omnes ortodoxos. qui cum Ambrosio dicit eo peccata dimitti. & Aug.serm.4.de Innocentib. Conc.Tr. sess.22.c.2. Alia de Missa videnda sunt in materia, & apud Canisium plures alias sententias videre licebit.

Hæreses circa Eucharistiam.

Prima hæresis negat Christi corpus esse in Eucharistia, quæ fuit hæresis Simonianorū, & Menandrianorum, teste Ignatio in ep. ad Smyrnenses. Ioscoti, qui fuit tempore Caroli magni, Berengarij, Ioannis Vuiclef, Zuinglij, Caluini. Hæresis negans Christum esse in Eucharistia, refellitur.

Obijciūt primò, non probari Io 6. ibi agi de Eucharistia, quia sermo qui ibi hr habitus est integro anno ante Christi passionem, nō ergo in eo agitur de cœna; præterea si catholici volunt reformare communionem, quia ibi dr: Qui manducat hunc panem viuet in æternum, oportebit ēt dicere in cœna solam aquam adhibendam, quia Io.4.dr: Qui biberit ex aqua hac non sitiet in æternum.

Secundò, d. Lutherus. Io.6. Differit Dñs de illa manducatione cœlestis patriæ, quæ dat vitam, sed sola manducatio spiritualis per fidem dat vitam, ergo de illa sola agitur.

Tertiò, ibi d. Manducationem hanc non solum dare vitam, sed etiam sine hac nullum posse viuere, sed hoc præceptum tam arctum non potest intelligi de manducatione sacramētali, aliter

ter perirent omnes infantes, qui lac tantum sugere possent,& qui non cõmunicarẽt impediti necessaria causa.

Quartò,Aug.lib.2.con.Iul.d. Infantes manducare carnem Christi, quatenus fidei cõicant,ergo hic locus de mãducatione per fidem intelligitur. Præt.idem tr.25.in Io.c.6.ita spiritualiter exponit,vt dicat crede & manducasti,& tr.26. Credere in eum hoc est manducare panem viuum, & lib.3.de doctr.Chr.c.16.d.illa verba: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, significare passioni Dñi tãtum communicandum,& mente suauiter cogitandũ carnem Christi pro nobis fuisse crucifixam; & Clem.Alexan.lib.1. Pædagogi.cap.6. exponit hoc loco per carnem, & sanguinem verbum Dei, & idem Bas. ep.141. misterium eius aduentum. & Hier.in Psal.147.intelligit scripturas per carnem, & sanguinem: & Bern. in Ps.90. ver.5. d.Manducare carnem Christi esse passioni eius communicare, & eius vitam imitari.

Quintò,cibus de quo dr̃. Ioã.6. Est fides, quia infra dicit: Hoc est opus Dei, vt credatis in illũ quẽ misit ille.

Sextò, Christus ait: Qui manducat hunc panem viuet in æternum, at id non est verum,nisi de spirituali manducatione; multi enim sacramentaliter manducando non solum non viuunt,sed manducando moriuntur. 1. Cor.11.Qui manducat indignè,iudicium sibi manducat,& bibit.

Septimò,si illa verba:Panis quẽ ego dabo, ad simbola cœnæ Dñi pertinẽt, cur panem abijciunt Papistæ? nec.n. accidentia sola panis dici possunt.

Octauò, Io.6. Nullam mentionem facit Dñs panis materialis, nec calicis,nec gratiarũ actionis, nec fractionis,nec distributionis, nec testaméti, nec memoriæ, nec annunciationis mortis Christi, non ergo loquitur de sacramento cœnæ, q; sine simbolis illis esse non potest.

Nonò,Panis de quo agitur.Ioan.6. Est credere,nã ibi dicitur, credere,& bibere,& venire ad Christum est credere in Christum.

Decimò,nã ægrè videtur posse defendi vsus ecclesiæ de communione sub vna specie, si ad literam de sacramento intelligantur illa verba: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.

Vndecimò,d.Verba consecrationis accipienda esse figuratè,sic: particula Hoc, est demõstratiua: Dñs verò cum ait, Hoc est corpus meum,Panem solum in manibus habuit, quem demõstraret,quia sententia catholicorũ,nõ fuit sacr̃m: cũ d.Hoc: sed demum peracta consecratione. Secundò,augetur difficultas,ex verbis Matth.26. Bibite ex hoc omnes; id enim, ex hoc, non potest referri nisi ad vinum;vnde iussit Dñs vt vinum biberẽt, ideo vinum non sanguinẽ biberunt, nisi figuratè, vel si repentè vinũ mutauit in sanguinem,præstigijs vsus videbitur,cum vinum obtulerit,& dum essent bibituri, id de medio sustulerit. Tertiò, Lucas, & Paulus, d.Hic calix: ergo pronomẽ demonstrat calicem, non sanguinem, at eadem ratio est panis,& calicis, ergo id Hoc est corpus,significat,Hic panis est corpus.Quartò,Hebræi non habent genus neutrum, ergo Dñs non dixit: Hoc est corpus meum,sed Hic est corpus meum, ergo demonstrauit panem nõ corpus. Quintò, q; accepit Dñs & benedixit, fregit, id discipulis dedit: nam omnia verba: Accepit,benedixit,fregit,dedit, regunt eundem accusatiuum,sed Accepit, benedixit, & fregit panem,ergo panem dedit,ergo illud: Hoc panem demonstrat.

Duodecimò, arguunt ex particula: est:sic;cogũtur Papistæ,vt accipiãt verbum: est: tropicè,pro fit,vel transubstãtiatur, aliter falsa esset propositio: Hoc est corpus meum;prius enim debet esse res quàm pronuncietur esse;vera enim est propositio si res ita se habeat,nõ contra, præsertim secundùm catholicos, qui volunt hæc verba esse causam conuersionis in corpus Christi; semper enim causa est prior

effectu,

effectu, sed corpus Dñi non est in Eucharistia antequam dicatur: est: ergo falso dr: est: nisi sumatur pro fit; præterea est operatoria ista oratio ex sententia Papistarum, vt illa, fiat lux, ergo verbum, est, sumi debet, pro fit.

Tertiodecimò, arguunt ex particula: corpus: sic, illa sententia: Hoc est corpus meum, est sacramentalis, ergo sacramentaliter exponéda, ergo significat panem esse corpus Christi sacramentaliter, vel significatiuè.

Decimoquartò, Nisi Apostolis venisset in mentem: corpus: figuratè accipi debere, turbati fuissent de re tam prodigiosa, sed quietè, & tranquillè leguntur participasse sacrã illã carné.

Decimoquintò, Christus de corpore suo d. Accipite, & mãducate; at corpus Christi nõ potest propriè manducari, cum non possit dentibus teri, ergo, vel accipitur corpus figuratè, vel ipsum manducare: vt sensus sit, manducate panem, qui signum est corporis mei, vel manducate corde, non corpore, fide non ore, ipsum verum corpus meum.

Decimosextò, in varijs scripturæ locis: Est: accipitur pro significat, vel prædicatũ accipitur figuratè. Gen. 17. Circuncisio est fœdus. Ex. 12. Angelus dr Deus, Agnus est phase .i. transitus. Leuit. 16. Sacrificia sunt expiationis. Ps. 84. Arca est Deus. Matt. 3. Columba dicitur Sp. S. Io. 7. 1. Cor. 10. 12. Tit. 3. Gen. 41. Matt. 13.

Decimoseptimò, si corpus in illa sententia: Hoc est corpus meum, accipitur propriè, vel significat solum corpus, vel totum Christum, si solum corpus, ergo erit alicubi Dñi corpus sine anima, sanguine, deitate: si totũ Christum, ergo cõfusa erit batologia: Hoc est corpus, & Hic est sanguis, quia ista idem significabunt, & poterit dici de pane Hic est sanguis, & de sanguine Hoc est corpus. Confirmatur, nam si totum Christũ significat vox, corpus, erit tropus: qui dicitur intellectio, nõ ergo possunt fugi tropi in hac sententia, nisi impiè distrahatur corpus à sanguine ipsius.

Decimooctauò, in verbis: Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine, duplex tropus necessariò est admittendus, primus in voce: calix: quia accipitur continens pro contento: qui dr metonymia: secundus in voce testamenti, quia nec vinũ, nec sanguis est propriè testamentum, sed signum testamenti, ꝙ probant primò, nam aliter singulis diebus renouaretur testamentum Christi, & præcedés antiquaretur. Secũdò, opus esset sæpè Christum mori, quia testamentũ non valet, nisi testator moriatur. Hebr. 9. Tertiò Matth. d. Hic est sanguis meus noui testamenti, ergo sanguis nõ erat testamentum, at ꝙ erat in calice erat testamentum, teste Luca, ergo in calice non erat sanguis. Quartò, Lucas & Paulus dicunt testamentũ esse in sanguine, ergo quod erat in calice, non erat sanguis, quia esset sensus: Hic sanguis testamenti est in sanguine, ꝙ est absurdum, & impossibile, quia quãdo vnum est in alio, non possunt illa esse vnum & idé, nisi dicatur idem esse in Christo. Ex quibus colligit Caluinus verba Matthæi, & Marci, debere exponi per verba Lucæ & Pauli; vnde id: Hic est sanguis meus, ꝙ primi dixere, debet exponi, hoc est testamentum in sanguine meo .i. signum testamenti sanguine meo confirmati; sic & illud: Hoc est corpus meum, debet exponi, Hoc est testamẽtum in corpore meo, quia non solũ corpus, sed etiã sanguis Christi testamentum nouum stabiliuit, non ergo propriè accipi potest vocabulum corporis, nisi idem velimus esse corpus, & testamentũ in corpore.

Decimononò, ex illis verbis: Hoc facite in meã commemorationé. Memoria est rerum absentium, ergo panis & vinum non sunt corpus & sanguis, nec in ea mutãtur, sed sunt mera simbola rei absentis, ergo corpus & sanguis figuratè accipiũtur pro signo corporis, & sanguinis. Cõfirmatur, nã commemoratio mortis Dñi est proprius finis simbolorũ illorum Euchari

stiæ,

ſtiæ, ipſius verò veri corporis alius eſt finis ſublimior, at Dñs in inſtitutione ſacramenti ſolũ meminit commemorationis, ergo corpus figuratè accipitur pro ſimbolo corporis.

Vigeſimò, Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec illud bibã nouũ in regno Dei: hæc dſir poſt conſecrationem, ergo etiam poſt conſecrationem vinũ fuit ꝙ erat in calice, ergo non fuit ſanguis, niſi figuratè.

Vigeſimoprimò, obijciunt loca ſcripturæ. Pſ. Deus autem noſter in cœlo. Iſ. 66. Cœlum mihi ſedes eſt. Tunc ſic: Chriſtus vt homo poſt reſurrectioné ſedet cum Patre, quia ſedet ad dexteram Dei, vt ergo Deus Pater in cœlo ſedem habet, ibiq; eſt quærendus, nõ in templo, vel pixide, ita Chriſtus, niſi velimus ſedem Dei, & cœlum in pixide contineri.

Vigeſimoſecundò, Matt. 15. Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittit, ſed corpus Chriſti non emittitur in ſeceſſum, ſed ſolus panis, ergo nõ intrat in os corpus Chriſti, ſed ſolus panis.

Vigeſimotertiò, Mat. 24. Si dixerint vobis, ecce hic, aut illic eſt Chriſtus, nolite credere, non ergo credendum eſt cum dicunt Papiſtæ, ecce in illo altari, aut illo eſt Chriſtus.

Vigeſimoquartò, Mat. 26. Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me auté non ſemper habebitis, vbi loquitur nõ de præſentia Chriſti pauperis, ſed de cultu, & honore nõ exhibẽdo; vnde oportet ꝙ vel nõ ſit Chriſtus in Euchariſtia, vel falſa ſint illa verba: me aũt non ſemper habebitis. Addit Martir, Chriſtũ hoc loco notaſſe Papiſtarum idolatriam, qui Euchariſtiam honorant auro, argento; ꝙ confirmat ex Aug. tr. 50. in Io. Qui conferens hunc locum, me autem non ſemper habebitis, cum illo, vobiſcum ſum omnib. diebus, d. primo loco agi de præſentia carnis: ſecũdo de præſentia maieſtatis.

Vigeſimoquintò, Marc. vlt. Aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexterã Dei, & Act. 1. Videtibus illis eleuatus eſt. Act. 3. Oportet illum cœlum ſuſcipere vſq; ad tempus reſtitutionis omnium. Philip. 3. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt, vnde etiam Saluatorem expectamus. Modò ſic: Scriptura d. Chriſtum, ꝙ attinet ad humanitatem aſcẽdiſſe in cœlum, & ibi manſurum vſq; ad diem iudicij, & tunc, non ante ad hæc inferiora loca deſcenſurum, non ergo verum eſt tam ſæpè deſcendere, vt ſit in Euchariſtia, vt Papiſtæ volũt.

Vigeſimoſextò, Luc. 24. Palpate, & videte, quia ſpiritus, carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Modo ſic: Veritas carnis Chriſti, Chriſto teſte, probatur aſpectu, & cõtactu, at in Euchariſtia nil videtur, vel tangitur niſi panis, ergo ibi non caro, ſed panis eſt. Præterea ſi poſſet fieri, vt ſenſus fallerentur, & aliquid eſſet caro & panis videretur, Chriſti argumentum infirmum fuiſſet, cum probauit ſe carnem habere, quia videri, & tangi poterat; potuiſſet enim reſpõderi, videri quidem ſenſuũ iudicio eſſe carné, ſed tamen aliud quippiam eſſe.

Vigeſimoſeptimò, Io. 6. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam. Modo ſic: Capharnitæ putabãt Chriſti carnem corporaliter manducandam, vt nunc arbitrantur Papiſtæ, at Chriſtus errorẽ illorum reprehendit, cum ait, caro non prodeſt quidquam, ſignificat ergo Dominus carné ſuam non corporaliter manducandã, ſed ſola fide ſpiritualiter.

Vigeſimoocttauò, Ioan. 12. Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit, at ſancti non ſunt in Euchariſtia, ergo nec Chriſtus ibi erit.

Vigeſimononò, Ioan. 14. Relinquo mundum, & vado ad patrem, non poteſt verò id intelligi de præſentia tantũ viſibili, non inuiſibili, quia ibi promittit aliũ paracletum. i. Sp. S. qui ſuppleat abſentiæ ſuæ defectum, ꝙ nõ eſſet opus ſi vt Deus, & homo adeſſet, cum ſic non egeat vicatio; præterea ibi ſibi reſpondent Chriſti aſcenſus, & deſcẽſus Sp. S. ergo oportet vt Chriſtus verè ex mundo abierit quò ad carnem,

ciem, si ei succedere debuit Sp.S.

Trigesimò, Io.26. Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem. Modo sic; Dñs non oculos tantum, sed omnes sensus nostros è terra subducere voluit, se tangi à mulierib. vetans, donec ascendisset ad Patrem, cum pio reuerētiæ studio Mariam videat properare ad osculandos pedes, cur tactū hunc improbet ac prohibeat, donec in cœlum receptus fuerit nulla causa est, nisi quia nusquā alibi vult quæri.

Trigesimoprimò, Act.7. & 17. Deus non in manufactis tēplis habitat; non ergo manet Christus cum sit Deus, inclusus in singulis templis. Modo sic; Deus ob suam immensitatem non potest vllo templo concludi, quia maior est omni tēplo, ergo nec corpus Christi, ꝙ iustam hominis staturam habet poterit includi in pixide, quia maius est pixide.

Trigesimosecūdò, 1.Cor.1. Patres nostri eandem escam spiritualē manducauerūt, & eundem cibum spiritualem biberunt; at illi non manducauerunt carnem Christi, nec biberunt ore corporali, vt notū est, sed fide tantum, ergo etiam nos fide tantum mā-ducamus, & bibimus.

Trigesimotertiò, 1.Cor.10. & 11. Vbi aliquoties Eucharistia vocatur panis etiam post consecrationem, non ergo aliud est Eucharistia, nisi panis reipsa, significatione autem corpus Christi.

Trigesimoquartò, Phil.3. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Modo sic; Corpora nostra post resurrectionem habebunt eas dotes quas nunc habet corpus Christi, sed stultum esset expectare, vt corpora nostra esse possent in pluribus locis, vel sub modica specie panis.

Trigesimoquintò, Col.3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, ergo Christus nō est quærendus in pane Eucharistiæ; vnde in antiqua ecclesia institutum fuit, vt ante misteriorum celebrationem diceretur sursum corda.

Trigesimosextò, obijciunt Tertul. lib.1.cont.Marc.d. Sed ille vsq; nunc, nec aquā reprobauit Creatoris, qua suos abluit, nec oleū quo suos vngit, nec mellis, & lactis societatem, quo suos infantat, nec panem in quo suū corpus repræsentat, ergo tantum repræsentat, non est corpus Christi. Et lib.3.cont.Marc. & libr.cont. Iudæos. d. de hoc ligno Deus insinuat, ꝙ effetis dicturi; Venite mittamus lignum in panem eius, vtique in corpus eius lignum missum est; sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellās, cuius retro corpus in panem prophetis renunciauit. Et lib.3.in Marc. Panem corpus suum appellans, vt & hinc iam cum intelligas corporis sui figuram panis dedisse, cuius retro corpus in panem prophetis figurauit. Et lib.4.con.Marc. Acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meū dicendo .i. figura corporis mei, figura autē non fuisset, nisi veritatis esset corpus.

Trigesimoseptimò, obijciunt Origenē hom.16 in Num. d. Bibere dicimur sanguinem Christi non solum sacramentorum ritu, sed etiam cum sermones eius recipimus, ergo in sacramentis non bibitur sanguis Christi, nisi spiritualiter, vt & in concione nō bibitur nisi spiritualiter: & in cap.26. Matth. Panis iste quem Deus verbum corpus suum esse fatetur, verbum est nutritorium animarum. Modo sic; Panis dicitur corpus Christi, ergo panis materialis est in Eucharistia. & hom. 7.in Leuit. Vbi postquam d. Carnem Christi esse verbum Dei, subiungit; si enim secundùm literam sequaris hoc ꝙ dictū est: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, occidet hæc litera, ergo ibi nō admittit nisi sensum misticum. & homil.9.in Leuit. Non hæreas in sanguine carnis, sed disce potius sanguinem verbi, & audi ipsum tibi dicentē, quia Hic sanguis meus est, qui pro vobis effun-

effundetur in remiſſionem peccatorum, ergo in Euchariſtia nõ eſt verus ſanguis carnis dñicæ, aliter oporteret ſubmiſsè id adorare. & ex Cõm. in c. 15. Matth. vbi d. ex ſententia Caluini: Primò eſum corporalem Euchariſtiæ eſſe rem indifferẽtem .i. nec bonum, nec malum. Secũdò, d. in Euchariſtia eſſe materiam panis, quæ in ſeceſſum emittitur. Tertiò, d. Euchariſtiam corpus miſticum, & ſimbolicũ, & idà verò corpore Chriſti diſtinguens. Quartò, d. Chriſti corpus non poſſe manducari à peccatoribus. & lib. 8. cont. Celſ. d. Nos, qui rerum omnium conditori placere ſtudemus, cũ precibus, & gratiarum actione pro beneficijs acceptis oblatos panes edimus: vbi Euchariſtiam panem vocat.

Trigeſimooctauò, obijciunt Cipr. ſer. de cœna Dñi, d. Vſquequo hodie hoc veraciſſimũ, & ſanctiſſimũ corpus ſuũ creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumentibus diuidit: vbi verba creat &c. pani conueniũt nõ vero corpori Chriſti. Et infra: Panis iſte cõmunis in carnem, & ſanguinem mutatus procreat vitã, & incrementum corporibus, ideoq; ex cõſueto rerũ effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus ſacramentis ineſſe vitæ æternæ effectũ, ergo panis Euchariſtiæ etiã poſt conſecrationem eſt verus panis, & nutrit corpora noſtra, & ex illa analogia nutritiones dicitur corpus Chriſti. Et in fine eiuſdem ſermonis, Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera panem ſanctum frangimus. Et eodem ſermone, Solus quippe filius Patri conſubſtantialis eſt, nec diuiſibilis eſt, nec partibilis ſubſtantia Trinitatis, noſtra verò & ipſius cõiunctio, nec miſcet perſonas, nec vnit ſubſtantias, ſed affectus conſociat, & confœderat volũtatis; vnde colligitur nullã inter nos, & Chriſtum eſſe corporalem vnionẽ, ſed ſolum ſpiritualẽ, ideo non corpore, ſed ſolo ſpiritu Chriſti corpus à nobis mãducari. Et de vnctione chriſmatis, d. Dedit Dñs noſter in menſa, in qua vltimum cũ Apoſtolis participauit conuiuium, panem & vinũ: in cruce verò manibus militum corpus tradidit vulnerandũ, vt in Apoſtolis ſecretius impreſſa ſincera veritas, & vera ſinceritas exponeret gentibus, qũo vinum & panis caro eſſet & ſanguis: & quib. rationibus cauſæ effectibus conuenirẽt, & diuerſa nomina, vel ſpecies ad vnã reducerentur eſſentiam, & ſignificantia, & ſignificata iiſdẽ vocabulis cenſerentur; vbi d. Panem & vinum tantum dici eſſe in Euchariſtia. Et ſerm. de cœna Dñi, d. vt ſciremus, q manſio noſtra in ipſo ſit mãducatio. Et infra: Eſus igitur huius carnis quædam auiditas eſt, & deſiderium manendi in ipſo. Et infra: Quòd eſt eſca carni, hoc animæ eſt fides. Et ex ep. 6. lib. 1. ad Magnum. vbi d. Corpus Dñi panem vocari ex multorum granorum adunatione congeſtum, & ſanguinem vinũ ex botris plurib. expreſſum. Et lib. 2. ep. 3. ad Cæciliũ, d. Nec poteſt videri ſanguis eius, quo ſumus redempti eſſe in calice, qñ vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur. Et infra: Videmus in aqua populum intelligi, in vino verè oſtendi ſanguinem Chriſti. Et infra: Sic verò calix Dñi non eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrunque ſibi miſceatur, qũo nec corpus Dñi poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrunq; adunatum fuerit, & copulatũ, & panis vnius compage copulatũ, vbi d. primò, vinum eſſe in calice poſt conſecrationem: ſecundò, eo vino ſanguinem Dñi oſtendi .i. ſignificari: tertiò, eo vino non oſtendi ſanguinem præſentem, & in calice reipſa exiſtentem, ſed abſentem.

Trigeſimononò, obijciunt Athan. in tract. ſuper illa verba: Quicunq; dixerit verbum in filiũ hominis remittetur ei &c. d. Quot hominib. corpus eius ſuffeciſſet ad cibum, vt vniuerſi mundi alimonia fieret? ſed propterea aſcenſionis ſuæ in cœlum mẽtionem fecit, vt eos à corporali intellectu abſtraheret, & deinde carnem ſuam, de

qua

qua loquutus erat, cibum è supernis cœlestem, & spiritualem alimoniam, & ab ipso donandam intelligerent; q enim loquutus sum vobis, inquit, vita & spiritus sunt; ꝙ proinde est ac si diceret, corpus meum, ꝙ ostenditur, & datur pro mundo, in cibum dabitur, vt spiritualiter vnicuiq; tribuat, & fiat singulis tutamen, præseruatioque ad resurrectionem vitæ æternæ.

Quadragesimò, obijciunt Amb. ex Commét. in 11.c. 1. ad Cor. Quòd ibi dicat in misterijs significari carné & sanguinem, quæ oblata sunt pro nobis, & misticum calicem tipum esse sanguinis Dñi. Et libr. 4. de sacr. c. 4. d. Hoc igitur astruamus, quō potest qui panis est esse corpus Christi? consecratione. Modo sic arguunt. Panis nō potest esse corpus propriè, ergo significatiuè; præterea ibi d. Si tanta vis est in sermone Dñi, vt ea incipiant esse quæ non erant, quanto magis operatorius est sermo Christi, vt sint quæ erant & in aliud conuertantur? vbi panis videtur sic mutari in corpus, vt tamen maneat panis. Et lib. 4. de sacr. c. 5. de ijs, qui mist. init. c. 8. & de bened. patr. c. 9. vbi d. Corpus Dñi accipientibus fieri remissionem peccatorum; vnde hæretici colligunt non sumi corpus Dñi ab impijs, & sic non sumi corporali instrumento, ꝙ est commune cum impijs, sed tātum spirituali, quo impij carent. Et de ijs, qui mist. c. 9. d. Ante benedictionem cœlestium verborum alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. & lib. 4. de sacr. c. 4. d. Nos bibere similitudinem pretiosi sanguinis, & c. 5. Oblationem altaris esse figurā corporis Christi. & lib. 1. de offic. c. 48. d. Vmbram fuisse in lege, imaginem in euangelio, veritatem in cœlestib. Et lib. 5. de sacr. ca. 4. d. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ ante substantiam fulcit; vbi d. Martir, sentit corpus Christi non ingredi in corpus nostrū.

Quadragesimoprimò, obijciūt Basil. ꝙ in sua Liturgia vocet Eucharistiam antitipon, idest figuram corporis Christi, ergo.

Quadragesimosecūdò, Martir obijcit Chrys. hom. 83. in Matt. vbi Eucharistiam vocat simbola passionis Christi. Secundò, ꝙ ibi d. Israelitas agnum Paschalem habitu viatorum comedisse, quia in Palæstinā profecturi erant, nos autē in cœlū profecturos esse, ergo d. Martir, dum Eucharistiam manducamus in cœlū mente cōscendere, & ibi Christum quærere, non in sacramēto. Tertiò, ex hom. 24. in 1. ad Cor. d. Quid est panis? corpus Christi, ergo d. Martir, verus panis manet in Eucharistia. Quartò, ex eadem homil. vbi d. Eucharistiam esse cibum aquilarum; ideo more aquilarū debere nos in altum conscendere, & ad Christū accedere, d. Martir. Quintò, ex hom. 27. in 1. ad Cor. vbi panem & calicem vocat Eucharistiam. Sextò, ex hom. 20. in 2. ad Cor. vbi d. nō solum Eucharistiam esse corpus Dñi, sed etiam pauperes, sed pauperes non sunt corpus Dñi, nisi repræsentatiuè, ergo & Eucharistia non est corpus Dñi, nisi repræsentatiuè. Septimò, ex cóm. Ps. 22. d. Vt quotidiè in similitudinem corporis, & sanguinis Christi panem & vinum secundùm ordinem Melchisedech nobis ostenderet in sacramento. Et ex lib. vel ep. ad Cæsarium. vbi dicitur, Panem post consecrationem non vocari amplius panem, licet natura panis in ipso permaneat. Octauò, ex homil. 11. in Matth. d. Si ergo hæc vasa sanctificata ad priuatos vsus transferre sic periculosum est, in quibus non verū corpus Christi, sed misterium corporis eius continetur, quanto magis vasa corporis nostri, quæ sibi Deus ad habitaculum præparauit, non debemus locum dare diabolo agendi in eis, ꝙ vult.

Quadragesimotertiò, obijciūt Hieron. in aliquibus locis, quæ adducit Martir lib. con. Gardinerum obiecto. 207. 208. 209. 210. in quibus videtur dicere Hiero. non manducari corpus Domini ab impijs.

Quadragesimoquartò, obijciunt

Aug.

Aug.tom.2.ep.23.ad Bonifac. d. Si ſacramenta quādam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramēta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent: ex hac autem ſimilitudine plerunq; etiam ipſarum rerum nomina accipiunt, ſicut ergo ſecundū quendam modum ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt: ita ſacramentum fidei, fides eſt. Et ep.57.d. Spatia tolle corporibus, & nuſquam erūt, & quia nuſquā erunt, nec erunt: tolle corpora qualitatibus corporum, nō erit vbi ſint, & ideo neceſſe eſt, vt non ſint, ergo dicunt, corpus Chriſti nō eſt indiuiſibiliter in ſacramento, nec accidentia panis, & vini ſine proprio ſubiecto. Et ex lib.3.c.9.de doctr.Chr.t.3.vbi d. Chriſtū inſtituiſſe pauca quædam ſigna, vt baptiſmum, & Euchariſtiam. & c.16. vbi d. Figuratè accipiendam manducationē carnis Chriſti. Et de fid.ad Petr.c.16. vbi Euchariſtia vocatur ſacramētum panis, & vini. Et lib.3.de Tr.c.4. d. Apoſtolus potuit ſignificando prædicare Dñm Ieſum, aliter per linguā, aliter per epiſtolam, aliter per ſacramētum corporis, & ſanguinis eius. Et cap.10. ibid. vbi d. Panem in altari poſitū peracta pietatis celebratione conſumi: at dicunt, corpus Chriſti verum non cōſumitur, ergo verus panis eſt, qui ſumitur cū Euchariſtia ſumitur. Et lib. de cath.rud.c.26. vbi ſacramenta dicunt ſignacula viſibilia rerum inuiſibilium. Et de ciu.Dei.lib.10.c.5.d. Sacrificium viſibile inuiſibilis ſacrificij, ſacramentum.i.ſacrum ſignum eſt. Et li. 21.c.25.vbi d. Corpus Chriſti non comedi ab impijs. Et ex lib.con.Adimantum.t.6.c.12.d. Non dubitauit Dñs dicere, Hoc eſt corpus meū, cum ſignū daret corporis ſui. & lib.3.cō.Maxim. c.22.vbi d. Sacramenta ſigna eſſe rerū, aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia. Et ex cōm.in Pſ.3.t.8.d Chriſtus adhibuit Iudam ad cōuiuium, in quo corporis ſui figuram diſcipulis commendauit. & in Pſ.98. d. Non hoc corpus, ꝙ videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinē quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent: Sacramentum aliquod commēdaui vobis &c. Et tr.25. in Io.t.9.d. Quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti. & tr.26.in Io. vbi d. Quòd manducarent hebræi eandem eſcam nobiſcum. & tr.30.in Io.d. Corpus Chriſti, in quo reſurrexit, vno i loco eſſe poteſt: veritas eius vbiq; diffuſa eſt. Et tr.50.in Io. vbi d. Nunc non adeſſe Chriſtum ſecundùm præſentiam carnis. & tr.59.d. Illi manducabant panem Dñm, Iudas autem panem Dñi. & tr.10.in ep.Ioan. vbi d. Corpus Chriſti naturale eſſe in cœlo, quo ſublatum eſt per aſcenſionem: in terra autem relictū eſſe corpus Chriſti miſticum.i.eccleſiam. Et ex t.10.ex ſerm.de verbis Apoſtoli. vbi d. Quòd impij non verè ſumant corpus Dñi. Et lib.50.hom.ſerm.26. vbi d. Aequale eſſe peccatum ſi quis corpus Dñi in terram cadere ſinat: & ſi quis verbū Dei ſibi ex corde permittat effluere, quæ comparatio non videtur eſſe vera ſi corpus Chriſti verū, & naturale eſt in Euchariſtia, quia id eſſet maius peccatum. Et ex ſerm.ad infantes. ex Beda in c.10.1.ad Cor. d. Quòd vidiſtis panis eſt & calix, ꝙ etiam nobis oculi renunciant, ꝙ autem fides noſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, & calix eſt ſanguis. Et infra: Cum dixiſſet Chriſtum eſſe in toto quærit, quō eſt panis corpus eius? & calix vel ꝙ dicit calix, quō eſt ſanguis eius? deinde rñdet. Iſta fratres ideo dicuntur ſacramenta, quia in illis aliud videtur, aliud intelligitur, quod videtur ſpeciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem: Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, audi Apoſtolum dicentem: Vos eſtis corpus Chriſti &c.

Quadrageſimoquintò, obijciunt Cirill. primò ex lib. ad Euoptiū in explicat.11.anathematiſmi, vbi d. In ſacramento Euchariſtiæ non contineri hominis manducationem; id enim eſſe ad craſſas cogitationes mentiū credentes

dentes deducere, & d. Martir idem haberi in Conc. Ephes. Secūdò, ex lib. 4. in Ioan. c. 10. 14. 17. & in ep. ad Calosyrium. vbi d. carnem Christi afferre vitam; vnde concludit Martir, non manducari ab impijs, & sic non manducatione corporali. Tertiò, ex ead. ep. vbi d. in pane, & vino sumi carnem & sanguinem Dñi. & ex lib. 4. in Io. c. 14. vbi d. Christum dedisse Apostolis fragmenta panis, cū ait: Accipite, & manducate, Hoc est corpus meum. Quartò, ex lib. 6. in Ioan. cap. 14. vbi legitur Christum sui corporis pręsentiā hinc subduxisse, tamen diuinitatis maiestate semper adesse.

Quadragesimoquintò, obijciunt Teodoretum in 1. dialogo, d. Seruator noster nomina commutauit, & corpori quidem id quod erat simboli, ac signi nomen imposuit, simbolo autē quod erat corporis. Et in secundo dialogo, d. neq; enim signa mistica post sanctificationem recedunt à sua natura; manent enim in priore substantia, & figura, & forma, & videri & tangi possunt sicut prius.

Quadragesimosextò, obijciūt Teophilatum in cap. 14. Marc. vbi dicit panem transmutari in virtutem carnis Christi, & sic panem fieri per mutationem sacramentalem instrumērum diuinæ virtutis, quo scilicet animi nostri excitentur ad fidem.

Quadragesimoseptimò, obijciunt Bernar. serm. 33. in cantica, dicentem: Habeo & ego verbum, sed in carne, & mihi apponitur veritas, sed in sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, & nudo satiatur grano. Me oportet interim cortice quodam sacramenti esse contentum, carnis furfure, literæ palea, velamine fidei. Et infra: At quantalibet sanè abundantia pinguescant ista; non pari omnino iucunditate sumitur cortex sacramenti, & adeps frumenti, fides & opes, memoria & præsentia, æternitas & tempus, vultus & speculum, imago Dei, & forma serui. Et serm. de cœna Domini. vbi comparat sacramenta annulo & baculo, quibus tanquam signis confertur dignitas aliqua, vel possessio.

Quadragesimooctauò, obijciunt, implicare contradictionem, vt vnum corpus sit in pluribus locis. Primò, ex c. vlt. Matt. dicentis: Non est hic, surrexit; quæ consequentiā infirma esset si posset idem corpus esse in pluribus locis; posset enim discedere, & remanere. Secundò, ea loca proferunt vbi Deo tanquam proprium tribuitur, vt non circumscribatur loco, sed sit vbique. Ierem. 23. Psalm. 138. Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto. cap 7. August. lib. 3. cont. Maxim. cap. 21. Basil. lib. de Spiritu sancto. cap. 22. quibus locis probant Spiritum sanctū, ideo esse Deū; quia sit vbique. At si corpus Christi posset esse in multis locis, eadem ratione posset esse in omnibus, & tamē non esset Deus, ergo ratio Patrum nil cōcluderet. Præterea Patres dicūt humanam naturam Christi non esse cōfusam cum diuina, quia diuina est vbiq; , humana verò etiā post resurrectionem certo loco circumscribitur. Teod. Dialog. 2. & 3. Vigil. lib. 1. & 4. cont. Eutychetem. Addit Vuiclef Aug. ep. 3. ad Volusianum. vbi dicit nullum corpus posse esse vbiq; totum. Pot est etiam addi idem August. lib. 20. cont. Faust. c. 11. vbi dicit de Christo secundùm præsentiam corporalem, simul & in Sole, & Luna, & in cruce esse nō posset. Secundò, adducunt ad idem ēt rationes Philosophicas. Primò sic, non potest aliquid simul esse in duobus temporibus, ergo nec in duobus locis. Secundò, si vnum corpus sit in diuersis locis simul, erit vnum & multa, quia non continuatur corpus vt est in altari, cum eodem vt est in cœlo, ergo diuisum est, ergo non vnum, & tamen ponitur esse vnum, ergo vnum & non vnum. Confirmatur; Primò, nam sic erit in loco & nō in loco, nam erit in loco, imo in locis, vt ipsi dicunt, & tamen nō erit in loco, quia esse ꝙ est in loco, vel circumscribitur loco, vel saltem ita cōtinetur, vt non

sit alibi, quod dicitur esse in loco diffinitiuè, at corpus Christi non est ita in cœlo, vel in altari aliquo, vt non sit etiam alibi, non ergo est in loco. Secundò, quod incipit esse alicubi, vbi ante nô erat, vel eò venit per motum localem, vel ibi est generatû, sed corpus Christi non venit de cœlo ad altare per motum localem, quia quod mouetur localiter, deserit vnum locum, vt acquirat alium, Christus verò nunquam deserit cœlum, nec generatur in altari, quia non potest id q; est, fieri, non ergo potest fieri, vt sit simul in cœlo & in altari. Tertiò, sequuntur multæ contradictiones si sit in pluribus locis, quia erit sursum & deorsum, ideo remotum & non remotum ab eodem loco, item moueri & quiescere, accedere ad vnum locû, & simul ab eo recedere; item poterit in vno loco summè calefieri, in altero summè frigefieri, vel etiâ vno in loco vulnerari & occidi, in altero bene valere, quæ repugnant. Quartò, probant non posse corpus esse in loco, & non occupare locum. ex Amb. lib. 2. in Luc. c. 7. dicête: Hic est qui matris suæ aperuit vuluam vt immaculatus exiret; similia habet Orig. homil. 14. in Luc. & Tertull. libr. de carne Christi. & ex August. ep. 57. ad Dardanum, dicente: Non potuit obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas: nam ita distantibus partibus, quæ simul esse non possunt, quoniam sua quæq; spatia locorum tenent, minores minora, & maiores maiora, non potuit esse in singulis quibusque partibus tota, vel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quanta per totum. Et infra spatia locorum tolle corporibus, & nusquam erunt, & quia nusquam erunt, nec erunt. Secundò, vtuntur ratione Philosophica, nitentes ostendere destrui essentiam quâtitatis si alicubi ponatur, & non occupet locum. Primò, quia corporis propria ratio est vt spatijs contineatur, vt suis dimensionibus constet, & suam faciem habeat, ergo Christus pani affigi non potest. Secundò, nam quædam sunt ita intrinseca rei, vt licet sint posteriora, tamen separari non possint, vt facultas intelligendi est posterior humana essentia, cum illa accidens hæc substantia, & tamen non potest ab homine separari, nec erit homo si ratione careat: sic quâtitas est posterior corporata substantia, & tamen separari non potest sine interitu substantiæ, at occupare locû est quædam intrinseca proprietas quantitati, ergo non poterit separari à quantitate, licet posterior sit. Tertiò, non potest separari quaternarius à modo quaternarij, ita vt existat per modum vnitatis, ergo non poterit linea, vel alia quantitas continua separari à modo suo, ita vt existat non existente, sed indiuisibiliter. Quartò, non potest substantia existere, nisi substantialiter, ergo nec quantitas, nisi quantitatiuè. Quintò, non potest spiritus indiuisibilis existere p modum corporis diuisibiliter, ergo nec potest corpus diuisibile existere per modum spiritus indiuisibiliter. Sextò, videtur implicare contradictionem, vt corpus trium cubitorum contineatur sub frustuli panis vnius digiti dimensionibus: nam si ita fiat erit idem corpus maius, & minus, & sic maius, & non maius respectu eiusdem. Septimò, si corpus Domini suam habet in Eucharistia figuram, & partium distinctionem, & ordinem, ergo distant pedes magis quàm pectus à capite, at distantia maior, & minor sine relatione ad locum intelligi non potest; illa enim magis distant inter se, inter quæ maius interuallum interiectum est. Octauò, de essentia quantitatis est habere partem extra partem, ergo vbi est vna pars non est alia, non ergo tota quantitas corporis Christi in eadem hostiæ particula esse potest.

Quadragesimononò, arguunt ab inutilitate realis præsentiæ. Primò sic, Deus nihil frustra facere solet, at frustra

fruſtra poneretur in Euchariſtia corporis Domini præſentia, cum ſatis ſit ſi eã ibi habeamus in ſigno. Secundò, quia finis, ac fructus Euchariſtiæ eſt nutrire animas, non minus autem animas nutrit Chriſtus in ſimbolo exiſtens quàm reipſa in pane deliteſcẽs; animæ enim nutriſitur fide & charitate, quæ ita poſſunt complecti Chriſtũ in cœlo, vt in Euchariſtia; idq; comprobant ex Ioan.16. Vbi Dominus dicit: Expedit vobis, vt ego vadam; ſi enim non abiero paraclitus non veniet ad vos; non ergo vtilis erat Apoſtolis corporis Chriſti præſentia, ergo nec nobis. Tertiò, baptiſmus confert gratiam, regenerat animam, & ſic vitam ſpiritualem confert, licet aqua non tranſmutetur in Chriſtum, vel Spiritum ſanctum, ſed vera & ſola aqua maneat, ergo & Euchariſtia poterit conferre gratiã, vitam iam acceptam augere, & conſeruare, licet non mutetur panis in carnem, ſed verus & ſolus panis maneat. Quartò, iſta præſentia Chriſti inuiſibilis eſt, imo nullo ſenſu, ac ne ipſa mente perceptibilis, niſi per fidem, ſed fides non egebat illa præſentia, vt Chriſtum apprehendere poſſet, nil ergo cõfert præſentia iſta Chriſti in Euchariſtia. Quintò, qui ſola fide Chriſtum in ſimbolo recipiunt, fructum paſſionis Domini conſequuntur, qui Chriſtum reipſa ſine fide in Euchariſtia recipiunt, nullum fructum conſequuntur. Sextò, iſta præſentia corporalis plus incommodi, quàm commodi affert, quia facit vt corpus Chriſti ſit commune pijs, & impijs, ergo. Præterea breuiſſimo tempore nobis adeſt, id eſt, dum ſpecies illæ conſeruantur, quòd paruum commodum eſt, ergo inutilis eſt præſentia.

Quinquageſimò, ab indignitate rei arguunt ſic. Abſurda ſunt reijcienda, quæ cœleſti maieſtate Chriſti indigna ſunt, hæc autem ſunt, quòd oportebit concedere Chriſtum in terram cadere, dentibus atteri, in ventrem & in ſeceſſum ire, à muribus corrodi, vel etiam deuorari, putreſcere vel aceſcere, & demum cremari.

His tamen non obſtantibus contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, videlicet in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento poſt panis & vini conſecrationem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Deum verum, ac hominem verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri; vt eſt diffinitum in Concil. Triden. ſeſſ. 13. cap. 1. Dicitur poſt conſecrationem, contra Vbiquiſtas, qui volunt etiam ante conſecrationem adeſſe: & contra Caluiniſtas, qui dicunt Euchariſtiam eſſe ſignum coniunctionis cum Chriſto ante per fidem factæ; & etiam, quia vi conſecrationis ſit huiuſmodi conuerſio, vel tranſubſtantiatio, contra Vbiquiſtas, qui dicunt non vi cõſecrationis, ſed omni præſentiæ id fieri, & contra Caluiniſtas, qui non ex conſecratione, ſed ex promiſſione euangelij, in concione explicata volunt effici ſacramentum. Dicitur etiam totum Chriſtum eſſe in ſacramento, quod can. 1. clarius explicatur in ſacramento eſſe corpus & ſanguinem Chriſti vnà cum anima & diuinitate, ac vi ſacramenti eſſe tãtum corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini, quia id tantum exprimat forma verborum, ſed per naturalem concomitantiam totũ Chriſtum eſſe ſub vtraq; ſpecie; iſta .n. ſic coniuncta ſunt, vt ſeparari non poſſint; contra Lutherum, qui in dubium reuocat hanc concomitantiam. Dicitur verè, contra Sacramentarios, qui dicunt eſſe tantum, vt in ſigno, & figura: nam figura veritati opponitur, vt colligitur can. 1. ibid. d. non autem in ſigno ſolo & figura. Dicitur realiter, contra Caluiniſtas, qui dicunt adeſſe ſolum vt fide apprehẽditur, vnde & negant Chriſtum in Euchariſtia adorandum, nec poſſe ſumi ab illis qui non credunt, quorũ vtrunq; nos concedimus. Dicitur ſubſtantialiter cõtra Caluiniſtas, qui dicũt corpus Chriſti, quò ad ſubſtãtiam eſſe tantũ in cœlo,

ſed neſcio quam virtutẽ inde ad nos manare; & vt etiã explicetur modus exiſtendi in ſacraméto; Chriſti enim corpus, vt dicit idem Cõcilium, habet modum naturalem exiſtendi in cœlo, in ſacramento verò non naturalem, ſed ſacramentalem, licet ſit verus & realis, qui modus non poterat melius explicari, quàm verbo ſubſtantiatur, quia id ſignificat totum Chriſtum in ſacramento exiſtere ad modum ſubſtantiæ, non quantitatis, vel qualitatis, aut aliorum accidentiũ: nam ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiam corporis Chriſti, alia verò ſubſtãtiam comitantur, ideo modum exiſtendi ſubſtantiæ habere debent; ſubſtantia porrò ſecundùm ſe non habet ordinem ad locũ, nec ad corpora circunſtantia. Vnde in Chriſto, vt eſt in ſacramento, eſt debita magnitudo, ſed non occupat per eam locum, nec extenditur ad extenſionem magnitudinis, ſed per modum ſubſtantiæ; ſimiliter in Chriſto eſt ſua figura, ſuus color, & tamen eſt inuiſibilis, vt ſacramento continetur, quia figura & color non habẽt modum qualitatis, ſed ſubſtantiæ, vt in ſacramento ſunt. Demum habet Chriſtus etiam, vt eſt in ſacramento certas qualitates, quibus tangi poſſet, & tamen per ſe, ac propriè tangi non poteſt, quia eæ qualitates, vt ſupra, habẽt modum exiſtendi ſubſtantiæ non qualitatis: vt dicit D.Thom. lib.4. cont. Gen. cap.64. & 3. part. quæſt.76. art.5. Dicit etiam Concilium corpus Domini ſub illis ſpeciebus ſenſibilibus contineri, quibus verbis clarius etiam explicatur modus exiſtendi in Euchariſtia, quia Chriſtus non eſt in Euchariſtia, vt in loco, vel in vaſe, vel vt ſub aliquo velo, ſed eſt ad eum modum, quo erat ſubſtantia panis ſub ſuis accidẽtibus, eo excepto, quòd illa accidentia inhærebant panis ſubſtantiæ, Chriſti verò ſubſtantiæ non inhærent; vnde ex natura rei peracta conſecratione tamdiu perſeuerat corpus Domini in Euchariſtia, quandiu naturaliter manſiſſet ſubſtãtia panis ſub iiſdem illis accidentibus, & hoc eſt Chriſti corpus ſub ſpeciebus panis contineri.

Hæc ſententia catholica ſic explicata, probatur ex ſacris literis, teſtimonijs Conciliorum, ſummorũ Pontificum, & ſanctorum Patrum omniũ ætatum, vt latè probatum eſt ſupra in materia, & latius probat Bellarm. de ſacram. Euchar. controu. 1. & aliquid etiam dicetur inferius in reſponſione ad contraria.

His ſtantibus ad contraria Reſp. Ad primum nos non negare cœnam Domini inſtitutã pridie paſſionis, & non vno anno ante; dicimus tamen vno anno ante eſſe promiſſam, & de eius fructibus eximijs actum: vt & Mat.16. Claues Petro promiſit, & tamen poſt reſurrectionem tantum dedit. Io.20. Ad confirmationem Reſp. nos non reformare communionem traditam. Matt.26. ex Ioan.c.6. Cum non egeat reformatione, ſed dicitur vnum locum explicari per alium; quia enim Ioan.6. dicitur: Qui manducat hunc panem viuet in æternum, colligimus vnam ſpeciem ſufficere ad fructum communionis recipiendũ: differentiã tamen eſſe inter aquam de qua habetur Ioan.4. & panem, de quo Ioan.6. Quia hic locus ab omnibus exponitur de Euchariſtia, prior à nullo, vt ſupra, tum Ioannes per aquam expoſuit gratiam Spiritus ſancti. Ioã.7. Panem verò de quo Ioan.6. dicit eſſe carnem ipſius Chriſti.

Ad ſecundum Reſp. falſum aſſumi, nam etiam manducatio ſacramẽtalis dat vitam, vt etiam in baptiſmo non ſola interna ablutio, ſed etiam externa mũdat animas, illa formaliter, iſta efficienter & inſtrumẽtaliter: nec obſtat, ꝙ manducatio ſine fide non det vitam, quia id ex indiſpoſitione accipientis ſacramentaliter fit, non ex ipſo ſacramento Euchariſtiæ, quod ex ſe ſemper eſt efficax.

Ad tertium Reſp. ꝙ hic locus pertinet ſolũ ad adultos, qui reipſa ſi poſſunt vel ſaltem deſiderio tenẽtur quõque

que hoc ſacramentum accipere; ſi.n. loqueretur de manducatione ſpirituali per fidem, quo infantes manducabunt? ꝙ ita ſit patet; hoc enim ſacramentum non eſt inſtitutum ad dandā vitā ijs qui non habent vt baptiſmus, ſed ad conſeruandū ijs qui habent, & ſic intelligitur id, nō habebitis vitam in vobis; iſta etiā conſeruatio non eſt neceſſaria, niſi in ijs in quibus vita iā acquiſita minui, ac perdi poteſt, quales non ſunt infantes; prætereà loquitur de manducatione panis, ꝙ nō conuenit infantibus, qui veſcuntur lacte; nec d. Niſi quis manducauerit, vt de baptiſmo: Niſi quis renatus, vt includat oēs, ſed loquitur circūſtantes qui capaces ſunt huius præcepti, Niſi manducaueritis, quales non ſunt infantes.

Ad quartum Reſp. ad locum Aug. qui habetur lib. 1. in Iul. cap. 2. quòd Aug. non raro dicit infantes debere edere corpus Dñi ſi ſalui futuri ſint, non tamen intelligit id debere fieri neceſſitate reipſa; nam ibid. & lib. 3. de peccat. mer. c. 4. & ſerm. ad infantes ex Beda in 1. Cor. 10. dicit: Infantes in baptiſmo cōicare corpori Chriſti, & per ſuſceptionē baptiſmi implere ēt præceptū de ſumptione Euchariſtiæ. Nec infantes obligātur reipſa ad Euchariſtiam nō ſolum re, ſed nec in voto explicito cū careant ratione, ſed tm̄ implicitè, ꝙ habent dū baptizātur, quia tunc ius accipiunt ad Euchariſtiam ſumendā ſuo loco, & tempore; vnde nō ſunt idē illis omnino baptizari, & cōicare, licet ſimul fiant cū vnū ſequatur ex altero: vnde idē Aug. qui locis not. d. Infantes manducare carnem Dñi in baptiſmo, alibi tñ apertè diſtinguit baptizari, & comedere carnem Chriſti etiam in infantibus. ſerm. 11. de verb. Domini. & lib. 1. de peccar. mer. c. 20. Ad argumentum, ergo Reſp. Aug. exponere locum Io. 6. de manducatione ſacramentali, ſed eam tñ manducationem tribuere infantibus: non in re, ſed in voto implicito, ꝙ per baptiſmū habetur, vt ſup. Ad loca Aug. tr. 25. in Io. & 26. Crede & mãducaſti &c. Reſp. ꝙ ibi loquitur nō de ſacramento, ſed de fide incarnationis, quia nondū venerat ad locū vbi agitur de ſacramento; id verò, qui manducat corde, non qui premit dente, d. cum de ſacramento ageretur, non vt excluderet ſacramentalē eſum, ſed vt ſignificaret finē huius ſacramenti eſſe alere animā nō corpus, licet per inſtrumentū corporis ſumatur, & ſic antepōnit ſpiritualem manducationē corporali ſine ſpirituali, ꝙ illa ſine iſta proſit, iſta cōtra non proſit, ſed obſit ſine illa in ſacro. Ad alios prēs Reſp. eos expoſuiſſe miſticè non ad literā, non tñ negant iſta verba vſquā accipi debere ad literam de mãducatione ſacrāli, ſed id fatenſ, vt ſupra, ex Baſil. Hier. Bern. eſt oſtenſum, quia nō pugnant ſenſus literalis, & miſticus. Ad Aug. li. 3. de doct. Chr. Reſp. ꝙ ibi ponit figuram ratione modi ſumendi carnem Chriſti, nō ratione ſubſtantiæ ipſius rei, quia non vult dicere carnem Chriſti propriè dictā manducari .i. panem quo ſignificatur caro, nec verā carnem tropicè manducari, ſi eſſentia manducationis ſpectetur, quæ ſolū requirit, vt verus cibus ab ore traijciatur ad ſtomachum per inſtrumenta vitalia, ſed vult dicere tropicè mãducari quò ad modū, quia ordinarius, & proprius modus mãducandi carnem, eſt vt ea ſecetur in partes viſibiliter, & particulatim ſumaſ, & cocta nō cruda &c. Caro verò Chriſti ſumitur integra, & inuiſibiliter, & ſine vlla ſui læſione; vnde nō propriè, ſed tm̄ figuratè Chriſti caro occidit, & laceratur in hac manducatione; repræſentamus enim Chriſti paſſionē, & id voluit dicere Aug. primò, quia dicit id tropicè exponendū, ne ſcelus aliquod præcipi videatur, ꝙ eſſet Chriſti carnem ſecare in partes, & occidere, vt in macello fit, vt acceperunt Capharnaitæ; ideo ſpirituali quodā modo ipſa vera caro ſine vlla ſui læſione in ſacramento ſumitur: vt dicit idem tr. 27. in Io. & in Pſ. 98. mandatur tñ vt cōicemus Chriſti paſſioni, & eā recolamus: vnde & Ap. 1. Cor. 11. d. Sumen

dam Chriſti carnem in ſacraméto, in memoriam paſſionis, & mortis Dñi.

Ad quintum Reſp. ꝙ ibi agit de triplici pane. Primò, de pane materiali à Chriſto multiplicato. Secundò, de ipſo Chriſto, qui de cœlo deſcendit per incarnationem, & ob id quęrẽdus eſt, & fide apprehẽdendus, vt nos reficiat. Tertiò, ibi tranſitum facit ad panem Euchariſtiæ, dum d. Panis quem ego dabo, caro mea eſt.

Ad ſextum Reſp. verba Dñi intelligi cum conditione ſi ritè mãducetur, quia panis ille, ꝙ in ſe eſt, ſemper viuificat, poteſt tñ hic effectus impediri ex indiſpoſitione accipientis, ꝙ eſt commune omnibus ferè ſimilib. promiſſionib. vt Luc. 11. Omnis, qui petit accipit, & tñ multi nõ accipiunt, quia non benè petunt, vt exponit Iac. 4. ſic etiam Ioel 2. dicitur: Quicunq; inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, & tamen Prou. 1. dicitur: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, eo ꝙ exoſam habuerint diſciplinam.

Ad ſeptimum Reſp. ꝙ vocabulũ panis in illis verbis: Panis, quem ego dabo non ſignificat panem triticeũ, nec corpus Chriſti abſolutè, & ſine reſpectu ad ſimbola, ſed ſignificat cibũ generatim, vt apud Hebræos panis nomine intelligitur omnis cibus, & ſic manna dr̃ panis. Io. 6. & Pſ. 77. Panem angelorum mãducauit homo &c. Eſt ergo ſenſus, Panis quem ego dabo eſt ipſa caro, quæ crucifigẽda, & occidenda eſt pro ſalute generis humani.

Ad octauum Reſp. hoc argumentũ probare hoc ſacramentum etiã fuiſſe inſtitutum. Io. 6. ſed non probar, ꝙ nõ fuerit promiſſum, quia ſat eſt ad promiſſionem, ꝙ expreſſerit carnem ſuã, & ſanguinem. Et etiã futura ſimbola inſinuauit, cum diſtinxit carnem à ſanguine, illam cibum hunc potũ vocans, & fortè dixit, carnem ſuam panem, quia ſub ſpecie panis edenda.

Ad nonum Reſp. ꝙ verba, quæ citantur pertinent propriè ad fidem incarnationis, quæ verò ſequuntur ad ſacramentum, vt ſupra.

Ad decimũ Reſp. vim præcepti nõ conſiſtere in modo ſumendi, ſed in ipſa re quæ ſumenda eſt, & licet verba ſonent, carnem ſumendam ſub ſpecie panis per modum cibi, & ſanguinem ſub ſpecie vini per modum potus: tñ mens legiſlatoris nõ erat obligare, niſi ad res ipſas ſumendas. i. veram carnẽ, & verum ſanguinem, quæ res integrè ſumuntur tam ſub vna ſpecie, q̃ ſub duabus, ꝙ ita etiã probatur, tum quia fructus huius perceptionis oritur ex ipſis rebus perceptis non ex modo ſumendi, tũ quia Chriſtus ibi explicans, ꝙ dixerat, d. Qui manducat me, viuet propter me, vbi patet idem eſſe manducare carnem, & bibere ſanguinem, ꝙ ipſum totum Chriſtũ manducare.

Ad vndecimum Reſp. pro explicatione notandum. Primò verbum, Hoc eſt corpus meum, &c. Hic eſt &c. accipiendum adiectiuè non ſubſtantiuè, vt ſit ſenſus, Hoc edulium eſt corpus meũ: Hic potus eſt ſanguis meus, vel Hic calix eſt calix ſanguinis mei. Secũdò notandum, ex D. Th. 3. p. q. 78. ar. 2. & 5. ꝙ pronomen Hoc, non demõſtrat præcisè panem, nec corpus, ſed in cõmuni ſubſtantiam, quę eſt ſub illis ſpeciebus; ſic tñ, vt demonſtratio propriè ad ſpecies pertineat, non vt ſit ſenſus, Hoc .i. hæ ſpecies ſunt corpus meum, ſed ſobliquo ſic, Hoc eſt corpus meũ, .i. contentũ ſub his ſpecieb. eſt corpus meum .i. Hoc hactenus panis nũc eſt corpus meũ: & ſic omnia bene cohærent; cum enim ſacra id ſignificent, ꝙ efficiunt, & non efficiatur in hoc ſacramento, vt corpus Chriſti ſit corpus Chriſti, quia id ſemper fuit; nec vt panis ſit corpus Chriſti, quia id fieri nõ poteſt, ſed efficiat vt ſub illis ſpecieb. ſit corpus Chriſti, ſub quib. ante erat ſubſtantia panis, ideo id, Hoc, nõ demonſtrat panem, nec corpus Chriſti, ſed contentum ſub ſpeciebus. Ex quibus argumentum ſoluitur; nam cũ dicunt, Hoc, demõſtrat panem, ergo panis eſt corpus Chriſti, propriè id autẽ eſſe nõ poteſt, ergo figuratè Reſp. ibi, id, Hoc, non demonſtrare panẽ præciſè,

sê, ſed contentum ſub illis ſpeciebus, ꝙ licet ante conſecrationem fuerit panis, tñ vi verborum incipit eſſe corpus Dñi. Idem dr̃ de illo: Bibite ex hoc oẽs, non ex hoc vino, ſed ex eo ꝙ in calice ſub ſpeciebus vini continetur, ꝙ licet vinũ fuerit ante cõſecrationem, tñ finitis verbis conſecrationis, non vinũ, ſed ſanguis erat: vt idem d. Hic enim eſt ſanguis meus; vnde non eſt ibi præſtigium, quia Dñs dedit verè, ꝙ dicebat ſe dare, licet nõ appareret, ita eſſe. Ad id ꝙ dicitur ex Luc. & Paulo Reſp. ꝙ nomine calicis cõtentum nõ vas intelligitur .i. ꝗd in hoc calice continetur, nec eſt eadẽ ratio panis, & calicis, quia panis nõ poteſt ſignificare niſi panem, calix verò generatim ſignificat quicquid in eo continetur vinũ, vel aliud. Ad vlt. ibi Reſp. Dñm accepiſſe panem, & benedixiſſe, ſed dediſſe panem nõ cõem, vt acceperat, ſed benedictum, & benedictione mutatum; vnde inter verbum accepit, & dedit, eſt verbũ benedixit, quod facit, ne omnia verba regant eundem accuſatiuũ eodem modo ſe habentem. Vnde D. Tho. 3. p. q. 78. art. 5. ad ſecundũ. d. pronomen, Hoc, non demõſtrare accidentia, vt ſit ſenſus, hæc accidentia ſunt corpus Chriſti; id enim eſt falſum, ſed demonſtrare ſubſtantiam ſub illis accidentibus contentam, vt ſit ſenſus, Hoc .i. ſubſtantia ſub his accidentibus cõtenta, eſt corpus Chriſti, & hæc expoſitio eſt neceſſaria, quia id, Hoc, vt ſupra, non poteſt demonſtrare panẽ, nec ẽt corpus Chriſti præcisè. Ad id, ꝙ Hebræi non habeant genus neutrum Reſp. ꝙ vt Hebræi nõ habẽt genus neutrũ in pronomine, ſic nec in nomine, vnde corpus hebraicè eſt generis maſculini, & potuit demõſtrari ꝑ pronomẽ maſculinũ. Præterea author qui Matthæum græcũ fecit cũ panẽ nominaſſet in genere maſculino, pronomen poſuit in neutro, ꝙ itẽ fecit Marcus, & Lucas, vt ibi d. Bell.

Ad duodecimum Reſp. cum D. Th. 3. p. q. 78. art. 2. & 5. Verba illa cõſecrationis non habere perfectum ſignificatum, niſi in vltimo inſtanti, quo profertur vltima vox, quia pẽdet intellectus donec veniatur ad finẽ, tunc verò ponitur effectus verborum in eſſe .i. conuerſio panis in corpus Chriſti. Nec obſtat, ꝙ verba non videantur hñe vltimum inſtans poſitiuum, cum finiantur per motum; dr̃ enim licet nõ detur vltima pars motus, & ſic verborum, tñ datur vltimũ mutatum eſſe, & ſic vltimum inſtans prolatiuum verborum, vt in linea nõ datur vltima pars, tñ datur vltimum punctum; Vnde ſimul tempore ſunt cõpleta ſignificatio verborum, & cõuerſio in corpus Chriſti, ordine tñ naturæ inuicem ſe præcedunt, & ſequuntur, quia verba illa, vt ſunt cauſa illius conuerſionis præcedunt conuerſionem, & contra, quatenus veritas propoſitionis pendet à rei eſſentia, cõuerſio præcedit ſignificationẽ. Ad confirmationem Reſp. verba eſſe operatoria, licet nõ ponatur eſt, pro fiat, quia cum Deus, qui mentiri non poteſt, dicit aliquid eſſe, oportet vt ſit, & ideo ſi ante non fuit, oportet vt tunc fiat, nõ dicit autem fiat corpus, vt olim Deus, fiat lux: vt d. D. Th. quia verba Dei in principio creationis operabãtur ſolum efficienter, non autem ſacramentaliter; verba verò Chriſti operantur vtroque modo, ideo debent ſignificare ſuum effectum in facto eſſe, quòd ſit per verbum ſubſtantiuum indicatiui modi temporis præſentis; præterea nemo impoſuit legem Chriſto, vt ſemper eodem modo loqueretur; vnde Luc. 13. d. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. & Ioan. 4. Vade filius tuus viuit. & Ioan. 5. Tolle grabatum tuum, & ambula; his enim modis omnibus ægros ſanauit.

Ad decimumtertium Reſp. ꝙ ſacramentalis propoſitio ſumi poteſt duobus modis. Primò, quia explicat ſacramentum, vel eius ſignificationem: vt Apoc. 17. Septem capita, ſeptem colles ſunt. Mat. 13. Gen. 41. Secundò, quia per eam ſacramentum inſtituitur, vel cõficitur: vt Io. 3. Niſi quis renatus fuerit &c. & Matt. vlt. Baptizantes eos &c. Et in hoc genere accipiuntur vocabula, quæ deſignant materiam, & formam ſacramenti: & ſic accipiũtur hic illa verba: Hoc eſt corpus meum, quia dicuntur ad inſtituendum, & conficiendum ſacramentũ,

& sunt de essentia sacramenti, & operatoria: vt d. Ambr. li. 4. c. 4. de sacr. Et quia sacramentum est posterius verbo promissionis, & sigillum eius, & appendix: vt d. Caluinus, inde fit, vt panis non fuerit sacramentum, nisi post ea verba recitata; præterea vbi in scripturis est explicatio misterij, præcedit ipsum misterium, & scriptura indicat esse declarandum per verba sequentia, vt patet in omnibus parabolis, somnijs, & visionibus quæ declarantur in scripturis: hic verò nullum misterium est narratum, ergo illa verba ad institutionem, & consectionem sacramenti, non ad declarationem significationis eius pertinent.

Ad decimumquartum Respon. quòd Apostoli non fuerunt turbati, nec mirati. Primò, quia ante instructi, & præmoniti fuerant. Ioan. 6. vt d. Chrys. hom. 83. in Matth. Secūdò, quia Christus, qui misteria tradebat, mentem eorum fide illustrabat, vt simpliciter crederent, quia alia mirabiliora audierant, & crediderant, vt illum quem viderant fatigari, comedere &c. Deum esse, & iam tūc esse in cœlis cum loqueretur in terris, nec hodie catholici turbantur audientes, in Eucharistia esse totum, & integrū Christum, quia fide illustrante persuasi sunt Christum, qui hoc dixit, Deum esse, qui mentiri non potest.

Ad decimumquintum Resp. corpus Christi verè, & propriè manducari etiā corpore in Eucharistia, quia de ratione manducationis non est necessaria attritio, sed fat est sumptio, & trāsmissio ab ore ad stomachum per instrumenta humana, & naturalia. i. linguam, & palatum, aliter infantuli, & senes edentuli non manducarēt, nec nos cum integros cibos deglutimus; præterea, si de ratione manducationis esset attritio dentibus facta, corpus Christi propriè nō tropicè manducari dicitur in Eucharistia, quia nō dicimus corpus Christi absolutè manducari, sed sub specie panis. i. ipsas species māducari visibiliter, & sensibiliter, & dentibus atteri, sed sub illis sumi etiā inuisibiliter, & transmitti ad stomachum corpus Christi; quia & panis verus non atteritur dentibus, nisi ratione accidentium suorum, nam substātia cuiuslibet rei non est per se diuisibilis; hac tamen constituta differentia inter substantiam panis, & corpus Christi sub speciebus panis, quòd illa extenditur ad extensionem quantitatis, qua verè informatur, Hoc verò non extenditur, nec informatur, sed est totum sub qualibet particula; ideo panis absolutè manducatur, corpus Christi non absolutè, sed sub specie panis.

Ad decimumsextum Resp. hoc argumentum multipliciter deficere. Primò, quia non potest colligi ex aliquot exemplis; sic, vbique accipi verbum, est, aut prædicatum propositionis, quia plura loca proferri possunt, in quibus, est, significat propriè, est, & prædicatum propriè accipitur; præterea in exemplis allatis semper prædicatur de disparato disparatum, vt patet ex illis, boues sunt asinæ, semē est verbum, Christus est vitis &c. quia cum in his non possit fieri, vt illa propriè sint vera; cogimur necessariò recurrere ad tropos, sed in hac sententia, Hoc est corpus, non prædicatur disparatum de disparato saltem verbis disertis; cum enim quæstio quid est significetur pronomine, Hoc, deberet afferri exemplum, vbi de pronomine, Hoc, aliquid tropicè prædicaretur. Secundò, nam quędam falsè citantur, quia Leuit. 16. non habetur huiusmodi sententia, nec Ps 84. dicitur: quòd Arca sit Deus, quia illa verba exponuntur ab August. Hiero. Teod. & alijs non de Arca, sed de Deo, nec 1. Cor. 12. dicitur ecclesia est Christus, sed d. ita & Christus, vbi vocat Christum, ipsum Dominum cum suo corpore mistico, non tamen ideo licet dicere ecclesia est Christus, vt nec dicimus, corpus est caput, vel regnum est rex, licet quandoque nomine regis intelligatur ipse rex cum suo regno. Tertiò, nam in prædictis locis, vbi est tropus, vel quid obscurum semper additur explicatio. vt Gen. 17. Circuncisio dicitur fœderis signum. & Exo. 12. & 1. Cor. 10. vbi prædicta explicantur.

Ad decimumseptimum Resp. verba

propriè

propriè significare, & nomine corporis intelligi corpus solum, nomine sanguinis solum sanguinem: non tamen distrahitur corpus à sanguine, cum coniuncta sint ob naturalem concomitantiam, licet ista coniunctio non significetur illis verbis, vt nec negatur, vt si dicatur, Hoc est corpus Petri, verificatur, vel ibi sit anima, vel non; & sic nulla est hic batologia, vel intellectio dubia.

Ad decimumoctauum Respon. non negari in verbo calix tropum adesse, sed clarissimè explicatum, quòd de tropo, quòd dicunt in verbo, corpus, dici non potest, quia Dominus, d. Accipite, & bibite, Hic est calix: at calix non bibitur, sed liquor in eo contentus; præterea Lucas addit; qui pro vobis effundetur, sed vas non effunditur, sed liquor; præterea, quòd Lucas, & Apostoli dicunt, Hic est calix, Matthæus, & Marcus dicunt: Hic est sanguis, oportet verò exponere verba communiora, & figurata per propria, videlicet per calicem sanguinem contineri, & vlterius tropus est vsitatus calicem pro re contenta in eo accipi. Quò ad verbum, testamenti, Respon. ibi nullum esse tropum, quia testamenti nomine accipitur voluntas testatoris, quæ de hæreditate disponit, vel sit absoluta, vel conditionata, vel pactum; sic accipitur. Exod 24 Hic est sanguis fœderis, vel vt dicitur, Heb.9. Sanguis testamenti, est enim sensus, Hic est sanguis, quo sancitur, & confirmatur voluntas pactum, & promissio Dei; & sic accipitur. Gene.17. vbi Circuncisio dicitur signum fœderis. Gal.4. Heb.8. Iere.31. vbi duo testamenta distinguuntur. Secundò, dicitur testamentum instrumentum authenticum, quo continetur voluntas testatoris, & per quod hæres acquirit ius ad hæreditatem. Et sic non impropriè dicitur testamentum vetus, & nouum, in quibus continetur voluntas Dei de dandis bonis temporalibus populo Hebræorum, & de bonis æternis populo Christianorum, & sacramenta quæ sunt instrumenta authẽtica, quibus applicatur nobis ius ad hæreditatem, imo est etiam ipsa hæreditas saltè ex parte, quia hæreditas est gratia, & gloria: datur nobis autem per sacramenta gratia, & ius ad gloriam, inter sacramenta verò Eucharistia est præcipuè testamentũ, quia est non solum instrumentũ conferendæ hæreditatis, sed etiã continet apertissimam repræsentationẽ effusionis sanguinis Domini, à quo nouum testamentum vim suam habet. Ex his ad obiecta Resp. ad primum, negando quotidiè fieri nouum testamentum, & antiquari præcedens, quia celebratio Eucharistiæ non est noua institutio testamenti, sed repetitio eiusdem, ad explicandam hæreditatem varijs hæredibus, qui subinde exoriuntur: vt & circuncisio repetebatur, nec tamen præcedens antiquabatur. Ad secundum negatur Christum debere quotidiè mori, quia eius mors non fuit testamentum, sed confirmatio testamenti; sufficit verò vna mors eius ad confirmandum eius testamentum, licet infinities repetatur. Ad tertium dicitur in Matthæi verbis: Hic est sanguis testamenti, accipi testamentum: primo modo pro diuina promissione Luc. dum d. Hic calix testamentum est: secundo modo pro instrumẽto illius promissionis. Ad quartum dicitur: Non absurdè dici, Hic calix testamentum est in meo sanguine, licet calix accipiatur pro sanguine, quia cum dicitur: Hic calix, sumitur sanguis in eo contentus, vt est sub speciebus vini, & est sacramentum: & sic testamentum, cũ verò dicitur in sanguine meo, sumitur pro sanguine visibiliter in cruce effuso, vt sit sensus, Hic calix .i. res contenta in hoc calice sub speciebus vini, est nouum testamentum dedicatũ, & sancitũ sanguine meo. Ad id, quod sint distinguenda quorum vnum est in alio Resp. Id, In, hic non significare continẽtiam, sed causam instrumentalem, loco, per, vt sit sensus, Testamentum nouũ in sanguine Christi sancitũ .i. per Christi sanguinem: vt accipitur ẽr Rom.3. & 5. & Eph.2. Ad cõsequẽtias Caluini Resp. nõ debere exponi Matth. per Lucã quia vterq; propriè loquit, & satis apertè, & licet

licet concedatur Caluino, posse dici: Hic calix testamentum est in meo sanguine,& Hoc est corpus meum .i. testamentum in corpore meo, non sequitur inde corpus accipi figuratè,quia, vt supra, Verum corpus, & sanguis Domini sub speciebus panis & vini, verè & propriè testamentum sunt.

Ad decimumnonum Resp. id, In mei memoriam, explicari ab Apostolo 1. Cor.11.Ijs verbis,mortem Domini annunciabitis donec veniat; vnde iubemur sumere Eucharistiam in memoriā Domini passionis,& mortis, quæ fuit.

Ad confirmationem Resp. Dominum meminisse vtriusque finis, quia cum d. Hoc est corpus meum, quòd pro vobis datur. Et Hic est sanguis, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorū, significat finem huius sacramēti esse remissionem peccatorum; præterea Dominus multa dixerat Ioan.6. De fructu huius sacramenti, ideo necessariò non erant repetenda.

Ad vigesimum Resp. ex Luca colligi verba hæc pertinere ad calicem vini, quem Dominus dedit Apostolis post esum agni Paschalis ante cōsecrationem misteriorum, ideo alios duos Euangelistas id non narrasse loco suo, quia Lucas meminit duorum calicum vnius ante consecrationem panis, non bibam de genimine vitis, & alterius post consecrationem, d. Hic est sanguis, vel testamentum in sanguine.

Ad vigesimumprimum Resp. hoc argumentum nil probare, quia licet cœlū dicatur sedes Dei, cum ibi gloriam suā manifestet, tamen etiam extra eum locum Deus inuenitur,cum sit vbique,in ipso enim viuimus, mouemur,& sumus. Act.17. sic Christus homo licet sit in cœlo,& ibi sedeat in throno regni, manifestans Angelis,& beatis gloriam suā, tamen etiam extra id poterit vbi ipse voluerit, non ergo dicimus cœlum esse in pixide,sed Christum in cœlo,& extra cœlum esse posse.

Ad vigesimumsecundum Resp.quæri apud Theologos, quid fiat de speciebus corruptis in stomacho,de corpore verò Christi,de quo solo disputatur,nulla est quęstio,quia certum est Christi corpus intrare per os communicantium, & tñ non emitti in secessum,sed corruptis in stomacho speciebus sine vlla sui lęsione desinere ibi esse, vt ante cōsecrationem panis sine vllo suo detrimento ibi non erat: Solū ergo quæritur quomodo verba Domini intelligantur, aliquid intrare in os,& in secessum non emitti,sed solutio facilis est; nam Dominus loquitur de cibis quæ sumuntur ad corpus alendum,qui ordinariè tenent eum modum quem dicit Dominus; Christus tamen verè comedit,& bibit. Mat.vlt.Luc.vlt. Act.10. tamen non emisit cibū in secessum, quia non comedit ad nutriendum corpus,sed vt ex illa actione vitalis manducationis ostenderet se verum, & viuū corpus habere; sic ergo corpus Christi, quòd à fidelibus sumitur non ad corpus nutriendum, sed animam sustentandam,vt d.Amb.lib.de sacr.c.4.non oportet vt corporaliter digeratur, vel in secessum mittatur.

Ad vigesimumtertium Resp.Christū monere vt vitemus impostores, qui se Christi nomine venditabunt; vnde d. surgent pseudochristi &c. duabus tamē conditionibus eos describit, quæ repugnant Eucharistiæ: Primò enim dicit eos clam venturos, vt sic opponat eis aduentum suum toti orbi notissimum. Secūdò,dicit eos venturos visibiles more humano loquentes, & cum hominibus tractantes,licet in penetralibus; vnde dicit eos fore homines, Eucharistia verò non in deserto, vel penetralibus, sed in medijs vrbibus, in conspicuis templis consecratur, & seruatur; præterea Christus non visibiliter, nec humano more ibi adest, nec prædicat, vel miracula facit, sed est ibi,ac si nō esset,quòd attinet ad iudicium sensuum exteriorū.

Ad vigesimumquartum Resp. quòd ibi loquitur de præsentia sua visibili, & corporali, quia ibi loquitur de obsequio sibi à Maria præstito in illa vnctione, qui ab ea tangebatur, & more humano cum ea conuersabatur; præterea ibi loquitur de præsentia qua habemus

bemus

bemus nobiscum pauperes corporaliter præsentes, non tñ sequitur, ꝙ nõ habeamus Christũ præsentem in Eucharistia, licet non eodẽ modo, vt corporaliter, vel vt pauperes sensibiliter. Ad id, ꝙ d. Martir de idolatria Resp. ꝙ imo dum factum Magdalenæ Dñs laudauit, docuit cultum sui corporis qñque anteponendum esse eleemosinis in pauperes, & Teoph. in c. 14. Matth. d. eos esse Iudæ socios, qui discum aureum, in quo reponitur sacrum Christi corpus in sacra mensa, dant pauperibus, & in viliori vase reponunt, ꝙ intelligitur qñ pauperũ necessitas nõ vrget. Ad locum Aug. Resp. ibi loqui de præsentia visibili Christi more humano inter homines conuersantis, vt ibi patet. Et præterea ibi Aug. non tacuit præsentiam Dñi in Eucharistia, quia dicit nunc tribus modis adesse, per maiestatem, per prouidentiam, & per ineffabilem, & inuisibilem gratiã, vbi sub vltimo membro includitur ꝓsentia Domini in Eucharistia.

Ad vigesimumquintũ Resp. nos fateri Christũ, quò ad naturam humanam ascendisse in cœlum, & ibi nunc esse, & futurum vsq; ad diem iudicij, nec ante descensurũ, negamus tamen consequentiã, ergo non est in Eucharistia, quia vt in ea sit, non debet cœlũ deserere, vel descẽdere motu locali, vt nec cum apparuit Petro & Paulo. Act. 9. sed solum se constituit vbi voluit, & qño, & sic non quæritur de articulo ascẽsionis, sed an Christus posse se in pluribus constituere, de quo infra alio loco dicetur.

Ad vigesimumsextũ Resp. ad Calu. aliud esse affirmatiuè colligiꝰ hoc palpatur, & videtur, ergo est corpꝰ, aliud negatiuè; nam prior consequentia optima est, cum res incorporea nõ posset videri, vel tãgi sensibus corporeis, nam cũ sensus nõ fallantur circa proprium obiectũ, oportet, ꝙ tãgitur, & videtur corporeũ esse; secunda consequentia Caluini mala est, quia potest fieri, vt verum corpus sit præsens, & nõ tangatur, nec videatur, quia tectũ sit alio corpore, vel Deus impediat ne species sensibiles ad sensus transmittat, vt de Iesu dr̃, ꝙ per medium illorũ ibat: & de Felice Nolæ epõ; potest etiã diuina virtute fieri, vt corpus existat modo spirituali inuisibiliter, vt videri ac tangi non possit, cũ èconuerso spiritus non existat more corporum diuisibiliter. Ad Martirem Resp. sensus non falli circa proprium obiectũ, falli tñ ex illo posse quod sub obiecto sensuum latet, ꝙ magis tñ conuenit sensui interno, ꝗ externo; vnde qñque pictores decipiunt oculos, vel imaginẽ intuentium cũ aliquid ad viuũ exprimunt. Et Gen. 18. 19. Non fallebantur, qui tangebant, & videbãt assumpta ab Angelis corpora: fallebãtur tamẽ credẽtes esse corpora humana. Sic in Eucharistia non falluntur sensus nostri, cum album, solidum, rotundũ, aliquid sentire putamus; falluntur tñ cum nobis substantiam panis sub illis accidentibus latere denunciant, hinc tamen argumẽtum Dñi fuit efficacissimum, quia solum probare voluit se nõ esse vmbram, sed verũ corpus, ꝙ argumento tactus probauit, esse verò viuũ corpus humanum idem ꝙ ante, non hoc solo probauit, sed manducando, loquendo, & alijs modis.

Ad vigesimumseptimũ Resp. ꝙ sensus verus, & literalis eorum verborũ non est, ꝙ caro Christi, vel substantia carnis non prosit, sed ꝙ carnalis intelligentia nõ prosit, vt exponũt ibi Chrisost. Teoph. & Orig. libr. 3. in epist. ad Rom. & Cip. serm. de cœna Dñi, quia ibi nomine carnis dr̃ humana, & carnalis cogitatio, vt distinguitur à spirituali, & ex fide, ac inspiratione cœlesti excitata: vt sic excluderet errorem Capharnaitarum putantium carnem Christi manducãdam modo aliarum carnium.

Ad vigesimumoctauũ Resp. Christum non dixisse, vbicunque ego sum, sed vbi ego sum illic & minister meus erit; sat ergo si sancti alicubi sint cum Christo, licet non sint vbicunq; ipse, quia sic omnes cum eo fuissent in cru

re; præterea ibi eis promisit consortiũ regni & gloriæ, vt patet Io. 17.

Ad vigesimumnonũ Resp. Christũ reliquisse mundum quò ad conuersationem humanam, quia post mortem non est in eo versatus more aliorum hominum, quæ tñ absentia non repugnat præsentiæ alterius generis, ex Luc. 24. argumentum verò de aduentu Sp. S. iuuat causam nostram, quia Sp. S. non promittebatur, vt suppleret omnem Christi præsentiam, cum ibi dicat, Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, & Matt. vlt. Vobiscum sum vsq; ad consummationem mundi; Solum ergo debuit supplere præsentiam Christi inter homines humano more conuersantis; Apostoli enim quia erant cariturí eius præsentia corporali concionib. & exemplis, egebãt maiori gratia interna, quæ suppleret illam externam consolationem, & auxilia, & hoc modo eis promisit alium paracletum, ꝙ nil facit contra præsentiam Christi in Eucharistia, vbi ita est præsens, vt eum non audiamus, nec videamus, nec nobiscum humano more conuersetur; præterea, sicut Spiritus descendit, & tñ etiam in cœlo mansit; sic Christus ascendit, & tñ mansit nobiscum non solum vt Deus, qui vt huiusmodi est vbiq;, sed etiam vt homo in Eucharistia, modo tamen spirituali, & inuisibili.

Ad trigesimum Resp. eam non esse causam quam reddũt aduersarij, quia paulo post permisit se tangi, à Magdalena, & alijs mulierib. Matt. 28. & tradit Aug. tr. 121. in Io. vt ergo ex prohibitione probat Caluinus Christũ nolle quæri, vel tangi, nisi in cœlo, ita ex promissione nos probamus velle quæri & tangi etiam in terra; præterea si voluisset quæri solum in cœlo, debuisset se ostendere solum de cœlo; at in terris sæpissimè apparuit, tum ante ascensionem, tum postea. Causæ verò cur id Dñs prohibuerit, traduntur à patribus: nam Chris. hom. 85. in Ioan. d. id fecisse, vt ostẽderet corpus suum esse gloriosum, & immortale, & ideo maiori reuerentia tractandum quàm ante. Aug. tr. 121. in Io. & Leo serm. 2. de ascensione, d. Mariam gessisse tipũ ecclesiæ gentilium, & quia Christus ei non se erat ostensurus videndum, & tangendum, sed tantum fide per apostolorum prædicationẽ post ascensionem, ideo d. Noli me tangere &c. Ciril. lib. 12. c. 50. in Io. d. Christum significare his verbis, carnem in Eucharistia non debere tangi, nisi ab hominibus puris, & qui iam acceperint Sp. S. & quia Maria gerebat tipum peccatorum, ideo ei dr̃: Noli me tangere antequam purgata sis, vel ꝙ resurrectio non est probanda iudicio sensuũ, sed fide, vt d. Bern. in Cant. serm. 28.

Ad trigesimumprimũ Resp. ꝙ loca illa propriè intelliguñt de diuinitate, quæ licet sit vbique & peculiariter in templis, tñ dr̃ non habitare in templis manufactis, quia habitare significat indigentiam loci, vt qui habitant in loco, & cõclusionem, ac comprehensionem in loco, quæ repugnant Deo, & conueniebant idolis gentilium, ideo Act. 17. Apost. d. Deum nõ habitare in templis &c. vt eũ distingueret ab idolis gentium. Et licet hæc loca dicãtur de diuinitate, tamẽ suo modo conueniunt ẽt Eucharistiæ, quia ibi est verè Christus, tñ propriè non dr̃. ibi habitare, cum non egeat tecto, nec ita concluditur in vno loco, vt non sit etiam extra eum. Ad argumentum Martiris Resp. esse pro nobis, quia vt Deus ob sui immensitatẽ non concluditur templo, tamen re vera ibi totus Deus est, sic corpus Christi, ob Christi omnipotentiam nõ concluditur in pixide, vel speciebus panis, vt infra dicetur, tamen re vera ibi totum est.

Ad trigesimumsecundũ Resp. Apost. non velle dicere nos, & Hebræos eandem escam comedisse, sed omnes illos qui tunc viuebant bonos, & malos eãdem escam comedisse. Ad Aug. Resp. primò eum non exposuisse hunc locũ in aliquo commentario proprio, vt fecerunt Chris. Teoph. & alij, ideo non mirum si in hac parte in sensus literalis in-

lis inuestigatione ei illi præponűtur, quia Apostolus ad literã loquitur de eadem esca inter illos, non autem nobiscum, quia non omnes hebræi, vt d. Aug. sed tantum boni, qui symbola intelligebant, eandem escam nobiscum manducarűt, Paulus verò dicit bonos & malos eandem mãducasse, & tamẽ non omnes placuerunt Deo, vt d. sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, quia .s. mali. Vel q; vera est sententia Augustini, licet Apostoli loco ad literam non conueniat, quia d. quõ hebræi eandem escam nobiscum manducarunt .s. significatiuè, quia idẽ significãt sacramenta illa & nostra: vt d. tr. 26. in Io. Præterea eadem sunt significatiuè, quia nostra continent q; illa significant; vetera .n. promiserunt Saluatorem, nostra dant salutem: vt d. in Ps. 75. & lib. 2. con. lit. Petil. d. aliud esse Pascha, q; Iudæi de oue celebrabant, aliud q; nos in corpore, & sanguine Dñi accipimus, & sic nobis non tribuitur panis pro oue, sed corpus & sanguis, quæ illa oue significabãtur: & sic apud Aug. nõ est eadem esca Christianorum & hebræorum reipsa, sed solum quò ad significationem.

Ad trigesimumtertiũ Resp. Scripturam ordinariè vocare res vt apparẽt: sic enim vocat serpentem æneum, & Angelos, qui in forma humana apparebant, viros; quia ergo Eucharistia forma exteriori non differt à pane, dicitur panis; vel quia phrasi hebraica, panis nomine dicitur omnis cibus, vel quia est cibus solidus, substantialis, præcipuus, vt est panis triticeus inter cibos.

Ad trigesimumquartũ Resp. quòd Christi corpus esse in pluribus posse, vel sub modica specie panis, non oritur ex dote corporis gloriosi, sed ex infinita Dei potentia, quia & ante resurrectionem credimus eius corpus fuisse in Eucharistia.

Ad trigesimumquintum Resp. Sursum corda, non significare eleuationẽ ad locum corporalem, sed eleuationẽ à curis terrenis ad Deũ, & res diuinas, vnde non Resp. ad firmamentum, sed habemus ad Dñm. Et qui Christũ hic quærebant vt Magi, Magdalena, & alij cor sursum habebant, quia quærebãt illum qui est super omnia benedictus Deus: & fieri potest, vt qui sursum aspiciunt, habeant cor deorsum, & ecõuersò; Sic ergo qui Christũ in Eucharistia quærunt & venerantur, sursum cor habent, si de ipso Christo, non de negotijs huius vitæ interim cogitãt.

Ad trigesimumsextum Resp. Verbũ repræsentandi esse ambiguũ, quia significat rem aliquam præsentem facere, vel reipsa, vel in signo aliquo, vel imagine: vt inquit Tert. li. 4. con. Marc. vbi d. Deum Patrem, qui filiũ promiserat, eum repræsentasse in monte Tabor, cum dixit: Hic est filius meus dilectus: vbi repræsentare est exhibere reipsa: & lib. con. Praxiam, vocat filiũ Patris repræsentatorẽ, quia Pater est in filio; cum ergo vox sit ambigua, nõ potest colligi Tertullianum loqui de repræsentatione in signo, & nõ in re: & quia magis dr̃ repræsentari q; reipsa exhibetur, quàm q; solum in signo: probabile est Tertullianum loqui de repræsentatione qua reipsa corpus Domini exhibetur.

Ad secundum Resp. locum nobis fauere, quia dicit apud Ieremiã per panem corpus Christi intelligi, q; cruci fuit affixum, & addit, Christum sic locum Ieremiæ explicuisse, cũ de pane Eucharistiæ dixit: Hoc est corp⁹ meũ: & sic ibi nõ accipitur panis materialis, qui significet corpus Christi, quia sequeretur panem fuisse crucifixum: vnde accipere cogimur per panem ipsum verum Christi corpus, q; est panis vitæ: & sic Ieremias figuratè loquitur in eo, q; corpus dicatur panis, quia nutrit animas nostras instar panis: vt d. etiam Lact. lib. 4. diui. instit. c. 18. non autem quia panis sit corporis signũ, vt hæretici dicũt; & sic illa verba: Hoc est corpus meum, secundùm Tertull. exponũtur, hic panis, quem vobis porrigo, non est panis communis, sed ipsum corpus meũ: vel hoc, q; hactenus fuit

fuit panis communis, iam est corpus meum: ꝙ verò d.lib.3.con.Marc. corporis sui figuram panis dedisse, non significat Christū dedisse Apostolis figuram corporis sui, & non ipsum corpus, aliter nō diceret corporis figurā panis, sed figuram corporis panē dedisse, vbi significat Christum dedisse.i. implesse, vel explicuisse figuram corporis sui, quam in pane Ieremias posuerat. Ad tertium Resp. priora verba huius testimonii pro nobis facere, secunda non obesse, quia verba, acceptū panem corpus suū fecit dicendo: Hoc est corpus meū, indicant apertè realē panis mutationem in corpus Christi: id verò, hoc est figura corporis mei, non significat panem Eucharistiæ esse figuram corporis Dñi, sed ꝙ fuit olim figura in testamento veteri, nunc in corporis veritatem esse mutatū, quia coniungitur id, figura corporis mei, non cum voce proximè præcedente, corpus meum, sed cum pronomine Hoc, vt sit sensus, acceptum panē corpus suum fecit, dicendo: Hoc.i. panis, qui olim fuit figura corporis mei, nūc est corpus meum, vbi pronomē Hoc, demonstrat panē, non qui manet, sed qui mutatur; propositum enim Tertulliani eo libro erat ostendere Christum non destruxisse testamentum vetus, sed impleſſe, vnde percurrit multa opera Christi, & demonstrat in omnibus illis Christum dedisse operam, vt impleret figuras legis, vnde hoc loco etiam non inducit figuram institutam in testamento nouo, sed tantum impletionem veterum figurarum.

Ad trigesimumseptimū Resp. & ad primum, nō dicere Origenem eodem modo bibi Christi sanguinē in sacramentis, & in concione, imo cū distinguat hos duos modos, indicat esse diuersos: & sic bibi spiritualiter in concione: in sacramentis verò reipsa. Ad secundum Resp. ibi eum omisso literali sensu omnibus noto, id exponere totum misticè, quia per panem, nō intelligit panem materialem, qui sit uisibilis, sed intelligit sermones Christi, uel uerba Dei, non uisibilia, sed audibilia: quia dicit hoc uerbū esse uerbum de Deo uerbo procedens: & panem de pane cœlesti.i. sermonem quē loquitur Christus, qui est Deus uerbum, & panis cœlestis. Ad tertiū Resp. illa uerba: Nisi manducaueritis &c. tribus modis posse exponi: Primò, misticè, & figuratè, & sic exponit Origenes dum per carnem Dñi exponit sermones diuinos. Secundò, ad literam omnino, ut Capharnaitæ, & de hoc dicit Orig. litera occidit, & August. lib.3. de doctr. Chr. c.16. Tertiò, ad literā, quò ad substantiam rei, figuratè tū, quò ad modum manducationis.s. manducandam carnem Christi, sed sine sui læsione, & hunc sensum Orig. non attingit. hom. tamē 7. in Num. eum recipit. Ad quartum Resp. Sanguinem uerbi non esse prædicationem, uel significationem uerborum Dñi, sed Origenes dicit: sanguinem uerbi esse sanguinē uerum, & corporalē Dei uerbi.i. Christi, ut moneat eum esse sanguinē, non humanum tantum, sed sanguinem ipsius Dei, quo redempti sumus, uel ut non hæreamus in sanguine carnis.i. in sanguine uitulorum, & hircorum, de quo ibi Moises loquitur, sed eo dimisso ascendamus ad sanguinem Dei uerbi, qui per sanguinem illum hircorū, & uitulorum significabatur, & sic ibi loquitur de sanguine vero, & corpore Christi, cum eo dicat nos esse redemptos, sed non sumus redempti significatione uerborum, sed sanguinis ueri effusione. Ad quartum Resp. ea loca posse intelligi de sacramento Eucharistiæ. Ad primum dr̄, loqui præcisè de esu corporali Eucharistiæ, abstrahēdo à bonitate, uel malitia sumentis: & sic non prodest nisi ēt spiritualiter manducetur, nec obest nō manducare qñ ex causa ab eo abstinetur. Ad secundū Resp. materiale, ꝙ in secessum uadit, dici ab Origene accidentia sensibilia. Ad tertium, simbola panis & uini dici corpus tipicum, & simbolicū rectè intellecta, quia Eucharistia dr̄ sacramētum, uel signum rei sacræ.i. corporis

Christi;

Christi; dicimus tñ sub illis simbolis uerè contineri corpus Christi, ꝙ illi negãt. Ad quartum Resp. Origenem loqui de mãducatione corporis Christi extra sacramentum, cum d. ab impijs non posse manducari, quia extra sacramentum manducatur solum spiritualiter; unde Orig. ibi distinguit hanc manducationẽ spiritualẽ à manducatione panis sanctificati per uerbum Dei, qui est sacr̃m Eucharistiæ. Ad vlt. Resp. Origenem non dicere nos panes simpliciter edere, sed panes mutatos in corpus Christi, dum d. panes oblatos edimus, corpus sanctum quoddam per preces effectos, & sanctificãs eos, qui cum sancto proposito ipso utuntur, ubi d. non solum panes mutari in corpus Christi, sed & offerri Deo, & sanctificare homines.

Ad trigesimumoctauũ Resp. ad primum, Cipr. ibi alludere ad canonem Missæ, ubi post cõsecrationem dr̃, per quem hęc omnia semper bona creas; sanctificas, benedicis, & prę stas nobis: quæ uerba referuntur ad materiã unde conficitur corpus Christi, quia agimus gratias Deo, quòd per Christum primò nobis panem creet, deinde per eundem sanctificet, & benedicat conuertendo in corpus suum. Ad secundum dr̃ Ciprianum nõ loqui de pane Eucharistiæ, cum d. in carnem, & alere corpora nostra, sed rationem reddit cur ex pane communi fiat Eucharistia, & qñque corpus Christi dicatur panis, quia ut panis communis dũ mutatur in carnem & sanguinem nostrũ per actionem naturalem caloris naturalis, nutrit nos & auget: sic corpus Christi spiritualiter nos nutrit & auget; vnde non loquitur de nutritione sacramentali, eum d. panem mutari in carnem & sanguinem, sed de naturali mutatione, quæ fit in nobis dum cibo nutrimur. Ad quartum Resp. ꝙ ibi loquitur de illa vnione, quæ est præcipuus & proprius finis Eucharistiæ, & negat per Eucharistiam, ita vniri nobis Christum vt efficiamur cũ illo vna persona, vt in misterio incarnationis, vel vt efficiamur vna natura, vt est Pater & Filius in arcano Trinitatis, sed solum dicit nos vniri Christo per affectus, & voluntatis confœderationem. Ad quintum Resp. ꝙ ibi loquitur de effectu Eucharistiæ; comedere enim Christi carnem quãtum ad effectum, est manere in ipso per fidem & charitatem. Ad sextum Resp. Ciprianum, cum d. Christum in mensa Apostolis panem edendũ, militibus verò in cruce corpus vulnerandum, non opponere panem corpori, sed corpus sub specie panis eidem in specie sua, vel corpus vt cibum eidem vt victimæ; vnde superiori sermone, d. panem mutari in corpus omnipotentia verbi Dei. Ad septimum Resp. ꝙ ibi Ciprianus explicat cur ex pane, & vino hoc sacramentum instituere voluerit, & nõ ex alia re, propter analogiam .s. quæ est inter panem & vinũ, & ecclesiam Dñi, quæ per sacr̃m illud significatur. Ad octauũ dr̃, differentiam esse inter has propositiones: Vinum est sanguis Dñi, & èconuersò sanguis Dñi est vinum, quia prior dicit vinum esse sanguinem per similitudinem, reipsa aũt esse vinum non sanguinẽ; secunda dicit sanguinem esse vinum per similitudinem: re tñ esse propriè sanguinem non vinum, & sic secunda propositio est pro nobis, quam affert Ciprianus. Ad illa, quæ deducunt ex Cipriano Resp. ad primum, vinum debere esse in calice, quò ad accidentia, quia per ea sanguinem ostẽdit. Ad secundum, sanguinem Dñi vino significari, sed ꝓsentem in calice, non absentẽ. Ad tertium, comparationes in omnibus nõ oportere, vt teneant, quia licet dicat per vinum significari sanguinem, per aquam populos, non tamen sequitur in omnibus pares esse populos, & sanguinem Domini, vt si sanguis sit in calice, ibi sit & populus; in Eucharistia enim principaliter repræsentatur corpus, & sanguis Domini, & ibi adest, secundò repræsentantur populi.

Ad trigesimumnonũ Resp. ꝙ dicit manducationẽ corporis Dñi non debere

bere accipi carnaliter, quia caro Christi non sufficeret tam multis qui eum manducaturi sunt, est contra Capharnaitas, q. d. debere diuidi carnẽ Christi in particulas, & sic dari manducantibus, quia hoc pacto non sufficeret tam multis sine nouo miraculo: nos verò dicimus, ita sumi carnem Christi, vt indiuisibiliter ab omnibus tota sumatur; q verò d. carnem Christi esse alimoniam spiritualem, & spiritualiter distribui, rectè dr, quia datur in cibum spiritus non corporis, & distribuitur spiritualiter nõ corporaliter, quia nõ diuiditur in partes, sed datur tota simul indiuisibiliter; q verò vltimo dicit Christum, cũ loqueretur de manducatione carnis suæ, meminisse ascensionis in cœlum, vt auditores abstraheret à corporali intellectu, ideo est, vt ostenderet suã non manducandam more aliarum carniũ, iuxta Capharnaitas, sed spirituali modo; si .n. primo modo dedisset suam carnẽ, cũ ea in cœlum ascendere nõ potuisset. Præterea, q ibi d. id corpus, q ostensum est mundo, & datum ad mortem pro mundi vita, dari nunc nobis in cibum, indicat verum corpus nobis dari non simbolicum; & dari nobis non solum per apprehẽsionem fidei, sed etiam per apprehensionẽ oris corporalis, indicat ijs verbis Athan. vt sit nobis tutamen, & præseruatio ad resurrectionem, quia veteres Patres solebant probare resurrectionẽ ex coniunctione corporis nostri mortalis cũ corpore Christi immortali in sacramento Eucharistiæ.

Ad quadragesimum Resp. & primò ad Cõm. in 11. c. 1. Cor. ea commentaria non esse Ambr. nec contra nos, q a dicimus Eucharistiã esse tipum, & signum mortis Christi, vel carnis, & sanguis, vt visibiliter in cruce illa suffixa, is effusus est. Ad secundũ Resp. ad primum locum Amb. non d. panem manere post consecrationem, sed potius non manere, dum d. consecratione panem effici corpus Christi: vt idẽ dicit lib. 4. de sacr. c. 4. Ad secundum Resp. si Christus potuit aliquid ex nihilo facere, magis mutare aliquid in aliud. Ad tertium Resp. corpus Dñi omnib. afferre ex se remissionem peccatorũ, licet ex eorũ indispositione, secus sit quãque. Ad quartũ, q ibi, dictio, significatur: idem valet q appellatur, vel dr vt sit sensus: ante benedictionem, alia species nominatur .i. panis, post consecrationẽ corpus Christi significatur, .i. dr. Ad alia verba, dr nos bibere similitudinem cruoris, sed sub qua veritas continetur. Ad id de figura corporis Resp. q ibi loquitur de pane ante consecrationem, vt ibi patet. Ad id ex lib. de offic. Resp. q Amb. distinguit imaginem à veritate non quò ad substantiam, vel præsentiam rei, sed quò ad notitiã, quia nunc habemus Christum, sed signis, & imagine velatum, in cœlis videbimus sine vllo signo faciem ad faciem, vt ibi patet. Ad quintũ Resp. q Amb. non negat Christi corpus ingredi in corpus nostrum, sed negat id conuerti in substantiam corporis nostri more ciborum corporalium, vt ibi patet.

Ad quadragesimumprimum Resp. q Eucharistia etiam post consecrationem rectè dr, antitipon corporis, & sanguinis, non solum quia species panis & vini sunt signa corporis, & sanguinis ibi re vera existentium, sed et quia ipsum corpus & sanguis Dñi, vt sunt sub illis speciebus, sunt signa eiusdem corporis, & sanguinis prout fuerunt in cruce, quia Eucharistia repræsentat passionem Christi; vnde Basil. non d. Eucharistiam figuram, sed antitipon, q est illa figura, quæ nil ferè distat à veritate. Vnde Chris. hom. 17. in ep. ad Hebr. d. Eucharistiam esse tipum, vel figuram sacrificij crucis, & tamen ibi d. nunc eundem Christum offerri, qui tunc oblatus fuit.

Ad quadragesimumsecundũ Resp. ad primũ, & nos fateri Eucharistiam esse simbola passionis Christi. Ad secundum, q non dicit, cũ sumimus Eucharistiam debere ascendere cœlũ, & ibi Christum quærere, sed vt eam sumamus

mamus, vt cibum, & viaticum quo roboremur in hac vita, dum pergimus ad patriam cęlestem, ad quã post mortem perueniemus. Ad tertium, ꝙ non de pane materiali, sed cõsecrato prædicat corpus Christi: verè autem panis consecratus, non est panis communis, sed vitæ .i. corpus Christi; vnde ibi d. in calice esse id, ꝙ ex eius latere fluxit .i. sanguinem eius. Ad quartũ, ꝙ ibi loquitur de ascensione in cœlũ non corporaliter, sed in Deum, ac res æternas & spirituales neglectis terrenis curis, ꝙ is facit qui Christum quærit, eique adhæret vbicunq; is sit. Ad quintum Resp. sæpe iam esse responsum. Ad sextum Resp. nõ dicere Chrisost. eodem modo corpus Christi esse pauperes, quo est Eucharistia, & ex alijs locis eius patet Eucharistiã esse ipsum verũ Christi corpus, quale non sunt pauperes. Ad septimum Resp. panem & vinũ ostendi in sacramẽto quò ad speciem externam, vt & serpens æneus dicitur serpens, nec negatur panem Eucharistię similitudinem gerere corporis domini, quia eius sacramentum est, præsentis tamen non absentis. Ad octauũ Resp. id testimonium non esse Chrisost. quia in eius operibus nullus est sermo ad Cæsarium. Ad nonum Resp. opus imperfectum non esse Chrisost. & etiã ea verba inserta ab aliquo hæretico. vt probat Sixtus Sen. libr. 4. Bibliot. sanctæ. pag. 13.

Ad quadragesimumtertium Resp. ꝙ ibi repræsentare sumitur pro exhibere reipsa, vt supra de loco Tertull. est dictum. Ad secundum, quòd ibi nõ dicit panem illum esse panem naturalem, sed ipsum Domini corpus. Ad alia loca Resp. quòd loquitur de manducatione vtili, & fructuosa, idest, quæ re vera spiritualiter nutriat, & reficiat.

Ad quadragesimumquartum Resp. & ad primum cũ Paschasio ep. ad Frudegardum, quòd sacramẽtum corporis Domini dicitur quodãmodo corpus Domini, quia licet in sacramento Eucharistiæ sit verũ corpus Domini, quò ad substantiam, nõ tamen est ibi eo modo quo fuit in cruce, nisi per similitudinem, quatenus passio in sacrificio altaris repræsentatur .i. celebratio misteriorũ altaris, est quodãmodo .i. non verè passio Christi, sed repręsentatiuè, vt & Dominus Luc. vl. Finxit se lõgius ire, qua fictione significat suam ascensionem: vt d. Aug. con. Mend. ca. 13. & sic idem Christus fuit figura sui ipsius. Vel quòd ibi Aug. loquitur de sacramẽtis veteribus, vt de Manna, & de pane Melchisedech, quę quodammodo erant corpus Domini, quia erant sacramenta .i. signa, & figuræ corporis Domini. Ad secundum, quòd Aug. loquitur de rebus secundùm naturæ cursum, non secundùm omnipotentiam Creatoris, quia fatemur intra cœlum naturaliter corpus non posse non occupare locũ, nec accidentia posse existere sine subiecto, non disputat autem ibi August. an aliquod corpus posset per omnipotentiã Dei non occupare locum, & accipere sic modum existendi specialẽ. Ad tertium Respon. locum non esse ad rem, quia non negamus Eucharistiam esse sacramentum, & sic signum, sed negamus nil esse, nisi signum. Ad cap. 16. li. 3. de doctr. Chr. supra est responsum. ad id quòd vocetur Eucharistia Resp. verum esse Eucharistiam dici à materia sacramentum corporis, & sanguinis Domini. Ad id ex lib. 3. Trin. Resp. catholicos nominare per sacramentũ corporis Domini, ipsum corpus Domini, sed præsens non absens: vt ibi dicit August. Ad cap. 10. libr. 3. Trinit. Resp. quòd panis, qui in altari peracta celebratione consumitur, quia consumitur quò ad interiorem substãtiam peracta consecratione, quò ad externam verò formam dum manducatur. Ad id cap. 2. de cathol. rudim. Respon. quòd ibi non constat an Augu'l. loquatur de pane Eucharistiæ, vel de baptismo, vel de pane benedicto, qui dabatur cathecumenis, nec nos præterea negamus sacramentum Eucharistiæ esse signaculum visibilem rei in-

uiſibilis, ſed tamen præſentis. Ad lib. 10. ciuit. Reſp. quòd ibi loquitur de ſacrificijs teſtamenti veteris, & quòd d. lib. 21. Impios non comedere corpus Chriſti, intelligitur de corpore miſtico, vel cum fructu non comedi. Ad cap. 12. lib. con. Adim. Reſpon. primo, quòd ibi loquitur ex Manichæorum ſententia, qui dicebant Chriſtum in ſigno, & apparentia paſſum; vel ſecundo, quòd per ſignum ibi intelligit nō nudum ſignum, ſed cum quo coniuncta eſt res ſignificata. Vel quòd ibi loquitur de ſigno corporis, vt in cruce immolati, vt panis Euchariſtiæ, de quo Dominus dicit: Hoc eſt corpus meum: eſt & verè corpus Domini, & ſignum corporis eius. Ad id ex libro 20. contra Fauſt. cap. 21. Reſpon quòd ibi loquitur de memoria paſſionis, & mortis Domini. Ad id ex libro 3. contra Maxim. cap. 22. Reſpon. quòd ibi loquitur de ſacramentis in genere, ſcilicet eſſe ſigna rerum aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia. Ad id ex Pſal. 3. Reſp. quòd loquitur de figura corporis Domini in cruce ſuſpenſi, ideſt, de repræſentatione dominicæ paſſionis. Ad id in Pſal. 98. Reſp. quòd Aug. vult dicere non idem corpus manducandum .i. non eodem modo, quia corpus in ſpecie mortali, & viſibili tunc erat præſens, ſed comedendum erat in aliena ſpecie impaſſibiliter, & inuiſibiliter ſe habens, & ſic idem erat & non idem, idem quò ad ſubſtantiam, non idem quò ad modum, ſpeciem, & qualitatem. Ad id ex tract. 25. in Ioan. Reſpon. quòd ibi loquitur de manducatione Chriſti ſpirituali per fidē incarnationis, non de Euchariſtia. Ad id ex tract. 26. Reſpon. quòd manducarunt eundem ſignificatiuè, non reipſa. Ad id ex tract. 30. Reſpon. quòd Auguſt. non negat corpus Chriſti in pluribus locis eſſe poſſe, ſed negat eius veritatem poſſe reſtringi ad vnum locum cum ſit vbique diffuſa. Ad id ex tract. 50. Reſpon. quòd ibi loquitur de præſentia viſibili. Ad id ex tract. 59. Reſp. corpus Domini etiam ab impijs manducari, licet in pernitiem. Ad id ex tract. 10. in ep. Ioan. Reſp. quòd ibi loquitur de præſentia Chriſti viſibili, & more humano cum hoībus conuerſantis, ſic enim non eſt in terra, niſi in corpore ſuo miſtico. Ad id ex ſerm. de verb. Apoſt. Reſp. impios dici non manducare corpus Domini, quia non nutriuntur ſpiritualiter: vt ibi d. Aug. Ad id ex lib. homil. 50. ſerm. 26. Reſp. Auguſt. non comparare verbum Chriſti ratione ſoni, vel characterum cum corpore Chriſti, ſed ratione veritatis diuinæ, quæ illis ſonis, & caracteribus ſignificātur: in aliquibus tamen verbū eſt ſimile corpori Chriſti, quia vt corpus eſt immortale, impaſſibile, Deo vnitum, ſic veritas verbi eſt æterna, immutabilis, diuina. Ad id ex ſermone ad infantes Reſpon. ad primum, quòd Aug. declarat quid ſit id quod eſt in altari, & dicit eſſe panem, quò ad ſpeciem exteriorem, vt oculi rectè iudicant, quò ad interiorem ſubſtantiam eſſe corpus Chriſti, vt fides rectè iudicat. Ad ſecundum Reſp. ibi non ſoluit quæſtionē quomodo panis ſit corpus Chriſti, quia loquebatur ad pueros recens baptizatos, qui non erant capaces, ideo monet vt ſimpliciter crederent panem illum eſſe corpus Chriſti, & operā darent, vt ipſi eſſent corpus Domini per fidem, & bona opera, quia poſtea vt creuiſſent, & profeciſſent in via Dei miſteria illa eis aperirentur.

Ad quadrageſimumquintum Reſp. ad primum, quòd Cirill. negat Euchariſtiam eſſe manducationem puri hominis, vt dicebat Neſtorius, & dicit eſſe manducationem hominis Dei. Ad ſecundum, ꝙ impij mādūcant corpus Chriſti, licet non ad vitam, ob eorum indiſpoſitionē, licet ex ſe habeat vim viuif[illegible]di. Ad tertium, ꝙ Ciril. vocat Euchariſtiam fragmēta panis, quia in ſpecie panis datur: nam alioqui eadē ep. d. Apertè panem mutari in veritatem corporis Chriſti. Ad quartum, ꝙ ille 6. liber non eſt Cirilli, ſed Iodoci, qui apertè oppugnauit Sacramentarios,

rios,& vult d. Chriſtum ſecundùm pſentiam carnis non vbiq;, nec ſemper nobis adeſſe, ſecundùm diuinitatem verò vbique, & ſemper.

Ad quadrageſimumſextum Reſpõ. Teoph.in c.6.Io.dicenté:Non eſſe panem poſt conſecrationem, licet oculis videatur,& transformari ineffabili operatione,& non eſſe figurã, ſed ipſum corpus,& ita verti panem in carnem Chriſti per conſecrationem, vt vertebatur olim per nutritionem dũ Chriſtus hic in terris viueret,& in Euchariſtia ſumenda ſimpliciter eſſe credendum; ꝙ ergo dicitur mutari ſubſtantiam panis in virtuté carnis Chriſti,ſignificat mutari in eſſentiam carnis Chriſti, quæ virtutem habet nutriendi animos, vt ſubſtantia panis vim habet nutriendi corpora, ideſt, ſub ſubſtantia panis ante erat vis quędam nutriendi corpora, ſcilicet ſubſtantia panis, nunc eſt vis quædam nutriendi animos, ſcilicet ſubſtantia corporis Chriſti.

Ad Quadrageſimumſeptimũ Reſp. ad primũ,ꝙ Bern.in Cant.confert modum quo Angeli fruuntur verbo æterno in cœlo, cum eo quo nos eodem fruimur in terris,& d.Angelos eſſe fœliciores,ꝙ id apertè videant,nos verò habeamus velatum, & occultatum in cortice ſacramentorũ,in furfure carnis, in palea literæ,in velamine fidei, vbi non d. nos habere tantum furfurem &c.ſed verbũ,occultatum tamen in his quaſi inuolucris; Quòd verò dicit Angelos habere præſentiam nos memoriam, per præſentiam intelligit conſpectum, quia id dicitur præſens ꝙ cernitur, abſens ꝙ non cernitur: ꝙ patet quia ibi loquitur non de præſentia carnis Domini,ſed de præſentia verbi æterni; id enim dicit eſſe Angelis præſens, quia facie ad faciem ab illis cernitur, nobis abſens nõ præſens,& in memoria non in præſentia, quia non cernimus id vt eſt,ſed tantũ cum eo cogitatione verſamur; licet alioqui verbum, cum Deus ſit, vbique ſit; ſicut ſcripturæ,licet dicant Deum vbique eſſe,hortantur tamen vt eum quæramus dum inueniri poteſt.Eodé modo intelligitur,ꝙ dicit nos habere corticem,Angelos adipem: nam ſignificat eos frui ipſa adipe, quia facie ad ad faciem intuentur verbum: nos verò in conſpectu habere tantum corticem ſacramenti, quia non videmus aliud q̃ ſpecies panis & vini, ſed tamé intra eum corticem latere etiam adipem ſupra dixerat Bernardus. Præterea ibi nõ loquitur de carne Chriſti, ſed de præſentia, vel fruitione verbi æterni. In ſerm.verò de cœna Domini, non dicit per ſacramentum Euchariſtiæ dari carnem Chriſti, vt per ſignum,vt dignitas aliqua datur per baculum, vel annulum, ſed dicit gratiã Dei dari per ſacramentum, vt per ſigna, licet non ſint nuda ſigna, ſed & cauſæ inſtrumentales gratiæ; vt ſupra dictum eſt de ſacramentis in genere.

Ad Quadrageſimumoctauũ Reſp. non implicare contradictionem,vt vnum corpus poſſit eſſe in plurib. locis ſimul. Primò, nam Deus poteſt facere quæ vllo modo exiſtere poſſunt. Luc. 1.i.ꝙ non implicat contradictionem: vt d.D.Th.1.p.q.24.art.7.Secundò ꝓbatur,nã Deo nil eſt impoſſibile. Mat. 19. Tertiò, nam Chriſtus cum Apoſt. Paulo apparuit.Act.9.& 22. fuit ſimul in ſummo cœlo,& in terra,vel in aere terræ vicino; & ꝙ fuerit in cęlo patet Act.3. ergo vnũ corpus poteſt eſſe in pluribus locis ſimul;Paulus verò vidit Chriſtum oculis corporeis,vt patet locis prędictis,& c.26.& 1.Cor.15.vidit verò eum in terra, vt patet. Act.9. & 22.tum ex voce, tum ex reſponſione. Quartò,probatur ex Patribus,qui dicunt vnam rem poſſe eſſe ſimul in pluribus locis:ſic Chriſ.lib.3.de ſacerd.d. eundem Chriſtum eodé temporis articulo, & ſurſum in cœlo cũ Patre ſedere, & in terra omnium cõicantium manibus pertractari, & cũ eo Primaſ. & Anſ.in c.10.ad Hebr.Ciril.l.b.12.in Io.c.32.& Teoph.in c.19.Ioan.dicunt Chriſtum per carnem ſuam in Euchariſtia perceptã ſanctificare animas, &

corpora omnium cõicantium in toto mundo,& esse in omnibus totũ,& impartibilem:& teste Aug lib.de cura ꝓ mort.c.16.& 17.vbi id affirmat de aliquibus sanctis. Quintò, idẽ probatur exemplis Dei,& animæ rationalis.Nã Deus,cum res vna sit & simplicissima, & indiuisibilis, tñ simul est in infinitis locis, quia est præsens totus omnibus rebus creatis,ꝙ superat captum,quia non potest cogitari rem vnam esse in diuersis locis,nisi cogitetur,vel loca illa fieri vnum locum,vel rem vnam diuidi in plures:vt d.Aug.ep.3.ad Volus. Sic anima rationalis tota est in qualibet parte corporis, quia si extenderetur ad extensionem corporis esset materialis, & à corpore penderet, & sic non esset immortalis. Sextò, idẽ probatur ex misterijs nostrę fidei difficillimis,vt ꝙ vna natura in tribus personis verissimè distinctis sit, ꝙ est mirabilius q̃ ꝙ vnum corpus sit in plurib. locis, & tñ id Caluinistæ admittunt; est verò id mirabilius, quia vt hic est distinctio realis locorum, ita ibi personarũ, sicut hic est vnitas corporis, ibi naturæ:& tñ misterium Trinitatis est mirabilius,quia natura in Trinitate identificatur realiter, & formaliter cum singulis personis:corpus verò nõ identificatur vllo modo cum locis. Si ergo vna natura potest non distrahi à seipsa, licet identificetur cũ personis realiter distinctis, facilius poterit vnum corpus coniungi extrinsecus cum distinctis locis, & tñ non distrahi à seipso.Secundum misteriũ est incarnatio, in quo vnã hipostasim in duabus naturis perfectis,& dissimillimis cõfitemur; & quia est maior vnio inter hipostasim,& naturam,quàm locatum & locum,cum illa intrinseca,& substantialis,hæc extrinseca,& accidẽtalis sit, ideo mirabilior est. Tertium est resurrectio mortuorum,in quo id est mirabile vt vnũ & idem indiuiduũ bis fiat; quia si bis fit,qũo non duplici actione? si sic,qũo non duo? effectus enim per se ab actione pendet,vt eius terminus. Quartum est creatio,& annihilatio, quia sic videtur dici, nil esse aliquid,& èconuersò,si enim ex nihilo,vnde venit &c. & quomodo ex aliquo nil fit,nisi id aliquid sit nihil,& tamen ista credunt. Quintũ est æternitas,quia videtur difficilius, vt vnũ instans durationis sit in diuersis temporibus, q̃ vt vnũ corpus simul sit in diuersis locis,quia tpa fluunt,nec possibile est præsens simul esse præteritũ & futurum: loca verò simul manẽt, licet distincta ab inuicem: at æternitas est vnum instans durationis non fluens, & sic coexistens toti tempori præterito & futuro, & tamẽ nec ipsum instãs diuiditur, nec tẽpora confunduntur; quod superat humanum intellectum. Septimò,idem probatur à simili,nam potest vnus locus capere duo corpora sibi adæquata simul, & tamen nec locus ille diuiditur in duo loca, nec illa corpora confunduntur in vnum corpus, ergo poterit etiã vnũ corpus replere duo loca, etiã si nec ipsum corpus diuidatur in duo corpora,nec loca illa conueniant in vnum locũ; consequentia probatur, quia ita se habet locatum ad locum,vt locus ad locatũ: antecedens probatur ex exitu Christi è sepulcro clauso, & alijs de quibus infra: Præterea illa implicant contradictionem,quę pugnant cum essentia rei, sed esse in loco non est de essentia corporis, sed quid extrinsecum & accidẽtarium, quia vltimum cœlum est verum corpus & non est in loco,ergo nõ repugnat essentiæ corporis esse in vno vel plurib. locis, cum omnia sint extrinseca,& posteriora ipsa corporis essentia. Ad obiecta hæreticorũ,quibus conantur probare non posse vnũ corpus esse in pluribus locis. Respon. ad primum, Matth.vlt.de verbo, non est hic; quòd mulieres quærebant corpus Domini mortuum vt illud vngerent; vnde cum Angelus, dixit: Non est hic, sensus est, non iacet mortuus in sepulchro, vt vos creditis, quod probat, dicens: Surrexit enim, quia non poterat mortuus iacere si surrexerat. Ad alia loca scripturæ, & Pa-

trum

trum Resp. duas esse differentias inter Deum, & corpus Christi, quò ad existentiam in loco. Prima, ꝙ Deus reipsa, & de facto est vbique, corpus Christi reipsa,& de facto non est vbique,nec vnquam erit,sed vno in loco est localiter.s.in cœlo,in multis sacramẽtaliter, in multis alijs nullo modo, & sic Christi humanitas conuincitur, non esse confusa cum diuinitate,quia non est vbiq;. Secunda differentia, ꝙ diuinitas non solum est vbiq;, sed nõ potest cõstringi ad vnum locum, imò non potest non esse vbiq;,cũ sit intrinsecè,& essentialiter immensa, at Christi corpus licet possit esse & sit per Dei potentiam in multis locis, tamen potest redigi &t ad vnum solum locum, sicut ante sacramẽti institutionem in vno solo loco erat,& post mundi consummationem in vno solo loco erit. Ad locũ ex ep.ad Volus. Resp. ꝙ Aug. loquitur de corpore existẽte in loco naturaliter .s. secundùm modum naturæ suæ cõuenientẽ,quia omne corpus est quantum,& quia quantum,est etiã extensum,ita vt maior pars maiorem locum minor minorem occupet, & implicat cõtradictionem,vt corpus extensum maneat, & tñ sit totum in qualibet parte. Sic lib.20. cont.Faust. Aug.loquitur de corpore Christi,cõtra Manichæos, d.illum,qui in forma humana fuit crucifixus,fuisse phantasma expansum per Solem, Lunam, & omnia loca,ꝙ diluit August. ibi sic,Si Christus est spiritus, vel phantasma crucifigi nõ potuit: si verò est corpus expansum per Solem,Lunam,&c.non potuit esse simul in Sole,i Luna, & in cruce, quia corpus expansum per tot loca non potest esse totum in singulis locis, ꝙ verò d.Aug.spiritum nõ posse pati in cruce, intelligitur secundùm ordinarium cursum naturæ, quia lib. 21.ciuit.c.10. d.spiritum pati posse ab igne corporeo per diuinam potentiã. Ad rationes quas allegant Resp. cum Aug.lib.22.ciu.c.11. ecce qualibus argumentis omnipotẽtiæ Dei humana contradicit infirmitas,quam possidet vanitas:quia ꝙ vna res non possit esse in duobus temporibus nascitur nõ ex ipsa re,sed ex tẽporibus, quæ non possunt esse simul,cum semper fluant: vnde non est simile de locis,quæ permanent. Ad id de vnitate Resp. vnitatem essentialem rei non pendere ab vnitate loci, cum prius sit rem esse vnam quàm esse in vno loco,sed pendere ab internis suis principijs; vnde imaginatio concipere non potest vnũ corpus in diuersis locis: ratio tñ iudicare potest imaginationem falli,sicut fallitur dum Deum,vel animam nõ potest cogitare in diuersis locis,vel duo corpora in vno loco. Ad id de continuatione, dr corpus Christi, vt est in altari non continuari cum corpore,vt est in cœlo, nec tñ esse discontinuum,vel diuisum ab illo,quia continuari,& diuidi est eorum,quæ multa sunt, vel sint tota quædam,vel partes eiusdem, corpus verò, vt est in cœlo, & vt in altari non sunt duo tota, nec partes eiusdẽ, sed idem omnino totum. Nec obst. ꝙ multa corpora intercedant inter corpus Christi vt est in cœlo, & vt in altari, ergo discontinuum,& diuisum à seipso Resp. enim hoc argumento ꝓbari loca esse discontinua .s. cœlum & terram,& ob id etiã corpus Christi esse diuisum à se respectu loci, sed non respectu propriæ substantiæ,vel quantitatis. Ad primã confirmationẽ Resp. posse corpus Christi esse in plurib. locis etiã localiter,& visibiliter, ideo dr idem corpus posse esse circumscriptiuè,& etiã diffinitiuè in pluribus locis, quia vt sit circumscriptũ in aliquo loco,oportet tñ vt commensuretur illi loco, ita vt termini loci, & locati sint simul: non requiritur verò, vt non sit alibi tãquam in alio loco: ꝙ seruatur in præsenti: quia corpus Christi in cœlo commensuratur loco suo quem ibi habet, & qñ simul erat in terra, cum Paulo apparuit commensurabatur loco suo quem in terra, vel in aere habebat,& sic in vtroq; erat circumscriptiuè; & sic ꝙ eius magnitudo bis, vel ter ponebat in loco. Ad secundã confirma-

firmationem dr, corpus Dñi incipere esse in altari, non per generationem, nec per motum localem, sed per conuersionem panis in ipsum, vt qñ corpus hominis augetur, anima incipit esse in materia illa addita, vbi aute nō erat: & tñ non producitur noua anima, nec mouetur localiter, sed solum incipit informare materiã sibi adiunctam, quam non informabat: sic cum membrum abscinditur, anima desinit ibi esse, nec tñ perit, aut recedit localiter, sic Deus cum aliquid in mundo nascitur, incipit ibi esse, & tñ nō generatur, nec corrumpitur Deus, vel accedit, vel recedit. Ad tertiam confirmationem Resp. notando vnũ corpus positum in pluribus locis habere vnũ esse substantiale, sed multa esse localia, quo fit vt omnia illa multiplicari debeant, quæ consequũtur esse locale, illa verò non multiplicentur, quæ aliunde proueniunt quàm ex esse locali. Et primum relationes ad loca necessariò multiplicabũtur, quia cum corpus sit verè in pluribus locis, & relatio terminetur ad ipsa loca quæ plura sunt, non potest relatio ipsa non multiplicari. Vnde idem corpus erit sursum & deorsum, remotũ & propinquum, poterit moueri ad locũ, & quiescere in alio loco. Nec est inconueniens in eodem subiecto esse contrarias relationes, cum insint in eo per diuersa fundamenta, vel diuersas rationes fundamenti. Nec hic implicatur vlla cōtradictio, quia licet possit dici propinquum & remotũ: & remotum, ac non remotum sub diuersa tñ ratione, vt .s. est in diuersis locis, quia illa dicuntur contradicere quæ conueniunt vni respectu eiusdẽ, eodem tempore, loco, modo &c. vt anima humana, quę cum in toto corpore sit tota, & in quolibet mẽbro tota, vt est in capite est remota à terra, vt est in pedibus non est remota: & si vna manus moueatur, altera quiescente, anima simul mouebit, & quiescet; Sic est de actionib⁹, quæ terminãtur ad loca, vt si facula vna ponatur in multis locis, omnia illa simul illustrabit, & si cōbustibilia applicentur in omnibus locis omnia cōburet. Vnde diuina potentiã fieri posset, vt vna facula totum mũdum illustraret, si poneretur in pluribus locis diuina potentia; ideo enim vna facula non illustrat q̃ procul absunt, quia non sunt intra sphærã actiuitatis eius, sed si ponatur in pluribus locis, illa oĩa erunt intra sphæram actiuitatis eius, nec inde sequetur illam esse Soli æqualem, vel agere vltra suam virtutem, quia ipsa sua virtute non illuminat, nisi modicum sibi proportionatum: Sol verò sua virtute illuminat totum orbẽ; ex positione verò eius in multis locis, id ipsi faculæ accedit, vt habeat multas sphæras actiuitatis, oẽs tñ exiguas & sibi proportionatas. Sic corpus trium cubitorum pōt occupare spatiũ sex & nouem, non vnica extensione sua, sed quia illa extẽsio sæpius ponit in loco. Contrariũ iudiciũ est de his, quæ recipiũtur in corpore locato, quia q̃ recipiunt in corpore, vel sint actiones, vel qualitates, vel alia, nō multiplicãtur, quia corpus vnum est, nō multa. Vnde si corpus vno in loco calefiat in alio etiã erit calidum, & si in vno loco sit propè ignem, in alio propè glaciem, non summè frigefiet, sed eodem modo alterabitur, ac alteraretur si in eodem loco sibi applicarentur cōtraria illa agentia, & si in vno loco vulneretur & occidatur, in altero etiã huiusmodi apparebit; & si in vno loco comedat, in altero non esuriet etiam si non comedat, quia est idem corpus. Ad quartum ibid. ꝙ corpus nō possit esse in loco, & nōn occupare locum. Notandum sententiam communem esse Scholarum, & Ecclesiæ, in Eucharistia totum Christum existere cum magnitudine, & omnibus accidentib. excepta relatione ad locum cœlestem quam habet vt est in cœlo, & ijs quæ ad existentiam in loco consequũtur, & cōtra in cœlo totum Christum existere cum magnitudine, & omnibus accidẽibus, excepta relatione ad species panis, vt est in Eucharistia; & prę-

terea

terea partes corporis Chriſti, & mem bra non ſe penetrare, ſed ita diſtincta eſſe inter ſe vt figuram, & ordiné habeant corpori humano conuenienté. ita Alb. D. Th. D. Bonauen. Ric. Scot. & alij, in 4. diſt. 10. vel 13. Ales. 4. p. ſummæ q. 10. memb. 7. ar. 3. Et Conc. Trid. ſeſſ. 13. can. 1. d. non ſolum corpus & ſanguinem, ſed etiam animam, & diuinitatem, & ſic totum Chriſtum eſſe in Euchariſtia. Certum verò eſt ꝙ anima, & diuinitas nõ eſt in Euchariſtia, ex vi conſecrationis, ſed ex naturali concomitantia, quia vbi eſt vnum ibi oportet eſſe quicquid cum illo eſt vnitum, ſed magnitudo, & figura vnitã ſunt corpori Chriſti, & naturaliter & inſeparabiliter, ergo & illa adſunt. Præterea cum Dñs, d. Accipite &c. ad manducandum dedit corpus, ꝙ morti tradendũ erat ſequenti die, ad mortem verò non fuerat tradendum corpus ſine magnitudine, & figura, & alijs accidentib. quæ in magnitudine fundantur. Præterea ſub ſpecie panis earo Chriſti propriè continetur. Ioã. 6. ſed ſubſtantia ſiue quantitate, & complexione quadam accidentiũ caro dici non poteſt. Vltimò in Euchariſtia non ſola caro, ſed etiã anima continetur, ſed anima non poteſt eſſe niſi in corpore diſpoſito, & organizato: ſine quantitate verò nõ poteſt eſſe vlla diſpoſitio, vel organizatio, ergo. Secundò, notandum ad explicationem concluſionis eccleſiæ, ad magnitudinem tria requiri: Primò, vt ſit extenſa in ſe, & partem habeat extra partem, & ſic ſitum quendam intrinſecum, ordinem, ac diſpoſitionem partium, ꝙ omnino eſſentiale magnitudini eſt: linea enim eſt extenſio in longitudinem. Secundò, vt coextendatur, vel cõmenſuretur loco, & habeat ſitum extrinſecum in ordine ad locum, & hoc poſterius eſt, & ex primo ſequitur, & ab illo ſeparari poteſt: vnde vltimum cœlum extenſum eſt in ſeipſo, & tñ non occupat locum, cum à nullo corpore ambiat̃. Tertiò, ꝙ extrudat aliud corpus ex loco, vel non patiatur aliã magnitudinem ſecum in loco ſibi adæquato, ꝙ eſt poſterius ſecundo, & ex illo ſequitur; ideo enim vnum corpus non patitur alterum ſecũ, quia replet totum locum. Sed quia ſemper poſterius per Dei potentiã poteſt ſeparari à priore, ita vt maneat prius ſine poſteriore, non contra, quia prius non pendet à poſteriore, inde eſt ꝙ ſecundùm catholicos vnũ corpus poteſt occupare locum, & tñ non expellere aliud, q̃ propriè dr̃ penetratio corporũ. His notatis, ſententia cõmunis catholicorum eſt in ſacraméto Euchariſtiæ verè adeſſe totam magnitudiné corporis Chriſti, ſed habere primam conditionem, quæ eſſentialis eſt, non autem ſecundam, & tertiam, quæ ſeparabiles ſunt, & licet in ſacramento Euchariſtiæ non ſit propriè corporũ penetratio, cum deſit ſecunda conditio, tamé exiſtimamus poſſe etiã per Dei potentiam dari penetrationem, ita vt corpus aliquod habeat primã, & ſecundam conditionem, ſine tertia.

His notatis, probatur ſententia catholica, poſſe vnum corpus eſſe alicubi, & non occupare locum: Primò, ex ſcripturis, quæ dicunt, nil impoſſibile eſſe apud Deũ. Mat. 19. Marc. 14. Luc. 1. Præterea, à numero eorũ, quæ nõ pót facere Deus excipiũtur tm̃, q̃ implicãt contradictionem, corpus verò eſſe alicubi, & non occupare locum, non implicat contradictionem, vel etiam occupare, & non expellere aliud. ergo. probatur, nam id eſt implicare, repugnare eſſentię, non repugnat verò eſſentiæ magnitudinis non occupare locum, vel nõ expellere alterum: Primò, quia occupare locũ eſt quid poſterius ipſa magnitudine, nã prius res eſt in ſe magna, & apta replere locum, deinde replet locum, nil verò poſterius eſt de eſſentia prioris, quia eſſentiæ in indiuiſibili cõſiſtunt. Secundò, poteſt magnitudo intelligi, & diffiniri ſine loco, vel repletione loci, nec in eius diffinitione ponitur locus, & poteſt ét eſſe ſine loco, vt patet de vltima ſphæra, & de corporib. quæ à Deo poſſent

locari supra conuexũ sphæræ vltimæ, ergo nõ est de essentia magnitudinis, ꝙ occupet locum. Secundò, principaliter idem probatur ex exemplis scripturæ, primò Mat.19. Mar.10. Luc.18. Facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum; qui locus intelligitur de camelo animale gibboso, vt ibi exponunt Orig. Hier. Ilar. Chris. Aug. li. 2. q. euang. q.47. Possibile ergo id est Deo; vnde subdit Dñs, apud Deum omnia possibilia sunt, sed non potest camelus transire per foramen acus, nisi locum non occupando, aliter maius esset minus suo minore. Idem probatur Io.20. vbi dr̃ Christum venisse ad discipulos ianuis clausis, & idem fecisse post dies octo; vnde oportet, vt eius corpus, vel non occupauerit locũ, vel cum alio corpore se penetrarit, quorum vtrunque est impossibile viribus creatis, & intelligentiá nostram superat; vnde Patres illud miraculũ agnoscunt, ꝙ Dñs corpus suũ solidum per aliud solidum introduxerit. Chris. Cirill. Aug. Teoph. in illum locum Ioan. Iust. q.117. ad ortodoxos. Ambr. in c. vlt. Luc. Epiph. hæres.64. Hier. ep. ad Pammachiũ. Bern. serm.1. de resurr. & Ilar. lib.3. de Trin. Tertiò, idem probatur ex Natiuitate Dñi, qui exiuit de vtero Matris clauso, inuiolata manente integritate carnis: vt probatur ex Simb. Apostolorũ: Natus ex Maria Virgine, quod simbolum est verbum Dei non scriptum: quæ veritas colligitur Is.7. Ecce virgo concipiet, &c. & Ezech.44. Ex porta clausa per quã solus Dñs intrat, quæ est vterus virginis, vt testatur Hier. in cõm. eius loci, & Ambr. lib. de inst. virg. c.7. Quartò, idem probatur ex egressu Dñi ex clauso monumento. Matth.28. Marc.16. Quintò, idem probatur ex ascensione Christi in cœlum. Eph.4. & corporum beatorum post iudicium, sed in cœlo nulla est fenestra, nulla rima, nulla fissura. Iob 37. Oportet ergo, vt plura corpora possint esse in eodem loco. Et ꝙ dr̃ Matt.3. Io.1. Act.7.10. Apoc. 10. Cœlos esse apertos, intelligitur secundùm apparẽtiam, & metaphoricè, quia significat speciem quandã in cœlo apparuisse, ac si diuideretur. Sextò, idem probatur ex pœnis damnatorũ, vt ꝙ eorũ corpora ab igne corporeo comburantur, & non dissoluantur, cũ dolor corporalis ad dissolutionẽ corporis tendat. Secundò, non minus difficilè videtur, vt spiritus teneatur, & impediatur à corpore, & trãseat quocunque voluerit, quàm vt corpus non teneatur à corpore, sed trãseat per solida corpora, ac si nulla essent, quia non minus conuenit naturæ spirituali non posse impediri, quàm corporali posse impediri: & tñ diuina potẽtia includit spiritus dæmonum, & damnatorum certis locis gehennæ, vt inde non possint egredi, & animas vt non egredi possint è corpore, nisi eo disso luto. Septimò, idem probatur ex similibus. Nam non magis conuenit corpori quanto occupare locum, q̃ graui ponderare, colorato videri, lucido lucere, calido calefacere, sed potest Deus efficere vt his illa non adsint, ergo. assumptum probatur ex sacris literis; nam Matth.14. Christus & Petrus super aquas ambularunt. & Iosu.3. Aquæ Iordanis sursum ascendebant, & Luc.4. Ipse transiens per medium illorum ibat. & Io.8. Abscondit se ne lapidaretur. & Luc. vlt. Euanuit ab oculis eorum.

His stantibus ad contraria Resp. ad primum, ꝙ Aug. ibi quædam dicit de corpore Christi, quædam de corporibus generatim, quæ non sunt confundenda. De corpore Christi, d. non esse vbiq; diffusum, ita vt forma & figura humana careat, quia id esset naturam eius destruere, quòd est contra Vbiquistas, qui per vnionem hipostaticam corpus Christi, ita vbiq; diffusum esse volunt, vt nusquam seruet figuram, formam, & situm humano corpori conuenientem, ꝙ est destruere naturam humanam Christi: vt d. Aug. Nos verò dicimus Christi corpus nõ esse vbiq; diffusum, & vbicunque est

habere

habere suam formam, & figuram humanam, & partium situ, ac dispositionem, licet hæc figura, forma, & partiũ dispositio in cœlo conspiciatur, vbi locum replet, in sacraměto sit quidem, sed non repleat locũ, nec videri à nobis possit, vt nec caruit carne, & ossib. qñ super aquas ambulauit, & per portas clausas intrauit. De corpore verò generatim Aug. duo dicet: primò, corpora magnitudinem habentia esse extensa, & habere certum ordinem partium, & ideo fieri non posse, vt sit tanta magnitudo vnius partis quanta totius, vel tanta in corpore paruo quanta in magno, cuius contrarium est in spiritibus, & qualitatibus etiã corporeis, quia eadē anima, & tota esse potest in parte corporis, & in toto corpore, paruo & magno; similiter tantus candor, vel calor potest esse in parte corporis quantus in toto, & maior qñq; in paruo corpore, q̃ in magno; quę omnia verissima sunt, nec pugnãt cum sententia catholica de Eucharistia, quia requirit Aug. vt omne verũ corpus sit extensum in se, non autem vt necessariò coextendatur loco. Secũdò, d. Corpora, ita esse in loco, vt pendeant à loco, cum ècõtrario Deus, ita sit in loco, vt non pendeat ab eo, sed potius ècontra: ꝙ dictum intelligitur de corporibus, quæ sunt infra cœlum, non de primo cœlo, ꝙ nõ est in loco, vel spatio aliquo, sed in seipso & in Deo: & sic Deus posset cõseruare alia corpora sine spatio, licet naturaliter egeant spatio.

Ad argumenta Philosophica Resp. Ad primum, dr̃ Caluinum miscere vera falsa; ꝙ enim dicit ad veritatē corporis requiri vt suas dimensiones, & faciem habeat est verum, nec nos dicimus corpus Christi in Eucharistia suis dimensionibus, vel facie carere; ꝙ verò dicit requiri etiã vt spatio cõtineatur, est falsum ex supra dictis; si enim ab aliqua aula Deus aerem auferret, nec aliũ ingredi pateretur, qui in ea erant facies, & dimensiones suas retinerent, tñ nec spatio continerentur, nec vnus alterius faciem videret. Ad secundum Resp. facultatem intelligendi per diuinam potentiam tolli posse: nec tñ inde sequi vt homo desinat esse homo, sed tñ vt desinat exercere quæ hominis sunt, quia careat instrumentis actionum humanarum, vt infantes homines sunt, cum rationalem habeãt animam, tñ non minus carēt vsu intelligendi, q̃ si facultatem illam non haberent; ꝙ dr̃ etiã de substantia, & quantitate, quæ licet naturaliter separari non possint, tñ non implicat contradictionem; vt vnum sine altero sit. Ad tertium Resp. quaternarium non posse separari à modo quaternarij essentiali, accidētali verò sic, .i. non potest fieri vt quaternarius redigatur ad essentiã vnitatis, ita vt quatuor homines sint vnus homo, sed potest fieri, vt redigatur ad locum vnitatis, ita vt quatuor homines occupent locum vnius hominis, sic linea non potest separari à modo suo essentiali, ita vt fiat in se indiuisibilis, potest tñ separari à modo accidentario, ita vt nõ occupet locum diuisibilem. Ad quartum Resp. pariter, substantiã non posse separari à modo suo essentiali, ꝙ esset si inhæreret subiecto more accidentiũ, posse tñ separari à modo suo intrinseco, & proprio, sed non essentiali, qui est per se existere: substantia enim humanitatis Christi separata est ab isto modo, cum existat in verbo, & non habeat propriam subsistentiam; sic ergo & quantitas non potest existere nisi quantitatiuè, quò ad modum essentialem, quia non potest existere sine extensione, & partiũ distinctione in se, potest tñ existere nõ quantitatiuè in ordine ad locũ. Ad quintum Resp. ex eodem principio colligi posse, cur spiritus nõ possit extendi in loco, & corpus possit nõ extendi, quia extendi in loco est effectus formalis extensionis in se; ideò enim aliquid potest extendi in loco, quia in se est extensum, nõ èconuersò; potest verò causa formalis ab effectu separari, non contra, quia causa prior est, effectus posterior: hinc

corpus

corpus extensum in se potest non extendi in loco, quia per hoc separatur tantum causa ab effectu, non potest verò spiritus in se indiuisibilis extendi in loco, quia per hoc poneretur effectus formalis sine causa, & posteri' sine priori, ꝙ fieri non potest. Ad sextum Resp. si considerentur dimensiones corporis Christi seorsim, & dimẽsiones hostiæ cõsecratæ, maiores sunt illæ, ꝗ istæ, tñ si considerẽtur eædem corporis Dñi dimensiones, vt sub specie panis ineffabiliter continentur, nõ sunt maiores, nec minores, quia non commensurantur illæ istis, sed existũt sine ordine ad locum, eo ferè modo, quo anima est ĩ corpore, quæ nec maior, nec minor corpore dici potest. Ad septimum Resp. distantiã, quæ est inter membra corporis, prout in se est extensum, non esse distantiam localẽ, sed alterius cuiusdam generis, nam ea dicũtur distare inter se, quæ non sunt immediatè coniuncta, & ea magis distare inter quæ plura sunt interiecta, non interualla, sed mẽbra, vt patet in corpore humano, si cogitetur locatũ supra cœlum: in eo enim distarent pedes à capite non per spatium locale, ꝙ ibi nullum est, sed per interiectionem pectoris, & aliorum membrorũ. Ad octauum, ꝙ omniũ est difficile ob imbecillitatẽ humani ingenij, Resp. corpus quãtum habere partem extra partem, si id, extra, dicat habitudinẽ ad subiectum, & non ad locum; similiter cum dicunt, ergo vbi est vna pars non est alia, dr̃ rectè colligi, si id, vbi, dicat situm internum partiũ in subiecto, non autem si dicat situm in loco, & sic intelligitur, ꝙ dicit Philosophus in Prædicamento quãtitatis, quandã speciem quãtitatis constare ex partibus habentibus positionem, quia loquitur de positione in toto vel subiecto, non de positione in loco.

Ex prædictis colligitur, ꝙ Deus potuerit in sacramento Eucharistiæ corpus Dñi verè, ac realiter constituere. Ex quo ẽt sequitur, ꝙ id facere voluerit, & reipsa fecerit. Quod ꝓbatur primò ex conditione hæresis, quæ habet vt in ea sit nouitas doctrinæ, ꝙ dignoscitur qñ notari possit author, locus, tempus, & à iudicio epõrum, vel Pontificis damnetur; at sententia Sacramentariorum, qui id negãt, habet authorem suum certum Berengariũ Turonensem natione: Tempus est notũ, quia anno 1051. cœpit Berengarius nouo suo dogmate Gallias perturbare; locus etiã, quia in Gallia cœpit suã hæresim prædicare. Secundò, idem probatur ex consensu totius ecclesiæ Græcę, Latinę, Barbarę, teste Paschas. in lib. de instit. sacramẽti. Tertiò, nam ecclesia maxima diligentia est vsa in hac quæstione examinanda, & damnanda, in Conc. Rom. sub Leone IX. Secundò, in Vercellẽsi eodem Leone presente: Tertiò, in Conc. Turonensi: Quartò, in Conc. generali Romæ habito: Quintò, in secũdo Conc. Romæ habito sub Greg. VII. Sextò, in Conc. Lateran. sub Innoc. Septimò, in Conc. generali Vienn. Octauò, in Conc. generali Rom. sub Io. XXIII. Nonò, in Conc. Constantiensi. Decimò, in Concil. Trid. Quartò, idẽ probatur ex patronis sententiæ catholicæ, qui fuere viri sancti, & miraculis clari, S. Ansel. S. Bernardus, S. Malachias, S. Dñicus, S. Franciscus, S. Antonius de Padua, S. Thomas, S. Bonauen. & alij. Contrarię verò fuere Berengarius, qui fuit vir pessimus. Vltimò, idẽ probatur ex miraculis, quæ id comprobarũt Deo sic operãte, quæ enumerat Paulus Diac. lib. 2. c. 41. Paschas. lib. de corp. Dñi. ca. 14. Bern. in vita S. Malachiæ. & S. Ant. in summæ hist. par. 3. tit. 24. cap. 3. §. 2. Th. Vald. tomo 2. cap. 63.

Ad quadragesimumnonũ Resp. ad primum, negatur cõsequentia, & antecedens, quia cõsequentia si quid ꝓbat, probat tm̃ non fuisse necessarium absolutè, vt in sacramento re ipsa corpus Dñi poneretur, sed nõ probat nõ fuisse vtile, vel frustra poni, quia id vtile est nec frustra fit, per quod aliqd boni nobis confertur, licet id ipsum alia via conferri potuisset, vt in mistecio

rio incarnationis; Deus eñ poterat ſine filij incarnatione hominem liberare, ergo fruſtra ſic Deus homo factus eſſet, non tamen id eſt inutile, cũ ſic magis charitas, deuotio, pietas accendatur in Deũ: ꝙ & hic fit, dum cogitamus reipſa Chriſtum nobiſcum vniri, magis q̃ afficeremur fide ſola imagines venerantes. Ad locum euangelij Aug. tr. 94. in Io. & Bern. ſer m. 3. de aſcenſ. Dñi, d. Apoſtolos Chriſti cõſuetudine allectos eum amaſſe quodã humano amore, dum in terris degeret, ſed oportuiſſe eos abſtrahi, & quaſi ablactari ab illa humana conſolatione, vt ad amorem ſpiritualem Chriſti proueherentur: quæ expoſitio nõ aduerſatur ſententiæ catholicæ, quia pſentia Chriſti in Euchariſtia, cum ſit inuiſibilis, non conciliat amorem humanũ, ſed diuinum planè, & ſpiritualem: vnde præſentia iſta ſolũ prodeſt, nullo verò modo obeſt. Ad ſecundum Reſp. Deum potuiſſe per ſacramentũ Euchariſtiæ etiam ſine reali pręſentia corporis Dñi cõſeruare, & augere in nobis vitam ſpiritualem in baptiſmo acquiſitam, non ideo tñ ea præſentia inutilis eſt, quia potuiſſet Deus etiam ſine ſimbolis aquæ, & panis .i. ſine ſacramentis ſenſibilibus baptiſmi, & Euchariſtiæ eandem gratiam nobis conferre, quam per ea ſimbola confert: non tñ dicunt aduerſarij ſimbola externa panis & vini eſſe inutilia. Præterea non eſt eadem ratio baptiſmi, & Euchariſtiæ: quia baptiſmus eſt tantũ ſacramentum regenerationis: Euchariſtia verò non ſolum ſacramentũ refectionis, vel mutationis, ſed etiã memoriale omnium miraculorum, & vt compendium vitæ, paſſionis, & reſurrectionis Dñi. Pſ. 10. Vnde debuit eſſe res plena miraculo, & nõ ſimplex ſimbolum, vt eſſet ſuperior mannæ Iudæorũ, quod ſimiliter fuit memoriale mirabiliũ, quæ in deſerto Iudæis contigerunt. Ad tertium, negatur corpus Dñi in Euchariſtia non percipi, niſi fide, quia & ſi in propria ſpecie, & immediatè non attingatur ab vllo ſenſu, nec ab ipſa mente niſi per fidẽ: tamen in ſpecie aliena, & mediatè attingitur ab oculis, manibus, lingua, & etiã pectore, vt & pharmaca ægrotis, ita inuoluta tradũtur, vt à nullo ſenſu percipiantur, & tamẽ ſtomacho vtiliſſima ſunt. Ad quartum Reſp. ſola fide ſine reali præſentia corpus Dñi apprehenſum prodeſſe, & contra ſolo corpore per realem præſentiam acceptum nil prodeſſe: negatur tñ inde ſequi realẽ præſentiam inutilem eſſe, quia licet iſta ſine fide non proſint, & fides ſine his proſit: tamen magis prodeſt fides cum iſtis q̃ ſine iſtis: vt & opera bona ſine fide non proſunt: fides verò ſine operibus prodeſt, cũ quis ab operib. legitimè impeditur: tñ plus proſunt opera bona cum fide, quàm ſola fides. Ad vltimum dr̃, maximum commodũ ſequi ex reali præſentia, quia non læditur corpus Dñi, quia impijs cõmunicetur, & in eo demõſtratur ſumma Dei charitas. Et licet breui tẽpore intra nos Dñm habeamus, tñ illo breui tẽpore maxima dona nobis largitur.

Ad Quinquageſimum Reſp. ad ea obiecta Patres olim reſpõdiſſe: vt per Aug. ep. 49. ad Deo gratias. q. 6. Quia hæretici non ſolum hanc hæreſim introduxerunt, ſed & reſurrectionẽ negarunt, vt Martioniſtæ apud Tertull. de reſurr. carn. & Originiſtæ in ep. ad Pammachium Hier. Ad id, ꝙ dicunt de corpore Dñi Reſp. ꝙ Chriſtus in ſacramento verè exiſtit, ſed nullo modo lædi poteſt: ideo non cadit in terram, non teritur, non roditur, non putreſcit, non crematur, quia iſta in illis ſpeciebus recipiuntur, ſed Chriſtũ nõ afficiunt, licet illæ ſpecies ſint coniunctæ cum Chriſto; vnde ipſa etiam diuinitas eſt vbiq; præſens, & tñ nec ſordeſcit in ſordibus, nec crematur in flammis, nec putreſcit in rebus putreſcentibus; Sic ſi Euchariſtia cadat in terram, corpus Dñi ibi erit, ſed nõ dicetur cecidiſſe, quia id propriè cadit, ꝙ corpus eſt, & corporaliter exiſtit, ac mouetur; vnde cadẽte homine corpus cadit, anima non cadit, licet per

ac-

accidens moueatur; ſic etiam corpus Dñi, ꝙ indiuiſibiliter manet ĩ Euchariſtia, locum mutat cadẽte hoſtia, ſed non propriè cadit. Præterea Chriſti corpus primũ incluſum fuit in anguſto vtero Virginis, pannis inuolutum, idem humi ſæpè iacuit, ac remoto miraculo, & comburi, & à beſtia morderi potuiſſet; Si ergo hęc pati potuit in propria ſpecie, & cum læſione, cur mirum videri debet ſi ſimilia in ſpecie aliena, & ſine vlla læſione eidem accidere poſſe dicantur?

Hęreſis, ꝙ panis conuertatur ĩ corp' Xpi, partĩ nõ, refellitur.

Secunda hæreſis, d. Panem partim conuerti in corpus, partim non vt ſcribit Guitmundus lib. 3.

Probatur ab hęreticis, ne corpus Domini detur indignis, iuxta id Apoſt. 1. Cor. 11. Qui manducat indignè, &c. & ideo pro parte qua ſumitur à pijs, mutatur, pro parte autem qua ſumitur ab impijs non conuertitur.

Contraria tamen ſentẽtia catholica eſt & veriſſima, totam ſubſtantiam panis tranſubſtantiari in totam ſubſtantiam corporis Domini. ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2.

Ad hoc argumentum ſupra eſt reſponſum, non obſtare, & etiam quia per ſe ordinatur hoc ſacramẽtum ad vitam, ſi verò per accidẽs ſumatur ab indignis, id non officere eius maieſtati, vt nec Sol inficitur ſi res ſordidas tangat. Ad alia argumenta hic reſpondet Bellarm. lib. 3. de Euchar. c. 12.

Hęreſis, ꝙ Euchariſt. non ſit ſacrm, refellitur.

Tertia hæreſis, d. Euchariſtiam non eſſe ſacramentum, quia dicũt corpus Chriſti eſt vbique, ergo non poteſt manducari.

Contraria tamen ſententia catholica eſt & veriſſima, ꝙ Euchariſtia nõ ſit vbiq;, ſed tantum in ſacraméto vbi panis & vinum cõſecratur, & tranſubſtantiatur, vt ſupra eſt dictum, & licet ſumatur: non tamen attrahitur cum aere, & huiuſmodi, vt ipſi ſomniant, vt probat Bellarm. d. lib. 3. c. 17. cũ ſeq. vbi & c. 13. cum ſeq. reſpondet erroribus Durandi, Ruperti, & aliorum.

Hęreſis, ꝙ panis non tranſubſtantietur, refellitur.

Quarta hæreſis, d. Panem non tranſubſtantiari.

Probatur ab ijs, ꝙ hoc verbũ tranſubſtantiare ſit nouum. Secũdò, quòd vox tranſubſtãtiatio collocetur inter voces, quæ non nituntur ſcripturæ teſtimonijs.

His tamen obſtantib. contraria ſententia veriſſima eſt, ꝙ panis tranſubſtantiatur in corpus Dñi, vt ſupra in materia eſt latè probatum.

Ad primum dr̃, ꝙ licet hæc vox ſit noua, eius tñ ſignificatus eſt vetuſtiſſimus apud omnes Patres, qui dicunt panem ſubſtantialiter cõuerti in corpus Dñi, & vinum ſimiliter in ſanguinem manentibus accidentibus panis, & vini, vt ſupra eſt dictum.

Ad ſecundũ id eſſe falſum, quia authores ibi citati contrarium aſſerunt, vt ibi probat Bellarm. c. 23. vbi reſpondet alijs etiam contrarijs argumentis hæreticorum.

Hęreſis, ꝙ Euchariſt. non ſit ſacrm extra vſum, refellitur.

Quinta hæreſis, d. Sacramentũ non eſſe rem permanentem, ſed tranſeuntem, & ſic extra vſum non eſſe ſacramentum, ſic ſentit Kemnitius, & alij.

Mouentur ex Clem. ep. 2. & Orig. vel Cirill. in cap. 7. Leuit. hom. 5. qui dicunt, vt ipſi citant, Euchariſtiam nõ ſeruandam.

His tamen non obſtant. contraria ſententia veriſſima eſt, & catholica, Euchariſtiam eſſe verum ſacramentũ etiam extra vſum, & à fidelibus adorandam, vt probatum eſt ſupra de Euchariſtia. c. 11. & aſſeruandã, vt ibi dr̃.

Ad contraria Reſp. ad primũ, ꝙ ibi Clemẽs iubet particulas Euchariſtiæ, quæ poſt populi cõmunionem ſuperfuere, non ſeruandas, ſed à clericis ſumendas. ſ. non debere multas ſeruari particulas, ſed quæ tantum ſunt neceſſariæ pro communione infirmorum, & alias neceſſitates: vt idem d. ep. 2. ad Iacobum fratrem Dñi, reliquias fragmentorum cuſtodire debent, ne qua putredo in ſacrario inueniatur. & lib. 8. cap. 13. ſumant diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum.

Ad ſecundum, verum eſſe Dñm nõ ſeruaſſe Euchariſtiã, quam conſecrauit, non inde tñ ſequitur non debuiſſe po-

ſe poſtea ſeruari, quia Dñs multa per ſe non iuſſit, quæ per Apoſtolos iuſſit etiam circa ſacramẽtum Euchariſtiæ: vt d. Aug. ep. 118. vt d. Bellar. lib. 4. c. 5. de Euchariſtia, vbi & alijs obiectis aduerſariorum reſpondet.

Hęreſis, q̃ ſit neceſſarium confici in fermentato, refellitur.

Sexta hæreſis, habet de neceſſitate ſacri debere confici in fermentato.

Mouentur, ex Amos 4. Sacrificate de fermentato laudem Reſp. q̃ ibi dicit id propheta irridendo Hebræos, qui pro Deo colebant idola, & pro azimis fermentum offerebant.

Quo tamen non obſtante cõtraria ſententia eſt catholica, q̃ etiam in azimo, & conuenientius conficitur, q̃ in fermentato, vt dixi ſupra cap. 2.

Ad contrarium Reſp. vt ſupra, vt d. Bellarm. lib. 4. c. 9. vbi & reſpondet alijs argumentis hæreticorum.

Hęreſis, q̃ vinum cũ aqua non poſſit miſceri ĩ Euchariſtia, vel ſola aquam ponendam, refellitur.

Septima hæreſis, d. Vinum cũ aqua nõ poſſe miſceri in Euchariſtia, vel ſolam aquam ponendam.

Mouentur, nam vnio aquæ cum vino in ſcriptura malè ſonat, quia ſignificat verbum Dei per traditiones Iudæorũ fuiſſe corruptũ. Iſ. 1. vbi Hier.

Hoc tamen non obſtante contraria ſententia eſt catholica, aquã vino miſcendam: vt dixi d. cap. 2.

Ad contrarium Reſp. q̃ eadem res in ſcripturis alio, & alio modo conſiderata, nunc bonam, nunc malam habet ſignificationem, vt Leo dicitur de Chriſto ob fortitudinem. Apocal. 5. & de diabolo ob crudelitatem. Pſ. 90. 1. Pet. 5. Sic miſtio vini cum aqua ſi refeatur ad vini venditores, malè ſonat, quia ſignificat deceptionẽ: ſi verò referatur ad bibentes, benè, quia ſignificat totum ſobrietatem: vt hic d. Bellarm. c. 11. vbi reſpondet & alijs argumentis hæreticorum.

Hęreſis, q̃ Euchariſt. non conficiatur forma illa: Hoc eſt: Hic ẽ &c. refellitur.

Octaua hæreſis, eſt circa formã Euchariſtiæ, q̃ non cõficiatur illis verbis: Hoc eſt enim corpus meum: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, &c.

Mouentur, ex Liturgijs S. Clementis, S. Iacobi, S. Baſilij, & Chriſoſtomi, in quib. poſt verba: Hoc eſt enim corpus meum: additur, Fac Dñe panem iſtum corpus Chriſti tui, ergo per illa verba nõ erat facta trãſubſtãtiatio.

Secundò, ex Dion. c. 3. cœl. hierarc. qui poſt verba: Hoc facite in meã cõmemorationem, ponit conſecrationẽ Euchariſtiæ, ſed hæc verba: Hoc eſt corpus meum &c. ponuntur ante illa Hoc facite, ergo non fit per illa verba: Hoc eſt enim corpus meum.

His tamen non obſt. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, per illa verba conſecrationem fieri: vt ſupra probatum eſt cap. 7.

Ad primũ Reſp. ibi non peti vt panis fiat corpus Domini, ſed vt panis ille conſecratus, qui iam eſt conſecratus, fiat nobis per effectũ nutritionis corpus Domini, ideſt in nobis producat effectum ſpiritualis nutritionis.

Ad ſecundum, q̃ Dionyſius ibi non explicat quibus verbis fiat conſecratio, & probabile eſt, q̃ vteretur bis illis verbis: Hoc facite, ante, & poſt conſecrationem: vt d. Bellarm. d. lib. 4. ca. 14. 15. de Euchariſtia, vbi etiã reſpondet alijs argumentis hæreticorum, & græcorum.

Hęreſis, q̃ quilibet chriſtianᵒ poſſit Euchariſtiã conficere, refellitur.

Nona hæreſis eſt circa miniſtrũ Euchariſtiæ, d. quemlibet Chriſtianum poſſe illam conſecrare: vt d. Lutherus.

Contraria tamen ſententia catholica eſt, & veriſſima, ad ſolum ſacerdotẽ etiam extra caſum neceſſitatis id pertinere, vt probatũ eſt ſupra de Miſſa; c. 2. & probat hic Bellarm. lib. 4. c. 16.

Hęreſis, q̃ non ſit opus ſumẽtibus Euchariſtiã purgatos eẽ à peccatis mortalibus p pęnitentiã, & confeſſionẽ, refellitur.

Decima hæreſis eſt circa effectũ Euchariſtiæ, & præparationẽ ad eam, q̃ non ſit neceſſaria præparatio ad eã, q̃ quis careat peccatis mortalibus, vel q̃ ea abluerit per pœnitentiam, & confeſſionem, imo dicunt quò quis eſt ſibi conſcius maiorum peccatorum, eo dignius accedit: vt d. Lutherus.

Mouentur primò, q̃ Chriſtus dixit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores, ergo.

Secundò, nam ſic nulli ſumẽt, quia ſi noſtram dignitatẽ à nobis petimus, de nobis eſt actum.

His tamen non obſt. contraria ſententia eſt catholica, & veriſſima, quòd ne-

neceſſarium ſit ad Euchariſtiam accedentem non debere ſibi eſſe conſciũ peccati mortalis, vt ſupra eſt probatum. cap.9.

Ad contraria Reſp. verũ eſſe Chriſtum vocare ad ſe peccatores, quia ſine ipſo nulli iuſti eſſe poſſunt, quos verò iuſtificauit per fidem, baptiſmum, & pœnitentiam hos ſuo reficit ſacramento.

Ad ſecundum, q̃ dignitas noſtra à nobis nõ petitur, ſed à gratia Dei per Chriſtum, qui reliquit poteſtatem in eccleſia reconciliandi peccatores per pœnitentiam: vt d. Bellar. d. lib.4.c.19. vbi reſpondet & alijs argumentis hæreticorum.

Hęreſis, q̃ laici neceſſariò ſub vtraq; ſpecie debeãt cõicare, refellitur.

Vndecima hæreſis habet, q̃ communio ſub vtraque ſpecie neceſſariò laicis ſit præbenda.

Mouentur, ex Greg. Naz. d. Gorgoniam reſeruaſſe ſimbola corporis, & ſanguinis, & alijs argumentis.

Contraria tamen ſententia catholica eſt, & veriſſima, q̃ non ſit neceſſaria cõmunio ſub vtraq; ſpecie laicis, & illis, ac ſacerdotibus non ſacrificantibus eccleſia iuſtis rationibus illam negarit, ſed alteram tantum conceſſerit, licet vtranque etiam concedere poſſit, vt ſupra probatum eſt. cap.9. ſeptima propoſitione.

Ad contrarium Reſp. q̃ Gregorius loquitur ſub diſiunctione, q̃ Gorgonia recondidit quidpiam ſignorũ corporis, aut ſanguinis Domini, & ibi intelligit de ſpecie panis, non vini: vt d. Bellarm. d. lib.4.c.14. vbi alijs quoque hæreticorum argumentis reſpondet, cum ſeq. cap.

Hęreſis, q̃ Euchariſt. nõ ſit adoranda, refellitur.

Duodecima hæreſis habet Euchariſtiam non eſſe adorandam, & id idolatriam appellant.

Mouentur, primò, nam adoratio ex fide procedere debet: fides verò nititur verbo Dei, ſed verbum Dei non dicit Chriſtum in Euchariſtiam eſſe adorandum, ergo.

Secundò, nam Apoſtoli cum primũ communicarunt, nõ leguntur proſtrati in terra adoraſſe ſacramentũ, ergo.

His tamen non obſt. contraria ſententia eſt catholica, & veriſſima Euchariſtiæ ſacramentũ cultu latriæ eſſe adorandum: vt dixi ſup. c.11. 2. dicto.

Ad primum Reſp. Verbum Dei ſatis monere debere adorari, cũ doceat Chriſtum eſſe verum Deum, & eſſe in Euchariſtia, & vbiq; dicat Deum debere adorari.

Ad ſecundum, quòd Apoſtoli, quia erant ſedentes in menſa non ſe proſtrarunt, cum non deberent maiorem honorem exhibere Euchariſtię, quàm Chriſto in ſpecie humana, qui ibi erant præſens, quem certis vicib. proni in terra adorabant: alijs animo agnoſcentes eum eſſe verum Dei filiũ: vt d. Bellar. d. lib 4.c.30. ubi reſpondet alijs quoq; hęreticorum argumentis.

Hęreſis, q̃ Euchariſt. nõ ſit deferenda pro ceſſionaliter, refellitur.

Tertiadecima hæreſis habet Euchariſtiam non eſſe deferendam proceſſionaliter.

Mouentur, dicentes filios Iſrael, qui ſine Dei mandato, Arcam circumduxerunt, fuerunt capti, & occiſi. 1. Regum 4. ergo.

Contrarium tamẽ eſt ſententia catholica: ut habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 13. ca.5. & can.6. & dixi ſupra. cap.11. ſecunda propoſitione.

Ad contrarium Reſp. id contigiſſe ob peccata Iſraelitarũ maximè Ophni, & Phinees. 1. Reg. 2. & 3. quia aliàs Arca erat in caſtris cum Saul reportauit de hoſtibus uictoriam. 1. Reg.14. & Ioab 2. Reg.11. ut d. Bellarm. lib.4. de Euchariſtia in fine.

Hęreſis, q̃ totus Xp̃s non contineaẽ ſub vna ſpecie, refellitur.

Quartadecima habet totum Chriſtum non contineri ſub una tantum ſpecie.

Contrariũ tamen deciditur in Concil. Trid. ſeſſ. 13. can.3. & probaui ſup. cap.5. ſecunda, & tertia propoſ.

Hęreſis, q̃ ſi Euchariſtia cadat in lutũ, remanẽtib᷑ ſpẽbus, ibi nõ ſit Xp̃s, refellitur.

Decimaquinta habet, q̃ ſi hoſtia cadit in lutum, vel comeditur à bruto, quòd remanentibus ſpeciebus, ibi nõ eſt corpus Chriſti.

Contrarium tamẽ deciditur à Gregor. XI. apud Direct. pag.33. & dixi ſupra. cap.6. quarta, & quinta propoſitione.

Deci-

Hęresis, q Eucharist. non sit custodiēda, refellitur.

Decimasexta negat reliquias sacramenti esse custodiendas.

Contrarium tamen deciditur in c. 1. de custod. Euchar. & probaui supra cap. 11. tertio dicto.

Hęresis, q Eucharist. ad īfirmos nō sit deferenda, ref.

Decimaseptima habet Eucharistiā ad infirmos non deferendam.

Contrariū tamen deciditur in Concil. Trid. loco cit. can. 7. & probaui supra. cap. 9. in fi.

Hęresis, q Christus ī Eucharist. sacraliter, & realiter nō manducetē, refell.

Decimaoctaua habet Christum in Eucharistia spiritualiter tantum, non autem sacramentaliter, & realiter manducari.

Contrarium tamen deciditur in d. Concil. can. 8. & probaui supra. cap. 9. circa principium.

Hęresis, q adulti nō debeāt cōmunicare in paschate, refellīt.

Decimanona habet adultos nō debere communicare in Paschate.

Contrarium tamen deciditur in d. Concil. can. 9. & in cap. omnis. de pœnitent. & dixi in dicto c. 9. sexta propositione.

Hęresis, q celebrans non possit seipsū cōicare, refel.

Vigesima habet nō licere celebranti seipsum communicare.

Contrarium tamen deciditur in d. Concil. can. 10. & dixi de Missa. cap. 2. quarta propositione.

Hęresis, q post cōsec. remaneat panis idē q erat, refel.

Vigesimaprima, quòd post consecrationem remanet idem panis, qui erat ante.

Contrarium tamen est verum per ea quæ dixi supra. cap. 3.

Hęresis, q Eucharist. ñ psit, nec obsit, ref.

Vigesimasecunda habet quòd hoc sacramentum, nec prosit, nec noceat.

Contrarium tamen est verum per dicta supra. c. 8. & 9.

Hęresis, q Eucharist. cōsecrata die cœnæ sit maioris virtutis, q̃ alijs dieb. refellitur.

Vigesimatertia, hoc sacramentum confectum feria quinta hebdomadæ maioris esse virtutis potioris, quàm si alijs diebus conficeretur.

Contrarium tamē probatur. 1. Corinth. 11. Luc. 22. & probaui d. cap. 8. & 9. cum idem semper sit sacramentum.

Hęresis, q pccōres si recipiunt Eucharist. nō recipiunt corp⁹ Dñi, refel.

Vigesimaquarta, quòd peccatores si recipiunt Eucharistiam, non recipiunt corpus Domini.

Contrarium probatur. 1. Cor. 11. & quia Iudas id sumpsit: vt dixi supra. cap. 10. secunda propositione.

Hæreses circa Missam.

PRima hæresis habet Missā non esse sacrificium.

Hęresis, q Missa non sit sacrificium, refellitur.

Mouentur, primò, nam cœna Dñi est sacramentum, & testamentum Christi, ipso dicente: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, ergo sacrificium non est, cum sacramenrum sit quod à Deo nobis datur, sacrificium q nos Deo offerimus.

Secundò, nam Christus legitur sacramentum Eucharistiæ in cœna discipulis dedisse, non autem id Patri obtulisse.

His tamen non obst. contraria sentētia catholica est, & verissima, quòd Missa sit sacrificium: vt supra cap. 1. latè probatum est.

Ad primum Resp. q tam sacramentum, q̃ sacrificium est Christi opus, & actio, quia idem Christus, qui se præbuit in cibum per Eucharistiā, idem se Patri per Eucharistiam obtulit, & quotidie per ministros suos se offert in sacrificium.

Ad secundum, q licet Euangelistæ non exprimant Christum se obtulisse Patri in cœna in Eucharistia, id etiam non negant, ac illud ex loci illius circunstantijs, figuris, prophetijs, & ex communi Patrum cōsensu colligitur: vt supra d. c. 1. est dictum. vt d. Bellar. de Missa. lib. 1. c. 24. vbi vsq; ad fi. libri, respondet alijs quoq; circa idem hæreticorum argumentis.

Secunda hæresis habet, q Missa nō sit sacrificium propitiatorium, & impetratorium.

Hęresis, q Missa non sit sacrificiū propitiatoriū, & impetratoriū, refellitur.

Mouentur primò, nam baptismus vnius alteri non prodest, ergo nec cōmunio vnius alteri prodest.

Secundò, si Missa peccata remitteret eo q sit sacrificium propitiatoriū, vtile non esset accedere ad alia sacramenta pro remissione peccatorum; cum primum fiat sine labore audiendo Missam dictam ab alio.

His tamen non obst. contraria sententia catholica est, & verissima: vt supra

pra

pra d.c.2. & tertia propositione probatum est, ergo.

Ad primum Resp. verum esse communionis perceptionem prodesse tantum suscipienti, quia ordinatur tantũ ad sanctificationem suscipientis, at oblatio sacrificij ordinatur ad impetrãdum beneficia ijs omnibus pro quib. offertur, vt & oratio quò ad efficientiam prodest non solum oranti, sed & ijs pro quibus oratur.

Ad secundum, ꝙ Missa nõ remittit immediatè peccata, sed tãtum donat donum pœnitentię, quo homines moueantur ad sacramenta desideranda, & quærenda in quibus iustificentur: vt d. Bellarm. de Missa. lib. 2. c. 5. vbi respondet alio etiam argumento, quòd contra fieri posset.

Hęresis, ꝙ Missa non profit existentib. in Purgatorio, refellitur.

Tertia hæresis habet, ꝙ Missa non profit defunctis existentibus in Purgatorio.

Mouentur, nam Tertul. lib. de corona milit. d. hunc ritum ex consuetudine fluxisse.

Contraria tamen sententia catholica est, & verissima: vt supra d. cap. 1. quinta propositione.

Ad contrarium, Nõ dicit ex consuetudine primò fluxisse, sed ex cõsuetudine retentum, & confirmatum, ꝙ ex apostolica traditione descẽderat. Vel ꝙ ibi Tertul. nõ loquitur de sacrificio absolutè, sed de sacrificio annuo, ꝙ potuit ex aliquorũ consuetudine manare: vt d. Bellar. d. lib. 2. c. 7. vbi respõdet alijs quoq; hæreticorum argumẽtis.

Hęresis, ꝙ Missæ non celebrẽt ꝓ Sãctis, refellitur.

Quarta hæresis, d. Missas non celebrari pro Sanctis.

Mouentur, ex Aug. lib. 8. ciu. c. 27.

Contraria tamen sententia catholica est, vt supra est dictum d. cap. sexta propositione, modo ibi explicato.

Ad contrarium Resp. Sanctis non erigi tẽpla propriè, nec offerri sacrificia, sed Deo: dicitur tñ ibi coli memorias Sanctorum, quos Deus illo in loco coronauit: vt ait Bellar. de Missa. lib. 2. cap. 8. vbi & alijs quoq; respondet hæreticorum argumentis.

Hęresis, ꝙ Missæ priuatæ celebrari non possint, refellitur.

Quinta hæresis habet Missas priuatas celebrari, non posse.

Mouentur, ex Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: at Christus consecrauit, & distribuit discipulis, ergo Missa vbi solus sacerdos communicat, celebrari non potest.

Secundò, Apostolorum synaxis describitur per fractionem panis. Act. 2. ergo.

His tamen non obst. contraria sententia catholica est: vt dixi d.c. 1. Tertio notabili. & probat Bellarm. d. lib. 2. cap. 9. vbi declarat quot modis possit dici priuata.

Ad primum Resp. ꝙ Dñs iussit fieri quod ipse fecit, sed pro loco, tempore, & personis, cum hoc sit præceptũ affirmatiuum, non tamen iussit sacramentum distribui indignis, & ideo licet possit distribui in Missa dignis, & qui velint communicare: non tamen debet cessari à celebratione si nõ sint qui sumant, ob alias vtilitates, quas Missa affert, de quibus d.c. 1.

Ad secundum, id verum esse, sed nõ sequitur sacrificium sine dispensatione non posse offerri, nam & apud nos in templis celebratur synaxis cum dispensatione: in oratorijs tamen celebratur, & licitè sine dispensatione. Bellarm. d. lib. c. 10. vbi respondet alijs quoq; hæreticorum argumentis.

Hęresis, ꝙ Missa nil voce submissa recitari possit, refellitũ.

Sexta hæresis habet non posse aliqua in Missa, voce submissa, recitari.

Mouentur, primò, quia Christus in cœna, iussit sui memoriam fieri non per silentium, sed per annunciationẽ.

Secundò, 1. Cor. 14. vbi habetur ministros ẽcclesiæ debere loqui apertè.

Contraria tamen sententia catholica, vt dixi sup. de misterijs Missæ. sub §. de secretis post offertorium. & probat Bellarm. d. lib. 2. cap. 12.

Ad primum Resp. ꝙ Christi memoria fieri debet nõ tam voce, quàm reipsa: vt d. Aug. lib. 20. con. Fau. cap. 18. Ad exemplum Christi, ꝙ id fecit non solum vt consecraret, quando dixit: Hoc est &c. sed etiam vt doceret Apostolos ritum, & formam consecrationis; vnde diuersa est ratio, quãdo quis

solus

ſolus celebrat, quare & epiſcopi in ordinatione, verba cõſecrationis clara & alta voce pronunciant, vt noui ſacerdotes ea intelligant.

Ad ſecundũ, q loqui ibi intelligitur inſtruere eccleſiam: vnde miniſtri qñ volunt inſtruere debent id alta voce facere, loqui verò Deo .i. orare fieri poteſt etiam in ſilẽtio; ſed ſacrificare non eſt inſtruere, cũ ibi cum Deo res agatur, & ideo non opus eſt vt oĩa in Miſſa exprimantᷣ: vt d. ibi Bell. vbi alijs quoq; rñdet hæreticorũ argumentis.

Hęreſis, q cæremoniæ in Miſſa nõ ſint ſeruandę, refellitur.

Septima hæreſis eſt circa cæremonias Miſſæ.

Mouentur, quia Chriſtus in vltima cœna ijs non eſt vſus, nec earum meminit Paulus. 1. Cor. 11.

Secundò dicunt, Pontificios veterũ cæremonias cumulaſſe multis admiſtis ſuperſtitioſis, & ocioſis ritibus.

Contraria tamẽ ſententia catholica eſt & veriſſima, vt dictum ſupra de miſterijs Miſſæ ad fi. & latius hĩ infra, tr. de ſacramental. & probat Bellar. d. lib. 2. c. 13. 14. 15. 16. & 17.

Ad primum Reſp. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. non dicere omnes cæremonias ſed multas eſſe ex apoſtolica traditione, quæ poſt aſcenſionem tñ cœpit; ideo nõ mirum ſi in vltima cœna eas nõ legamus, cum Apoſtoli eas nondũ inſtituiſſent, & Apoſtolus. 1. Cor. 11. non refert totam ſynaxim apoſtolicã, ſed ſolum quid à Domino acceperit.

Ad ſecundum dr̃ id eſſe falſum, vt patet ex Liturgijs Græcorum, & Ambroſiana, quas non inſtituerunt Pontificij, & tñ plures cęremonias habẽt, q noſtra Romana, quam ij Pontificiã dicunt: vt d. Bellar. d. lib. 2. c. 14. vbi cũ cap. ſeq. reſpondet omnibus argumẽtis hæreticorum, circa ea quæ in tota Miſſa aguntur, vſq; ad finem libri.

Hęreſis, q Miſſa à Xρo non ſit inſtituta, refellit.

Octaua hæreſis, d. Miſſam à Chriſto non fuiſſe inſtitutam.

Contraria tamen ſententia catholica eſt & veriſſima: vt dixi ſupr. c. 1. in ſecundo notabili. & probat Seb. Med. in ſumma Hęreſum, verbo, Miſſa. Hęreſi prima.

Hęreſis, q canõ Miſſæ erret, refellitur.

Nona, d. Canonem Miſſæ errare.

Contraria tñ eſt ſentẽtia catholica & veriſſima, ex Conc. Tr. ſeſſ. 13. can. 6. & latè id probat ac defendit Bellar. d. lib. 2. c. 18. cum ſeq. vbi omnes canonis orationes, & alias Miſſæ partes à calumnijs hæreticorum tuetur.

TRACTATVS DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

De eius nomine, diuiſione, & diffinitione. Cap. I.

Pęnitẽtia vnde dicatur, & quibus nomĩnibus appelletur.

NOtãdum, q pœnitentia generali appellatione continet id omne q cõtrarium priori ſentẽtiæ diſplicet, vel bona, vel mala ſit. Sic accipitur apud Ciceronem in ep. ad Atticũ lib. 8. Suæ quemq; fortunæ pœnitere: & apud Iuuenalem ſatira 10. Apud ſacras literas, d. amarum dolorem, & eũ non ſolum internum, ſed ẽt externã actionem comprehẽdentem. Sic accipitur Ioel c. 2. Conuertimini ad me, in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu: & apud Matth. 11. & Luc. 10. Si in Tiro, & Sidone factæ eſſent virtutes q̃ factæ ſunt in te olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent: quæ dicunt actionem pœnalem; vnde & dr̃ pęnitentia, quaſi pęnæ tentio: vt d. Aug. li. de vera, & falſa pęnit. Sic ẽt accipitur Mat. 12. & Luc. 11. vbi eſt ſermo de pęnitentia Niniuitarum, quæ fuit in ieiunio, cilicio, & precibus ad Deum. Et apud eccleſiaſticos authores ſumitur nõ pro ſola erroris cognitione, & mẽtis mutatione, ſed ẽt pro pęna quam de ſe ſumit peccator; Sic accipit Tert. lib. de pęnit. dum eam vocat pęnam ſponte aſſumptam ad peccatũ puniendum, in quo ſenſu accipit etiã S. Cipr. ſerm. 5. de lapſis, d. Pęnitentia non minor crimine ſit. & D. Aug. ep. 108. ad Seleucianum. Bellarm. de pęnitentia.

lib.1.cap.7. & hoc modo accepta à D. Ambr. de pęnit. lib. 2. c.6. vocatur delinquentis remedium, quod multis comprobat exemplis. & lib. de fuga seculi, dicitur fuga bona, quæ nescit frigus timoris, tremorem mortis, contractionem solicitudinis, dissolutionis otiũ, lasciuiæ ferias, torporẽ lentitudinis: & à D. Aug. de doctr. Chr. lib.1. dicitur renascentia animi, qui per peccatum mortuus erat; & lib.4. de Trin. Crucifixio interioris hominis; & lib. de vera, & falsa pœnitent. d. Pœnitentiam languores sanare, leprosos curare, mortuos suscitare, vitia fugare, virtutes exornare, mentẽ roborare; & à Paciano epist.1. ad Sympronianum. & à D. Hier. in c.3. Es. & ep.8. ad Demetriadem, dicitur secunda tabula post naufragium. & in Conc. Trid. sess.4. de pęnitent. cap. secunda. de pœnit. dist. 1.

Pœnitẽtia quotuplex.

Diuiditur verò primò in pęnitentiam Dei & hominis: Dei, non quòd more hominum pro transactis operibus pęniteat, sed est statuta mutare de bono in malum, ita exigẽtibus culpis, & econuersò: vt d. D. Aug. lib. de essen. diu. f.350. g.h.t.6. Tert. li.2. adu. Marc. Pęnitentia hominis alia falsa, alia vera; falsa pęnitentia est eius quem peccasse pœnitet ob præsentia supplicia; displicent enim latroni peccata, quando agitur de pœna, desit vindicta reuertitur ad crimina; hæc non purgat cõscientiam, nec lauat crimina; huic affinis est pęnitentia eorum, qui confitentur inuiti, non amore boni, sed vt fugiant incommodũ seculi. D. Aug. ibi f.373. F. & eorum quorum nulla est emẽdatio, quorum vana est pœnitentia. Tertul. lib. de pęnit. in princ. & D. Bas. de reg. Breu. post principium; eorum item qui aliquod sibi peccatum reseruant de quo non pęnitent; nunquam .n. Dñs aliquem sanauit, quem omnino non liberarit. D. Aug. loco prędicto; cui similis est & illa cũ quis dolet se non peccasse, quæ est diabolica, vel se, vel alium aliquid boni fecisse: vel si quos pœniteat se pœnitentiam egisse. c. sunt qui. de pęnit. d. 1.

Vera pœnitentia est cũ de peccatis quis dolet, & de dolore gaudet, & quod virtute se priuauit peccãdo, quia licet spei et se consecuturum veniam, dolere tñ potest quia nõ promeruit vnde remunerari confidat: doleat ẽt animã proximi quã fornicando Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit; & quod exemplum extitit mali in operatione sui criminis: doleat & de tristitia quam peccando bonis intulit, & de lætitia quam eis non attulit: ponat se in iudicio sacerdotis, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæ faceret pro vitãda corporis morte, & hoc cũ desiderio, quia vitam recuperat infinitã; semper deprecetur Deum certus de venia, & offerat Deo cordis contritionem, & cohibeat se à ludis, & peccati occasionibus: ita D. Aug. lib. de vera, & falsa pœnitentia. Ex quibus colligitur, quod ad veram pœnitentiam requiritur dolor animi propter Deum summè dilectum, ex peccatis præteritis conceptus, cum proposito non peccandi de cætero, cum spe veniæ, & proposito confitendi, & satisfaciendi, & peccati occasiones vitandi.

Pœnitẽtia vera quæ.

Vera pnĩa duplex.

Vera autẽ pœnitentia diuiditur in pœnitentiam virtutem, & pœnitentiã sacramentum. Vt est virtus diffinitur, quod est præterita mala plangere, & plãgenda iterum non committere. c. pœnitentia. de pœnit. d.3. vel est cum ad Deum ex animo conuertimur & commissa scelera detestamur, & simul nobis deliberatum est malã vitæ consuetudinem, & malos mores emendare, non sine spe veniæ à Dei misericordia cõsequendæ; vel habitus inclinans hominem ad actum pœnitẽdi, videlicet habitus electiuus in voluntate consistens, quo quis dolet de peccatis præteritis, cũ intentione & proposito remouendi sequelam ipsius, & reatum pœnæ, ad quod faciendũ exquirit vniuersa remedia, quæ cõstituit Deus. Et sic accepta pœnitentia est virtus: nam pœnitẽtia actualis quatenus est nolitio, vel detestatio peccati est actus virtutis.

tis.i.vel generans virtutẽ, vel à virtute genitus; quod patet à diffinitione actus virtutis, qui eſt elicitus ſecundùm rectam rationẽ in mediocritate exiſtẽs, at recta ratio dictat, vt de peccatis nõ gaudeamus: iuxta id cũ malefecerint lætantur. Prou. 2. nec vt de illis vſq; ad deſperationem doleamus, vt Caim & Iudas. Gen. 4. Mat. 27. ſed in mediocritate. i. cum ſpe veniæ obtinendæ, at dolere qñ, qũo, & quatenus oportet, eſt virtus, ergo pœnitentia eſt virtus. D. Tho. & alij. d. 14. Bonau. ibi. art. 1. q. 1. Ric. art. 1. q. 1. Alen. 4. p. q. 74. & 75. & eſt virtus accepta non pro nolitione peccati, quia virtus eſt actus vel habitus, ſed pro fructibus pœnitẽtiæ, vt ieiunio, eleemoſina, oratione, quia hi actus fiunt ſecundùm rectam rationẽ, vel pro habitu infuſo, vel acquiſito inclinante ad pœnitẽdum: & ſic eſt propriiſſimè virtus. An verò ſit virtus generalis, vel ſpecialis, ſi cõſideratur vt eſt actus naturalis, prout. ſ. quis naturaliter dolet de peccato commiſſo, & habuit ortum à primo parente: vt in Conc. Tr. ſeſſ. 9. c. 14. & ſeſſ. 14. c. 1. eſt virtus generalis: quia vt talis non ſolũ deteſtatur peccatum ob amorem virtutum, quibus peccata opponũtur, & quia ſunt contra rectam rationem, & ẽt quia virtus inclinans ad complacendum de actibus continentiæ inclinat ẽt ad diſplicentiam de actibus incontinẽtiæ, ideo eſt virtus generalis, quia inclinat ad actus multarum virtutum. Vt verò eſt actus ſupnaturalis eſt ſpecialis virtus diſtincta ab alijs virtutib. moralibus, & Theologicis, quia nulla virtus præter pœnitẽtiam inclinat ad hunc actum. ſ. pœnitere peccaſſe propter Deum offenſum, vt is ſibi reconcilietur, & vita æterna poſſideatur.

Pœnitẽtia quæ virt⁹ ſit.

An verò ſit virtus infuſa, vel acquiſita. Reſp. quod quò ad habitũ immediatè à Deo infundĩt ſine nobis principaliter operantibus, non tñ abſq; diſpoſitione noſtra: quatenus verò ſit cũ labore noſtro, põt dici acquiſita, principaliter tñ infuſa. Non eſt aũt virtus Theologica, ſed moralis, quia virtus Theologica habet Deũ pro immediatè obiecto, at pnĩa habet peccatũ pro immediatè obiecto, ergo eſt moralis, quæ habet pro obiecto aliquid agibile à nobis. Tur. Cr. in ſum. de pœn. d. 1. Et eſt pars iuſtitiæ inquantum importat pœnam voluntariam in recompenſam diuinæ offenſæ, & eſt pars iuſtitiæ cum ſit ad alterum in ordine ad Deum: nõ eſt verò pars ſubiectiua, cũ non reſpiciat iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, cum inter Deũ & hominem non poſſit eſſe æquale. 5. Eth. ſed eſt pars integralis iuſtitiæ vindicatiuę; quia ſicut eſt cõmutatio in beneficijs, ſic & ĩ offenſis; quod ſi inuitus punitur pertinet ad iuſtitiam vindicatiuã: ſi verò voluntariè emendet offenſam, pertinet ad pœnitentiam quæ reſpicit perſonã peccatoris, ſicut iuſtitia vindicatiua perſonã iudicis. Vig. de ſacr. pœnit. in princ. Quo verò ad ſubiectũ pœnitentiæ, ſi cõſideratur vt triſtitia, ſubijcitur in appetitu ſenſitiuo, ſcilicet in corde, quia contraria mala ſunt fieri circa idem ſubiectum, ſed lætitia eſt in corde, ergo & triſtitia: ſi verò ſumatur pro nolitione, & deteſtatione peccatorum commiſſorum, eſt in voluntate, vt in ſubiecto. Ratio eſt, quia pœnitẽtia eſt pars iuſtitiæ, ſed iuſtitia ſubijcitur in voluntate, & nolitio peccati eſt actus ſolius voluntatis, quæ cõcluſio intelligĩ de ſubiecto perfectionis. S. Thom. 3. p. q. 86. art. 6. Ales. q. 57. membr. 2. 65. 96. & 77. D. Bonauen. 4. diſt. 14. art. 2. q. 2. & 3.

Ad pnĩam quib. gradibus perueniatur.

His verò gradib. peruenitur ad pœnitentiam. Primò. n. præuenit Dei gratia quæ excitat cor noſtrũ ad pnĩam: vt d. Pſ. Conuerte nos dñe ad te, & cõuertemur: & Ier. 31. Poſtquã conuertiſti me egi pnĩam. Quo lumine illuſtrati Secundò, per fidem ad Deũ tendimus; credere. n. oportet accedẽtem ad Deũ. Heb. 11. Tertiò, motus timoris ſeruilis, quo quis timore ſupplicio rum à peccatis retrahitur: vt hĩ Tren. 49. & Eſ. 26. A timore tuo cõcepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritũ ſalutis. Quartò, ſuccedit motus ſpe, quo

quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Vltimò, succedit motus charitatis, quo peccatum displicet ob Dei offensã, ex quo emergit timor filialis, probis, & ingenuis filijs dignus, quo, ne Deũ summè dilectũ offendamus, peccandi consuetudinem omnino deserimus, & retro actorum peccatorũ summè dolemus pp Deũ. Sic diffinitur in Tr. Cõc. sess. 6. c. 6. & 14. & hr in catech. de sacro pœnit. f. 191. & ante hos, ex Vig. de sacro pœnit. in princ. qñque tñ tanta charitate inflammari potest fidelis, vt non timore gehennæ, sed solum filiali conuertatur: vt Paulus, qui d. Dñe, quid me vis facere. Flor. de sacr. pœn. f. 191. Et hæc est pœnitentia virtus, sine qua exterior. s. sacramẽtalis, parum admodũ est profutura: vt d. ibi catec. f. 190.

Pœnitẽtia virtus, & vt sacrm quo differant, & cõueniunt.

Differunt aũt hæ pœnitẽtiæ, & vt virtus & vt sacrm. Primò, quia vt virtus est de iure naturali, quia ad rationem rectã pertinet dolere de eo quod dolendũ est, & emendã persoluere, & sustinere volũtariè: vt verò est sacrm est ex institutione diuina Christi. Secũda dfia, q vt est sacrm habet tres partes, s. contritionem, cõfessionem, & satisfactionem: vt verò est virtus nõ habet illas partes. Tertiò, vt est virtus agitur ante baptismum, vt verò est sacrm datur tm lapsis post baptismũ. Quartò, nam vt est virtus fuit ab initio mundi omnibus, qui mortali culpa se inquinassent, ad gratiã, & iustitiã assequendam necessaria, vt verò est sacrm est à Christo Dño instituta post resurrectionem: vt hr in Tr. Conc. sess. 14. c. 1. Quintò, quia vt virtus requirit dolorem sufficientẽ, vt verò est sacrm sufficit ad eam attritio, quia ex opere operato sacri, reddit de attrito cõtritũ: ita Vig. loco pdicto: & Sot. 4. d. 14. ar. 1. Vltimò, quia vt sacramentũ oportet vt in voto habeat inclusum propositũ confitendi, & satisfaciendi, nõ autem vt virtus ante baptismum, & post nisi tempore debito.

Conueniunt aũt quia vtriq; conuenit nomen pœnitentiæ. Secundò, quia vtriusq; effectus est restituere hoĩem in gratiã, & amicitiã Dei. Tertiò, quia vtraq; requirit detestationẽ peccati, & propositũ vitæ emendandæ: vt hr ad Ephes. 4. Deponite veterem hoĩem, & induite nouũ. Ezech. 18. Ioel. 2. p Alb. 4. d. 14. art. 11. D. Th. 3. p. q. 85. art. 3. & 86. art. 2. & 3. con. gen. c. 158. & 4. cont. gen. c. 72. Vnde ex prædictis colligitr, q pnĩa est quidẽ dolentis vindicta, voluntariè puniẽs in se q cõmisisse se dolet: vt d. Aug. de vera, & falsa pnĩa. c. 8. nam pnĩa dr quasi pœnã tenere: vt d. ibi Aug. c. 19. Pœna verò est qdam vindicta pteritæ culpæ, q iustè pro peccatis assumitur: iustæ verò vindictæ duo sunt genera, vnũ publicũ, in quo alius est reus, aliꝰ iudex, accusator & testis: aliud priuatũ, in quo & reus & vindicationis administer idẽ est; pnĩæ ergo nomen nõ quamlibet culpæ vindictã, sed illã voluntariã designat, qua reus ipse spontè pœnas eligit, vt in pprias culpas animaduertat; sed cũ nemo in malum aspiciẽs operetur: vt d. Dion. c. 4. de diu. nom. ideo qui pœnã eligit gratia alicuius boni id agit: finis verò prædictæ vindictæ est vt qui læsus per culpam est ei per pœnã satisfiat: vnde iudex opus esse censet vt iniuriæ & publicę & priuatæ satisfiat: ideo verò pœnitens vindicat culpã quam admisit vt Deo quem offendit debitã satisfactionem impendat; cũ verò pœnæ sint medicinæ, etiam per contrarium dolorẽ morbum pellunt in voluptate progenitum; tertius finis pœnitentiæ est salus animi; dolet. n. pœnitens vt per eũ dolorem morbo spirituali medeatur. Vnde ex pdictis colligitur, q pœnitentia est dolor pro peccatis assumptus, vt sit vindicta culparum voluntaria, ac amica & salutaris: idq; propter Deũ: quæ vltima pars probatur ex Aug. 14. de ciu. Dei. c. vlt. vbi d. neminem pertinere ad ciuitatem Dei, nisi per amorem Dei, & sine amore Dei nemo potest consequi indulgentiam: vt d. lib. de vera, & falsa pœnitem. c. 9. Præterea cõuersio ad Deũ requiritur ad habendam gratiam Dei. Zac. 1. Ezech. 18. 33.

Salua

Salus item aïæ in cõuersione ad Deũ consistit. Ier. 3. & id hř in Tr. Conc. sess. 6. c. 6. & 7. Vnde de ratione veræ pœnitentiæ est ꝙ displiceat peccatũ ꝑpter Deum summè dilectũ. D. Th. 3. p. q. 86. art. 3. & perfectus actus pniæ nunq̃ est sine actu charitatis. Mag. d. 15. ca. 4. hř. de pœn. d. 3. c. vlt. Duran. d. 17. q. 1. & 4. Gabr. dist. 14. q. 2. & ibi Capr. vnde si quem peccata contristant, vel ꝙ turpia sint, vel ꝙ notæ infamiam inurãt, vel damnum peccanti, hic dolor satis non est Deo placando, & peccato contra Deum commisso cõpensando; nã nec homo secũdùm sensitiuam partẽ placaretur, cum is qui læsit nullam ipsius haberet in dolore rationem, nec amicitia redintegraretur, dum qui amisit, iacturam propriam sentit, non amici offensionem. 2. Cor. 7. & Chrys. hom. 4. & 15. in 2. ep. ad Cor. Cano in rel. de pœnit. An verò hmõi dolor sufficiat iũctus cum sacro, infra dicetur.

Pœnitentia vt sacramẽtũ, q̃uo diffiniatur.

Vt verò est sacramentum. Sot. d. 14. q. 1. art. 1. eam diffinit, ꝙ est sacramentum remittendi peccata, quę post baptismum committuntur; ibi enim & proximum genus ponitur diffiniti, & loco differẽtiæ proprius eius effectus exprimitur, quo & à cæteris sacramẽtis, quæ non sunt in remissionem peccatorũ instituta, distinguitur, & à baptismo quo originale dimittitur: ita Sot. ibi. D. autem Bonau. 4. d. 14. art. 2. circa literam, d. Pęnitentiam posse tripliciter notificari. Primò, secundùm actum principalem, qui est dolor commissæ offensæ: & sic dantur tres diffinitiones differentes solũ voce, vel materiæ expressione: prima est ĩ gl. Mat. 3. d. Pœnitẽtia est prima virtus perimẽs hominem veterem: secũda, Ambrosij d. Pœnitentia est dolor, vel amaritudo animæ pro peccato, ꝙ quisq; cõmisit: tertia, August. d. Pœnitentia est quædam dolentis vindicta semper puniẽs in se, ꝙ dolet commisisse.

Secundò, consideratur per actum principalem & annexum, qui dř propositum iterum non peccandi: & sic dantur tres diffinitiones differẽtes secundùm maiorem expressionẽ: prima Ambrosij, d. Pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterũ nõ committere: secunda Gregorij, d. Pœnitentia est anteacta mala deflere, & deflenda iterum non committere: tertia Magistri, d. Pœnitentia est virtus, vel gratia, qua commissa mala cũ emẽdationis proposito plangimus, nolumus, & odimus: & plangenda iterum committere nolumus.

Tertiò, consideratur, quò ad effectũ: & dantur sic tres diffinitiones differẽtes similiter secundùm maiorem expressionem: prima est Damasceni, pœnitentia est ab eo ꝙ est contra naturã in id ꝙ est secundùm naturã conuersio: secunda, gl. Matt. 3. Pœnitentia est correctio malæ mentis: tertia August. lib. 5. respons. Pœnitentia est quædam res optima & perfecta, quę omnes defectus reuocat ad perfectum: ita Turr. Crem. in sum. de pœnit. dist. 1.

Pœnitẽtia signis externis manifestata, cũ verbo absolutionis est sacramẽtũ.

His ita notatis, prima fit propositio. Pœnitentia signis externis manifestata accedente ad eam verbo absolutionis, est sacramentum nouæ legis propriè dictum: nam vis sacramentalis, ꝗ efficienter & instrumentaliter cõcurrit ad remissionem peccatorum, propriè ac præcipuè in verbo ꝙ sacerdos Dei nomine pronunciat, cõstituitur: vt d. D. Th. 4. d. 18. q. 1. art. 3. Actiones autem pœnitentis solũ concurrunt ad remissionem peccatorum efficiẽdam, quatenus vim sacramẽtalem, à verbo absolutionis, à quo formantur participant; licet nomen sacramenti magis tribuitur materiæ, q̃ formæ, vt & in alijs sacramentis patet. Bellarm. de pœnit. lib. 1. c. 8. Probatur autẽ conclusio: primò, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt: in quibus verbis duo colliguntur, quæ ad sacramentum propriè dictum, constituendũ requiruntur, scilicet ritus externus diuinitus institutus, & promissio gratiæ iustificantis illi ritui, vel simbolo annexæ: nam cum Dñs potestatem Apostolis remittendi peccata concesserit;

 ali-

aliquo externo signo eam voluit exerceri; homines enim qui corporei sũt, non intelligerẽt sibi peccata remitti, nisi voce, vel aliquo signo externo & visibili remitterentur. Probatur idem ex Patribus, qui comparant pœnitentiam baptismo, quò ad effectum, & eã inter sacramenta enumerãt. Tert. lib. de pœnit. vbi d. Pœnitentiã dari in remedium post baptismum: & S. Cipria. serm. de ablutione pedum, S. Amb. lib. 1. de pęnitentia. c. 7. S. Hier. lib. 1. con. Pelag. S. Aug. ep. 180. ad Honoratum. S. Chrisost. lib. 3. de sacerdotio. S. Leo ep. 91. ad Teodorum: Teod. in epitome diuin. decret. cap. de pęnitentia. Idem ex Conc. probatur. c. ad abolendam. de hæret. in Conc. Flor. sub Eug. IIII. in Trid. sess. 14. can. 1.

Ratione probatur à D. Th. 3. p. q. 84. art. 1. Primò, nam sicut baptismus adhibetur ad purificandum ab originali peccato: ita & pœnitentia ad remittendum actuale. Act. 8. sed baptismus est sacramentum, ergo & pœnitentia. Secundò, sacramẽtum, vt d. Greg. 1. q. 1. c. multi. in aliqua celebratione consistit, cum res gesta ita fit, vt aliquid significatiuè sanctè accipiamus, ꝙ sanctè accipiendum est, sed in pœnitẽtia, ita res gesta fit, ꝙ aliquid sanctum significatur tã ex parte peccatoris pęnitentis, q̃ ex parte sacerdotis absoluentis: nam peccator pęnitens per ea quæ facit & dicit, ostendit peccatum suum à corde recessisse: similiter sacerdos per ea quæ facit & dicit circa pęnitentem, significat opus Dei remittentis peccatum: & sic pęnitentia tam ex parte sacerdotis, q̃ pęnitentis habet ꝙ sit inuisibilis gratiæ visibilis forma, & sic sacramẽtum. Et est instituta à Christo Dño, vt hr̃ in Conc. Tr. sess. 14. cap. 1. post resurrectionem cum d. Quorũ remiseritis peccata &c. vt habetur Io. 20. & Matt. 16. & 18. & hr̃ in Conc. Trid. loco cit. & c. 8. & can. 3.

In pœnitẽtia qd sit id ꝙ est sacrm̃. Sed difficultas est, quid sit id ꝙ est sacramentum in pęnitentia, vel pro quo supponat. Scot 4. d. 14. q. 4. d. Supponere pro absolutione sacerdotis, sed non bene: nam omne sacramentũ constat materia & forma: vt in Conc. Flor. accedit enim verbum ad elemẽtum, & fit sacramẽtum. Dur. d. d. 14. q. 3. & Marsi. q. 10. art. 1. d. ꝙ sacramentũ pęnitentiæ nõ sit vna actio, sed aggregatum ex actibus penitentis & absolutione sacerdotis, & hæc opinio non est reprobanda omnino; Melius tñ dicendum est cum Sot. 4. d. 14. q. 1. art. 1. quia sacrm̃ non est res naturalis, sed artificialis, non supponit pro aggregato ex materia & forma, vt homo, sed pro materia connotando vt tali subiaceat formæ, vt statua nõ supponit pro ligno, & aggregato ex forma accidentali, sed pro ligno vel lapide; Vnde vt baptismus non pro aggregato ex ablutione & forma, sed pro ablutione supponit connotando, vt nomen sonat, vt fiat sub tali forma, ita sacramentum pęnitentiæ supponit pro actibus pęnitentis, qui sunt materia sacramẽti connotando, vt subduntur formæ eiusdem sacramenti, quæ est absolutio, & sic saluatur vt sint tres partes pęnitentiæ, qua ratione est sacramentum: sicut domus supponit pro composito ex lapidib. & lignis. Nec obst. prædictis, ꝙ in sacramentis diuina virtus sub tegumento rerum corporaliũ salutem operetur. cap. multi. 1. q. 1. In pœnitentia verò non insunt res corporales, ergo non videtur esse sacramentum. Resp. ꝙ nomine rerum corporalium intelligũtur actus externi pœnitentis, & absoluentis, qui se habent vt in alijs sacramẽtis aqua, vel chrisma ꝑ est enim attendendum, ꝙ sicut duplicia sunt medicamenta, quædã vt emplastra, alia actus ĩfirmi, vt exercitia: sic in sacramentis, quædam sunt quæ ob exuberantẽ quam conferunt gratiam, & virtutem excellentem requirunt materiã extrinsecus, vt in baptismo, vbi fit plenissima remissio peccatorum quò ad culpam & pœnam, & in Confirmatione, vbi datur plenitudo Sp. S & ĩ extrema Vnctione, vbi datur perfecta sanitas spiritualis. i. absterfio macularum peccatorum: qui effectus

virtute

virtute passionis Christi per huiusmodi applicata instrumẽta quasi per extrinseca principia proueniũt; ideo in istis sacramentis nõ requirũtur actus humani, sed solum dispositio suscipientis. Pœnitentia verò & Matrimoniũ habent effectum actibus humanis correspondentem, non quod non sit supernaturalis, sed quod datur per actus humanos actiuè cõcurrentes, tanquam instrumenta Dei; vnde huiusmodi actus pœnitẽtis sunt materia. Differt etiam pœnitentia ab alijs sacramentis, quod in illis materia est res naturalis, vt aqua: vel artificialis, vt chrisma, & panis: quæ à Deo habent, vt sint tanquã pars sacramenti: materia verò pœnitentiæ. s. contritio, si sit perfecta, est res supernaturalis per auxiliũ speciale diuinitus inspirata. Ioã.6. Nemo põt venire ad me, nisi Pater meus traxerit eũ, & 2.Timot.2.& tradit D.Aug.de fide ad Petr.c.33. secus de attritione, quę sine sacramento ad gratiam non sufficit, & naturaliter haberi potest: ita D.Th. d.art.1. ad primũ. & Sot.d.14.q.1.art. 1.ver.hoc autem discrimen.cum seq.

Pœnitẽtiæ materia, quæ sit, quotuplex, & quomodo

Secunda propositio. Materia proxima pœnitentiæ sunt actus pœnitentis, quibus homo conteritur, confitetur, & satisfacit: materia verò remota sũt ipsa peccata, non acceptanda, quia sic non esset actus virtutis, sed detestãda, & destruẽda. 2.Cor.12. Sicut materia proxima statuæ metallum est, remota verò aqua, & terra ex qua cõgelatur: ita D.Th. d.q.84.art.2.vbi aduertendũ peccata nõ dici materia remota, quia ex ipsis directè cõficiantur actus pœnitentis, sicut ex aqua & terra congelatur metallũ, quæ est materia statuæ, sed quia sunt obiecta eorũdem actuũ non faciẽda, vt obiecta virtutum, sed expulsa & reprobata, vt stuppa est materia ignis, ideo actus pœnitentis eo dicuntur materia proxima, quia sunt partes pœnitentiæ, & sic sacramenti simpliciter, & propriè materia ex qua, peccata verò potius dicũtur obiecta, quæ per pœnitentiam expelluntur, & adeo materia circa quam; peccator et dr materia pœnitentiæ: vt d.D.Th.opusc.22.c.4. alia tamen ratione. s. quia est subiectum recipiẽs sacramentum, cuius gratia sanctificatur, & perficit. Sot.d.14.q.1.art.2. Nec obst. quod in alijs sacramẽtis materia per verba sanctificatur, peccata verò sanctificari nõ possunt. Resp. quod licet peccata, vt materia remota non sanctificatur, actus tamẽ pœnitentis, sic per absolutionem. D. Th.ibi ad primum. Nec obst. quod peccatũ sit originale, veniale, mortale, sed sacramentum pœnitentiæ nõ est institutum cõtra originale, quod tollitur per baptismum, nec contra veniale, quod tollitur per aquam benedictam, nec contra mortale, quod tollitur per confessionem. Resp. Pœnitentiam esse de omni peccato licet diuersè: de mortali enim propriè, & principaliter; propriè, quia voluntate illa committimus, & cõtra id pœnitentiæ sacramentum est propriè institutum; venialia sunt propria materia, quia propria voluntate committũtur, non tamen contra hæc principaliter pœnitentiæ sacramentum est institutum; originale verò nullo modo est materia pœnitentiæ, tum quia non est voluntate cõmissum, nec contra hoc sacramentum pœnitentiæ est institutum; si verò pœnitẽtia accipitur pro cuiusque mali detestatione, sic potest pœnitentia haberi originalis: vt d. Aug. de pœnitẽtiæ medicina. c.2. quia id abominamur. Vnde qui nullius est conscius peccati: vt beata Virgo, confiteri nõ potest, ante tamen baptismũ est necessaria pœnitẽtia interior. Act. 2.& per D.Aug.lib.de pœnitentiæ medicina. mortalia ergo sunt propria materia pœnitentiæ. De venialibus verò, nec confessio, nec pœnitentia interior est necessaria, quia possunt per alia opera charitatis, vel sacramentalia remitti, sed sunt tamen legitima materia tam contritionis, quàm coofessionis. D.Th.d.art.2.in resp. ad contr. & Sot. d.art.2. & hr in Conc.Trid.sess.14.c.5. vbi habetur venialia rectè & vtiliter in confessione dici ob maiorem puritatem, posse tamen omitti citra culpam,

pam, & alijs remedijs expiari posse.

Pœnitẽtiæ forma vel absolutionis q̃, cum eius expositione.

Tertia propositio. Hæc est forma cõueniens huius sacramenti: Ego te absoluo, probatur Matth. 16. nam sicut Christus dum dicit discipulis: Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine &c. Matt. vlt. ita Matt. 16. d. Quodcũq; solueris super terram &c. sed sacerdos dũ baptizat authoritate Christi baptizat, ergo eadem authoritate dum absoluit dicere habet: Ego te absoluo. Idem probatur in c. ad abolendam. de hæret. in Conc. Flor. sub Eug. IIII. & Trid. sess. 14. c. 3.

Ratione probatur: nam sacramentum perficitur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis, oportet ergo vt ea quæ sunt ex parte pœnitentis, vel verba vel facta. s. contritio, cõfessio, & satisfactio se habeant vt materia: ea verò q̃ sunt ex parte sacerdotis, se habeant vt forma, cum ergo sacramenta efficiant, q̃ figurãt, oportet vt forma significet effectum sacraméti proportionabiliter ad materiam; vnde quia effectus baptismi fit per aquam, forma est ego te baptizo; & quia sacramentum confirmationis fit per chrisma in modũ crucis, forma est, cõsigno te signo crucis, & cõfirmo te chrismate salutis; in Eucharistia verò, quia consistit in consecratione præsentis materiæ, forma est quæ exprimit illam veritatem cum dr̃ Hoc est corpus meum; Sacramentum verò pœnitentiæ, nec consistit in consecratione materiæ, nec in vsu eiusdé cõsecratæ, sed magis in remotione, & expulsione materiæ remotæ. s. peccati, vt supra, illa ergo expulsio conuenienter significatur illis verbis: Ego te absoluo, quia peccata sunt quãdã vincula. Prouer. 5. ergo. ita D. Th. d. q. 84. art. 3. Idem tamé esset si diceretur remitto tibi peccata tua, vel remittuntur tibi peccata tua.

Nec obst. prædictis, q̃ absoluere à peccatis sit idé q̃ peccata remittere, sed solus Deus peccata remittit, & interius hominem à peccatis mundat. Es. 43. Ego solus deleo iniquitates. & Amb. lib. de Sp. S. c. verbum. de pœnit. d. 1. Verbum Dei peccata remittit, sacerdos est iudex. Resp: Deum absoluere principaliter, & authoritatiuè, sacerdotem verò instrumentaliter, & vt minister; sacramenta enim efficiunt gratiam quam significãt, vt supra. & in Conc. Constãtien. colligitur sacerdotem concurrere vt ministrum ad absolutionem faciendam. & Martinus V. ibi d. hæreticum esse, qui negat sacerdotem verè absoluere. & in Trid sess. 14. can. 3. & 9. quod colligitur etiam Io. 20. Quorũ remiseritis peccata &c.

Non obst. etiam, q̃ pœnitens quãque non sit dispositus, & ideo forma illa non videatur vera: Ego te absoluo. Resp. quòd quantum ad vim formæ est vera, & absolutio fieret, sicut omnia alia sacramenta virtute passionis Christi effectum haberet, nisi virtus ex parte subiecti impediretur: ita D. Tho. ibi ad quintum.

Non obst. item q̃ pœnitens per contritioné verã diuinitus sit absolutus, ergo falsum est per sacerdotem absolui. Resp. primò, posse solum attritum accedere ad sacramentum pœnitẽtiæ, & tunc re vera absoluitur, quia vi clauium fit de attrito contritus, vt infra: q̃ si accedit contritus, non est verum q̃ tunc absoluatur à pœna, quia pœnitentia ad culpam tollendam principaliter est institutum, nõ etiam est verũ q̃ absoluatur à præcepto cõfessionis, quia imo absoluitur à peccatis, q̃ confitetur: sensus ergo verus est quãtum in me est, & ad virtuté sacraméti pertinet, Ego te absoluo. i. sacramentum absolutionis tibi impendo, cuius virtute si in peccatis esses fores absolutus; q̃ verò is sit in gratia, est res per accidens, quæ nõ attenditur. Præterea legitima contritio votum confessionis pro suo tempore debet includere, & ideo in virtute futuri sacramenti peccata dimittit, ideo dum absoluitur applicatur sacramétum cuius virtute est absolutus: in quo sensu vera est forma: Ego te absoluo, quia sacerdos cõplet q̃ pœnitens gerebat in voto: ita D. Th. ibi in resp. ad contr. & Sot. d. 14. art. 3.

Et

Et licet Deus solus per authoritatem absoluat, & peccata remittat, sacerdotes tamé vtrunq; faciunt per ministerium, quatenus .s. verba sacerdotis in hoc sacramento operantur virtute diuina, & sic soli Deo conuenit per natiuam authoritatem absoluere à peccatis, sed tamé idem sacerdotibus per susceptam ab illo potestatem ét communicatur; sicut solus rex dr̃ gubernare, licet id faciat per prætorem: ita D.Th. ibi ad tertium. & Sot. loco citat. Et ita sola illa verba: Ego te absoluo, vel idem importantia, vt supra, licet peccaret sic vtens cótra ecclesiæ consuetudinem, sunt de essentia sacramẽti: alij ritus, vt signum crucis, preces adiunctæ, & impositio manuum non sunt de essentia sacramenti, vt docet D.Th. opusc. 22. de forma absolutionis: Primò, quia in euágelio nulla eius mentio habetur; præterea impositio manuũ in sacramentis fit ad designandum aliquẽ copiosum gratiæ effectũ, quo suscipientes quodammodo vniũtur sacerdotibus, ideo manuum impositio fit in sacramento cófirmationis, in quo confertur plenitudo Sp.S. & in sacramento ordinis, in quo confertur quędam excellentia prædictis in diuinis misterijs, 2. Tim. 1. Hæc tamen cæremonia non est despiciẽda: nam fuit in vsu in primitiuæ ecclesia nó solum in confirmatione, quę manus impositio dicebatur. c. manus. de consec. d. 5. sed etiam in sacramento pęnitentiæ: vt patet in Conc. Nic. c. 9. & Cartag. c. 32. vnde & qui publicè pęnitebát, per manuum impositionẽ reconciliabantur. c. penitentes. 50. d. c. qui recedunt. & ca. is qui. 26. q. 6. Vnde & Aug lib. 4. de baptismo, & hr̃ in c. manus. 1. q. 1. hoc sacramentum appellat manus impositionem; & hæc cæremonia: vt d. Vald. tomo 2. de sacr. c. 147. à lege veteri ortum habuit, nam sacerdotes cũ peccata populi confitebantur manus capiti hirci emissarij imponebát, qui hircus pœnitentis erat figura; sed tñ non est necessaria hæc cæremonia, & ideo non est seruáda, nisi vbi est mos, & minus eleuatio manuũ dum fit absolutio. Quò ad alias preces, sacerdos conueniéter apponit aliquid q̃ pertineat ad primã authoritatem Dei, cui innititur vt dicat: Ego te absoluo ĩ nomine patris, & filij, & Sp.S. vel per virtutem passionis Christi, vel authoritatem Dei: vt d. Dion. 3. cęl. hier. est etiã conueniẽns dicere authoritate Dei Ego te absoluo in nomine patris &c. pronomen verò ego, cũ in verbo intelligatur non est necessarium, q̃ exprimatur; sufficit etiã si diceretur remitto tibi, vel impendo tibi sacramẽtum absolutionis: hæc tamé mutatio, vt & aliæ, esset peccatũ: sufficeret ét dicere absolueris, vel absoluaris à me in tertia persona, vt græci baptizant; sic etiã si diceretur remittuntur tibi peccata tua, quia vt hr̃ in Concil. Flor. sufficit verbum per q̃ exprimatur sacramentalis actio, vt à sacerdote exercita: mutatio tñ non est facienda. Sot. d. 14. q. 1. art. 5. Ex quibus etiã colligitur, q̃ nó est sensus illorum verborũ: Ego te absoluo .i. absolutum declaro, cum in sacramentis nouæ legis, verba vel facta non solum significatiuè debeant accipi, sed etiã effectiuè: & eius absolutio non est nudum ministeriũ declarandi soluta esse peccata, sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso velut à iudice sententia pronunciatur, absoluit: vt in Trid. Conc. sess. 14. c. 6. & can. 9.

Vnde etiam sacerdos nó potest absoluere sub conditione si satisfeceris, vel si promiseris satisfacere, quia non potest minister conferre nunc sacrm̃, & in aliud tempus, vel conditionẽ implendam suspendere illius effectum, gratia siquidem non potest stare in pendenti; vel enim quis est Dei amicus, vel inimicus. Vig. de sacr. pęn. ver. 2. vbi & d. formam absolutionis posse pluries reiterari, sed non super eandẽ omnino confessionem. *Absolutio nõ põt fieri sub conditione, & qũo id procedat, & ĩtelligatur.*

Quarta propositio. Pęnitentiæ sacramentum non est absolutè necessarium ad salutem, nam sine illo potest quis per baptismũ gratiã Christi obtinere, sed ex suppositione est necessarium *Pęnitẽtiæ sacrm̃ an sit necessariũ ad salutẽ, & qũo.*

rium non omnibus, sed peccato subiacentibus post baptismũ; probatur cõclusio in c.non potest.c.neminem.c.agite pœnitẽtiam. de pœnit.d.1. Ratione probatur, nam peccatũ cũ consummatum fuerit generat mortem, ideo necessariũ est ad salutem peccatoris, ꝙ peccatum remoueatur ab eo, id autem absq; sacramento fieri nõ potest, quippe in quo operatur virtus passionis Christi absolutione sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati; Qui enim creauit te sine te, non saluabit te sine te: ita D.Th d.q 5.art.5. Sed difficultas remanet quid in peccatore remaneat post peccatum, & quid in eo delendum sit. Secundò, quo per pœnitentiam id deleatur. Tertiò, quæ pœnitentia id præstet. Quò ad primũ. Scot.4.d.18.d.ꝙ sicut est duplex iustitia, vna habitualis, q̃ est habitus charitatis, alia actualis.s. rectitudo actus, & eius cõformitas ad suam regulam: sic duplex est iniustitia, vna habitualis.s. priuatio charitatis, in eo cui debet inesse, alia actualis.s. priuatio illius rectitudinis ĩ actu cui debet inesse, & licet post peccatũ remanet ĩiustitia habitualis, non tñ inde dr̃ peccator, sed ex iniustitia actuali, qua quis dr̃ peccator, & secundùm aliquos nõ est in peccatore aliquid positiuum post peccatũ commissum, sed solum priuatiuum.s. priuatio gratiæ, secundùm alios verò est aliquid positiuum.s. reatus, vel indignitas positiua, quæ nõ est quid absolutũ, sed respectiuum, qua.s. homo post peccatum commissum est dignus pœna, & ita peccatum deleri est huiusmodi reatum, vel indignitatem tolli; alij d. post peccatum, transeunte actu peccati, manere in peccatore aliquid rationis, & est ordinatio diuina, qua peccator eo ordinante est obnoxius pœnæ pro peccato ab eo commisso, & peccatum delere, sit eã ordinationem tolli, ꝙ fit Deo offensam cõdonante: sed quicquid sit de his positionib⁹, dicendum est hoĩem esse ĩ peccato duo dicere.s. hominem peccasse, & peccatũ suum non esse sibi à Deo remissum. Deus verò dr̃ remittere peccata, quia illorũ amplius non recordatur, Ezec. 33. Vel quia Deus ea tegit, vel quia faciem à peccatis auertit, Psal.31.& 50. Vel quia nõ imputat peccatum ad pœnam. Psal.31. ita Ioã. Med. C. de pœnit. tr.1. q.6. sed hæc solutio non videtur satisfacere, quia sic nil poneretur in homine iustificato, cùm in eo tñ infundatur gratia ex parte Dei, & ex parte pœnitentis cõcurrat pœna, vel displicentia voluntaria, vt est dolor de peccato cõmisso, qui dolor causatur à voluntate imperante intellectui vt consideret peccatum esse offensam summæ maiestatis super omnia diligẽdæ, tum voluntas imperat sibi & alijs detestationem peccati mediante operatione ĩtellectus, ad quod sequitur dolor de peccato cõmisso, quæ pœna desi gnatur nomine pœnitẽtię, & ideo hoc modo dr̃ pœnitentia esse de necessitate salutis, & peccata remittere: nam vt peccatũ sit ex auersione à Deo, & conuersione ad creaturam: sic èconuersò cõuersio debet fieri auertendo à creatura, & conuertendo ad Deum. Non tñ negatur, quin absq; pœnitẽtia Deus possit remittere peccata, de potentia absoluta, vel per aliquem motum feruentem dilectionis in Deum, vt in actu feruoris ad martirium, vbi fortè non esset cogitatio de aliquo peccato commisso: satis enim tunc est non obijcere obicem, vel complacentiã peccati, virtualiter tñ ibi esset pœnitere; Sed iure ordinario, & secundùm regulas ordinatas à diuina sapientia, peccatum non deletur sine displicentia de ipso, rationibus prædictis.

Ex prædictis colligitur, ꝙ pœnitẽtia conuenienter metaphoricè, dr̃ secunda tabula; probatur authoritate Hier. in ep. ad Demetriadem, & alia ad Sabinianum.& lib.2. super Es.c.3.& Tertul.lib.de pœnitentia. & hr̃ in c. secũda tabula. de pœniten.d.1. Ratione probatur, nam ꝙ est per se est prius eo ꝙ est per accidens, sed quædam sacramenta ordinantur in salutem hominis, licet Pœnitẽtia dr̃ secũda tabula, & quare.

nulla

nulla esset peccati infirmitas, vt baptismus, qui est spiritualis regeneratio: cõfirmatio spirituale augmentum: Eucharistia spirituale nutrimentum: Pœnitétia autem ordinatur ad salutem hominis per accidens, supposito mortali peccato, vt in vita corporali homo non eget medicina, nisi infirmaretur; hac ratione pœnitentia tenet secundum locũ respectu status integritatis, qui per prædicta tria sacramenta cõseruatur, ideo per metaphoram dicitur secunda tabula sumpta ex mari elemẽtari; primum enim præsidium illud tranandi est integra nauis: secundum, illa fracta, est vna quælibet tabula, cui naufragans insidere conatur: vnde amissa baptismi gratia per pœnitentiam liberemur. D.Th. d q.84.art.6.q̃ metaphoricè à D.Bonauen.4.d.14. circa lẽrã, sic explicatur, ꝙ mare sit mundus, nauis innocentia, ventus Sp. S. gratia, nauis fractio fuit lapsus Adæ, qui in mari cum posteris fuit immersus, ab hoc naufragio homo liberatur per baptismum, qui restituit innocentiam, & dr̃ prima tabula, ꝙ si denuo naufragetur, liberatur per pœnitentiam, quæ dr̃ secunda tabula; hanc tñ expositionem reprobat Sot.4.d.14. q.1.art.6. Primò, quia status innocentiæ, qui erat pacatissimus non põt comparari naui; vnde si baptismus non est nauis, perit similitudo ꝙ pœnitentia dicatur secũda tabula. Vnde vt id euitet, exponeret, ꝙ mare intelligatur mũdus post Adam tantum, quẽ omnes intrantes nauim baptismi ascendunt, & ideo dicitur nauis integra, quia ibi remittitur omnis pœna & culpa, qua effracta per peccatum mortale, succedit secunda tabula .s. pœnitentia, quæ comparatur non scaphæ, vt aliqui volunt, sed simplici tabulæ, quia in ea vt insidentes q̃nque immerguntur, q̃nque emergunt, ita vt eos spectantes, q̃nque eorum salutem desperent, q̃nque sperent; & eos clamoribus animent: sic pœnitentes timere maximè sibi debẽt, nisi Deo manus porrigente per firmissimũ emẽdationis propositum se mancipare summa ope nitantur.

Quinta propositio. Sacramentũ pœnitentiæ in lege euangelica fuit conuenienter institutum; nam in eo tria habent considerari, materia, forma, & effectus: materia sunt actus pœnitentis. Absolutio verò, quæ se tenet ex parte sacerdotis, qui operatur vt minister, est forma, quæ dat sacramẽto complemẽtum. Et ꝙ materia talis ad sacramentum assumatur, est ex institutione diuina forma verò & virtus sacramenti totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit. Materia tñ partim naturalis est.s. dolor: naturali enim ratione hominem rei malè gestæ displicet, & bona placet, sed tamen ꝙ hoc vel illo modo pœnitẽtia patitur est ex institutione Christi, & sic Christus id instituit quò ad hanc partem in principio suæ prædicationis, d. Pœnitentiam agite; ꝙ verò pertinet ad officium ministrorum, definiuit Mat.16.d. Tibi dabo claues regni cœlorũ &c. vbi insinuaẽ & potestas, & forma, & Io.20. Quorum remiseritis peccata &c. Effectum verò sacramenti, & originem virtutis eius manifestauit post resurrectionem Luc. vlt. d. oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. D.Th.d.q.art.7. hæc propositio probatur Marc.4. Pœnitentiã agite &c. Luc. 13. Nisi pœnitentiã egeritis &c. & Luc. vlt. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prędicari in nomine eius pñiam &c. & determinatur in ca. ad abolendã. de hæret. & in Conc. Flor. & Trid. sess.14.can.1. & ita dum d. Pœnitentiam agite, materiam pœnitentiæ instituit, & claues viuens promisit quibus post passionem sacerdotes erãt functur, sed præceptũ pœnitentiæ non nisi post resurrectionem posuit. Vnde Tr. Conc. sess.5.c.14.d. Christum instituisse hoc sacramentum post resurrectionem, cum d. Io.20. Quorum remiseritis &c. Notandum verò differre pœnitentiam in lege naturæ, in lege scripta, & euangelica: nam naturalis ratio dictat homini pœnitendum esse de malis quæ fecit, vt s. doleat se illa fecisse,

Pœnitẽtiæ sacrm̃ I lege euangelica conuenienter est institutũ, & quare.

&

& remedium quæræt per aliquod medium, & aliqua ſigna doloris oſtendat, ſed q hoc vel illo modo agat pniam, non eſt ex ratione naturali, ſed inſtitutione diuina: ideo in lege naturæ poterat quilibet ſibi eligere modum pœnitendi, vt & ſacrificandi; ſed per legem Moiſi fuit determinatus modus pœnitendi ſecundum q congruebat perfectioni veteris legis, quò ad dolorem vt eſſet magis in corde, q̃ in ſignis externis, ſecundùm id: ſcindite corda veſtra; quo verò ad remediũ, vt ſaltem in generali cõfiterentur aliquo modo miniſtris Dei peccata. Leuit. 5. & Prou. 28. Quò ad ſatisfactionem fuerunt indicta ieiunia, & afflictiones. Leuit. 16. In noua verò lege tenetur quiuis ſe ſubijcere clauibus eccleſiæ per confeſſionẽ, & ſatisfactionem ſub ſpe veniæ conſequendæ virtute paſſionis Chriſti, & à ſacerdote iudicatur, & abſoluitur: in veteri verò lege ſacerdos ſolũ orabat. Vig. de ſacr. pœnit. ver. 3. & D. Th d ar. 7. ad primum & Sot. d. 14. q. 1. art. 7.

Pœnitẽtia interior à debeat eſſe cõtinua & ꝑpetua, & quo.

Sexta propoſitio. Quò ad continuationem pœnitẽtia interior qua quis de peccato dolet commiſſo, debet durare vſq; ad finem vitæ; ſemper enim homini debet diſplicere q peccauit: nam ſi ei placeret peccaſſe, ex hoc ipſo peccatum incurreret & fructum veniæ perderet: diſplicentia verò in eo qui doloris eſt capax. ſ. homo, in hac vita dolorem parit, in patria verò vbi locus dolori non datur, diſplicebunt beatis peccata pterita ſine omni triſtitia. Eſ. 35. Quò verò ad pœnitẽtiam exteriorem non oportet eam vſque ad finem vitæ durare, quia confeſſio ſufficit ſemel facta in anno, & ſatisfactio ſecundũ menſuram peccati, & tẽpus per eccleſiæ miniſtrum clauium poteſtate definitum. D. Th d. q art 8. & ꝓbatur per D. Aug. de vera, & falſa pœnit. c. 13. Et quia pœnitere intelligitur dupliciter, habitu & actu, actu impoſſibile eſt continuo pœnitere: vitæ enim neceſſitas vtrunque pœnitentis actum tam internum, q̃ externum, & ſomno & alijs officijs quib. neceſſariò debet vacare, habet interpollare; habitu verò oportet hominẽ continuo pœnitere, quò ad hoc, q nunquã aliquid pœnitentiæ contrarium admittat, per quod habitus pœnitentiæ tollatur, & quantum ad hoc q debet in propoſito ſemper gerere, vt ſibi elapſa peccata diſpliceant. D. Th. d. q. 84. art. 9. vel vt d Alen. receſſus à malo debet eſſe perpetuus; vt enim quis finaliter ſit bonus, oportet q finaliter malum deteſtetur, dolore ſecundo modo accepto; habitu. ſ. qui eſt actus ſenſitiuæ partis, qui vt pœna à volũtate aſſumitu, ſemper eſt dolendum: nam quia homo peccando pœnam æternam meruit, & contra Deũ æternum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutata, dolor hominis in æternum. i. pro ſtatu huius vitæ durare. Vnde Vgo de S. V. d. q Deus abſoluens hominem à culpa & pœna, ligat eum perpetuæ deteſtationi peccati: vnde oportet malum quod facit ſemper deteſtari; ſed talis obligatio eſt præcepti affirmatiui: vt d. Alen. & d. Bonau. q ſemper obligat, ſed non ad ſemper, ſed pro loco & tempore. i. dum recognoſcit mala ſua in quibus Deum offendit, & ita obligatio iſta eſt perpetua, ſed non continuo exequenda, ſed qñ pœnitens actu recordatur peccatorum ſuorum, quibus Deum offendit. Tur. Cr. de pœniten. d. 3 ad ſecundum. De ratione tñ veræ pœnitentiæ nõ eſt vſq; in finem durare, niſi vt ſic in propoſito mentis, vt patet de Dauid. 2. Regum 12. & 2. Reg. 29. & ita poteſt quis à vera pœnitentia cadere, vt patet in exemplo poſito. Ioan. 5. & tamen prior fuit vera pœnitentia, vel potuit eſſe. Turr. Cr. ibi ad primum.

Peccata ã ſit vtile reducere ad memoriã, q̃ iam ſunt remiſſa.

Circa reductionem verò peccatorũ ad memoriam incipientibus, & ijs continentibus, qui conflictum carnis perferunt, qñque memoria peccatorum cõmiſſorum, & remiſſorum per pœnitentiam, & ſacramentalem abſolutionem ſacerdotis in confeſſione, eſt periculoſa, ne denuo delectentur in ijs, ideo qñ hmói memoria periculum affert, debet reſcindi, qñ verò non adeſt huiuſmodi periculũ, laudabile eſt illa ad memoriã reducere,

reducere, & de ijs dolere, & fructibus pœnitentiæ ante actam vitam vlcisci Eccle.5. de præterito peccato noli esse sine metu.i.vt non habeat cessantes operas peccatorũ remissio,ita tñ vt metus in desperationem non inducat futurorum verò peccatorum non est necesse habere propositũ actuale de lege ordinaria; si enim tentatio magna irrueret, & esset periculum consentiendi in malum,teneretur fortè ratione periculi propositum actu confirmare ad tentationem repellendã. Et ita habitu interior pœnitẽtia debet esse perpetua, & actu qñ peccata memoriæ occurrunt: exterior verò secundùm statuta tempora per canones pœnitentiales est peragenda.Sot.d.14.q.1.art.9.

Pœnitens debet abstinere ab his q̃ non pñt exerceri sine peccato, vel difficulter

Septima propositio. Pœnitens debet abstinere ab ijs quæ non possunt exerceri sine peccato,vel difficulter;q̃ conclusio cõsequitur ex prædictis, & hr in c.satisf.ctio.de pœnit.dist.3.in c.negotium.vbi Nau.de pœnit.dist.5.

Causa, radix, ratio, occasio, quomodo differant.

Pro intelligentia aũt dicendorum de occasionibus peccati vitãdis. Notandũ est in primis drĩam esse inter causam, radicem,rationem,& occasionem peccati, q̃ causa est id ex quo,vel per qđ, vel à quo, vel pp q̃ aliquid fit: vt ait Cicero lib.de Fato Donatus. lib.2.Aeneid. Io.Monachus.in c.vlt.de iur.cal. in 6.Radix dr ex quo alia pullulant mala,vel bona: vt d gl.1.Machab.1. Ratio est ordo gerendorum ex causa venientium,vel euidens demõstratio,qua demonstratur esse verũ q̃ intenditur breui subiectione:vt d.Cicero.lib.2.ad Herennium.Bald.in l.omnes populi.col.7. de iust.& iur.& nõ est sine causa, causa tñ est de ꝑterito, ratio de futuro.Salic. in l.generaliter.C.de ep.& cler. hæc tñ sæpe confunduntur Cicero.lib.ep.fam. ep.15.ad Catonẽ. Bar.in l.2 § fi.de donat. Occasio verò est causa insufficiens & captata, & non est ordinata ad effectum de quo agitur per se,sed accidentaliter,vel est causa remota.Doct.in c. solitæ.de maior. Arch.in c.1.de iureiuran.in 6.Dec.in Rubr C.qui admitti.

Secundò,notandum, q̃ nil est causa efficax peccati præter propriam voluntatem:vt hr supra tomo 3.tr.de peccato, abstinendũ tamen est ab ijs quæ extrinsecus afferunt, attenta fragilitate, vel scandalo,occasionem sibi,vel alteri peccandi.

Tertiò,notandum hic non quæri an pœnitens debeat abstinere ab his, quæ secundùm se & ex genere sunt illicita, vt fornicatio,homicidiũ,furtum,& huiusmodi; id enim compertum nõ posse absolui habentem propositum perseuerandi in peccato mortali, vt odio,fornicatione,& hmõi.c.quod te.de pœnit. & remiss. Sed tantũ quæri an pœnitens debeat abstinere ab his, quæ ex genere non sunt illicita, possunt tamen ex circunstantijs illicita esse,vt Musica, Comœdiæ,Laruæ,ludi,artes,conuersationes,& similia de quibus infra.

Regulæ circa peccata vitanda, & eorũ occasiões, q̃ sint considerandæ

Quartò, notandum aliqua intrinsecè,& ex genere,ac moraliter,& iure naturæ esse mala & illicita,vt fornicatio, mendacium, & alia quæ in Decalogo prohibentur, quæ ẽt naturaliter & ex natura rei intrinsecè sunt mala:quædã esse mala non intrinsecè, & secundùm se,sed ex prohibitione, idq; vel diuina positiua,vt furtũ,vel ecclesiastica, idq; aut lege generali, vt de obseruatione dierum festorum, vel ieiunorũ, vel lege particulari, vt in hac prouincia ludi,choreæ,& hmõi saltem tempore diuinorum diebus festiuis.In primis non cadit vlla dispensatio ẽt diuina, in secundis Deus qñq; dispensat, & ecclesia in lege sua,vel si natura contrariũ suadet,& idem de tertijs in cã rationabili.

Quintò, notandũ aliquas esse regulas vniuersaliter deseruientes infra dicendis: prima regula sit, faciens aliquid intentione mortaliter peccandi, mortaliter peccat, quia cuius finis est malus, ipsius actus est etiam malus. 2. Eth.Nau. in Man.c.14 num.35.

Secunda regula,faciens aliquid intẽtione aliquem inducendi ad malũ peccat, & mortaliter si ad mortale, venialiter si ad veniale D.Tho.2.2.q 43. art.3.& 4. D.Anton.2.part.tit.7.cap 4. Nau.cap.14 num.28.

Tertia

Tertia regula, qui aliquid facit cum periculo probabili incidendi in aliquod peccatum mortale cogitationis, oris, vel operis, mortaliter peccat: vt d. D.Th.2.2.q 88.art.4.ad secundum. D. Bonau.4.d.7.Armill verbo periculum. Nau.c.14.nu.26. vt si persona sit fragilis, & dubitat se cadere, & id expertus sit; & ratio est quia agēs aliquid sub tali periculo videtur paruipendere salutem animæ, & non omnibus rebus anteferre, vt par est, vt d. Gaiet.in summa, verbo periculū: secus si cognoscit se constantem, & adsit necessitas, vel causa iusta id agendi, vt ibi dicit Armill.

Quarta regula, faciēs aliquod indifferens, vel dicens ex quo probabiliter credit vel scire debet, aliquē inde scandalum sumpturum notabile, nec id omittat sine causa, peccat mortaliter, cū ob charitatem fratris debeat ab huiusmodi abstinere. Matth.18.D.Th.2.2.q.43.art.4 Coar latè in reg peccatum. in princip.de reg.iur in 6.& dixi in tract. de casibus reseruatis cas.vlt.

Quinta regula, faciēs aliquod de quo dubitat an sit malum, vel ex se, vel attenta eius persona, peccat, ēt si consciētia sit erronea, vt si vir grauis, vel clericus iudicaret sibi non licere vllo casu ludere, qñ cogitat se inde peccare, ex D.Th.1.2.q.19.ar.5. cum sic feratur in id vt in malum, & tñ illud sequatur, ꝙ est malum velle: vt ibi d. secus ꝙ tantū grauitati eius indecus afferat, nisi id notabile esset, cum etiam honorem suū quis seruare teneatur.

Sexta regula, participās cum aliquo in illicito, iussione consilio, laude, receptatione, non resistentia, quando tenetur, & huiusmodi, peccat.

Septima, dās occasionem notabilem proximo ruendi in peccatum mortale, id sciens vel scire debens, peccat mortaliter: exemplum de Virgine, quæ scit se impudicè desiderari ab aliquo, & tamen se opponit scienter aspectui eius, licet sine intentione mala, vt d. Nauar. vel cū quis vestibus trasparentibus laruatus, vel aliter ostendit pudenda, vel facit actus, vel profert verba incentia ex sui naturam ad luxuria, etiam si ne mala intentione.

Octaua, qui inferre intendit notabile damnum, vel iniuriam proximo peccat mortaliter.

His notatis vniuersaliter.

Vt à Musica initium fiat, quæ à Mois dr̄, quia circa aquam inuenta sit, vel à Musa, ꝙ est instrumentum externum in Musica, cuius inuentor fuit Tubal filius Lamech. Gen.4. vbi dr̄ pater canentium cithara & organo; licet Pitagoras eius proportiones ad sonum malleorum inuenisse fertur, ꝙ cum quinque essent, inuenit quinque ad quatuor esse duplum pondere, quia consonantiam diapason resonabat; tum verò ad secūdum sesquitertium inuenit, quia diatessaron resonabat, & idem ad tertium cū esset sesquialter, diapente consonabat, secundum verò & tertium, sesquioctauam retinere proportionem, quinto abiecto, quia ab alijs dissonabat; certum est eam inter ceteras Mathematicas disciplinas nobilissimam esse, & iocundissimam, cum non solum ad speculationē veritatis, vt aliæ, sed ēt ad moralitatē rendat, nec aliquid tam proprium humanitatis, ꝙ remitti dulcibus modis, & astringi contrarijs; & tanti Musica est, vt eam spartiatæ ēt animos obtinuisse arbitrentur; ipsa enim Timotheus Milesius sæpè iracundias compressit: hac Pitagoras ebrium adolescœntem sui cō potem fecit, dum domum quandā comburere vellet. Præterea Musica sanitati plurimum confert; vnde Terpander, & Arion Lesbios grauissimis morbis oppressos cantus præsidio eripuere; hac Hismenias Tebanus quosdam sciaticos à dolore eripuit. Hæc itē ad diuina speculanda perducit, vt nō mirum, si cum coram Heliseo propheta caneret psaltes, facta est super eum manus Dñi, & prophetauit ea quæ in 4.lib. Reg.ca.3. leguntur; sic in ecclesijs Musica est inducta ad excitandam deuotionem infirmorum: vt inquit Io.Tur.Cr.in cap.de himnis.de cons.dist.1. Præterea vt affectus prouocetur in Deum, qui iuuatur

Musica an sit prohibita, vel ne, & quō.

per cantum ex prædictis; nam cantus cor liquescere facit, mêtem eleuat ad Deum, tristitias malas pellit, dæmonê fugat, Deum delectat, ecclesiã militantem consurgere facit in similitudinem triumphantis, quæ semper iubilat, & præparat deniq; ad recipiendum multiformem gratiam Dei: vt per Tur.Cr. in c.in sancta. dist.92. Non tñ asseritur per prædicta Musicam habere vim vaticinij inducẽdi, q & Iamblicus reprobat sub tit. vnde vaticinium fit, dicens: Vaticinium prouenire non à corpore, non ab anima, non à composito, sed à Deo desuper influẽte, sed iuuat actum prophetandi, quia prophetæ nõ semper habent spiritum prophetãdi: vt inquit Lira.4.Reg.c.3. & ideo iuuatur à Musica, nam excitat ad deuotionem qua accensi prophetæ desuper influuntur à Deo: & sic ibi Heliseus vocauit psaltẽ. Vnde & Plato 6.de legib. Hortatur adolescentes ad morum compositionem erudiendos in Musica, q & Arist.8.Pol. docet, d.Pueros erudiendos in Musica, ad honestum solatium, & mores componendos, & disponendum animum ad virtutes morales, & intellectum perficiendum.

Cauendũ tñ in Musicæ vsu ne chromatica quis vtatur, quia ad lasciuiã inducit, sicut tarditas modorum canentium, vel pulsantiũ fidibus eandẽ frangit, & incitata ad arma impellit, & proinde Christiano viro ea Musica, vel cãtu, vel fidibus constans, quæ ad iram lasciuiam, & huiusmodi vitia, vel solam delectationem animũ moueant, est vitanda: vt in choreis plerunq; euenit: vt docent prædicti: & D.Thom.2.2.q.91. art.1.& habetur in c.cantantes.20.dist. & D.Aug.10.confess.

Cauendum est etiam ne his incumbatur, qñ melioribus, vt prædicationibus, diuinis officijs est insistendum: & sic intelligitur. c.sancta. dist.13.maximè in hac prouincia. ex Conc.Prouin. Med.3.sub tit.de festorum dierũ cultu.

Tertiò, cauendũ ne quis illis vtatur intentione ingerẽdi ad impudicitiam, qa apertè est mortale ex genere suo.

Quartò; cauendum ne in diuinis, organo vel aliter impurum, & lasciuum aliquid misceatur. sess.22.in Trid. Conc.de obs & vit. &c. q si aliqua sint vana tñ: sic actus is contrariatur dupliciter Religioni. Primò, quia non excitat ad deuotionem, sed ad vana, q est contrarium actui diuini cultus. Secundò, quia cultus Deo reddendus per Musicã falsificatur; qui duo actus quia pertinent ad primam speciem superstitionis, qua indebito modo cultus Deo exhibetur, cum superstitio ex genere sit mortale, ideo pulsare, vel cantare huiusmodi vana in diuinis ex intentione mala, vel vana mortale est, nisi quis ignoraret se ex hoc facere iniuriã diuino cultui, sed tantum gratia vanæ delectationis id facit, est enim tñ veniale, & excusatur à mortali superstitioso; qui ẽt ex intentione talia in diuinis misceet, quæ si verbis exprimeret non excusatur à mortali, à mortali fortè non excusatur, cum sit species sacrilegij loco sacro iniuriam faciendo; q si id agat præter intentionẽ cuiuslibet materiæ, sed intentione soni, vel cantus, non est secundùm se mortale; ex vsu tamẽ potest esse peccatum, vt si vsus talis soni esset communiter accõmodatus ad materiam sacra excedentem, ex eove animi communiter ad vana excitẽtur: & potest esse mortale, si esset multum ad venereæ excitatiuus, vel distractiuus. Et ẽt si in prædictis scandalum interueniret, esset dimittendus: vt inquit Gaiet.2.2.q.91.art.vlt. Non tñ damnandi absolutè sunt qui Musicis incumbunt, cũ eius vsus de se licitus sit, nec ij qui lucri causa pulsant in choreis vbi viri, & mulieres congregantur, cum ars ista in omni casu non sit illicita, causa honestæ recreationis.c.peruenit.de consé d.3.vel in honestis nuptijs: nec per consequens qui conficiunt huiusmodi instrumenta sunt damnandi absolutè, licet sint cõsulendi, vt aliunde lucrẽtur, & viuãt: vt d.Silu.verbo ars, ad finem sic tamen vt caueant à supra dictis.

Quò ad Comedias, certum est eas adinuentas esse ad mores reformãdos, ad Comedie an sint pro

prohibita, vel ne, & quo, & qd de ludis.

ad rudium instructionem priscorũ more, qui sub varijs velaminibus, & sensibilibus delectationibus indoctos ad virtutes perducebant, vt esset quasi theatrum humanæ vitæ, vt ibi senum quorundam auaritia, iuuenum petulantia, seruorum fraudes cognoscerentur, & cognitæ fugerentur, ac huiusmodi.

Cauendum tamen ne in huiusmodi vtatur quis dictis, vel factis turpibus, q de se sunt peccata mortalia; sic enim Comediæ redduntur illicitæ, vel quando infertur nocumentum proximo, q ex se est mortale. Turpia autem verba sunt de se mortalia, quæ de se inuitant ad libidinem; si enim quis turpiloquio vtatur simplici, vel quid minus honestum faciat, vt aliquos ad delectationẽ inuitet, graue est & fugiendum valdè, non tamẽ ex genere ex se est mortale. Vel ex defectu debitarum circunstantiarum, vt cum quis vtitur ludo vel locis, vel temporibus indebitis, vel præter cõuenientiam negotij vel personæ, idq; qñque potest esse mortale ob vehementiam affectus ad ludũ, cuius delectationem præponit dilectioni Dei: ita q contra præceptum Dei, vel ecclesiæ talibus ludis vti non refugit, venia le si tantum non afficitur ad ludum, vt propter id contra Deum aliquid committat.

Et ideo in his cauendum ne in loco sacro huiusmodi fiat, quia sic fieret iniuria loco sacro, si non adest rationabilis causa, vt quia tempore belli aliqui essent clausi in ecclesia, & infirmus aliquis egeret ludo aliquo ad somni excussionem: q si in ecclesia sine rationabili causa fiant ludi nõ prohibiti ex animi leuitate sine scandalo, & actibus indeuotis loco sacro, erit tantũ veniale. Quo verò ad circunstantiã temporis, ludi laboriosi quasi totius diei, et non omissa Missa, sunt illiciti, mortale non est tñ quia huiusmodi labores non seruiles, sed liberales sunt, & consumptio festi in vanis, non omissis diuinis, non contra, sed pter præceptum est festorũ. Ratione autẽ personæ illiciti sunt huiusmodi ludi, si clerici sunt, quos oportet Deo inseruire, & ideo ratione scandali in eis est mortale, quo cessante vt tempore pestis in eis non est mortale. Et ita ex prædictis ars comediarum, si fiat moderatè loco & tempore, & à personis congruis.i. laicis, cum ordinatur ad solatium hominibus exhibẽdum, q ijs qñque est necessarium, non est illicita; alias si fiant tempore pœnitẽtiæ, vel in ecclesia modo quo supra, vel cũ habitibus religiosorum in cõtemptum religionis, qui inde sequitur, vel à personis ecclesiasticis sine causa rationabili, & cum scãdalo, vel cum iniuria Dei & proximi, verbis turpibus, vel actibus repræsentantibus turpia, incantationibus, aut iniuriosa dicendo, vel scripturam sacram in iocum ponendo, & huiusmodi, sunt mortalia, & hmõi cõmunio denegatur.c.pro dilectione.de consec.d.2 nec sunt absoluendi, nec talibus licet aliquid dare.c.qui venatorib. 86. dist. aliàs est mortale cum sic ijs foueantur in suo peccato, & coopereturquis illorũ peccato, nisi det ijs ne ab ijs infametur, vel ad ipsorum necessitatem sustentandam.c.donare.86.d ita D.Th 2.2.q.168.art.3. & ibi latè Gaiet. Siluest. ars.§.7.& Plato.lib.6. & 9.de legib. vbi mandat huiusmodi obscena publicè dicentes tanquam morum corruptores è ciuitatibus pellendos; & ideo cum hodierna die passim hac arte abutantur, & obscena vbiq; misceant, Deũ timenti huiusmodi spectacula fugiẽda sunt, & ij à pijs principibus essent è ciuitatibus pellendi, vel præficiendi viri graues qui prius, iuxta Platonis sententiã, eorum dicta & facta spectarent, & approbarent.

Quò ad choreas, licet aliqui dicant eas inuentas esse à dæmonibus propè Saxoniam, qui in aere illas ducebant, & ab ijs populi illi modum illum didicere: attamen non sunt malæ secundùm se, cum qnque honestè fieri possint, & pertineant ad honestam recreationem maximè attenta regionis consuetudine, cui quis se conformat illi conuiuendo, concurrentibus tñ debitis circunstantijs. Primò, vt tempore debito fiat, vt nu-

Choreæ ã sint prohibitæ, vel ne, & quo.

vt nuptiarum, victoriæ communis, aduentus amici diu expectati, & huiuſmodi; vnde eas ducere tempore pœnitentiæ, vt Quadrageſimæ, eſt mortale: vt inquit Alan. 4. diſtinctione 16. ſimiliter diebus Dominicis ſunt illicitæ: ex Auguſtin. in cap. qui die. de conſecratione diſtinct. 2. vbi dicit melius eſſe incumbere operi ſeruili, quàm huiuſmodi: quod intelligitur quando ob id omittitur Miſſa de præcepto, vel id fit mala intentione. Secundò, vt fiant in loco debito, quia ſi fierent in eccleſia eſſet mortale, vel alijs locis ſacris, & religioſis. argumen. cap. decet. de immun. eccleſiarum in ſexto. Tertiò, vt ſit perſona conueniés, quia eccleſiaſticis id prohibetur. cap. clericorum. diſtinct. 46. cap. nullus. de conſecratione diſtinct. ſecunda. quia ipſis id interdicitur, ratione prohibitionis, & ſcandali; & tunc in eis eſt mortale; ſi enim parum & ſecretè id faciant, maximè ſine mulieribus, non eſt cenſendum mortale. Quartò, vt modus ſit honeſtus, cum honeſtas ſit iuris præceptum. §. iuris. Inſtitut. de iuſt. & iure. quia ſi fiant habitu, vel geſtu inhoneſto, vt cum verbis, vel geſtibus ad libidinem prouocantibus: cantibus, turpibus, ornamentis nimis laſciuis, vt cum fœminæ nimis pectora oſtendunt, vel viri pudenda oſtendunt, licet tecta, contra regionis conſuetudinem, vel ſtringunt manus libidinis cauſa, ſunt mortalia. Quintò, vt intentio ſit honeſta, ſcilicet honeſta recreatio, quia ſi fiant vt inuitetur quis ad libidinem, eſt mortale: veniale ſi ex leuitatæ ſuperbiæ, vel gloriæ inanis, cum ex opere intento indifferens opus ſit vel mortale, vel veniale. argumen. cap. vide. 1. quæſt. 1. cap. noli. cap. militare. 23. quæſtio. 1. Sextò, vt ibi adſit ſtabilitas in choreizante, ita quòd non immineat ei inde periculum peccádi mortaliter probabiliter opere, vel verbis: quia ſi non deſiſtat eſt mortale, cum amans periculum in illo pereat. Eccl. 3. Septimò, vt rarò exerceantur, quia aſſiduitas in huiuſmodi tam periculoſis non caret magno periculo peccati mortalis: ſeruatis tamen debitis circunſtantijs ſola aſſuefactio in huiuſmodi non induceret mortale: & ſic ſentit etiam Ric. 4. diſt. 37. art. 3. quæſt. 4. & Alan. 4. diſt. 16. Vnde cum choreæ debeant eſſe veſtitæ tot circunſtantijs, quas difficilè eſt in integrum ſeruare, & bonum fit ex integra cauſa. ex Dion. 4. de diu. nomin. malum verò ex ſingulis defectibus, ideo Chriſtianis ſunt euitandæ, cum vita maximè noſtra debeat eſſe continua pœnitentia.

Quo verò ad ſpectantes idé dicendum, ꝙ de ducentibus; ꝙ ſi mala circunſtantia nó adſit, vt prohibitionis, temporis indebiti, intentionis malæ, periculi, & huiuſmodi, non erit illicitum illas ſpectare, maximè ſi in tranſitu ſpectentur, vel cauſa honeſtæ recreationis; quòd ſi ſunt illicitæ, mortale eſt eas ſpectare, cum ſic foueantur in peccato.

Quo verò ad pulſantes, ſi vident in ijs mortalia fieri, debent ab huiuſmodi abſtinere, & alia arte ſibi victum quærere: nec videntur abſoluendi niſi ceſſent, quando manifeſtè & ſemper in illis mortalia fiût, quia ſic cooperantur peccato alieno; quòd ſi id rarò eueniat, vel non apertè, & ipſi lucrum honeſtum tantum quærant, & moneant choreizantes ne turpia agant, non exiſtimarem eos eſſe in culpa mortali, ita tamen vt pecunias tantum accipiant ab ijs qui donare poſſunt, cum aliàs ad reſtitutionem teneantur. D. Th. 2. 2. q. 32. art. 7. Bald. in rubr. C. de cond. ob turpem cauſam. Silu. Reſtitutio. 4. q. 2.

Quo verò ad conuerſationes, & occaſiones peccati in generali, ſtatuuntur aliquæ regulæ.

Prima ſit regula, ꝙ nó omnes occaſiones, vt infra dicetur, ſunt neceſſariò vitandæ, videlicet generales, quæ ſunt omnes creaturæ, ſed tátum propinquæ, quæ propinquius ſe habent ad opus peccati. *Occaſiones peccatorum, & conuerſationes, q̄ vitádæ, cû*

Hh Secunda

earũ regulis,& declarationib⁹.

Secunda regula, qui se exponit periculo peccandi faciendo opus dubiũ an sit licitum, vel illicitũ mortaliter, non est absoluẽdus, nisi animum deponat tali periculo se exponendi. Gaiet. in summa. verbo, periculum, quia mauult id opus cum dubio incurrendi transgressionem diuini præcepti, quàm abstinere ab opere illo cum certitudine non errandi, & simpliciter tenetur abstinere si id sit intrinsecè malum.

Tertia regulæ, tenetur quis abstinere ab occasionibus propinquis peccati venialis, quãdo videt se ex ijs experientia teste trahi inde ad mortale, ex g. si vadit ad cõspiciendam mulierem speciosam curiositatis tantũ causa, si ex aspectu vel confabulatione videt se semper trahi ad mortalem consensum, tenetur ab illa occasione cauere, quia se exponit periculo probabili peccati mortalis: sic etiam qui ex assiduitate iurandi facilè & sæpè exit in periurium, tenetur illam consuetudinem derelinquere, vt & qui consuetudine peccandi cognoscit se ad aliud & aliud peccatum trahi, nec magnis tentationibus sine graui periculo posse resistere, tenetur illum statum deserere, modo tamen quo infra dicetur.

Quarta regula, occasio generalis peccãdi mortaliter, quam præbet ars vel officium, quo aliàs licitè vti licet, non cogit necessariò ad relinquẽdum illum statum, quia in quocunque officio potest quis peccare. cap. de occidendis. 23. quæst. 5. & dicitur occasio accepta.

Quinta regula, ire ad locum, vel societatem, vbi est periculum peccandi mortaliter propter aspectus, persuasiones, commoditates, & huiusmodi, non est ex genere mortale, quia stat in eius arbitrio etiam præsentibus talibus occasionibus nõ peccandi, licet si sine vrgente necessitate id fiat, ad peccatum incautelæ id pertineat, & qui conscius propriæ fragilitatis dubitat de casu, vel credit se casurũ mortaliter experientia teste, si eo vadat, statim vel quasi statim, nulla necessitas eum excusat si illuc eat, vel moretur: vt d. Gaiet. in summa. verbo, periculum, etiam q bis, ter ve tantum id sit expertus: vt ibi dicit Gaiet. cum tali non sit fidendum, vt nec ei qui promisit restituere in confessione, & nunquam restituit, nec ei qui ex certa quantitate vini sumpta pluries se sentit inebriari, qui sic non excusatur ab ebrietate: si tamen quis se constantem putet, & necessitas vrgeat eundi ad illum locum, excusatur: si verò necessitas non adsit erit peccatum incautelæ maius, vel minus iuxta singulares cõditiones periculi: & si ex colloq js honestis cũ mulieribus surgunt carnis titillationes, & humectationes absque pollutione, & citra consensum, redire ad hmõi colloquia nõ est illicitum ex causa, cum huiusmodi titillationes surgant ipsis nolentibus, & similiter si illæ occasiones non sint de se mortiferæ, non sunt necessariò vitandæ.

Sexta regula. Qui domi habet mulierem masculumve cum quibus bis, ter ve peccauit, vel scholares idem faciunt, aut peccant cum ancillis, dominisve ex huiusmodi occasione, vel cum magistris, & huiusmodi, si ex huiusmodi cohabitatione sæpè in peccatum labuntur se commiscendo, vel etiam tangendo mortaliter, non sunt absoluendi, nisi se separant ob periculum recidiui, cum semel malus semper præsumatur malus in eodem genere mali, cohabitationis, scilicet cõmoditate reg. malus. de reg. iur. in 6. cum hæc sit occasio proxima peccati, quæ est omnino amputanda ex prædictis.

Fallit prædicta regula quando peccatum est occultum, & cessat in futurum periculum recidiui etiam tactu tantum, & cogitatione, vt quia formosa facta est deformis, vel ægra ægritudine incurabili, vel vir impotens ad copulam, vel fornicator cum alia speciosiori matrimonium contraxit, vel quando cessat causa recidiui, vt quia

prius

prius dormiebãt in vno cubili simul, & ex huiusmodi concubitu simul peccabant, si in alio cubili separatim dormiant, & adsit causa cur separari non possint, vt infra dicetur, cum cessante causa cesset effectus. cap. cum cessante. de appellat. Lopez. in instruct. cap.10.ver.14.

Fallit secundò, quando is qui ex occasione prędicta peccauit, pœnitet verè peccatorum ex illa occasione patratorum, & simul proponit nunquam redeundi ad similia peccata, & firmè deliberet cauendi, Deo dante, ne ob talem occasionem peccet, cum in ea se inuenerit, & adsit notabilis causa non abstinendi à tali occasione: vt inquit Nauar. loco infra citando, quæ tamen intelligi debent, quando non est tanta fragilitas delinquentium explorata ex conuictu præterito, & occasio ita ad peccatum impellens, vt nullus sanæ mentis cócipere possit spem emendæ, quia id esset tentare Deum exponendo se occasioni violentæ peccandi, vt dormiendo solum cum sola, fragilem cum fragili, & huiusmodi, quia hoc casu, non sunt absoluendi, nisi relinquant occasionem peccati etiã si ex separatione oriretur scandalum, cum iniqua sit compensatio velle vitare scandalum aliorum cum interitu propriæ salutis: vt dicit Lopez. 1.part. cap 22. in tertio notabili. & idem Lopez in d. instruct. 1.parte, cap.21. contra Nauarr. in quo tamen saluari potest & Nauarra, quia in casu proposito dicit posse absolui, concurrentibus ijs quatuor conditionibus, & supposito quòd bis, vel ter tantum, aut semel peccarũt, quia sic non est desperandum de eorum emenda, & si de facto absoluerentur etiam sine tali spe probabili, stantibus prædictis quatuor conditionibus crederem eos esse verè absolutos, licet sacerdos non esset immunis à peccato, cum sic ageret contra propriam conscientiã, & contra discretionem clauium, qui tamen immunis esse posset à peccato, quando rarò peccarunt, vt in casu Nauar. concurrent bus prædictis, & eo magis si sit sublata occasio peccati, etiã quòd pluries hoc casu peccarint, quia sic non sunt separandiã conuictu in eadem domo ex causa iusta, si probabiliter creditur eos non amplius peccaturos etiam tactibus, vel desiderio, vt quia alter iam duxit vxorem quam valdè amat, vel est effectus compater ipsi mulieri, quia leuauit eius filium de baptismo hac intentione ne eam deinceps tentet: vt dicit Lopez loco cit.

Fallit tertiò, cum pœnitens non valet expellere cohabitantem, vt quia est filiusfamilias, nec potest expellere ancillam cum qua peccauit, vel ipse exire est domo paterna, quia sic generaretur scandalum, quo casu absolui potest, dummodo promittat se amplius solum cum sola non esse conuersaturum, id significando ancillæ, & illi dicendo, vt idem faciat, & idem si peccarit cum propinqua quam non potest eijcere, nec ipse exire sine scandalo, seruatis prædictis: vt dicit Graphius loco citat. num.12. & salubre consilium est in huiusmodi difficultatibus imponere graues pœnitentias, vt verbi gratia, si recidat, die sequenti ieiunet, coronam, vel septem psalmos recitet, intra triduum confiteatur, vesperi faciat examen conscientiæ, & huiusmodi: in quibus tamen agendis cogi non potest pœnitens, sed tantum suaderi, vt nec quòd iuret, aut voueat se tale peccatum de cætero non admissurum. vt dicit Graphius loco citat. cap.29. si tamen cum huiusmodi personæ semel, bis, terve sint absolutæ non incipiunt emendari, abstinendo à copula, tactibus, colloquijs obscœnis, impudicis cogitationibus, & huiusmodi, non sunt absoluendi: vt dicit Lopez dicto loco. cap. 22. vt nec qui peccant cum consanguinea, vel alia in alia domo existente sine proposito non ingrediendi illam domum, quando etiam q causæ superius explicatæ à Nauar. concurrant, tamen ex fragilitate, exper-

tum est illas conditiones non seruari, quia sic non sunt absoluendi, nisi emendentur: vt dicit Lopez loco citato, cap. 23. sicut nec coniugati in gradu prohibito occulto, vbi est talis fragilitas simul peccandi, sed quærenda aliqua occasio se absentandi; non tamen tenetur quis abstinere à ciborum calidorum esu, etiam si propter eos sit prouocatus ad libidinem: vt dicit Nauar. cap. 3. num. 5. cum id non sit ab ecclesia prohibitum. Lopez dicto loco, 1. parte, cap. 13. in fine. Nec qui ducit choreas, aut amplexatur aliquam iuxta patrium morem, vt ibi dicit Nauar. stantibus prædictis conditionibus, & quandoque peccet modo ex fragilitate propria contrarium non sit expertus, cum huiusmodi sint periculosa, nec sufficiat quòd concurrant quatuor conditiones à Nau. assertæ quando ex experientia ob fragilitatem nulla est, vel parua spes emendationis, & prædictæ conditiones non seruantur: vt dicit Lopez loco citat. cap. 24. Cum non sit necesse, quòd opus sit ex se illicitum, vt occasio peccati vitetur, vt benè notat Lopez loco citato, cap. 21. quia etiam si opus sit ex se licitum, & tamen ex eius exercitio, vel conuersatione ob fragilitatem incurratur in peccatum ferè semper, vel sæpè, cum sic gignatur dubium peccati futuri probabile, quod dubium lapsus futuri necessariò est vitandum: vt dicit Lopez dicta prima parte, ca. 58. circa principium. si non sequitur emendatio, adhibitis debitis remedijs, est ab eo cessandum: vt ibi dicit Lopez, cap. 21. & 24. vnde huiusmodi non sunt absoluendi, nisi promittant se abstinere ab huiusmodi occasionibus, & si ad hoc ea re promissa reinciderunt, suspendendi erunt ab absolutione, donec in eis emendatio appareat, nisi aliqua rationabilis causa, puta infirmitatis, vel necessitatis celebrandi, & huiusmodi aliud suadeat, vt scilicet absoluendi sint, vel adesset scandalum si non absoluerentur, & peccatum sit occultum, stante tamen promissione prædicta, & eo prouiso, vt pœnitentes non inducantur in desperationem, nec dimittantur, si fieri licitè potest, absque absolutione: sic tamen, vt ante omnia eorum saluti prouideatur; Sic etiam absolui non debet qui ex eo quòd aliquam ducat per manum, vel videt lauantes, aut natantes, vel choreas ducentes, vel crura mulierum, & huiusmodi peccat mortaliter ex cōsensu, vel morosa delectatione, non est absoluendus, nisi vitet huiusmodi occasiones, cum experientia teste, & fragilitate propria, quis expertus est, se in huiusmodi semper peccare, vel sæpissimè, vt dicit Lopez loco citato, cap. 25. & idem de ijs qui in imponendis christeribus, vel medendis mulieribus in partibus pudendis sæpè in consensum, vel delectationem morosam labuntur, nisi promittant ab huiusmodi occasione abstinere: vt dicit Lopez loco citato: qui idem dicit de alijs occasionibus, quæ in negotijs alias licitis contingunt, si experientia teste, quis in illa occasione ruit in peccatum mortale, nec subest spes emendationis attenta propria fragilitate, & præterita experientia: qui idem sentit de blasphemo, vel iurante, si inde ruit in periurium, quando semper quòd confitentur eadem peccata confitentur, & nunquam emendantur sic quin iterum in mortale peccatum labantur; sic enim primis vicibus eis remedia de quibus infra suo loco dicetur, sunt applicanda, qui si ad huc non emendantur, ad tempus absolutio debet eis denegari, donec illum abusum paulatim abrogarint, mandando eis vt cum iurarint, vel blasphemarint, ieiunient, eleemosinam erogent, coronam recitent, & huiusmodi, iubendo etiam eos describi in societate nominis Iesu: vt ibi dicit Lopez.

Septima regula, accedens ad cōfessionem sine proposito recedēdi à peccato mortali, vel eius occasione propinqua Occasiones nō relinquens

peccati an abſoluendus,& quo pinqua modis ſupra explicatis, abſolui non poteſt,aliâs vterque ſacrilegiũ committit: vt d.Lopez loco cit.propè fi.c.25. vbi licet dicat cum diſtinctione quadam eum nõ eſſe audiendum in confeſſione;ego tñ ſimpliciter aſſererem eius confeſſionem eſſe audiendam ; cũ de hoc ſit textus expreſſus in c.quod quidam.de pœnit.& remiſ.vbi definitur cõfeſſionem talium eſſe audiendam,& conſilium eis dandum, & pœnitentiam non aũt abſolutionem, conſilium verò erit vt eis exponatur peccati grauitas, & detur eis tempus viginti dierum, vel circa, ad rectè cogitandum, & reuertendum ad confeſſionem,& iniuncta eis pœnitentia, vt ſic diſponantur ad veram pœnitentiã, quorum etiã confeſſio ſic imperfecta non eſt ſufficiens ad faciẽdum eos ſatisfacere præcepto eccleſiæ de confitendo ſemel in anno, quia id intelligitur, vt inde reportent abſolutionẽ, vel per eos non ſtet:vt not.in d.c.& in c.omnis. & per Sot.4.d.18.q.3.art.3.

Vnde plura corollaria ſequuntur: Primò, quò ad ludos, ꝙ quidam ſunt honeſti,& deuoti, vt cantus eccleſiarum quæ fiunt ad honorem Dei,& ſanctorum,& hi ſunt laudabiles, quidam turpes, & tales ſunt fugiendi: quidam ſunt ordinati ad recreationẽ,qui poſſunt benè, & malè fieri, de quibus loquitur Philoſophus 4.Ethic. & ab his pœnitens vt frequentius debet abſtinere, recreationis tñ cauſa illis qñq; licet vti:ſic de ſpectaculis. Ric.4.d.16. art.3.q.1. niſi ratione ſcandali,vel ꝓhibitionis, vt clericis interdicitur ludus cum armis.c.continebatur.de homici.cum & arma ferre eis prohibeatur. c.clerici arma.de vit. & hon.cler. ſimiliter eis ꝓhibentur ludus hiſtrionales,c.donare.cum ibi not 86.diſt.& generaliter oẽs ludus quo ſcandalum irrogant,vt chorizatio: vt not.in c.cũ decorem. de vit.& hone.cler. ſecus in ſecreto cum aliquibus domeſticis; ſimiliter ludus alearum,laruatio,& huiuſmodi.arg.c.pro dilectione.de conſec.d.2.c.1.35.diſt.c.inter dilectos, de exceſſ.præl.quò ad laicos verò prohibentur,Primò,omnis ludus in quo ꝓbabiliter vitæ periculum incidit,vt in torneamẽto,vel duello.l.cruenta. vbi gl. C.de gladiat. ſecus qñ non incidit probabiliter,licet qñque acciderit,vt in haſtiludio. Secundò eſt prohibitus ratione periculi animæ propriæ, vel alterius, vt qñ continet in ſe turpitudinem, vel in choreis, vt in pluribus. Tertiò,loci ratione,ſi in eccleſia quid fieret importans magnam irreuerentiam. Quartò, ratione temporis, vt ſi in paraſceue, vel in die feſto fieret cũ omiſſione Miſſæ. Silu. ludus. Ludere verò cauſa lucri faciendi non eſt ſimpliciter mortale ſi fiat cum eo qui donare poteſt, quia eſt potius negotiatio, quàm iocus: vt probat Caiet.2.2. q.168.art.3. & eo magis ſi fiat vt lucrũ fiat cũ diuite cauſa ſuſtentãdi familiã ſuam; nec ẽt ſi fiat ex ardenti ludi appetitu,niſi ex hoc aliqua lex, quæ obliget ad mortale, violetur,vt qui Miſſas perdunt,vel ſubeunt periculum amiſſionis bonorũ ſine quibus nequeunt ſuſtentare vxores,liberos, &c. de præcepto.Nau.c.19.num.3. vbi d.non peccare etiã venialiter clericum, qui chartis ludit, vt ægrotum excitet, & recreet, modo non frangat vllam legem obligantem ad mortale.

Mortale verò eſt cum ſcriptura ſacra in ludibrium ſumitur, vel alias fit irreuerentia Deo.c.cum decorem.de vit.& hon.cler. & Conc.Tr.ſeſſ.4.§.fi. vel qñ ludi de ſe ſũt impudici, & aliàs de ſe mortiferi. c.nec ſolo. 33.q.5. vel fiunt cum notabili ſcandalo,vel notabili alterius nocumento, vel periculo eius ꝓbabili.c.1.de torneam.ca nihil. de præſcript. vel qui vincit rem notabilem cum non valente donare, aut fraude,quia paruitas excuſaret à mortali, aut ludit ludo lege prohibito. Ludi verò prohibiti ſunt ij quib. magis nititur quis caſu & fortuna, ꝙ induſtria & arte, quib⁹ luditur ob lucrũ principaliter.c.eps.35.d. l.j. ff.de aleæ luſu. Ludus item chartarum qui nititur induſtria, ſed magis fortuna, quo

luditur ob lucrum principaliter; si.n. ludatur causa recreationis à prandio, nullo pretio proposito, vel solo paruo esculéto secus, id enim permittitur. l. quod in conuiuio. vbi gl. ff. de aleæ lusu. & in d.c.1.35. dist. Eadẽ ratione prohibetur etiã ludus, qui magis nititur industria, q̃ fortuna, quo luditur principalius causa lucrãdi, q̃ animum recreandi auth. alearũ vsus. C. de relig. Non tamẽ existimandum est esse mortale, nisi violetur aliqua lex obligans ad mortale, vt de reuerendo Deo, vel proximo, de soluẽdis debitis, de subueniendo propriæ familiæ, & huiusmodi, & qñ ludus est mortalis peccat, qui subministrat ludenti domũ, mensam, candelas, & hmôi. arg. c. error. 83. dist. & clericus eum spectans si multo tempore spectet, vel eo delectatur, & delectaretur & si esset mortaliter malus, secus si laicus sit. c. clerici. 2. de vit. & hon. cler. ludus etiã sub alicuius rei sponsione, vt quòd quid erit vel non, siquidem ludens rem nouit est mortale, quia dolus adest, secus si res sit dubia. l. ad præsens. ff. de reb. cred. l. à Titio. ff. de verb. vel vtitur dolo in ludo, tunc enim & mortaliter peccat. Nau. d. ca. 19. In ludo etiam licito non licet vti habitu religiosorum. auth. de sanctis episc. §. fin.

Negotiatio an sit dimittenda, & qũo.

Secundò, dubitari potest an negotiatio pœnitenti sit omittenda. Resp. q̃ duplex est negotiatio: vt d. D. Th. 2. 2. q. 77. art. 4. vna quæ sit ad res commutãdas ob vitæ necessitatem, & hæc est licita, vel vt ciuitati subueniatur, alia quæ fit ob lucrum, & hæc est illicita, nisi lucrum sit honestum, vt ad familiam sustentandam, simpliciter tñ negotiatio est in se licita, licet nõ semper. c. fornicari. dist. 88. vbi Aug. d. Fornicari nunquam licere, negotiari qñque licet, qñque non, facto clerico nõ licet ante hic. Præterea negotiatio vel reprobatur ratione sui & hoc non, q̃a bono publico prodest, & dignum est, vt quis laboris sui fructũ quærat, vel ratione periuriorum fraudum, & huiusmodi, q̃ ibi fieri solent, & hoc non, quia illa negotiantis nõ negotij vitia sunt. c. qm̃. 88. dist. aliter, vt ibi d. Aug. essent damnandæ omnes artes mecanicæ cũ in eis huiusmodi soleant misceri, & scientiæ, cum gloria vana ibi qñque adsit. Potest tñ negotiatio vitiari, Primò ex parte rei: secundò, si sit res non venalis, vt sacrm̃, ordo, beneficium ecclesiasticum, vel aliquod spirituale; similiter iustitia, & testimonium. c. si. 14. q. 5. Sic & qñ res quæ per leges humanas vẽdi prohibent, vt frumentum publici canonis. l. 3. C. q̃ res vendi non pos. item filius, & liber homo vendi non potest, nisi filius famis necessitate vrgente. l. 1. 2. C. de patrib. qui fil. distr. nõ tñ id cõceditur matri, vel marito. Idem patet de ueneno, q̃ per se, nec alteri rei admixtũ vsui humano prodesse potest. l. quod si pater. §. 1. de contrah. empt. not. Innoc. in c. 1. ne cler. vel monach.

Quid verò iuris in vendentibus fucos, taxillos, chartas, arma offensiua, & huiusmodi quibus homines ad malum ut plurimum uti solent. Resp. q̃ si uenditores putant ementes probabiliter eis usuros ad malum, uel per se, uel alios agendũ peccant, cum proinde sit ac si furioso arma ministrẽt, & ideo cum penitent, ab huiusmodi negotiatione debent abstinere; si uerò contrarium præsumant non peccant: ut d. Aug. ad Publicolam. absit ut ea q̃ propter bonũ facimus, aut habemus: si aliquid per hoc præter nostram uoluntatem, malum acciderit, nobis imputetur. Vnde hmôi uendentes indistinctè, inter ementes nil distinguẽdo peccant, nec possunt absolui, nisi officia deponant, uel ritè cõsiderent qualitatem emẽtis an meretrix sit q̃ emit monilia, fucos, & hmôi, uel uirgo ut inueniat uirum facilius, uel nupta, ut placeat uiro tñ ne fornicetur: vel an furioso arma uendãtur, aut uindicatiuo, uel uenenũ grauidæ, ut sumi possit inde aborsurã: ut in simili d. D. Th. 2. 2. q. 159. non licere uendere ea quæ ad malum præsumitur, q̃ adhibeãtur: si quis tñ nõ cogitans an benè, uel male,

lè, quis illa re vsurus sit, eam hmôi, uendat non peccat, quia is nô peccat uendens ea quibus, ut plurimû homines in malum utuntur, licet ad præsidem ciuitatis pertineat ea abolere: ut inquit Gaiet. d. q 169. art. 2. & Nau. id probat in c. negotium num. 8. cû seq. de conf. d. 5. Et ita si uêdat ijs qui illis sunt abusuri, vt ad peccatum inducat, peccat, quia sic peccato consentit, uel si ea ars sibi à præside ciuitatis prohibetur: & sic intelligûtur prædicta, secus si uendat abusuris non intendens eorum peccatû, sed lucrum honestû, nec ullo casu tenetur quærere an ea re sint abusuri: & sic prædicti authores conciliantur, idem Gaietan. 2. 2. quæst. 10. art. 4.

Ex parte personæ prohibita est negotiatio si sit clericus, aduertendo, q negotiatio quædam est publica, & politica vt ciuitatis necessitatis subueniatur, & hæc prohibetur clericis. 1. Timoth. 5. & 88. dist. per tot. quædam est œconomica, quæ fit ad sui sustentationem & est licita, qñ fit ad sui sustentationem, uel uendûtur quæ supersunt de redditibus: quædam est artificiosa qñ res uenditur arte meliorata, & est licita clericis, si egêt. c. clerici officia. de uit. & hon. cler. c. clericus. 91 dist. c. nunquam. de conf. d. 5. sic etiã clerici possunt opera ruralia ubi egerent exercere, sine tñ diuinorum omissione. c. 1. de celeb. miss. nisi scãdalum esset, uendere uerò rem non melioratã causa negotiationis eis non licet. c. fornicari. 88. dist. cum seq.

Similiter est illicita negotiatio si cibi uendantur prohibiti tempore Quadragesimæ, ubi non apparet causa rationabilis illis utendi: sic êt cauponibus non licet apponere cœnã ijs quos putant posse ieiunium seruare modo quo infra dicetur: & minus cibos prohibitos, & uinum ijs quos putant facilè inebriari, & generaliter ut supra, qñ uenditur ijs qui putantur ad peccatum mortale, illa re usuros, modo tñ ibi exposito, quando scilicet intendunt, aliàs non, ut supra.

Ex parte loci est prohibita negotiatio, ut si fiat i ecclesia, uel cœmeterio. Matt. 21. & hr in c. decet domum Dei. de immun. eccl. in 6. ubi prohibentur principaliter teneri res uendendæ, & etiam culpa non carent, qui ibi contractus faciunt.

Ex parte etiam temporis prohibita est negotiatio si fiat die festo. Exo. 20. c. licet. de ferijs. nundinæ tñ post audita diuina ijs diebus, ubi uiget talis cõsuetudo fieri non prohibentur, idq́ue permittitur causa necessitatis, ut & piscatio aleciarum.

Illicita est êt negotiatio si fiant ibi mendacia, periuria, fraudes, uel pluris uenditur extraneis, q̃ indigenis cõtra. c. 1. de empt. & uend. uel si quis contendat sibi soli licere certas merces vendere, uel si mercatores inter se conueniant, de non uendendo nisi tali pretio, uel q nullus prosequatur opus ab alio cœptum, ut chirurgi, cum magno infirmi periculo. Med. de reb. rest. q. 30. Silu. Negotiatio, emptio, ars, chorea, ornatus. Turr. Cre. in cap. qualitas lucri. de conf. d. 5. D. Th. 2. 2. q. 77. art. 4. & q. 150. art. 2. t. in c. facere. c. qualitas lucri. de consec. dist. 5.

Et generaliter in ludis, artibus, negotiationibus, ornatibus, & hmôi, quæ ibi ex sui natura mala sunt, quia turpitudinem contineant, uel ex aliquo annexo illicita sint, sunt omnino vitanda, quæ honestatem uerò præ se ferunt nô sunt ab eo derelinquenda, uel utilia sint bono communi, quæ autem ex sui natura mala non sunt, sed ex malo rei usu, ut in choreis, ornatibus, ludis, negotiationibus, militia, officio publicanorum, & huiusmodi, ut quia milites plus iusto exigant, si innocentes opprimant, si seruiant in bello iniusto si subditi sint, & in dubia iustitia belli qñ aduentitij sunt: & quò ad gabellas q iniustæ nô exigantur, & q instrumentis, uel negotiationib. utenti ad malum finem quis uendat, uel ipse talia mala intentione exerceat; huiusmodi enim nô possunt absolui, nisi malam illã consuetudinem deponat,

& prædictorum abusum, & si periculum est recidiui, tutũ erit differre ministrationem sanctissimę Eucharistię, donec constet de pœnitentia, & conuersione: vt not. in c. omnis. de pœnit. & remiss. ita Turr. Cr. in c. qualitas lucri. de pœnit. d. 5. Silu. locis prædictis. Nau c. 19 n. 5. cũ seq. de quib. & infra.

Occasiones peccati in particulari, quæ relinquendæ, & quo cōfessor in ijs se hře debeat.

Quo deniq; ad conuersationes, & occasiones peccati vitandas. Notandũ primò, nō teneri quē promittere nunquam vsurum se occasionibus remotis inducentibus ad peccatũ: aliter oporteret exire de hoc mundo. 1. Corin. 5. Omnia. n. ferè possunt ita esse occasio peccati, vt sanitas, diuitiæ, & hmōi. c. de occidendis. 23. q 5. D. Th. 2. 2. q. 43. art. 1. ad quartum. Non etiam tenetur statuere perpetuò abstinere ab occasionibus propinquis peccati venialis, cum non excludant à gratia. Tenetur tñ se abstinere à propinquis occasionibus peccati mortalis, quæ difficilè est in particulari discernere, quia quæ vni est occasio peccati non erit alteri constantiori; nulla enim est occasio quæ nos possit cogere ad peccatum, quia peccatum, nisi sit voluntarium nō est peccatum. c. 1. 15. q. 1. ca. ita ne. 32. q. 5. & nullum est ferè officium in quo nō contingat aliquem peccare. c. de occidēdis. 23. q. 5. Vt verò occasio dicatur propinqua non satis est, quod pœnitens, & cōfessor credant, quod nisi recedat ab ea, aliqñ sit peccaturus ēt mortaliter in suis officijs, nec oportet eos id credere, vt absoluantur: vt d. Inn. in c. omnis. de pęnit. & remiss. debet tñ proponere se nunquam ope diuina amplius peccaturum mortaliter, & confessarij credant eos non peccaturos mortaliter in suis artibus, ob quod non debent eis præcipere ne ad illas redeant, licet in illis periculũ insit, modo licita sint. c. consideret. §. in his. de pœnit. dist. 5. c. noli. c. militare. 23. q. 1. D. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. Dicendum ergo, quod occasio propinqua à qua necessariò debet abstinere pœnitens, & statuere se nunquã ea vsurum, est oīs illa & sola, quæ est peccatũ mortale, aut talis occasio peculiaris licet ex se aliàs licita sit, qua credit vel credere debet se nunquam, vel ferè nunquam ea vsurũ sine peccato mortali bene perpensis eius circunstantijs: vnde non sufficit generalis occasio peccati, quia sic oporteret deserere omnes artes, & officia. Et ratio huius conclusionis est, quia nemo debet absolui, nisi statuat saltē virtualiter se nunquam in posterum peccaturum mortaliter, & consequenter vitaturum occasionem, quæ ex se sit mortalis, vel peculiaris huiusmodi quã credit probabiliter peccati mortalis sibi causam futuram. Eccl. 3. Qui amat periculũ peribit in illo: nam nō vitare huiusmodi occasionē, qua credit se ferè semper ad sic peccandum mortaliter impulsum iri, est peccatũ mortale: vt d. Nau. in c. si quis autem. num. 4. & 5. de pœnit. dist. 7.

Ex qua diffinitione resoluūtur plures casus. Primò, quod confessarius regulariter non debet absoluere pœnitentem, qui nō omittit occasionem, quæ eum quasi semper facit peccare mortaliter cum alijs subiectis similibus, quia quod de vno subiecto iudicatur de alio simili existimatur. Dr regulariter, quia aliquibus cōcurrentibus poterit confessor absoluere se non separantem à tali subiecto: Primò, quod adsit vera pœnitētia præteritorũ: Secundò, verum propositum cauēdi Deo dante de futuro: Tertiò, quod adsit notabilis causa se non separandi pro tunc, quia data opportunitate ratione periculi si aderit, tenebitur. arg. c. cōsultatio. de frig. & malef. vbi diffinitur iunctos matrimonio debere viuere simul vt frater & soror, licet non valeret eorũ matrimonium ob impotētiam coeundi, cũ tamen inter hmōi multa fœda committi possint, & ideo qñq; concedi poterit vt duo iuncti matrimonio inter quos sit impedimentum possint simul habitare, vt frater & soror, dum expectat dispensatio qñ casus est occultus. Vnde ēt non debet excludi à pœnitentia, qui emendo, vel vendendo voluntate, vel ēt opere qnque peccauit cum mulie-

mulieribus,cum quibus in eadem do mo non habitat, etiam ſi nõ ceſſet ab huiuſmodi cõtractibus, modo propo nat ceſſare à peccato, quia hmôi occa ſio nõ eſt propinqua. Non poſſunt tñ abſolui publici cõcubinarij, nec ij de quibus ſcitur ab aliquibus ratione ſcã dali: vt d.Silu.concubinatus: licet con cubinarius iã ſit cõtritus de peccatis, & arbitrio ſacerdotis abſit periculum recidiui, ob ſcandalum vitandum, & ẽt ꝙ ſcandalum non ſit datum ſoli vi ciniæ,ſed id ſit notorium etiã vni tñ, vel duobus ẽt ꝙ ſit emendatus, tenetur eam eijcere,niſi ſcandalũ id apud illos ſit ſublatum. Lopez in Inſtr. 1.p. c.20. & ẽt ꝙ non peccent ſimul ſi adſit tale ſcandalum,niſi deponatur, maximè ſi ſint perſonæ quæ prohibentur ſimul cohabitare à iure, vt clerici cum mulieribus tot tit.de cohab.niſi ſit ma ter ſoror,& aliæ perſonæ ibi exceptę, & idem in laicis,qui tale ſcandalũ, vel ſuſpitionem afferunt: vt d.Iacob.Graphius deciſ.aurearum.lib.1.ca.28.nu. 6.7.& 8.Nec ẽt occulti, quia regulariter non debet credere eos ſimul victu ros, & nõ peccare, concurrentibus tñ prædictis quatuor poterit, & idem de ijs qui peccarunt cum ancillis, vel cognatis,concurrentibus prædictis ſi ſine magno incommodo ſeparari non poſſunt, ẽt ſi qñque reciderint modo ſupra expoſito,hos tñ ego cogere ſoleo,quandiu in eo ſtatu viuere cogun tur,vt ſæpiſſimè ad me accedãt ad con feſſionem faciendam, vt ita & eorum conſtantia cognoſcatur, & ex gratia diuina, quam in ſacramẽtis recipiunt contra tentationes roborentur, quo tñ caſu magis ſubueniendum eſt cognatis,q̃ ancillis: & eo magis ſi ſint in primo gradu, quia difficilius ſeparari poſſunt; & ita ẽt potuit abſolui hoſpita,quæ hoſpites excipiendo, cum vno qñque peccauit, ẽt ſi officium non di mittat,modo proponat ſe cum eo am plius non peccaturam, & ei dicat etiã vt ad ſe non accedat, & idem debet fa cere ancilla & cognata: aliter minari ei ſe receſſuram niſi deſiſtat, ꝙ ſi ipſa parata ſit ſemper, ꝙ à Dño petitur, ſibi conſentire ad peccatum cõmittendum,vel ſeruus furtũ, aut homicidiũ eodem mandante facere, nullatenus ſunt abſoluendi,niſi ſeparẽtur, vel ſal tem eum omnino animum deponant prædictis concurrentibus. Et idem dicendum de eo, qui peccauit cũ aliqua muliere in domo alterius, etiam ſi nõ proponat vnquam nõ ingredi domũ illam,modo proponat ſe non peccatu rum, non tñ eſt ei concedendũ vt eodem adeat vbi ſola ipſa ſit; & ita qui vi dendo mulieres lauãtes, vel cum illis choreizando pollutus eſt, non eſt cogẽdus abſtinere ab huiuſmodi,modo proponat vt ſupra, & ſit cauſa non abſtinendi ob patriæ conſuetudinẽ, con currentibus prædictis, & idem dicendum de ſimilib. Nau.ca.3.nu.5.cũ ſeq. & Io.Med.de pœn.tract.1.q.9.ad ſi.ex quibus patet in communi de conuerſationibus malorum quid iuris.

Et in ſumma confeſſarius regulariter nõ debet abſoluere pœnitentem, qui non relinquit occaſionem quæ ſe rè oẽs qui ſunt ſimiles eius facit ſemper peccare mortaliter, niſi concurrant tales circunſtantiæ, quæ ſuadent, ꝙ nunquam, vel raro peccabit ob eã: vnde poſſunt abſolui iuuenes qui con uerſando cum mulierib. emendo &c. qñque peccãt cogitatione, verbis, vel tactibus,& qñque copula: vt d.Nau.d. nu.5.F. ſeruatis tñ ijs de quib. ſupra; abſolui tñ non poteſt miles qui redit ad bellum, ꝙ credit iniuſtum; magiã, necromantiam,vel aliam illicitam artem, nec cõcubina volens viſitare cõcubinarium in articulo mortis,niſi eũ inducat ad pœnitentiam præteritorũ peccatorum, ꝙ tñ non caret periculo ob memoriam cohabitationis præteritæ: poteſt abſolui tñ hoſpita q̃ dum recipit quendã, cum eo peccat, modo proponat ſeparatim ab eo degere, & dicat ei ſe pœnituiſſe, nec ruat in amplexus cum eo qñ domũ ingreditur, & idem de aulico qui loquendo cum quadam iuuene ſemper polluitur, & idem ſi contingat confeſſori audienti

certam

certam personam si polluitur cũ consensu eam audiẽdo, quia tenetur abstinere si conscius suæ fragilitatis, licet se munierit orationibus videt se ruere. Lopez. d.1.p.c.2. similiter non possunt absolui puellæ quæ in gremio iuuenum recumbunt, nisi proponant ab huiusmodi abstinere, vel se tangũt impudicè choreas ducendo. Lopez post Nau. cap.23.

Occasionẽ peccati dans qs dicatur, & an talis sit absolued⁹ cũ resolutione variorum casuum.

Quò autem ad dantem occasionem alijs peccandi. Notandum, ꝙ qui tam parui æstimat salutem spiritualẽ proximi, vt absq; necessitate, vel vtilitate vel ex mera libertate suæ voluntatis, aliquid agat, quòd credit proximum ad mortaliter peccãdum allecturum, peccat mortaliter, exemplum in muliere, quæ sine necessitate exhibet se conspiciendam illi, quem credit ea visa, exarsurum in carnale desiderium, mortale est ẽt si ipsa id non intendat, vel non simili desiderio teneatur. D. Ant.2.p.c.4.col.6.facit.c.nihil.de præscript. Silu. delectatio. nu.6.ꝙ si id facit ex necessitate, vt ecclesia adeat ad Missam audiendam, vel in ianua sedet cũ vicinis vrbanitatis causa, vel hmȯi de causa secus est. Sic etiã peccat qui vtitur cõsuetudine alicuius mulieris suspectæ, vel domi retinet mulierem de qua populus sinistrum suspicatur, etiam si cognata sit, donec eam reijciat, vel suspitionẽ remoueat. Maior in 4.d.15.q.30. Similiter si detinet domi mulierem, de qua populus malum suspicatur, etiam si nec opere, nec cogitatione peccet, quia ratione scandali ob fratris charitatem est abstinendum non solum à malo, sed etiã à specie mali: vt alibi dixi, & explicat D. Th.2.2.q.43.art.7.8. vbi Bannes. vnde & qui ex causa comedit carnes tempore vetito, tenetur causam significare videntibus. Idem de eo, qui patitur se tãgi inhonestè, vel osculari ab ijs quos credũt moueri amore libidinoso, secus si credit id facere gratia vrbanitatis, & more patriæ, excepto tactu in locis inhonestis, qui semper suspectus esse debet. Silu. delectatio. nu.4.& 5.

Rursus occasio præbens alteri occasionem peccãdi, est illa sola quæ est scandalum actiuum mortale, quando s. qui eam dat, mortaliter peccat, videlicet illa occasio quę datur per peccatum mortale, aut intentione principali, vel minus principali inducẽdi ad illud, vel ad id iuuando, vel contemnẽdo salutem spiritualẽ proximi, vel saltem interpretatiuè consentiendo.

Dr̃ per peccatũ mortale, quia nunq̃ licet peccare mortaliter: vnde qui nõ proponit se nunquam daturum occasionem peccandi mortaliter non est absoluendus. D.Thom.2.2.q.43.art.4.

Dr̃ vel intentione principali, aut minus principali inducẽdi ad peccatũ mortale, quia oẽs occasiones includũtur, quæ cũ hmȯi intentione dantur, vel opera sint bona vel mala, ad bonũ vel malum inuitẽt: vt d.D.Th.d.q.art.1.ad quartum. cuius enim finis est malus ipsum quoq; malum est. c.cum minister.23 q.5.ꝙ si finis sit bonus, ratione scandali tñ, qñque est supersedendum à bono, non tamen per hoc omitti debet veritas iustitiæ: vt alibi dixi, & not.D.Th.d.q.43.

Dr̃ vel adiuuando, quia opẽ ferens ad peccatum peccat. ca. sicut dignum. §. illi autem. & §. hi quoq;. de homic. vt qui ædificat sinagogam Iudęorum.

Dr̃ vel paruipendir, spiritualem salutem proximi, quia hmȯi cõtemptus est mortale, vt si quis transit per portam alicuius, quem credit ira, vel libidine exarsurum in mortale peccatũ. D.Th.2.2.q.186.art.9. glo.in cap.quis autem. 10.dist.

Dr̃ vel consentiendo, quia consentiens peccat. Rom.1.ca.notum.2.q.1. cap.1.de offi.deleg.

Dr̃ vel interpretatiuè, qñ quis id facit ꝙ sui natura ex circunstantijs inuitat ad mortale, eos qui sunt illius qualitatis, vt quib⁹ datur occasio, vel licet hmȯi occasiones non sint, tñ id credit faciens, vel omittit facere aliquid contra legem iustitiæ, vel charitatis ob q̃ alius mortaliter peccat.

Dr̃ aliquam personam certam peccaturam,

caturam, quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam, quando fit gratia recreationis.

Dr mortaliter, quia non opus est vt quis proponat se nūquam rediturum ad veniale: vt d. D.Th.3.p.q.87.art.1. & dare occasionem peccandi venialiter, per opus quòd non est mortale, est tantum ad summum veniale. D. Thom. 2.2.q.43.art.4.

Ex quibus colligitur decisio multorum casuum: Primò, ꝙ talem occasionem dat qui corā alio mortaliter peccat, licet ea circunstantia nō sit necessariò confitenda, tñ est occasio necessariò vitanda. Secundò, ꝙ est talis occasio, quam dat quælibet persona, quæ cum intentione principali inducendi ad amorem mortiferū dat eleemosinam, inuisit, docet, consulit, & eo magis quæ datur visu, nutu, blando sermone, tactibus, muneribus, vel obsequijs in hunc finem directis, q̃a omnis volūtas, vt alius mortaliter peccet mortifera est: vt d. D.Tho.1.2.q.74.D. Ant.3.p.tit.5.ca.1.§.5. ideo dans hmõi occasiones si nunquā amplius se daturum nō polliceatur absolui nō debet. Tertiò, talis est, qui sine alia mala intentione reficit idola apud Indos, vel hæreticorum templa apud eos, q̃a occasionem illis dat cum auxilio. Quartò, idem de ijs qui post Missam auditā diebus festiuis, alios qui non audierunt detinent, canendo, choreas ducendo, pulsando, ludēdo, vel alias res faciendo, quibus detineantur, eo solo quia salutem spiritualē proximi paruipendunt, dicentes se id non curare, cum ipsi Missam audierint: vnde digni laude sunt, qui tempore diuinorum hęc fieri prohibent. Idem de ijs qui se ostendūt nudos, vel opertos vestibus, quibus pudenda mulieribus interlucent, sine circunstantia iustificante, vt ob paupertatem, vel infirmitatem: & ratio decisionis est, quia hmõi occasio communiter inducit ad delectationem mortiferam voluntatis, vel delectationis morosæ. Idem de eo qui credit certam personam obuiam sibi factam in iram, vel concupiscentiam arsuram, ex sua infirmitate, & hoc aduertens obuiam illi fit, non prouidendo eius infirmitati, etiā si non habeat intentionem, vt illa peccet, quia paruipendit salutē proximi, & adest consensus interpretatiuus. Nō tñ ij includuntur, qui se ornant sine intentione mortifera, ita tñ vt credant aliquam personā totius populi odio, vel concupiscētia mortifera arsurā si illo ierit, nescit tñ à quo id fiendum sit, vel ēt si sciat, & credat ꝙ peccabit ex malitia, vel malo habitu. Caiet.2.2.q.186.art. 9.col.pen.ver.ad quartū. Silu.ornatus. q.4. Nec etiam dat talem occasionem scurra, qui præbet nimiam occasionē ridendi, comedendi, vestiendi, modo illa nimietas nō ꝑueniat ad mortale, licet sit consulendum vt ab eis abstineat, cum veniale ob nullam causam sit committendū. gl. in c. si aliquid. 22. q.4. & quia veniale disponit ad mortale: vt d. D.Th.1.2.q.88.art.3. Nec includitur etiā is qui dicit aliquid vt inducat ad veniale, vt qui sequitur mulierem, non concupiscentia carnali, sed vt illa alliciatur eius ornatu pulchritudine, & persona culta, vt eum amet sine desiderio mortali: licet in hoc magna circumspectione opus sit. Idē de eo qui commodauit arma ei qui illis aliquem occidit, etiam si non proponat amplius non commodare; cōmodatio enim talem occasionem nō efficit, si verò commodat ei qui cum aliquo est tixatus præbet talem occasionem, quia interuenit auxiliū, vel contemptus salutis spiritualis, vel consensus saltem interpretatiuus; occasio verò talis est etiā eius, qui mandat, consulit, vel rogat alium vt falso iuret, iniuriam inferat, percutiat, vel fornicetur, etiam si id faciat ad tentandū tantum eius virtutem: licet non intendat eum ad id inducere, imo cupiat vt id non faciat, quia est mortale, quia est actus sua natura ad culpam mortalem inducens, sine circunstantia iustificāte. Non tñ est talis eius, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccādum paratus

tus petit aliquam rem ex se bonam,q̃ tñ est materia exercẽdi peccatum ab ab ipso cõceptum. Vnde qui in necessitate mutuatur ab vsurario ad dandũ sub vsuris parato non peccat,qui verò petit ab eodem nõ parato, sine ve necessitate,de quo alibi peccat,quia primo casu non petit rem malã, licet materiam peccandi offerat, qui verò secundo casu petit,sic, vt d.Gaiet.2.2.q.78.art.4.Sot.de iust.& iure. lib.6.q.1. ar.5. Nec est talis quam quis dat,deponens suos nũmos apud nummularios vsurarios,qui proprios habent nũmos ad exercendum vsuras: vt d.D.Tho.d. art.4.ad quartum.secus si proprios nõ habent, vt vr̃ ibi sentire D.Tho. Non etiam est talis eius,qui inducit aliũ ad cõmittendum minus peccatũ, videns eum deliberatum ad maius cõmittendum,nec aliter id ei posse dissuadere; licet enim proponere, & suadere ei q̃ proponit interficere, vel adulterari cum certa persona, nec aliter dissuaderi potest, vt satis esse ducat percutere,vel fornicari.c.si quid verius, quod est August.33.q.2. Adr.quodlib.1.q.2. Sot.in c.3.ad Rom.Gaiet.verbo,tirannus. & Nau.loco infra citando, q̃ ego tñ crederem licere tunc cum omnino paratus quis sit maius malum cõmittere,nec ab eo patrãdo dissuaderi potest,dicẽdo ei minus malũ esse cõmittere aliud peccatum, nõ tñ ei vnquam licebit offerre occasionem,& materiã proximam peccandi, tum quia nemo debet peccare ẽt venialiter, vt alius euitet mortale, tũ quia Loth reprobatur, q̃ obtulerit filias Sodomitis stuprandas, ne masculis hospitibus abuterẽtur.c.q̃ ait Loth:vbi Tur.Cre.14. dist. & minus id licebit dicere pœnitẽti in confessione cum ad integram sanitatem sit reducendus, & nisi hmõi propositum habeat non sit absoluendus, vt supra; vnde q̃ d.Sot.9. de iust, & iur. q.1.art.5. q̃ non peccat qui aliquid quòd in se bonũ est petit ab eo qui dare,aut facere bene potest,ex eo q̃ scit alium dando, aut faciendo petitum peccaturum, Procedit per prædicta sine contemptu salutis spiritualis proximi,& non præbito ad id auxilio, vel consensu etiam interpretatiuo, & alius per malitiam, ignorantiam,vel infirmitatem peccat;si enim aliquid horum concurrit non videtur vera. Similiter,quod d.D.Th.4.d.24. q.1.art.5.ad tertiũ.Silu.clericus.2.§.8. q.1. mortaliter peccare eum, qui credens sacerdotem esse in peccato mortali, & q̃ eum non pœnitebit ante Missam quam faciet, inducit ipsum ad eã celebrandam;intelligitur enim q̃n excõmunicatus est, vel suspẽsus ab ecclesia notoriè,vel de non præparato,aut ad Missam non obligato, aut per ignorantiam,vel infirmitatem, & non malitiam peccante, vel cum mala intentione,vel consensu, aut contemptu salutis spiritualis proximi,inducit,& nõ aliàs: vt d.D.Th.3.p.q.64.art 6. in quo videnda sunt quæ dixi sup.tract.de sacramentis in genere.sub cap.an à peccatore liceat sumere sacramenta.Nec talis occasio est, quam subditus tiranni, qui dñium alicuius status vsurpauit,eidem dat, petens iustitiæ administrationem, vel officium, aut gratiam honestam, cum ipse per malitiam peccet, & subditus petat rem ex se bonã non malam, licet materiam peccandi offerat, imo ad minus peccandum inducat,cum petat ab eo vt non omittat iustitiæ administrationem, & officij rectam distributionem: vt d.Gaiet.in summa. tirannus.Talis verò est quam dat qui hospitio accipiens clericũ,noctu introducit ad eum puellã sine intentione,vt peccarent,sed tantum, vt eius castitatẽ experiretur, quia id opus sui natura inducit ad mortale,nisi illius magna religio circunstantiã iustificãtem afferat; Similiter de eo qui mulierem solicitat vt sibi in carnale opus consentiat, volens tñ eius facere experientiam, quid responderet, vel ea quam quis alteri dedit,dicens:Dormires ne mecum si te multum deprecàrer. Non tñ est talis,cum quidam d. mulieri, esset hic locus aptus ad peccandum,si tu honesta non esses, attenta qua-

ta qualitate personarum; est tñ ab ijs abstinendum ob periculum annexum inducendi ad peccatum; similiter si iocosè quis dicat mulieri honestæ an vellet vt se in his metiretur pensata qualitate dicētis si sit vir grauis, & honestus, ac ioco dicat, licet non careat periculo: sic etiam de eo qui ioco tangit mamillas mulieris, cum tactus ex sua sola natura non inducat ad mortale, secus si serio, vel pensata qualitate personarum: sic etiam de eo qui ioco per manum mulierem ducit, vel manum premit etiam si iuuenis sit, sine tñ mala intentione, vel pedē suo contingit. Caiet. 2.2.q.154.art.4.col.4. licet id videatur periculosum, & idem qñ quis amplectitur vbi est talis consuetudo, modo non tangantur partes impudicæ, & absit mala intentio, vt solet fieri in choreis, maximè inter cognatos; ab ijs tñ est abstinendū ob periculum annexum, cum actus illi sint ordinati regulariter ad prauā concupiscentiam, nisi personarum honestas aliud suadeat: vt d. Lopez d.1.p. c.58. in fi. Nec etiā vniuersitates, conferendo doctoratus, licet ij postea malè rē gerant per superbiam, auaritiam, inuidiam, mendacia, & hmōi, cum res ex se bona sit, contra Vuitclef. Nec ēt ea quam danē scientiæ Theologię, legum, & medicinæ, & aliæ licitę, si quis ijs abutatur; idem de alijs sciētijs cōtra hæreticos: vt apud Castro. sciētia. Nec etiā est talis, quam dant exercentes artes mecanicas, quorum vsus bonus & malus esse potest: licet vt plurimum venialiter quis ijs vtitur. c. negotium. de pœnit. dist. 5. quia dimissio venialium nō est necessaria ad salutem: vt D.Tho.3.p.q.87.art.1. d. Vnde qui componunt pigmenta, indusia, collaria, mammillaria, & alia valdè operosa, quibus homines venialiter vtitur, absolui possunt, licet tutum sit ab his abstinere, cum venialia decoris lucē obscurent d.art.1.& de his dixi supra. Nec etiā est talis eius qui opera facit quæ sunt talia, vt quis illis vti benè, & malè possit, licet maior pars mortaliter vtatur. c. negotium. vbi Nau. de pœnit. d.5. Nec etiam est talis, qui ad bonum finem promittit, vel instituit, cū moderatione debita, supplicationes, congregationes publicas, & solemnes orationes, nūdinas, primas Missas, publica conuiuia, exercitationes currēdi, saltandi, choreas, vel tripudia faciendi, quia sunt opera quibus homines possunt benè, & malè vti, licet aliqui ex his occasionē peccandi capiāt, multi tñ ēcontra, & licet aliqui mortaliter peccent, maior tñ pars tm̄ venialiter. Talis est etiam quam dat is, qui ne scādalizet alium, qui iniustè offenditur, omisit aliquid facere, ꝙ tenebatur facere sub reatu peccati mortalis, vt rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laborante: vt d.D.Th.2.2.q.43.art.7. Ric. in 4.d.38. D.Ant.3.p.tit.7.c.4.§.5. Nec etiā opera consilij, vt dare eleemosinam, ieiunare, & huiusmodi sunt omittenda ob malitiam, inuidiam, vel malè dispositam voluntatem eorum qui scandalizantur ex his, quia est scandalum pharisaicum. Matt.15. c. inter verba. 11.q.3. imo qñ scādalum oritur ex ignorantione, vel infirmitate, ꝙ scandalū pusillorum dr̄, bonum in totum omitti non debet, sed occultari, vel differri donec proximus moneatur bonitatē eius, qui facit: & si post hmōi admonitionem adhuc scādalizatur, hmōi scādalum nihili est ſtendū, d.c. iter verba. quia est pharisaicū, nisi qñ admoniti non intelligunt rationem, q̄ illius redditur, vel antiqua cōsuetudo, vel alia ratio qua ipsi nitūtur, suadet eis nō esse iustam illam ratiōnē, quæ ipsis redditur: quia tūc, quia scandalū ex ignorantia oritur, talia opera ēt secundùm se bona, cū non sint de necessitate salutis spiritualis dimittenda sunt: vt d. Caiet. 2.2.q.54 art.7. non tñ ob gratiā proximi, vel scandalum vitādum, licet ēt veniale peccatum cōmittere: vt d. D.Th.3. dist.43.art.7. ad quintū. imo nec ob impediendā mortem alterius vllo modo licet mentiri. ca. primū. 22.

q.2.

q.2.c.super eo.de vsur.gl.in c.si aliqd. 22.q.4. Talis est ét occasio, quam dat is qui ex causa occulta vescitur carnibus diebus prohibitis, vel non ieiunat diebus præceptis, & eos qui ob ignorantiã scandalizari vidétur, certiores non facit.ita Nau.in Man.c.14.à num. 30.& 31.vsq; ad fi.cap. Non etiã est talis, quam dant principes permittétes esse meretrices in aliqua parte ciuitatis:vt d.Aug.ĩ lib.de ordinat. & sequit̃ D.Tho.2.2.q.10.art.11. Non tñ licet constitui lupanaria, sic vt in eis constituãtur patroni, & domus carius locentur meretricib⁹, q̃ honestis mulierib. quia magis lucrantur recipiendo aliq̃ partem lucri, quia sic participarẽt peccato ex lucri participatione: vt d.Gaiet.d.art.11. Non etiã licet locare domos meretricib⁹ in ea parte ciuitatis in qua habitare prohibétur, quia is legem, & cõsuetudinem iustã transgreditur contra. c.q̃ contra mores.8.dist. Vnde pessimus est vsus cauponũ, q̃ intra domos, vel in tuguriolis vicinis ꝑmittunt meretrices quò plures eò diuertant, quia nõ fit authoritate publica, & est ei mixta participatio, & ideo non sunt absoluendi, maximè si intra domos teneant, vel extra vt supra, eo fine; sic ét est peccatum mortale quærere lucrum, vel tributũ ex meretricio: vt d.Niceph lib.16.c.20.hist.eccl. ita Nau.in Man. c.17. nu.195. Non tñ peccat locans domum mulieri quam scit ea abusurum ad meretricandum: vt sentit Maior. 4 d.15.q.35.quia locatio domus non est ex sui natura ordinata ad malum, sed res indifferens, & sciẽtia vsus mali nõ facit illum voluntarium respectu locantis, qui id non intendit, sed pensionem accipere: & q̃ sciat eã debere ibi meretricari est per accidens; & per hoc etiam nõ inducit meretrices ad meretriciũ, quæ ad id opus exercendum sunt paratissimæ, sed dat domum vt ibi viuãt; sicut nec peccat famulus meretricis, qui eã iuuat ad ornandũ, & artifices qui vendunt calceos, & hmõi meretricibus, licet sciant illis vsuras ad meretricandum, modo in peccatum earum non consentiant, quia non inducunt, vel iuuant directè ad illud: vt d.D.Th.receptus.2.2.q.10.art.4.Nau in Man.ca. 19.num.16.ita. Lud.de Beia.cas.3.con greg.diei 26.Septemb.Bononiæ habitæ contra Nau.in Man.c.17.num. 195. ad fi. qui in hoc in contrarium inclinat; nec tabernarius tenetur inuestigare conscientias peregrinorũ an velint ieiunare, vel cœnare ĩ die ieiunij; potest enim eis paratis ad cœnandum apponere cœnam: non tñ illos cogere potest, vt cœnent, vel cœnam soluant; vt etiam excusatus à ieiunio non peccat mortaliter inuitando ad secum cœnandum aliũ non ieiunaturum, licet nullam excusationem habeat. Lopez d.1.p.c.59. ob scandalum tñ alterius vitandum, non potest quis omittere q̃ exequi cogitur sub mortali, nec ét consilia, qñ scãdalum oritur ex malitia id patientis:vt ibi d.Lopez, de quo alibi latius cadit materia, vbi & dr̃ ea quæ non sunt de necessitate salutis, posse differri ob scandalũ vitandũ. Hæc de occasionibus à pœnitente necessariò vitandis, vel non.

Octaua propositio. Non est necessaria in pœnitente pnĩa intensissima, vel ex toto conatu voluntatis procedens, sed sufficit remissa modo efficax sit: Primò, qa dilectio Dei, & cõuersio ad Deum, ét si tam intẽsa gradualiter nõ sit non respuitur. Eccl 2. Quis inuocauit eum, & despexit illum? ergo & pœnitentia vera, cum hmõi dilectionem Dei includat: & hr̃ in c.talis.de pœnit. dist.3.vbi dr̃, q̃ Deus nunquam pœnitentiã peccatoris contemnit, & quantulam & breui temporum gestam pœnitentiam non respuit. Vnde ét nulla certa intensio ét citra gradum summũ est in pœnitentia necessaria, vt ad gratiam valeat, sed sufficit, quãtumlibet remissa gradualiter modò efficax sit in eo q̃ efficaciã admittit, quia nullũ præceptum Dei nos obligat ad certã pœnitentiæ, vel doloris intensionem. Vnde ét sequitur, q̃ non oporteat pœnitentem magis dolere de peccato, q̃ alterius

Pœnitẽtia intensa an sit necessaria in pœnitente.

alterius rei gradualiter, quia sic nec tenemur Deum gradualiter plus diligere quàm patrem &c. loquẽdo verò de dolore prælatiuè, sic tenetur quis magis dolere de peccato, q̃ de alijs rebus, vt & prælatiuè Deum amare super omnia, quia eius amor est omnibus rebus præferendus, ita vt nil contra eius præceptũ vnquam faciamus: ita Io.Medina.de pœnit.tract.1.q.5.

Cõteri an statim tenetur peccator, & q. bus casib. Nona propositio. Non tenetur peccator sub obligatione noui peccati, q̃ primum potest conteri de peccato cõmisso, vel pœnitere, etiã si peccatum dimissum non sit: tum quia præceptũ de pęnitentia est affirmatiuũ: affirmatiua verò non obligant nisi tempore determinato secũdùm oẽs, vt patet in præcepto de confitendo. in c.omnis. de pœnit. tum etiã quia non tenemur ad statim reducere hominem post lapsum, quia possumus maiorem opportunitatem expectare: vt d.Aug.li.1.de ciu.ca.10. ergo nec tenemur nosipsos statim ad gratiã reducere cum æquè teneamur diligere proximos, ac nosipsos: ita Io.Med.de pœn.tract.1.q.6.

Pœnitẽtia pluries iterari pót. Decima propositio. Pœnitentia pluries iterari potest, probatur cõclusio. Ezech.18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet & non morietur. Es. 55. & Hier.18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quòd cogitaui, vt facerem ei. & Psalm.15. Eccles.21. Psal.50. Sap.7.11. Matth.8. & Rom.2. Matth.12. Ioan.1.can.cap.2.

Ex Conc. idem probatur ex Conc. Rom.sub Cornelio Papa, de quo Cæsar.lib.6. cap.24. hist.eccl. meminit, licet eius acta non extent, in quo hæresis contraria est damnata, & in Concil.Nic.can.8.in Flor.& Trid sess.14.c.2.& can.1.& in Conc.Lateran.

Ex Patrib. lib.de repar.lapsi. Chris. id ex professo docet. Cipr.in serm.de lapsis.Hier.ad Damasum. Amb.duob. lib.de pœnitentia. Aug.q.22.de q.vet. & no.test.& lib.de vera, & falsa pœnit. ei inscripto. Idem & exemplis comprobatur, nã Gen.4. Dñs allexit Cain ad pœnitentiam fratricidij, q post remissionem originalis patrauerat; & in noua lege Petrus, qui tunc erat baptizatus, vt d.Aug. post trinam negationẽ pœnitentiam adeptus est: & Apost. 1. Cor.1. Tradidit satanæ fornicariũ baptizatũ vt pœnitẽtiam ageret, de quo d.Apost.ep.2.c.2. Accedit & parabola de filio prodigo, qui reuersus à patre est acceptus: vnde & est id Apocal.3. Ego sto ad ostium & pulso. & Os.2. Perditio tua ex te Israel est, salus autẽ ex me. & habetur in c.si enim.de pœniten.dist.2.cum multis alijs.

Ratione probatur à D.Th.q.84.3.p. art.10. nam homo ad misericordiam exẽplo Dei adducitur. Luc.6. Dñs aũt sine numero misericordiam suis discipulis iussit impertiri. Matt.18. Vbi ponit numerum finitũ pro infinito, ergo Deus pari modo, peccãtibus quoties pœnitentiam egerint ignoscit, præsertim cum nos petere doceat: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nec obst. q d.Charitatẽ, si vera sit non posse amitti, & sic pœnitentiam veram nõ posse per peccatum tolli. Resp. q licet charitas ex natura sua sit perpetua, tñ ex natura volũtatis in qua est, quæ secundùm voluntatem est vertibilis, potest amitti, & ita post veram pœnitentiam homo potest peccare, vt recõciliatione egeat. Nec obst. similiter, q relapsus ob ingratitudinem videatur irremissibilis. Resp. q licet relapsus ratione ingratitudinis ingrauescat, tamen aliud ante imperratam veniam potest alia ratione esse grauius. Secundò, hic error est contra infinitam misericordiã Dei. Ps.50. Miserere mei secũdùm magnam misericordiã tuã, q refertur ad grauitatẽ peccati: & secũdùm multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatẽ meã, q refertur ad frequẽtiam, misericordię ergo Dei in remittendis culpis est impietas terminũ pscribere. 1.Par.vlt. ita D.Th.d.art.10.

De

De effectu Pœnitentiæ. Cap. II.

Pœnitẽtia non pdest dæmonib. vel dãnatis.

PRima propositio. Peccata dæmonum, & hominum damnatorum per nullam pœnitentiã deleri possunt. Ratio. Nam eorũ affectus sunt in malum obfirmati, adeo vt illis non possit displicere culpa, & offensa Dei, quem immortali odio prosequuntur Ps. 73. Sed sola pœna quam patitur eis displicet, vnde pœnitentia, sed infructuosa cruciantur. Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemẽtes. Vnde illa pœnitentia omni spe vacua est, & desperatione plena. In homine verò peccatore non potest esse hm̃oi peccatum hoc modo irremissibile, quãdum est viator liberũ habet arbitriũ ad bonum & malũ flexibile: Vnde erroneum est dicere aliquod esse peccatum, ꝗ in hac vita remitti non possit: Primò, quia per hoc libertas arbitrij tolleretur: secundò, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ Dei, per quã mouere potest cor cuiusq; peccatoris ad pœnitẽdum. Prou. 21. Est etiam erroneum dicere aliquod peccatum esse irremissibile, ꝗ per veram pœnitentiam tolli non possit: Primò, quia repugnat diuinæ misericordiæ. Ioel 2. Benignus, & misericors est, & præstabilis super malitia: vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si ꝗ homo peccatum delere conaretur, Deus non posset euellere. Secundò, quia id derogat passioni Christi, per quam pœnitentia, vt & cætera sacramenta, operatur. Vnde simpliciter dicẽdum est, ꝗ omne peccatum in hac vita per veram pœnitentiã deleri potest. ita D. Th. 3. p. q. 86. art. 1. & sic sensus est, ꝗ in hac vita omne peccatum per pœnitentiam deleri possit, cũ iam supra dictum sit per pœnitentiam peccata deleri: Vnde nullum peccatũ est irremissibile. Io. 3. & Marc. vlt. & habetur in c. firmiter. de summa Trin. latè Sot. 4. dist. 15. q. 1. art. 1. vbi optimè respondet contrarijs sententijs hæreticorum, & exponit locos scripturę, qui videntur contrarium decernere.

Sine pœnitentia peccatũ actuale mortale remitti si potest, & quomodo

Secunda conclusio. Impossibile est peccatum actuale mortale cuiquam sine pœnitentia remitti, loquendo de pœnitẽtia prout est virtus; probatur. Peccatum est Dei offensa, ergo eodẽ modo Deus id remittit quo offensam in se commissam, hanc verò sine pœnitentia remitti est impossibile, ergo. Probatur minor, offensa directè opponitur gratiæ, ex eo enim quis censetur alteri offensus, ꝗ ab eius gratia est repulsus; differentia verò est inter gratiam Dei, & hominis, ꝗ gratia hominis non efficit, sed præsupponit bonitatem veram, vel apparẽtem in homine ob quam eum diligit, gratia verò Dei est causa bonitatis hominis ob quam eum diligit: nam bona Dei voluntas, quæ nomine gratiæ intelligitur est vniuersalis causa cuiusq; creati boni: ob hoc ergo contingere põt vt homo offensam, quã offensus est, hosti remittat absque aliqua eius voluntatis mutatione, quia fingit se esse mutatum: Deo verò id non potest accidere, vt cuipiam absq; illius mutatione voluntatis offensam remittat, quia tunc diligeret eum quem bonũ non efficit: offensa verò peccati mortalis inde pullulat, ꝗ volũtas hominis est auersa à Deo per aliquod commutabile bonum; requiritur ergo ad remissionem diuinæ offensæ, ꝗ volũtas hominis sic mutetur vt conuertatur ad Deum cum detestatione prædictæ conuersionis ad creaturam cum proposito emendandi vitam, in quo ratio virtutis pœnitentiæ consistit. Secunda hinc conclusio colligitur, ꝗ absq; sacramento pœnitẽtiæ, ꝗ officio, & absolutione sacerdotis ligãtis, & soluentis perficitur, potest Deus peccata remittere; absq; sacro inquam non solũ in re, sed etiam in voto: quia Deus nõ habet potestatem suã sacramẽtis sois alligatam: vnde remisit peccata Magdalenæ sine sacramento. Luc. 7. Tunc tamen nec sine pęnitentia virtute remisit peccata. D. Th. d. q. art. 2.

Hæc propositio potest intelligi, vel de pec-

de potentia Dei ordinaria, vel absoluta, loquendo de ordinaria, pęnitentia virtus est omnino necessaria ad remissionem peccatorum. Ier. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa &c. Zachar. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Ezech. 14. Si impius egerit pœnitētiam, &c. vita viuet &c. Ioel 2. Cōuertimini ad me, &c. Luc. 5. Act. 3. Luc. 13. habetur in c. non omnis. c. nō potest. de pęnit. dist. 1. & in c. firmiter. de summa Tr. Nec obst. q̄ baptismus, fides. Marc. vlt. & charitas. 1. Petr. 5. & spes. Rom. 8. & eleemosina. Luc. 11. & iniuriarum condonatio. Mat. 6. remittant peccata: vt d. Orig. hom. 2. in Leuit. & ibi Cirill. Respon. hæc omnia sic censeri peccatorum remedia, vt nullum, nec omnia sine pœnitentia sint sufficiētia: nam fides, spes, & charitas sunt necessaria vt fundamenta pœnitentiæ, quia fides, & spes informantur per charitatem: Charitas verò non est legitima sine detestatione peccatorū: Eleemosina verò & iniuriarum remissio ponunē vt remedia in duplici sensu; Primò, q̄ multū prosunt peccatori, vt conuertatur, tū propter preces pauperum, & eorum quibus condonātur iniuriæ, tū quia cor emolliūt, vt Deus singulariter opem ferens illud cōuertat. Secundò, post remissas culpas sunt per modū satisfactionis ad pœnas remittendas: sic intelligiē id Dan. 4. Peccata tua eleemosinis redime. Quò ad baptismū, non requiritur pœnitentia ad remittendum originale ex eius primeua institutione, quia & sine voluntate propria est contractum, vnde paruulis sine vllo motu voluntatis condonatur. Adultis verò qui originali mortalia cumularunt, est necessarius pœnitentiæ motus. Act. 2. Quò ad charitatem exsistēti in peccatis mortalib. quæ habet in memoria, vel diligenti examine potest reuocare, nullus charitatis actus ēt egregius, præter martiriū pro Christo perpessum, sufficit ad salutem, quia charitas nō est de se pœnitentia virtualis; si quis. n. aliquem offendit, & deinde dicat se eū dilectuiū, non tñ illa charitas virtute cōprehendit pnīam pteritæ iniuriæ; nā cū illa dilectione stat vt eū iniuriæ illatæ, nō pœniteat, sed q̄a q̄ aīo suo satisfecit, vult deinde esse amicus, & aliter nō esset. Vnde legitimus actus dilectionis, citra martiriū non pōt hři sine peccatorum detestatione, quia cū peccatū sit motus auersionis, non expellitur nisi per contritionē motū conuersionis: peccatori verò qui peccatorum sit omnino oblitus facta diligenti inquisitione, nō est necessarius actus pęnitēdi, sed per alios actus charitatis veniā obtinebit, quia is detestationē nō pōt hřē: vt d. Gabr. 4. d. 14. q. 1. art. 2. ergo tūc sufficit actus charitatis, qui est tūc virtualis pnīa. Quò verò ad martiriū, qñ eius subita oblatio actū pęnitendi impediret, sufficit sine pnīa ad salutē. Scot. & Gabr. 4. d. 15. q. 1. art. 3. Si tñ is qui martirio exponitur īducias habet vt possit peccata recolere, tenetur ea detestari, vt dū est in carcere, & ēt cōfiteri si habeat copiā confessoris, cū in articulo mortis confessio reputeē necessariò facienda, q̄ si tñ tpis nō habeat, possit tñ hřē dolorē in genere, ad id obligatur: nā martiriū nō aliter suppleт vicē pęnitētiæ, q̄ baptismi, sed si in agone mortis ei offerreē baptismus & renueret, non efficit ortodoxus martir; q̄ si atrocitas mortis eius occupet mentē, tunc licet in peccato sit, modo non sit in eius actuali cōplacentia, vel proposito, illa martirij perpessione obtinebit veniā: martiriū. n. supplet vicē baptismi. c. baptismi. de cons. dist. 4. ob charitatē. Mat. 10. Io. 15. sed tā est necessarius baptismus ad remissionē originalis, q̄ pnīa actualiū, ergo supplere similiter pōt pnīæ vicē, quia martiriū p se dicit actū charitatis: vt d. Aug. 2. cōt. Cresc. c. 12. Vñ ob legitimū actū charitatis, tūc virtute includitur pnīa. Hoc tñ priuilegiū nō extenditur ad alios actus, licet feruētis charitatis. Et sic colligiē q̄ pnīa est formalis detestatio pcōrū cū pposito emēdādi vitā.

Quo verò ad potentiā Dei absolutā. Sot. 4. d. 15. q. 1. art. 2. ex snīa D. Th. d.

Impossibile esse de quacunq; Dei potētia peccatū actuale mortale sine pnīa remitti; Pro cuius intelligētia notādū quid maneat in peccatore transeunte pcō, & quid sit pcm̄ remitti. Quò ad primū esse in pcō non est ordinari ad pœnam: vt d. Scot. d. 14. q. 1. licet enim Deus pcōrib. nullū supplicium statuisset neq; infernū, nec purgatoriū per impossibile, tñ facere cōtra diuinā regulā, & voluntatē pcm̄ esset, ergo esse in pcō nō est formaliter ordinati ad pœnam, sed esse in pcō est termin⁹ huius, q est peccare, sicut est tenebrescere; peccare verò ē deuiare à diuina regula, & à Deo auerti, ergo esse in pcō est esse deuiū & auersū à Deo; vnde licet verū sit q trāseunte pcō nil maneat in pcōre nisi relatio rōnis, qua homo est obiectū diuinæ volūtatis, nō tñ est relatio qua hō ordinaē ad pœnā, sed illa qua odio hr̄ & est inimicus Deo, licet lege ordinaria inde sequaē vt ordineē ad pœnā, ī summa esse in pcō pertinet ad inimicitiā, sed esse damnatū ad pœnam pertinet ad iustitiā. Quò ad secūdum, remittere pcā non est Deū nolle punire, qa etiā sine hoc esset in pcō, vt sup. sed est reū ī suā grām reuocare; & esse in pcō est esse in macula, q̄ est carentia grē, q̄ lux est & nitor aiæ: vt d. D. Th. 1. 2. q. 86. Vnde id est esse hoīem priuatū grā, & adeo inuisum Deo, ac proinde remitti pcm̄, & resilire à pcō est redire in gratiā. His suppositis, ad q. redeundo, notandū, sicut hō ira intrinsecè est aīal rōnale vt Deus p nullā potentiā possit facere aīal nō rōnale hoīem, ita Deū remittere originale pcm̄, aut mortale est hoīem quē inuisum habebat & oderat charū sibi facere & gratū. Dr̄ia autē est inter Deū & hoīem, q hō pōt aliū diligere, licet nō sit bonus, sed appareat bonus, quia decipi pōt hō, imo licet nō appareat bonus, sed habeat aliq̄ rōnem vtilis, vel delectabilis: Deus verò nec per suam oīpotētiam pōt quicquā diligere nisi bonū, nā cū sit ipsa per se bonitas, & volūtas, & bonitas sint eadē essentia, est implicatio cōtradictionis, vt voluntas feratur, nisi in id q suus intellectus ostēdit ei sub rōne boni; & quia falli nō pōt, oportet vt id sit verè bonū eo gra du quo diligit, imo diligendo facit bonum, vt diligēdo Solē facit eū lucidū; Cū ergo remittere peccatū sit hoīem in gratiā recipere & amicitiā: in gratiā verò, & amicitiā Dei hoīem reuocari impossibile est per oēm potentiā, nisi sit bonus & iustus: bonū verò & iustum impossibile est hoīem adultū fieri, nisi voluntatē quā habet à Deo auersam, in ipsum conuertat, q per solam peccati detestationem, q̄ est pnīa fieri pōt, ergo omnino impossibile est Deum cuipiā mortale peccatū remittere, nisi per pnīam; paruuli verò ante vsum rōnis, licet per nullā potentiam Dei possint in gratiā reuocari quin fiant iusti & boni, tamē quia originale non propria voluntate commiserunt, possunt sine proprio etiā motu à Deo iustificari: ita Sot. loco prædicto.

Tertia propositio. Impossibile est p pnīam vnū peccatū sine alio remitti; pbatur, primò, ex parte grē, nā nullū peccatū remittitur sine gratia, vt sup. & docet D. Th. 1. 2. q. 113. art. 2. omne verò peccatum cōtrariatur grē, & eā excludit modo sup. exposito, ergo est impossibile vnū pcm̄ remitti, quin oīa tollātur. Secundò, ex parte pnīē; pcm̄ mortale nō nisi per verā pnīam remitti pōt, vera verò pnīa est pcm̄ abijcere quatenus est cōtra Deū, q est oībus peccatis mortalib. cōe, nullū ergo legitimè pœnitere pōt vnius peccati, nisi quē in vniuersum oīum pœnitet; cui .n. peccatū quatenus est offensa cōtra Deū displicet, oīa simul displicent: impossibile ergo est vnū pcm̄ sine alio p pnīam remitti. Tertiò, nam remittere vnū pcm̄ sine alio, repugnat perfectioni misericordię Dei, cuius pfecta sunt opera. Deut. 32. vnde cuius miseretur in integrū miseretur. Hæc eadē conclusio probatur per Aug. lib. de vera, & falsa pnīa. & hr̄ ī e. sunt plures. de pnīa d. 3. ita D. Th. d. q. 85. art. 3. q̄ cōclusio pbaē rōnibus ēt in alia ppositione allatis: nā impossibile est Deū pcm̄ originale

Peccatum vnum sine alio remitti non potest.

vel

vel actuale mortale remittere, nisi hominem in grãm reuocãdo, cũ ergo nõ possit gratũ hře hoĩem, nisi iustũ, & iustus esse non possit si in originali, vel mortali existat, repugnat vnũ sine alio remitti. Nec ob. q̃ de oblitis nõ videat̃ quis absolui, cũ per formã sacri quis absoluat̃ solũ ab ijs q̃ cõfessus est. Res. q̃ hic est sermo de pnĩa virtute, q̃ si sit vera contritio oĩa delet ẽt in genere antequã fiar singulorũ indagatio; Præterea in cõfessione si quis culpa sua aliquorũ obliuiscatur à nullis absoluit̃.

Culpa remissa per pnĩam remanet pœna, cur, & an semper

Quarta propositio. An remissa culpa remaneat pœna, cũ in pcõ mortali sint duo .s. auersio ab incõmutabili bono, & puersa cõuersio ad cõmutabile bonũ, ex parte auersionis à Deo consequitur peccatũ mortale reat⁹ pœnę æternæ, vt qui cõtra æternũ bonũ peccauit, in æternũ puniat̃: Ex parte verò cõuersionis ad bonũ cõmutabile, quatenus est cõtra rõnis ordinẽ, cõsequit̃ ẽt pcm̃ mortale reatus alicuius pœnæ: q̃a inordinatio culpę nõ reducitur ad ordinẽ iustitiæ, nisi per pœnã; iustũ est .n. vt qui volũtati suæ plus equo indulsit, cõtra voluntatẽ suã aliq̃d patiatur, q̃a sic erit æqualitas. Apoc. 18. Pęna verò hæc q̃ debebatur ex parte cõuersionis ad creaturã, non est ex genere suo ęterna, q̃a cũ hmõi cõuersio nõ sit infinita, q̃a nec obiectũ est malũ infinitũ, pęna illi non debetur infinita, nec intensione, nec duratione, vnde si hmõi cõuersio nõ eẽt auersio à Deo deleret̃ ei pœna tpalis, vt venialib⁹: per pnĩam verò simul cũ culpa remittitur reatus pœnæ æternæ, q̃a cum per grãm pnĩæ remittat̃ culpa, & fiat cõuersio in Deũ, tollitur auersio, & adeo reatus pœnæ quę auersioni rñdebat; põt tñ remissa culpa p pnĩam manere reatus alicuius pœnæ tpalis. D. Th. d. q. art. 4. De quarta conclus. nemo est qui dubitet, nam peccato mortali duplex pęna debetur pœna dãni, q̃ est priuatio Dei, & pęna sensus q̃ cõsistit in cruciatib. primo mõ rñdet pcõ qua rõne auertit à Deo, nã auersio hẽt quandã rõnem infinitatis ex termino, q̃a est elõgatio ab ĩfinito bono, & ideo quodammõ est infinita: & ita qui sic elõgatur meret̃ perpetuo ab illo esse exclusus, & carere ppetuo eius conspectu: vnde sua natura pœna est infinita; q̃ concl. probatur Mat. 13. & 25. Luc. 16. & Eccles. 11. quibus locis ponitur pœna inferni esse æterna; Cũ verò p pnĩam hõ conuertitur in Deũ, tollitur illa pœna æterna damni, eo q̃ tollitur auersio. Eidẽ verò peccato rõne obiecti, q̃ nõ sit illa rõne infinitum malũ, quia nullũ in creaturis est infinitum, debetur pęna sensus, sed non exigit infinita supplicia mensiuè secũdũ quantitatẽ obiecti. Deut. 26. vnde maior pœna debetur homicidio q̃ furto: vnde in ĩferno vt nulla est infinita pęna intensiuè, ita nec p se esset infinita duratione, sed hoc hř rõne auersionis & inimicitiæ dãnati dæmonis, vel hominis: nã cũ nulla sit iustitia ,ppriè inter Deũ, & hoĩem, nisi fundetur super amicitia, seq̃tur vt inimico sic infligat pęnã, vt nunq̃ habeat satisfactionis rõnem, nã satisfactio est op⁹ amici, ideo existentes in inferno nunq̃ supplicia soluunt. Hinc colligitur quinta concl. q̃ cum hõ per pcm̃ læserit & amicitiã Dei, & iustitiã, fit vt licet per pnĩam amicitiam recuperet, tñ rõne iustitiæ soluere pęnas debeat ad iustũ, non in inferno, sed vel spõtaneas in hoc seculo, vel in purgatorio inflictas: q̃ concl. ẽt in seculari politia locũ hẽt: nã q̃ alteri iniuriã intulit, licet dũ de iniuria veniã petit, amicitiã cõciliet, remanet tñ dãni debitor rõne iustitię, q̃ à Theologis dř commutatio pęnæ æternæ in tpalẽ; impropriè tñ dř cõmutatio: nã rõne cõuersionis desinit æterna, & tñ remanet tpalis, vt patet in Dauid cui remissa culpa, remãsit pęna. 2. Reg. 12. & Num. 14. & Mat. 3. Rom. 6. 1. Cor. 3. 2. Mach. 12. idẽ hř q̃a licet p cõuersionẽ hõ fiat Dei amicus, tñ manet inordinatio cõuersionis eius, q̃a nõ ẽ oĩno p iustitiã reordinata donec fiat plena satisfactio, vt patet in exẽplo supra posito: nec id est cõtra leges amicitiæ, nã inimicus castigatur inuisus, amicus verò spontè debet soluere: vt d. D. Th. 1.

2.q.87.art.9.& ita iustus ĩ hac vita sua spontè satisfacit, & in purgatorio non resistit, sed patienter fert ignem.

Culpa mortali remissa possunt remanere dispositiones ex præcedentibus actib⁹ effectæ.

Quinta propositio. Remissa culpa mortali nil prohibet remanere dispositiones ex præcedentibus actibus effectas, quæ dñr reliquiæ peccati; probatur, nam peccatum mortale ex parte cõuersionis inordinatæ ad bonũ commutabile, cui homo peccãdo afficitur quãdam dispõnem in anima efficit, & si frequentius iteretur ẽt habitum in illud obiectum inclinantẽ, culpa verò mortaliter remittitur quatenus p gratiã tollitur auersio mentis à Deo; sublato verò eo ꝙ se habet ex parte auersionis, id tñ remanere pôt ꝙ ex inordinata cõuersione accidit homini, ideo sicut reatus pœnæ, ita & reliquiæ peccatorũ remanere pñt. Secunda concl. Remanent verò debilitatæ, & diminutæ reliquiæ illæ, ita vt hoĩ non dñentur, & hoc magis per modũ dispõnum ꝙ per modũ habitus, sicut post baptismum remanet fomes. D.Th.art.5.d.q. Reliquiæ ergo pcõrum sunt vel dispõnes, ꝗ frequẽtatis actibus crescunt in habitus, ꝗ sunt inclinationes in pcm, imo pñt esse lãguores & debilitatiões corporis, qa p vitia maximè carnis, & iracũdiæ ẽt cõplexiones corporis mutantur, ex quibus grauedo nascitur & furor, & hi habitus in viro ẽt iusto pmanent, & non nisi cõtrario exercitio eradicãtur; quo exercitio & animi vires corroborãtur: Sicut & post baptismum remanet sensualitatis pronitas ad bona sensibilia, nõ expectato rõnis ordine, ꝗ dr fomes: vt d.Orig.hom 8. super Leuit. & hr Ier.8.Marc.8. Et qa hmõi reliquiæ semper vel in totũ, vel in partem remanere timentur vsq; ad mortẽ, in earum expurgationẽ institutũ est sacrm extremæ vnctionis, vt homo per purgatus ad cœlum mittatur: ita Sot. 4.dist.15.q.1.art.5. Per miraculum tñ Christus vbi sæpè puram ostendebat Dei virtutem, tollebat omnes reliquias peccatorũ, vt in Magdalena, vt patet Luc.7. ita D.Tho.ibi ad primum. & Sotus loco præallegato.

Sexta propositio. Remissio culpæ est effectus pœnitentiæ secundũ ꝙ est virtus, principalius tñ secundùm ꝙ est sacrm, probatur: Pnĩa est virtus secundùm ꝙ est principiũ humanorũ actuũ, quib⁹ peccata detestamur, actus verò humani se habẽt materialiter in sacro pnĩæ, qa sunt eius materia, sicut aqua in baptismo, omne verò sacrm producit effectũ suũ nõ solũ rõne formæ, sed ẽt rõne materiæ, quia ex vtraq; parte constat. Vnde sicut in baptismo remissio culpæ fit nõ solum virtute formæ, sed & materiæ.s.aquæ, principalius tñ virtute formæ, ex qua ipsa aqua virtutem accipit, ita etiã remissio culpæ est effectus pœnitẽtiæ.s.sacri principalius virtute formę rõne clauium, quas ministri habent applicãtes formã, secundariò verò ex vi actuũ pęnitentis pertinentiũ ad virtutẽ pęnitentiæ, quatenus hmõi actus ordinantur ad claues ecclesiæ, sicut materia ad formã, quia per ipsas pęnitẽs clauib. subditur: hinc sequitur ꝙ sacrm concurrit ad remissionem culpæ tanꝗ causa instrũalis, gratia verò p quã Deus formaliter culpã abstergit, vt cã magis principalis, sed actus pnĩæ quatenus est effectus eiusdem grẽ. D.Th.d.q.art.6. In hac propos. notandũ, ꝙ qđ non est de pnĩa vt est sacrm, cũ oĩa sacra conferãt grãm, vel eius augmẽtũ, sed de pnĩa virtute, ꝗ dupliciter consideratur: Primò per se anteꝗ vllũ ordinem haberet ad sacrm pnĩæ: vt ĩ lege naturæ, anteꝗ esset institutum. Scđò, vt est pars materialis sacri pnĩæ, & vtroq; modo eff.ct⁹ pnĩæ virtutis est remissio pcõrum; ꝗ concl. catholica est, & probatur ijs testimonijs, quibus probatur pęnitentiã esse necessariam. Ier.18. Ezech.14. Act.3. sī verò consideratur virtus pęnitẽtiæ vt materia sacrĩ, contritio absolutione informata est cã grẽ qua remittuntur actualia; cõtritio.n. vt d.Scot.d.14.q.2. art.2. dupliciter concurrit ad remissionem peccati: primò vt informis: scđò vt informata per grãm, & hęc tpe concomitatur remissionẽ. Sot.d.q. art.6. Et pęnitens quoque resurgit in æquali

Culpæ remissio est effect⁹ pęnitẽtiæ, & quo homo per pnĩam resurgat.

charitate

charitate, aliqui in maiori, aliqui in minori, prout se ad gratiã disposuerit, & diuina largitas sibi gratiam dispensauerit. D. Bonauen. dist. 14. art. 2. q. 1. An verò actus pœnitentiæ sit prior infusione gratiæ prioritate naturæ. Respond. quòd in genere causæ formalis prius est gratiæ infusio, quàm sit perfectus pœnitẽtiæ actus, qui contritio dr̃, nã causa formalis est prior suo effectu, quia dat illi esse: gratia verò est causa formalis contritionis, & iustificationis nostræ: vt in Conc. Tr. sess. 6. ca. 6. & 7. quatenus verò contritio est causa dispositionis gratiæ. i. in genere causæ materialis, prior natura est actus cõtritionis gratiæ infusione, quia dispositio materiæ præsupponitur ad causam formalẽ, & contritio disponit subiectum, vt sit aptum ad receptionẽ gratiæ, quæ est formalis causa. Flor. de sacra. pœnit. f. 189. An verò infusio gratiæ sit remissione culpæ prior natura. D. Th. 1. 2. q. 13. art. 8. d. vtrunque effectum simul tempore esse, prius tñ natura Deum infundere gratiã, q̃ remittat culpã, alij aliter: vnde dicẽdum vtrunq; esse vnam tñ mutationẽ, q̃a culpa non est ens reale, sed rationis tñ: vnde & infusio gratiæ, & remissio culpæ est tñ vna mutatio realis, & vna actio diuina, licet sit duplex effect⁹: si verò consideratur prout gratiæ receptio subijcitur in anima, prior est expulsio culpæ ab anima, q̃ gratiæ receptio, nam prior est passi dispositio formæ introductione. Flor. ibi. f. 190.

De remißione venialium. Cap. III.

Peccatum veniale an separet à Deo, & quomodo

PRima propositio. Vtrunq; peccatum s. mortale, & veniale est separatio hominis à Deo, differenter tñ, nam per peccatum mortale fit perfectè separatio vsque ad auersionem; ideo enim dr̃ mortale, quia tollit principium vitæ, quæ est gratia, sed per veniale fit imperfectè separatio citra auersionẽ à Deo, quia retardatur mens nẽ ita promptè feratur in ipsum, & ideo est quoddam deuiationis genus, sicut graue bifariam dr̃ separari à centro, vno modo si ab eo tollatur principium descendendi, q̃ est grauitas per hoc quòd conuertitur in ignem. Secundò, si manente grauitate per aliquod impedimentum retardetur à suo motu, vnde vnum est simpliciter contra legem, secũdùm pter.

Mortale peccatum quomodo remittiť, & quo veniale.

Secunda hinc sequitur conclusio. Vtrunq; genus peccati remittitur per pœnitentiam, nam cũ remissio culpæ fiat per cõiunctionem hoĩs ad Deum, à quo aliquo modo est separatus, & per vtrunq; deordinetur voluntas hominis, & quodammodo per immoderatam conuersionem ad bonum creatum separetur ab ipso, fit vt sicut peccatum mortale remitti nõn potest dũ voluntas ei adhæret, ita nec veniale, quia manente causa manet effectus. i. q̃ non solum per pœnitentiam peccatum veniale remittitur, sed q̃ sit necessarium aliquod genus pœnitentiæ ad eius remissionẽ per quod. s. voluntas humana remoueatur à bono creato cui præter ordinationem adhæret. Tertia sequitur cõclusio. Ad remissionem mortalis perfectior exigitur pœnitẽtia, vt. s. homo mortale peccatum actualiter cõmissum detestetur quantum in ipso est, videlicet vt diligentiã adhibeat ad memorandum singula & detestetur. Quarta sequitur cõclusio. Ad remissionem venialiũ non requiritur actualis expressa, & diligens pœnitentia, quia cum veniale nõ sit auersio, non requirit detestationẽ, quæ sit conuersio, nec tñ sufficit habitualis displicentia, quæ hr̃ per habitum charitatis, vel pœnitẽtiæ virtutis, quia si habitus sufficeret nullus existens in charitate vllum haberet peccatũ veniale, q̃ est falsum. Quinta, Requiritur ad remissionem venialium displicentia virtualis; cum enim non sint nisi tria genera displicentiæ: si non requiritur actualis & expressa, nec sufficit habitualis, sequitur vt requirat & sufficiat virtualis, quæ fit dum quis eo af-

fectu fertur in Deum, & res diuinas, vt quicquid sibi occurret, q eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiam si tunc de illo non cogitet. Sexta conclusio sequitur. Hæc virtualis pœnitentia nõ sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quò ad peccata oblita post diligentem inquisitionem; nam ad remissionem oblitorum non requiritur formalis pœnitentiæ.

Notandum hic peccatũ veniale dici, vt distinguit à mortali, q non auertit à Deo; & veniale peccatũ esse probatur contra Vuitclef. Matt. 7. Festucæ nomine, vbi Hier. & Matth. 12. de verbo ocioso. & 1. Ioan. 1. & Iac. 1. vbi per conceptũ significatur. s. per negligentiam repellendi malum motum: latè D. Aug. lib. de natura, & gratia.

Et q sufficiat virtualis pœnitentia ad remissionem venialium, probatur ex differentia mortalis, & venialis: nã cum mortale per auersionem constituat hominem Dei inimicum, facit vt nullũ eius opus Deo placeat, existens verò in solis venialibus multa facit opera Deo grata, ideo veniale licet sit quædam inordinata conuersio ad bonum commutabile, quia tamen non est auersio, non exigit actualem conuersionem, ideo illa inordinatio rectificatur per actum charitatis, qui Deo est gratus & acceptus. Secundò, ad remissionem venialium ob eorum frequentiam, ẽt in hominibus perfectis, statuta sunt sacramentalia, vt aqua benedicta, benedictio epalis, & huiusmodi: magis ergo sufficit actus charitatis. Nec verum est q sacramẽtalia remittant cum displicentia venialium, quia sic sacramẽtalia nõ essent necessaria, cum displicentia per se sufficiat, & tñ sacramẽtalia facultate clauium ecclesiæ ad id munus sunt instituta.

Venialia non remittũtur ei q eorum habet cõplacẽtiã quo-

Ex his sequitur, q nullus actus, vel feruor charitatis vllum peccatum veniale remittit, qñ eius adest complacentia. Secundò, q nullus actus vel feruor charitatis vllum peccatum veniale remittit, etiam absente eius complacentia, & proposito, nisi cui est cõtrarium, & illa sola dr̃ pœnitentia virtualis, ideo verò est contritus peccato veniali, q̃a si illius peccati cogitatio mẽte occurreret, displiceret ei & doleret se commisisse: & hic reputator feruor charitatis respectu illius peccati, & sufficit dolere venialem culpã si memoriæ occurreret, q non sufficit in mortalis, nisi facta diligenti inquisitione, quæ diligentia non requiritur in venialibus; vnde actus charitatis potest dolere omnia venialia, vt si sit tam ardens, vt cuiuscunq; tunc memoria haberetur displicentiam pareret, qñque quædam & non omnia, vt cum si memoria haberetur, non omnium haberetur displicentia, vt verbi ociosi.

cunq; charitatis feruore.

Attritio etiam venialium ei qui est in gratia sufficit ad deletionem venialium, nõ ex parte obiecti, quia est timor inferni, sed ab extrinseco quia procedit ex gratia, & imperatur à charitate, qua ratione actus ille sufficeret delere veniale si memorię occurreret. Item per alia opera exteriora, vt eleemosinas, orationes, ieiunia, remittuntur venialia, non ex obiecto exteriori, quia sic non videtur hr̃e repugnationem ad peccata venialia, sed quò ad actum dilectionis interiorem, ex quo procedunt possunt sufficere. Sot. dist. 15. quæst. 2. art. 1.

Ad remissionem ẽt venialium non est necessarium hr̃e propositum vitandi omnia collectiuè, sed sufficit hr̃e ꝓpositum abstinẽdi à singulis, tñ homo debet hr̃e propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda, aliter deserens appetitum proficiendi, & tollendi impedimentum spiritualis profectus, vt sunt peccata venialia, incurreret periculum deficiẽdi; imo qui ex legis cõtemptu peccaret venialiter vt religiosi, peccaret mortaliter; si tñ peccat venialiter nõ contẽnens legẽ simpliciter, sed in hac particula, ac si non esset lex de vitando mendacio iocoso, non vr̃ de mortali arguendus, nisi ratione eminentis periculi, dum omnia venialia contemnit, & qui contemptu

legis

legis etiam consilia abijceret peccaret mortaliter. Sot. ibi in primo arg.

Quod si qui dormientes occidātur pro Christo, si dum iret dormitum habebant aliquam displicentiā, quæ esset attritio, sic martiriū q supplet vicem baptismi, deleret peccata mortalia, qa requiritur aliqua displicentia, vt tollat obicem, & non sufficit q neutre se haberent, & in veni libus sufficit virtualis displicentia habita, vt supra. Sot. secundo argumen. ibid.

Venialia remitti nō possunt ab sque infusione habitus gratię, ei qui est ī gratia.

Secunda propositio. Ad remissionem venialium non requiritur, q habitus gratiæ infundatur, sed sufficit motus eius, & charitatis. Probatur, nā quodlibet per suum contrariū tollitur; peccatum verò veniale non est contrarium charitati, vel gratiæ, sed solum retardat, & tepefacit eius actum, licet non contra Deum, ergo ad remissionem nō requiritur infusio noui habitus gratię, sed sufficit actus illius habitus qui prius fuerat infusus; Præterea. Veniale in eo qui est in gratia, nec tollit habitū gratiæ, nec id minuit, ergo vt remittatur non requiritur noua infusio gratiæ. Secunda conclusio sequitur. Cū de nouo gratia infundit venialia remittuntur: probatur, nam in habentibus liberum arbitriū, in quibus solis potest esse veniale, nō contingit infusio gratiæ sine actuali motu liberi arbitrij in Deū & in peccata, talis autem motus charitatis sufficit ad venialium remissioné. D.Th. d.q. art. 2. non tñ per gratiæ infusionem deletur peccatū veniale cui voluntas adhæret, cum non deleatur sine aliqua displicentia saltem virtuali, vt supra, vt cum quis conteritur omnium peccatorum nullum excipiens, quia illa pœnitētia omnia venialia oblita delet, quia tunc est non solum pœnitentia virtualis, sed actualis, & formalis. Sotus dicta quæst. art. 2.

Et licet ex gratia remittantur peccata. Ephes. 2. tamen ad remissionem venialium non requiritur noua gratiæ infusio, sed sufficit nouus actus à præexistente gratia, & charitate elicitus. D.Th. ibi ad primum. & dr̄ gratiæ infusio dum infunditur, quia sic homo fit gratus, non autē dum augetur, quia sic fit gratior. Et veniale dr̄ macula, non per priuationem decoris gratiæ, vt coloris, sed per affectionem ad aliquod temporale, citra gratiæ exclusionem, vt puluis in homine: vnde simpliciter non est macula, sed secundùm quid: vt d. D. Tho. 1. 2. q. 80. art. 1. vnde ad deletionem mortalis requiritur infusio gratiæ, sed non venialis, sed sufficit elicere actum ex præcedenti gratia, per quam remoueatur illa inordinata adhæsio ad bonum temporale. D. Th. ibi ad tertiū. Cum verò venialia tollantur tñ per sacramenta, sacramentalia, vel actū charitatis, & homo possit decedere ex hac vita cum peccatis venialibus. Matt. 12. & d. Greg. 4. dialog. aliqua leuia in alio seculo dimitti, vt cū aliqui subito moriuntur, vel cū complacentia venialiū: pœna enim ēt mortalium ibi expiatur in purgatorio. Vnde dicendum duobus modis maculā venialium ibi remitti, vel in primo ingressu purgatorij per illum actum elicitum charitatis, qui durat toto tempore purgatorij, remittuntur omnia venialia, etiam si in complacentia eorum homo decesserit, quia illa charitas tunc ratione status, quia firma, & inuertibilis ad malū, & ab omni concupiscentia libera, est virtualis pœnitentia omnium venialium: vt d. D. Th. q. 7. de malo. art. 12. Vel & probabilius, per actum charitatis, & patientiæ toleratum illo tempore, quo venia le punitur remittitur culpa, quia est actus Deo placens, & ad remissionem accommodatus. Sot. ibi in fi.

Venialia quib9 modis remittantur.

Tertia propositio. Cum triplici ratione venialia remitti possint: Primò, ex actu ex gratia procedente, quo quis feruore aliquo in Deum moueatur, qui sic vel actualis, vel est virtualis pœnitentia, primo modo, remittūtur venialia per gratiæ infusioné, vbi nō ponitur obex: secundò, per aliqualem motū detestationis peccatorum. Et hoc modo tria possunt concurrere ad hoc. s. confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio dominica: nam illa tunsio est gestus

pœnitentis, & in oratione dñica adhibetur petitio, vt dimittatur nobis debita nostra: tertio modo, remittũtur per motum reuerenter in Deum,& res diuinas,& sic remittuntur per benedictionem epi, per aspersionem aquæ lustralis, per quamlibet sacramentalé vnctionem, vt fit in confirmatione,& collatione ordinum,& per orationem publicam ecclesiæ ad id institutã, vt sunt collectæ multæ in Missa, & secundùm aliquos etiam per ingressum in templũ consecratum. D.Th.d.q.art.3. quæ conclusio ab omnib. recipitur: vnde versus: Orans, tinctus, edens, cõfessus, dans, benedicens.s.oratio dominica, aqua benedicta, Eucharistia, confessio generalis, eleemosina, benedictio epalis. In ijs verò id est generale vt nullum eorum veniale remittat si opponitur obex: vt d. ibi D.Th. ad secundum. per omne verò sacramentum remittũtur omnia venialia, de quibus non est complacẽtia solo illo actu concurrente, quo quis illud suscipit, licet nõ concurrat alius actus dilectionis: vnde & qñ quis accedit attritus ad sacrm putans se contritum suscipit remissioné, quia illa attritio per gratiã illã sacralem informata est vsus gratiæ: licet Gaiet.d art. dicat præter gratiã, quæ infunditur, vel infusa fuit, requiri & actualem eius vsum & motũ. De oratione dominica est. tex. in c. de quotidianis. de pœnit. dist.3. De confessione generali non est textus expressus, sed ecclesiæ consuetudo: vt d. Pal. dist. 16.q.1. vnde dr ante Completorium, & in Prima, & ante Missam ea de causa. de aqua benedicta. in c. aquam. de consec. dist.2. de eleemosina. ibid. c. medicinã. de alijs vsus antiquus ecclesiæ. Gaiet. d.art. Sacramentalia verò remittũt venialia, vel q excitent deuotionem ad dolorem venialium, vel vi clauium ecclesiæ ex opere operato, vt patet in forma benedicendi aquam, vel quia inclinant animum ad motum pœnitentiæ, tñ illa suscipere ẽt est actus quidam pœnitentiæ ex ecclesiæ institutione. Vnde licet ecclesia nõ possit instituere sacramenta, quia gratiam conferunt, potest tamen instituere sacramentalia, quia cum venialia sint frequẽtissima etiam viris circumspectis, consultum fuit vt tam multis remedijs eis succurratur. Sotus ibi art.3.

Quarta propositio. Mortale, vel originale nõ potest remitti sine alio, nam cum talis remissio non fiat nisi per infusionem gratiæ, non potest fieri dimidia venia, Vnum tñ veniale potest remitti sine alio, vt supra. Mortale etiam potest remitti sine veniali, quia complacentia venialis nõ obstat gratiæ infusioni, quæ ad remissionem mortalis est necessaria, vt sup. Restat ergo quarto, vt qui existit in mortali nullum remittatur veniale: probatur, nam remissio cuiuscunq; nunquam fit nisi virtute gratiæ. Rom.4. vbi d.q ad gratiam Dei pertinet, q Deus alicui non imputet peccatum. vbi gl. intelligit etiam de veniali, cum peccato verò mortali gratia non est simul possibilis. D.Tho.d.q. art.4. Comprobatur nã nulla remissio culpæ in homine per eius actũ esse potest, nisi sit Deo acceptus, qa inter nos & ipsum nulla est ratio iustitiæ, quæ ex nobis dimanet, sed secundùm suam acceptationem: cum ergo nullus actus peccatoris quãtumcunq; sit moraliter bonus, sit opus amici Dei, ergo per nullum peccatoris actũ remitti potest culpa licet læuissima. Vnde Eccl.34. d. dona iniquorum non probat altissimus, & Greg. Prou 15. d. nõ apud Deum quid datur, sed à quo datur attenditur. Remissio verò venialium non fit nisi per satisfactionem. Io.3. super quo August. 21. de ciu. Dei. cap. vlt. d.q qui animæ suæ non miseretur placens Deo, nil pro suis peccatis ei potest dignum offerre. & hr Es.c.1.& 64. 1.Cor.13. Matt.5.6. Præterea. Peccatum, nisi per Christum & meritum passionis eius nõ remittitur. Rom.3. Io.1.can.c.2.& 4. sed meritum passionis Christi non applicatur, nisi ei qui per fidem & charitaté ei est incorporatus, vt alibi est dictum, ergo peccatori non applicatur, & sic in eo nullum peccatum etiam veniale remittitur. Sot.d.q.art.4.

Peccatum mortale, vel originale, nõ remittitur sine remissione alterius mortalis, veniale tñ vno sine alio remitti potest.

De reditu peccatorum, & recuperatione virtutum.
Cap. IIII.

Peccata remissa à redeant per sequẽs peccatum.

PRima ꝓpositio. Circa q̃ōnẽ an peccata dimissa redeant per sequens peccatũ, si consideratur in peccato id ꝙ est ex parte auersionis, per peccatũ subsequens mortale, illud redit ꝙ fuerat in prioribus ante eorum remissionem, nam homo priuatur gratia, & fit reus pœnæ æternæ, sicut & prius fuerat. Si verò consideratur ex parte conuersionis ad bonum creatum peccatum mortale subsequens non facit redire peccata prius abolita, aliter peccatum prodigalitatis reduceretur ad habitum auaritię, ꝙ est ei contrarium. Nec etiã redit reatus pœnæ sensus qui illis dimissis debebatur, sed quia auersio in peccatum mortale ex conuersione quodammodo nascitur, fit vt ea quæ accidũt ex parte auersionis diuersitatem quandam sortiantur per comparationem ad cõuersiones diuersas, sicut ad diuersas causas, ita vt sit alia auersio, alia macula, & alius reatus, prout ex alio atq; alio actu peccati mortalis consurgit. Et ita macula, & reatus præcedentium peccatorum non redit secundùm ꝙ ex talibus actibus causabantur, nam remissio peccatorũ fuit opus diuinæ misericordiæ, quæ non potest irritari per sequẽs peccatum hominis. Rom. 3. & etiam sequitur, ꝙ gratia, & gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum, si penderent ex futuro euentu. Contigit tñ ꝙ sequens actus cõtinet virtute reatum prioris, quatenus s. secundo peccãs videtur grauius peccare. Rom. 2. ex hoc ꝙ cõtemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitẽtiam expectat, & magis si denuo peccet, & sic peccatũ aggrauatur, & sic nõ redeunt simpliciter, sed secundùm quid, in quantum s. virtualiter in peccato sequenti continentur. D. Th. 3. p. q. 88. art. 1.

In hac q. verum est, ꝙ peccata remissa non redeunt secundùm malignitatẽ quam habebant ex obiecto, nec secundùm reatum pœnæ sensus; quæ conclusio probatur Naum 1. Non consurget bis tribulatio. & Ezech. 18. Præterea, Deus nõ remittit peccata sub hac conditione in futurum, si relapsus non accidat, quia sic absolutio semper esset dependens, & imperfecta, sed est absoluta, prout verba formæ sonant: ego te absoluo. Dum verò dr̃ redire eandem maculam, & pœnam damni, sed tamen secundùm quandam diuersitatem, dubitatur: cum macula sit priuatio gratiæ: priuatio verò non recipiat magis & minus. Respon. ꝙ macula non dicit simpliciter priuationem gratiæ, sed ipsam prout fit per peccata: vt d. D. Th. 1. 2. q. 76. art. 1. Vnde qui plura grauiorave peccata commisit, quo maior peccator est, eo magis se elõgauit à gratia Dei, ideo habet maiorem maculam, sicut qui habet maiorem febrem magis distat à sanitate. Vnde de pœna damni, quæ est pœna æterna. Dur. 4. d. 22. q. 1. d. eandem esse in damnatis, quia illa est tm̃ priuatio visionis Dei. Melius tñ videtur dicendum, quòd sicut non est eadem macula, sic non sit eadem pœna damni in omnibus damnatis, quia pœna illa respondet maculæ, vbi ergo est maior macula maior est pœna, & illa maior pœna consistit in hoc, quòd acerbius punit damnatos, quod intelligitur non solum de pœna sensus, sed ẽt damni, quia maiori odio, & inimicitia Dei è cœlo exclusi sunt, & inclusi in illo carcere, ergo illa exclusio est maior in vno quàm in alio. Et de potẽtia Dei absoluta redit etiam idem peccatum numero remissum, secundùm Scot. in 4. distinct. 22. ita Sot. in 4. d. 16. q. 1. art. 1.

Peccata remissa quo dicatur redire ꝑ sequens peccatum.

Secunda propositio. Per quodcunq; peccatum mortale subsequens redeunt priora peccata dimissa quatenus reatus eorum ratione ingratitudinis virtualiter continetur in peccato sequenti, nam per omne peccatũ fit homo ingratus beneficijs sibi diuinitus collatis. Alio verò modo committitur ingratitudo non solum faciendo cõtra beneficium, sed faciendo cõtra formam eius, & mo-

& modum. Vnde speciali ratione ingratitudo quatuor generum peccatorum facit redire priora, quia forma beneficij collati, vel attenditur ex parte benefactoris, qui ob suam clementiam est beneficus, contra quam formam facit, qui fratri petenti veniam nō remittit, sed tenet odium: vt d. Greg. 18. Mor. Vel attenditur ex parte pœnitentis, qui beneficium suscipit, qui duplici motu mouetur in Deum, dum veniam petit, .s. fidei formatæ, contra quam est ingratus, qui à fide apostatat; & motu liberi arbitrij in peccatū, ad quem primò pertinet vt peccata detestetur, contra quod facit qui se pœnituisse dolet: Secundò, subijcere se clauibus ecclesiæ, cuius propria ingratitudo est confessionē sacramentalem contemnere. D.Th d.q 88. art.2. Et per prædicta alia redeunt, non quia sint alijs peccatis grauiora, sed quia directius opponūtur formæ beneficiorū, quæ à Deo accipimus. ibi ad primū.

Peccata sequentia vt faciant redire dimissa an opus sit, vt sint maiora & grauiora præcedētibus, vel ne.

Tertia propositio. Potest contingere vt grauitas peccati post pœnitentiā commissi sit æqualis grauitati peccatorum præcedentium, ac proinde maior, sed id non est necesse, imo potest esse multo minor: nam si quis furti veniam per pœnitentiam obtinuit, tū simile furtum commisit, tantus est reatus secūdi quantus primi: imo maior propter ingratitudinem, & maior si secundum esset homicidium; si verò hæreticus veniam adeptus relabitur in furtum, ratione eius furti, licet eius ingratitudo adiungatur; nō erit tātus quantus fuit peccatorum prius dimissorū, nam reatus præcedentium non redit per peccatum sequens, quasi de peccatis remissis iterū nascatur, sed solum quatenus per ingratitudinē continebatur in sequēti. Secundò, id declaratur quia vel reatus vltimi est tantus ex obiecto peccati, & hoc nō, quia ex illa parte est remissius, vel ingratitudinis, & hoc nō, quia licet beneficium remissionis tāti æstimetur, quantum fuit grauitas peccatorum, tū nō oportet ingratitudinis quantitatem absolutè æqualē esse magnitudini beneficij, quia cōtra idem beneficium vnus potest alio esse ingratior, vel grauius crimen contra benefactorem committere: vnde ingratitudinis magnitudo debet considerari ex magnitudine beneficij non absolutè, sed cæteris parib. vel secundùm proportionem contemptus, vel offensæ in benefactorem commissæ. Secunda concl. colligitur. Non oportet vt tantus sit semper reatus in peccato per quod demissa redeūt, quātus fuerat omnium illorū, ratione sui obiecti, nec ratione ingratitudinis, sed proportionatur habito respectu ad beneficium remissorum, & ad peccatum per quod redeūt. D.Th.d q.art.3. Vnde colligitur, quod si quis veniam cōsecutus illorum criminum .s. furti, committit postea homicidiū, vel adulterium, maior est ingratitudo in illo, quàm si ècon uersò, postquam consecutus est grauiorum indulgentiam, paruum committeret. Non tamen redit semper idem reatus pœnæ sensus, nec damni, vnde vbi non redit eadem pœna sensus, nec eadē pœna damni. Sot.d q.art.3.

Ingratitudo peccantis à sit speciale peccatum, & quā.

Quarta propositio. Ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, at nō semper, sed est circunstantia, & conclusio generalis cuiuscūq; peccati, quod committitur post pœnitentiam. Declaratur, & probatur conclusio, nam actus humani, vel boni, vel mali ex intentione speciem suscipiūt; vnde qui mœchatur vt furetur potius est fur quàm mœchus. 5. Eth.c.1. si ergo quis in contemptum Dei, & beneficij suscepti aliquod peccatum committat, nempe quia non ex alia ignorantia, vel passione delinquat, nisi vt contemnat Dei beneficiū, tunc id peccatum trahitur in speciem ingratitudinis, atque adeò erit speciale peccatum ingratitudinis. v.g. vt si quis fornicetur ea sola intentione, vt Deum contemnat, duæ sunt ibi rationes peccatorum formales, licet materialiter sit vnica actio. s. fornicationis, & ingratitudinis, licet is magis nominetur contemptor, & īgratus, quàm fornicarius. Nam vt gratiarū actio est specialis virtus pertinens ad iustitiam, sic ingratitudo est speciale vitium pertinens ad iniu-

iniustitiam: vnde Tull. 2. Rhet. ponit gratiam specialem virtutem, & ingratitudinem speciale vitium. Cum verò quis non ex contemptu, vel ingratitudine, sed alia passione adulterium cõmittit, à cuius perpetratione non retrahitur honore Dei, vel ob eius beneficia suscepta, tale peccatũ non trahitur ad speciẽ ingratitudinis, sed est speciale adulterij cui est annexa conclusio ingratitudinis: vt d. Aug. lib. de nat. & gratia. nó enim omnis qui peccat, peccat vt Deum contemnat & illi sit inobediens, sed quia scit id à Deo esse prohibitum, quacunq; intentione homo peccat, in quocunq; peccato est generalis quædam conclusio inobedientiæ, & contemptus. D. Tho. d. q. art. 4. Vbi notandum, ꝙ quñ ingratitudo est speciale peccatum, tunc illa ingratitudo est de necessitate confessionis: vt si quis furetur vt Deo inobediat, non satis est furtum cõfiteri nisi & circunstantiam hanc, aliàs non est necessarium, licet vbi quis sæpe, & sæpius veniam obtinuit, & à periculis est liberatus, in quibus ob ea peccata fuerat coniectus, videtur probabile, licet ingratitudo illa non sit speciale peccatum, tamen illam circunstantiam esse confitendam. Sot. d. q. 1. dist. 16. art. 4.

Peccata dimissa ã e a dẽ numero redeãt, & qũo redire dicantur.

Ex prædictis colligitur primò, ꝙ peccata dimissa eadem numero non redeunt, nec quò ad culpam, quia id fieret, vel facto hominis, vel Dei: non hominis, quia non potest resuscitare, ꝙ perijt: non Dei, quia non operatur ad culpam. Redire tamen dicuntur quatenus ex peccatis dimissis aliquid in sequentib. relinquitur: quia ex eo, ꝙ homo per peccatum Deum offendit post remissionem peccatorum, actus sequentis peccati quandam deformitatem ingratitudinis acquirit, ideo dicuntur redire quò ad ingratitudinem, modo supra exposito.

Quo verò ad pœnã, notandũ, ꝙ duplex est pęna peccato debita, vna dãni .s. carentia gratię & gloriæ, & hoc modo peccata dicũtur redire, quia per sequentem culpã æquè priuatur ho & gratia & gloria, quia omnia peccata mortalia in hoc habent connexionem, ꝙ auertunt à Deo, & priuant gratia & gloria. Alia est pœna sensus, quæ includit dolorem mẽtalem de diuinæ visionis amissione, quæ dr̃ vermis conscientiæ, & pœna ignis gehẽnæ, & sic non redeunt peccata, nisi secundùm quid, quia homo non est debitor tantæ pœnæ vt prius, sed est debitor aliquantulũ maioris, quàm si præcedentia non fuissent dimissa propter ingratitudinem, quæ est in peccato sequenti, nam secundùm culpa taxatur apud Deum quantitas pœnæ, sed culpa in quam quis reincidit non est semper æquè grauis ac omnia peccata dimissa, est tñ grauior quàm esset in se ratione ingratitudinis, vt supra, & etiã venialia redeũt per ingratitudinem, vt supra: ita Tur. Cr. in sum. de pœnit. dist. 4. & patet in supra dictis.

De recuperatione virtutum per pœnitentiam. Cap. V.

PRima propositio. Per pœnitentiã omnes virtutes restituuntur; probatur. Nam per pœnitentiam remittũtur peccata. Remissio verò peccatorũ non potest esse sine gratiæ infusione. Vnde relinquitur, ꝙ per pœnitentiã homini gratia infundatur. Ex gratia verò consequuntur oẽs virtutes gratuitæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnino potentiæ: vt 1. 2. q. 110. art. 4. ad primũ. d. D. Th. ergo per pœnitentiam omnes virtutes restituuntur. D. Th. 3. p. q. 89. art. 1. probatur etiam ex Luc. 15. de filio prodigo cui est restituta stola prima, per quam Ambr. intelligit sapientiam quã consequũtur omnes virtutes. Sap. 8. Vbicunq; ergo infunditur gratia, vel per sacramentum, vel per pœnitẽtiam virutem infundũtur virtutes, quę sunt restituta possibilitas; virginitas enim vel pœnitẽtia restitui non possunt; aliquæ tñ virtutes possunt stare sine gratia vt fides informis,

Virtutes omnes p pœnitẽtiã recuperãtur, & qũo

mis, & spes, sed postea informantur charitate, & de acquisitis non est hic sermo cum generetur ex similibus actibus: vt d.Sot.dist.16.q.2.art.1. Nec obst. quòd virtuosus lætus operetur. 2.Eth.sed pœnitentia est laboriosa, ergo nō infundit virtutes. Resp. q non se infundit virtutes, sed quia non abstergit omnes reliquias peccatorū, vt supra, ideo remanēt vitiosi habitus acquisiti,& lāguores, per quos licet virtutes inclinant ad bonum,homo patitur difficultaté in operando bono. D. Tho.ibi ad tertium. Nec obst.q Deus operetur in nobis sine nobis:pœnitentia verò cōsistit in actibus,ergo. Resp. q actus pœnitentis se habent materialiter in sacramento pœnitētiæ, sed vis formalis huius sacramenti pendet ex virtute clauium, dum d.Ego te absoluo,ideo virtus clauium effectiuè causat gratiam instrumentaliter tn̄: contritio verò se habet vt vltima dispositio ad gratiam causandam: confessio, & satisfactio procedunt ex gratia & virtutibus, & cōtritio si consideratur vt procedit à libero arbitrio, non est vera virtus meritoria, sed vltima dispositio materialis ad gratiam, sed si consideratur vt procedit à gratia, tunc habet veram rationem contritionis, & sequitur virtutes Theologicas. Sot.d.quæst.art.1.

Perpnīam homo maiorem,vel minorem gratiā acquirit,iuxta intēsio ré, vel remissiorem morū liberi arbitrij in pœnitētia.

Secunda propositio. Secundum q motus liberi arbitrij est in pœnitentia intensior, vel remissior, secūdùm hoc pœnitens maiorem vel minorem gratiam acquirit; probatur. Nam motus liberi arbitrij,vt supra,est in iustificatione impij vltima dispositio ad gratiam prout procedit à libero arbitrio, & ob id eodem momēto cum eodem motu fit gratiæ infusio:vt d.D.Th.1.2. q.112.art.7. motus verò ille includit actum pœnitentiæ: formæ verò quæ possunt recipere magis & minus(substantiales excludendo)intenduntur & remittuntur secundùm diuersam dispositionem subiecti; intensior enim calor in lignum siccū,quàm viride inducitur,ergo secundùm proportionē contritionis fiet restitutio virtutum; Vnde pœnitens quandoque surgit in maiori gratia, quam prius habuerat, qn̄que in æquali,quādoq; in minori, nam cōtingit qn̄que resurgentis contritionem proportionari maiori gratiæ,quam habuerat, qn̄que æquali,& qn̄que minori, & idem iudicium est de virtutibus infusis. D.Tho.d.q.art.2. Notandum pro intelligentia huius ꝓpositionis,differre virtutes,& virtutū opera, nā virtutes, sicut & gratia per peccatum omnino tolluntur,excepto q manent fides,& spes informes:opera verò virturum, quæ fiunt in gratia, non propriè tolluntur, sed mortificātur, vel suspendūtur per peccatum sequens;propositio ergo intelligitur de operibus virtutum per quæ gratia operantis aucta fuerat, an resurgēs resurgat in æquali augmento gratiæ, ac prius, & sic eodem gradu gratiæ vel non. In hac q. plures fuerunt opiniones,tn̄ opin. D.Tho.hic est q gratia & virtutes ꝑteritę restituantur secūdùm quantitatem contritionis, qua homo resurgit, & hāc opin. tenet Alen.4.p. mēb.5. & Alb.d.14. D.Bona.ibi.2.par. dist.art.2.q.1.Dur.3.dist.31.q.5 sensus verò D. Th.in hoc est q ratione contritionis resurgentis non solum confirmatur diuinitus grana illi æqualis, sed & nouus gradus ratione meritorū mortificatorum, quæ tunc viuificant, quia est dispositio non solum ad nouam gratiā, sed etiam ad viuificationem aliorum; q si quæratur quantus gradus gratiæ dabitur propter præcedentia. Resp. q est habēda ratio quantitatis, non solum contritionis, sed & multitudinis, & magnitudinis meritorum,quę fuit mortificata. Vnde qui summo conatu, quem per auxiliū speciale Dei hr̄e potest resurgit, præter gradum gratiæ respondentem contritioni recuperat oēm gratiam à qua ceciderat, vel magna, vel parua fuerit, nam cum contritio fit dispositio ad viuificationem operum, fit vt optima q̄ esse potest, illa in integrum restituat; posita enim summa dispositione, ponitur

nitur summus effectus; pœnitentia enim ex se habet virtutem reparandi defectus ad perfectum, ergo si summa est totam reficit ruinam. D. Th. ibi ad secundum. & hr per gl. in 7. Leuit. & in c. talis. de pœnit. dist. 3. Quod si contritio deficit ab illa summa, in ea proportione qua ab illa distat, restituitur antiqua gratia, vt si contritio est medietas summæ, restituetur medietas gratiæ. Vnde semper homo resurgit ad aliquem gradum cumulatiorem quàm sit quantitas contritionis, qui respondeat operibus mortificatis, vel gratiæ baptismali, non tñ semper ad t... gratiæ cumulum resurgit à quo ceciderat. Et etiam per summam attritionem iunctam cũ sacramento tota gratia restituitur, quia attritio per gratiam sacramentalem informatur: ita Sotus dicta q. 2. art. 2.

Per pnĩam an homo recuperet pristinam dignitatẽ.

Tertia propositio. An homo per pœnitentiam recuperet pristinã dignitatem. Notandum, ꝙ homo per peccatũ amittit duplicem dignitatem, vnam apud Deum, aliam apud ecclesiam: apud Deum vnam præcipuam, qua per gratiam cõputabatur inter filios Dei. Et de hac est conclusio, ꝙ per pœnitentiam homo semper hanc dignitatem acquirit, ꝙ probatur in parabola filij prodigi. Luc. 15. cui restituta sunt calceamenta, stola prima, & annulus, qui erant eius ornatus. Alteram dignitatem amittit s. innocentiam, de qua ibi maior filius gloriabatur, d. ecce multis annis seruiui tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, hãc verò homo non recuperat per pœnitentiã, nec etiam per absolutam Dei potentiam: recuperat tñ aliqñ aliquid maius; prior pars patet, nam ad præteritum nulla est potentia; recuperare verò innocentiam esset fieri vt qui peccauit, nunquam peccarit: secũda pars probatur ex Greg. hom. 34. in Euang. qui errasse à Deo se considerant, damna præcedentia lucris sequẽtibus recompensant, & ideo gaudium de eis fumitur maius: vnde & dux magis illũ militem diligit, qui post fugam hostẽ fortiter premit, quàm illum qui nunquam terga vertit, & nil vnquam fortiter fecit. Aliam verò dignitatem ecclesiasticam perdit per peccatũ, quia indignum se reddit ad ea exercenda quæ ecclesiasticæ dignitati cõpetunt. Et sic quatuor casibus peccator dignitatem ecclesiasticã non recuperat per pœnitentiam: primò, nõ quia per pœnitentiam non recuperetur, sed quia homo impœnitens est: vnde primò ij pristinos gradus non recipiunt, quia vitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. c. dño. 50. dist. Secundò, qñ negligenter clericus agit pœnitentiam. c. si quis diaconus. ead. dist. cum. s. in aliquibus, nec compunctio cordis, & humilitatis, nec orandi instantia apparet, nec ieiunijs, aut lectionibus vacant, si ad pristinos honores restituantur cũ quãta negligentia permanẽt. Tertiò, si peccatũ cui annexa sit irregularitas cõmittit, imo etiã si esset casus sine peccato talis: vt bigamus, homicida, & huiusmodi, de quibus alibi est dictum. c. si quis viduam. ead. dist. Quartò, propter scandalum, vt si quis sit captus in periurio publicè, furto, & fornicatione proprio gradu sunt priuandi, quia scandalum est populo Dei tales personas super se positas habere, ꝙ si occultè peccarint, & ieiunijs, eleemosinis, vigilijs, & orationibus, se curauerint, & secretò confessi sacerdoti fuerint de Dei misericordia spes veniæ, proprio gradu seruato est sperãda. c. de ijs verò. c. quia sanctitas. ead. dist. ca. quæsitum. de qualit. ord. & c. contumaces. 50. dist. Et ꝙ est dictũ de ijs qui negligenter agunt pœnitentiam intelligitur qñ peccatũ est publicum. D. Th. h. d. q. art. 3. Vnde in primitiua ecclesia publici peccatores, vel clerici, vel laici, non admittebãtur ad sacramenta, postea rigor ille cessauit, & nisi ob certos casus id prohibetur, de quibus ego latè dixi in tract. Irregularitatis. Nec obst. Amos 5. d. Virgo Israel cecidit, sed non resurgit Virgo Israel. Resp. ꝙ in virginitate formale

est

est propositum nunquam experiendi actum venereum corruptionis: vnde quæ moritur cũ proposito nubendi, non esset virgo, imo fortè non cõsequeretur aureolam virginitatis, materiale verò virginitatis est inexperiẽtia venereæ voluptatis. 2. 2. q. 152. art. 3. vnde primo amissa modo recuperatur per pœnitẽtiam: secundo non, sed qui irrecuperabilia damna innocentiæ, virginitatis, & huiusmodi per infamia crimina incurrerunt, possunt & debent cumulatissimis virtutis officijs Magdalenam imitari, vt suam ab oculis populi infamiam abstergant. D. Th. ibi ad primum. Sot. d. q. 2. art. 3.

Cadere verò ab innocentia, si consideratur quantitas beneficij accepti est grauius, quàm à pœnitentia, quia maius est beneficium aliquem in statu innocentiæ post baptismum conseruare, quàm donũ pœnitentiæ post peccatum concedere. Si verò consideratur beneficium vt magis gratis datũ, sic grauius peccat cadens à pœnitentia. Flor. de pœnit. fol. 19.

Opera in charitate facta an mortificẽtur per sequens peccatũ mortale, & quõ; & an reuiuiscãt per pœnitẽtiam, & q̃d de operib⁹ factis i peccato mortali.

Quarta propositio. Opera in charitate facta mortificari dicũtur per sequens peccatum mortale; probatur Ezech. 18. Iustus si se auerterit à iustitia sua oẽs iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur. Ratione confirmatur, nã res viua per mortem perdit operationem vitæ, ergo per quãdam similitudinem res dicuntur mortificari q̃si à suo proprio effectu, vel operationem impediuntur, effectus verò operum studiosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternã, cum ergo hanc virtutem habeant per gratiam, quæ per peccatum mortale tollitur, fit vt per idem peccatũ eadẽ opera mortificentur. D. Th. d. q. art. 4.

Ad intelligẽtiam huius propositionis: notandum, q̃ opera moralia sunt in triplici differentia, nam alia sunt viua, vt quæ ex gratia & charitate dimanant, alia mortua quò ad Deum, vt omnia quæ fiũt in peccato mortali; gratia. n. & charitas sola vita animæ est. Vnde quæ ex illo fonte non manant, licet possint esse moraliter bona, tñ apud Deum nullius sunt meriti. Ioã. 4. Alia sunt opera quæ viua prodierunt, quia in charitate & gratia facta, sed p̃ peccatũ sunt mortificata, quæ ergo in peccato mortali fiunt non viuificãtur per pœnitentiam sequentem; probat̃, nã opera viuificabilia sunt aliquo modo meritoria saltem in potentia; si ergo opera extra charitatẽ facta posset aliquo modo viuificari, aliquis sine charitate posset aliquo modo mereri vitam æternam, q̃ est falsum: secũdò, habitus non format actum, nisi qui ab eo procedit, sed opera bona sine charitate facta nunquã processerũt ab ea, ergo per charitatem, vel gratiam prædicta opera viuificari non possunt in pœnitentia; si verò, vt supra, sunt mortificata per peccatum reuiuiscunt adueniente pœnitentia, nam opera: vt d. D. Th. 4. dist. 14. in charitate facta, & si actu trãseunt, remanent tñ in Dei acceptatione, & secundùm q̃ sic manẽt, habent efficaciam, quantum in seipsis est, inducendi faciẽtem ad vitam æternam, & si nõ faciũt effectum in peccatore est per accidẽs propter peccatũ, q̃ facit indispositum ad percipiẽdum effectum præcedentium meritorum, nõ autem q̃ ab ipsis operibus aliquid demätur cũ in suo fieri obtinuerint efficaciam prædictam hoc ipso, quòd ex charitate sunt elicita, q̃ eis sequẽs peccatum non potest auferre: Et ideo remota indispositione à peccatore p̃ pœnitentiam, opera illa præcedentia effectum suum habere incipiũt, & secundùm hoc viuificari dñr: ita Turr. Cr. in c. intermittẽtes. & §. dicens. art. 1. 2. 3. de pœnit. dist. 4. & D. Th. d. art. 4. ad primum. & D. Th. d. q. art. 5. 6. quæ conclusio probatur etiam Ezech. 18. & 33. ibi non recordabor, & glo. super Leuit. 7. quæ dicit hominem per pœnitentiam restitui in statum pristinum: & hř Heb. 6. in cap. intermittentes. de pœnit. dist. 4. per Aug. ad Macedoniũ. & de vera, & falsa pœnit. c. 14. & in ca. piũ. & c. talis. de pœnit. dist. 3. per quas authoritates, probatur, opera morti-

ficata per pœnitentiam reuiuiscere; Quod verò facta in peccato mortali non viuificētur per pœnitētiam, probatur. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem aūt non habeam nihil mihi prodest; ex diuina tñ largitione remunerātur temporaliter hmôi opera, nō q ex se sint vlla largitione digna apud Deū: ita ēt hř in c. si qđ. & c. cauendum. de pœnit. dist. 3. Secundò, operantur, vt quis in illis decedēs mitius in inferno puniatur, nō q si in inferno decem gradus pœnæ mereatur per illa opera reducātur ad nouem, cum re vera nullius sint momenti apud Deum in præmio æterno, vel remissione supplicij, sed id ideo dř, quia exercitus in bonis operibus alia noua peccata vitat, pro quib⁹ in inferno acrius puniretur: & sic loquitur D. Aug. lib. de pœnit. c. 26. nam per opera extra charitatem facta homo nil meretur de condigno apud Deum, q meritum de condigno dř actio, per quā efficitur vt ipse agēs habeat debitum recipiendi; probatur conclusio. Nam qui nil est secundùm esse spirituale nil potest mereri apud Deū, sed peccator extra charitatē existens nil est spirituale, ergo. Valent verò opera in mortali facta de congruo merito, q innititur misericordiæ dantis, ad tēporalia. Exo. 1. vt patet de obstetricibus. Secūdò, ad dispositionem ad gratiā. Act. 10. Tertiò, ad bonorū operum satisfactionem, & ētad diminutionem pœnæ in inferno modo supra exposito: ita Tur. Cr. in cap. prima consolatio. §. quamquam. ar. 1. & 2. de pœnit. dist. 3. D. Th. art. 6. prædicto ad contraria. & Sot. 4. dist. 16. q. 2. art. 6.

De partibus pœnitentiæ in generali. Cap. VI.

In pœnitētia partes conueniēter esse debent.

PRima propositio. Pœnitentiæ conueniēter partes assignati debent; probatur. Nā partes rei sunt in quas totum materialiter diuiditur, nam partes se habent ad totum vt materia ad formam; partes enim ponuntur in genere causæ materialis, totum formalis. 2. Phisic. t. 31. vbi ergo ex parte materiæ reperitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationē, sed in sacramento pœnitētiæ actus pœnitentis se habēt per modum materiæ, ideo cum plures actus humani requirantur ad pœnitentiæ perfectionem, .s. contritio, confessio, & satisfactio, vt infra, sequitur q sacramentum pœnitentiæ habeat partes. D. Th. 3. p. q. 90. art. 1. quæ quidem partes duæ sunt essentiales .s. absolutio sacerdotis tanquam forma, & actus pœnitentis, vt materia; peccata enim sunt materia remota, vt delenda, vel homo peccator, cum absolutio à sacerdote impenditur ad peccatorem curandum. D. Th. Durand. Ric. 4. dist. 14.

Pœnitētiæ tres ptes, contritio, confessio, & satisfactio cōueniēter assignantur.

Loquendo verò de partibus materialibus pœnitentiæ sit secunda propositio. Conuenienter assignantur tres partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio; probatur conclusio. in Concil. Flor. in vnione Armen. & in Trid. sess. 14. can. 4. & de contritione, quòd ad pœnitentiam pertinet, probatur Deut. 4. Si quæsieris Dominum inuenies, si tamen inuenies tota tribulatione aīæ tuæ. & Ioel 2. Scindite corda vestra. Ps. 50. Cor contritum. &c. Num. 5. Ps. 31. Matt. 5. Act. 19. 1. Io. 1. Dan. 4. Mat. 11. q patet exemplo Dauid cuius cor est percussum contritione. 2. Reg. 24. & Niniuitarum. Ioā. 3. & Matt. 12. & publicani. Luc. 18.

Idem probat Tert. lib. de pœnitentia, vbi loquitur de his tribus partib. pœnitentiæ: & S. Cipr. in serm. de lapsis. S. Io. Chris. serm. de pœn. d. in corde contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, hæc est perfecta pœnitentia. & Aug. in Ps. 146.

Ratione pbatur, ex ipsa natura pœnitentiæ, nam pœnitentiæ est detestatio, & punitio peccati, vt est offensio diuinæ maiestatis, & vt ordinatur ad peccatum tollēdum, & amicitiam cū Deo resarciēdam. Vnde Act. 20. Vocatur pœnitentia in Deū, & Act. 26. Con

iungitur

iungitur cum conuersione in Deum, & Ezech. 18. 33. Pœnitentiæ finis dr iustificatio, hæc verò differẽtia est inter vindicatiuã iustitiam, & pœnitentiã, quod in prima fit compensatio ad arbitrium iudicis & non ad libitum offendentis, vel offensi, sed in pœnitẽtia, quæ cõpensatio est offensæ non tñ instar vindicatiuæ iustitiæ, fit recompensatio, & secundùm spontaneam voluntatem peccantis, & secundùm arbitriũ Dei in quem peccatur, quia hic non quæritur sola redintegratio ęqualitatis iustitiæ, vt in iustitia vindicatiua, sed magis reconciliatio amicitiæ, quę fit dum offendens offenso secundùm eius voluntatem recompensat; hac ratione requiritur ex parte pœnitentis primò voluntas recompensandi, ꝙ fit per contritionem: secundò, ꝙ se arbitrio sacerdotis subijciat tãquam Dei vices gerentis, ꝙ fit in confessione: tertiò, ꝙ recompenset secũdùm arbitriũ eiusdẽ diuini ministri, ꝙ fit in satisfactione; sunt ergo conuenienter tria illa necessaria: primò, detestatio peccati cũ proposito vitæ nouæ. Es. 63. Ps. 122. Iere. 3. Tu fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me. Secundò, confessio: tertiò, satisfactio. Præterea. Deum tribus offendimus corde, ore, & opere, ergo tria debent esse instrumenta pœnitẽtiæ, cõtritio, contra peccatum cordis, cõfessio oris, satisfactio operis: vt insinuat. P. Rom 6. sicut exhibuistis mẽbra vestra &c. D. Th. d. q. art. 2. Bellar. lib. 1. c. 19. & hæc veritas probatur etiam Io. vlt. & Matt. 16. vbi Apostolos iudices constituit & dedit eis potestatem ligãdi & soluendi, nemo verò accusator sui esse potest, nisi quem peccatorum pœniteat, quibus Deũ offendit, & qui legitimè cõfessus paratum se iudici subdat, vt secundũ eius arbitrium satisfacturũ se offerat: & hr̃ de pœnit. dist. 3. c. perfecta. Et ita sunt tres partes pœnitentiæ nõ vt est virtus, sed vt est sacramentum. Et contritio, licet sit in corde, & sic non sit signum sensibile, tamẽ vt habet propositum confitendi, & satisfaciendi habet signum sensibile, & peccatum per eam non tollitur sine prædicto proposito. Et satisfactio habet modum peculiarem augẽdi gratiam dum imponitur à confessore, ergo est pars sacramenti. D. Th. ibi ad primum, & secundum. Sot. dist. 17. art. 2.

Tertia propositio. Tria pdicta sunt partes integrales pœnitentiæ, non autem potẽtiales, quia singulis partibus essentialibus adest totum secundùm totam essentiã, sicut tota essentia animæ adest cuilibet potentiæ, ꝙ non est ĩ proposito: nec ẽt partes subiectiuæ: nam singulis partibꝰ subiectiuis adest tota virtus totius, simul & æqualiter, sicut tota virtus animalis, vt aĩal est, saluatur in qualibet specie animalis, ꝙ simul & æqualiter diuidũt animal, quod non est in proposito, ergo sunt integrales partes pœnitentiæ ad quarum rationem exigitur, vt totum non adsit singulis partibus, nec secundùm totam virtutẽ eius, nec secundùm totam eius essentiã, sed omnibus simul. D. Th. dicta quæst. art. 3.

Cõtritio, confessio, & satisfactio sunt partes itegrales pœnitentiæ, nõ aũt potentiales.

Quarta propositio. Conuenienter diuiditur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, & pœnitẽtiam mortalium, & pœnitentiam venialiũ, prout pœnitentia est virtus, non prout est sacrm. Considerandum est. n. quamlibet virtutẽ operari secundùm temporis congruentiam, veluti secundùm alias circunstantias debitas, vnde aliter operatur virtus pœnitentiæ post orbẽ redemptũ, aliter in lege naturæ; pertinet verò ad pœnitentiam, vt detestentur peccata præterita cum proposito emendandi vitam in melius, qui est quasi pœnitẽtiæ finis, & quia morales actiones recipiunt speciem à fine. 1. 2. q. 1. art. 3. sequitur vt secundùm diuersas mutationes, quas pœnitẽs per pœnitentiam intẽdit, diuersæ species pœnitentiæ distinguunt. Est verò triplex immutatio à pœnitẽte intenta: prima per regenerationem in nouam vitam: & hæc pertinet ad pœnitentiam ante baptismũ: secunda immutatio est per reformationem vitæ præteritæ iã corruptæ: &

Pœnitẽtia cõuenienter diuiditur in pœnitẽtiam añ baptismũ, mortaliũ & venialiũ, prout est virtus, nõ prout est sacramẽtũ.

ruptæ & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum; tertia immutatio est in perfectiorem operationem vitæ: & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra. D.Th.d.q.art.4. Vbi notandū, ꝙ primum peccatū venientis ad vsum rationis non potest esse nisi mortale: vt d.Sot.ex D.Th.d.17.q.1.art.4. modo alibi latius explicato vbi cadit materia ꝓpria. Et hic remanet imperfecta summa D.Th. qui morte præuentus eam cū magno Christianæ Reipublicæ detrimento perficere nequiuit. Vnde eius obitus lucem magnam sustulit mūdo, qui purgatissimo stilo hanc mirabilem summam ad perfectum perducere non valuit, ideo in sequentibus sequendus erit ordo additionis ad eādem, vel eius scriptorum, & aliorum Theologorum doctrina, & etiam Canonistarum, prout loci & materiæ opportunitas postulabit.

De Contritione prima parte materiali sacramenti pœnitentiæ. Cap. VII.

Contritio vnde dicatur.

NOtandum, ꝙ contritio ex vi nominis dicitur à contero, qñ partes duræ commoliuntur, attritio verò quādo æedem in partes grossiores franguntur: vt d. Phil 4. Meteor. & metaphoricè trāsferunt ad cor, quasi cordis tritio: vnde in sacra scriptura: Cor dicitur cōtritum, & apud eius interpretes per metaphoram, ꝙ cū homo per superbiam, quæ dr̄ initium omnis peccati. Eccl.1. adeo prauis suis affectibus inhæret, vt cor eius fiat sicut saxum durum, iuxta id Ex 7. Induratum est cor Pharaonis, & Ps 118. fit vt detestatio peccati, quæ per contritionem fit, dicatur commolitio cordis, & mollificatio: nam vt duritie, & coagulatione partes sibi inuicem adhærent, sic dum molliuntur, & liquescunt, resoluuntur, & separantur. Dum verò homo imperfectè peccatum detestatur non ob Dei offensam, sed ob pœnas inferni, illa detestatio quia nō sufficit eradicare pecatum, dicitur attritio; quando verò per auxiliū speciale Dei perfectè dolet, ille actus per quem nulla affectio cordis manet ad peccatum, sed omnino conuellitur, dicitur contritio, & quandoque dicitur cordis compunctio. Ioel 2. quandoque mentis renouatio, quandoque mentis humiliatio: vt d.Sot.4.dist.17.q.2.art.1. His ita notat.

Contritionis diffinitio q̄, cum eius declaratione.

Prima sit propositio. Contritio est dolor animi ob Dei offensam, ac detestatio de peccato cōmisso, cū proposito non peccādi de cætero, cum spe veniȩ, & voto præstādi reliqua; probatur conclusio in Conc. Tr. sess. 14. c. 4. Dicitur dolor non sensus, si eius substantia spectetur, sed detestatio peccatorum, quæ cōsistit in voluntate: nam contritio est idipsum ꝙ primus actus pœnitentiæ virtutis; primum enim in pœnitentia est detestatio peccatorum vt sunt offensa Dei. Ex hac verò contritione in appetitu concupiscibili ferè semper oritur dolor, qui ex se nō dicit virtutem, est tamen virtus, quia ex electione voluntatis fit, & ex obiecto, quia habetur pro peccatis, & ex electione, quæ requiritur ad actum virtutis, vnde dicit cū proposito &c. Dicitur verò pœnitentia dolor, licet non sit in sensu, tum quia potest sumi causaliter, ꝓtout causat dolorem, tum etiā quia & ipsa detestatio dicitur dolor cordis. i. voluntatis. Ps. 12. Imo & præter detestationē ipsam, qua peccata displicent voluntati, est passio, in ipsa tristitiæ illā cōsequens, sicut & tristitia in eadē nascitur ex amore boni; amor enim est omnium affectionū voluntatis prima, ac aliarū fundamentū: vt d.D.Th.1.2.q.27.art.4. sequutus Philosophū; nam ex eo ꝙ res amatur sequitur eius desideriū, si ea caremus, & gaudium dum eā adipiscimur, & ex eodem amore sequitur odium rei contrariæ, & si futura imminet, metus concutiens, si sit ꝑsens tristitia afficit. Vnde lib. de vera, & fals. pœn. d. Aug. dolorem esse comitem pœnitentiæ, non aūt

eum dicit pœnitentiam. Vnde vbiq; nomine doloris, & habitus dolentis pęnitentia describitur. c. pęnitentia. 2. de pęnit. dist. 3. c. mensura. de pęnit d. 1. Cipr. serm. 5. de lapsis d. Agite pęnitentiā plenam dolentis, & lamentātis animi, probate mestitiam &c. & Mat. 11. Si in Tiro & Sidone &c. dicitur verò contritio dolor voluntariè assumptus, ad differentiam ab extrinseco incussi, licet & ille qui à gratia procedit, sit à Deo datus.

Dicitur etiā contritio compunctio cordis. Ps. 4. In cubilibus vestris compungimini. & à Greg. 8. Moral. & Chris. 1 lib. de compunct. cord. Dicitur etiā scissio cordis. Ioel 2. Quia homo à se diuidit per eā & Deo cōiungitur. Dicitur cum proposito, vt sic intelligatur actualis non virtualis tantum voluntas nō peccādi; dicitur sub spe veniæ, quia sic est virtus, quæ īcedit inter media, vt alibi est dictū, ne faciat hominem desperare cum Cain, nec nimis de se præsumere; dicitur cum proposito præstandi cætera, vt significetur esse pars sacramenti, vt infra dicetur; sic enim tāgitur ordo ad alias partes sacramenti, & sufficit propositū virtuale confitendi, &c. vt dicit Maior. 4. dist. 14. q. 1. quando tamen nō habuit tempus habendi formale propositum confitendi, quia si habuit tenetur formale habere: vt d. Nau. c. 1. num. 11. modo quo infra dicetur.

Aliter ab alijs diffinitur secūdùm diuersos actus. Isidor. enim diffinit, ꝙ sit humilitas mentis cū lachrimis veniens de recordatione peccati, & timore iudicij; ibi enim tangitur ratio nominis, .s. humilitas, modus exterior. s. cum lachrimis, principiumq; eius, dum d de recordatione peccati. Aug. d. ꝙ est dolor remittens peccatum, vbi tangit effectum contritionis. Greg. dicit, quòd est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem, & timorem, qui ponit rationem nominis, effectum, & principium addit. q. est. 1. art. 1.

Vel aliter diffiniri potest, quòd est dolor de peccatis, quatenus fuerunt cōtra Deum commissa, & eius offensa fuerūt, cum proposito cauendi in futurū, confitendi, & satisfaciēdi, & cum spe veniæ diuinitus obtinendæ. Alen. 4 p. q. 67. Vega in Conc. Tr. lib. 13. c. 26. & 27. Dicitur dolor, quia doloris nomine in sacris literis nominatur. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo &c. & supra probatum est. Præterea, vt d. Bonau. in 4. dist. 16. art. 1. q. 1. sicut peccatū per consensum contrahitur, sic contra destruitur per dissensum volūtatis rationalis, & quia dissensus ab ea rè quam impossibile est non esse, generat dolorem, ideo contritio dicitur dolor per essentiam, sed dolor dicit dupliciter vno modo pro dissensu voluntatis, alio modo passio resultans ex illo dissensu per quam homo prorumpit in lachrimas, & ille dissensus est de essentia contritionis, sed passio illa est effectus eius. Vnde dolor iste est actualis nolitio peccatorū, non absoluta, sed conditionata, vt nollem si fieri posset peccasse, ex qua sæpè tristitia emanat: nam cum cōtritio sit actus amicitiæ, erit actus voluntatis detestantis peccatum, & cum sit peccati nolitio, erit nolitionis actus. D. Tho. 4. dist. 17. q. 2. Scot. d. 14. q. 1. Flor. f. 197. qui dolor cōtritionis nomine in sacris literis, vel compunctionis, & apud sacros Doctores intelligitur: Ezech. 18. & 38. vbi auersionis nomine appellatur, nam quē odimus ab eo libēter auertimus. & Ier. 31. nomine confusionis dicitur, vbi cōteritur cor & confundit, & de peccatis commissis erubescentia habetur. Vnde & Aug. conc. 1. in Ps. 30. hom. 6. d Quòd est confusio quædam temporalis, vtilis perturbatio, animi respicientis peccata sua, respuitione perhorrentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigentis, de qua & Apost. loquitur Rom. 6. & de hac contritione habetur etiam Ioel 8. Conuertimini ad me &c. Et Es. 60. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu &c. Et Ephrem de pęnit. c. 1. Proijce abs te onera peccatorum, offer munera obsecrationum, suppone lachrimas tuas, accede noli timere, ostende ei vultus, & offer medicamentum lachrimiarum & fletum: ecce enim apertum est ostiū pęnitentiæ, festina

ſtina peccator, priuſquã claudatur. Et alibi d. cõpunctio fratres ſanitas animæ eſt illuminatio mentis, remiſſionẽ peccatorum nobis conquirit, leſum vnigenitum in nobis inhabitare facit, cũ eũ deſideramus & q̃rimus. Vnde & Greg. Naz. in ſerm. de ſanct. hom vocat pœnitentiam baptiſmum lachrimarum. & Chriſ. hom. 9. de pœnit. lachrimas dicit ſecũdum baptiſmum, & idem ſequitur Greg. Niſſ. hom. ad eos qui durius alios iudicant, ratione probatur, nam voluntas debet habere triſtitiam, vt per pœnam inuoluntariam ſatisfaciat pro culpa voluntaria; nõ enim Deus admittit in amicitiam, niſi ita diſpoſitum vt ſatisfacere velit quò ad poteſt: vt d. Nau. c. 1. nu. 15. Dicitur de peccatis, ꝙ neceſſariò nõ intelligitur de originali, quia ſine voluntate noſtra eſt contractũ, ergo nec contritionis motus, ſ voluntatis requiritur ad eius deteſtationẽ: vt habetur in c. maiores de bapt. Nec de venialibus neceſſariò, de omnibus tñ venialibus in cõi debet haberi vnus dolor, licet non ita magnus, vt de mortalibus, ſed diſplicentia quædam, vel dilectio Dei ſufficit, vt d. D. Th. 3. p. q. 33. art. 1. Sot. 4. d. 15. q. 1. art. 1. concl. 5. De quibuſdam tñ venialibus poteſt eſſe diſplicentia aliis manentibus, licet nõ ſic de mortalibus: vt d Nau. c 21. nu. 34. & habens mortalia, tenetur de illis conteri licet venialia non diſpliceãt: vt dicit Nau. c. 1. nu. 10 habens verò tñ venialia, tenetur ſaltem de aliquo dolorẽ habere, & proponere ea vitare vt ſit materia confeſſionis. Nec de alienis, quia pœnitentia nõ eſt niſi earum actionum quas in poteſtate hominis fuit facere & nõ; aliena enim peccata nõ auertũt à Deo, vnuſquiſq; enim de propriis rationem reddit Deo, ꝙ ſi quis aliquãdo dolet ꝙ fuerit cauſa alieni peccati, conſulendo, adiuuando, &c. non de alieno ſed proprio peccato dolet, & ita intelligit Pſal Ab alienis parce ſeruo tuo, & quòd dicit D. Aug libr. de vera, & falſa pœnitentia. & habetur in ca. conſideret. de pœniten. diſt. 3. quòd doleat peccator animam proximi quam fornicando eripuit, vel ereptam in malo confirmauit, intelligitur quia illi cooperauit, vel quatenus debet bono exemplo & monitis eam ad bonum reuocare. Non etiam intelligitur propriè de peccatis futuris, niſi quatenus habeẽ aliquid de actu prudentiæ adiunctum, quia cum pœnitẽtia ſit virtus moralis, & pars iuſtitiæ, & omnes virtutes morales connectantur in prudentia, Prudentia verò reſpiciat futurum, ſic dicitur dolere de futuro, ſcilicet cauere futurum, pro priè tamen dolor non eſt de peccatis futuris & cõtritio, ſed magis cautio, quæ eſt pars prudentiæ contritioni adiuncta; ſi enim doleret de peccato futuro, ſic haberet propoſitum peccandi in futuro, & ſic non eſſet peccatum futurũ, ſed præſens, poteſt tamen quis dolere de omnibus, quæ ſunt contra Dei offenſam, & ſic poteſt dolere de originali & futuris, non tamen vt à ſe committendis. Reſtat ergo vt ſit dolendum de peccatis propriis pœnitentis proprio arbitrio commiſſis; probatur: nam pœnitentia eſt tantum earum actionũ quas in poteſtate hominis fuit facere & nõ; illa enim quæ in noſtra poteſtate ſunt, poſſunt nobis diſplicere & tædium facere. Præterea contritionis, quę eſt virtus peculiaris vis eſt, vt per eã in Deũ conuertamur, vel feruorem charitatis eius recuperemus, auerſio verò ab eo, vel charitatis tepor non fiat, niſi per proprium peccatum, ſit vt pœnitentia ſolum de peccato proprio eſſe poſſit. Vnde & contritio dicit amotionẽ cordis noſtri à peccato, in quo erat induratum, induratio verò illa non erat niſi per noſtrum liberum arbitriũ, quòd peccato adhærebat, ergo de proprio ſolo noſtro peccato contritionem habere poſſumus. De peccatis verò alienis, quorum pœnitens cauſa fuit, non poteſt ipſum pœnitere, quia non eſt amplius in ſua poteſtate vt non committantur. Vnde tota grauitas culpæ peccati, ꝙ aliis hominibus futurum eſt cauſa, ipſo puncto, quo perpetratur, contrahitur, & ob id ex alienis peccatis nil culpæ accreſcit peccanti, ſed quando homo

videt quanta mala ex sua culpa succreuerint, quia tunc agnoscit quantum suum crimen fuerit, acerbius eum illius pœnitet, & debet vt supra bono exemplo, & monitis operari, ne deinceps committatur. Sotus 4. distinct. 17. quæst. 2. ar. 2. Ideo de omni actuali peccato proprio est dolendum, vt supra, scilicet de malo culpæ, non autem de malo pœnæ potest esse contritio, licet possit esse dolor: nam contritio dicitur duri comminutio, quæ durities solum de malo culpæ dicitur, quia voluntas quæ est ipsius causa in eo, qui malè agit in suis terminis stat, nec præcepto legis cedit, ideo huius mali displicentia dicitur contritio per similitudinem, quæ similitudo non potest adaptari malo pęnæ, cum pęna dicat tantum diminutionem: ita addit. quæst. 2. art. 1. 2. 3. 4. & 5.

Dicitur quatenus sunt offensa Dei, quia ad perfectam pænitentiam necessarium est, vt quis doleat propter Deum offensum: vt dicit D. Thom. 1. 2. quæst. 113. art 1 & est diffinitum in in Conc. Trid. sess. 6. ca. 6. pœnitentiam à Dei dilectione oriri, nam quem pęnitet ob timorem gehennæ, vel pęnæ temporalis pro peccatis infligendæ, is peccatorum remissionem non consequitur, vt patet exemplo Saulis, & Esau, quia absque charitate & solo timore pęnarum, illos peccasse pęnitebat, est donum tamen Dei, & Spiritus sancti impulsus nondum inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pęnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, vt in Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. Pęnitentia etiam eius quem penitet amore virtutis, vel propter gloriam amissam, nullius est momenti, quia oritur ex amore proprio, qui vt dicit D. August. libr. 14. de ciuit. Dei. cap. vlt. Babilonis ciuitatem ædificat.

Dicitur cum proposito non peccandi de cætero, requiritur enim actuale propositum virtuale cauẽdi peccata in futurum, & obseruandi diuina mandata: vt est diffinitum in Concil. Flor. & Trid. sess. 6, can. 6. nemo enim potest dolere de peccatis, nisi ab illis cessarit. Esa 55. Fili peccasti quiesce, & Esa. 1. Derelinquat impius viam suam. & Roman. 13. Abijcite opera tenebrarum, tum induite arma lucis, & August. lib. de vtilit. pęnitent. cap. 2. Optima pęnitentia noua vita: vnde & pœnitentia dicitur græcè metanea, idest resipiscentia, vel animi demutatio, vt dicit Tertull libr. 2. contra Marc. vnde dolere is non potest de præteritis, cui placet in posterum committere, & sic merito dicitur propositum non peccandi, non autem ad id requiritur promissio nõ peccandi, sed sat est animi præparatio, & propositum vel deliberatio amplius nõ peccandi. Quando enim tempore pœnitentię homo de vitæ futuro cogitat, requiritur actuale propositum cauendi omnia peccata, & illarum occasiones, aliter pœnitentia non esset fructuosa. ita D. Th. & Dur. 4 dist. 17 Scot. dist. 14. quæst. 2. Alen quæst. 69. memb. 9. art. 2. qui ad id adducũt multas authoritates scripturæ. Confirmatur, nam pœnitentia est actus perfectæ amicitiæ, perfecta verò amicitia vtrunque complectitur, scilicet velle placuisse amico, & propositum semper placendi in futurum. Quandoque verò quis excusatur à proposito actuali vitandi peccata in futurum, & tunc sufficit virtuale propositum, videlicet quando pęnitẽs præ nimio dolore peccatorum non recordatur vitæ futuræ si modo de peccatis cogitauit, & si recordaretur proponeret efficacissimè in futurum cauere, talis dolor est virtuale propositum, & excusatur tunc pœnitens ab actuali, exemplo Dauid, quando dicit Peccaui: & Nathan, dicit: Dominus transtulit peccatum tuum. Flor. fol. 199. & sequitur Nau. cap. 1. num. 6 & 12. & idem in subito martirio, vt dicit Lopez in instru. 1. p. cap. 7. Non sufficere virtuale nisi in martirio, in casu tamen proposito per Nauar. videtur ibi adesse etiam actuale propositum emendationis vitæ, quia si maximè dolet de peccatis, vt maximè odibilibus consequitur vt ea etiam vt maximè odibilia vitare intendat,

q vnico

ꝙ vnico actu crederem posse explicari, per illum .s. maximum dolorem sine illa inaduertentia actuali futuri, ꝙ sic apparet ei adesse firmum propositum peccata vitandi: ꝙ si quis timet ne peccet denuo, experientia teste, non tamen inde pœnitentia efficitur inualida, modo proponat non peccare. Lopez 1. part. cap. 13.

Dr sub spe veniæ; conteritur enim peccator à duplici mola, vna superiori sursum eleuante, & alia deorsum deprimente, eleuans est spes veniæ veniens ex consideratione diuinæ misericordiæ, deprimés est mola inferior, timor scilicet pœnæ veniens ex consideratione diuinæ iustitiæ, de quibus molis habetur Deuter. 24.

Dr & confitendi, ac satisfaciendi, ꝙ intelligitur de virtuali proposito; nõ enim est necessarium actuale, nã cum quis possit per solam contritionem si habeat ignorantiam inuincibilem fidei, absq; actuali proposito baptismi iustificari, vt patet de Cornelio, poterit etiam absq; actuali proposito confitendi, nam vtrunq; sacramétum est de necessitate salutis, & confessio & satisfactio sunt actus exteriores, qui nõ sunt de quidditate contritionis, quæ est actus interior, ita Flor. fol. 199. sed melius in hoc videtur dicẽdum, ꝙ requiratur propositum actuale, cũ Concil. Trid. d. c. 4. sess. 14. exposcat votum præstandi reliqua quæ ad ritè suscipiendum hoc sacramentum requirunt. De quo tñ infra & supra etiam est declaratum quando quis excusetur à formali proposito.

Hæc de cõtritionis diffinitione dixisse sufficiat, q̃ sine auxilio Dei speciali haberi nõ potest, vt diffinitur in Concil. Trid. sess. 6. c. 5. & 14. & can. 3. & sess. 14 c. 4. sequitur D. Tho. 1. 2. q. 109. art. 6. 7. D. Bonau. 2. sent. dist. 28. art. 2. q. 1, Scot. 1. dist. 44. q. vnica, & i 4. d. 14. q. 3.

Et colligitur hæc conclusio. ex Ps. 84. Deus virtutũ conuerte nos. Ps. 79. Quære seruum tuum. Ier. 31. Conuerte me dñe, & conuertar, & infra, postquam conuertisti me egi pœnitentiã. Idem docet D. Hier. in Ps. Ierem. c. 31. Ambr. lib. 10. in Lucam. Aug. lib. 5. in Iul. c. 3. & de fid. ad Petr. c. 31. Leo ep. 91. ad Teodorum epm. Innocẽt. in ep. ad Conc. Cartag. Bellarm. lib. 2. c. 3.

Et etiã includit odium peccati præteriti, vt supra. Vnde Dñs Gen. 3. dicit: Mulieri, quare hoc fecisti? & ad Cain Gen. 4. Quid fecisti? vt sic peccata cogitarẽt & detestarenẽ. & hr Is. 58. Ier. 7. 8. Ezec. 16. Ioel. 2. Matt. 23. Act. 2. 3. 7. Id ẽt patet exemplo Iob c. 39. Dauid Ps. 50. Ezech. 38. Petri. Luc. 22. qui omnes doluerunt de peccatis, & fleuerũt.

Ex Patribus serm. 5. de lapsis, circa finé. Cipr. Naz. orat. in sancta lumina. Amb. lib. 2. de pœnit. c. 10. Chris. lib. 1. de compunct. cordis. Aug. in Ench. ca. 65. ꝙ & indicat sinderesis illa naturalis, quæ in corde peccatorem flagellat. Bellarm. cap. 4.

Et etiam includit propositum nouę vitæ, vt supra, vt omnes fatẽtur. Mag. 4. dist. 14. & 15. Alen 3. p. q. 69. membr. 9. art. 2. D. Th. 4. dist. 17. q. 2. art. 1. 3. p. q 86. art. 2. & 3. lib. con. gen. c. 158. & 4. lib. c2. 72. omnes. 4. distinct. 14. vel 17. Adri. quodlib. 5. art. 3.

Quæ veritas, præter supra relata; probatur Amos 5. Odite malum. Is. 1. in Concil. Flor. & Trid. sess. 14. cap. 4. Bellarm. cap. 6.

Hinc colligitur, ꝙ contritio saltem imperfecta omnino necessaria est in adultis necessitate medij ad iustificationem, & remissionem peccatorum obtinendam, definitur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 14 & sess. 14. cap 4.

Probatur Luc. 13. Nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis; Act. 3. Pœnitemini, & conuertimini vt deleantur peccata vestra. Roman. 2. Apoc. 2. Age pœnitentiam, & prima opera fac. Ezech. 18. Pœnitentiæ verò præceptum ponitur Ioel 2. Matt. 3. Ezech. 18. Apocal. 2. Præterea media ad salutem præceptaq; seruanda. Matth. 19. sed sine pœnitentia non est salus, ergo. Vnde impœnitentes à scripturis damnãtur, & grauissimæ ijs pęnæ annunciãtur. Ps. 94. Hodie si vocem eius

audieritis, nolite obdurare corda vestra. Ps. 4. Vsquequo graui corde. Prouerb. 1. Quia vocaui, & renuistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo. Zach. 1. Ne sitis sicut patres vestri &c. Matt. 23. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Rom. 2. Secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizes tibi iram. Vnde & Tert. lib. de pœn. dicit: Pœnitere bonum esse, quia Deus id præcipit. Bellarm. cap. 8.

In contritione à sat sit dolere generaliter de peccatis, vel à requirant de singulis singularis contritio.

Secunda propositio. An ad veram pœnitētiam, & contritionem sufficiat generaliter de peccatis dolere, an verò requirat de singulis singularis contritio. Si consideratur contritio, quò ad sui principium; qñ .s. quis cogitat peccata sua, & de eis dolet: sic requiritur singularis eorum contritio; si verò consideratur eius terminus .s. qñ iam gratia informatur, sufficit ꝙ sit vna omnium; tūc enim ille motus agit in vi omnium dispositionū præcedentium addit. q. 2. art. vlt. Vel dicendum, ꝙ requiritur singulorum peccatorum mortalium singularis, & specialis contritio .i. singulorū detestatio, quæ est actus voluntatis, vt .s. cogitans peccata de omnib. doleat & generaliter & sigillatim qñ ea recogitat, ea oīa & singula detestando & nolēdo, si .n. vnum vellet, iā non esset pœnitens, idq; procedit in cōtritione nedum in ordine ad confessionem, sed etiā in iure naturæ; diligentiā enim adhibere ad recolenda singula peccata vt singula detestetur homo debet, nam contritio est motus conuersionis auersioni contrarius, sed per quodcunq; peccatū mortale fit auersio, ergo quantū ex se est, quodcunq; suam exigit contritionē: vt probatur Es. 38. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. & Ezech. 18. & hr in ca. consideret. de pœnit. dist. 5. Si enim circunstantiæ sunt considerandæ magis peccatorum numerus. Quādo rñ tempus non suppetit, vel commoditas non datur & opportunitas, tunc sufficit contritio generalis peccatorum in confuso quatenus sunt offensa Dei, quia tūc sufficit dicere Peccaui: Deus enim à nobis impossibile non requirit, & generalis contritio includit propositum singulorum pro loco & tempore pęnitendi, elicere verò singulas tristitias peccatorum, quæ sunt passiones non est necessarium licet id consultū sit, sed sufficit singulorū nolitio & detestatio cum memoria recoluntur, & cogitantur, & simul propositū omnia detestādi si quæ obliuiscūtur, memoria occurrerent. Vel vt alij dicunt sat esse singulorum contritionem habere cum quis confitetur non singulariter, sed in specie, vt si quis decem fornicationes confiteatur, sufficit dolerē ꝙ decies fornicatus sit, & idē de alijs; sed melior videtur præcedens opinio, ꝙ requiratur singulorum dolor non vt passio, sed vt detestatio, & nolitio, ꝙ peccatori possibile, imo facilè est habere. Sot. 4. dist. 17 q. 2. art. 3. Alen. q. 69. memb. 8. ar. 2. D. Th. q. 82. ar. 3. 4. Cano de sacram. pęnit. in rel. & Medina de penit. Cod. & tutius est, vt non solum formalem & actualem dolorē habeat de singulis peccatis, quę recordatur, sed etiam quæ non recordatur saltem in generali, & sub conditione, si peccaui doleo. D. Th. 3. p. q. 80. art. 4. ad quintum. & 1. 2. q. 113. art. 5. ad tertium. In martirio tñ hoc est speciale vt sufficiat actus martirij p fide Christi, licet nō succurrat memoriæ recordatio peccatorum, modo in illis actu non complaceat, quia sic dolor includitur in dilectione Dei p cuius amore vitam effundit. Sot. lib. 1. de nat. & gratia. cap. 18. & infra dicetur. & idem qñ quis facto diligenti examine non recordatur peccatorū, quia tunc non est necessaria pęnitentia & dolor peccatorum, sed per dilectionem Dei veniam obtinebit, extra verò hos duos casus, non sufficit dilectio Dei ad remissionem peccatorū, sed requiritur contritio eorū, vel saltem attritio iuncta cum sacramento: vt d. Lopez in instruct. 1. p. c. 6. simul cum proposito cauendi de futuro, ꝙ propositū oportet vt sit actuale, nec sufficit virtuale, nisi

casibus

casibus duobus supra relatis, vbi suffi-cit dilectio Dei absque dolore actuali: vt d. Lopez d. loco. cap. 7.

Contritionis dolor quàtus esse possit, & debeat.

Tertia propositio. An contritionis dolor possit esse maximus, qui potest esse per naturam; si dolor in contritione accipitur pro displicentia peccati, excedit omnes alios dolores, quia quan tum aliquid placet tm eius contrarium displicet, finis verò vltimus super omnia placet, cũ omnia propter ipsum desi deretur, ideo peccatũ q ab vltimo fine auertit super omnia displicere debet, vt pro nulla re mundi amplius illud cõ mittat, nam pœnitentia est actus charitatis, q ex amore filiali oritur, & ideo dolor peccati ob q Deum amittimus debet esse de offensa Dei propter ipsũ, atq; adeo per eius auxilium sufficiens ad recõciliandam eius amicitiam, ergo est eadem mensura pœnitentiæ, & charitatis; charitas verò Dei, debet esse appretiatiuè omnium amorum maximus, vt s. nullam rem ei præferamus, sed ipsum vniuersis, sic quem amissæ p peccatum charitatis pœnitet, eodẽ gradu debet illud detestari. Vnde & sicut mandatum charitatis est de diligendo Deo ex toto corde, tota anima & mente. Matth. 22. & Deut. 6. scilicet vt nil contrarium dilectioni in corde relinquatur, sic & de contritione hẽ Ioel 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Vnde peccatorum summus debet esse dolor appretiatiuè, & super omne odibile odio habendum. Matt. 10. Non tñ requiritur dolor summus intensiuè, nam intensio actus volũtatis fit ex vehementia obiecti mouentis, obiectum autem sensibile vehemẽtius mouet sua natura voluntatem, q̃ spirituale, quia voluntas sequitur cognitionem intellectus, qui in hac vita cognitionẽ sumit à sensu, sensibilia verò sunt ppinquiora obiecta, q̃ spiritualia, quæ abstrahunt à sensu, sed quo obiecta sunt propinquiora vehementius mouẽt, ergo amor sensualium potest esse intensior q̃ spiritualium, & sic displicentia amissionis eorũ vt bonorum, filiorũ, & hmói est intensior, q̃ amissionis spiritualium, nec per hoc culpanda, cum naturam sequatur, & ẽt in sanctissimis hominib. euenerit; Præterea si dolor summus p quolibet peccato requireretur non posset quis magis de vno dolere, q̃ de alio, cum tñ aliquem magis dolere de grauioribus experientia, & ratio doceat. Dolor verò, qui est in parte sensitiua vehementior esse potest, q̃ qui ex detestatione peccatorum oritur, q etiam non est culpa, nam dolor in sensu gignitur, vel per læsionem sensus vt ferro, & sic dolor sensus magis cruciat q̃ peccatorum, quia vires inferiores magis à suis proprijs obiectis mouẽtur, q̃ per obedientiam rationis, per quam obediẽtiam excitatur ad dolorem, cum & dolor sensus nõ sit necessarius in pœnitentia, vt supra. Vel dolor ille sensibilis nascitur ex obedientia, quia appetitus sensitiuus excitatur à voluntate cui q̃nque obedit, & sic ẽt vehementior potest esse rerum sensualium, q̃ peccatorum, quia eadem ratione vires sensitiuæ promptius circa sua obiecta obediunt rationi, q̃ circa obiecta spiritualia. add. q. 3. d. 17. art. 1. Ric. 4. dist. 17. q. 5. 8. 9. art. 1. Bonau. ibi art. 1. q. 2. Dur. q. 4. D Tho. q. 2. art. 4. vbi Sot. Alen. q. 68. Bellarm lib. 1. c. 11. & ideo cum fragilibus nõ expedit facere comparationem appretiatiuam in particulari de offensa Dei ad amissionem rerũ temporalium: vt d. Sot. & Nau. Flor. 4. dist. 14. quæst. 2. art. 4.

Ex quo consolari debent vulgares q ita nõ affligũtur, nec gemunt ob peccata ac ob res mundi amissas; est enim natura in causa, ideo non vergit in culpã, & id etiam euenire potest ob siccitatẽ cerebri, vel dolorẽ nimis intensum qui lachrimas prodire non sinit, licet vtilissimum sit pœnitentibus dolorem lamentabilem excitare, q fiet si intimius consideretur, magnitudo offensæ Dei, quam peccatum infert; sic enim ad motum voluntatis quæ summè peccatum detestatur, & ad cuius nutum interiores potentiæ, & etiam intellectiuæ mouentur: vt d. D. Th. 1. 2. q 17. per totum. excitabitur dolor in parte sensitiua, in peccati detestationem, cum & hmói

dolor sit causa maioris detestationis appretiatiuè, & sic intelligitur id Aug. dicentis: Non sunt in te Christianę pietatis viscera, q luges corpus à quo recessit anima, & animā à qua recessit Deus non luges, cuius rei exempla in Niniuitis, Dauid & Petro habentur. & habetur Matth. 11. & multa iuuare possunt ad contritionem suscipiendam, gratia perdita drachma amissa significata, grauitas peccati, fœditas animæ, amissio paradisi, mortis incertitudo, diei iudicij consideratio, ac pœnarum inferni, & alia de quibus passim supra, & infra in sententijs hr, & in Concil. Trid. sess. 14. can. 5. per Canisium de pœnit. c. 4. Nau. c. 1. num. 39. & in catech. fol. 311.

Ex prædictis colligitur, q contritio si consideratur eius substantia, quæ est peccatorum detestatio non potest esse per se nimia, imo per se quanto maior tanto melior, quia contritio est actus charitatis; charitas verò nō habet modum, imo modus Deū diligendi est ipsum sine modo diligere, quia est infinitè bonus: vt d. D. Bern. serm 67. in cantica, ergo nec detestationi offensæ Dei modus pscribi potest. Dolor verò sensus qui est in contritione potest esse nimius, & sic vitiosus, & ita ét contritio quatenus est causa vitiosæ tristitiæ, vt qñ timentur inde mors, vel corporis ęgritudo, probatur; nam contritio est actus virtutis, vt supra, & ideo medium inter duo extrema, q medium prudēs statuere debet; si enim mors, vel morbus asciscerētur, esset homicidij genus: vnde Apost. Rom. 12. d. Obsequium rationabile esse debere, imo qñ assidua peccatorum meditatio noxium dolorē gigneret, est cessandū ab illa; q si quis dicat nollem peccasse, sine hoc q doleret de offensa Dei. i. si hunc dolorem respueret positiuè, non sufficeret per se ad delenda peccata, cum ad contritionem requiratur dolor animi. ex Conc. Trid. vt d. Lopez d. 1. p. c. 10. in princip.

Non ét tutum est, vti comparationibus sic, velles ne potius pati mortem vel q filij ante te crucientur, q̄ Deum offēdisse, maximè apud imbecilles; stat enim quem hre legitimam contritionem, qui tñ si istæ comparationes ponerentur animo vacillaret. Satis est ergo, vt quis doleat absolutè peccasse quatenus est offensa Dei; perfecti verò pſit vti his cōparationibus: vt Paulus, quis nos separabit à charitate Christi, persecutio an gladius &c. incipientibus verò sunt cauendæ, sed sat est q cōtritus in generali velit pati magis quamcunque pœnam q̄ peccare, cum contritio non possit esse sine amore Dei super omnia appretiatiuè: vt supra est dictum, & explicat Lopez ibi. c. 13. in princ.

Aliæ sunt comparationes, vt mallem trudi pœnis inferni, & perpetuo carere visione Dei, q̄ ipsum offendere. Vbi notandum, q huiusmodi pœnæ sensus & damni sunt inseparabiles à culpa de lege ordinaria, quia sunt effectus peccati mortalis, ideo prudentis non est facere hmōi comparationes, quia pati pœnam inferni nunq̄ potest esse causa vtilis, vel necessaria vitandi culpam, imo est effectus culpæ, ideo pœna illa nō est eligibilis, sicut nec purgatorij ex se, qa sunt effectus culpæ: si verò id dicat per hiperbolem, est distinguendū inter pœnam damni, & sensus, & inter culpam, vt est causa illarum pœnarum, & vt est offensa Dei; si enim cōsideratur culpa, solum vt est causa pœnæ damni, vt per peiuæ separationis à Deo, est magis timenda separatio, q̄ culpa, quia culpa ob talem separationem est timenda, & id propter q tale & id magis tale: si verò consideratur culpa, vt offensa Dei, contra eius legem, & voluntatem est peior, q̄ separatio ab ipso, quia licet huiusmodi separatio sit omnium pœnarū maxima, malum tamen culpæ, vt est offensa Dei, est peius omni malo pœnæ, de his verò comparationibus: vt d. D. Th. 4. dist. 17. q. 2. art. 3. non est homo tentandus. Sotus d. art. 5.

Compara tiones an sint fiendæ in dolore contritionis, & quę.

Potest verò quis dicere vtinam nunquam Deū offendissem mallem tamen cōmisisse furtum q̄ homicidium, quia esto q fuissem offensiuus mallem in minus peccatum incidisse, quia id prouenit ex dilectione Dei.

Non

Non licet verò eligere grauiora ad vitandum minora mortalia, quia mino ra magis infament; id enim esset morta le quia hic habet animum peccandi; si tñ hæc electio fieret ex passione, quæ non requiritur ad contritionem, quia sensibilia magis mouēt, non esset illicitum, vt d. Sot. art. 4. nisi appretiatiuè magis detestetur minus peccatū in voluntate, & q; si quis non potest dolere de peccatis, doleat saltem q; non potest dolere, q; sufficit modo adsit attritio saltem iuncta cum sacramento: vt d. Lopez 1. p. c. 24. & 25. modo nō formet in animo hunc actū nolo dolere de peccatis supra omne odibile: vt ibi d. quia sic excluderetur charitas Dei quam inducit sacramentum faciendo de attrito contritum: vt dicit ibi d. cap. 25.

Non licet etiam in seipso eligere minus grauia vt alius vitet grauiora, qa ordo charitatis incipit à seipso.

Non etiam licet dicere mallem venialiter peccasse, quàm q; Christus esset passus, quia passio Christi fuit maximum bonum, & Deo maximè placens, veniale verò nullo modo ei potest placere. Flores de contr. fol. 204.

An liceat dicere, fornicarer, si non esset Dei offensa.

Non tñ eum putarem damnandum qui diceret, fornicaret si non offenderem Deum, quia licet is cōuertatur ad bonum commutabile non tñ auertit à Deo, & peccatum consistit in auersione à Deo, imo is diligit Deum appretiatiuè super omnia, periculosa tamen est huiusmodi conflictatio ob periculum auertendi à Deo.

Contritio maior an debeat esse de maiori peccato.

De maiori etiam culpa, si fiat comparatio inter culpas, maior debet esse contritio affirmatiuè, licet quātùm ad gradus intensionis id nō sit necessariū, nec quò ad dolorem & tristitiam: prima pars probatur, nam licet culpa neq; minima venialis sit eligibilis, nec etiā ad vitandum aliam culpam, quia implicat cōtradictionem licere peccare, ideo nunquam datur casus in quo liceat minimum peccatū committere ad vitandum maius, tñ paratus debet esse hominis animus, vt si aliquid ex fragilitate hominib. committendum sit, potius sit minus q; maius admittendum, licet firmum debeat esse propositum neutrum committendi, ita Sot. d. q. 2. art. 4. vel vt d. D. Th. d. dist. q. 2. art. 3. ad tertiā q; qñ sigillatim quis considerat peccatum debet magis detestari maius, vel vnico actu & sic is actus vehementius fertur in grauius, neuter tñ actus est necessarius, sed tm facta comparatione, vt sup.

Conteri qñ quis teneatur.

Quo verò ad tempus cōtritionis, an tota hæc vita sit contritionis tempus. Resp. q; in contritione est duplex dolor, vnus rationis qui est detestatio peccati à se cōmissi, alius sensitiuæ partis qui ex hoc cōsequitur, & quò ad vtrunque contritionis tēpus est status totius vitæ præsentis; dum. n. quis est in statu vię detestatur incōmoda quibus à peruentione ad terminū viæ retardatur, vel impeditur; vnde cum propter peccatum præteritū viæ nostræ cursus in Deum retardetur, vel impediatur, quia tempus deputatū ad currendum reparari nō potest, oportet q; in statu huius vitæ status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationē: similiter, quò ad sensibilem dolorem, qui vt pœna à voluntate sumitur, nā quia homo pœnam æternam peccando meruit, & contra ęternum Deum peccauit, debet pœna æterna in temporalē murata, saltem in toto æterno .i. statu huius vitæ manere, hic tamē secundus dolor sensibilis non est necessarius, sed tantum primus, vt alibi dictū est. D. Th. d. q. 2. art. 4. ad primam q addit q. 4. art. 1.

Contritionis à sit diuinū præceptum vt suscipi debeat, & qñ

Quarta propositio. An contritionis sit vllum diuinum præceptum, prima ponitur cōclusio. Virtutis pœnitentiæ, quæ contritio dr præceptum diuinum est: vt d. D. Th. 3. p. q. 85. ar. 1. Alen. q. 68. memb. 2. art. 2. Vega. in Conc. Trid. lib. 13. à c. 17. ad vigesimum. Ratione probatur, nam pœnitentia est virtus ad salutem necessaria, vt supra, ergo est omnibus in præcepto necessaria Præterea qui hominem iniuria affecit tenebitur eam repensare, ergo magis qui Deum offendit; Præterea Deo inobedire peccatum est. Prouer. 1. sed Deus vocat ad pœnitentiam, ergo.

Secunda

Secunda subijcitur cõclusio. Non statim vt homo sentit se culpæ reum, tenetur statim pœnitentiæ. l. pœnitere, Cano de pœnit. par 4. Medina. C. de pœnit. nam præceptum de contritione est affirmatiuũ. & sic non ad semꝑ obligat, sed pro tẽpore debito; Præterea, sic habet vsus ecclesiæ, quæ nulli in culpam vertit ꝙ statim post peccatum nõ pœnituerit. Tenebitur tñ statim à peccato commisso quò ad actum contritionem habere, scilicet de non complacendo in peccato, ita vt si aliqñ placuerit, mortaliter peccatur, si statim actus de quo cõplacentia habetur, nõ prohibeat. Illud verò intelligitur qñ peccatum commissum occurrit memoriæ practicè, vt est in eo delectando, vel opere exequendo, vel delectatione in eius cogitatione sistendo; tunc enim est prohibendum, ꝙ si speculatiuè, eius turpitudo consideretur, vt legendo, docendo, & hmõi secus est. Aliquibus tñ casibus tenetur quis statim conteri, qñ s. mortis naturalis, vel violentæ periculũ imminet, quia tenetur quis subuenire in necessitate animæ per pœnitẽtiam ne pereat, sicut & corpori; vnde qui nouit sibi insidias parari ad mortem, vel certissimũ naufragiũ videt, tenetur sub nouo reatu pœnitere. Similiter cum sacramentum est suscepturus, vel administraturus, vt alibi est dictum de sacramẽtis in genere. Lopez tñ in instruct. 1. p. c. 10. putat sufficere attritionem ęstimatam contritionem, non aũt si æstimetur attritio, vbi & alia d. de diaconis, acolitis, &c. ob quę tñ nõ crederem recedendum ab his quæ dixi sup. de sacr. in genere. c 20. Item qñ adest præceptũ confessionis, & nõ habet quis copiã confessoris vt captiuꝰ apud infideles tenebitũ tũc conteri. Flor. f. 206. 207. 208. & similiter qñ occurrit memoria peccatorum præteritorũ, cum periculo complacendi in eis; tũc enim tenetur de nouo de eis conteri: vt d. Nau. c. 1. nu 27. non tñ necessariò in die dñica, vt d Nau c. 13. nu. 27. nec etiam ex præcepto tempore orandi pro aliqua calamitate si sit priuata persona, secus si publica cum id ita cit vt ecclesię minister. Lopez ibi. c. 26. sed de peccato semel remisso nõ est necessaria noua pœnitentia, nisi tantũ periculum immineret consentiendi, vt aliter vitari non posset, quia vbi peccatum est semel remissum nõ est necessaria noua pœnitentia cum eius materia sit culpa; non enim punit Deus bis idipsum Naum 1. Cum verò veretur an prius pœnituerit, nec ne, vel est deponenda conscientia, vel denuo pœnitendum. Flor. fol. 209. Sot. art. 5. D. Th 3. p. q. 89. art. 8. Alen. q. 68. membr. 2. art. 2. Bonau dist. 45. art. 3. quæst. 2.

Quarta, non est necessaria contritio in die festo de præcepto facienda, nam præceptum de festis colendis est aliud à præcepto pœnitentiæ, quia cultus festorum est religionis virtus, pœnitẽtiæ verò virtus iustitiæ pars. Secũdò, nam præcepta non obligant ad finem, sed ad media, quibus obtinetur, finis .n. festorum est vt homo à secularibus vacans ad amorẽ Dei se excitet, tamen id non cadit sub præcepto, vt nec finis ieiunij.

Quinta, post hanc vitam, in patria est pœnitentia. s. peccatorum abominatio cum forma, quæ est gratia, sed sine dolore quia ibi est plenum gaudiũ, nec effectus remissionis quam habuerit. In inferno est peccatorum pœnitentia cũ dolore maximo, quo damnari cruciantur, sed absque gratiæ forma, & fructu ob obstinatam voluntatem. In purgatorio habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed nõ meritoriũ, quia sunt extra viam, vnde eorum contritio non est efficax ad remittendum pęnas. ita Sot. 4. d. 17. q 2 art. 5. add. q. 3. art. 3.

Quinta propositio. Contritionis effectus est remissio peccatorum, quorũ ipsa causa est; probatur in Conc. Trid. sess. 6. c. 6. & sess. 14 c. 4. quia contritio disponit ad iustificationẽ, & impetrat remissionem peccatorum. d. c. 6. & quia dispositio non solum se tenet ex parte materiæ, sed etiam parte agentis, ideo actus pœnitentiæ quatenus ab auxilio gratiæ, & libero arbitrio procedit, & hominem disponit ad iustificationẽ, ipsius causa aliquo modo dici potest, quę pro-

Contritionis effectꝰ ẽ remissio peccatorũ, quare, & quõ, & cur remaneat obligatio confitendi

propositio colligitur Ezech.18.d.Cum auerterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam viuificabit. Ioan.3.Et vidit Deus, quia conuersi sunt de via mala & misertus est eis. Psal.50.Sacrificium Deo spiritus tribulatus. Luc.7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Ex Patribus Tert.lib.4.con.Marc.& lib.de pœnitentia, d. Dñm pœnitentia mitigari Orig.hom 11.in ca.20.Leuit. Cipr.serm.5.de lapsis. Athan.lib.de virgin vltra medium. Bas.serm.de pœnit. Amb.lib.2.de pœnit c.3. Aug.ep.54.ad Maced.Greg.lib.3.c.4.in 1.Reg.

Ratione probatur, nã si sumitur pœnitentia, vel contritio, vt pars sacramẽti, sic operatur instrumentaliter ad remissionem peccatorum, si vt virtus est quasi causa materialis remissionis peccati, quia dispositio est necessaria ad iustificationem, dispositio verò reducitur ad causam materialem, si accipitur dispositio, quæ disponit materiã ad recipiendum, secus de dispositione agẽtis ad agendum, quia illa reducitur ad genus causæ efficientis. add.quæst.5.ar.1. Theologi tamen in hoc differunt, q̃ ali qui volunt actum pœnitentiæ, vt etiã fidei & dilectionis esse dispositionẽ ad remissionem peccatorum, sed non meritum de congruo, nec de condigno remissionis peccatorum. Capr.d.40.q.vnica. Sot.de natura, & gratia lib.2.c.4. Communis tñ est, hmõi actus, non solũ dispositionem, sed ẽt meritum de congruo esse remissionis peccatorũ. Mag.2. dist.27.& ibi D.Th q 94. ad quartum. Alb.1.d.41.art.2 ad quintum D.Bon. 2.d.28.art.2.q.3.& in 4.d.15.art.1.q.5. Scot.2.d.20.& hæc opinio est probabilis. Bellar.de pœnit lib.2.c.11. licet tñ cõtritio deleat peccata adhuc remanet obligatio confitendi, tum quia contritio habet annexum propositum confitendi quod frustra conciperetur, si executioni non mandaretur. Secundò, quia nemo est certus de sufficientia contritionis, ideo adhibetur sacrm, q̃ facit de attrito contritum. Tertiò, quia cũ contritio sit actus interior, de quo ecclesia non iudicat, ideo adhibetur sacramentum exterius, vt ecclesiæ appareat de nostra reconciliatione. Quartò, quia Deus remittit peccata contrito, dummodo intentionem habeat confitendi, & satisfaciendi, q̃ si non præstet tempore debito, gratiam acceptam amittet. Lopez 1.p c.12.in fi.

Vnde sequit ex contritione perfecta cum voto sacramẽti suscipiendi remitti peccatum ante sacerdotis absolutionem, si habet adiũctum votũ baptismi, in nõ baptizato, vel absolutionis & cõfessionis, ẽt antequam reipsa sacrm suscipiatur; probatur primò, ex Concil. Tr.sess 6. c.4. loquente de baptismo. & sess.14.cap.4.loquente de pœnitentia.

Ex scripturis, probatur 2.Reg.12.vbi cum d.Dauid, Peccaui: Nathan protulit, Dñs quoq; transtulit peccatum tuum.Ezech 18.33.Psal.31.

Ex Patribus S.Amb.in Ap. Dauid.c. 7.S.Aug conc.2.in Ps.31.& ibi D.Gregor.S.Leo ep.91.Ad quod facit q̃ charitas remittit peccata Prou.8 diligentes me diligo.1.Petr.4 Charitas delicta operit.1.Ioan.3.Luc.7.

Ex Patribus. Chris.hom.7 in primã ad Timot.Greg.hom.33.in Euãg. Aug. lib.16.de Tr c 18.tract.5.in ep Ioan.

Ratione probatur ex effectu, nã charitas & sic contritio efficit filios Dei, vt d.D. Aug.lib de gratia Christi.c.21.iuxta Ap Gal.4. Itaq; nõ est seruus, sed filius, qui item charitatem habet implet legem, vt idẽ d de fid.& op.c.14. iuxta Ap. Rom.13. Plenitudo legis dilectio, nemo potest viuere, nec legẽ implere, nisi regeneratus, & iustificatus, & filius Dei effectus: vt d.Aug.lib.1.cap.2.con. duas ep.Pelag. & in Ps.31. Nemo verò est sanctus, nisi post remissionem peccatorum, idẽ in Ps.110. & lib.de spũ, & litera.c.26.Vnde qui charitatem habent liberi sunt à peccato. Vlterius charitas facit amicos Dei, vel potius est ipsa amicitia hominis cũ Deo.Prou.8.Io.15. S.Amb lib.7.adSimplicianum.Vlterius ecclesia concedit indulgentias cõtritis sæpè habentibus propositum cõfitendi tempore debito, sed indulgentiæ requirunt

runt vt eas sumens sit in statu gratiæ, cum liberent solum à pœna temporali eum qui liber est à reatu culpæ, & mortis æternæ. Vlterius in articulo mortis si non adsit, qui reconciliet pœnitentem, vel baptizet cathecumenũ, potest quis per veram cõtritionem, cum desiderio sacramenti percipiendi nõ solum iustificari, sed et continuè ad gloriam æternam peruenire: Sic .n. d. Amb. de obitu Valẽtini iunioris. Aug. lib. 4. de baptis. con. Donat. c. 22. Bern. ep. 77. ad Vgonẽ. & hr in c. ad apostolicam. de presbitero non baptizato. Bellar. ibi. c. 13. ergo.

Pœnitẽtia oĩa licet grauissima peccata delet. Ex hoc etiam colligitur nullum esse peccatum, q̃ per pœnitentiam non remittatur, probatur Ezech. 18. 33. vbi loquitur de omnibus peccatis nullo excepto, per pœnitentiam remittendis. Is. 1. 55. Ier. 18. Ioel 2. Io. 3. Matt. 11. 16. 18. Io. 20. vbi datur potestas omnia peccata remittendi.

Hr etiam in Conc. Later. sub Innoc. III. Ex Patrib. Hilarius can. 18. in Mat. Amb. li. 2. de pœn. c. 4. Aug. 1. retr. c. 19. Bellarm. lib. 2. cap. 15.

Nec obst. q̃ peccatum in spiritu sancto, dicatur irremissibile, q̃ dr̃ qñ quis ex malitia inprobat veritatem cognitam, dr̃ autem nõ remitti, Primò, quia directè repudiat gratiam, sicut si ægrotus medicinã respueret qua sola sanari posset, Secundò, quia cum sit peccatũ ex malitia non habet causam vnde excusari possit: vnde dr̃ irremissibile ordinariè, quia huiusmodi non veniunt ad pœnitentiam, nõ tamen absolutè, quia remoto eo impedimento possunt pœnitere. Bellarm. lib. 2. de pœn. c. 16.

Attritio ã possit fieri contritio, & qñ iũcta cũ sacro. Sexta propositio. Circa attritionem an attritio possit fieri contritio iuncta cũ sacramento. Notandum primò, tres esse timores naturalem, qui est passio partis inferioris, qui nec bonus est nec malus. Secundus dr̃ mundanus, cũ quis pœnas à rebus mundanis infligendas ita timet, vt ideo tñ in creatorem peccare, non timeat, & est timor omnium malus, & à Christo damnatus. Matt. 10. & à Petro 1. Pet. 3. & ab Esa. c. 51. qui à Basil. in Psal. 33. hostilis dr̃. Tertius est timor pœnæ, quam Deus peccatoribus comminatur, sed cum timore offensionis diuinæ ita coniunctus, vt licet homo pœnam timeat, magis tñ offensionem Dei, q̃ illam pœnam, & dr̃ seruilis sed absq; seruilitate, & bonus est, vt dr̃ Matt. 10. Timete eum &c. & Bas. in Ps. 33. dicit: Tentationes repellendas à viris iustis timore futuri iudicij. & Chrisost. hom. 15. ad pop. dicit, Metum gehennæ esse in anima iusti, vt militem fortem eius hostes, & latrones procul arcet à domo, vt d. Aug. lib. de virg. c. 38. d. Hunc timorem à charitate nõ excludi. Quartus dr̃ propriè seruilis, qñ peccatoris Deum puniẽtem timet, vt solius pœnæ fugiendæ causa à peccatis perpetrandis caueat, & de perpetratis doleat, de quo d. Conc. Trid. sess. 14. c. 4. bonum, ac vtilem esse & esse donũ Dei nondum inhabitantis. Vnde Ps. 100. & & Prou. 1. d. Initium sapientiæ timor Dñi, item Eccl. 1. 25. Is. 26. Ier. 5. Mal. 1. Matt. 10. Vnde passim scripturæ terrorem peccatoribus incuriunt, vt pœnitentiam agãt. Deut. 32. Ps. 7. Is. 33. Ion. 3. Matt. 3. 5. 13. 24. 25. Marc. 9. Luc. 12. & Roman. 8.

Ex Patribus Tert. lib. de pœn. Clem. Alex. II. strom. ante med. Cipr. serm. 5. de lapsis. Bas. in Psal. 33. & Ier. in 1. Mal. Chris. lib. 1. de compunct. cordis. Greg. hom. 34. in Euang. Bellar. lib. 2. c. 57.

Secundò, Notandum attritionẽ esse duplicem perfectam & imperfectam: perfecta qñ quis dolet propter Deũ, sed non ita feruidè vt par erat & super omnia, quæ et dr̃ contritio imperfecta vel informis: imperfecta qñ quis dolet propter infernum principaliter infamiam, iacturam, rei, & hmõi, & proponit amplius non peccare cum spe veniæ, sed nõ propter Deum principaliter; altera qua quis dolet de peccato non tñ omnino statuit à peccatis abstinere; quarta qñ dolet de peccato ob infernum, & hmõi, non tñ cessaret à peccato, nisi essent illæ pœnæ. Ex his quatuor attritionibus, prima sufficit cũ sacramento ad iustificationem; tertia & quarta non sufficiunt. c. quod quidam. de pœnit. & remiss.

remiss. nam vt sit cõtritio, vel attritio, oportet vt adsit primò detestatio peccatorum: secundò, propositum cauendi in futurum, ꝙ si absit non est contritio vel attritio, vt nec in primo casu. Vnde etiam si id habeatur tantum per negationem, vt quia pœnitens non proponit propriè peccare; sed nec absolutè proponit non peccare, quia non relinquit statum in quo est, vt contingit concubinarijs, & huiusmodi, qui habẽt tantum velleitatem relinquendi peccatum, talis pęnitẽtia dicitur vna species attritionis, quæ dicitur impęnitentiũ. Tertiò, requiritur ad contritionem vt sit informata charitate. Vel melius, vt dicit Sot. contritio differt ab attritione, quia contritio est dolor propter Deum, attritio ob timorem inferni vel temporalia: secundò, contritio oritur ex timore filiali, attritio seruili pęnarum: tertiò, quòd attritio potest elici ex viribus naturalibus: contritio nõ nisi auxilio Dei speciali præueniente liberum arbitrium: quartò, attritio non sufficit hominem in gratia cõstituere, contritio sic sua virtute diuinitus recepta: quintò, attritio potest esse actus informis, contritio non: vnde attritio sine sacramento non sufficit.

Ad q. ergo Notandum, ꝙ attritio est duplex intrinsecè ex obiecto qua .s. est dolor peccati nõ quatenus offensa Dei: secunda extrinsecè, quia .s. est dolor de offensa, sed sine gratia; prima attritio, quæ id habet ex obiecto intrinsecè, vt sit attritio, non potest fieri contritio, quia id habet ex obiecto intrinsecè, nã actus sumũt species ex obiecto, sed attritio, & contritio habent diuersa obiecta, ergo differunt specie, ergo neuter eorum actuum potest fieri alter. Attritio verò quæ id habet ex obiecto potest fieri extrinsecè contritio, vt dum quis accedit ad sacramentum attritus putans se contritum, per sacramentum suscipit gratiam, per quam eadem attritio informata extrinsecè dicitur cõtritio; qñ verò quis dolet timore inferni. Sot. 4. d. 17. q. 2. art. 5. & d. 12. q. 1. art. 4. vbi d. hanc esse opin. D. Th. tenet ꝙ nõ sufficit. contrarium tenet Canus in rel. de pœn. 3. p. Medina tr. 1. q. 5. ad fi. Dur. 4. d. 17. q. 13. Vega. lib. 13. c. 33. in Concil. Trid. & ideo hæc opin. videtur verior, & diffinita in Conc. Tr. sess. 14 c. 4. licet alia videatur tutior, cum durum videatur, ꝙ cũ pęnitentia sit actus perfectæ amicitiæ, ꝙ quis reconcilietur Deo offenso, qui nil cogitat de Deo; sed satis dici potest, ꝙ cogitat de Deo, qui dolet de peccato à Deo prohibito, & proponit amplius non peccare, & hic est timor bonus, & hæc attritio accedendo sacramento verè iustificat d. c. 4. in Conc. Tr. vt etiam probat Bellarm. lib. 2. de pęnit. c. 18. etiam si non doleat principaliter propter Deum offensum, sed propter pęnam, intendens tñ adiungere sacramentum, quia cum contritio & attritio sint species distinctæ, species verò distinguantur penes obiecta, nulla alia ratione distingui possunt contritio, & attritio, nisi quòd cõtritio sit ꝑpter Deum offensum, attritio propter pęnam. Vnde vt attritio iustificet simul cum sacramento, sat est quòd sit contritio in se, vt. s. quis doleat, licet nõ principaliter ob Deum, sed ob pęnam, iuncto enim sacramento hæc attritio iustificabit, ex d. c. Conc. Trid. quod intelligitur dummodo hæc attritio non sit ex viribus naturæ tantum, vtpotè ex cõsideratione turpitudinis peccati, vel infamiæ, quæ ex natura surgit post peccatum, sed qñ venit ex auxilio speciali Dei, etiam si pęnitens probabiliter non existimet illam esse contritionem, & in dubio, etiam si sit ex consideratione turpitudinis peccati, vel gehennæ præsumitur esse ex dono Dei. d. c. Conc. Tr. Lopez 1. par. c. 8. & 9. & hunc timorem inter dona Sp. S. connumerant Alen. 3. p. q. 76. memb. 2. D. Bona. 3. dist. 34. p. 2. art. 1. q. 2. & D. Aug. ac S. Ambr. vt inqt Bellar. d. lib. 2. c. 17. ad fi. Præterea contritio & attritio sunt species doloris condistinctæ, species verò sumũtur ex obiectorũ diuersitate, non ex magis & minus quæ non faciunt differre specie, ergo attritio non dr̃ quòd sit dolor ꝑpter Deum, sed remissus; contritio verò

rò dolor intensior, nam vt supra probatum est etiam cum Sot. non est necessarius in pęnitentia dolor summus, sed sufficiens sufficit. Vnde liquet cōtritionem & attritionem non posse differre nisi quòd dolor vnius concipiatur propter Deū, alius propter pęnas, & ideo contritio iustificat, vt supra; attritio verò non nisi vi clauium verbo absolutionis accedente, vel vt d. Scot. attritio est dispositio vel meritum de congruo ad deletionem peccati, quæ deletio sequitur in vltimo instanti, quo durauit illa attritio effecta cōtritio, quia tunc Deus de congruo confert gratiā, & tūc dicitur contritio propter aduentū gratiæ, vel vi sacramenti, quòd instrumentaliter causat gratiam, vt supra. Hæc de ista quæst. quæ grauissima est, sub censura tamen sanctæ ecclesiæ.

Pœnitētia alia priuata, solenis, & publica.

Septima propositio. Triplex est pęnitentia priuata, solemnis, & publica, vt d. gl. in c. pen. de pęnit. dist. 6. Priuata est dup. ex interior, de qua supra, & exterior, sed secreta quæ imponitur à confessore, de qua infra. Solemnis est illa, q̄ in c. in capite. 50. dist. recitatur, quam nisi eps imponere poterat, vel de eius mād. no. d. c. & c. statuimus. de Maledic. nec poterant illi postea nisi per epm, vel eius vicarium reconciliari. c. Aurelius. 26. q. 6. qui in capite Quadragesimæ ante fores ecclesiæ sistebantur, nudis pedibus, vultu in terra demisso, & coma tonsa, & à clero septem Psalmos canete introducebatur, & cinere super eorum caput sparso, & cilicio operti, cum [redacted] ecclesiam eijciebatur, & denuo die cęnæ præsentabant decano, & presbiteris in limine ecclesiæ, quæ pęnitentia non poterat imponi, nisi pro casu graui & publico, & totam ciuitatem conturbante. c. si 26. q. 6. Nec poterat imponi clericis, & laici inde fiebant irregulares, & infames. c. infames. 6. q. 1. & d. c. in capite. & c. confirmandum. & etiam fęminis imponebatur coma tñ non tonsa; hic vero vlus recessit ex ecclesia, & remansit vsus solus aspergendi capita cinere in principio Quadragesimæ, vt d. Vgo de S. V. de sacr. lib. 2. p. 9. c. 3. Publica poterat imponi à presbitero, & per ipsum tolli vel reconciliari, non tñ imponebatur nisi pro delicto graui, licet non esset scandalosum, nisi ipse pœnitens ob graue peccatum vellet eam publicā pęnitentiam acceptare; erat enim sic imponenda vt peccatum nō panderetur, & homo peregrinabatur, & flagellis publice se cedebat, vel pondera ferrea baiulabat, vel cum baculo cubitali fiebāt, vel inclusione in monasterio, non tñ vt ibi fieret religiosus, quia nemo inuitus debet fieri talis. cap. 18. sess. 25. de reg. in Trid. Concil. sed ibi includebatur ad pęnitentiam agendam. d. cap.

Hæ publicæ pęnitentiæ nō sunt modo in vsu, nisi cum moderamine, & cū multa prudentia sunt imponendę, licet q̄nque imponēdæ sint, vt declarat Concil. Tr. sess. 24. c. 8. admonet. & rationem assignat D. Tho. 4. d. 14. q. 1. art. 5. nam qui corā multis sine pudore peccauit, confusionem pati debet. Secundò, qui manifesto peccato alios in sui exemplū duxit, suo etiā supplicio terrere debet, & vt etiam sciatur nullum esse peccatū tam graue, quod ecclesia per Dei benignitatem indulgere non possit, & sequitur c. 2. d. in c. potest. & c. aliter. dist. 50. hæc tn publica pęnitentia non potest com mutari in priuatam, nisi per epm. d. c. admonet. & licet Nau. in c. pen. nu. 67. & 87. de pęnit. dist. 6. dicat non esse necessarium pęnitēti publicam facere pęnitentiā pro peccato publico. i. confessionis actum faciendo, cum dicat sufficere publicè constare hm̄ōi esse emendatum, tamē melius videtur dicendum esse q̄nque necessarium, ex doctrina D. Th. & ex d. c. admonet. vbi d. oportere vt pro peccato graui, & scandaloso imponatur. q̄n verò sit imponēda, & quòd dicatur peccatum publicum, & scandalosum, & graue; declaraui in codice de casib. reseruat cas. vlt. vbi notadum publicas pęnitentias etiā pro peccato publico non posse imponi à confessario, cū ei non liceat etiam peccatum publicū in confessione detectum, publicare, nec verbo, nec signo, & si imponeretur huiusmodi

iusmodi publica pœnitentia, signo saltẽ in genere mortalia reuelaret, quòd nõ licet vt infra, vbi de sigillo cõfessionis agetur, & ideo canones supra relati de publica pœnitentia imponenda, intelligũtur à iudice in foro exteriori, cum imponat inuitis, sacramẽtalis verò cõsentienti, vel à cõfessario de licentia pœnitentis, qui hoc modo publicè pœnitẽdo contentus sit, vt eius peccata publicentur: ita Nau. in §. ponat. ad fi. de pœn. dist. 5. & in c. pen. de pœn. dist. 6. nu. 87.

Homo i vltimo articulo potest per pniam cõuerti, & quomodo

Octaua propositio. In extremo mortis articulo homo modò habeat sanum iudicium, & liberi arbitrij vsum potest legitimè per pœnitentiã conuerti, probatur Ezech. 33. In quacunq; hora &c. & per Aug. de vera, & falsa pœnit. ca. 5. hr in c. 1. de pœn. dist. 7. Ratione probatur, nam ad conuersionem nõ requiritur nisi Dei auxilium, cui homo liberè cõsentiat, Deus verò dum homo viuit semper ad ostium pulsat; Præterea homo dum viuit potest manum & ad bonum & malum ponere, ergo; Vlterius Deus est propensior ad misericordiam q̃ vindictã, vt est dictum supra. De Dei misericordia. Pœnitentia tñ vsq; ad illũ articulũ dilata, maximè ab his qui eo vsq; vitam perdite transegerint, nõ est tuta, nec multũ confidentiæ generans, nisi vbi homo egregiè compũctus apparet, quia non vr quò ad se dignus, vt à Deo succurratur qui benignitatẽ Dei ad pœnitentiam vocantis despexit, nec eo casu sæpè sufficiat ordinariũ, & cõe auxiliũ Dei, sed requi[illegible]tur speciale, q̃ Deus non oporter, vt semper apponat, multi ẽt subito moriuntur, quibus non datur gemendi spatiũ, & licet tempus adsit, corpus infirmitate oppressum fortè non finit cogitare de Deo, & perfectè ad illum conuerti, & sæpè ibi est tãtum attritio, nec potest fortè confessio adhiberi. Vnde Aug. lib. 50. hom. 40. homil. & refertur in c. si quis. de pœn. dist. 7. d. non esse tutum an faciens pœnitentiã in extremo decedat securus, idest, quòd non est sufficiens signũ, quòd moriens ingrediatur cœlũ, nec tñ est asserendum quòd condemnetur. & Vgo de S. V. lib. 2. de sacr. p. 14. c. 5. d. esse difficilè pœnitentiam esse veram, quando est ita sera, & ideo facienda est pœnitentia in sanitate, vt sic tuti simus: vt d. Aug. cum & debeamus Deo dare non extrema, sed robusta & sana. Sot. d. 19. q. 2. ar. 6. & declarat optimè Tur. Cr. & Nau. in c. si quis. de pœn. dist. 7. vbi & Nau. dicit tria genera hominum secura decedere, morientes statim post baptismũ, innocentes, & pœnitentes in sanitate, licet ecclesia præsumat et pœnitentẽ in extremo saluari, quia admittit eũ ad sepulturam. c. 1. & c. si quis. de pœn. dist. 7. quem verò putat damnari non sepelit in sacro. c. cum ad monasteriũ. de statu. mon. Clem. j. de sepult. gl. in c. ex parte. 2. de sepul. in c. quia in omnib. de vsur.

De Confessione. Cap. VIII.

Confessio q̃uo sumatur, quò ad ei⁹ verbum.

Notandum, quòd confessio q̃nque sumitur pro gratiarum actione. Ps. Confessio, & pulchritudo in cõspectu eius. Et alibi, confitebor tibi dñe: & alibi, confitemini dño. & Matt. 11 Q̃nque significat laudem Dei, vt in prædictis etiam sumi potest: q̃nque significat fidei protestationem. Rom. 10. Q̃nque p confessione debiti, vt ff. de confess. per totum. q̃nque pro confessione delicti, & hæc duplex, vel iudicialis, quæ fit iudici, de qua Iosue 7. Quæ facienda est iudici q̃n factum est notorium, vel infamia flagrat, vel est semiplenè probatũ; tunc. n. tenetur quis respondere veritatẽ sub pœna peccati mortalis, aliàs non. D. Th. 2. 2. q. 80. art. 1. c. qualiter & q̃n. vbi Abb. de accus. nec in hoc ẽt prelato est obediendũ, quia contra charitatem est vt occulta pandant, q̃ soli Deo sunt nota. cap. si omnia. 6. q. 1. de quo alibi. Q̃nque sumitur pro cõfessione extraiudiciali, quæ est duplex quædam generalis, vt quæ fit in principio Missæ, alia particularis, quæ item est duplex, quædam consultiua amico facta, quæ & dr sigillum secreti, quædam sacramẽtalis, & est secunda pars quasi materialis sacramenti pœnitentiæ, quæ græcè dicĩ exomo-

exomologesis, latinè confessio, quæ vel in laude consistit, iuxta id Confiteor tibi Pater dñe cęli, & terræ &c. Vel dum quis confitetur peccata sua ab eo indulgenda cuius indeficiēs est misericordia, quæ quidem confessio est qua peccatū nostrum confitemur dño nō vt ignaro, cuius cognitioni nil est occultum, sed cōfessio erroris professio est desinendi, desinendum ergo à peccatis, dum confessio est, extra veniā verò est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur. Itaq; exomologesis prosternendi & humiliandi homines disciplina est, habitu, atq; victu, sacco, & cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animū meroribus deijcere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: vt d. Isid. lib. 6. orig. cap. de officijs.

Confessio quid sit.

Est aūt confessio, vt d. Host. in summa. legitima coram sacerdote peccatorum suorum declaratio: dr legitima, vt .s. habeat cōditiones debitas de quibus infra, quas explicat Ric. 4 d. 17. art. 6. q. vlt. ꝙ sit simplex, humilis, &c. dr coram sacerdote .i. ad id habente authoritatem: peccatorum suorum, nō alienorū: declaratio accusatiuè animo vindicatiuo, vindicans in se ꝙ commisit, vt sup. est dictū. Vel est per quam morbus latens sub spe veniæ aperit: vt d. D. Aug. quem sequitur D. Th. 4. d. 17. q. 3 art. 1. Vel vt admodum lepide dicit R. P. Iulius Sirenius Brix. publicus Bon. Theolog. professor. lib. 4. c. 28. ꝙ est legitima coram sacerdote claues ecclesiæ habente peccatorum secreta accusatio, per quam latens morbus spe veniæ aperit.

Et est actus virtutis, quia importat ex suo noīe manifestationē alicuius, ꝙ in conscientia tenet aliquis, vnde & dr confessio, quia os & cor in vnum conueniunt, & est actus pęnitentiæ virtutis, quia cōfessio peccatorum ad remissionem eorum cōsequendam pertinet, & elicitur ex virtute pœnitentiæ. ita addit. ad 3. p. q 7. art. 2. & 3. His ita not.

Cōfessio à Christo ē īstituta, & qō, cum eius testimonijs, rationib⁹, & miraculis.

Prima propositio sit, Confessio est à Christo dño instituta tanquam ad salutem necessaria in mortali existenti post baptismum in re vel in voto: probatur conclusio. Nam tribus locis legitur iudiciaria potestas per Christū tradita. Mat. 16. Tibi dabo claues regni cęlorum, quodcunq; ligaueris super terram, &c. quæ promissio facta est soli Petro, at diuina promissio non fallit, ergo Petrus habet claues, vt eis non tm̄ ipse vteretur, sed ēt cum cæteris sacerdotibus cōicaret: Secunda habetur promissio vel prædictio quædam potestatis facta Apostolis, & ijs qui illis erant successuri. Matt. 18. Quæcunq; solueritis super terram &c. cum ergo diuina veritas mentiri nō possit, ideo ij verè acceperunt potestatem prædictā. Tertiò, habetur concessio eius potestatis & sacramenti totius constitutio, dum dicit Io. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Ex his colligitur, quòd nomine clauium intelligitur potestas, nā claues dantur ad claudendum vel aperiendum, & etiam dantur magistratib. in signum potestatis, & ostiarijs in idē signum. Vnde & Apoc. 3. dr de Christo, qui habet clauem Dauid, vbi secūdùm omnes intelligitur iudiciaria potestas, qua potest Christus soluere, & ligare; & cum Christus claues cum Apostolis & eorum successoribus cōicarit, veram potestatē ex authoritate iudiciaria ligandi & soluēdi illis cōicauit, & vt nemo in clausam domum ingredi potest, nisi qui domus clauē habet ostium aperuerit: sic nemo cui cęlum ob culpam sit clausum in id ingredi poterit, nisi sacerdotum ministerio aperiatur. Præterea sacerdotib. plenaria potestas est data ligandi & soluendi, aut retinendi & remittendi peccata, ergo iudices huius rei à dño sunt constituti, iudicare verò de peccatis rectè nō possunt nisi illa audierint, & nouerint, iuxta dictū Prou. 12. ergo cum sint iudices & Christi vicarij qui peccata etiā cordis nosse debent, iccircò necessariò est illis confessio fienda, vt ita tanquam iudices ab illis absoluere possint. Ideo prædicta scripturæ loca à Patribus ita intelligūtur, vt apertè significent sacerdotes à Christo iudices factos, & peccata ex potesta

te

te dimittere; sic enim exponit Chris. lib. 3. de sacerdot. Naz. ad ciues timore perculsos. Ambr. 1. de pœnit. c. 2. & seq. Hier in ep ad Heliodorum. Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 9. Greg. hom. 26. in Euang. Vnde & in huius figuram Deus ab Adam & Cain confessionem exegit peccati. Gen. 3. & 4. vt confessione deleret q transgrediendo commiserant, prout illa loca exponunt Tertull. lib. 2 cont. Marc. Ambr. lib. de paradiso c. 14. & lib. 2. de Cain & Abel. c. 9. Greg. 22. Moral. c. 13. & Chris. hom. 28. in Gen. Alia figura habetur Leuit. 13. & 14. vbi lepro si iudicio sacerdotum, vel exibant de castris, vel manebant in eis curati, prout illum locum de confessione in figura loqui exponunt Chris. lib. 3. de sacerdot. & Hier. in c. 16. Mat. q & Christus probauit dum leproso à se curato dixit vade & ostende te sacerdoti. Alia figura fuit confessionis quam Dñs in lege veteri instituit, & ei adiungi voluit loco cuiusdã satisfactionis oblationem sacrificij, de qua Num. 5. & Leu. 5. Vt obseruat Th. Vald. de sacr. 2. c. 137. & D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 6. §. 1. Vbi dicit solere Iudæos confiteri ante mortem oĩa peccata sua alicui Leuitæ si qué forte inuenerint, & Galat. lib. 10. cap. 4. probat multis testimonijs Rabinorum oportuisse in cõfessione detegere peccatum in specie, & cum suis circunstantijs. De quo & intelligi potest id Eccl. c. 4. non confundaris confiteri peccata tua. Alia figura in Matt. 3. & Marc. 1. vbi habetur multos accurrisse ad baptismum Ioannis confitentes peccata sua. Alia Io. 11. in historia Lazari, nam q Dominus è sepulchro prodire iusserit Lazarum, & ab Apostolis voluerit solui funeralia illa vincula, quib⁹ ligatus erat, significari dicunt Patres, peccatores diuina voce excitatos foras prodire per cõfessionem, & ministerio sacerdotum liberari à peccatorum vinculis per absolutionem. Ir. lib. 5. c. 13. Amb. lib. 2. de pœnit. c. 7. Aug tract. 49. in Io. in Psal. 101. conc. 2. serm. 8. Greg. homil. 26. in Euang. & lib. 22. Moral. cap. 13.

Idem probatur Act. c. 19. vbi dicitur, quòd multi fidelium veniebant credentes & confitentes actus suos, illi verò dicuntur propriè credentes, qui susceperunt baptismũ Act. 3. 4. & c. 1. Tessal. 1.

Secundò, 2. Cor. 5. dum dicit Apost. Dedit nobis ministerium reconciliationis, & posuit in nobis verbum reconciliationis pro Christo, ergo legatione fungimur, sed legati ad reconciliandos inimicos regis cum ipso, non possunt ritè officio suo fungi, nisi cognoscũt ex ipsis reis quid egerint, quàm grauiter regiam maiestatem læserint, & quam satisfactionem soluere sint parati.

Tertiò, Iac. 5. Confitemini alterutrũ peccata vestra: qui locus de confessione fienda sacerdoti intelligitur: vt dicit Orig. hom. 2. in Leuit. Chris. libr. 3. de sacerd. Aug. hom. 12. ex lib. 50. hom. Beda eo loci. Vgo de sancto Vict. lib. 2. de sacram. part. 14. cap. 1.

Ex Conc. idem probatur in Concil. Laodic. can. 2. vbi statuitur tempus pœnitentiæ dandum his qui instant orationi, confessioni, ac pœnitentiæ malorum suorum conuersioné demonstrantes. Et in canonibus 6 Sinodi. In ecclesia orientali. In ecclesia latina can. 31 Concil. Cartag. 3. & Conc. Aphricano can. 10. Conc. 1. Cabilon. can. 8. Conc. 2. Cabilon. can. 32. In Conc. Turonico. 3. cap 22. in Conc. Remensi can. 12. 16. & Parisiens. c. 32. & 46. In Conc. Magunt. c. 26. In Conc. Vuormatien. cap. 25. Ex Conc gen. Lateran. sub Innoc. III. cap. 21. Constant. sess. 8. & Flor. in instruct. Armen. & Trid. sess. 14. cap. 5.

Ex Patribus Clem. ep. 1. suæ ordinationis. Dion. epist. 6. ad Demophilum. Iren. lib. 1. ca. 9. & lib. 3. c. 4. exomologesis. i. confessionis apertè meminit. Fabianus pont. in 2. ep. ad orientales. Pontianus 1. epist. de sacerdotib. subleu. Tert. in apoleg. c. 4. & lib. de pœnit. multa docet de exomologesi. i. cõfessione. Orig. hom. 2. in Leuit. & hom. 3. & hom. 2. in Ps. 37. Cipr. ep. 16. lib. 3. Lact. li. 4. diuin. Instit. c. 17. Ath in serm euntes in vicũ. Bas. in reg. Mon. cap. 21. & in reg. Breu. 228. 229. Amb. lib. 2 de pœn. c. 6. Niss. in ep. ad epm Mitilenes. c. 5. Chris. hom. 30.

in Gen. hom. 33. in Io. & 2. & 3. lib. de sacerd. Epiph. contra Catharos. Hier. in c. 10. Eccles. & in c. 16. Matt. Innoc. ep. 1. ad Decent. c. 7. Aug. lib. 50. hom. 12. homil. & hom. 41. & in tract. super Ps. 66. Leo ep. 80. ad epos Camp. & ep. 91. ad Teodorum. Greg. I hom. 26. in Euang. Beda lib. 5. histor. suæ gentis. c. 14. Rab. lib. 7. in Eccl. c. 7. Bern. in serm. ad milites tépli. c. 12. & serm. 16. in Cant. Vgo de S. V. lib. 2. de sacr. p. 14. cap. 1.

Ex quibus locis, & testimonijs apertè liquet confessionem esse de iure diuino, & necessariam ad salutem, vt latè probat Bellarm. à princ. lib. 3. de pœnit. vsque ad c. 12. per Peres. de confes. articulari. Castro. verbo confessio. Sot. in 4. dist. 18. q. 1. art. 1. post D. Tho. dist. 17. q. 3. art. 1. & Mag. ibi qui ad id multas authoritates adducit.

Ratione idem probatur. Prima ratio sumitur ab antiquitate confessionis. Nam quæ sunt iuris humani initiū habere probãtur, vel ex Conc. alicuius generalis, aut Pontificis summi authoritate, sed confessio sacramentalis in ecclesia fuit ante omnia Concilia, & Pontificum decreta, q patet ex testimonijs Irenei, Tertulliani, Cipriani, & Origenis qui fuerunt non solum ante omnia Concilia generalia, sed & quæcunque prouincialia, & omnium Pontificū Romanorum, qui de sacramentali confessione sanctionem aliquam ediderint.

Idem probatur ex difficultate quã habet cõfessio, vt oporteat detegere quãuis arcana, turpia, pudenda, & horrẽda peccata, & sacerdotum iudicio stare, ac mulctam ab illis iniunctã subire. Vnde non est credibile ecclesiæ præsides huiusmodi legem voluisse ferre, nisi diuinum imperium, diuina institutio, diuina promissio accessissent.

Tertiò, id patet ex vtilitate quã parit; tot. n. sunt, vt planè diuino consilio instituta videri possit, etiã si id aliunde non pateret, elucet. n. misericordia Dei qui cõfessionem extorquet vt sanet, & iustitia dum superbia hominis humilitate comprimitur, pastores inde ouiū suarum morbos intelligunt, vt cuique conuenientia remedia afferantur; restitutiones fiunt, dissoluunt cõtractus iniusti, paces conciliantur, peccatorū remissio obtinetur, cõsilia, instructiones, consolationes multæ inde procedunt.

Idem quoq; ex miraculis patet, Climacus enim gradu quarto scribit, dum quidam latro peccata confiteretur, apparuisse viro spirituali cõspicuum virū ac terribilem qui conscriptam cartam & calamum tenebat, & cū latro humi prostratus peccatum confiteretur is calamo delebat. D. Ant. ẽt p 2. tit. 9. c. 13. §. 5. aliud miraculum scribit. ita Bellar. lib. 3. c. 12. Præterea, vt d. D. Th. d. 17. q. 3. nulli nisi per mortẽ Christi salus patet Rom. 3. passio verò non prodest ei nisi ipsi applicetur, ideo conueniens fuit sacra institui, quibus eadem passio tū ad remissionẽ originalis peccati, tū actualiū applicaretur, baptismum .s. ad remissionẽ originalis, pœnitentiam ad remissionem actualiū, q̃ cum sit saẽm eget signis sensibilib. quibus ꝓfiteamur salutem per supernã virtutem Dei nobis obuenire, ideo fuit necessaria cõfessio, q̃ vt signum sensibile id explicaret. Vnde & in Conc. Constant. sess. 8. & in Bulla Martini V. eiusdẽ confirmatoria damnatus est inter alios septẽ error Vuitclef dicẽtis, si homo fuerit cõtritus, confessio est ei superflua, & inutilis: licet enim Deus norit peccata nostra, requirit tñ eorum confessionem, vt sciat homo quid Deus per misericordiã illi cõcesserit, & aïæ superbia vitetur dum hoĩ pudenda sua reuelat, & sic eadem amplius non committat: vt d. Conc. Colon. de conf §. confessionem, & ẽt quia confessione fides acuitur, non tñ ideo solum sunt vitãda peccata, quia erubescat quis hoĩem ea confiteri, quia sic esset timor seruilis, licet vt supra sit bonus, sed ob Deum vitanda sunt. Quò ad tp̃s verò confitendi est ꝓceptum humanum statutum in c. oĩs vtr. sex. de pœn. & remiss. non tñ est nouum ꝓceptum à diuino distinctum, sed interpretatio, & determinatio diuini ꝓcepti, quia cū in euangelio non sit determinatū expressum tp̃s confessionis, illa determinatio

est

eſt commiſſa eccleſiæ. Et ſic patet confeſsionem eſſe neceſſariã, & euangelicã ac diuinã inſtitutionem, vt hr̃ in c. multiplex. de pœn. d. 1. ex Cir. li. 3. ſuper Leuit. Orig. in Pſ. 37. Et contrarium affirmare hęreſis eſſet vt eſt determinatum in Concil. Later. ſub Innoc. III. & Tr. ſeſſ. 14 can. 6. licet tẽpus poſsit per eccleſiam determinari, quia id non eſt ſacramenti ſubſtantiam mutare.

Confeſsio tñ non poteſt eſſe de iure naturæ. i. ſola natura id dictãte, qa ius naturæ ad ſupernaturalia nõ extendiť, ſacr̃a verò euangelica ſunt ſupernaturalia, tum ꝙ ſunt profeſsiones ſupernaturalis fidei, tũ ꝙ effectũ habent ſupernaturalis gratiæ, non eſt tñ contra ius naturæ, imo licet ratio naturalis ad id non pertingat, ſuppoſita tñ per fidẽ cognitione virtutis huius ſacr̃alis, inſtinctus naturalis ad id ſuſcipiẽdũ inſtigat, naturale. n. eſt vt homo deſideret à peccato liberari, & vt fido amico ſecreta pandanť. Eccl. 6. cõlonantius eſt vt vbi cũ tanto ſecreto, & fructu id poſſumus faciamus. In lege tñ veteri cõfeſsio nõ erat ſacr̃alis, vt probat Th. Vald. tom. 2. de ſacr. c. 136. quia ibi nullus fuit vſus clauiũ ad remittenda peccata, ſed ſolũ in circumciſione remittebať peccatum originale, vnde & ibi nõ fuit ꝓceptum confitendi peccatum occultè ſacerdoti. Et ꝙ dr̃ de Cain & Adã celantium ſua crimina, fundatur in eis ius gentiũ ciuile, & canonicũ, tũ vt anteq̃ condemneť exigatur eius confeſsio, tum ẽt vt iuridicè interrogatus teneať parere & veritatem fateri, & ibi potius exquirebatur cõfeſsio illorum vt ſic dolerent de peccatis, & cõfitentes ea à Dei miſericordia veniã impetrare poſſent. ita Sot. d d. 18. art. 2. Eſt ẽt de neceſsitate ſacr̃i, vt fiat confeſsio vni ſacerdoti ad aurẽ, poteſt tñ quis ẽt publicè ad ſui humilitatem peccata ſua confiteri. ſeſſ. 14. in Trid. Conc. c. 5. & can. 6. etiam confeſsio eſt ſub præcepto diuino obligante tranſgreſſores ad mortale. d c. 5.

Confeſſio, an omnib. hominib.,

Secunda propoſitio. An hoĩbus oĩbus & de oĩbus peccatis neceſſariò ſit faciẽda cõfeſsio. Solis fidelib. de neceſsitate confeſsio eſt fienda. Ratio eſt, quia cum non teneanť poſt baptiſmũ cõfiteri peccata ante baptiſmũ cõmiſſa, multo minus ante baptiſmi receptionẽ ad illorũ confeſsionẽ obligabanť, quia hmõi peccata ſunt cõmiſſa extra eccleſiæ iuriſdictionem, ergo non peccabant nõ confitendo ante baptiſmũ, ſicut peccant non recipiendo baptiſmũ Alen. q. 77. D. Th. d. 17. q. 2. D. Bonau. ibi art. 2. q. 1. Flor. f. 214 & hr̃ in c. omnis vt. ſex. vbi fideles tñmodo obligantur, nam oportet infideles prius baptizari q̃ alia ſacr̃a percipiant; per baptiſmum verò oĩa peccata remittunť, ergo nõ teneně ad confeſsionem, donec poſt baptiſmũ fuerint lapſi.

& de oĩbus peccatis neceſſariò ſit facienda.

Confiteri qui teneantur qd de puero, muto ignaro linguæ, ſurdo, conſtituto ĩ mortis articulo.

Ex hac generaliter ſequiť, ꝙ ẽt Papa peccati mortalis conſcius teneať confiteri, quia q̃ ſunt iuris diuini, & ad ſalutem neceſſaria, vt eſt pñia, oẽs obligãt: vt d. Ric. d. 17. ar. 9. q. 5. Non tñ tenetur ad annuã confeſsionẽ, ita vt mortaliter peccet ſi per totũ annũ non cõfiteatur, cũ par in parem non habeat imperiũ. l. ille. §. tempeſtiuũ. ff. ad Treb. ſi tñ eſſet aliis ſcandalo ſi nõ confitereť, tenereť ratione ſcandali vitandi confiteri, maximè cũ q̃ſque teneať publicè celebrare, vel cõicare, quo caſu iure diuino tenetur ſi conſcius ſibi ſit peccati mortalis confiteri, vt ſup. dictũ eſt de Euchar. Et tunc ſacerdos quem Papa eligit habet iuriſdictionem ſolũ ex hoc ꝙ Papa eum eligit, & illi ſe ſubijcit, vel quod ſicut in receptione ordinis datur cuiq; ſacerdoti poteſtas abſoluẽdi in articulo mortis, ita datur tũc iuriſdictio abſoluendi Papam. Vnde à temporibus Apoſtolorum ſemper Papa confeſſus eſt peccata ſua cuicunque ſacerdoti vt eccleſiæ miniſtro tenenti authoritatem à Chriſto Ieſu, qui vocetenus hoc, vt & alia multa Apoſtolis declarauit.

Quò ad pueros, tenẽtur cũ primum annos diſcretionis habuerint ſemel in anno tẽpore Paſchatis confiteri, in quo nõ exigiť neceſſariò tꝑs quatuordecim vel duodecim annorũ vt ĩ matrimonio contrahendo, ſed inſpiciť cum puer fuerit doli capax, ſic ꝙ ſciat inter bonũ & malũ diſcernere, & prudentium iudicio

mortaliter peccet, & ratio est, nā cum necessitas pcepti confessionis tam diuini,q̃ ecclesiastici,ex eius necessitate ad salutē oriat, cū primū homo necessitatem salutis incurrit,tenet ēt ad confessionem tum semel in anno,tū ēt in articulo mortis,& ideo etiā in septē annis, vbi incipit pueritia, & defecit infantia peccare possunt.ca.pueris.extra de del. puer. ecclesia tñ ante annos duodecim vel quatuordecim, eos nō cogit ad confessionē, sed relinquit sub iure diuino. Sot.in 4.d.18.q.1.art.3.in fi.& not.in d. c.omnis.& not.Scot.d.17.q.1.

Quò ad mutum conclusio est, q̃ tenetur per nutus & signa cōfiteri, habet .n. fidem actualem incarnationis nō ex auditu, sed ex illustratione interiori Sp.S.qui nunq̃ defecit in necessarijs,D. Th.d.17.q.3.ar.4.q.3.ad secundū. Scot. dist.17.in solut.arg.Ric.ibi art.2.q.4.

Qui item est alterius linguæ sufficit q̃ per scriptum, vel interpretē confiteatur: vt d.D.Th.ibid & hmōi confessio erit sacr̃alis.Flor.tñ fol.216. d. eo casu neminem teneri per interpretem confiteri, quia nemo tenetur dicere peccata ita vt prodat in publicum, licet id facere possit.sess.14.in Tr.Conc.c.5. & al legat Alen q.77. memb 5 art.9. Scot.distinct.17.q.1.Ric.art.2.q.5.

Sic absente sacerdote nō tenet quis ex pcepto confiteri laico,& si fiat hmōi confessio nō est sacr̃alis, quia præcepit Dñs vt se ostenderent sacerdotib.c.quē pœnitet.de pœn.dist.1. docens ibi Aug. corporali psentia peccata confitenda, nō per nuntium vel scripturā,& sequitur Scot.d.17.Caiet.cōfessio.cond.11.

Si verò quis sit in articulo mortis,& nulla peccata confiteri possit, nō pōt ei pstari sacr̃alis absolutio, licet p nutus & signa generaliter confiteret,quia nō sufficit in generali ostēdere se esse pcōrem,sed oportet id in speciali ostēdere: vt d.Abul.super Matt.16.q.79.q̃ si aliqua peccata ore confitetur, & alia per signa,poterit tunc sacr̃aliter absolui ab omnibus, quia tunc habet materiam confessionis,& absolutionis, & sic intelligitur Scot.dist.22.q.1.Flor.f.218.

De quibus sit facienda confessio. Cap. IX.

Qui nullum habet peccatum non tenetur semel in anno confiteri.Nam illud pceptū ecclesiasticū de annua confessione solum est quædam determinatio præcepti diuini, quò ad tps ei qui habet peccatū, qui verò non habet peccatum non eget hoc sacro q̃ est remediū pcōrum,& secunda tabula, debet tñ is se præsentare semel in anno proprio sacerdoti, & fateri se immunē à peccato,cui credēdū est, vt sic pareat præcepto ecclesiæ de confitendo semel in anno, vt d D.Th.d.q.3.art.3.ad vltimum.debet tñ rectè cogitare homo an habeat peccata nec ne; si .n. diceret se non habere pp ignorantiam, vel negligentiā non excusaretur, ideo debet recogitare, & si nullū in se inueniat peccatum nō tenetur ad illud mandatum, q̃ solis viatoribus, & peccatoribus est datum,talis verò ob superabundantem gratiam in cœlis iam habitat. D.Bonauent.dist.17.art.2.quæst.1. Confiteri an tenetur semel ī anno carens peccatis,& quid si habet tātum veniale.

Quod si habet tm̃ veniale.D.Bonau. ibi tenet, q̃ tenetur semel in anno illa confiteri, contrarium tenet Scot.d.17. q.1.art.4.& ibi Sot.art.3.Adr.q.4.de cōfessione ad argumenta,& hæc opin. est verior;venialia.n.iure diuino confiteri non tenemur,tum quia pœnitentia sacramentū est secunda tabula post naufragium, & veniale, quia non separat à Deo,non frangit innocentiæ nauim: tū quia non requiritur infusio gratiæ ad eius deletionem, quæ fit per sacr̃m. Et c.omnis. solum determinat tēpus confitendi, reliqua relinquit in dispositione iuris diuini. Vnde sicut ecclesia non potest instituere sacr̃a, ita nec formā,nec materiam mutare,peccata verò confessa sunt necessaria materia, vnde cū venialia nō sint materia necessaria de iure diuino,non poterit ecclesia ea facere necessaria, maximè cum alio remedio venialia,vt feruido actu charitatis,vel reuerētia in Deum aut res diuinas,vel sacramentalibus tollantur,vt sup.est dictum,

ctum, & hr in c. quotidianis. de pœnit. dist. 3. ideo venialia ex prædictis non sunt necessariò confitenda, vt & hr in Conc. Tr. sess. 14. c. 5. licet id saluberrimum consilium sit, & possint sumi vt materia confessionis, vt sup. est dictū. Vnde qui solo veniali tenetur potest tempore Paschatis ad Eucharistiā accedere absq; vlla præmissa cōfessione. Vnde nec religiosi, qui tenētur singulis mensibus confiteri. Clem. ne in agro. de statu mon. non tenētur confiteri venialia, potest tñ quisq; voto se obligare ad illa confitenda, sed eiusmodi votum non est consulendum. In Iubileo verò qñ mandatur confessio facienda, licet Nauar. in §. in Leuitico. not. 18. nu. 17. dicat non teneri quem venialia tantū confiteri, tutius tamen est vt sint confitenda: vt d. Cordub. lib. 5. q̄stionarij. q. 28. & sufficit tunc confiteri vltima dominica Iubilei: vt d. Sotus 4. dist. 21. q. 2. art. 3. col. 5.

Confessio de quibus peccatis sit fienda, & an Papa possit qué ab ea liberare.

Vnde cum tria sint peccatorum genera, originale, veniale, mortale, de solo mortali necessariò est faciēda cōfessio. Nec potest Papa dispensare vt quis non confiteatur, quia cum ecclesia fundetur in fide, & in sacramentis, ideo ad ministros non pertinet noua sacramēta instituere, vel instituta remouere, sed est potestatis excellētiæ, quæ soli Christo debetur, qui est ecclesiæ fundamentum, ideo sicut Papa non potest dispensare vt aliquis sine baptismo saluetur, ita nec q̄ saluetur sine confessione secundùm q̄ obligatur vi sacramenti, sed potest dispensare in confessione prout obligat de præcepto ecclesię, vt possit diutius confessionem differre, q̄ ab ecclesia sit instistitutum. Gaiet. in add. q. 5. art. 6.

De tempore confessionis faciendæ. Cap. X.

Confessio peccatorū quo tēpore, & quibus casib⁹

QVo verò ad tempus confitendi, an quis teneatur statim peccatum confiteri, vel tm̄ semel in anno, vel etiā aliàs sub nouo peccato mortali. Prima sit cōclusio. Iure ecclesiastico tenetur tm̄ quis confiteri semel in anno; non enim ecclesia necessariò confessionem præcipit facienda semel in anno in Paschate, sed Eucharistiam sumere, confiteri verò nō nisi semel in anno. Vnde quocunque die totius anni homo confiteatur præceptum implet, præceptū ergo est vt inter vnam confessionem, & aliā non plus tēpo intercurrat q̄ annus, nam qui confitetur mense Iunij, vsque ad alium annum eodem die non tenetur amplius confiteri, tenetur tamē in Paschate, i. à Dñica Palmarum, vel die Iouis in cœna Dñi, vt alij volunt vsq; ad octauam Paschæ Eucharistiam sumere, & tunc si habet peccatum q̄ amplius non sit cōfessus, tenetur ratione Eucharistiæ confiteri, q̄ si impedimētum haberet ne Eucharistiā sumeret, nō tenetetur vsq; ad finem anni à die qua aliàs est confessus confiteri, nisi mortis articulus interueniret, qñ verò alicubi excōicantur nō confitentes semel in anno, non intelligūtur inclusæ publicæ meretrices ab ecclesia toleratæ vel dissimulatæ: vt d. Can. de cōfes. nu. 60. Notandum etiam q̄ qui accedit ad confessionem, nec sua culpa absoluitur, vel facit sua culpa confessionem inualidam, non satisfacit præcepto ecclesiæ de confitendo semel in anno: vt d. Adr. 4. de confess. q. 4. §. sed quid. Io. Med. C. de confe. sine pœnit. Nau. ca. 10. nu. 4. Med. lib. 1. c. 14. §. 41. Sot. d. 18. q. 3. art. 3. concl. 6.

sit necessariò facienda.

De iure verò diuino nemo tenetur statim post peccatum confiteri: vt d. D. Th. d. 17. q. 3. quęstiunc. 4. addit. q. 5. art. 5. Nam maior est necessitas contritionis, q̄ confessionis, quia sine confessione, dum nō est cōpia, potest quis per solam contritionem saluari, & tñ illa non est statim necessaria, vt supra, sequitur ergo nec confessionē statim esse necessariam. Accedit quòd cum præceptum de confessione facienda sit affirmatiuum non obligat ad semper, sed secundùm stata tempora.

Hoc verò tempus est articulus ne-

cessitatis. Vnde votum confessionis faciendæ est necessariũ quoties contritio est necessariò habenda, vt qñ Eucharistia est sumenda, & non hr̃ copia confessoris, vt supra est dictum, vel in articulo mortis, ministrãda sunt sacra.

Iure aũt confessio per se est necessaria in articulo mortis, vt d. D. Tho. quodlibet. 1. art. 11. quod probatur ex vsu ecclesiæ, quæ viaticum infirmitate periclitantibus, vt rem necessariam administrat; quæ conclusio colligitur ex effectu pœnitentiæ, vt .s. per eam remitiãtur peccata commissa post baptismũ, huiusmodi verò necessitas est maximè necessaria in articulo mortis naturalis vel violentæ, vel certissimo eius periculo, vt homo à perpetuo supplicio in æternã felicitatem transferatur. Vnde ingressurus bellũ, & habens copiam sacerdotis, si nõ confitetur habens conscientiam mortalis peccati, mortaliter peccat, sic & qui est in certissimo naufragio, vel scit mortis insidias sibi ab inimicis parari: vt dicit Alen. q. 87. Alij d. 17. Cipr. in epist. ad presbiteros & diaconos. Tenetur etiã pluries quis confiteri, qñ voto vel iuramento se ad id obligauit: vt d. Nau. c. 1. nu. 10 vel qñ id acceptauit in pœnitentiam in remedium peccatorum suorum: vt d. Io. Medina. de conf. c. 16. Tenet̃ ẽt quis confiteri quoties timet ne in eum cadat obliuio peccatorũ; id tñ vr̃ esse de cõsilio, quia satis est vt vtatur diligẽtia semel in anno de recolendo, vt d. Sot. d. q. 1. art. 4. Item qui longam est initurus nauigationem, & certus fit se ad alium annum non habiturum copiam confessoris, tenetur præmittere confessionem; Præterea, qñ imminet periculum carendi confessore necessario, vt si quis habet casum epõ reseruatum quem præsentẽ habet, & nec confitetur illi, nec ab eo petit authoritatem, & ratione vitandi scãdalum tenetur postea absente epõ celebrare vel cõicare, tunc tenetur iure diuino confessionẽ præuenire. Flo. de conf. f. 210. Item si ex voto, vel iuramento se obligauit ad cõicandum certis diebus. Item qñ homini per inspirationem, & stimulos conscientia dictat vt conuertatur in Deum. Nau. in Man. c. 2. nu. 9. Pal. 4. d. 17. q. 2. Silu. con fessio. 1. § 2. S. Ant. 3. p. tit. 14. §. 13. cap. 19. Adr. de conf. q. 3. Sot. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. Coar. in c. alma. 1. par. §. 1. n. 7. concl. 5. quia sic resisteret diuinæ inspirationi, ꝙ non licet & ageret contra conscientiam: sed an sic omittẽs mortaliter peccet, non auderem omnino asserere, cum huius rei præceptum non habeatur: & qñ habet cõicare vel celebrare. 1. Cor. 11. Conc. Tr. sess. 13. c. 7. & can. 11. vel vult recipere ordinem vbi cõicari solet, vt d. D. Th. quodlib. 1. art. 11 & Nau. c. 1. nu. 9. Qui verò semel in anno non confitet̃ peccat mortaliter, & extra salutis statũ est donec confiteatur; vnde non est tuta opinio D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. quod qui toto vno anno non confitetur solo vno peccato peccat, & ꝙ non tenetur transacto anno non confessus, vsq; ad aliũ annum confiteri; nam hoc sacr̃m est necessarium ad salutẽ, & in præcepto singulis annis, ergo donec impleatur transgressor erit reus æternæ mortis; & sic dici põt de non sumente Eucharistiam, vt ẽt vsu receptum est, vt qui in Paschate nõ cõicarint, censuris cogantur quocunque anni cõicare, licet aliqui cõtrarium dicant; imo dicerem ꝙ qui cõfitetur post præcepti tempus elapsum, teneatur ẽt confiteri se non esse confessum tẽpore debito, & proposuisse se nõ cõicare, & confiteri tẽpore debito, quia toties quoties id omisit, vel proposuit peccauit mortaliter: vt d Nau. & idem dicendum de eo qui oblitus est in Paschate confiteri peccatũ aliqđ, si id euenit ex sua negligentia, tenetur post Pascha confiteri, aliàs non tenetur vsq; ad alium annum. Sot. d. art. 4. Cand. de conf. n 18.

Quo verò ad finem accedentis ad confessionem non vt absoluatur, quia habet animum indeterminatum, vel propositum manendi in peccato, vt videatur ecclesiæ satisfacere, nõ est absoluendus, sed ei pœnitentia danda, & con-

Confessio quo fine fit facienda, & quis finis damnetur.

consilium adhibẽdum, vt Deus animũ eius immutet. c.quod quidam.de pœnit.sacerdos tñ tenetur ad sigillum: vt d.Coar.in c.alma.1.p.§.4.n.12.de senten.excom.in 6. Med.lib.2.c.7. Confiteri verò vel aliud facere ob finẽ mortalem est mortale, vt d. Sot.4.d.18.q.3.art.3. ver.3. Confiteri verò vel aliud agere ob vanam gloriam, vel æstimationem acquirendam,vel alium venialem finem, veniale est:vt d.Nau.c.21. nu.40. Confiteri verò vel aliud agere ob rem temporalem iustam obtinendam,vt victoriam, non inualidat confessionem. Sot.4.d.18.q.2.art.2. Confiteri verò grauia peccata frequenter vni,leuia alij animo fallendi confessorem,vt bonus videatur vř ꝙ sit mortale, vt d.Vict.n.196. Silu.confessio.1.q.6. secus si ter vel quater ne honestam existimationem amittat, vt d.Nau.c.21. nu.40. Qñ verò mulier accedit ad confessionem animo inducendi confessorem ad secum peccandum, nisi à sacerdote reprehensa mutet propositum,& rectè confiteatur,confessio est irrita, vt etiam quando vadit non vt absoluatur ad confessionem, sed vt consulat sacerdotem de aliquo peccato, quod intendit facere.

De confessionis qualitatibus,& cõditionibus. Cap. XI.

Confessiones qualitates sexdecim cũ earum explicatiõe.

PRrima propositio. Conuenienter enumerantur sexdecim conditiones confessionis, quæ ex medulla ipsius confessionis eliciuntur, quarum quædam sunt de necessitate confessionis,quædam de bene esse, quæ his versibus continentur.

Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda,discreta, libens, verecunda;
Integra, secreta, lachrimabilis, accelerata,
Fortis & accusãs,& sit parere parata.

Harum conditionum quedam sunt de intrinseca ratione confessionis simpliciter necessariæ, vt ꝙ sit accusans; est enim hęc essentialis forma confessionis, vt dictũ est sup. in diffinitione. Et ꝙ sit integra, aliàs .n. esset fictio, & ideo hæc conditio includit pariter esse fidelem. Et similiter,ꝙ sit nuda cum circunstantijs necessarijs. Et sit parere parata, quia cũ sit actus iudicialis debet pœnitens, sicut reus parere iudici claue non errante. Alia non est de necessitate simpliciter, sed humano more necessaria, q̃a aliter in ecclesia Dei sustineri non posset, vt ꝙ sit secreta. Aliæ sunt in tertio gradu, quæ aliquo modo intellectæ necessitatem quandam afferunt, non autem si in rigore vocis vsurpentur, imo quædam sunt sub consilio, nam vt d.D.Th.d.17.q.3. art.4. quæstiũc.4. quædam conueniũt confessioni vt est actus virtutis in genere,& quædam quatenus est specialis virtus,& quædam vt est pars sacri. Nam vt est virtus continet quatuor conditiones cuiusq; virtutis, nam vt d.Ar.2.Eth.debet primò quisq; operari sciẽs,& sic ponitur discreta, vt.s.qui confitetur sciat quid faciat; si enim fatuus peccata sacerdoti propalaret nõ esset confessio; non enim est de essentia, vt sit discreta,vt s. confitens sciat discernere inter peccata maiora,& minora. Secundò, vt sit eligẽs, quia actus virtutum debent esse voluntarij,& sic dř libens, quia si non fieret ex electione nõ esset actus virtutis; si verò intelligitur libens.i.cum animi promptitudine, non est simpliciter necessaria, quia multi cũ grauedine accedunt ad confessionem. Tertiò, ad virtutem requiritur, vt propter hoc.s.debitum finem operetur, & sic dř pura.i.vt recta sit intentio se accusandi coram Deo cum spe veniæ; si verò fieret vt lis vincatur putando id esse licitum, non inualidař ex hoc. Quartò, vt homo immobiliter operetur, & sic dř fortis, vt .s. propter verecundiam veritatem dicere non omittat, vel ꝙ confiteatur vbi & quando oportet, non tñ est necessarium vt fiat cum animo strenuo.

Secundò, cõfessio est actus virtutis

pœnitentiæ, q debet habere tres gradus, incipit enim ab horrore turpitudinis peccati, & sic dr verecūda, quia si peccata narrarentur per modum iactantiæ, nō esset confessio, si tamē fit pudor de peccato & accusatio hæc cōditio est ad ornatum, non necessaria vt sit cum pudore, modo sit accusatoria: secundò, progreditur ad dolorem de peccato commisso, & sic dr esse lachrimabilis: tertiò, terminatur in abiectione sui, & sic dr esse humilis, vt se miserum & peccatorem cōfiteatur, vt scilicet peccatum narretur vt peccatū: cætera enim sunt ad ornatum.

Tertiò, confessio sui natura est occultorū manifestatio, & sic habet quatuor conditiones: primò, vt sit fidelis .i. vt verè proferatur quod est in corde, & hoc est simpliciter necessarium: de veniali verò an id sit necessariū infra dicetur. Secundò, non debet verborum inuolucro obscuritatē effundere, & sic dr nuda, ita vt confessarius percipiat peccati naturam, quæ illud mortaliter aggrauat: vnde ad eam reducitur cōfessio circunstantiarum, q verò nō adhibeatur alia verborū rethorica pertinet ad ornamētum. Tertiò, requiritur vt non multiplicentur verba ad rem non pertinentia, & sic dr simplex; pura verò excludit intentionem sinistram, quæ vitiat sacramētum. Quartò, requiritur vt nil subtrahatur eorum quæ sunt necessaria ad confessionem, & sic dicitur integra, quæ simpliciter est necessaria, de qua in sequenti propositione.

Quartò, confessio est pars sacramēti, & sic exigit quinq; alias conditiones, vt sit accusans non excusans simpliciter necessaria: mox vt sit parere parata, quæ duæ conditiones, vt sup. sunt simpliciter necessariæ. Tertiò, vt sit secreta, ratione qua supra, vt.s. confessio in ecclesia sustineatur. Demum vt sit frequens, & accelerata, sed id ad cōsiliū spectat, excepto q ecclesia pcipit vel casus necessitatis requirit, & potest fieri etiam de peccatis aliàs ēt absolutis, & ēt de conscientia scrupulosa & dubia, sic tñ vt scrupulosus iudicio pij, & docti confessoris se remittat, inclinando ēt in partem laxiorem contra illam anxietatem, & magis excusatur q alij à non confessione scrupulorum, nisi quando certus sit quòd non sit scrupulus, sed dubium practicum rationabiliter conceptum: vt dicit Caiet. verbo. scrupulus. ita D.Th. loco prædicto. Add. ad 3. p.q.9. art.4. Sot. dist.18. quæst.2. art.2.

Vel aliter possunt exponi practicè, theoricè enim à prædictis declarationibus nō est recedendum. Simplex & nuda, ne verbis ornatis delectet, ne narrentur res domesticæ, vel facta, aut peccata aliena, ne veletur colore obscurante turpitudinem peccati, vel demissa voce, ita vt confessor non audiat, vel non sciat discernere ob inuolucrum verborū; humilis vt pœnitens appareat confusus, genuflexus, capite discooperto: pura sine mixtione rerū impertinentium, nec indicet peccata aliena, vel complices; fidelis, vt nō dicat mendatium. Vnde non debet quis ēt dicere peccatum q non habet vt se humiliet, quia iustus qui est uerè humilis non æstimat se deteriorem alijs quantum ad perpetrationē actus, qui sit peior ex genere, sed quia timet ne in his quæ bene agere ur, per superbiam grauius delinquat, qñ uerò quis dubitat an aliquid sit mortale, tenetur confiteri dubitatione manente, qa quicquid cōmittit, uel omittit in quo dubitat esse peccatū mortale, peccat mortaliter, discrimini se committēs, & similiter periculo se committit, qui de hoc q dubitat esse mortale negligit confiteri, non tñ debet asserere id esse mortale, sed dubitatiuè loqui & iudicium sacerdotis expectare: si verò dicat peccatum q non fecit, credēs se fecisse, non mentitur. Add. ad 3.p.q.6. art.4. in corpore. & ad cōtraria; & debet ēt dicere circunstantias necessarias, de quibus infra. Nau. c.21. nu.42. Cord. lib.5. q.14. in prin. Frequens, ex consilio, vt sup. Discreta, verbis honestis, maximè in peccato luxuriæ. Nau. c.5.

c.5.n.4. & vno verbo dicat numerum peccatorum eiusdem speciei; Libens, vt fiat amore salutis spiritualis, & actu humano libero, si n̄ quis trahat inuitus, modo intendat verè confiteri cum vero proposito, & dolore, valida est. Verecunda, vt primò dicat peccata quæ nouit q̄ confessor interroget, vel scripto recitet. Sot.dist.18.q.2.art.4.in fi. Integra, de quo infra. Secreta, vt fiat secretissimè vni sacerdoti vice Dei: potest tñ quis ad maiorem sui humiliationem peccata sua publicè confiteri sacramentaliter. Conc.Trid.sess. 14.c.5.Sot.4.d.18.q.2.art.1.& q.2.ar.6. & licet aliquo casu confessio audiatur est tamé valida & sacramentalis: vt d. Nau.c.2.nu.8.& c.21.n.36. Lachrimabilis.i.cum dolore cordis, licet etiã lachrimę exteriores laudentur. Accelerata, de consilio, vt statim post peccatum cõfiteatur. Fortis, ne quid sileretur pudore; Accusans, vt sibi non dæmoni, vel alij imputet peccatũ; & parere parata in quibusdam, quia non in omnibus tenetur. Horum aliquæ conditiones infra latius explicabuntur. De his conditionibus latè agit Nau. in c.fratres.de pœnit.dist. 5. [illegible]

Confessio qua diligẽtia sit facienda, & qua cõscientia examinanda. Quo verò ad diligentiam adhibendam in confessione facienda, & conscientia examinanda, vt sic dispositus accedat ad confessionem, debet eam diligentiam adhibere quàm in arduis rebus adhibere debet. ex Conc.Colon. de pœnit. §.quod generalis. Vel vt d. Nau c.9.nu.16. vt tanta sit vt æstimatori bono & prudẽti vr̃ necessaria hominibus eiusdem qualitatis, cuius est pœnitens ille, attẽta maximè eius qualitate qua cupit interrogari à confessario, & de interrogatis respondere, vel sufficit ita examinare q̄ ẽt si amplius examinasset plus nõ recordaret, vt d.Vict.de pœnit.nu m.161.vnde qui nil cogitauit circa peccata non est audiendus, sed monendus vt ea recolat, nisi confessor sit adeò peritus vt sciat radicitus peccata eruere, vel quis sit in articulo mortis: vt dicit Lopez 1.p. c.28.quo casu si timetur ne confessionem perficere possit, mox vt aliqua aperuit est absoluendus. Vtile tamen est pluribus dieb⁹ se examinare, quia sic plura occurrunt maximè considerato statu suo, exercitio, loco, tẽpore, cõuersationibus, & hmõi, quæ in memoriam peccatorum inducunt.

Confitenda sunt omnia peccata, & quomodo. Secunda propositio. Omnis Christi fidelis tenetur oĩa peccata sua mortalia post baptismum commissa confiteri vel corde, ore, vel opere sint cõmissa; probatur in Conc.Flor. & in Trid. sess.14.can.7.& sic intelligitur.cap.oĩs vtr.sexus.de pœn.& remiss. Dr̃ mortalia, quia cum venialia non sint de necessitate confitenda, potest confessori aliqua eorum confiteri & aliqua non: nec per hoc dr̃ dimidiata confessio.

Ratio propositionis fundatur in authoritate Io.20. vbi conceditur sacerdotibus vt iudicibus facultas remittẽdi omnia peccata, ergo & fideles obligantur omnia confiteri illis, licet occultissima, & cordis tñ sint. Secundò, nam sicut Deus nõ potest vnum mortale sine alijs remittere, quia remissio fit per gratiam, & amicitiam eius, ita nec sacerdotes eius vice fungẽtes possunt nisi simul omnia remittere. Tertiò, nam in hoc differt confessio sacramentalis à iudiciali, q̄ iudex in foro exteriori non intendit nisi peccatorũ pœnitentiam, & vindictam, ideo confessio non requiritur nisi illius criminis de quo vult iudicium sumere; finis verò sacramentalis cõfessionis est renouare amicitiam Dei, & hominẽ corrigere, q̄ fieri non potest, nisi pœnitens sacerdoti suum statũ qualis sit pandat, q̄ fieri non potest nisi oĩa peccata etiã intima cordis aperiat. Quartò, contritio non debet esse diminuta sed omnium, ergo & cõfessio, vt sit fidelis. Quintò, finis huius sacramenti est non solum vt fiat Deo satisfactio, sed ẽt vt illi per hoc iudiciũ peccator reconcilietur; homo verò non potest reconciliari Deo ex parte, quia sic esset regni & perditionis filius, ergo impossibile est vnum peccatum sine alio remitti, & sic erunt omnia necessariò con-

confitenda; sacerdos enim qui tūc iudex est vice Dei vt minister nō potest sententiā absolutionis ferre, nisi omnia audiat. Sextò, sicut medicus nō potest conuenienter vni morbo mederi nisi cognouerit habitudinē totius corporis infirmi, ne si vni prodest alteri noceat, sic medicus spiritualis. ita addit. ad 3.p.q.9.art.2. sed potiores vidētur rationes supra dictæ, quas ponit Sot.d.q.2.art.5. & ꝙ occulta cordis in confessione sint pādenda, probat per c.agite.de pœnit.dist.1. & per Aug.lib.2.de visit.infirm.& Ambr.lib.de paradiso.& refertur in c.non potest.de pœnit.dist.1.Orig.in Ps.37.Ier.super Eccles.c.10. Cipr.serm.5.de lapsis. Tert. lib.de pœnit. Dion.ep.ad Demophilū. Clem.ep.1.Quod si quæ peccata oblitus est, si quidem eam fecit diligentiā quæ arbitrio boni viri videatur sufficiens attenta qualitate pœnitentis, excusatur, & est valida confessio, aliàs si sponte mortale, vel de quo dubitatur an sit mortale taceatur, nulla est confessio, & iteranda, ac peccatum mortale committitur & sacrilegium. Nauar. cap.9.in Man.num.16.

Confitendus ē peccatorū numerus, & quomodo

Quo verò ad numerum peccatorū, iure diuino tenetur homo oīa & singula peccata confiteri, quia Deus in sacramento confessionis neminē absoluit nisi quem sacerdos absoluerit. Io.20. ergo. Non tñ tenetur confiteri omnia nisi quorum memoriā habet iure diuino, vt est diffinitum in Conc. Flor. & sic intelligitur.c.omnis vtr.sex. probatur prima cōclusio. Nam confessio sicut contritio est instituta ad conuersionem in Deum, ergo sicut per quodcunque peccatum auertimur, cuiusq; propriè tam necessaria est contritio, q̃ confessio; hac tñ differentia, quia cum contritio sit actus mentis, apud Deum, qui volūtatem pro facto reputat, ex eo ꝙ quis in genere cōuertitur confiteri proponens veniā obtinet, modo tñ quo est declaratum sup. in diffinitione contritionis; confessio verò cum sit accusatio & peccatorum declaratio per se exigit singulatē contritionem, atq; adeo singulorum expressionem, vt homo se nudè clauib⁹ ecclesiæ subijciat. Non tñ est de necessitate confessionis sic singula confiteri, vt sigillatim numerentur, sed sat est vt sacerdos de persona, & peccatis iudiciū satis facere possit. Vnde primū necessarium est species, & genera peccatorum explicare, vnde qui committit furtum & homicidium, non satis est dicere commisi duo peccata mortalia, sed oportet species explicare, cū eorum numero, vt decies fornicatus sum, & hoc sufficit, nisi aliquod horū peccatorum habeat circunstantiā aggrauentem mortaliter, vt quia sit fornicatus causa furti; erunt enim duæ species peccari, de quibus mox.

Cauendum tñ ne dicatur peccatum quod non est cōmissum, sed dubia sub dubio dicenda, vt decies peccaui plus minusve, & si postea recordatur numerum certū, si error à principio fuit notabilis, tenetur iterum confiteri, aliàs nō, vt si peccasset vigesies, & dicat decies, tenetur cōfiteri. Qñque etiam sufficit confiteri tempus, & non numerum, vt mulier ꝓstituta quæ est parata peccare cum quocunq; accedente; tunc enim sufficit dicere per tm̃ tempus fui prostituta, nisi tanta esset frequentia vt esset confitenda, tenetur tñ eo casu dicere numerum q̃ proximè sciri potest, vt de latrocinijs dici pōt, quia per multitudinē aggrauatur peccatum, qñ verò numerus explicari nō potest, vt in numero malarum cogitationum, vel quando quis domi concubinam habuit, & huiusmodi, tūc sufficit tempus confiteri, & consuetudinē.

Circa mendatium verò factum in confessione, circa materiam mortalē est mortale, circa venialem veniale; nam primo casu si quis negat fecisse peccatum ꝙ fecit, confessio est dimidiata: si dicit fecisse quod nō fecit est mortale, quia est iudicem in foro Dei decipere: & sic illi dare occasionē abutendi clauibus scientiæ, & inimicum Dei reputare qui non est, & absoluendi frustra à peccato quod non habet.

Ratione

Ratione tñ ſcrupuli tenetur confiteri id ꝙ non fecit ſi putat ſe feciſſe, & ꝙ non eſt mortale, ſi putat eſſe mortale, & ſic intelligitur illud Greg bonarum mentium eſt &c. ꝙ ſi dicat peccatum ꝙ non fecit non vt decipiat confeſſorem, ſed quia ſic putat, vel putet ſe benefacere dum meliorem viam elegit, vel dũ arbitratur ſe fortiter accuſare, quia hmõi pœnitens nõ mentitur ſaltẽ pnitiosè, licet falſum dicat: vt d.Nau. in c.fratres.nu.26.de pœnit.diſt.1. non peccat, ꝙ ego intelligerem in eo qui ignorantia probabili ductus ſic facit, aliàs ſecus, rationibus ſupra deductis.

De venialibus, cum venialia nõ ſint de eſſentia confeſsionis, mendatium circa illa non vitiat mortaliter ſacrm, quia cum homo ſubtrahit in confeſſione veniale ꝙ fecit, iam ſubtrahit illud ne ſit de materia confeſsionis, & ècontra ſi mentitur ſe feciſſe veniale, ꝙ non fecit non decipit grauiter confeſſorem, vt iudicium valdè diuerſum de pœnitente concipiat, maximè cum venialia vix poſsint ab homine deprehendi, ita Sot.d.art.4.q.2. quod procedit ẽt ſi à principio id propoſuit non confiteri, & confeſſore interrogante id negat; ſimiliter ſi interrogetur an peccarit vnquã cum aliqua, & dicit ꝙ non, licet aliàs peccarit, & confeſſus eſt, proponens non confiteri denuo, quæ ante confeſſus eſt. Nau.d.cap.fratres.num.22.23. & 24.

Diligẽtia neceſſaria in confeſſione facienda quę.

Circa diligentiã verò faciendã. Tenetur iure diuino quis ante confeſsionem mediocrem ſaltem peccatorum inquiſitionem præmittere, cum enim confeſsio debeat eſſe integra de iure diuino, & non poſsit quis integrè confiteri niſi præuia peccatorum ſuorum recordatione, erit neceſſariò talis inquiſitio præmittenda. Vnde ſi ante cõfeſsionem nulla, aut minima cogitatio peccatorum præmittatur, cõfeſsio erit dimidiata per accidens, & nulla; vnde prius debet excitare memoriã diſcurrendo multipliciter per diuina mandata, loca, tempora, perſonas, negocia, in quibus conuerſatus eſt poſt vltimam confeſsionem; hæc enim eſt mediocris diligentia, & hoc cõſilium eſt commune, maximè Scot.d.17. Non tñ tenetur facere homo totũ quod poteſt ad memoriam peccatorum cõſeruandam, quia ſic vel teneretur ſtatim poſt commiſſum peccatũ mortale id ſcribere, & hoc non, quia conſtitueretur in periculo infamandi ſe, ſi ſcripturam amitteret, vel eſſet illi ſtatim poſt peccatum confitendũ, & hoc non neceſſariò, quia id tñ eſt præceptũ ſemel in anno, ergo. Flor. de conf.f.222.

Circunſtãtiæ peccatorũ q̃ dicantur, & quæ in cõfeſſiõe exprimẽdæ, cũ earum expoſitione.

Tertia propoſitio. Circa circunſtãtias peccatorum. Circunſtantiæ peccatorum qñque ſunt neceſſariò cõfitendæ, qñque nõ. Ad cuius rei intelligentiam prænotandum eſt, ꝙ circunſtantia, quam latini appendicem dicunt, eſt accidens actioni adiacens, vel accidens actus humani, vt d. D.Th.1.2.q.7. vnde & circunſtãtia peccati dicitur quoddam accidens peccati, nam quæ circunſtant aliquid, licet ipſum attingant, tñ ſunt extra ſubſtantiam eius, & ideo non eſt ſubſtantialis, vel eſſentialis actui humano, nec per conſequens illi actui qui peccatũ eſt; id.n. ꝙ non eſt ſubſtantiale rei conſtituendæ, ſed ei iam conſtitutæ ac perfectæ, ſeu ſubſtãtiatæ aduenit, accidens eſt: vt d.Bal.in l.vendentis.q.4. C.de contrah.empt.ſecundùm rationem ſaltẽ, quia qñque circunſtantia eſt de eſſentia peccati, ita vt qñque non eſſet peccatum, niſi ipſa adeſſet, vt eius qui dat eleemoſinam ad vanam gloriam: vt d. Alen.4.p.q.77.art.2. col.2. & explicat Nau.de pœnit.diſt.5.c.1.nu.1. Ideo autem circunſtantia diſtinguit peccata, quia proceſſus rationis non eſt determinatus ad aliquid vnum vt res naturales, ſed dato quolibet poteſt vlterius procedere, ideo ꝙ in vno actu accipiatur, vt circunſtantia ſuperaddita obiecto, ꝙ determinat ſpeciem actus ſicut tollere alienam rem habet ſpeciẽ ex ratione alieni, quia ſic conſtituitur in ſpecie furti, ſi ſup hoc addatur ratio loci, vel temporis, ſe habebit in ratione circunſtantiæ, quia ratio de loco,

& tem-

& tempore, vel legis, & huiusmodi ordinare potest, ideo contingit cōditionem loci circa obiectum accipi vt cōtrarium ordini rationis, quia ratio dictat ex lege diuina, vel humana regulata nō esse iniuriam faciendam loco sacro, vel tempore, & licet, vt sup. circunstantia sit extra substantiam actus, tñ ipsum aliquo modo attingit, sicut ergo diuersificatur talis attingētia, sic diuersificantur & circunstātiæ. Vel ergo hæc attingentia est quò ad causam actus, vel quò ad ipsum actum: si quò ad causam, vel quò ad causam efficientem, vel materialem, vel finalem: si quò ad causam efficiētem, vel est quò ad causam principalem: & sic est quis: si quò ad causam instrumentalem: sic est quo, vel qūo: si quò ad causam materialem: sic est circa quid, ac circa furtum, adulterium, & huiusmodi operatus sit: si quò ad causam finalem, sic est gratia cuius, vel cur operatus sit, vt ob lucrum, libidinem, &c. Si quò ad actū vel est quò ad substantiā eius: & sic est quid fecerit, quis, vel quò ad mensurā loci, vel temporis: sic est in quo vel qñ .s. tempore, vel vbi: si quò ad modū faciendi, sic est qualiter. ita D. Th. 1. 2. q. 7. & q. 18. post Phil. 3. Eth. vt ibi dicit Iauel. & alij. & numerus est magis multiplicatio peccatorum, q̃ circunstātia, & si pœnitens scit certum numerum peccatorum, tenetur id dicere, si punctualiter non recordatur, dicat quem putat verisimilem, vt peccaui decies, plus, minusve, vel per annū fui in tali peccato, vel ter, vel quater in hebdomada, vel toties quoties Deus scit, & si sic confitetur, ac postea recordetur, ꝙ duodecies peccauit, non tenetur id postea confiteri, nisi sit error magnus in numero, vt quia vigesies peccarit illo peccato: vt d. Sot. 4 d. 18. q. 2. art. 4. Nau. c. 6. nu. 14. in hoc tñ non est facienda nimis anxia peccatorum diligētia, sed sufficit mediocris: vt d. ibi Sot. maximè in confessionibus generalib. Meretrix verò debet dicere fui in lupanari per decennium, admisi toties religiosos. Vel clarius hæ circunstantiæ continetur in versu illo antiquo relato à Paludano:

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, & quando.

D. tñ Th. d. q. 7. art. 5. non addit particulam quoties, quia circūstantiæ sunt circa eūdem actum: vt ibi d. D. Th. art. 1. sed numerus operationum non circunstant vnam & eandem operationem, quia secundum furtū non est circunstantia primi, nec econuersò: vnde non minus tenetur quis confiteri secundam fornicationem, q̃ primam. Nau. d. c. 1. n. 5. Quis, intelligitur an ecclesiasticus, vel secularis sit qui peccauit; quid, an magnū, vel paruum commisit crimen, furtum magnū, vel paruum, fornicationem, an adulterium; vbi, an in loco sacro, vel prophano, q̃bus auxilijs, vel per quos, an Turcarū auxilijs Christianus bellū gerat; Cur, qua intētione fecerit, an ob inopiam furatus sit, vel vt fornicaretur, quia sic essent duo peccata; qūo, an fraude, vel per insidias, vel apertè occiderit; qñ, an nocte dormientem occiderit, an media die in alicuius præsentia. Vel dici potest, ꝙ circunstantiæ sunt confitendæ, quia mutant speciem peccati, vel nouum peccatum inducunt, quia distincta, vel noua prohibitione prohibetur; nam cum peccatum ideo sit quia contra præceptum, vel legē obligatoriam sit, verè illa circunstantia distinctū affert lege, aut præcepto prohibetur, verbi gratia, de circunstātia finis, si quis furatur, vt fornicetur, constat alia lege distincta prohibitum esse furtum, alia fornicationem. De circunstantia obiecti, vt si quis fornicetur cum cōiugata, vel virgine, vel moniali, quia hæc distinctis legibus prohibentur: sic de circunstantia agētis, si religiosus fornicetur, quia cōtra votum continentiæ, vel quid aliud agat, qđ lege peculiari sit sibi prohibitum: vt ludere, arma ferre, & huiusmodi; ideo .n. hæc tenetur specificare qñ lege peculiari ad mortale obligāte sibi prohibetur; sic de circunstantia loci, quia speciali lege id prohibetur; circunstantia

circunſtantia tñ loci ſacri, quatuor tm̃ caſibus eſt confitenda, cum ſemen illicitum, vel ſanguis ibi effunditur, vel furtum ibi cõmittitur, vel violenter quis inde extrahitur: in alijs verò peccatis nõ eſt neceſſarium id dicere factum in eccleſia, vt murmurare, &c. vt d. Nau. c. 16. nu. 32. & c. 6. nu. 11. 12. Silu. confeſſio. 1. nu. 11. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. cogitationes verò horum ſi ab exiſtẽti in eccleſia cogitatione fiẽdę extra eccleſiã non ſunt confitendæ, ſecus ſi intus etiã ſi exiſtat extra eccleſiam: vt d. ibi Sot. & Nau. c. 6. nu. 12. Præterea ſi quis tempore diuinorũ in eccleſia deambulat, vel ſterepat, tenetur id confiteri, quia ſpeciali lege id prohibetur, ex Bulla Pij V. de qua ſupra de Miſſa, in fi. & ſic de alijs, quæ in eccleſia, vel diuinis ſpeciali lege ꝓhibentur, ex regula ſupra data de circũſtantijs cognoſcẽdis. Sic peccare ſcienter mutat peccati qualitatem. Rom. 14. ſic agere aliquid ſtante conſcientia de qualitate operis ſpecialiter prohibetur. Eccl. 1. Qui amat periculũ peribit in illo; ſic peccare cum ſcandalo ſpecialiter ꝓhibetur. Mat. 18. 1. Cor. 8. Et generaliter qñ quis peccat, & peccatum illud cõmittitur vel ſubſequutura ſunt aliqua damna corporis, vel animæ propriæ, vel proximi, vel reipublicæ, vel famæ, vel aliud damnum, ꝙ tenetur homo ſub pœna peccati vitare, tunc huiuſmodi circũſtantiæ dñr mutare ſpeciem peccati, non ꝙ natura actus peccaminoſi mutetur, ſed in eſſe moris mutari dr̃, quia peccans cum tali circunſtãtia diuerſo præcepto prohibita, dr̃ diuerſis peccatis peccare. Ioan. Med. de pœn. tr. 2. q. 8. Et non ſolum circunſtantia eſt cõfitenda cum quis actu peccatum commiſit, ſed ẽt cum ſolum mente, vt ſi cupit accedere ad vxoratam, vel in eccleſia modo quo ſupra: vt dicit Nau. cap. 6. num. 8.

Notandum ẽt, ꝙ circunſtantiarum, quædam ſunt impertinentes, aliæ minuentes, aliæ augentes peccatũ, aliæ in aliud genus peccati trahentes: vt d. D. Bonau. 4. diſt. 17. art. 2. q. 3. primæ dicuntur huiuſmodi, quia nec grauãt, nec minuunt peccatum, nec mutant, vt leuare aliquid ſiniſtra, vel dextra manu, vel ante prandiũ vel poſt occidiſſe, vel mulieris pulchritudine allectum peccaſſe, vel mulierum pretio, vel precibus peccaſſe, huiuſmodi nil faciũt ad exprimendam qualitatem peccati, imo ſunt contra ſimplicitatem confeſſionis, vel tendunt ad excuſationem peccati, vt ſi qs ſua furta excuſet, vel quẽ in duello vt decet nobilem decertaſſe, ideo ſunt reſcindendę à confeſſario. Non tñ dicitur hanc impertinentiam eſſe peccatũ mortale, vel confeſſionem irritare, vel gratia priuare, ſed frequenter ſunt peccatum veniale, & qñque mortale, vt ſi qs dicat occidi in duello, quia nec potui, nec debui honorem meum aliter defendere, quia eſt blaſphemia contra legem Dei. Alię minuunt peccatum, & hę vel ita minuunt, vt de mortali faciant veniale, vel omnino tollant rationem culpæ: tunc enim ſunt neceſſariò confitendæ, vt ſi quis hominẽ ignorantia inuincibili in ſilua caſu occidit in auem iaculando, & omni circunſtantia adhibita, vt dixi in caſibus reſeruatis, caſu de homicidio: vel cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit, vt ibi dixi; tunc enim non ſufficit dicere hominem occidi, quia ſic confiteretur vt peccatum id ꝙ non eſt peccatum, & ideo notabiliter confeſſorem deciperet, & vt ſic peccaret mortaliter: ſic ẽt ſi quis in extrema neceſſitate furatus eſt, non ſufficit dicere furatus ſum, ſed debet id exprimere, quia tollit rationem culpæ; ſic etiam ſi quis obolum tm̃ eſt furatus animo non plus ſurripiendi, debet id dicere, quia eſt tm̃ veniale. Si verò peccatum minuunt, melius eſt vt non exprimantur, quia illæ circunſtantię aliqualiter excuſant ideo tacẽdæ, quia ibi eſt locus accuſationi, non excuſationi. d c. omnis vtr. & omnia ſuo tempore, & loco ſunt facienda. c. ſi eccleſia. 23. q. 4. Si verò ex hoc audiens ſcãdalizaretur, & faceret iacturã ſuæ famæ, ſunt aperiendæ, vt ſi puella graui inopia oppreſſa, vel mortis metu peccauit cum aliquo, vt vitæ ſuæ conſuleret, quia licet

ſit

sit mortale peccatum, tñ potest famæ & honori suo consulere dicendo causam, quæ turpitudinem suã aliquo modo alleuiet; sic si quis furatus sit vt pauperibus largiretur, vel peierauit vt vitam regis seruaret, putans se benè facere, quia cura est habenda de bono nomine. Eccl. 41. Vt & si quis confitetur epo se occidisse hominẽ, & sit persona multũ vtilis reipubl. debet aperire causam, vt ꝙ ille occiderat parentes; alia exempla ponit Nau. d. c. 1. nu. 5. quæ ad rem nõ faciũt, quia de mortali ex genere faciũt nullũ, vt ꝙ tempore Quadragesimæ ob infirmitatẽ comederet carnes, vel veniale esse potest, aut nullum, vt de pollutione in somnis dicit nõ sufficere se polluisse, sed dicendum in somnis, re tñ vera hæ circunstantiæ sic alleuiantes reducũtur ad alleuiationem primi generis, quæ alleuiãt in infinitum.

Quo verò ad circunstantias grauantes, vel augent culpam in infinitum .i. id ꝙ natura est veniale faciũt mortale, & tunc necessariò sunt confitendæ, vt si quis dicat verbum otiosum vt excitet ad libidinem, vel parum est furatus, cupiens tñ multum furari, nõ.n. sufficit dicere se furatũ esse; si verò non grauant in infinitum. i. ꝙ non faciunt veniali mortale, sed tñ intra eãdem speciem multum grauant, & notabiliter ad iudicium sapientis, probabile est quòd sint necessariò confitendæ, licet Nau. oppositum teneat in d. c. 1. nu. 6. hanc enim opin. tenet Altissiod. in materia de cõf. c. 3. & Alex. 4. p. q. 77. memb. 3. art. 2. Lopez 1. p. c. 29. ver. præterea. vt si gubernator vrbis iniustitiam committat: vt ibi d. ver. rursus idq; duabus rationib⁹: primò, vt rectum iudicium possit sumi de pœnitente: secundò, vt possit debita pœnitentia taxari Vnde si quis furatus est mille non sufficit dicere se esse furatum, vel si occidit decẽ homines vnico ictu non sufficit dicere se occidisse; itẽ si quis vno die integro sine interpollutione habuit firmum propositum occidendi hominẽ, grauius peccat, q̃ si per horam tñ id habuerit, licet id sit vnicum peccatum: si etiam notabili crudelitate hominem occidisset, esset hmõi circunstantia exprimenda, ob iram & furorem: sic etiam inter consanguineos & affines incestus non differunt specie: vt d. D. Th. 2. 2. q. 154 art. 9. & tñ si quis accessisset ad sororem, non satis esset dicere se incestum cõmisisse, quia põt intelligi de gradu remotiori, & eo magis si mater sit, vt sacerdos rectum iudiciũ notabiliter sumat de pœnitente. ita Sotus 4. d. 18. q. 2. ar 4. sic & qui vnico die transgreditur duplex ieiunium, vel duplicem diem festiuum, tenetur id explicare, vt d. Lopez d. 1 p. c. 29. vel in confessione aliquam solicitet. Lopez d. 1. p. c. 35. vel cum ea alia via peccat: vt ibi d. vel peccauit post votũ, vel iuramentum, tenetur id etiã explicare, vt ibi d. Vbi etiam notat, ꝙ qñ sunt plures partiales actiones ad vnam integram concurrentes, satis est illam vltimam confiteri, vt si quis dicat se quæsisse arma vt hominẽ occideret, se armasse & explorasse vbi esset; sat. n. est dicere se occidisse, sic qui carnaliter peccauit non oportet vt dicat tactus & oscula, si non sint separata à copula; similiter si quis peccet in die Veneris sanctũ, q a est immane flagitium, est aperiendum, vel occidit hominem sanctũ, literis vel nobilitate insignem, vel furatus sit à famis laborãte. Circunstantia tñ diei festi nõ est necessariò confitenda, quia finis præcepti, vt .s. sine peccato Deo seruiatur vacando ab operibus seruilib. in die festo non est in præcepto; si tñ id actum est in die cui magna reuerentia debet, & est valdè dedicatus ad pœnitentiam probabile est, ꝙ sit confitenda, vt dicit Med. c. 9. §. 2. in summa. vt si die Veneris sancti, Natalis, Resurrectionis, &c.

Quo denique ad circunstantias mutantes speciem, si mutant in genere moris sunt necessariò cõfitendæ. ex Conc. Tr. sess. 14. c. 5. & can. 7. non autẽ si mutant in genere naturæ. Ratio est quia primæ prohibẽtur peculiari præcepto, & dicunt per se disconuenientiã ad rectam rationem, vt tollere rem alienam de loco sacro, non autẽ secundo, vt peccare per altra, vel ꝑ aquã diuinare est diffe-

differentia in genere naturæ, vt & furari pecuniam, vel sericum est differentia in genere naturæ; & ideo id non est necessariũ, modo exprimatur pretium furti. Dicitur autem illa circunstantia mutare speciem, quæ actionem de vna in aliam trãsferat speciem: vt d.D.Th. 4.d.16.q.3.art.2. quæ.s.vltra malitiam actus principalẽ, specialem cum ratione repugnantiam habet, vt in exemplo rei in ecclesia sublatæ, vel seminis ibi effusi, quia speciali prohibitione id vetatur, & est contra specialem rationẽ. Vnde magnitudo rei ablatæ nõ mutat speciem, sed grauat notabiliter, vt sup. Vnde non sufficit dicere se commisisse decem peccata luxuriæ, sed decẽ adulteria, & hmõi: si verò in ecclesia mentalia peccata homicidij, inuidiæ, & huiusmodi habuerit extra ecclesiam perpetrandi, d. Nauar. quòd non tenetur illa confiteri, quia speciali lege id non prohibetur, excepto homicidio, & effusione seminis: si verò extra ecclesiam consentit mente perpetrare aliquid hmõi in ecclesia est necessariò confitendum: vt d.Sot.loco prædicto. Nec sufficit dicere quem consensisse se mente in fornicationem qñ consensit in adulterium: tũc enim id est exprimendum. Vbi etiã Sot. d. ꝙ puella, vel monialis quæ confitetur consensum mentalem in opus carnale, non tenetur exprimere se esse virginem, vel non, si non est sub cura parentum, quia stuprum est tantũ species distincta qñ puella est sub cura parentum, quia ibi est distincta species iniustitiæ, & sic noua species peccati: vt d.D.Tho.2.2.q.154. art.6. & sic per regulã illam ꝙ vbi est noua ratio peccati ibi sit species eius distincta, erit species distincta: vnde si mulier sit sub cura parentum probabiliter debet illã qualitatem exprimere, aliàs non, nec oportet in hoc multũ vexare puellas, maximè cum possit cõiectari sacerdos eam quæ dicit se consensisse in hmõi actum esse corruptam, alij tñ dicunt oportere exprimi an consensus hmõi sit emissus à virgine viro, vel muliere, vel non, & eo magis si actus est sequutus. Flor.f.226. & hoc est tutius, & opinio communis: vt d.Lopez 1.p.c.29.ver.ad hæc. Qñ verò cogitatio mentis nõ est mortalis, sed tñ venialis, tunc nõ oportet exprimere genus peccati, quia tñ potest quis dicere se passum tẽtationes venereas, cum venialia non sint de præcepto cõfitenda: si verò dubius quis sit an consenserit in opus, vel saltem delectationem actus mortalis, tunc oportet omnino vt dicat speciem adulterij, stupri, & huiusmodi. Hæc latè deducũtur per D.Th.4.d.16.q.3.Sot.d.art.4.Ioan. Med.de pœn. tr.2.q.8.& 9. per Theologos alios.4.d.18.per Nau.in c.1.de pœnit. d.5. & ante eum per Turr.Cr.ibid. Ex quibus ẽt probatur, ꝙ circunstãtiæ sunt ea ratione confitendę qua & peccata in casibus expressis.ca.omnis vtr.sex. de pœnit.& remiss.c.consideret.de pœnit.dist.5.& per D.Aug.de vera, & falsa pœnit.c.4. ꝙ si confessor habeat cognitionẽ status pœnitentis non sunt hmõi circunstãtiæ semp necessariò cõfitẽdæ.

Circunstantia verò cõfidentiæ miseri cordiæ Dei, vt si quis peccet confidens ꝙ per cõfessionem sibi remittetur peccatum, non est necessariò confitenda: vt d.Gaiet.2.2.q.121.art.2.Nau.c.6.nu 3. Sic ẽt qui sub cõfidentia priuilegij, vel bullæ, quam habet, facilius ruit in peccatum reseruatum cui etiam excõicatio sit annexa, potest tñ per illa absolui, vt d.Silu.Indulg.q.10.ver.5. Nau.in §.in Leuitico not.30. nu.7. In foro tñ exteriori peccans in ecclesia spe immunitatis non potitur priuilegio: vt d.c. 25.num.21.Sic peccans cum consanguinea spe matrimonij difficilius obtinet dispensationem: vt dicit Nauar.in cap. si ante.de rescript.

Circunstantia verò personæ, quæ sit in dignitate qua etiam peccatum in ea fit grauius.c.homo.40.dist.c.præcipuè. 1.q.3.cap.sicut.de homicid. non est necessariò confitenda, nisi mutet speciem peccati: vt d.Nau.c.6.nu.13. nisi aggrauet notabiliter intra eandem speciem, vt si gubernator ciuitatis vsurparet alienum iniustè, vel alienas mulieres publicè, vel parochus peccet cum filiabus spi-

spiritualibus. D.Th.2.2.q.154.art.10. Armi. verbo circunstantia.si tamẽ illæ personæ sunt notæ confessori,nõ est opus id explicare: sic ẽt si sponsa de futuro cum alio se commisceat, tenetur id explicare,vel qui iniuriam fecerit patri vel dño,ob speciale iniustitiã,vel si paterfamilias dat scandalum familiæ notabile frangendo ieiunium, vel concubinam alendo, vel si quis solicitet mulierem honestam ad malum cum eius scãdalo,vel imparatam turpiter tãgat, vel si quis commisit aliquod peccatum cum intentione trahendi alium ad idẽ peccatum, vel agendo bonum vel indifferens, ꝙ secũdũm apparentiam habet speciem mali,& ideo dat alteri occasionem peccati mortalis,cum a specie mali sit abstinendum,nisi scandalũ ex malitia scandalizati proueniat,vt aliás dixi;& etiam si quis peccet publicè vnde multi scandalizati fuerint;hæ enim circunstantiæ sunt in confessione explicãdæ; similiter circunstãtia occasionis alteri datæ peccandi est explicanda,quãdo qui eam præbet actiuè mortaliter peccat,idest cum exercetur cum culpa mortale, vel intentione principali, aut minus principali inducendi aliũ ad culpam mortalem,vel ad id ei opem ferendo,vel contemnendo bonum spirituale proximi,vt si quis det eleemosinã mulieri,vt eam ad malum inuitet, vel opẽ ferat fabricanti idola,&c. vel contemptu salutis proximi, vt si quis se proponit conspectui inimici quem scit ex fragilitate arsurum in irã,& idem de muliere quæ se proponit id sciens conspectui eius,quem scit ea visa arsurum in libidinem,licet ipsa careat mala intentione, quo casu potest etiam abstinere à Missa audienda,nisi sit talis qui in omnes,quas videt libidinis facibus,moueatur: sic qui choreis, musicisve cantionibus detinet eos quos scit die festiuo de præcepto Missam non audisse, nisi eos moneat vt consulant eorum conscientiæ; & idem cũ quis facit aliquid, ꝙ est tale natura sua occasionaliter, ꝙ plerosq; eorum quibus similis præbet occasio, solet commouere ad mortale, vel si tale non est ex sua natura,vel circunstantia, credit tñ aliquem inde præ fragilitate, vel ignorantia commouendum ad mortale, & id non præcauet, vel cũ cernit aliquem inde peccare etiã ex malitia, nõ curat talem occasionem vitare, cum nulla causa adest talem tẽ faciendi ex propria vel aliena vtilitate, & videt certam personã inde peccare, quia si persona sit incerta, quæ sit peccatura, & quis det operam recreationi honestæ,vel ludo modesto, non peccat id non omittendo, vt nec mulier quæ vestibus decentibus se ornat, licet credat aliquem de populo, quem non scit in particulari ex hoc ornatu exarsurũ in libidinem,vel eum qui ex prauo habitu cõcupiscit omnes mulieres:vt nec is est occasio mortalis peccati qñ quis alloquitur mulierem absq; praua intentione vtrinque, delectando tñ ex eius pulchritudine & ornatu, à quo tñ est cauendum, cũ id periculo non careat; vt ex his non peccat qui commodauit tormentum ei qui illo hominem occidit,nisi id præscierit, vel ꝙ cum aliquo rixatus sit,& hmõi, & idem de commodãtibus fucos pro mulieribus quorum vsus in aliquo casu concessus esse põt, nisi scierit vel ꝓbabiliter dubitarit aliquam mortaliter eo vsuram, vt & dat occasionem talem qui inducit aliquem ad peierandum, vel inferendum alteri iniuriam, vel hospiti adolescenti submittit clam in cubiculo puellam, vt eius continentiam experiatur, cum hæc occasio natura sua inducat ad mortale nisi aliqua causa iustificetur, non subtrahens tñ alicui occasionem furandi, vt cõprehensus in furto corrigatur vt resipiscat, dummodo occasionem non præbeat, vel eum lacescat; sic non dat occasionem talem qui à parato petit rẽ quã potest sine peccato habere, vt mutuum sub vsuris à parato, vel ab infideli parato vt iuramento confirmet contractum, licet per falsos Deos sit iuraturus, & dummodo id fiat ex causa rationabili, absq; ope præstita ad id peccatum, vel consensu in illud, vel & qñ paratus peccat ex malitia,& nõ ex igno-

rantia

rantia vel fragilitate tantum,& dũmodo accipiens id possit sine peccato habere, vt nec is dat talem occasionem qui audit Missam à parato in mortali existente, vel ei parato dat eleemosinã pro celebratione sub distinctione, de qua supra de sacr.in genere. cap.21. vt nec is qui deponit pecuniam apud eam psorem fœneratorem, qui habet aliam pecuniam qua fœneretur,secus si illa careret; vt nec talem occasionem prębet subditus petens à Tiranno vsurpatore dominij,iustitiæ executionem, cum sit paratus,nec artifices qui vtuntur artibus,quarum vsus potest esse bonus vel malus, licet plures ijs quę ipsi vendunt malè vtantur venialiter saltem, iuxta distinctiones supra traditas, vbi de negotiatione est dictum, vt nec occasionem talem dat, qui recreationis causa, congregat choreas,conuiuia, & huiusmodi,& nõ ex malo fine, licet quandoque ijs homines malè vti possint, iuxta distinctiones supra traditas, vbi de choreis & ludis, est actum. Respectu verò personæ,si quis voto vel iuramento puta ad castitatem se obligauit, accedendo ad aliquã, tenetur hanc circunstantiam explicare,nõ tamen quæ peccauit cũ sacerdote, qui & religiosus sit, opus est vt explicetur esse religiosum, sed sat est dicere esse sacris initiatum,dum modo monasterium nõ sit ingressa, vel in loco sacro peccarit,quia id est explicandum,licet nõ sit necesse vt explicet ꝙ sit regularis, modo quo supra.Lopez. post Nau. & Gaiet.1.p.c.29. ver.igitur cum seq.& cap.30.

Circa verò numerum peccatorum, præter superius dicta,cũ explicatio numeri non tam sit circunstantia, quàm reiteratio actus peccati, non sat est explicare,se fornicasse, sed oportet dicere quoties id egerit, & etiam quãtum furatus sit,& si nescit numerum certum, dicere potest tot vicibus,vt decem vel circa paulò plus, minusve, si ita existimat,& si post certificatur duodecim vicibus se peccasse non tenetur iterum id explicare,cum illæ duæ vices contineantur sub illa dubietate paulò plus, minusve, si tamen fuerint quindecim, vigintive vices, oportebit id iterũ explicare,non tamen licebit dicere se pluribus vicibus peccasse, quàm sciat vel credat se peccasse etiam si id dicat vt eligat quòd tutius est,cũ confessio conformis esse debeat intẽtioni quam quis gerit in corde,si tamen eo casu dubitat de numero, non esset iniustum dicere, credo me quinquaginta vicibus fornicatum esse, sed quia id pro comperto non habeo, volo dicere sexaginta vicibus me id egisse, quia malo me in confessione grauare, quàm coram Deo peccare,quia sic confessor id accipit vt tutius,sat etiam ei est qui pluries, & cum pluribus mulieribus est fornicatus, vel adulterium commisit dicere, toties fornicatus sum cum fœminis solutis,& toties cum vxoratis,nec opus est vt expli cet numerum mulierum, nisi cum aliqua scandalosè vixisset, vel ex ea filios procreasset non alitos ob hanc malitiã annexam, quia tunc illam personã deberet in specie explicare, vt opinor, ꝙ si facta diligenti examinatione non recordatur numerũ certum etiam paulò plus, minusve, tũc recurrendum est ad tempus quo fuit in tali peccato, & consuetudinem peccãdi, & si meretrix fuit exposita omnibus poscentibus, sat est explicare, quòd per annum id opus exercuit,vel duos, &c. vt d.Nauar.cap.6. n.15.explicando etiam si peccauit cum vxoratis,religiosis,&c.si id recordatur, & idem de eo qui semper consentit cogitationibus turpibus, quæ ei in mentem veniunt,secus si quandoque dissentit, quia tunc est explicandus numerus consensuum vbi numerus non est excessiuus,& etiam actuum,vbi is numerus non est excedens, vt dicendo quot homines in die admittebat, an singulis diebus peccaret cum cõcubina. vel semel in hebdomada, & idem de tactibus & cogitationibus interpollatis: & sic etiam de personis mutãtibus speciem, earum numerus est explicandus, si non est excedens,vt dicendo toties peccaui cum solutis, toties cum coniugatis, & toties cum clericis,&c.quia oportet vt

confessor rectum iudicium facere possit, & fieri potest, vt vna expofita quinquaginta homines in hebdomada admiserit, & nullum clericum, & alia vix decem, & fortè clericos: & similiter latro expositus qui vno anno id egit viginti millia aureos nummos sit furatus, & alius per id tempus solum mille. Sic etiã qui per annum alienum retinuit inuito domino, est explicandum, secus si per vnum diẽ vel duos, quia licet restituere nolens cum potest, non semper peccet nouo peccato, sed maiori continuato: tamen continuatio ista est explicanda quando notabilis est, & eo magis qñ proponit actu non restituere, vel quando creditor petit legitimè, vel videt eũ premi graui necessitate: tunc enim nouo peccato peccat, & illa circunstantia est explicanda; Verum est tamen ꝙ grauius probabiliter peccat, qui per annũ pluribus actionibus furatur, quam qui per annum iniustè alienũ retinet, quia hæc multiplicatio actuum cæteris paribus est grauior, quam illa cõtinuatio quæ quandoque sine noua aduertentia contingit: vt dicit Lopez d.1.p.cap.31. vsq; ad vet. ad hæc. ꝙ tamen vltimum dubio non caret, quia licet illa sint plura peccata actu commissa: istud tñ ob maiorem perseuerantiam in peccato, grauius vr̃ quò ad id peccatũ speciale. iuxta c. consideret. de pœnit. dist. 5.

Peccata interrupta q̃ dicantur, qũo augeant numerum peccatorum, & qũo confitenda.

Quo verò ad interruptionem actus eiusdem peccati, vel exterioris, vel interioris, quòd duobus modis potest interrumpi: Primò per actum contrarium, vt cum quis cuperet fornicari cum certa persona, postea facti pœnitens dicat, nolo id committere, quòd si post hunc actum contrarium, postea iterum concipiat animo id agere, actus interruptus per pœnitentiam renouatur per nouum consensum. Secundò, non per actum cõtrarium pœnitentiæ, sed naturaliter, vt cum quis concepit animo fornicari cum certa persona, non iam pœnitet facti, sed ob alia negotia, obliuiscitur pro tunc talis mali propositi, si postea cum se videt vacuum negotijs, & occasionem promptam conspicit, repetit malum propositum; sic enim mala voluntas interrumpitur non per actum contrarium, quia nunquam pœnituit, sed habitualiter semper perseuerauit in ea complacentia, sed interrupit eam naturaliter, quia alijs negotijs distractus ei rei attendere non potuit; Modo si interruptio est facta per actum contrarium, oportet in confessione id aperire pandendo vices quibus eam malam voluntatem renouauit; si verò interruptio fuit naturalis, non oportet aperire iterationem, sed continuationem notabilem, ꝙ si actus exterior duret, & voluntas interrumpatur id non fit per actum contrarium, sed tantũ naturaliter ob alias occupationes, vt si quis vadat ad hominem occidendũ, diuertat volũtatem ad alia, & postea occidat, ista diuersio est naturalis, & ita vbi interruptio est naturalis, erit vnum tñ peccatum; si verò per actum contrarium tot erunt peccata, quot vicibus mala voluntas renouabitur post pęnitentiã dempta prima, quę computatur, & ipsa in illis vicibus cum sit origo sequentium; qñ verò est vnus tantũ actus exterior, & plures interiores, vt cũ quis furatur vt fornicetur, & eodẽ actu voluntatis vult vtrũque, idem actus voluntatis est plura peccata formaliter furti, & fornicationis, ob plures deformitates, est tñ vnus actus materialiter, & generaliter vbi plures actus interiores & exteriores sunt via tñ ad vnicum peccatum, vnicũ efficiunt peccatũ, vt itineris aggressio, pręparatio armorum cum varijs desiderijs ad occisionẽ, nisi ea peragendo separatum peccatũ cõmittat, vt si aliquid furetur in via, vel fœminam ad malũ inuitet, & huiusmodi, vt & qui premittit oscula ad fornicandũ, & postea statim peccat, vnicum constituunt peccatũ, & sat est explicare ꝙ est fornicatus absq; eo ꝙ oscula commemoret, nisi bis coiertit, vel tactus sint separati à copula ante, vel post; sic qui præmittit cãtilenas, munera, ad peccãdum cum muliere, vt viam ad illam alliciendã eodẽ tpe, erit vnũ peccatum, licet naturaliter, & non

per

per actum cõtrarium interrũpatur per alias occupationes, q tñ erit tãto grauius quãto magis fuerit confirmatũ per nouas iterationes volũtatis & operũ,& hoc caſu fortè omnia erunt explicanda; & idem de eo qui ſæpè proſequitur mulierem,vt cum illa peccet, & interrumpit voluntatem per actus alios, & alio tempore redit ad idem præſtando denuo ad id operam exteriorem, cum cõſtet varijs actibus exterioribus materialiter repetitis diuerſis temporibus: ſi tamen tempora non fuiſſent interpollata, ſed continua, haberentur ſimpliciter vt via ad fornicationem, & ideo nequaquam vt nec oſcula aperienda, vt ſupra eſt dictum, quòd ſi quis aliquem lætaliter vulnerauit, & facti pœnitens id eſt confeſſus,ſi mors ſequatur, probabile eſt eum teneri confiteri in foro interiori ſe hominem occidiſſe, & ſimiliter cum qui procurauit pollutionem, quòd ſtatim eſt cõfeſſus, & poſtea in ſomnis ei contingit, tenetur confiteri ex occaſione mortali proueniſſe:ſi quis tamen cum adultera peccauit, ex qua poſtea filius genitus ſit, non tenetur id confiteri, niſi ad petendum conſilium de illo alendo, vt dicit Lopez d.c.31.ver.ad hæc.cum ſeq.

Circa circunſtantiam loci, ſi in loco ſacro quis furetur res ibi depoſitas, licet non ſint eccleſiæ eſt ſpecies ſacrilegij,quando earum cuſtodia ad eccleſiã pertinet,& idem de rebus accommodatis eccleſiæ ad eius cultum & ornatũ, quòd tamen non erit ſi quis exiſtenti in eccleſia marſupium furetur, nec ſi auferat ſedes vel puluinar,& huiuſmodi alicuius laici ibi extantes:ſic ſacrilegium eſt furari calicem conſecratum qui ſit eccleſiæ,etiam extra eccleſiam, ſecus ſi non ſit eccleſiæ, licet ſit conſecratus, cum id iure non exprimatur, detinere pariter decimas debitas eccleſiæ,vel ei legata debita non ſoluere ſpecies eſt ſacrilegij, & circa decimas,adeſt excommunicatio,ex Conc.Trident. ſeſſ.22.c.ſi quem. & idem de ſurripientibus bona eccleſiæ, ſi id faciunt poteſtate vſurpata, qui incurrunt excommunicationem Papalem ex dicto loco Cõcilij, ſecus ſi id agunt vt fures, quia licet incurrant ſacrilegium,non tamen excommunicationem prædictam:vt dicit Nau.in declar.eiuſdem cap.Concil. non eſt tamen ſacrilegium ſurripere à clerico bona patrimonialia, vel alio iure quàm eccleſiaſtico poſſeſſa,ſic ſacrilegium eſt extrahere ex eccleſia eum qui ad illã confugit,niſi in caſibus permiſſis, de quibus ſupra de Miſſa.cap.9. Similiter dormire noctu in eccleſia,vel ibi comedere eſt ſacrilegium ob irreuerentiam loco ſacro factam, ſecluſa neceſſitate,vel facti modicitate, & idem cum in loco ſacro committitur ſeminis effuſio, vel ſanguinis,vel magna irreuerentia loco ſacro irrogatur, iuxta explicata ſupra tractat.de Miſſa.cap.7. non tamen omne peccatũ ibi commiſſum explicandum eſt cum hac circunſtantia, vt iuramentum vel detractio, ſed ſat eſt peccatum explicare, vt nec ſermo aut aſpectus turpis ibi habitus, tactus tamen turpes, oſcula, &c. quia ordinãtur ad copulam quæ ſpecialiter ibi prohibetur, cum hac circunſtantia erunt pandenda, & idem de choreis vbi veriſimiliter peccatur mortaliter, manus premendo,& huiuſmodi, ſecus ſi inter perſonas honeſtas in oratorio rurali abſque contemptu: vt dicit Lopez loco infra citato, quòd tamen ego non probarem, cum negari non poſſit quin magna loco irreuerentia irrogetur, cum ſi clericis choreas ducere prohibetur, eo magis in loco vbi ſacra fiunt,id licere debet. Et idem de ludis,& cantibus laſciuis poſt monitionẽ à prælato factam:vt dicit Lopez dicta 1.par. poſt Silu.Nauar. Cano,& alios.cap.33. vbi & dicit, quòd qui in eccleſia cogitat pollui extra eccleſiam, vel etiam tractat, non erit probabiliter circunſtantia confitenda, niſi ſcandalum inde ſit ortum, in reliquis vide da ſunt quæ circa hoc dixi de Miſſa.d.c.

Circa circunſtantiam intentionis, cur,quando quis hominem occidit vt muliere potiretur, vel eſt furatus vt fornicetur, licet ibi ſit vnus actus homicidij,

micidij, vel furti, tamen ibi sunt duæ malitiæ distinctæ, est enim fornicator, & fur: & magis fornicator, quàm fur, quia præcipua malitia sumitur ex fine intento, vnde vtranque circunstantiam oportet confiteri, sic qui confessus fuisset ob finem mortalem, tenetur id in alia confessione aperire, cum confessio illa inualida fuerit, non autem si est confessus ob inanem gloriam vel aliud peccatum veniale: vt dicit Lopez d. t. p. cum toto cap. 34. ver. iam sequitur.

Circa circunstantiam modi, quomodo, si quis non solum alienum est furatus, sed & violenter id egit, ea circunstantia est detegenda, quia redundat in grauem iniuriam domini rei, pari ratione si peremit virum sanctitate vel literis excellentem, vel nobilitate insigni, vel ex leui causa, vel furatus est ab eo qui laborabat magna egestare; probabiliter explicari debet cum id notabiliter aggrauet; persona verò peccans vt religiosus non tenetur explicare se religiosum, vt si blasphemet, sed solum cum agit contra votum vel statutum voto firmatum: si verò quis reincidat in peccatum, de quo aliàs est confessus, regulariter id nemo confiteri tenetur cum peccatum dimissum non redeat, nisi modo supra explicato, scilicet æquipollenter per ingratitudinem peccati sequentis.

Fallit tamen quando recidiuum in peccatum, & eius iteratio est cum contemptu speciali Dei remittentis peccatum, & eius remissionis, quia tunc interuenit ingratitudo grauis contra benefactorem, & eius beneficium, & hoc non videtur contingere probabiliter, nisi in præscitis.

Secundò, quando contemptus est interpretatiuus, vt quando in consuetudinem peccatum sic induxit, & eius iterationem, ac si non esset lex diuina, vel humana contrarium prohibens, licet formaliter leges non contemnat, quia est ingratitudo generalis.

Tertiò fallit, cum quis de grauissimis peccatis pœnitens à Deo per confessionem est absolutos, & à præsentaneis periculis quasi miraculosè liberatus, quæ ratione peccatorum inciderat, & nihilominus Deum iterum atq; iterum offendit; hæc enim circunstantia est necessariò confitenda.

Quartò fallit, ratione status, vt si quis sæpius peccauit cum concubina domi vel alibi detenta, & id est confessus, tenetur hanc circunstantiam confiteri, vt sciat confessor quid cum eo agere debeat. D.Thom.4.dist.22.quæst. 11.art.4.nisi illa iam recessisset, vel nupsisset, tunc enim non est opus recidiui circunstantiam explicare.

Quòd si pœnitens interrogatur an amplius id peccatum commiserit, non tenetur respondere, sed est sat explicare peccatum commissum, nisi in casibus supra relatis.

Ad modum etiam, pertinere videtur peccare in confidentiam obtinendi veniam per confessionem, ratione Iubilei, quod intellexit instare, & ob id sumpsit propositum committēdi peccatum reseruatum, quòd fortè ante non commisisset, intendens per Iubileum absolui, hæc circunstantia nō est necessariò cōfitenda, cum minuat peccatum, quia peius esset peccasse sine intentione confitendi: vt d.Nau.c.6.nu.4.Lopez d.1.p. c.34.ver.huc etiā.cum seq.contrarium tamen est tutius, de quo in c.pen.

Circa circunstantiam mediatorum, vel per quos, hæc circunstantia notabiliter aggrauat, & per consequens explicanda in confessione, quando quis aliquem non paratum incitauit sua suasione ad opem sibi ferendam in aliquo crimine patrando, vnde & illa persona peccatum commisit, vt cum quis vtitur opera alicuius viri, vel mulieris ad solicitandam mulierem aliamve personam ad sibi consentiendum in coitu illicito, vnde is tenetur præter coitum sequutum, explicare in confessione epistolas, nuntios, munera, colloquia, mediatores & mediatrices, quot vsus est vt hoc malum committeret, & quoties prædicta peregit, quando non sunt vt via ad peccatum, sed opus habent interpollatum, modo supra explicato, de nu-

de numero peccatorum, quo tamen casu adhuc est explicanda circunstantia vsus mediatricis ad id, epistolarũ, nunciorum, colloquiorum, munerum &c. quæ cum ipso coitu non erant coniuncta, vt & mediatrix explicare tenetur se illa opera vsam esse, quoties &c. etiam si media fuerit inter paratos, quia sic fouet eos in peccato, & causa est vt in eo perseuerent, iuxta cap. consideret. de pœnitent.distinct.5.

Secundò, idem est explicandum, cũ princeps fidelis vsus est opera principis infidelis, vel hæreticorum contra principem catholicum in bello, vt d. Lopez d.1.p.c.34. quod ego intelligerem si bellum iniustũ foueat, quia in bello iusto, vbi princeps fidelis alia ratione ab oppressione catholici principis se tueri non valet, infidelium opera vti ad se tuẽdum & defendendum, hac tantum intẽtione se defendendi, licet per accidens illum lædat, nõ est illicitum vt aliàs dixi, & declarat Silu. verbo, bellum.

Huc pertinere vr̃ ẽt circunstantia de complice reuelando, ꝙ dupliciter intelligi potest, vel respectu cõplicis à reo iudici propalando, vel in cõfessione, primo modo, id examinare alteri⁹ est loci, & pro nunc sufficit dicere, ꝙ reus non tenetur complicem occultũ propalare etiã iudice interrogante si probabiliter credit eũ se emendaturũ vel Dei intuitu, vel ex fraterna correctione, aliàs si sit ita proditæ conscientiæ, vt nulla spes adsit emẽdationis est propalandus, vt sentit Nau. in Man.c. 25.nu.37. & idem sentirem vbi graue damnum est illatũ, & reus conuentus non sit soluendo, complices verò sic, quos ob perditam vitam credit probabiliter non restituturos, quia tunc ad vitãdum graue proximi damnum, vr̃ ꝙ propalari possint, cum & eo casu sigillum secreti pandi possit, nisi tñ ex propalatione complicibus immineat vitæ periculum, quia eo casu vr̃ posse à propalatione supersederi, cum vitæ bonum, rebus externis sit præponendum. arg.c.officij.de pœn. In secundo verò casu, vbi ex circunstantia complicis confessor venit in cognitionẽ complicis, alius confessor est quærendus, vel confessio differenda, ꝙ si fieri non potest, si aliter non possit species peccati reuelare, licet illam circunstantiã explicare, etiam si cõfessor ex illa circunstantia veniat in cognitionem cõplicis, vbi talis reuelatio creditur pro futura vtriq;, & ẽt si illam circunstantiam explicando aliud incommodum non sequetur, nisi ꝙ confessor non ita bonam opinionem complicis, vt antẽ est habiturus, quia sic ille non infamatur, cum vni tñ, & celaturo dicatur; si verò complici probabiliter creditur ex hac detectione notabile damnum inferendum, vel ꝙ confessor id sit reuelaturus, vel se vlcisci debere crederetur ob violationem factã consanguineæ suæ, & hmõi, tunc non licet hanc circunstantiam complicis in eius vita vel morte prodire in sacramento pœnitentiæ, ꝙ si puella in confessione à confessore solicitetur, potest id extra confessionem detegere, non tñ ita id licet reuelare alteri cõfessori honesto in confessione hoc fine vt reueletur, ne confessio ipsa odiosa fiat; vt dicit Lopez d.1.par.cap.36.

Circa demum circunstantiã temporis, non est necessariò confitenda nisi notabiliter aggrauet, vt si die sexta parasceue magnum peccatum committatur, vel si dum pergit ad implendam pœnitẽtiam, iterum Deum offendit, vel per peccatum factum in die festo intendit facere opus prohibitum illo die, vt si cogeret artificem consuere vestem amicæ quia eam inuisurus est tali die, vel cum per tale opus intenderet violare festum; vt d.Lopez d.1. p.c.35. Ideo autem addita sunt vel repetita hæc de circunstantijs peccatorum, vt si in superioribus aliquid defuisset, per præsentem discussionem, censeantur repetita, & èconuersò, & vbi bis idem repetitur ad maiorem declarationem apponitur.

Quarta propositio. Circa integrita

Confessio integra esse debet, cũ eius declaratiõe, & nõnullis fallentijs.

tem confessionis, vbi de casibus reseruatis, & alijs vbi confessio potest dimidiari, quantũ confessionis natura deposcit, omnia peccata cum suis circunstantijs sunt eidem sacerdoti confitenda, quod si secus fiat cõfessio est dimidiata; probatur authoritate Aug. lib. de vera, & falsa pœnit. & hr̃ in c. confideret. de pœn. dist. 5. d. cautus sit pœnitẽs ne verecundia ductus diuidat apud se cõfessionem, vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare, quod est se laudare, & ad hippocrisim tẽdere. Ratione probatur per D. Th. d. 17. q. 3. art. 4. per analogiam ad corporis medicinã, etenim quia morbi contrarij esse solent, vt quod vni prodest alteri noceat, & vnus ex alterius coniunctione aggrauari solet, necessarium est vt medicus totã infirmi habitudinem cognoscat, tum vt cuiusq; morbi grauitatem perpendat, tũ vt sic vni medeatur vt nulli noceat, pari ergo ratione spiritualis medicus debet totam peccatoris habitudinem intelligere, quod fieri nõ potest nisi pœnitens omnia eidem confiteat.

Prædicta verò conclusio intelligit, qñ confessio per se est dimidiata, tunc enim est vitiosa, secus si dimidietur per accidens. Exempli gratia, si quis vult generaliter confiteri, & hodie confitetur quædã, cras alia, & deinde alia, & sic per hebdomadã, nunquam confessionem dimidiat, quia intentio fertur ad vnam solã absolutionem faciendam; similiter si quis cõfitetur aliqua venialia, & aliqua non, quia ad ea cõfitenda non tenetur, per se nõ detruncat. Item si quis vult cõfessionem iterare quorundam mortalium, de quibus legitimè confessus est non dimidiat, imo licet in tali casu intendat generalem omnium confessionem facere potest hodie partẽ cõfiteri, & cras aliam partem, & sic per hebdomadã, & demum absolui. Imo tali casu si diuersis sacerdotibus confiteretur non esset dimidiatio, licet posset nõ genus hippocrisis ostendendo se non tã peccatorem vni, quàm alteri. Vlterius si quis diligentiam solicitem ad arbitriũ prudentis fecit, & illa quorum non recordatur, non confitetur, postea tñ dum in memoriam veniunt, licet teneatur eadem suo tempore confiteri, non tñ eidẽ sacerdoti, qñ hmõi verò obliuio annullet confessionem infra dicetur.

Confessio põt dimidiari 1 articulo mortis, & qũo

Primus ergo casus, quo licet cõfessionẽ dimidiare est ex necessitate naturæ, vt si quis in articulo mortis non potest perficere cõfessionem. In quo tñ duo extrema sunt vitãda. Primum, quod si quis aliqua confiteretur & nõ posset omnia, nõ esset absoluendus, quia non est integra cõfessio, quod falsum est, nam quodcunque peccatum infirmus in illo articulo voce, vel nutu explicet in particulari etiã si sit veniale, si vltra progredi nõ valet est sacraliter absoluendus, quia illa confessio est expressio peccati in particulari, de quo sacerdos potest iudicare, nec habet vitiũ dimidiationis; si enim aliqua causa est legitima dimidiandæ confessionis, nulla maior esse potest, quàm necessitas naturę & impossibilitas. Aliud extremum est quod licet infirmus nulla peccata in particulari confiteri possit voce vel nutu, sed tm̃ in generali signa contritionis det, quod sit sacraliter absoluendus, id enim est falsum, cũ ibi nulla sit materia confessionis expressa: vt d. Abul. in Matth. c. 16. q. 79. & ratione probatur, nam confessio est pars distincta à contritione, & eadem ad absolutionem necessaria, nam sacerdos claue potestatis ad absoluendum vti non potest nisi præcedẽte iudicio per clauem scientiæ, qui verò ostendit solum in genere contritionis signa nullo explicato particulari peccato, non confitetur sacrali confessione per quã possit sacerdos vti claue sciẽtiæ, ergo non potest sacraliter absolui, licet tũc excusetur à præcepto confessionis, & tunc potest ei porrigi sacrm̃ Eucharistiæ, quod faciet eum de attrito contritũ, non tñ est sacrm̃ pœnitẽtiæ. Præterea confessio debet esse actus iudicialis, vt sacerdos iudicare possit de conscientia pœnitentis, iudicium verò est actus prudentiæ, quod ideo fieri non põt

nisi

nisi re in particulari cognita: vt d.D. Th.2.2.q.47.art.3. ergo non sufficit generalis contritio, vel confessio.

Vnde cauti debent esse sacerdotes in hmôi casibus, vt remotis omnibus secretò interrogét pœnitentē de peccatis, & si aliquod peccatum voce vel signo confiteretur ab omnibus possunt absoluere, aliàs non; Vnde & in forma extremæ vnctionis absolutio illa non est sacralis, imo non debet in Rituali poni illa forma: Ego te absoluo à peccatis tuis, sed tm̃ deprecatiua: s. Dñs noster Iesus Christus te absoluat per ministerium nostrum ab omnib. peccatis tuis. Ita Sot.4.distin.18.q.1.art.5. vbi etiā respondet canonibus, quæ videntur contrariari, maximè c. is qui. 26.q.2. vbi dr̃ accipiendam pœnitentiam eius, qui loqui non valet, ibi.n. intelligitur de forma absolutionis ab excommunicatione, vt d.ibi gl.

Secundus casus, in quo cōfessio dimidiari potest, est qñ casus est superiori reseruatus, à quo inferior absoluere nō potest; tunc enim dimidiatio est per accidens. Circa q̃ notandum q̃ casus dr̃ à cadendo, & sic sumitur peccatum in proposito cuius absolutionē superior sibi reseruat. Notandum aũt nullũ casum iure diuino esse reseruatum, quia I primitiua ecclesia licebat cuilibet eligere sibi sacerdoté qui eũ absolueret à quibuscunq;, vt latè probat Nau. in c.placuit. de pœnit.dist.6.

Casuũ reseruatio, vnde originem duxit, q̃ ea sibi possit reseruare quot & qualiter absolutio in eis sit fienda.

Hanc verò casuũ reseruationem antiquissimam esse in ecclesia, & prælatos posse aliqua peccata sibi reseruare à se solum absoluenda, probat Thom. Vald.tom.2.de sacra c.149. contra Viuiclef, authoritate D.Aug.3.p. serm. serm.112. probantis summam potestatis remittēdi peccata successori Petri Christum manere decreuisse, & ideo vt ibi exponit Vald. successori Petri, qui propter identitatem regiminis & consortium potestatis dr̃ Petrus, datæ sunt claues pro vniuersa ecclesia, & ad dimittēdum vniuersa peccata semper est reseruata potestas. Et authoritate S.Eulogij ad Gregorium, vt hr̃ in registro lib.7.ep.36.d. quædā esse peccata, quorum absolutio soli Petro est reseruata, ipse.n. vt ibi exponit Vald. communem cum alijs accepit potestatem ad dimittendum peccata, & rñ aliquid ipsi potestatiuè est seruatũ, q̃ nō potest alijs esse cōe. Idem probatur in ca. latorem p̃sentium.33.q.2. vbi quidam matricida ad Papam Nicolaum à Ratholdo Argentoratensis ecclesiæ epo missus est vt ab eo absolueret. Et Orig. hom.10. super Num. docet laicũ peccantem qñque indigere non solũ sacerdote sed & epo. Cypr. ẽt lib.3.ep. 16.& 17. tradit non esse lapsos reconciliandos nisi ab epo, præterquam cũ mortis periculum vrget. Idem probatur per Grat. in c. in actione, de pœn. dist.1.& 26.q.6. per tot. vbi probat excōicatos non posse reconciliari nisi p̃ epos, excepto articulo mortis. arg. Exo.18. vt d.Os. de sacram.ord. cap.54. Ratio hmôi reseruationis est multiplex, & præter alias ad examinādum, tum ad iudicandum debitè magnum scelus, q̃ contingit committi in Deũ; hoc enim non nisi in publica ecclesia apud prælarum & clerum vel confiteri expedit vel puniri, nemo enim suo examini in tanta causa committitur, vnde Dauid Rex suũ refugit iudiciũ, & lætanter subijt alienum, qñ valdè contra Deum peccauit, vt in apologia de Dauid notat Ambr.to.4. vnde & olim causæ maiores Moisi tm̃ & Aaron summo sacerdoti reseruatæ fuere Ex. 10 Est & alia causa, vt magna plebe, & maiori itē sacerdote oretur Deus, vt ipsum peccatum dimittat, in quem committitur. Vnde furtum Achor, q̃ erat occultum non est latere permissum, sed reus anathematis sorte proditur, fatetur scelus coram ecclesia, & pœnam portat contemptus in Deum, Iosu.6. Achab humiliatus est per Heliā prophetam de tirānide quam fecit in Naboth, & per eundem prophetā accepit inducias pœnæ quam propheta prædixit.3.Reg.21. Heliodori sacrilegium & violatio templi in eodem loco sumpsit suæ prædæ sententiam, &

Mm 4 ad

ad preces summi pontificis donat ad vitam. Theodosius strauit ornatū regium, defleuit in ecclesia publicè peccatum suum, q ei aliorum fraude obrepserat, gemitu & lachrimis orauit veniam: q priuati erubescunt non erubuit Imperator publicè agere pœnitétiam, ita Amb.to.3.quem refert Vald. tom.2.d.c.149. Tertia accedit causa, q hac ratione infirmiores deterrentur à grauioribus committendis, q enim à quolibet absolui potest pro nihilo ducitur & facilius committitur. Vnde sapiētissimè maiores nostri ad mores hominum reformādos & populos in disciplina continendos causas quasdam maiores, & scelera atrociora suo iudicio, vt supra reseruarunt, & hꝰ c.si quis. 17.q.4. Quarta; accedit ratio, q maiores & periculosiores morbi peritioribus medicis reseruantur, sic olim in ecclesia quicquid graue erat epōrum iudicio reseruabatur: vt d.Sot de instit.sacerd.tit.de minist.confes. ver. hinc etiā. Præterea in qualibet politia & republica bene ordinata cernere licet causas quasdam supremo principi tantūmodo esse reseruatas, ergo magis in ecclesia Dei, quæ ordinatissima est ad similitudinem triumphantis Cant.6. debet is ordo seruari, vt aliqui casus superioribus reseruentur.

Fundamentum verò reseruationis consistit in iurisdictione & potestate. Vnde sicut superior potest subtrahere aliquem hominē de populo ne sit de foro inferioris, sic & potest subtrahere aliquod peccatū ne sit de foro inferioris, & à quo inferior attentans absoluere nil agat, & mortaliter peccet: vt inquit Petr. de Pal.in 4.dist.18.

Vnde cum casuum reseruatio diuinæ authoritati à qua omnis potestas dependeat. Rom.13.& ca.qui resistit. 11.q.3. innitatur, non solū in externa politia, sed & coram Deo vim habet: vt d.Pal.4.d.17.q.4.art.2.concl.6.& diffiniuit Trid.Conc.sess.14.c.7. Et sacra congregatio Illustriss. DD. Cardinalium, qui præpositi sunt decretis sacri Concilij interpretandis, censuit per quodcunq; priuilegium regularibus concessum, non intelligi factā esse eis potestatem absoluendi à casibus quos sibi epūs reseruauit. arg.c.si ep̄s.vbi gl. de pœn.in 6. & in Conc.Prou.Med.5. sub tit. de ijs quæ ad sacrm pœnitentiæ pertinent, excōicantur ij sacerdotes qui absque facultate à casibus epo reseruatis absoluere attentarint.

Papa ergo primum potest casus in vniuersa ecclesia sibi reseruare à quibus inferiores absoluere non possint, epi in sua diœcesi, & superiores regularium respectu suorum subditorum.

Et cum Papa habeat plenitudinem potestatis, & vt rex in regno, vt d.D. Th.4.d.20.q.1.art.4. pōt quot casus sibi placuerit reseruare, idq; et ante cōronationē, quia eo ipso q est electus est verus Pōtifex & Christi Vicarius, vt probat Fel.in c.eam te. de rescript. & sequitur Bellar. de Romano Pont. vbi latè de hoc loquitur; nullus tn̄ est ei reseruatus qui nō habeat annexam excōicationem: vt d.S.Ant.3.p.tit.1.c. 11. verbo, casus. & ideo si ab eo casu auferretur cēsura, legitimè posset ab eo quilibet sacerdos absoluere, vt d. Nau.in Man. c.27. nu.254. epi nō possunt absoluere à casibus occultis Papæ reseruatis, ex Tr.Conc.sess.24.c.6.qui verò casus Papæ cum excōmunicatione reseruentur, declarat Nau.in d.ca. 27.& quę ex potestatis plenitudine ei sint reseruata, vt determinatio quæstionum ad articulos fidei, & sacramēta pertinentium: vt in c.quoties.24 q. 1.& hmōi declarat Silu. verbo, casus; sed quia de hoc non cadit hic materia, sed tn̄ in ordine ad integritatem confessionis, ideo alio tempore, Deo dante, de ea est dicendum. In articulo tn̄ mortis omnis sacerdos potest absoluere ab omni peccato & censura etiā Papæ reseruata, vt in Conc.Tr.sess.14. ca.7.& can.11. Quod verò dictum est epm posse absoluere ab omnibus casibus occultis Papæ reseruatis, intelligitur de his quæ erant reseruata Pontifici maximo tēpore Conc.Trid.non aūt post vt sacra congregatio censuit.

Vnde non poſſet quis abſoluere à caſu ingredientiũ clauſtra, nec ab alijs huiuſmodi, nec fortè à bulla in cœna domini, cùm ibi expreſsè caueatur, ne quis præter Romanum Pontificẽ, excepto mortis articulo, abſoluere poſſit ab ijs caſibus bullæ, & abſoluentes excõicentur; & maximè cum omnes Pontifices eos caſus ſibi nouiter reſeruent, licet contrarium teneat Flor. de conf. f. 332. vbi d. eos poſſe ẽt in crimine hæreſis occulta, ipſi ſoli, nõ autem eorum Vicarij, qui hodie in cathedralibus ſunt, vt ibi dicũt Pœnitentiarij, at quibus caſibus eps poſſit abſoluere à caſibus Papæ reſeruatis, dixi in caſu excõicationis; §. de Abſolutione ab excommunicatione. Quo verò ad regulares reſpectu ſuorum ſubditorum poſſunt ſibi caſus reſeruare.

Quò ad epos ẽt clarum eſt eos poſſe ſibi caſus reſeruare, à quibus inferiores non poſſunt abſoluere, vt ſup. & probatur expreſsè in d. c. 7. ſeſſ. 14. Trid. Conc. Idq; intelligitur etiam ſi non ſint conſecrati, modo ſint electi, & confirmati, quia tunc poſſunt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, licet non ordinis Põtificalis, vt probat Fel. in c. eam te. de reſcript. Id ẽt procedit ſi nõ ſint ſacerdotes, quia poteſtas reſeruationis ſequitur iuriſdictionem, quam exercere poſſunt ẽt non ſacerdotes, licet nõ poſſint abſoluere in foro pœnitentiali, ꝙ eſt ordinis: vt d. D. Th. 4. d. 20. q. 1. art. 4. ad ſecundam q.

Difficultas tñ eſt quot caſus poſſint ſibi reſeruare, & quõ. Vbi notandum aliud eſſe ſibi reſeruare excõicationes aliud peccatum eis annexum, nã cenſura non eſt peccatum, ſed eius pœna, tum quia peccatum mortale eſt antiquius iuribus canonicis, quorum inuentum eſt cenſura, vt declarat Nau. in Man. cap. 27. num. 151.

Hoc ita notato, dicendum eſt ꝙ reſpectu delegatorum ad audiendas cõfeſſiones poſſunt ſibi reſeruare quot caſus voluerint, quia cum poſſint eis nõ concedere facultatẽ, audiendi confeſſiones pariter poſſunt eis ſubtrahere quos caſus volunt, & idem de prælato in religione eadem ratione.

Reſpectu verò parochorum, ſentit Sot. 4. d. 18. q. 1. art. 5. ꝙ quia prædicti habẽt iuriſdictionem ordinariam, ꝙ epi nõ poſſunt ſibi reſeruare quot caſus voluerint pro libito, Alex. tñ de Arioſtis de pot. conf. c. 13. d. ꝙ reſpectu parochorum poſſunt ſibi reſeruare quot caſus voluerint, cum ſint de foro eporum, & eorum cõſtitutionibus ſubiecti, & hæc opin. vr̃ melior, & eo magis cũ D. Th. 2. 2. q. 184. art. 6. dicat ꝙ epi principaliter habent curam omniũ ſuæ diœceſis, parochi verò habent aliquas ſubminiſtrationes ſub epis, & nil ſine eorum licentia agant, & ſi habeant vt balliui ad reges, ideo parochi cum nõ habeant principaliter curam ſed adminiſtrationem quandã, ſecundùm ꝙ ab epo eis committitur: vt ibi d. D. Th. ideo quò ad illos poterit eps quot caſus voluerit ſibi reſeruare.

Reſpectu verò fratrum, vel eps caſui reſeruato apponit excõicationẽ, & ab eis non poſſunt religioſi abſoluere, quia ſic eſſent excõicati per Clem. religioſi. de priuil. & not. Abb. in c. ſuper Specula. Ne clerici, vel mon.

Si verò non eſt eis annexa excõicatio, tunc multi tenent, vt Sot. d. art. Arioſt. d. c. 13. Silu. verbo, caſus. & alij, ꝙ religioſi non poſſunt abſoluere à caſibus, qui iure cõi epis ſunt reſeruati, ab ijs verò qui ex conſtitutionib. Sinodalibus, vel prouincialibus reſeruantᷓ, poſſunt. Et quot caſus epo iure reſeruati, ponuntur per Benedictum XI. in extrauag. inter cunctas, ſed qa illa extrauagans putatur reuocata, ſe remittũt ad not. in c. ſi eps. de pœn. in 6. p gl. Primò, excõicatio maior. ca. nuper. de ſenc. excom. Secundò, imponere pœnitentias blaſphemis. c. 2. de maled. Tertiò, ſortilegium. c. 2. de ſortil. Quartò, pœnitentia eorũ qui clandeſtinè matrimonia contrahunt, vel cõtra interdictum ſuperiorum. ca. 1. & vlt. de ijs qui contra eccl. int. &c. Vel vt alij dicunt incendiarij, ca. peſſimam. 23. q. 8. Peccatum ob ꝙ publica fit pœnitentia

impo-

imponenda. De consuetudine verò multos alios reseruari epo, homicidium, crimen falsi, & huiusmodi.

Sed quicquid sit de his, dicendum vt primò, q epi non possunt tot casus reseruare, q euacuent facultatem priuilegiatorũ vt non possint audire confessiones, quia id esset per indirectũ tollere confessiones, contra Cl.dudũ. de sepult. Peccata ẽt mentis licet possint reseruare, tñ nõ expedit, nec per ea quis incidit i. excõicationem ẽt ob hæresim mentalẽ: vt d. ibi Sot. Tertiò, dicendũ non videri esse verum, q possint ea solũ reseruare quæ de iure eis conceduntur. Dicendũ ergo quod possunt tot sibi reseruare, quot sibi videbuntur in ædificationem tñ nõ in destructionem, vt in d.c.7. sess. 14. in Tr. Concil. explicatur à quibus nulli sine eorum facultate possunt absoluere: vt dicta sacra congregatio censuit.

Quo verò ad absolutionem à casib. reseruatis faciendam. Notandum, q si reseruetur incestus, verbi gratia, nõ esset reseruatus si fuerit attentatus tã tum; non aũt consummatus. c extraordinaria. 35. q. 3. & c. fraternitates ead. 35. q. 10. & c. fraternitatis. extra de eo, qui cogn. consang. vx. suæ. Nau. i Man. c. 22. nu. 42. Item si casus loquatur de faciente non procedit in mãdato vel consulente, nisi in mãdante clericum percuti aut consulente, vel alijs casibus à iure specialiter expressis: vt not. Abb. in c. mulieres. extra de sent. excõ. quia cum simus in restrictiuis appellatione facientis, nõ venit mandans vel consulens. arg. l. Mon ff. de pœn. Nau. in Man. c. 27. nu. 51. secus si sic inscriberetur casus de quolibet homicidio, q a tunc nõ hr respectus ad personam sed factũ, & cõprehendit mandans & consulens: vt d. Abb. & ibi ap. in d. c. mulieres. 16 cauti sint qui præscribunt casus.

Tertiò, si superior in destructionẽ vteretur potestate, vt quia reuelaret confessionem, vel sollicitaret, q nõ est verisimile, pœnitentes ad malũ, & huiusmodi, tunc sicut licet peccatum eo casu vel circũstantiã subticere, multo magis quando est tempus necessariò communicandi, nec potest ab alio huiusmodi licentia haberi, tunc nõ deberet cẽseri hic casus esse reseruatus.

Quartò, si eps facit vicarium & concedit ei omnia quæ ipse potest aliquo etiam casu reseruato non expresso in foro conscientiæ poterit absoluere à casibus reseruatis, licet in exteriori non possit ea exercere quę requirunt speciale mandatum, nisi aliqua ex ijs exprimat. gl. in ca. 2. extra de offic. vic. Gemin. in c. licet. in si. de offi. vic. in 6. Ariost. d. cap. 13.

Quintò, si eps concedit licentiam absoluendi à casibus reseruatis nõ intelligitur concedere absolutionem à censuris cum diuersa sint, & ex diuersis non fiat illatio. l. Papinianus exuli. ff de min. & minus in generali concessione intelligitur concedere dispensationem super irregularitate, commutationem votorum, aliaque iure speciali epo concedũtur. per c. liceat. sess. 24. in Tr. Conc. notat Silu confessor. 3. § 6. Nau. in Man. c 27. num. 185. nam cum generali mandato nõ licet ea exercere quæ requirunt speciale mandatum. c. qui ad agẽdum. de procurat. in 6. & in generali concessione non intelligitur quis concedere ea q in specie verisimiliter esset concessurus. c. si eps. de pœn. & remiss. in 6.

Sextò, eps cõcedens vt in vna parte diœcesis absoluat, non potest id in alia inscio epo absoluere, q a iurisdictio non extenditur vltra terminos demandatos. l. 1. in princ. ff. de iurisd. omn. iudic. & l. fi. & l. præses. ff. de offic. pres. cap. 1. de pœn. dist. 6.

Septimò, si cui conceditur facultas absoluendi cum aliquibus limitationibus, verbi gratia, præmissa restitutione, aliter faciens nil ageret, cum limitata causa limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acq. rerũ domin. l. diligenter. ff. mandati.

Octauò, habens facultatem absoluendi à casu reseruato cui non sit annexa censura non potest ab eo absoluere, nisi quis pœnitens sit. i. propositum

tum habeat desistendi à peccato, cum huiusmodi sit dandum consiliũ & pœnitentia imponenda, non autẽ absolutio præstanda. c. quod quidam. de pœn. & remiss. in 6. nec etiam qñ est ei annexa censura de iure, licet de facto aliter fieri possit, vt d. Bonau. in 4. dist. 18. art. 6. qñ tñ appareret censura non prodesse sed nocere pœnitenti esset amouenda ẽt q̀ quis pœnitens non sit, quia cum sit medicinalis. ca. 1. de sent. excommu. in 6. quando non affert sanitatem est ab ea cessandum.

Nonò, sede vacante capitulum succedit in facultate absoluẽdi à casibus excõicationis, tam iuris, q̃ hominis, à qua eps absoluere potuisset, nisi à sede apostolica id ei specialiter interdicatur tex. est in c. vnico. de maior. & obed. in 6. not. Abb. in c. cum olim. de maior. & obed. & Fed. de Sen. in consil. 29. & etiã absoluere à casibus epo reseruatis, vt ibi d. Pan. q̀ intelligitur qñ per viam statuti, vel constitutionis eduntur; si enim per viam edicti ederentur expirarent cũ statuente, vt inquit Abb. in c. irrefragabile §. cæterũ, & in c. nemini. de offic. ord. Maior. 4. d. 18. q. 1. ver. 2. & secundùm Abb. in d. c. cum olim. potest capitulum dispensare in casibus quibus episcopus potest.

Decimò, Pœnitentiarius cathedralis non potest absoluere à casibus epo reseruatis, nisi id sibi ab epo concedatur, vt sacra cõgregatio Cõcilij rñdit.

Vndecimò, si quis absoluatur generaliter ab eo qui potest absoluere ab omnibus censuris, & peccatis, cum intentione absoluendi ab omnibus quibus potest, & pœnitens oblitus sit aliquod peccatum reseruatũ epo, casus ille non intelligitur amplius reseruatus, & potest absolui à quolibet sacerdote habente facultatem confessionis audiendi. Nau. in Man. c. 26. n. 27 & in §. cautus. de pœn. dist. 5. in fi. vbi idem dicit esse ẽt si censura nõ sit casui adiecta, & idem est si in articulo mortis à casu reseruato sit absolutus, quia si conualescat, non est amplius reseruatus, si excõicatio ei non est annexa, nec tenetur casum illum confiteri denuo. Nau. in Man. c. 26. num. 17.

Duodecimò, habens facultatem à suo epo audiendi casus reseruatos, & ab eis absoluẽdi, potest absoluere pœnitentem alterius epatus cum iusta licentia sibi concessa à peccatis reseruatis suo epo, per doctr. Pan. in c. cũ contingat. n. 29. de foro compet. & sequit Nau. in Man. c. 27. n. 255. sicut & potest quis absolui ab excõicatione iuris quã incurrit in alia diœcesi siue sit ius cõmune vel sinodale, ab epo loci, nõ autem à sententia hominis: vt Ric. 4. dist. 18. si tñ est oblitus aliquod peccatum, non potest postea ab eo absolui ab illo qui non habet facultatem absoluendi à reseruato, quod si habuit quis facultatem vt absolueretur à reseruato, etiam si confessionem fecerit inualidam, potest denuo facultate iam habita absolui, cum satis sit q̀ intra spatiũ cõcessum absoluat. Flor. de cõf. f. 231.

An verò absolutio præstita super aliquo casu reseruato sit sacñalis, ita vt conferat gratiam. Vigu. de sacr. pœn. c. 16 §. 4. ver. 17. d. non esse sacñalem, & q̀ sufficit superiorem illi taxare pœnitentiam, & eum à se dimittere. & Adria. de confes q. 4. col. 9. Contrarium tñ tenet Sot. d. art. 5. & Io. Maior. in 4. dist. 17. q. 5. per tot. Pal. d. q. 5. ver. circa primum. D. Th. d. dist. 17. q. 3. ar. 4. ver. ad quartum dicendum, q̀ etiam si sacerdos, & clarius per Nau. in §. mutus. nu. 19. cũ seq. de pœn. dist. 5. q̀ ex duabus absolutionibus vna integra constituitur sacñalis: vt Palud. & cõmunis sequuntur, & gratiam sacñalem quæ ex opere operato confertur tunc demum pœnitenti conferri qñ à secundo, vel tertio perficitur absolutio siue is sit inferior siue superior, vnde & si dum quis vadit ad superiorem cõmitteret aliam culpam reseruatam, ex illa triplici absolutione fieret vna integra sacramentalis.

Quo deniq; ad modum absoluendi à casu reseruato. D. Bona. in 4. dist. 17. art. 2. q. 2. & 3. d. superiorem tñ debere taxare pœnitentiam, & eum à se dimittere,

mittere, dicens casus esse reseruatos potius pro taxanda pœnitentia, q̃ alia de causa, quæ opin. coincidit cum opinione Adr. supra relata. & ideo non vr tenenda. Duran. ergo d. 17. q. 15. ponit nonnullos modos. Primũ, q̃ pœnitens omnia inferiori confiteatur, qui eum ab omnibus debet absoluere, & debet tunc eum mittere ad superiorem, qui eum debet iterum ab omnibus absoluere; sed hæc opin. peccat in duobus: Primò, quia inferior absolueret in casu quo non potest. Secũdò, q̃ quis bis ab eisdem deberet absolui. Secundus modus vt prius ab inferiori absoluaẽ ab omnibus, tũ se præsentet superiori non ad absolutionem impetrandam, sed vt impleat præceptum manifestan di illi peccata reseruata, sed hic mod? non est verus, quia sic inferior absoluat à quibus nõ potest, & superior nil ageret. Tertius modus, q̃ inferior absoluat in foro Dei, superior in foro ecclesiæ, sed non est verus quia in occultis non sunt fori distincti. Alij alia dicunt, sed resoluendo, optimus modus est vt pœnitens adeat superiorem qui eum ab omnibus etiã non reseruatis absoluat, vel det facultatem inferiori absoluendi, quia sic nulla fit diuisio confessionis, si verò superior nolit audire integram cõfessionem, q̃ ei licet ex rationabili causa, vt probat Sot. d. art. 5. licet contrarium dicat Cano de sacr. pœn. par. 5. d. q̃ superior qñ ratione ducitur peccata reseruata, debet ipsis cognitis remedium adhibere & pœnitentiam, & ab excõicatione absolue re si quæ sit, non autem à culpis sacraliter absoluere, sed facere facultatem inferiori absoluendi, sed hic modus coincidit cum modo Adriani sup. reiecto, & contrario cõi. Melius est autẽ eo casu vt det facultatem pœnitenti vt absoluaẽ ab inferiori taxando illi scriptis pœnitẽtiam, & satisfactionem. Vel eo casu tutissimum est vt cõfessor inferior adeat superiorem & petat ab eo licentiam voce, vel scriptis absoluendi, qui superiorem facilem sæpè ad id se debet præbere, sed nunquam in re graui id ego cõsulerem, nisi vel prius taxet pœnitentiam, & satisfactionem, vel notã habeat optimè inferioris doctrinam & zelum, quia sic eneruatur principalis causa qua peccata reseruã tur, vt. s. pœnitens si eum oporteat superiorem adire, erubescentiã commotus, ab eorũ perpetratione cesset, q̃ si pœnitens ad superiorem adire nolit, par est eam facere copiam inferiori, prius tñ pœnitentia & satisfactione taxata, vt sup. Quod si pœnitens pſens sit, & nolit superior integram confessionem audire, potest solam sacralem cõfessionem audire reseruatorum, & ab illis directè absoluere, & absolutio tenet & est verũ sacrm̃ conferens gratiam, & tũc tutior opinio est vt idem postea peccatum inferiori cõfiteatur, & ab illo ab omnibus absoluatur, vt sic confessarius possit iudicium facere de toto statu pœnitentis, omnem eius culpam cognoscens, vt d. D. Th. d. ar. 4. q. 2. ad quartum. licet alij contrarium sentiãt, & eo casu prima absolutio cõfert gratiam, & secunda est perfectio primæ, & auget gratiã: vt d. Sot. d. art. 5. contra opin. Nau. supra relatam, potest deniq; pœnitens confiteri omnia peccata inferiori, vt d. D. Th. loco prædicto, qui eum absoluet à quibus põt, & pro reseruato remittat ad superiorem, qui eum absoluet à reseruato, & pro eo illi pœnitentiam imponat & satisfactionem, & licet hic modus à plurib. improbetur, tñ mos cõis ita se habet, & eum sequitur Maior. loco prædicto. Pet. Sot. de Min. confessionis, & Sot. d. art. 5. Io. Med. de pœn. tr. 2. q. 10. & 11. d. q̃ inferior absoluit à non reseruatis, & consecutiuè à reseruatis modo illi non sit in culpa adeundi superiorem, & sequitur Nau. d. c. cautus. quo casu superior tenetur ad sigillũ, vt & inferior vt d ibi Sot. si tñ eo casu excõicatio esset annexa peccato, tunc prius oporteret ab ea absolui à superiori, antequam inferior adiretur, q̃a sic esset sacrilegiũ grande. arg. c. si celebrat. de cler. excõm. min. Pal. d. dist. 17. q. 5. sol. 4. nam per excõicationem quis

quis eſt excluſus à participatione ſacrorum. d.c.ſi celebrat.& not.Nau.in d.§. cautus.nu.23. Si verò eſt excõicatus excõicatione maiori, ſi iuſtè eius ſit ignarus, ſi à peccatis abſolutionis ſacro fuerit abſolutus non tenetur ad confeſſionem iterandã. c.apoſtolicæ. de cler. excom. min. Gaiet.in ſumma verò abſolutionis impedimẽtum.ver. vtrum. & in verbo confeſſionis iteratio; ſimiliter ſi quis ſcit ſe eſſe excõicatum putans tñ iuſto errore iuris vel facti attenta eius qualitate ſe poſſe prius à peccatis abſolui, q̃ ab excõicatione non tenebitur confeſſionẽ iterare ſi fuit à peccatis tm̃ abſolutus; Si verò excõicatus ſcit vel ſcire debet ſe non poſſe prius à peccatis, q̃ ab excõicatione abſolui, abſolutionem tamen à peccatis petens, præmiſſa confeſſione ſacrali, & eandem accipiens, tenebitur confeſſionem iterare. ita Coar. in cap.alma.part.prior.§.6.de ſent.excom. in 6. Et ꝙ dictum eſt non poſſe pœnitentẽ abſolui ab inferiori à peccato reſeruato, fallit qñ quẽ oporteat Euchariſtiam ſumere, tũc enim dummodo verè ſit contritus poteſt Euchariſtiam ſumere abſoluiè; ſi verò prælatus eſt præſens vel facilè conueniri poteſt propter verecũdiam, vel aliam cauſam, nõ licet ad Euchariſtiam ſine eius abſolutione accedere: ſi verò abſens ſit vt epſ vel Papa, & caſus habeat annexam excõicationem tunc nec ad vitandum quodcunq; ſcandalũ eſt cuiq; id conſulendum, quia ſi publicè eſt excõicatus res eſt clara, ſed & ſi eſſet ſecreta, grauiſſimum eſſe deberet ſcandalum, cuius euitatio cauſa legitima eſſe poſſit ſuſcipiendi ſacrm maximè ſi quis ceciderit in caſum reſeruatum in bulla cœnæ Dñi. Si aũt non habet annexam excõicationem, tunc ad vitandum magnum ſcandalum tantum licet, ꝙ cum ratio compulerit, fieri debet præmiſſa integra confeſſione apud inferiorem ſacerdotẽ, cuius conſilio vtatur, pollicitus ſtatim bona fide ſuperioris abſolutionem procurare, hoc tamen non niſi ſemel permittendum, quia ſi id ei pluries conceda tur, fortè nũquam abſolutionem procurabit. ita Sotus d.art.5.

Tertius caſus, in quo per accidens licet confeſſionẽ dimidiare, eſt cum timetur vel reuelatio certi peccati, vel ruina cõfeſſoris, verbi gratia, vt ſi puella taceat turpes cogitationes, ne præbeat ſacerdoti illam ſolicitanti occaſionem ſacrilegij, vel timetur mors aliena, vt ſi pœnitens acceſſit ad ſororẽ ſacerdotis pœnitentis conſanguineã, ex cuius circunſtantiæ confeſſione timet ne ſoror agnoſcatur, & interficiatur, vel quarto infamia participantis in peccato, vt ſi pœnitens acceſſit ad matrem propriam, vel ſororem cõfeſſori notam. ita D. Bonau.d.21.art.1. q.1.Duran. d.16.q.4.Caiet.confeſſio. cond.10.Adr.de conf.in 5.p.de pœnit. Ratio primi, quia nõ eſt intentio Dei nec eccleſiæ, nec ſanctorum obligare pœnitentem vt confiteatur cum detrimento ſuæ famæ. Ratio ſecundi, quia non minus tenemur ad ſalutem ſpiritualem proximi, & mortem eius ſpiritualem vitare, q̃ propriam famã, ſed in caſu propriæ famæ excuſamur, vt ſup.ergo. Ratio tertij, nam ſi ceſſat obligatio integrè confitendi cum adeſt periculum famæ propriæ, ergo magis cum agitur de periculo vitæ. Ratio omnium ſimul. Nam præceptum de vitando in alio peccatum, vel propriam mortem & proximi, ac famam, eſt naturale & diuinum prçceptum, de confeſſione integra eſt diuinum tñ, proinde, cum vbi duo præcepta concurrunt, quæ ſimul obſeruari nõ poſſunt, ꝙ minus eſt cedat maiori, ideo debet his caſib. ꝑualere ꝙ maius eſt, vt ſup.

Confeſſio quã poſſit dimidiari, cũ timetſ reuelatio pcĩ, vel ruina confeſſoris.

His tñ caſibus cautela eſt adhibenda, nam primò, non niſi in articulò neceſſitatis confeſſio integra omitti debet, puta confitendi ſemel in anno, & huiuſmodi, vel articulo mortis. Secundò aduertendum, ꝙ ſi quis poteſt alieno ſacerdoti confiteri, timens aliquod de ꝑdictis impedimentis ſi proprio confitetur; & nõ facit, mortaliter peccat ſi ſic cõfitetur proprio, qa ſine

cauſa

causa dimidiat confessionem, quã poterat integram facere; ita Silu. conf. 1. §. 18. Caiet. vbi sup. Et ideo eo casu à proprio est instanter petenda facultas alieno cõfitendi, quã ipse ad dandum nõ se debet difficilem pbere, ne pœnitens occasionem habeat persistédi in delictis, quam si hre non potest recurrat ad epm, & alieno confitendi licentiam petat: vt d. D. Th. d. 17. q. 3. art. 3. q. 4. ad quintũ. quam si hre non potest & sperat citò habiturũ, pôt contritus sumere Eucharistiã, q si sperari nõ potest cõfiteatur proprio illa circunstantia dimissa, & sic sumat Eucharistiam, tum amoto impedimento id confiteatur; nec potest expectare vsq; ad aliũ annũ, si detur copia cõfitendi. Sot. ibi. Notandum ẽt, q si sacerdos erat paratus peccare, vt q a solicitauit puellã, & illa restitit, pôt sine piculo cõfiteri turpes cogitationes, nec pôt eas cœlare: vt d. Fl. de cõf. f. 234. aliàs secus, vt sup. Notandum quoq; qñ reuelatio peccati vergit in infamiam alicuius cõsocii criminis, est celanda, q intelligitur cũ ageretur de periculo famæ eius amittendæ, nam si hoc solum esset periculum, quòd cõfessarius minus æstimet personam, quam scit deliquisse, & tñ certum sit eum seruaturum secretũ, tunc hmõi circunstãtia est explicãda: vt d. D. Th. d. 16. q. 3. art. 2. q. 5. ad quintum. Bonau. d. 21. in 2. part. quæst. art. 1. Dur. d. 16. q. 4. quia cõfessor tenetur vtriusque peccatum cœlare, qñ tamen persona est explicanda magna cautela est adhibenda, vt si quis dicat se infamasse prælatũ de vero crimine; debet enim sic dici vt mendatium nõ fiat & aliena fama, vt fieri potest seruetur, & tantum circunstantia necessaria explicetur. Et d. D. Bonau. loco prædicto, q reuelatio alterius potest fieri ei qui prodesse potest, vt si puella ab aliquo solicitetur, potest id reuelare ei qui prodesse potest delicto obuiando, si sit prudentia vsurus, non vt alteri obsit, sed solum ad capiendum sacerdotis consilium. Vnde sacerdos debet cauere ne id negotium extra confessionem etiam de licentia pœnitentis tractet, sed tantum consulat pœnitenti quid debet facere, vt sibi prouideat, aliter faceret confessionem odiosam. Quòd si in prædictis casib. potest tuto confiteri peccatum nõ omissa circunstantia, tunc id debet facere, aliter excusatur, ita Doct. prædicti. Sot. d. ar. 5. Medina de confess. tract. 2. q. 10. Flor. de confes. f. 233. 234. Tutior tamen est opinio, vt circunstantia prædicta sit confitenda, nisi ex eius confessione timeatur reuelatio confessionis, vel periculum propriæ vitæ, vt supra, cum sic habeat communis opinio: vt dicit Nau. cap. 7. per tot. & Sot. 4. dist. 18. q. 2. art. 5. ad quartum.

Et prædictis casibus confessio per se dicitur integra per accidens verò dimidiata, & ideo simpliciter dicitur integra, quia id tantum attenditur, q per se est intentũ, non autem per accidens: vt d. Philos. 3. Phisic. & D. Th. 1. 2. q. 9. art. 3. & 2. 2. q. 64. art. 7.

Quòd verò est dictum confessionẽ debere esse integrã, intelligitur de omni peccato, vel latẽti, vel manifesto, vel cordis, oris, & operis, probatur in Conc. Tr. sess. 14. c. 5. vbi diffinitur etiã cogitationes cordis esse confitendas. Ratione probatur, nam manifestum est, quia sicut iudex licet quid noscat vt priuata persona non potest ad sententiã procedere, nisi norit vt iudex, sic in foro cõscientiæ, aliud nouit confessor vt homo aliud vt Deus, quòd scilicet est per testimonium conscientiæ accusatũ, quæ est testis diuinus; ideo donec sic nouit non potest soluere, vel ligare. Præterea dum se accusat est iustus, ideo vt iustificetur debet se accusare etiam de publico; peccatum etiam cordis est confitendum, ex parte audientis, vt sciat soluere & ligare: ex parte pœnitentis, vt qui non erubuit coram Deo cogitare & consentire, coram sacerdote recitet cum rubore: ita D. Bonau. 4. d. 18. art. 2. q. 2.

Quinta propositio. Confessio debet esse secreta adhoc vt in ecclesia sustẽtetur, id tamen non est de eius essentia, Confessio debet esse secreta, &

an aliquo caſu pecca ta poſsint publicè dici.

tia, quòd ſit ſecreta patet ex diffinitione confeſſionis, nam, dummodo quis ſe clauibus eccleſiæ ſubdat in remiſſionē peccatorum, ſacramēto pœnitentiæ ſatisfacit; ꝙ verò eius ſecretum & pœnitenti congruat & ſacerdoti, patet & ſacerdoti id ſit neceſſarium non ſolum iure Pontificio. ex c.omnis vtr. ſexus. ſed etiam diuino; probatur, nam lex naturæ, legem gratiæ non deſtruit ſed perficit: lex verò naturæ docet & monet ne occulta & verenda crimina, in publicum, niſi via iuris, ad eorum vindictam perferātur. lex verò diuina gratię iubet omnia peccata ēt occulta confiteri, ergo inde colligitur cōfeſſionem debere eſſe ſecretā, aliter renuente natura vel homines non poſſent, vel non niſi violentiſſimè ad confeſſionem adduci, cum tñ diuina prouidentia, iuxta cuiuſq; naturam & ingenium ſuauiter omnia diſponat, & eo ꝙ eccleſiæ data eſt poteſtas remittendi peccata, intelligitur ēt de occultis cordis. Id etiā probatur authoritate Patrum probātium confeſsionem oīum peccatorum quamuis occultorum eſſe faciendam .ſ. Aug. ſerm.55.tertiæ par.ſerm. & refertur in c.agite de pœn.diſt.1.& lib.2.de viſitat. infirm. Amb.lib.de paradiſo.& refertur de pœn.diſt.1.ca.non poteſt.& Orig in Pſ.37.& Hier.ſuper Eccl.c.10. & Cipr. lib.5.de lapſis. Dion.in ep ad Demophilum.& Clemen.ep.1. vt refert Pereſ.in Trad auricularis confeſſ. Et Euſeb.lib. 9.hiſt.trip. d. qūo in primitiua eccleſia deſtinabatur presbiter bonæ conuerſationis, qui ſecretum ſeruaret, ad quem qui deliquerant accedentes peccata ꝑpria confitebantur. Nec obſt.ꝙ in primitiua eccleſia aliqui iuberentur publicè pœnitere. Nam Orig.in d.Pſ.37. ponit confeſsionem ſecretam qua qui accuſant ſeipſos, & confitētur ſimul euomunt delictum, & omnes morborū cauſas digerunt; ſi verò præuiderit ſacerdos talem eſſe alicuius languorem, qui in conuentu totius eccleſiæ exponi debeat, vt cæteri ædificentur & pœnitens facilius ſanetur multa hoc deliberatione, & cōſilio periti medici procurandū eſt, hæc Origenes; vnde ita inualuit is vſus vt quandoq; homines cogerentur publicam agere pœnitentiam quem abuſum Leo I. retundit in epiſt.57.ad eṗos Campaniæ iā mille annos, & refertur in c.quamuis.de pœn.diſt.1. vbi improbatur mos, ꝙ pœnitentiæ, & peccata aliquorum publicētur; qñ tñ peccatum alicuius eſt publicum, tunc publicè eſt pœnitendum. c.admonet. ſeſſ.24.c 8.in Tr.Conc. poteſt tñ quis ēt publicè confiteri ſua delicta, & ſacrm erit validū, quia ad eius fauorem eſt inductū, ergo ei poteſt renunciare: vt d. Medina de confeſſ. tract.2.q.15.

Mutus verò, vel linguæ ignarus, tenetur nutibus meliori modo quo poteſt confiteri: vt d.D.Th d.17.q.3.art. 4 quæſt.3. quia nutus pro vocibus ſeruiunt, poteſt etiam ſcribere peccata, vt d Gaiet.in verbo, confeſsio.11.& ea digito oſtendere ſacerdoti, ignarus verò linguæ poteſt per interpretē confiteri, qui tenebitur ad ſigillū, vt ſup.eſt dictū, non quidem ad ſigillum ſacrale cum ſe teneat ex parte ſacerdotis, ſed ad ſigillum ſecreti, ita vt mortaliter peccet ſi reuelat: vt d.Nau.c 8.nu 4. Et licet D. Tho quodlib.1.art.10. dicat valentem loqui non poſſe per ſcripturam confiteri, intelligitur de congruentia, non autem de eſſentia, quia tollitur ſic aliqua pars verecundiæ. Sot.d q.2 art.6.

Confeſsio ā poſsit fieri à ſurdo, ignaro linguæ, muto vel ꝑ literas, & qūo, vel per interpretem

Dubiū tñ eſt an quis per literas poſſit confiteri abſenti, & per literas ab eo abſolui, vt dum quis eſt in carcere, vel obſeſſus, Medina ſequutus Palud. Adrianumq;, tenet ꝙ ſic in d.q.15. Contrarium tñ tenet Sot.d.art 6. Nam confeſsio eſt actus perſonalis quo homo ꝑſenti ſacerdoti loquit̄. Prætetea poſſet eſſe ꝙ illæ literæ eſſent fictæ, vlterius ſi per literas abſolueret eſſe poſſet ꝙ pœnitens iā mutatus eſſet & indignus abſolutione, vel mortuus, vnde mundati à lepra oſtendebant ſe ſacerdotibus corporali præſentia, vt hr̄ in c.quem pœnitet.de pœnit.diſt.1.per literas tñ poteſt quis ab excōicatione abſolui, ita Sotus ibi qui ēt d.ꝙ per nuntium qui referat peccata abſoluenti ſacerdoti fieri non

poteſt,

potest, sicut nec per literas, sed per interpretem præsentem sic, qui verò scripto præsenti confitetur debet vel ipse legere, vel sacerdoti legenti annuere se illa fecisse, aliter non valeret; Nemo deniq; tenetur per literas, vel interpretem confiteri, quia huiusmodi confessio suo genere non est secreta, ita Sotus ibi & Med.d.q.15. semel tamen in vita per interpretem saltem tenetur quis iure diuino confiteri: vt d.Pal.d.17.q.2. Maior. ibi.q.1.Silu.confessio.1.nu.16.& est cōmunis opinio Theologorum in 4.d.17. Contrarium tamen sentit Palu.4.d.17.q.2. art.1. Adr.4.de conf.q.1.Nau.c.21.nu. 36.& c.27.nu.268. Silu.confess.1.num. 16.Idem Nauar.c.26.nu.14.idem Silu. confess.3.§.1.& confess.4.§.6. tenent quod in prædictis casibus in articulo mortis possit quis ab absente per literas ei scriptas peccata cōtinentia absolui, & hæc opinio est magis pia, & potest sustineri, dummodo pœnitens adhuc viuat quando absolutio impenditur, & sit saltem ita attritus in eo instanti vt virtute sacramenti fiat contritus, & si fortè hæc absolutio non erit valida iuxta cōem, in hoc tamen proderit, quod excitabitur ex actu illo magis in pœnitente contritio, & sic à summo Imperatore absoluetur ob desiderium sacerdotis, vt & de illo qui laico confitetur supra est dictum.

De defectibus confessionis, & quando sit iteranda. Cap. XII.

Confessio quæ dicatur informis, & quæ formata.

NOtandum, quod confessio quæ non est valida, quātum ad substantiam sacramenti, nec informis dicitur nec formata, quia non est confessio, ergo quando confessio dicitur esse informis, vel formata, supponitur esse confessio, nisi quod informis est imperfecta, & formata per gratiam est perfecta. Vnde confessio, qua ratione est actus virtutis pœnitentiæ non potest esse informis, quia confessio veluti est contritio, qua parte est actus virtutis est actus meritorius, quia nullum opus est simpliciter aut potest esse officium virtutis, nisi sit Deo acceptū, atq; adeo ex charitate procedat: vt d. D.Th.d.17.q.3.art.4.Confessio verò vt est pars sacramenti, quantum ad substantiam potest esse vera confessio, & tamen informis, vt inquit idem D.Th. quia confessio vt est pars sacramenti nil aliud est quam quædam accusatio, qua homo suā conscientiam sacerdoti clauibus ecclesiæ fungenti fideliter manifestat; potest verò peccator in peccato existēs cuncta sua peccata fideliter sacerdoti patefacere, subdendo se illi vt remedium ei prouideat, ergo potest confessio esse informis, ita.s.vt sit impletio præcepti absq; effectu gratiæ. ita Sot.4.d.18.q.3.art.2.

Notandum item, quod confessio, vt sit informis potest euenire vel ex parte sacerdotis, vel pœnitentis: ex parte confessoris quando in eo est defectus potestatis vel scientiæ, vel intentionis absoluēdi, vel erat excommunicatus, vel non habuit facultatem absoluēdi ab omnibus peccatis. His ita notatis.

Confessio facta sacerdoti carenti iurisdictione, vel intentione absoluēdi, est nulla, & iteranda.

Prima sit propositio. Confessio facta sacerdoti non habenti vel iurisdictionē vel intentionem absoluendi est inualida, & iterāda, vel si deest ei potestas sacerdotalis, vel non sciat formam absolutionis; primum probatur, nam absoluere non est actus solius characteris sacerdotalis, per quem sacerdos habet potestatem in corpus Christi verum, sed exigit præterea iurisdictionē, quia absoluere, vt infra, est munus pastoris collatum Petro, cum Christus ei dixit: Pasce oues meas, pascere verò est actus iuridicus, ac proinde absoluere ad iudicē pertinet, quo fit vt si quis bona fide cōfitetur sacerdoti, quem putat habere iurisdictionem, cum primum resciuerit eā non habere; tenetur iterum confiteri eodē anno, quia confessio non fuit maioris valoris quam facta laico, & habetur in d.c. omnis vtr.sex. potest tamen hoc casu esse quod confessio sit formata, & tamen inualida sit, formata non per gratiam sacramentalem, sed per illam quæ datur virtute perfectæ cōtritionis, nam qui bona fide sic confitetur sacerdoti illegitimo, per ignorantiam tunc excusatur, donec sciat non esse legitimum; & ita etiam est diffinitū in Conc. Flor.

Flor. determinãte neminem poſſe à peccatis abſoluere niſi iuriſdictionem habeat vel ordinatam, vel commiſſam ſuper abſoluẽdum, & in Conc. Tr. ſeſſ. 23. c. quamuis presbiteri. Intentio etiã abſoluendi requiritur, ſicut requiritur in quolibet alio ſacr̃o, qua deficiente nullum eſt ſacr̃m: vt in d. Conc. Flor. ſtatuitur. Circa hoc tñ nemo debet perturbari, quia quoties ſibi contrariũ non conſtat debet eſſe certus eũ habuiſſe hmõi intẽtionem; ſi etiam vti neſciat forma ſacramenti in qua eius vis conſiſtit, nullum erit ſacramentum; & item ſi non ſit ſacerdos, vt infra. Sot. d. q. art. 3. Io. Med. q. 21. tract. 2. de confeſſ.

Confeſſio facta ſacerdoti excõicato an valeat.

Secunda propoſitio. Confeſſio facta ſacerdoti publicè denunciato excõicato, vel notorio clerici percuſſore inualida eſt & iteranda, quia is caret iuriſdictione, qua per eccleſiæ ſententiã eſt priuatus, & id etiam procedit ẽt ſi pœnitens id ignoret, quia cum primum id ſcit tenetur cõfeſſionem iterare: vt inquit Coar. in c alma. p. prior. §. 6. concl. 6. & 7. q̃ procedit ẽt ſi quis publicè ſuſpenſus ſit, vel interdictus ab officio: vt inquit & probat Nau. in c. 1. §. laboret. de pœnit. d. 6. idq; intm̃ eſt verum quò ad excõicatum, vt neq; in articulo mortis abſolutio ab eo præſtita teneat, vt probat Coar. ibi concl. 8. licet contrarium teneat Nau. in Man. c. 27. nu. 271. quæ opin. vt magis pia, & conſona Cõc. Tr. modo mihi ſequenda vr̃, licet mihi aliàs contraria verior videretur. Si tñ abſolutio præſtetur à ſacerdote maiori excommunicatione ligato eo caſu quo vitandus non eſt, valet & tenet, nec eſt reiterãda, quia nec per eccleſiam is eſt vitandus, nec ponitur obex peccati, qñ tñ eſt proprius parochus, vt declaratũ eſt de ſacr. in genere. & Coar. decl. ibid. 5. concl. qui idem d. qñ quis ſciẽter confitetur parocho noĩatim excõicato nõdum tñ denunciato. concl 5. ver. ſcd̃m. Et multo magis ſi ſit ſolum generaliter excõicatus, licet pœnitẽs ſciat eum eſſe excõicatum, quia ſic non debet vitari, nec in publico, nec ĩ occulto, nec in miniſtratione, vel receptione ſacr̃orum, ex Conc. Baſil. Conſtantien. & Lateran. modo nõ ſit publicus clerici percuſſor: vt d. Io. Med. de conf. tr. 2. q. 22. 3. & 4. dicto. quid verò de confeſſione facta ſacerdoti exiſtenti in mortali ab illo qui id ſcit, recurrendum eſt ad dicta ſup. de ſacramentis in gen. ſub quæſt. & titulo, an liceat à peccatoribus ſacr̃a ſumere.

Confeſſio ex parte pœnitentis quib. caſib. ſit nulla, & primò qñ ei deficit animus ſuſcipiẽdi ſacramentũ.

Tertia propoſitio. Ex parte pœnitentis, ſi deeſt confitenti intentio ſuſcipiendi ſacramentum eccleſiæ, confeſſio eſt nulla, & ita reiteranda, quia vt ſup. de baptiſmo eſt dictum, & de ſacram. in gen. intentio ſuſcipiendi ſacramentũ eſt de eſſentia ſacramenti, & ſemper intelligitur eodem anno, quia alioqui per eũ non impletur præceptum eccleſiæ.

Confeſſio ẽ nulla qñ p̃ ſe eſt dimidiata, & quid ſit p̃ accidens.

Secundus caſus, qñ cõfeſſio per ſe eſt dimidiata & ex intentione, quia ſecus eſt ſi per accidens dimidietur, vt in caſibus ſup. relatis, vel ſi omittantur aliqua quæ non ſunt de neceſſitate confeſſionis. Aduertendum autem q̃ poteſt contingere vt confeſſio bifariã mutiletur: vt d. Caiet. verbo. confeſſio. cond. 10. ſ. directè & indirectè: directè mutilatur qñ quis ex verecundia vel puſillanimitate, vel alia de cauſa aliquod mortale peccatum, & circunſtantiam inter confitendum ſilet; hæc enim eſt mutilatio ſacrilega, atq; adeo nouum peccatum mortale confeſſionem faciens irritam. Similiter ſi quis dicat nolo facere diligentiam vt recolam peccata, more illorum qui nolũt intelligere vt benè agant. Secundò poteſt contingere indirectè, qñ .ſ. homo ex notabili negligentia omiſit indaginem facere peccatorum; negligẽtia enim qñ eſt craſſa reducitur in naturam actus; vnde ſi quis incautè hominem occidit, licet minuatur quodammodo culpa, tñ eſt homicidium ob defectum diligentiæ, quæ faciẽda erat. arg. l latæ culpæ. ff. de ver. ſig. Dur. d. 17. q. 15. Ric. ibi. art. 2. q. 8. hoc caſu ſi pœnitens eidem confeſſori, cui dimidiata facta eſt confeſſio, confiteatur, ſatis erit malitiam dimidiationis, & peccatũ confiteri Ratio eſt quia non eſt de eſſentia confeſſionis, vt confeſſor tẽpore abſolutionis omniũ peccatorum recordetur,

maximè cùm imposuerit peccatori pœnitentiam; Si verò alteri fit confessus, oportet tunc èt illa peccata cõfiteri, q̃ si postea dũ quis id cõfitetur denuo primus nõ fit amplius idoneus cõfessor, est alius quærendus. Flor. f. 236. Quod si ex ignorantia dimidiatur confessio q̃n s. pœnitens silet aliq̃d peccatum mortale inuincibiliter ignorans esse mortale, nõ est confessio reiteranda, quia cum non peccauerit peccatũ inuincibiliter ignoratum committens, ad eius confessionẽ nõ tenebitur, q̃n verò omittit ex ignorantia culpabili, quia confessio fuit non integra ex parte pœnitẽtis, ideo iteranda; vnde nõ confitens fornicationẽ simplicem tenetur reiterare cõfessionem; q̃a ignorantia est culpabilis. Flor. f. 237. Non èt oĩs negligentia q̃ homini culpã impingit, cõfessionem reddit nullam & iterandam, nam si quis vsus sit diligentia q̃ videatur sufficiens, licet non sit, tñ confessio valet. Vnde licet negligentia sit culpabilis in explorendo iure vel facto, nisi sit nimiũ crassa, licet pœnitẽs omittat peccatũ mortale ex ignorantia facti q̃a eius non recordatur, vel ignorantia iuris ꝓbabili putans nõ esse peccatũ, non tenet̃ confessionẽ reiterare; & q̃n intellexit diligentiã non fuisse sufficientem, sufficit negligentiã confiteri i. anno sequenti, vt d. Sot. d. q. 3. art. 3.

Confessio ex defectu cõtritionis an sit nulla, & q̃ñ.

Tertius casus colligit ex defectu contritionis, vt q̃n sine dolore peccatorũ est facta, vel cũ dolore præteritorũ, sed sine proposito vitandi futura, licet habeat qualiqualẽ abstinẽdi desideriũ, vt eius qui dolet se furatũ, sed caret ꝓposito restituendi, vel qui dolet se fornicatum, tñ caret ꝓposito relinquendi concubinam deliberatũ, q̃a cũ careat dolore vel ꝓposito hmõi caret materia confessionis, & sic est nulla. ca. q̃d quidam. de pœn. & rem. vnde hmõi absolutio est neganda. Vnde oẽs confessiones meretricum, vsurariorũ, concubinariorũ, & eorũ qui vltionẽ inimicorũ quærũt, vt supra factæ, sunt reiterandæ, quia licet habeant dolorem, tñ in statu cõfessionis in pcõ perseuerabant. Vnde si hmõi pœnitens nõ confitet̃ tale propositũ nõ confitet̃ integrẽ, & si illud propositũ simul cũ aliis peccatis confitet̃ inhabilẽ se reddit absolutioni, q̃a peccati venia non dat̃ nisi correcto. c. peccati. de reg. iur. in 6. & ideo si absoluat̃ sacrilegium cõmittit cõfitens suscipiendo, & confessarius dando absolutionem ꝑ irreuerentiã quã faciunt sacro arg. c. illud. 95. d. c. per Esaiam. 1. q. 1. Nau. in c. fratres. nu. 35. de pœn. d. 5. D. Th. d. 17. q. 9. ar. 1. Caiet. q. 5. de cõf. Si verò est aliqua detestatio de peccato cũ aliquo proposito mutandi vitã, licet nec tã vitanda proponantur, vt ex his confletur contritio delendis peccatis sufficiens, nec attritio talis, q̃ per sacri adiunctionem fiat contritio, non oportet confessionẽ iterare, mõ adsit integritas & intentio: Primò, q̃a aliter nemo sciret an sit verè cõfessus, cũ nemo sciat an sit in statu gratiæ Eccl. 9 Nemo scit an sit dignus amore, vel odio, & c. si. de purg. can. Præterea, q̃a confessio non est iterãda eo solo q̃ fiat sine gr̃a modo tñ sup. exposito. ita Nau. ibid. & Sot. d. art. 3. Vnde q̃n pœnitens aliq̃ habet peccatorum detestationem, vt q̃a dolet solum ob pœnas temporales, vel infamiã, & habet propositũ inefficax vitandi pcã, & putat ad hoc sacr̃m sufficere, tunc gratiã sacralem nõ recipit, licet recipiat verũ sacr̃m, & id non tenetur reiterare confessionẽ, quia ob hmõi propositũ est fictus, & ita non cõsequit̃ gratiã, nã Sp. S. effugit disciplinæ fictũ, q̃a si verè pœniteret, efficaciter peccata vitare ꝓponeret, verum tñ recipit sacr̃m, q̃a ignorãtia eũ excusat. Nam si putaret hmõi ꝓpositũ non sufficere, & id confiteret̃ non esset absoluẽdus, & si scit & nõ confitet̃ confessio esset dimidiata, & sic iterãda. An verò recedente fictione sacr̃m conferat gratiã. Resp. q̃ sacr̃m fictæ receptionis pœnitentiæ, si tñ fuit validũ, vt q̃a integrũ, & cũ aliquali dolore & proposito, cũ opinione q̃ sufficiat, vt sup. cũ primũ per generalẽ contritionem fictio deletur. Ratio, q̃a cum pœnitẽs non teneat̃ dicere propositum iterũ confitẽdi illa mortalia pcã, q̃ ficte confessus fuerat, quia sacr̃m id fuit validũ, vt sup. perfecta pcã illa habita ratione

tione ad confessionē, aut ad absolutionem pteritam, per generalē cōtritionē remittenē, & ita recedente fictione suū effectū sortitur. Dur. d. 17. q. 13. & 14. & ibi alij. Adr q. 5. de conf. Med. d. tr. 2. q. 16. q si sua peccata vt historiā quandā confitet sine dolore pcedente vel concomitante, non verè confitet, & confessionem tenetur iterare. Flor. f. 137. Confessio tñ facta à ficto, quā non sequit absolutio ex defectu ,ppositi, vel contritionis nō satisfacit pcepto ecclesiæ de confitendo semel in anno. Vbi tñ confessio est valida, licet non conferat gratiā cū absolutione, vt sup. & eā sequitur absolutio, vt quia sacerdos putet eū absolutione dignū, & pœnitens etiam idem putat, satisfacit præcepto ecclesiæ, nec ēt sciens eo anno tenebitur illud inefficax propositum confiteri, sed sufficiet alio anno, quia per generalem cōtritionem superuenientem, vt sup. qñ ex reliquo confessio est integra, gratiā suscipit. ita Sot. d. art. 3. Circa hæc tñ ego existimo sequendum etiam q dixi supra. cap. 7. vbi de attritione est actum.

Confessio facta ab excōicato an valeat. Quartus casus quo confessio est iteranda, est cum pœnitens est excōicatus qui casus explicandus iuxta distinctiones supra traditas, ex Coar. qui in hoc sequitur Nau. in d. c. fratres. num. 38. de pœn. dist. 5. & vterque Io. Medinam.

Confessio an valeat qñ pœnitētia non est acta. Quintus casus est qñ non egit pœnitentiam sibi iniunctā & acceptatam: vt d. Ric. 4. d. 27. art. 2. q. 8. in arg. 4. Palud. dist. 17. q. 5. S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 19. Contrariū tñ est verius, eum. s. peccare quidem, at non teneri ad reiterandam confessionem. Primò, quia qui semel legitimè confessus est peccata sua nulla humana authoritate cogi pōt, vt eadē iterum confiteat: vt d. D. Th. quodli. 1. art. 12. Secundò, nullo id iure probatur ergo non est asserendū. c. legatur. 24. q. 2. etiā si ex negligentia, contemptu, vel obliuione id omiserit; sufficit. n. confiteri negligentiam, contemptum, vel obliuionem, & satisfacere arbitrio boni viri, q si vellet satisfacere pœnitentia sacramentali putans eam esse maioris efficaciæ, q̄ spontè peracta, tūc teneretur cōfessionem reiterare, in omni tñ casu ēt sequendo cōtrariam opin. sufficeret confiteri peccatum illud pro quo pœnitentia est imposita. ita Nau in d. ca. fratres. num. 50. ver. quintus casus.

Confessio an valeat qñ confessor dormitabat. Qñ verò confessor dormitabat, si audiuit essētialia peccata mortalia, & circunstantias necessarias, licet non audierit circūstantias non necessarias vel venialia, est valida, aliàs secus: vt d Ang. confessio. 1. nu. 22. Med lib. 1. c. 12. §. 1. Nau. c. 9. n. 14. Si ēt confitens ad confessionem accedit animo illudēdi vel decipiendi cōfessorem, vel illum inducendi ad mortale, vel vt eū consulat de mortali perpetrando, est nulla & iteranda: vt d. Sot. 4. d. 18. q. 3. art. 3. Similiter qñ ob verecundiā, timorē, & aliam causam iniustā omittit datā opera aliquod peccatum mortale in confessione, vel circunstantiam necessariā est iteranda: vt ibi d. Sot. & Nau. c. 9. nu. 14. & idē si habuit intentionem tacendi aliquod peccatum, nisi de illo à sacerdote interrogaretur, quia ēt si interrogetur, tenet adhuc cōfiteri illam malitiam, & de ea pœnitere. Similiter qñ quis integrè confitetur peccatū, sed non proponit occasionem relinquere, qñ tenetur nec excusatur, modo supra exposito, vbi actū est de peccati occasionibus à pœnitēte relinquendis, hmôi confessio est iterāda: vt d. Sot ibid. Silu. confessio. 3. Nau c. 9. nu. 13. Similiter qñ quis non fecit sufficientem examinationem suorum peccatorum est nulla: vt d. Nau. c. 9. nu. 16. & Vict. nu. 160. quod intelligitur de illo qui nullum examen ferè fecit, secus si mediocrē adhibuit arbitrio prudentis, vt sup. Si quis verò cōfitetur quinque peccata, & postea rationem amittit, piè credendum, q absolui possit si habuit sufficientē attritionē: vt d. Vict. n. 164. Notandum etiā q qñ confessio est iteranda, si apud eundem sacerdotem reiteratur qui recordatur peccatorū, vel saltem pœnitentiæ impositæ sufficit omissum confiteri in specie, alia verò in genere; si verò secundo confitetur tenetur omnia in specie cōfiteri facta post dictam confessionem inualidam, & ad-

dere sacrilegium, q; commisit omittendo id peccatum: vt d.Nau.c.9.nu.19.D. Ant.3.p.tit.14.c.19.§.4. Silu.confessio. 1.q 3. In nullo tamē casu peccata semel rite confessa & absoluta egent alia confessione: vt d.Nau.c 9.in princ.& c.22. nu.38. possunt tñ sumi pro materia in alia confessione: vt d ibi Nau.Vict.nu. 170.& vtile est id ob augmentum gratiæ, & q̃sque necessarium ob defectum priorum confessionum, & tūc tenetur confiteri præter peccata facta post inualidam confessionem quoties etiā illo tempore confessus est, vel cōicauit; similiter tenetur quis facere confessionem generalem, qñ voto vel iuramento ad id se obligauit, vel ingreditur aliquam religionem vbi votum adest, q; post certum tempus fiat cōfessio generalis peccatorum; non tñ id est mortale, nisi ibi adsit votum hmōi, id omittere, nisi regula ad id præcisè obliget: vt d.Sot.d.18.Nau.in c.placuit.de pœn. dist.6.num.106.vsque ad 120.& q; huiusmodi confessio generalis sit vtilissima, & ob verecundiam, & ob absolutionem sacramentalē, qua diminuitur pœna. probat Nau.in ca.fratres. nu.28.29. de pœnit.dist.5. & quando ex deuotione quis generaliter confitetur, potest vnum peccatum confiteri, & alia tacere: vt d.Sot.4. dist.18.q 2.art.5. col.3. Nau.c.9.nu.1. & c.21.nu.28. Vict.num. 266. nisi diceret sacerdoti se velle confiteri omnia mortalia peccata totius vitæ, quia sic deciperet confessorē & peccaret: vt d.Silu.confessio.1.§.9. Henr. quodlib.10.q.1. D.verò Th.4.dist.22 q. 1.ar.4.dicit, q; recidiuans non tenetur confiteri peccata dimissa, nec in generali, nec in speciali, indirectè tamen tenetur, vt sacerdos sciat quæ satisfactio ei sit iniungenda, vt si frequenter lapsum carnis est passus ex aliqua occasione illa occasio præscindatur per satisfactionem, & sic sufficit confessio peccatorum dimissorum in generali, nisi status præsens requirat, vt descendatur etiam ad specialia, secundùm quòd est vtile pœnitenti, cum in hoc non possit præscribi certa regula: vt ibi d.D.Th.

De effectibus cōfessionis. Cap. XIII.

Notandum, quòd contritio & confessio dupliciter potest considerari & qua ratione est actus virtutis, & qua ratione est pars sacramenti; prout est actus virtutis contritio supra dictum est, quomodo causa esse possit per auxilium Dei remissionis peccati per gratiam, & eadem ratione confessio per modum meriti potest augere eādem gratiam. Sed hic agitur vt est pars sacramenti, vnde sic. Confessio nis effectus quis sit.

Prima est propositio. Confessio prout est pars sacramēti est partialis causa instrumentalis gratiæ per quam actuale peccatum post baptismum commissum remittitur; probatur, nam ad illū effectum sacramentum pœnitentiæ est institutū, cuius pars materialis est confessio, vnde sicut in baptismo nō solum per verborum formam, sed & per ablutionem, quæ est materia, confertur gratia, ita & per confessionem ratione adiunctæ formæ absolutionis: vt d.D.Th. 3.p.q.86. art.3. & in 4.d.17.q.3.art.5. Vnde sequit̃ q; per confessionem in voto quæ includitur in cōtritione fit sæpè peccatorum remissio; cum enim legitima contritio propositum sacramenti pœnitentiæ includat, & apud Deum voluntas pro facto reputetur, illa contritio habet vt sit conuersio in Deum, licet nulla gratia sacramentalis conferatur, nisi per modum cōuersionis: per confessionem verò in re contrito augetur gratia, attrito verò confertur prima, si non adest obex; Hinc sequitur q; sacerdos vel gratiam augeat, vel primam conferat, verè absoluit, aliter falsa esset forma, Ego te absoluo, vt supra probatum est; & probatur per Aug.in lib.de adul.cōiug. & lib.de vera & falsa pœn.& Chris.lib.3.de sacerd.& per bullam Martini V.in Conc.Constant definitur sacerdotes per sacramenta remittere peccata. Hinc sequitur, q; confessio cū absolutione nō solū à culpa, sed & à pœna liberat, tā æterna, q̃ temporali; probatur, nam dum liberat à culpa, vel in re,

in re, vel in voto applicetur, simul liberat à pœna ęterna, qñ verò applicatur in re, tunc virtute clauium ex opere operato remittitur pars pœnæ quæ erat ĩ purgatorio luẽda, siue culpa fuerit per contritionẽ remissa siue tunc remittatur. Imo tam parua esse potest pœna debita, vt totã remittat, probatur, vis enim clauium ad culpã se extendit & pœnam, vnde licet tam per contritionem, q̃ per cõfessionem per modum meriti, aliquid pœnæ temporalis remittatur; tñ superueniente absolutione plus virtute clauium condonatur. Vltimò colligitur, ꝙ per sacrm pœnitentiæ ianua paradisi reseratur, vt per baptismum, & subinde spes salutis tribuitur; obstaculum enim introitus in regnum est solum peccatum, ꝙ sacralis confessio, & absolutio tollit, & spes salutis nostræ in Christo sita est, cuius clauibus se homo per confessionem subijcit. ita Sot. d. 18. q. 3. ar. 1. & cõfessio pacificat ẽt conscientiam, quasi certus factus homo ex forma absolutionis, ꝙ verè sit absolutus, quod non ita contingit in cõtritione, & est remedium curationis peccatorũ, tum quia confert gratiam cuius vi peccata vitãtur, tum quia sæpè confitens facilius reducit ad memoriam peccata, & non est ita procliuis ad peccandum, tum ob gratiam susceptam, tum ob erubescentiam, & ingratitudinem; ne eadem repetat, & per habitum virtutis in ea adeptum potentiæ fortificantur contra impulsus tentationum, ac timor seruilis in filialem ea sæpè conuertitur, & ea deniq; infernum clauditur: vt d. Aug. lib. de pœnit. medicina, vt infra, in sententijs, & declarat Cathec. Rom. fol. 313.

De ministro sacramẽti pœnitentiæ. Cap. XIIII.

Sacerdos solus est minister sacri pœnitentiæ.

PRima propositio. Solus sacerdos est sacramenti pœnitẽtiæ minister, cui ideo necessariò est facienda cõfessio; probatur, nam sacrm pœnitentiæ est iudicium, quo homines virtute clauium ad regnum cœlorũ admittuntur, vel inde excludũtur, huiusmodi verò claues Apostolis, ac subinde sacerdotibus collatæ sunt, ergo illi soli sunt ministri; Minor probatur, nam Matt. 16. Petro singulariter est dictũ: Tibi dabo claues regni cœlorũ, quodcunque solueris &c. & Matt. 18. idem verbum Apostolis est repetitum, quęcunque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo. & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, ergo. Pręterea vt d. D. Th. d. 17. q. 3. ar. 3. gratia quæ per sacra confertur à Christo capite deriuat, qui in sua passione author eius & meritor fuit, ergo decens fuit vt soli illi, qui potestatem habẽt in corpus Christi verum, ministri essent sacramẽtorum per quæ eadem gratia deriuatur in corpus Christi misticum; illi verò sunt soli sacerdotes, qui potestatem habẽt in corpus Christi verum; quales fuerunt Apostoli in cœna ordinati ad idem corpus consecrandum, ergo illi sunt sacrorum ministri, vt hr 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. & potissimum sacramenti penitẽtiæ per ꝙ homines idonei fiunt ad suscipiendũ idem corpus Christi verum in Eucharistia; & ꝙ minister sacrorum excepto Baptismo, & Matrimonio, sit tñ sacerdos, nec omnes sint sacerdotes, ꝓbat plurib. Castro. sacerdotium hær. 1. & idem statuitur per Bullam Martini V. in Conc. Constantiensi editam.

Confessio sacralis nõ quã est necessariò facienda laico, nec is absoluere potest.

Vnde sequitur, ꝙ nemo etiã absente sacerdote confiteri teneatur laico, nec in vllo euentu, nam cũ laicus non habeat potestatem clauiũ, certum est ꝙ nullum sacraliter potest absoluere, sed tñ deprecatoriè, vt misereatur illius, & ita cõfessio illa nullius est pars sacri, nec vllam gratiam conferre põt; vnde cũ præceptum tam diuinum, q̃ humanum non sit latum de confessione, quæ est pars sacri ad obtinendam absolutionis gratiam facienda laico, nullum extat præceptum de ea facienda laico, cum in c. omnis vtr. sexus. sta-

tuatur, vt fiat proprio sacerdoti. Nec obst. c. quem pœnitet. de pœn. d. 1. vbi dr, q qui nõ potest confiteri sacerdoti confiteatur p. oximo, quia id nõ ponitur sub præcepto, vt patet in c. quãuis seq. vbi dicitur sufficere confiteri sacerdoti, & licet ex desiderio sacerdotis tunc absoluatur à Deo, vt hr in d. c. quem pœnitet. & per D. Th. d. 17. q. 3. art. 3. ad primum, cauendum tñ, q non intelligitur, q Deus tunc conferat eandem gratiam quam conferret pet sacrm, aut q si pœnitens est tantũ attritus, eius attritio fiat cõtritio, quia vbi non est sacrm non est speranda alia gratia, q̃ quæ actui detestationis respondet, sed sensus est, q si ille accedit contritus, Deus acceprat suam voluntatem, eo q nõ potest hre copiam confessoris, vlterius erubescentia confitendi, & humilitas augebunt illi meritum, & poterit ab illo amico accipere consilium, & medelam morbis curandis, non poterit tamen illi iniungere pœnitentiam sacramẽtalem, nisi per modum consilij.

Hodie tñ huiusmodi confessio non est in vsu, nec consulenda, quia nullus eius, vel paruus est fructus, nisi ex humilitate & verecundia, & fortè quia ore proferendo peccata, cordis contritio magis accenditur. Vnde apud aliquos nautas moris est ingruente pcella inuicem peccata cõfiteri, sed id afferre potest periculum famæ, & vitæ, q a licet is qui audiuit peccet mortaliter si reuelet, & sit supplicio dignus, non tñ ita vt sacerdos. Vnde nec à venialibus potest à laico sacraliter absolui, quia licet non sint de essentia confessionis, eorũ tñ absolutio est munus clauium, quæ laicis non sunt concessæ, imo nec deprecatoriè potest absoluere, quo modo aqua benedicta venialia remittit, & generalis confessio, quia nullibi id reperitur laicis concessum. Imo laicus sic absoluens credendus est incurrere irregularitatem, vt inquit Pal. d. 17. q. 3. per regulam ca. si quis. & c. ex literis. de cler. non ordin. min. vbi non ordinatus exercens actũ ad ordinem spectantem, irregularitatem incurrit, sed absolutio sacralis huiusmõdi est, vt in principio propositionis, ergo. licet in hoc alij contrarium sentiant. Sot. d. 18. q. 4. art. 1. & Nau. c. 1. nu. 4. dicit tñ idem Nau. c. 27. n. 269. constitutum in articulo mortis posse aperire peccata fideli laico non vt eum absoluat, sed vt amissa loquela, is eam confessionem referat sacerdoti venienti, vt illum priuatum loquela absoluat, modo ipse infirmus sacerdoti absoluturo signa contritionis ostendat, de quo infra, & ẽt quia clericus non sacerdos potest illum absoluere ab excõicatione reseruata, & concedere indulgentias suarum bullarum: vt d. Nau. c. 27. nu. 41. & orare pro illo cum precatione illa ecclesiæ, Misereatur. Indulgentiam, &c. & iuuare illum ad contritionem, confessionem, & satisfactionem: vt d. Arm. absolutio. §. 9. Non tñ debet in eo articulo grauia, & infamatoria peccata laico aperire: vt d. Scot. cum communi. 4. d. 17. Sot. d. 18. q. 4. art. 1. concl. 3. & Nau. c. 21. n. 41. d. id esse mortale, & imprudens factum absque vlla vtilitate si inde credit se absolutionẽ sacralem posse obtinere, vt ibi d. aliàs non crederem id mortale, maximè si ignorantia eũ excuset, & adsit necessitas, licet vt idem d. sit imprudentia, cum laicus vel clericus non possit absoluere, tenetur tamen sic audiens seruare sigillum confessionis, vt infra.

Secunda propositio. Iure diuino q libet Christianus poterat sibi eligere confessorem cui confiteretur: vt hr in c. placuit. de pœn. dist. 6. nam & omnibus sacerdotibus in primitiua ecclesia licuit audire omnes Christianos qui eis confitebantur, idq; iure diuino, iure verò positiuo: vt hr in cap. 1. 13. q. 1. Papa Dionisius, qui circa annum 250. ecclesię Christi præfuit, parochias diuisit, & vnicuique parocho suam plebem commisit, & prohibuit, nè quis alterius parochiæ terminos velius inuaderet. Et Calixt⁹ Papa I. vt hr c. 1. 9 q. 2. statuit vt nullus alterius parochiã vsur-

Confessio olim fiebat cuiq; sacerdoti.

vsurparet, nec alterius parochianũ iudicaret, & idem statuitur in c. in domi nicis. 9. q. 3. & c. item nullus. & ca. 2. de paroch. Nau. in c. placuit. de pœn. d. 6. in princ. qui tñ d. eo tempore illas leges nõ fuisse receptas, ꝙ quicquid sit de hac re, sat est ostendere, quid iure diuino esset introductum.

Confessio potest tm̃ ꝓprio fieri sacerdoti.

Tertia propositio. Alteri q̃ proprio sacerdoti hodie confiteri non licet, nec ipsi sacerdoti, quélibet alteri cõmissum ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu; probatur conclusio, in c. placuit. de pœn. d. 6. & c. omnis vt. sex. de pœn. & remiss. & c. quod autẽ. de pœn. & remiss. facit. c. 1. cum seq. 9. q. 2. vbi citatur id Prou. 22. Non transgrediaris terminos quos posuerũt Patres tui. & in c. 1. 6. q. 3. vbi ponitur id Deut. 23. moraliter expositum, per alienam messem transiens falcem mittere non debes, sed manu spicas conterere & manducare.

Confirmatur ratione, nam in omni actione oportet adesse potentiam & voluntatem. c. cũ super. de offi. deleg. vnde non solum requiritur potentia ligandi & soluẽdi, quæ ex sacerdotio oritur, sed ẽt iurisdictio. d. c. omnis. & c. fi. de pœn. d. 6. Imo nec ei iurisdictio sufficit in habitu, sed requiritur in actu. c. adijcimus. §. ecce. & c. generaliter. §. ecce. 16. q. 1. Vlterius materia sacramenti pœnitentiæ est cõfessio peccatorum legitimè facta ab illo qui subest confessori, vel authoritate ordinaria, vel delegata. d. §. ecce. Nec sufficit quò ad aliqua esse subiectũ, vt ab omnib. peccatis absoluatur, sed oportet confitentem quò ad omnia cõfessario subijci, si qua igit̃ habuerit peccata superioris iudicio reseruata, non poterit ab eis sine illo absolui: sed oportet pro absolutione eorũ ad illum confugere, per gl. in c. 2. de pœn. & remiss. in 6.

Confirmatur per decretũ Eugenij Papæ factum in Conc. Flor. d. ministrũ huius sacramenti esse sacerdotem, habentem authoritatem absoluendi vel ordinarium vel ex commissione superioris. & in c. quamuis. sess. 23. in Trid. Concil. vbi decernitur nullum licet in ordinatione accipiat potestatem absoluendi à peccatis. s. habitu, actu tñ, non posse audire confessiones etiã sacerdotum secularium vel laicorũ, nisi parochiale beneficiũ obtineat, vel ab ep̃o sit ad id approbatus, & sess. 14 canon. 6. & 9. ergo necessaria est iurisdictio, q2 sine illa nemo est iudex. Clemen. 1. cum glo. 1. de offic. deleg. Vnde sequitur, ꝙ Caiet. ait 2. tom. f. 41. aliàs tom. 1. tr. 7. q. vnica. nullum sacerdotẽ absque iurisdictione posse hoc sacr̃m pœnitentiæ administrare, & ꝙ d. Adr. in 4. de conf. 8. dubio, & not. Abb. in d. ca. omnis. notab. 7. in nulla parte anni alij q̃ ꝓprio sacerdoti cõfiteri licere.

Sacerdos proprius quis dicat.

Sed difficultas est quis dicatur singulorum proprius sacerdos. Notandũ ergo ꝙ proprius sacerdos idem est ꝙ ordinarius, cui. s. ex proprio officio & iurisdictione cura incũbit animarũ, & est iudex in foro pœnitentiali, ꝙ d̃r ad excludendum ep̃m electum, anteq̃ sit sacerdos, qui licet iurisdictionẽ habeat non potest tñ sacr̃m pœnitentiæ administrare: vnde delegatus non d̃r proprius sacerdos, licet sit legitimus, quia aliud est esse proprium, aliud esse legitimum, vt proprius sit ordinarius, legitimus, quicunque id potest, vel ꝓpria vel commissa authoritate.

Tres ergo sunt cuiuscunq; secularis Christiani proprij sacerdotes, Papa in vniuersa ecclesia, ep̃s in sua diœcesi, parochus in sua parochia.

Confessor Papæ quis sit.

In Papam, ergo nemo habet iurisdictionem, nisi is quem sibi elegerit, ꝑ quam electionem eandem iurisdictionem illi tribuit, vt sentit Sot. 4. d. 18. q. 4. art. 2. licet Palud. in 4. d. 17. q. 3. col. 3. dicat eo casu in ea confessione confessorem particularem potestatem recipere à Deo, & ita in ea potestate esse maiorem q̃ sit Papa, vt sentit ẽt gl. 2. in c. sanè. 2. vbi ẽt Inn. de offi. deleg. cui tñ ṽr obstare, nam Papa nõ recipit super se potestatẽ, arg. gl. pen. ff. de rec. arb. & cap. innotuit. de elect. & cap. ita dominus. 19. dist. Vnde dici potest cũ

Caiet. loco supra cit. d. contingere posse vt dupliciter habeatur potestas iurisdictionis: primò ex parte principij iudicandi, ita vt potestas ipsa iurisdictionis sit principiũ iudicij, vt in naturalibus calor est principiũ calefaciendi; Alio modo cõtingit iurisdictio ex parte eius qui est iudicandus, vt contingit in iudicio arbitrorum à partib. tñ potestatem habẽtium ex hoc ipso q̃ illi se subijciunt in illa causa. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Vnde summus Pontifex, quia nulli in terris subditus est, non põt seipsum subdere in foro pœnitentiali cuilibet sacerdoti, qui propriè loquendo, vt ipse dicit, non habet potestaté iurisdictionis super Papã pœnitenté à Christo, ecclesia, vel ipso Papa, tanquã à superiore, sed ex hoc ipso quòd Papa se illi subdit; eo enim ipso q̃ peccat mortaliter, tenetur iure diuino iudicem sibi constituere; vnde Christus nõ destituit eũ deserendo sine iudice, postq̃ verò Papa confessariũ sibi constituit, tenetur ei parere sicut fidelium cæteri, vt d. ibi Sot. qui idem d. esse de epo, qui dum eligit sibi confessarium, in se dat ei potestatem quam nõ habebat.

Confessor familiaris esse Papæ pprius q.

Familiares verò Papæ, præter ipsũ Papam habent pœnitẽtiarium summũ qui est eorũ proprius sacerdos, & põt etiam alium delegare, vt familiã absoluat, q̃ intelligitur de commensalibus Papæ, non autem de familiaribus eius, qui per orbem sunt dispersi, nisi nouo aliquo priuilegio potiantur.

Cõfessoré eligere sibi possunt Archiepi, epi, & plati exẽpti.

Epi, Archiepi, & inferiores prælati exempti, Abbates, vt Abbas Metinensis, & ordinum generales ex concessione Gregorij IX. habent vt possint sibi eligere confessorem simplicem sacerdotem. c. ne pro dilatione. de pœn. & remis. dicuntur verò hic exempti, qui sunt Papæ immediatè subiecti, & nominantur immediati, quia in foro cõscientiæ non habent alium prælatum à Papa, licet habeãt in foro exteriori, vt puinciales epi, qui hñt Archiepm.

Confessor proprius.

Commensales epi eundem propriũ habent, qui & alterum ad id delegare potest, vt eosdem audiat, potest etiam dici q̃ subdantur parocho cathedralis, vel parochiæ in qua morantur: vt dicit ibi Sotus.

familiaris epi quis.

Confessor Cardinalium quis.

Cardinales, nisi legati sint, iure cõi non possunt sibi eligere confessorem, quia nõ sunt prælati, sed Papæ, vel pœnitentiario, aut alteri de eorum licentia cõfiteri debent. Sot. ibi. Flor. f. 243. qui tñ ex consuetudine eũ sibi eligũt.

Confessor clericorũ quis.

Clerici immediatè subsunt parocho sub eius cura sunt constituti, vel decano: vt d. Silu. cõfessor. 1. Inferiores verò prælati non exempti habent pro confessore epm vel eius vicarium, vt Abbates, decani, præpositi, archipresbiteri rurales: sacerdotes verò vel clerici nõ prælati immediatè subsunt curatis, vel abbatib. si sint regulares, vel prioribus, vel decanis, qñ sunt de collegio, vel simplicibus curatis, qñ in parochijs morantur, vel prædicti simpliciter dici potest, si sint seculares, quòd subsint epo vel curato, & hoc melius, quia illi dicuntur proprij, vt supra, & sequitur Caiet. verbo, absol. Fl. f. 244. Sacerdotes tñ omnes passim sibi eligunt confessores, non q̃ possint sibi eligere confessores, quia id est reprobatum. in c. si eps. de pœn. & rem. in 6. vbi hr̃ nulla consuetudine induci posse, vt quisq; sibi eligat confessores, sed dr̃ eos id facere de facultate tacita, vel expressa superiorum. Nam videns Papa epi, archiepi, & eorum vicarij, alij prælati, & parochi, sacerdotes omnes sibi deligere confessores, qui eos ligẽt & absoluãt, nec vllo modo repugnẽt, tacitè vidẽtur velle vt id fiat, vt inquit Nau. in d. c. placuit. nu. 33. Sot. d. art. 2. Non possunt tñ prædicti confiteri, nisi confessario per epm approbato, vel habenti beneficium parochiale: vt in Tr. Conc. sess. 23. c. 15. Nec obst. q̃ mortuo epo, & sede vacante id facere non possent, quia primo epo mortuo adhuc parochus viuit, & Papa qui eã facultaté facere posset: secundò dr̃, licentiam quæ semel est data eligendi, tacitam vel expressam non expirare morte cõcedentis. c. si super gratia. de offi. deleg.

deleg. in 6. c. si cui nulla. de præb. in 6. vt & facultas suscipiēdi ordines à quo maluerit antistite morte concedentis non expirat. Card. receptus in Clem. si. de elect. q. 5. & de huius generis licētia est casus singularis, in extrauagā. inter cunctas. §. duos. de priuil. ita Nau. ibi nu. 34. Vnde qui hmōi licentiā habet potest sibi eligere confessorem quem velit modo habeat curæ exercitium: vt d. Pan. receptus. in Clem. j. de priuil. Vnde qui habet licentiam à Papa, vt possit sibi eligere confessorē, potest id facere nulla parochi sui licentia petita, vt probat Nau. in d. c. nu. 57. Imo si parochus facit subdito facultatem peregrinandi, tacitè concedit ei facultatem confitendi parocho in cuius locū se receperit, quia data hmōi facultate vr̄ & concedere ea sine quibus ea peregrinatio ritè fieri non potest. l. ad legatum. & l. ad rem mobilē. ff. de procur. hmōi verò commodè peregrinari non possunt sine refectione sacroru̅, & vt in charitate opus, & laborem suū exerceant, & vota sua Deo offerant, & sic ex opere operantis illi sint grata, vt alibi dixi, imo si eps̄ det facultatem peregrinandi tacitè vr̄ ét concedere, vt etiā à casibus reseruatis possit absolui, vt d. Pal. d. 17. q. 4. col. 7. ver. quartus, casus. ꝙ tn̄ in hoc non est verum, quia dans facultatem sibi eligendi confessorē, non intelligitur dare facultatem, vt possit absolui à casib. reseruatis: vt hr̄ in d. c. 2. de pœn. & remiss. in 6. Nau. nu. 61. 62. 63. Sot. d. art. 2. ver. est hic notandum. Vnde qui habēt facultatem tacitam, vel expressam eligendi sibi confessorem, possunt cōfiteri cuicunq; sacerdoti approbato, licet curæ non habeat exercitiū: vt probat Nau. contra Caiet. d. c. nu. 64. cum seq. qui tn̄ Caiet. potest saluari, cū qui non habet curæ exercitiū non habeat facultatem audiendi cōfessiones, nisi ex commissione epi̅, & eius approbatione. Hanc autem licentiā alteri confitendi dare potest Papa vel eps̄, & parochus, quia tunc vices suas alteri cōcedere cēsetur, & idem dici potest de vicario parochi, cui parochus maximè absens plenas vices suas quò ad sacramentorum administrationes commitit: si verò huiusmodi plena facultas ei non datur, tunc non posset subdelegare. Nau. d. c. nu. 72. sacerdotes verò seculares sine vllo priuilegio ex consuetudine generali, vel potius tacita licētia possunt sibi eligere cōfessorem ex approbatis ab ordinario, ꝙ licet: vt d. Sot. 4. d. 18. q. 4. art. 2. & Cand. de conf. num. 28. quarta concl. etiam extra diœcesim, si ibi celebrent, aliàs non.

Religiosi verò, qui nō sunt prælati, non possunt sibi eligere confessores: vt d. Pan. in d. c. si. de pœn. & remis. vbi idem dicit Abb. de prioribus, prouincialibus, & hmōi, & seq. Flor. f. 244. tn̄ vr̄ melior opin. Soti supra alleg. d. contrarium ita seruari ī religionibus; alij verò non prælati nō possunt confiteri, nisi suo prælato, vel alteri sacerdoti, nisi de eius licentia. d. c. omnis vtr. sex. ét ꝙ ab epo̅ non sint approbati, quia d. c. 15. sess. 23. in Trid. Conc. dum statuit nullum posse audire cōfessiones, nisi ab epo̅ approbatum, nil immutat circa confessiones faciendas per regulares. Religiosi tn̄ vnius ordinis non possunt cōfiteri sacerdoti alterius ordinis, nisi licentia petita, & obtenta suorum prælatorum ét ꝙ sint confessores secularium constituti. extrauag. inter cunctas. de priuil. in extrau. cōi. Flor. fol. 244. Et necessitas celebrandi non dat cuiq; facultatem eligēdi sibi confessorem, ꝙ ego intelligerem qui non sit approbatus ab ordinario; sic enim approbato, vt sup. confiteri possunt, quia in articulo tn̄ mortis conceditur, vt à quocunq; absolui possit. vt in Conc. Tr. sess. 14. c. 7. eo verò casu licet celebrare sine confessione præuia tn̄ contritione, vt in Concil. Trid. sess. 13. c. 7. & can. 11. Si tn̄ religiosi ét non sacerdotes habent à Papa, vel superiore priuilegium, vt possint eligere sibi confessorem, vt in itinere poterunt eligere sacerdotem secularē, vel regularem ét nō approbatum ab vllo epo̅: vt d. Nau. cap. 4. nu. 2. & nu. 7. cum Conc.

Confessor religiosorū non plātorum ꝓprius quis.

Conc. Tr. circa regulares nil innouarit in hoc, & antea id liceret.

Sacerdos ā audire pos sit eā eum qua peccauit.

Licet autem sacerdos, qui cum aliqua peccauit non debeat eius confessionem audire: vt d.D.Tho.3.p.q.20. art.2.Silu.confessio.1.nu.16. vnde nec sacerdos orientalis debet audire propriam vxorem; licet in illo actu nō fit ex se peccatum: vt d.gl.1.c.omnes.30. q.1. si tñ audiat & absoluat, & sit bene disposita erit absoluta: vt d.Vict.q.vlt. de clauibus.Sot.4.dist.20.q.1.art.5.

Confessor q̄ errauit in cōfessione quid facere dēt.

Qñ verò sacerdos errauit in confessione, vt quia non obligauit ad restitutionem &c.debet vocare pœnitentem quasi de alijs interrogaturus, & generaliter interrogādo, descendere ad id speciale, & imponere, ꝙ est imponendum, aliàs confessor tenetur de ꝓprio si non obligauit quem ad restitutionē qui debebat, credēs ꝙ si mādasset restituisset: vt d.Silu. cōfessor.3.in prin.

Cōfessio si fiat à duobus eidem eodē tpe, vel duob⁹ ab vno, an sit valida.

Quòd si duo pœnitentes confiteantur vni sacerdoti, vel duo sacerdotes eundem audiant, licet illa cōfessio sit quodammodo publica, & ideo nemo ad eam sic faciendam obligetur; si tñ fiat erit sacralis, & valida si præstetur absolutio, & ritè attendatur: vt d.Silu. confessio.1.nu.23.&Sot.d.18.q.2.ar.6.

Confessor Imperatoris quis.

Imperator orbis ex tacita facultate Rom.Pont. ꝓprijs capellanis, ēt si simplices sint, confiteri pōt vt aliqui volunt, sed quia id nullo iure fulcit, ideo de eo vr̄ dicendum, vt infra de rege.

Confessor regis quis, peregrinorū, & viatorum.

Rex eņm habet vbi sitam habet regiam, & moram trahit, in proprium, & illi vel parocho confiteri debet, & idem iudicium habēdum est de minoribus principibus, & de alijs magnatibus, vt sunt duces, & hmōi, nisi aliter à Papa sint priuilegiati, vt d.ibi Sot. q. tñ minores principes ibi habent proprium, vbi habent principalius dominium, nisi alibi plus habitent. Silu.cōfessor.1.nu.3. distinguendo, ꝙ si princeps non habet ciuitatem vnā alia potiorem, ab vtroq; eṗo licentiam hr̄e debet; si verò princeps in diuersis diœcesibus habet dñium, licentiam petit ab ambobus: si æquè ibi habet dñium, vel ab illo vbi habet principalius; Dñi verò diuersarum villarum immediatè eṗo, balliui eṗo vbi morantur nō eurātis subsunt, nisi vna sit principalior.

Peregrini & viatores habent proprium vbi se inuenerint tempore Paschatis: vt d.Caiet.in summa, verbo, absolutio. Eugenium ita respondisse viuæ vocis oraculo.

Est autem hic notandum, vt ibi ait, ꝙ peregrini ēt quò ad casus reseruatos subdūtur legibus eius diœcesis cui applicuerunt, à casibus enim qui illic sunt reseruati eṗo, non possunt absq; eius licentia absolui. Quod si commisit peccatū reseruatum in propria diœcesi, ꝙ nō sit reseruatum in ea in qua vult confiteri, si non habet in hoc licentiam proprij eṗi, probabile est ꝙ habere debeat saltem licentiam episcopi vbi est, vt dicit ibi Sotus.

Vagabundi, qui nullas habēt sedes tenentur tantum legibus eṗi vbi sunt & quò ad casus reseruatos, & alia. Confessor vagabundorū quis.

Scholares confiteri debent curato in cuius parochia habitant, nisi in aliqua vniuersitate aliquis scholariū sit pastor; tunc enim standum est illius legibus, & consuetudini: vt d.ibi Sot.& refert Caiet.alleg.ad id cōst.Eug.IIII. Confessor scholariū quis.

Nulla tñ cōsuetudine introduci potest, vt quis confessorē sibi eligere possit absq; proprij licentia.c.2.de pœnit. & remiss.in 6. dissimulatio tñ vniuersalis, vt in presbiteris vr̄ hr̄e vim tacitæ licentiæ. Silu.confessor.3. n.3.in fi.

Host.verò in summa de pœn.enumerat octo casus, quibus quis potest confiteri alteri, q̄ ꝓprio parocho. Primus, qñ alienus parochianus transtulit domicilium, quo tñ casu non dr̄ alienus sed proprius.c.fi.de paroch. Secundò, cum quis est vagabundus. l.hæres absens. ff.de iud. Tertiò, cū quis quærit domicilium quo se conferat, propriū relinquens, nauigando vel iter faciendo, quia & is est sine domicilio. l. Labeo. ff.ad municip. Quartò, ratione delicti.cap.1.de rapt. Quintò, ratione studij. Sextò, tempore necessitatis.c.si presbiter, 26.q.6. Septimò, si ponat

spem

spem in proprium sacerdotem, quod & ratum habeat. c. Lugdunensis. 9. q. 3.

Confessor eius q habitat i duo bus locis quis.

Circa hos casus tñ aliqua sunt notanda. Primum, ꝙ ptimus casus nõ est exceptus, vt ibi ẽt sentit Host. quia domicilium transferendo fit alterius parochianus. d. c. fi. de paroch. l. cum quæ dam puella. ff. de iurisd. omn. iud. cap. proposuisti. de foro compet. Quòd si non mutat domicilium, sed cumulat, vt quia in vnaquaq; parochia ex equo habitat, vna in hieme, altera in æstate, vtriusq; parochiæ parocho confiteri potest, quia vteiq; est suus. arg. c. cũ quis. secundò resp. de sep. in 6. vbi eo casu si quis moriatur debetur quarta vtriq;, licet probabile sit eo casu debere sepeliri vbi decessit sepultura non electa, vel melius, ꝙ parochus ciuitatis est suus, si tñ ẽt ibi tẽpore Paschatis ordinariè moratur; secundo casui de vagabũdo additur, ꝙ is propriè dr̃ qui nullibi habet domicilium. gl. in l. hæres absens. §. ptoinde. de iud. & debet confiteri parocho quem elegit sibi qñ confitetur, vel melius vbi inuenitur tempore Paschatis, si ante non sit cõfessus; de tertio casu. s. de eo qui quærit domicilium idem iudicari debet ꝙ de vagabundo. l. eius. §. fin. ff. ad municip. De quarto dr̃ ratione delicti neminem sortiri sibi forũ in foro conscientiæ. gl. pen. in c. placuit. 1. 16. q. 1. Pan. in c. cum contingat. n. 29. de foro competen. De quinto, ratione studij, idem vr̃ dici posse de ijs quod de peregrinis, mercenarijs, & hmôi, ꝙ si de licentia epi vel parochi iuerunt ad studia, ꝙ possunt confiteri proprio parocho vbi inueniuntur: vnde Inn. in d. c. omnis. d. tutum esse vt hmôi licẽtiam petant à proprio parocho confitendi cui velint, sed tñ dici potest, vt supra, ꝙ parochum habent illum in cuius parochia tempore Paschatis morantur, per c. 1. de celebr. miss. & gl. in Clem. j. de priuil. vbi hr̃ parochum prædictorum esse illum in cuius parochia habitant. Et idem de eo qui ex loco belli trãsfert se ad alium locum tutũ, quia vbi moratur est ei ꝓprius parochus, licet contrarium in hoc casu sentiat Nau. d. n. 96. & præced. ꝙ ratione habitationis, vel annalis, vel annali maioris vel minoris non sortitur quis forũ ẽt conscientiæ, qñ alibi habet domicilium, & commodè potest parochũ domicilij, quo ab eo sacra suscipiat, adire, qui tñ concordatur cum præcedenti opinione, ex quo hoc casu non põt commodè proprium adire; si. n. commodè id facere posset, deberet, vel ab eo licentiam hr̃e, aliàs excusatur si cõmodè eum adire non potest. Si verò alibi non habet domicilium habitationis, vel proprium parochum pro accipiendis sacris commodè adire non potest; tunc ibi sortitur forum vbi extat, & idẽ si de licentia epi vel proprij parochi iuit ad locum studij, vel peregrinationem; tunc enim tacitè censetur hr̃e licentiam alibi confitendi, vt ibi d. & hæc opinio est tutior, licet & alia non videatur spernenda, maximè, qa consuetudo id sic interpretatur, cui standum, vt ibi d. Nau. n. 101. ꝙ si quis in vna parochia ad tempus habitat, in alia habet domicilium, debet ei confiteri vbi habet domicilium, & ibi sepeliri: vt ibi d. n. 102. Quo verò ad spem ratificationis si fit de futuro non prodest, quia sacramenti gratia nõ potest ex futuro euentu pendere: vt d. etiam Pan. in d. c. omnis. quod si fit tacita licentia proprij parochi, tunc secus est, vt quia parochi inuicem sint amicissimi, & vnus magis contentus sit vt alteri proprius parochianus, q̃ sibi confiteatur, tunc non ex spe ratihabitationis, sed potius ex tacita licentia proprij confessio valebit. ita Nau. in d. ca. placuit. num. 103. cum seq.

Alius casus est qñ quis alieno sacerdoti de ipsius licentia confitetur: vt habetur in d. cap. omnis. Confiteri qñ liceat nõ ꝓprio.

Duo alij casus enumerantur quib. licet alieno confiteri. s. ob ignorantiã, vel malitiam proprij parochi, vt quia reuelet confessionem, vel sollicitat ad malum, vel est ignorãs. Tunc enim tenetur petere licentiam à proprio, vel epo alteri confitendi, quam si hr̃e nequiuerit.

quiuerit. Sot.d.art.2.tăti facit iurisdictionem vt et eo casu putet non licere alteri confiteri;contrarium tñ communiter tenetur:vt d.Pan.Host.& alij in d.c.omnis. Palud.4.d.17.q.3.col.7. & sequitur Nau.in d.c.placuit.in gl.3. ꝙ tñ dicunt fieri non debere nisi magna ex causa, ne occasio suscipiatur proprium contemnendi, & eo casu dr potest, ꝙ quis habeat tacitam facultatem à Papa alteri confitendi, vt ita iurisdictioni locus seruetur, ꝙ patet in d.c.omnis.ibi, dummodo proprius sacerdos non sit ignorās, & quia cum confessio sit instituta ad animarū medelam, non præsumitur ecclesiā & Papam velle vt ea quis vtaī in perniciē; & ideo eo casu Papa qui est dñs oīum & supremus pastor visibilis in ecclesia, putandus est dare cuilibet facultatem sibi confessorem eligendi idoneum. Et eo casu proprius sacerdos tenetur dare huiusmodi licentiam, vt not. in d.ca.omnis.& etiam in dubio non debet difficilem se præbere ad dandam licentiam subdito alteri confitendi, nisi sit in statu peccati,vel aliàs timeat de eius recidiuatione, & ob id velit eius saluti prouidere.

Ex prædictis patet,quis dicatur proprius, ꝙ.s. is in cuius epatu vel parochia habitat continuè pœnitens, ꝙ si moram trahit in duobus locis, vtriq; potest cōfiteri si æqualiter ibi habitat, modo quo supra; si verò hieme manet ī ciuitate,& æstate ruri,parochus ciuitatis dr eius proprius, maximè si tempore Paschatis ibi manet.Silu.cōfessor.1.num.3. ver.tertiò,quæritur. Vagabundus verò mercenarius stipēdiarius, & quærens domicilium,quia non habent certas sedes, ibi confiteri possunt vbi inueniuntur quousq; alicui se subdant. arg.l.Labeo in fin.& l. eius.§.Celsus. ff.ad municip.

Peregrini verò,euntes ad emporia, scholares, & hmōi qui recedunt animo redeundi, si quidem recedant de proprij licentia, tacitè illis dat licentiā alteri confitendi, vbi inueniuntur tēpore sacrorum suscipiendorū, aliàs nō possunt alteri confiteri, nisi tpe Paschatis sit eis magnum incommodum domū adire; tunc .n. censentur tacitā hře licentiā alteri confitendi à ꝓprio, modo quo supra, vt d.Nau.in d.c.placuit.num.85. Ita prædicta declarantur per Host.in sum. de pœn. Silu. verbo, confessor.1.Flor.f.245.cum seq.Sot.d. art.2.Io.Med.de pœnit.tr.2.q.28.cum seq.Nau.loco prædicto, & alios.

Vnde patet ex prædictis,ꝙ nullo casu,licet confiteri alteri,ꝗ proprio,nisi de eius licentia tacita, vel expressa Papæ,vel epi,tacita vel expressa, quia licet omnis sacerdos habitu suscipiat facultatem absoluendi,actu tñ id non potest, nō quia deficiat sibi potestas, sed quia deficit ei materia, qui est pœnitens subditus,vt optimè d.Nauar.& Sot.locis prædictis; ideo pari ratione parochus tenetur confessionem subditi audire quoties cōfiteri velit; si ex hoc à maioribus vel æquè necessarijs curæ oneribus non auocetur,vel probabiliter putat non expedire eos tam frequēter audire,vt d.Nau d.c.n.152. in quo tñ vltimo non video rationem quare non sit audiendus, cum confessio semper prosit;ideo sicut Deus recipit semper enim qui se ad illum cōuertit. Ezech.18. Pari ratione pastor qui in hoc est eius minister debet eum audire,maximè ex Ezech.34.vbi iubetur alligare confractū, mortuum quærere,ægrum sanare, & ita sentit Adr. de conf.8.dubio.post q.5.Nau.loco prædicto. & Sot.d.art.4.ad fi. & hæc opin. est probabilior. licet Silu.Buchar.3.q. 7.Med de confess. tr.2.q.27.cum seq. & Ric.18.d.Silu.confessor.1.§.18.dicant teneri tantum cum ex necessitate habent confiteri.

Ego verò dico semper teneri etiam secundùm illos,quia si cōsideratur casus in quo necessariò est confitendum statim .s. in articulo mortis, qñ adest votum, qñ non est habendus probabiliter confessor toto anno, qñ vult cōicare, vel ministrare, aut recipere sacrām, qñ timetur periculū obliuionis, & quando conscientia dictat homini per sti-

per stimulos, & inspirationem vt conuertitur in Deum, vt supra est dictum, non video casum ex parte confessoris, in quo non tenetur eum audire, quia si vult cõicare tenetur eũ audire, at Eucharistia cum sit sacrũ refectionis spiritualis, frequentissimè imo quotidiè, quò ad se est sumenda, vt dixi supra de Eucharistia, & sat est q velit in Deum cõuerti, vnde cum petit audiri, inditiũ est q vult in Deũ conuerti, ergo eo casu proprius tenetur eum audire.

Confessor proprius vbiq; audire põt pœnitenté ét extra locũ iurisdictionis suæ.

Et tanti est iurisdictio vt proprius vbiq; possit subditum audire, quia pœnitentia est de iurisdictione voluntaria quæ potest extendi vltra territorium. arg. l. 2. ff. de offic. proconf. & ita sentit Host. in sum. de pœn. §. cui cõfitendum. Silu. confessor. 1. §. 12. Nau. in d. c.

Imo & eadem ratione Sot. d. art. 2. in fi. d. q mulier quæ peccauit cũ proprio potest ei confiteri, modo sit pœnitens, & eam ad malum non incitet, licet aliquid diminuatur de ratione verecundiæ. & idem sentit Silu. d. verbo.

Hic de ꝓprio strictè & ꝓpriè sumpto.

Confessor ꝓprius minus strictè q̃s sit, s. Archieps q̃que archipsbiter cathedralis, plebanus, pœnitẽtiarius cathedralis.

Alij ét dicuntur proprij, i. legitimi, & ordinarij quatenus possunt audire confessiones omniũ de diœcesi. s. Archieps dum visitat in diœcesi sui suffraganei. c. nostro. de pœn. & rem. & id potest alteri committere: vt d. Silu. confessor. 1. §. 2. Secũdò, Vicarius generalis epi. arg. l. cum prætor. ff. de iud. Tertiò, Archipresbiter cathedralis. c. officium. extra de offi. Arch. vbi gl. & moralis respectu plebanatus. c. fi. de off. archipresb. Quartò, Pœnitentiarius constitutus in cathedrali ex dispositione. c. apostolus. sess. 24. in Trid. Conc. vt colligitur ibi in fi. qui dum confessiones audit habeatur vt p̃sens in choro, & ex Palud. in 4. dist. 17. d. quòd si quis instituitur in cathedrali ad cõfessiones audiendas, potest omnes de diœcesi audire, quãdo eius beneficio hoc onus iniungitur, & hodie dicuntur vicarij epi in spiritualibus: vt d. Flor. de conf. f. 232. & specialiter incumbunt curæ absoluendi à casibus epo reseruatis, non propria authoritate, sed mandato epi, vt sacra congregatio censuit, ad similitudinem Pœnitentiarij qui dicunt de mandato dñi Papæ se curam pœnitentiariæ gerere; vt patet in bullarum forma quas transmittunt.

Tertio gradu alij sunt legitimi, qui à Papa vel epo priuilegiati sunt vt confessiones audire possint, quæ concessio facta mẽdicantibus, vt possint cõfessiones audire, fuit prouida, sancta, cũ multi in eis inueniantur scientia, pietate, & prudentia p̃stantes, & populus ita excreuerit fidelis, vt parochi omnibus sacra administrare non sufficiant. Vnde confessus fratribus priuilegiatis ab epo approbatis, non tenetur eo anno proprio confiteri. d. ca. omnis. & extrauag. inter cunctas. de priuil. vbi sufficit confiteri proprio, vel alteri de eorũ licentia, sed inter proprios connumeratur eps, & multo magis Papa, ergo cum religiosi priuilegium habeant Papæ, fit vt qui illis confitentur ita satisfaciant præcepto, ac si proprijs sacerdotibus confiteretur, Papa enim cum plenissimam habeat iurisdictionem in toto orbe Christiano, & eps in diœcesi, qui illis confitetur vel alteri de eorum licentia satisfacit præcepto, vt d. D. Th. d. 17. q. 3. ar. 3. q. 5. Vnde sicut quis satisfacit præcepto si habeat diploma à Papa eligendi sibi confessorem, confitendo absq; licentia proprij parochi, ergo & ij qui confitentur religiosis ex priuilegio Papæ per epos expositis. Nam hmõi priuilegia legunt ijs concessa per Alex. IIII. circa annum 1266. Tum confirmata sunt per Vrbanum IIII. & Clem. IIII. continuò succedentes, & in extrauag. [illegible] electionis. Io. XXII. damnatus fuit error Ioannis de Poliaco, qui in contrarium dicebat. Tum in extrauag. super cath. de sep. Bonifac. VIII. statuit vt prælati mendicãtium præsentarent idoneos, quos si epi renuerent acceptare, Papa eos cõcessit. Tum Bened. XI. in extrauag. inter cunctas. de priuil. reuocata illa moderatione Bonifacij amplissimã illis tribuit facultatem prædicandi & cõfessiones audiendi, sine p̃sentatione facta epo vel eius petita licentia; postea Clem. V. in clem. dudum. de sep. reuocauit facultatem

Cõfessores legitimi ex delegatione qui.

tem Benedicti,& amplexus est constitutionem Bonifacij. Demum Conc.Trid. sess.23.ca.15. decernitur neminem etiã regularem posse confessiones secularium etiam sacerdotũ audire,nisi ab epo approbatus sit,& p examen vel aliter idoneus habitus. Vnde religiosi sic approbati,possunt audire confessiones in diœcesi in qua sunt approbati, nõ extra cl. dudũ.de sepult.Et qñ hmõi ab epo sunt semel approbati, ab eodem epo nõ possunt amplius examinari, nec hmõi licẽtia per mortem epi expirat, per extrauag.Bonifacij,quæ in hac parte non est reuocata, & ita sentit Pal.4.d.17. q.3. col.5.arg.c.si cui.de præb.in 6.Secundò est casus in c.si super gratia. de offi.deleg.in 6. & Pan.idem vr̃ sentire in c.irrefragabili.§.cæterum.de offi ord. Tertiò facit gl.not.in d.clem.dudum.§.statuimus. ver.ac deinde. verbo concesserunt.de sepul.quæ habet licentiam fratribus præsentatis concessam .non expirare morte concedentis, imo nec posse reuocari,pro qua est text.in extrauag. inter cunctas §.duos.de priuil.ad quod & facit gl in c.cum ex eo. de elect.in 6. quæ habet licentiam factam ab epo parocho de non residendo causa studij ad septem annos, ab eo reuocari nõ posse; sacra tñ congregatio decreuit licet idẽ eps non possit iterum mendicantẽ examinare, successorem tñ pro eius conscientiæ quiete posse denuo examinare ; ꝙ si non absolutè, sed ad tempus esset admissus, secus esset, & idem si ab epo data sit ei facultas audiendi cõfessiones ad eius beneplacitum,cum omne beneplacitum morte finiatur.arg.c.si à sede. de rescrip.in 6.Nau.d.c.placuit nu.161. cum seq.Vnde vt d.Nau.in d.c.nu.171. credendum est pœnitenti dicenti eius parochum esse ignarum,vt ab alio audiri possit, quia non est verisimile quem cum mendatio venire ad cõfessionem, & item credendũ esse pœnitenti dicenti se habere licentiam alteri confitendi & cõicandi, & nõ peccare sic ministrantem:vt d.Card.in cl.1.de priuil.post gl. Et etiam credendum parochiano dicenti se confessum esse & iam cõicasse: vt D.Th. d.quodlib.1.art 12. quæ ego intelligerem nisi moretur in statu peccati; tunc enim parochus ei credere non tenetur,ꝙ sit alteri confessus,nec audiens,ꝙ habeat licentiam à parocho.

Si etiã quis confitetur parocho qui sine vlla superioris authoritate se intrusit in beneficio est reiteranda:vt d.Pan, in c.nihil. de elect. vel qui notoriè suis titulis sunt priuati,vt dicit Nau.d.cap. num.175. cum seq.

Quò ad priuilegium concessum ab homine alteri confitendi, Notandum, ꝙ soli ordinarij vt Papa,eps,parochus, & religiosorũ prælati id dare possunt, & epi etiam sine licentia parochi: vt d. Rom.cons.266. Mandos.in praxi signaturæ gratiæ.tit.confessio. fol.75.col.2. delegati verò ab ijs nõ possunt nisi specialiter id sibi demandetur, vel plena detur libertas circa confessiones audiẽdas,vt supra,nisi prædicti ordinarij sint excõicati, vel notorij clericorum percussores,quia sic non habent vsum iurisdictionis etiam in foro pœnitentiali, & sic nec alteri subdelegare possunt: vt d.Pal.d.17.q 3.& hr̃ in cap.Romana.de offi.vic.in 6.Hmõi verò priuilegiati vt possint sibi eligere cõfessorem possunt eligere etiã non habentem curæ exercitium,vt supra, modo ab epo sit expositus & approbatus, & hæc est opin. cõis S.Ant.3.p.tit.17.c.7.Gabr.d.17.q.2. dubio 2.Adr.de conf.5. dubio 1.Pal.d.17. q.3.art.2.Silu.confessor.1 §.5.Modo nõ sit publicè suspensus vel excõicatus, & ea facultate non solum prima vice vti possunt,sed etiã quoties opus ea habuerint:vt d.Nau.d.c.placuit.nu.166.cum seq. Vnde descripti in confraternitate sanctissimæ Trinitatis: vt d.Nau.c.27. nu.263. & alij qui habent priuilegium vt possint sibi eligere confessarium approbatum ab ordinario qui eum absoluat ab omnibus peccatis,& censuris ẽt Papæ reseruatis ẽt in bulla cœnæ semel in vita, possunt sibi eligere sacerdotem curatum dum curæ exercitiũ detinet, vel alium sacerdotem ab epo approbatum in quacunq; diœcesi sit, cum Concil.Trid.sess.23.c.15. id non distinguat, vnde

Cõfessorẽ eligẽdi qs facultatẽ dare possit.

vnde & in confinibus diœcesum vsus habet vt vnus parochus alium vocet qui eum adiuuet in confessionibus audiendis, q licet, vt d. Cand. de conf. num. 18. prima concl. & etiam regularem semel ab epo approbatum, quia licet is presbiteris secularib. possit auferre authoritatem circa cofessiones audiendas semel datam, non tñ regularibus, nisi ex graui causa, vt d. Nau. c. 27. num. 266. & sacra cogregatio declarauit mense Iun. 1587. vel nisi ad tempus esset approbatus, quia sic eo lapso iurisdictione amittit, similiter & si eum approbaret quò ad certa loca, & personas, & ita sentit et Nau. in c. placuit. n. 8. 40. 49 de pœn. d. 6.

Confessor in articulo mortis ois sacerdos, qũo, & quis dicat talis articulus.

In articulo verò mortis si copia non possit hre proprij sacerdotis, potest qsque per quemcunq; catholicum sacerdotem absolui, non solum à quibusuis peccatis à iure, vel homine reseruatis, sed et à quatunq; censura, vt definitũ est in Tr. Conc. sess. 14. c. 7. Ratio cõclusionis est, nam cum hoc sacrm in remedium peccatorum sit institutum, & articulus mortis is sit vbi agitur de perpetua fœlicitate, vel damnatione, merito huic necessitati prompto remedio est succurrendũ, faciendo vt tunc nullus casus sit reseruatus, & quilibet sacerdos licet suspensus possit id administrare. Et licet hoc sacrm non sit ita necessarium vt baptismus, tñ in illa necessitate non est de vllo remedio deficiendum, & multi sunt tm attriti, & ita à gratia Dei exclusi, qui virtute sacri fiunt contriti, & sic in Dei gratiam ac amicitiam admittũtur. Hanc verò facultatem hre sacerdotem iure diuino, tenet Pal. d. 20. q. 1. concl. j. sequẽdo alterã eius concl. d. 17. q. 3. ar. 3. q. stando iuri diuino quilibet sacerdos ante canonẽ ecclesiæ poterat quemcunq; absoluere, quem sequitur Nau. vt supra est relatum; & sic sentit Capr. d. 19. & D. Th. d. 20. art. 1. q. 2. quia virtute clauiũ sacerdos habet potestatem indifferenter ad omnes, & ad omnia peccata, sed q non possit absoluere vel nõ ab omnibus est per ordinem ecclesiæ quæ dat ei iurisdictionem limitatam, vel nullam, sed p ecclesiæ ordinem in articulo necessitatis nemo excluditur à gratia, & conceditur vt tunc quisq; sacerdos absoluere possit. Sot. verò d. 18 q 4 art. 4. contrarium sentit, nã licet Christus in ecclesia reliquerit iurisdictiones, tñ earũ distributiones ecclesiæ commisit, quæ hunc vel illũ creat epm vel parochialẽ sacerdotem; vnde q in articulo mortis omnis absoluat est ex ecclesiæ ordine; vnde in c. pastoralis §. præterea. de offi. ordin. in c. fures. de furt. & c. eos qui. de sent. excom. in 6. Ecclesia statuit in articulo mortis nulli esse reseruatũ quasi ad eam spectet id determinare, & apertius probatur in c. 7. sess. 14. in Tr. Concil. vbi hr in ecclesia Dei semper custoditum fuisse, vt in articulo mortis nulla sit reseruatio. Nec id D. Th. negat, si bene consideratur, vt ibi Sotus probat. Nec ob id ecclesia hoc statutum reuocat licet sit ex eius ordine, quia esset intollerabilis error id in articulo mortis negare, & ideo cum ecclesia à Sp. S. regatur nõ permittitur id facere, & ibi Sot. d. Prior tñ sententia mihi magis applaudet, vt infra c. 19. Dr aũt articulus mortis cum quis probatur esse in periculo probabili mortis, vel ex infirmitate vel ministerio iustitiæ subeunda, nõ aũt id intelligitur de quolibet periculo mortis, vt de ingrediente bellũ vel nauigationem, quia cum agatur de iurisdictione quæ facit actũ valere vel non; non est hmõi facienda extensio, vt ibi d. Sot. contra Silu. & benè vt arbitror. Dr aũt quicunq; sacerdos non distinguendo an sit excõicatus, suspensus, hæreticus, apostata. Silu. tñ confessor. 1. §. 50. asserit de excõicato, negat tñ de hæretico, vel apostata, & hanc opin. vt pbabilem sequitur ibi Sot. & idem ego dixi ex Coar. optimè de publicè denunciato excõicato in c. alma mater. p. 1. §. 12. num. 14. de sent. excom. in 6.

Hoc verò articulo potest quis absolui à quibusuis censuris, excõicationis, & suspensionis, & interdicti, et si hæreticus sit vel apostata modo resipiscat, qui tñ si conualuerit tenetur cum primum poterit superiorem adire ad mandatum

datum suscipiendum, aliàs reincidit in eandẽ excõicationem.c.eos qui.de sent. excom.qñ verò teneatur se præsentare superiori, dixi ĩ casu excõicationis, vbi ẽt est declaratum publicè excõicatum, & in articulo mortis absolutum ab inferiori post mortem esse absoluendum, vt in cœmeterio sepeliri possit: vt dicit Nau.cap.26 num.32.

Non potest tamẽ laicus in huiusmo di necessitatibus absoluere à cẽsuris, & minus à peccatis, vt ibi tenet Sot.ad fi.

Hæc de potestate confessoris.

Cõfessoris qualitates quæ. Quo verò ad qualitates, quæ in confessario requirunt; Prima est vt non sit ab ecclesia diuisus, quia non licet hæretico sacerdoti confiteri, vt d.gl.1.in ca. cum non liceat. de præscript. Secundò, idẽ intelligitur de schismatico illo qui putat ecclesiam alibi esse vel esse posse q̃ cuius Petrus Christi successor est caput, quia is est hæreticus.ca.scisma.24. q.1. Tertiò, idem de notorio fornicatore c.nullus.c.præter.3.dist. c.vestra. & c fi.de cohab.cler.q̃ hodie nõ procedit donec hmõi suspensio fornicarij fuerit denunciata vel publicata, vt d.D.Ant. 2.p.tit.c.10.§.1.ver.sextum, q̃ ego latè declaraui in tract. suspens. dum egi de suspẽsione clerici fornicarij, & quid iuris sit de clerico suspenso, excõicato, & hmõi. c. præcedente egi, an verò liceat in foro conscientiæ ab hmõi recipere sacra, & à peccatore vel non, declaraui sup.de sacr. in gen. sub cap.an à peccatore liceat recipere sacra; & declarat Nau.in §.sacerdos. sub c.1.de pœn.d.6.

Confessor non debet esse ab ecclesia diuisus, & qño.

In cõfessore q̃ scientia requiratur. Secunda, vt scientia polleat, vt hr̃ in d.c.1.§.caueat. d.ibi Aug. caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ, oportet vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare.

Vbi notandum triplicem debere hr̃e sacerdotem scientiã, s.clauem scientiæ, quæ non est habitus sciẽtiæ acquisitus vel infusus, sed potestas discurrendi in iudicio animæ: per eam enim iudicat minister quis sit dignus recipi vel non; vt d.D.Th.in 4.d.18.q.1.art.1. & Dur. ead.q 1. Secunda scientia dr̃ scientia liugandi qui.s. scit monere pœnitentem à quib. abstinere debeat necessariò; qualem & quantum pro peccatis sibi apertis pœnitentiam agere debeat, licet pœnitens non teneatur omnem pœnitentiam, quam ei confessarius imposuerit suscipere, nec canones pœnitẽtiales necessariò in hoc sint seruandi, vt probat Nau.inf.de pœn.d.6.in c.1.nu.7. Tertia scientia dr̃ absoluendi.s.vt norit facere formam absolutionis, vt.s.dicat: Absoluo te, quæ verba sunt substantialia, vt dixi supra, vbi de forma pœnitẽtiæ egi, nec debet sacerdos dicere authoritate Papæ, vel epi, vel parochi, quia per id vr̃ dicere se non hr̃e authoritatem à Deo in ordine, sed tunc accipere ab episcopo: vt d.Nau.in d.c.nu.19. cui tñ responderi posset per id non significari se hr̃e authoritatẽ in habitu ab homine, sed actu sic, quatenus eps̃ confert ei beneficium, vel dat ei potestatem audiendi confessiones, quia sic præstat ei materiam absolutionis. Id tñ dicere nõ est necessariũ; si tñ quis absolueret authoritate Papæ, vel epi ab excõicatione vel casu reseruato, non ineptè arbitrarer eum facere qui sic diceret, quia vbi est excõicatio, illa absolutio est iurisdictionis, ideo conueniens est exprimere personam vnde authoritas sumitur hmõi, licet non sit necessarium, quia tacitè subintelligitur; præmittenda est ẽt absolutio à censuris in quibus adest facultas, vbi scit eas esse idq; non q̃ sit necessarium absoluenti à peccatis, sed necessitate præcepti, si confessarius videt eum illis esse nodatum, vt sic sit capax sacramenti; consilij verò est, qñ nõ scit eum illis esse ligatum, id tñ opere pretium est exprimere, licet si habens potestatẽ absoluendi à censuris, & peccatis intendat à qbuscunque absoluere, suffi cit si diceret: Absoluo te, vt d.Gerson 2.par.fol.183.col.1. Secundum præambulũ sunt præcationes, vt Misereatur. Indulgentiam. Dñs noster Iesus Christus &c. quæ licet non sint de necessitate sunt tñ de congruentia. Et congruẽs forma est dicere: Absoluo te ab omnib. peccatis tuis: vt d.Cancell.2.par.f.184.

Addere

Addere verò quod aliquid faciunt, cũ circunstantiis eorum est superfluum, quia vel illa circunstantia est peccatũ, & cõprehendit in ijs verbis à peccatis tuis, vel non, & non cadit sub absolutione; addere verò de contritis, est periculosum, quia nõ solum contrita sed etiam attrita possunt per absolutionem deleri: vt d. cõis opin. hoc verò nomen contritum excludit attritum, & id est inijcere scrupulum desperationis, maximè in articulo mortis, quia nulli constare potest se verè contriuisse. Addere etiã de oblitis est superfluum, quia non põt quis de oblitis sic absolui, qn tenentur cum recordatur ea cõfiteri. Non etiam prodest dicere, q̃ libenter confitereris, vel velles confiteri si eorũ haberes memoriam, quia staret confitentem velle qñ confiteret & nolle si nõ recordaret. Malè ẽt exprimitur si & in quantũ possum & debeo. Primò, quia non valens non debet se ingerere ad audiendũ, & si occurrit casus ad se nõ pertinens debet ad superiorem remittere; si tñ id animo puro facit non est condemnandus; Bona est ẽt præcatio vltima quã facit sacerdos, dum iniũgit pœnitenti bona quæ fecerit in remissionem peccatorũ, quia bona satisfactoria per confessionẽ iniuncta in satisfactionem cæteris paribus, plus de pœna in purgatorio luenda tollunt, quàm alia quæ à pœnitente ꝓpria voluntate suscipiũtur. arg. c. quem pœnitet. col. 2. de pœn. dist. 1. Pœnitẽtia verò non refert an iniungatur ante absolutionem, vel post, vel in ipsa absolutione, qa æquè sacramentalis est, cum quæ incontinenti fiunt inesse videãtur. l. lecta. ff. de reb. cred. c. præterea. de testib. cog. vnde opera alia ratione etiam debita satisfactoria sunt pro peccatorum pęna in purgatorio luenda, ideo possunt assumi & accipi pro illius satisfactione, opus enim bonum à vario ꝓcedens principio varium habet effectũ, vt ieiunium si adhibeatur ne plus iusto comedatur est abstinẽtia, si ad libidinẽ comprimendam castitas, si vt Deo se quis hostiam offerat, religio: vt d. D. Th. 2. 2. q. 85. art. 3. ergo bonum est dicere illa verba, sint tibi in remissionem peccatorum augmentũ gratię &c. Nau. in d c. 1. nu. 24. cum seq. Igitur confessarius debet esse doctus: vt habetur in §. caueat. sup. dicto. Vnde vt sit absolutus confessarius debet intelligere Theologiam moralem, canones, constitutiones, & sinodales, & prouinciales, & leges ciuiles, vt cõtractus, dignoscere possit, licet tanta possit esse eruditione confitens, & tam recta vita, vt sufficiat confessori scire formam absoluendi, licet & in hoc tutum sit vt quo doctior est doctiorem quærat, quia quo quis doctior confitetur subtiliora & obscuriora, quæ apud multos non æstimantur peccata, & quo purior est exiliora confitetur, ita vt quandoq; ignorari possit an sit veniale, vel mortale, quod confiteẽ; licet ex parte confessarij vt rectè munere suo fungatur, conuenit vt doctus sit, loci etiam differentia facit vt tanta doctrina non requiratur in vno vt in alio; maiori enim opus est in eo qui confitetur in loco vbi incolæ sunt subtiliori ingenio, vel portum maris, vel curiã regiã, aut maritima loca, vel emporium aliquod inhabitãt, vel contractus subtiliores conficere soliti sunt, vnde in aliquibus locis cautum est, ne curæ oppidi murati præficiatur, qui gradum Doctoratus in Theologia, vel iure canonico non sit assecutus. Non etiã doctrina quæ sufficit vt quis sit presbiter, sufficere debet, vt ei cura animarum permittatur, quia vt sit idoneus presbiter, videtur sufficere, vt sciat legere, cantare, & construere verba illius idiomatis in quo est Missam celebraturus: vt d. gl. 1. recepta. in clem. 1. de concess. præben. licet hodie ex dispositione Tr. Cõc. sess. 23. c. qui piè statuaẽ. vt apti sint ad docendum populum ea quæ omnibus scire est necessarium, & sacramenta administranda, at ei qui animarum curæ est præficiẽdus, quæ dicitur ars artium. in c. cum sit. de ætate & qual. maior requiritur, vnde quis potest esse bonus sacerdos, qui non erit curæ aptus: vt dicit Dom. in c. ei qui col. 8. de præben. in 6. Generatim verò confessor debet habe-

re tantam ſcientiam vt iudicare primũ ſciat quę peccata ſint & quæ non:& qñ ĩ aliquo eſt dubitatio ſciat dubitare, vt peritiores cõſulat:vt d.D.Th.4.diſt.17. in expoſ. litteræ, quòd intelligitur vt ſciat quæ ſint mortalia, & quæ venialia, ſuo genere: vt d.D.Ant. 3.p.tit.17. cap.16.§.1. Et circunſtantias peccatorum,quæ neceſſariò ſunt confitendę,de quibus ſupra,non refert verò an id norit latinè vel lingua materna, theoricè vel practicè.arg.l.1.cum ibi notat.ff.de verb. oblig. Vnde vt d. Caiet. in ſumma. cognoſcere debet quinque neceſſario;primò,an peccator ſit excõmunicatus:ſecundò,an teneatur ad reſtitutionẽ:tertiò,an ſit in ſtatu peccati:quartò, an habeat caſum reſeruatum: quintò, an ei ſit ſubditus. Et qui clericos audit debet ſcire caſus quibus incurritur irregularitas, licet peccatum huiuſmodi tolli poſſit manente irregularitate: vt d.Card.in clem. dudum. q.8. de ſepult. quia nõ poteſt ei præcipere.vt amplius non celebret, vel actibus ordinum vtatur ante diſpẽſationem,ſi caſus irregularitatis neſcierit, item an quis in irregularitate beneficium quæſierit, ꝙ dimittere tenetur. arg.c.ſæpè.de reſtitut. ſpol.c.peccatum. de regul.iur.in 6.licet hodie in bullis apoſtolicis quilibet in adeptione beneficij abſoluatur à cenſuris, & diſpẽſetur in irregularitate. Qui verò ſint caſus quibus irregularitas cõtrahitur,latè declaraui in tract.irregularitatis. Ex prædictis verò conditionibus. Caiet.4.non eſt neceſſaria ei qui poteſt à reſeruatis abſoluere, nec ei qui eſt vniuerſalis totius mundi confeſſarius. Non tamen oportet vt adſit tanta ſcientia, vt omnia peccata, & excommunicationes,& circunſtantias, & reſtitutiones in prõptu habeat, quia ſic eſt eminens ſcientia, qua ſine ſtudio quis oẽs ſoluit difficultates: vt d.Inno. in c.cum in cunctis.de elect. quæ nõ eſt neceſſaria, imo nec mediocris per quá in prõptu concluſiones difficiles ſoluuntur,ſed ſat eſt hr̃e ſufficientẽ per quam ſciat dubitare de cenſuris, reſtitutione, ſtatu,& hmõi,& ꝑ recurſum ad libros, vel peritiores explicat, q̃ ad eius officium pertinent: ita Nau.in d §.caueat. de pœn. d.6. maior ẽt ſcientia requiritꝰ in eo qui ſpontè confeſſionib. audiẽdis ſe ingerit quò ad ſe,q̃ ei qui ex obediẽtia id agit: vt d.D.Ant.3.p tit.17.c.16. ꝙ intelligitur ad eum excuſandũ ſi in aliquo erret, non aũt ad faciendam confeſſionem validiorẽ: vt d.Nau.in Man. c.4.poſt alios.nu.3.& ẽt non requiritur tanta ſcientia in eo qui audit eos qui ſæpè confitentur vel tm̃ venialia vt in alio,& qui audit cõfeſſiones cognoſcendo ſe ad id non idoneum peccat, nec ꝑlatus id debet ei præcipere. ca.nihil.de elect.nec ipſe acceptare. c.nõ eſt putanda.1.q.1.ꝙ ſi dubitat de ſua ſufficiẽtia, poterit prælato præcepti ſe conformare.c.quid culpatur.23.q.1.D.Th.2.2.q. 104.art.5. & ſi prælatus putet eum idoneum nõ peccat eum admittendo. arg. c.apoſtolicæ.de cler.exc.Nau.d.c.4.n.6.

Tertia conditio. Vt ſcientia medica vigeat,videlicet vt ſciat prudentia vti, qua animæ ægrotanti medeatur. §.cognitis.de pœn.diſt.6. cap omnis.§.ſacerdos.de pœn.& rem. & oleum impendere norit & vinum, impœnitentem emolliendo, deſperantem erigendo, puſillanimem confortando, & ſciat cuiq; peccato conuenientia adhibere medicamenta, vt alibi dixi de caſibus reſeruatis,in vltima conſideratione.

Quarta conditio. Eſt vt ſit diligens inueſtigator, vt ſciat illuſtrare pœnitentem; licet.n.officium confeſſoris,ſit tm̃ audire pœnitentẽ, tñ ex ignorantia pœnitentis,debet eum interrogare & illuſtrare,non inculcando interrogationes oẽs quæ in quibuſdam confeſſionalibus continetur; melius.n.eſt vt qñq; pœnitẽs illa ignoret: vt d.Sot. 4.d.18.q.2.ar. & ideo opus eſt illi multa cautela, & prudentia in interrogationib.faciendis. Vnde de peccatis tm̃,& ad ea pertinentib. eſt interrogandus.Et ẽt interrogandus ſolum de conſuetis, non aũt de inconſuetis,& enormib.niſi generatim & eſõginquo,& vt aliud agẽdo, & per circumlocutionẽ,ne diſcat mala q̃ neſcit, contra Prou.11. d. qui inueſtigator eſt malo-

malorum opprimetur ab eis. Nõ debet ẽt descẽdere nimis ad particulares pec catorum carnalium circunstãtias, quia delectabilia quo magis cõsiderantur eo sunt magis apta mouere. 3. Beth. & etiã vt pudori consulatur: vt d. D. Th. d. 16. q. 3. quia sufficit habere vltimam speciẽ peccati in huiusmodi, & circunstãtias, quæ cadunt sub speciali prohibitione, & elonginquo & cum verbis honestis, ita vt nullo modo descendatur ad alia specialiter tunc intelligenda, vt si mulier d. se cognitam extra vas debitum, non est intelligendum de modo, dummodo sciatur an crimen sodomiticum fuerit, & sequitur Turr. Cre. in d. c. qui autem. de pœn. dist. 6. Et ita confessor te netur ad interrogandum vt quandoq; peccet mortaliter; si non interroget, vt eum putat confitentem quid scienter taciturum nisi interrogetur, vel oblitu rum nisi interrogetur: vt d. Ang. verbo, interrogationes facit. c. indicantem. 30. q. 5. l. vbicunque. ff. de interrog. act. ꝙ si bona fide credit, nil de necessarijs à pœ nitente esse omissum, vel ꝙ omnes con fessionis locos suo ordine attigerit, vt quia discurrerit per articulos fidei, decem præcepta, peccata capitalia, præce pta ecclesiæ, virtutes, dona, & hmõi, vel ꝙ ante paruo tempore sit cõfessus, & nunquã vel raro à via Dei deflectat, nõ tenetur interrogare, imo qñq; ꝗ im prudenter id faciendo venialiter saltem peccaret. Debet tñ prius confessor permittere pęnitentem sine interrogatione dicere quæ meminerit, & ad cõfiten dum recogitarit, vel ordinatè vel confusè, quia sic confessio est magis spontanea, & cognoscit inde cõfessor in quo is defecerit. Necessario verò est interrogãdus an sit ei subditus eius iurisdictioni, vel habeat facultatẽ à Papa, vel epo eligendi sibi confessorem, vel parocho, qui si id asserat, tutus est cõfessarius ei credendo. Est ẽt interrogandus an aliqua excõicatione ligetur, vel casu reseruato, & ne frustra fiat cõfessio, hmõi in principio sunt interrogãda, licet vbi est casus reseruatus sine excõicatione posset quis absolui ab inferiori à quib. potest reseruato illo superiori, vt sup. est declaratum. Est ẽt interrogandus an sit in statu peccati, & propositũ habeat morandi in illo, & non remouendi occa siones, de quib. sup. arg. c. quod quidam. de pœn. & rem. Est ẽt necessario interrogandus an iusta diligentia præmeditatus sit peccata sua confessus; aliàs .n. non debet dimitti, nisi necessitas aliud suadeat, vt quia periculũ sit mortis naturalis vel violentæ, vel scandali si cõio differatur. Quid verò debeat interroga ri circa articulos, præcepta, & hmõi tradit Host. de pœn. & rem. §. quę interrogationes. Ang. verbo, interrogationes diligentius, & clarius Caiet. in sum. & fusius alijs. Nau in Man. à c. 12. ad 16. & ego latissimè explicaui sup. tom. 3. vbi de virtutib. & vitijs peregi, qui alio tẽpore, Deo benè fauente, in lucẽ edetur, cuius summa fortè in calce huius tractatus, ponetur, vel separatim, ꝓut res patietur, sub nomine examinis, interrogationum, vel alio. ita Nau. in d. c. 1. §. diligens. de pœn. dist. 6.

Confessor quas vlterius qualitates hẽre debeat. Vltima qualitas est vt sit beneuolus, paratus erigere pœnitentem, & secum onus ferre, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in mandatis, adiuuet eum orando, leniendo, consolando, spem pro mittendo, & cum opus fuerit increpando: vt habetur in §. quibus. d. c. 1. de pœ nit. dist. 6. quæ qualitates à D. Th. in 4. dist. 17. enumerantur, vt scilicet confessor sit dulcis, affabilis, atque suauis, prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus, quæ tamen omnia non sunt necessaria, sed tantum omnia declarata, vt sup. & quò ad se est, confessor nullum debet dimittere inabsolutum, illustrando, inducendo ad cõtritionem, qui secus fit, & huiusmodi. Hæc de qualitatibus confessoris.

Confessor & pęnitẽs qñ sunt cõtrariæ op. quid agendum. Quando verò pœnitens & confessor sunt contrariæ opinionis; si opinio pœnitentis est ꝓbabilis inter auctores, probatæ authoritatis, tũc sacerdos, vel ordinarius vel delegatus cui liberũ est audire, vel non audire, tenetur eum absoluere, quia in tali casu pœnitens est in

 gratia,

gratia, ideo confessor eũ non absoluens iure suo illũ spoliat; si verò eius opinio careat eo probabilitatis gradu, tũc nec tenetur nec debet eum absoluere. Sot. dist. 18. q. 2. art. 1. ad fin. Et in dubietate opin. & varietate est primò eligenda ea quæ consuetudine sit recepta. cap. cum dilectus. de consuet. nisi sit contra legé naturalem, vel diuinam certam contra quam consuetudo nil potest. c. mala. & c. frustra. 8. dist. dicitur certam, quia du biam legem potest interpretari consue tudo: vt dicit Pan. in c. 1. de iudic. cessante consuetudine est ea eligenda quæ innititur alicui textui, cui contraria li cet communis nõ potest aptè respõdere, etiã si quæstio principalis sit vnius iuris, & textus alterius: vt d. Fr. in c. si pater. de test. in 6. eligẽdo eam quæ innititur alicui argumento, cui aptè respondeni non potest. arg. ca. capellanus. de fer. His cessantibus debet eligi, quæ scitur esse communis. arg. cap. prudentiam. de offic. deleg. c. de quibus. dist. 5. communi cessante est eligenda quæ plu ribus fundamentis, & rationibus inniti tur, licet dissolui possint, quia in paribus duplex vel triplex vinculus difficilius rumpitur. Eccl. 4. cap. 1. de treuga & pace. His cessantibus ea quæ benignior vel fauorabilior sit. l. semper in dubijs. de reg. iur. vt quæ iuramento fauet. arg. c cum contingat. de iureiur. cap. quamuis. de pact. in 6. Et quæ matrimonio doti vel testamento fauet. l. quoties. de reg. iur. cap. fi. de re iud. vel alijs pijs, & religiosis rebus. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. vel pupillo, vi duæ, vel alteri miserabili personæ, tota distin. 85. vt etiam quæ priuato contra fiscum fauet. l. non puto. ff. de iure fisci. cum fiscus in delicto priuati fundatur, aliàs secus. l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. notat Dec. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. Vt etiam quæ valorem actus defendit, vel sit vltima voluntas. l. quoties. ff. de reb. dub. vel contractus. l. quoties. ff. de verb. sig. vel libellus, litis cõtestatio, sententia, vel quilibet actus iudicialis, rescriptum, vel priuilegium, quia præsumptio pro valore actus alijs præponderat. l. in contrahenda. vbi Dec. de reg. iur. licet valor actus in actoris fauoré, & rei damnum redũdet. argum. l. inter pares. ff. de reg. iur. Quibus deficientib. quæ reo fauet. ca. cum sunt iura partiũ. de reg. iur. in 6. l. fauorabiliores. ff. eod. His deficientibus ea quam firmant authoritates, authoritate & scientia in materia de qua agitur præstantiores. arg. l. septimo mense. ff de statu homin. notat Dec. in cap. proposuisti. num. 11. de probat. & ita quam tenent Theologi si quæstio est Theologica, si Pontificia quam Canonistæ, si ciuilis quam legistæ. arg. d. c. proposuisti. vbi Panorm. De his latè agit Matth. Mattesil. lib. de elect. veræ op. 1. vol. In his verò dubietatib. iudicãs vel cõsulens debet expellere dubietatem, & credere vel opinari opinionem per se sic electam esse verã, & secundùm eam debere iudicari, quia si dubius consuleret vel iudicaret, peccaret contraueniendo conscientiæ dubiæ. c. per tuas. c. inquisitioni. de senten. excom. D. Th. 2. d. 39. Nau in Man. c. 27. num. 285. cum seq. vbi & in num. præced. optimè agit de scrupulo.

Maxima autem differentia est inter eum qui eligit idoneum confessoré sci entia, & non; nam primo casu qui ex cõsilio idonei sacerdotis aliquid facit, excusatur secus in secũdo. Præterea doctus consolatur pœnitentem, & ei remedia salutaria affert indoctus in desperationem eum adducit: vt dicit Silu. confessio. 1. §. 12. vnde D. Aug. lib. de vera & falsa pœnit. & habetur in c. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1. dicit eum qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærere debere sacerdotem sciẽtem soluere & ligare, ne, cum negligẽs circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer petit & monet, & ne ambo in foueam cadãt quam stultus vitare noluit. Vnde prælati omnes præficiendo confessionibus audiendis huiusmodi indoctos, illos approbando vel ab alijs approbatos tolerando, aut episcopis, vt idoneos idoneitatis testimonio præsentant, grauiter peccant: vt dicit Nauarr. cap. 4. num. 12. & 14. & in-

& indoctus qui hmôi exercet: vt dicit Sot. 4. d. 18. q. 4. art. 3. Silu. confessor. 3. §. 2. Nau. c. 4. nu. 12. nisi ex obedientia suscipiat id onus; tûc enim excusatur modo non sit omnino ignorans: vt d. ibi Silu. & talis confessio non est iterâda, vt d. Barth. Med. li. 1. c. 6. & c. 12. §. 1. & Nau. c. 25. nu. 135. tradit modû quo id officiû dimittere debet. Quanta verò sufficientia requiratur in confessore, dictû est supra, & sat est vt intelligat summas casuum conscientiæ, & peccata cômunia quæ committunt hi quos audit cum circunstantijs eorum: vt d. Nau. c. 4. nu. 8. Et quò ad illos qui confitentur, satis dici potest eos esse excusatos, si accedant ad confessorem ab epo approbatum, iuxta formam Conc. Tr. sess. 23. c. 15. nisi eorû insufficientiâ norint, quia tunc nô videntur excusari; vt nec epi eos admittentes: vt d. Nau. c. 9. num. 11.

De sigillo confessionis. Cap. XV.

Sigillû côfessionis quid sit.

NOtandum, q̄ sigillû in confessione dr̄ id debitum, vel vinculû quo ligatur sacerdos ne reuelet ea q̄ in confessione audiuit: vt d. D. Th. 4. d. 21. q. 3. art. 1. quæst. 3. nam sicut id q̄ sigillo munitum est furti aggressioni non patet, & tectum ac tutum est: vt dictum est supra de baptismo in princ. ex Patrum sentêtia, & hr̄ in l. 1. §. si ff quem. test. aper. ita & debitum quo sacerdos tenetur celare, & tegere ea q̄ in confessione audiuit metaphoricè sigillû vocatur, vt silentio tectum nulli vnquam pateat. His ita notatis.

Sigillû côfessionis est de iure diuino.

Prima sit propositio. Sigillum confessionis est de iure naturæ debitum; probatur, nam naturæ iura pcipiunt, vt quis seruet secretum q̄ ei committitur. Prou. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autê est fidelis seruat amici commissum. ca. qui ambulat. 5. q. 5. Secundò, nam iure naturæ debemus proximo quæ nobis ab eo fieri volumus. dist. 1. î prin. & Matt. Sed quiuis desiderat secretum q̄ alij committit non publicari, ergo & ipse debet quod sibi est cômissum seruare. Tertiò, nam quis tenetur seruare depositum & præsertim secretû q̄ apud se deponitur vt celet, sed sacerdos p̄ suum officium spondet non solum homini, sed Deo summa fide confessionem hře in pectore reconditam, imò consultissimum est in confessione audita obliuioni tradere. Quartò, nam vt d. Ric dist. 21. art. 4. q. 1. mentiri est contra ius naturę, sed si sacerdos q̄ in confessione audiuit diceret se scire, mentiretur ergo illa reuelatio est contra ius naturæ. Probatur maior, nâ ea quæ nouit sacerdos in confessione nô scit vt homo, sed vt minister Dei, & ideo tenetur seruare secreta vt Deus seruat, ac proinde est sacrilegus dum reuelat, licet veritatê dicat. Vnde contra legê naturæ peccat, qui secretum alicuius in eius dedecus reuelat, vel id sit vitium naturæ, vel morale, verû vel falsum; Similiter qui libellû famosum reperit & in eo contenta publicat. c. 1. 5. q 1. & l. 1. C. de lib. fam. q̄ intelligitur qn̄ sibi est secreto cômissum alias peccat tm̄ peccato detractionis. cap. summa iniquitas. 6. q. 1. Sic & qui reperit scripturam in qua notata sint alicuius peccata, eius memoriæ iuuandi causa, & reuelat, peccat, quia inscripta fuerât eo aîo vt clam tenerentur. Sic & peccat legens scripturam continentem peccata alicuius. Et qui aperiunt alienas literas clausas; is enim falsarius dr̄, vt inquit gl. in c. cû olim. 2. de offi. deleg. sicut & iure gentiû legati violâdi nô sunt. l. iusgentiû. 1. dist. Qui verò sola curiositate eas aperit sine aîo nocendi, vel vt rideat phrasim peccat venialiter; si verò vt noceat vel inde nocet mortaliter peccat. ita Nau. in c. pen. de pœn. d. 6. in princ. Hinc & sequitur q̄ sigillum confessionis sit iure diuino debitû, probatur per D. Th. d. 21. q. 3. art. 1. nam quæ in sacramêtis exterius geruntur signa sunt eorum quæ interius fiunt, id ergo q̄ interius sacerdoti præsens se subdit, signû est subiectionis quæ interius se subijcit

Deo, & subinde absolutio sacerdotis est signum absolutionis Dei, qua peccata veluti obliuioni tradita sic contegit. Ps. 31. Beati quorum tecta sunt peccata, ergo sacerdos qui est Dei minister obligatur illo modo ea hĩre occulta vt Deus. Secundò, nam qui aliquid instituit censetur instituisse omnia sine quibus id consistere nequit. c. præterea. de offi. deleg. imò & ea sine quibus id commodè fieri nõ possit. l. pen. de vsufru. Ant. in c. de testib. col. 3. de testib. sed confessio est à Christo instituta, vt supra, ergo & ea sine quibus commodè fieri non possit, sed confessio à nullo fieret, & oĩbus esset exosa, nisi summè secreta seruaret, ergo lex de illa celanda per ipsum dñm lata videtur: vt d. D. Th. 4. d. 21. q. 3. art. 1. q. 1. Tertiò, etiã iure positiuo huiusmodi sigillum præcipitur. d. ca. pen. de pœn. d. 6. in c. omnis. de pœn. vbi vt sacrilegus puniret qui verbo, vel signo esset cõfessionis secreti violator, q̃ & multiplex ratio suadere vř vt sup. relatum est, & tradit Tur. Cre. in c. sacerdos. de pœn. d. 6. Nau. in d. c. pen. Sot. d. 18. q. 4. art. 5. Vbi etiam notandum sigillũ confessionis differre à sigillo secreti, quia omne sigillum confessionis est sigillũ secreti naturæ non contra. Secundò, non sigillum secreti naturæ non patitur exceptiones quas sigillum naturę, quia pro necessitate spirituali eius q̃ est confessus non licet confessionẽ detegere, nec pro scãdalo, q̃ licet in secreto naturæ ẽt si iuramento sit firmatum. Vnde licet vterq; reuelator mortaliter peccet, grauius tñ peccat q̃ reuelat cõfessionis secretum, q̃ naturæ. glo. in c. iuramenti. 22 q. 1. Præterea si quid dř alicui sub protestatione qđ ei dř sub confessionis sigillo, nõ tenetur confessionis sigillo, licet teneatur naturæ secreto. Inn. & Pan in d. c. omnis vtr. sexus. ideo si superior præcipiat vt reuelet, tenetur. Non est autẽ aliquid accipiendum sub confessione, qñ non adest confessio: vt d. Pal. d. 21, q. 3. licet si ex simplicitate id fiat non sit illicitum, quia intelligitur sub sigillo secreti. ita Nauarrus ibi.

Secunda propositio. Omnis qui cõfessionem sacralem alicuius nouit, vel laicus vel clericus, vel licitè, vel illicitè, vel mediatè, vel immediatè, vel absoluat vel nõ, ad celandam illam hoc sigillo tenetur: vt inquit D. Th. Pal. & alij infra dist. 21. Vnde non solum sacerdos cui fit confessio, & laicus qñ in necessitate ei quis confitetur iuxta ca. 1. de pœn. dist. 6. & interpres tenentur eam celare, sed ẽt is qui casu, vel actu id audiuit, vel finxit se confessorem, vel nuncius, vel qui peccata alicuius scripta inuenit, & is cui causa consilij petẽdi sunt reuelata, & ẽt is cui causa infamandi confessum pãderetur; quia cum res transeat cum onere suo. c. pastoralis. de decim. confessio cũ habet formam sacralis, habet hoc onus annexum, vt silentio custodiat, vt supra, ergo Nau. d. c. nu. 41. cũ seq. & in Man. c. 8. nu. 4. & 7. & Silu. confessio. 3. nu. 1. & Vict. num. 172. — Sigillũ cõfessionis quis seruare tenet.

Tertia propositio. Non solum peccata mortalia, & venialia, sed & eorũ circunstantiæ, vel necessariò confitendæ vel aliàs, & omnia alia, quæ peccata non sunt; sed eis detectis cognosce re posset auditor aliquod eum certum: peccatũ perpetrasse. d. c. omnis. Ratio de venialibus, nam licet hominem infamare de venialibus extra confessionem sit vel nulla culpa, vel venialis; vbi tñ in confessione audiuntur, est mortale; quia sic homines à cõfessione deterrerẽtur. Vnde si & sacerdos in confessione intelligit quem ortũ sordidis fuisse parentibus, vel aliam eius labem infamẽ, tenetur sub arcto sigillo id celare, quia dictum pœnitenti generaret infamiã. Exemplum tertiũ, vt si quærẽti cui publicè à parocho cur non communicarit, dicat quia habet casum reseruatum, cum venialia nõ reseruentur: vt d. gl. in c. 2. de pœn. & rem. vel si homicidiũ confitetur, narrat vt faber eius rei inscius ei gladium vendidit, vel qũo amicus ei id dissuadebat, quia illa licet non sint peccata, tñ si detegerẽtur, possent viam aperire inquirẽdi de — Sub sigillo q̃ cadant.

de delicto, & idem si d. Petrus fuit in tali loco tali hora, vbi fortè delictum est commissum.

Sigillū quibus modis possit violari.

Quæ verò non pertinent ad peccata non cadunt sub sigillo, licet de illis nō liceat mutire, maximè qñ per circunstātias intelligit auditū in cōfessione: quia sic deterretur à confessione; si tñ peccatū in genere detegitur, vnde nullo modo ad notitiam personæ venire possit, non est confessionis reuelatio: vt benè d. Scot. d. 21. q. 2. Vnde in ꝑdicationibus licet reprehēdere peccata quę in confessione audiūtur, licet imprudentia esset dicere audita esse in confessione; & vlterius cauendum ne in præsentia eorum qui sunt confessi dicantur, sic enim timerent suas confessiones in publicum prodi. Vnde qui audiunt regum confessiones non debēt in eius præsentia de peccatis reipublicæ prædicare. Dicere autem hic est mihi confessus nō est reuelare confessionem, nec dicere confessus est tm̄ venialia, quia ad minimū potuit confiteri venialia, nisi in speciali exprimantur; Si verò diceretur, iste cōfessus est sua mortalia esset reuelatio, etiā si essent publica, vt concubinarij, qa postquam ad confessionem sunt reducta, non debent reuelari. Sic si quis audiat confessionē publici peccatoris, & q̄renti ab eo, quo eum absoluat, d. non absolui, est reuelatio, & magis si dicit non absolui, quia non resipiscit; licet enim sic interrogato dicere in genere feci officium meum, nisi & ipse fateatur suum delictum, vt si hæreticus dicat in incendio se non resipiscere, non esset reuelatio dicentis se eū non absoluisse. Sotus d. art. 5.

Vnde vt d. Nau. in c. sacerdos. à nu. 53. plura inferuntur; Primò malè facere audientem confessiones, dicentem in ciuitate, vel loco vbi est confessus grauia peccata committi, quia licet id non sit reuelatio confessionis, tamen per id simplices scandalizatur putantes eam reuelari contra ca. nihil cum scandalo. de præscript. & c. cum ab omni. de vit. & honest. cler.

Secundò, si quis dicat quis cōfessus est mihi multa & magna peccata dr̄ reuelator confessionis: vt d. Palu. dist. 21. q. 3. Sic & cum tres sint confessi, dicat hic est virgo, vel nullum peccatū mortale habebat, quia sic alij reuelantur. arg. c. non modo. de præsumpt.

Tertiò, errat qui dum audit confessionem viro docto ꝑsente, quo pręsente vadit ad eū ad casum consulendū, & accepto consilio, reuertitur ad absoluendum pœnitentem; sic ēt qui d. se absoluisse aliquem à peccato simoniæ, cum sciatur cuius sit cōfessarius, sic enim conijci posset persona.

Quartò, merito Host. in sum. de pœniten. §. in quo, carpit confessores qui conferunt simul confessiones d. quædam mulier, quidam miles mihi confessus est hoc & illud; sic enim conijci potest persona, & homines à cōfessione deterrentur: vbi & reprehendit d. is optimè est mihi confessus, illius cōfessio mihi nō satisfecit, quia per hæc patet eum mortalia confessum; & sic si dicat tales meæ parochiæ confitentur sola venialia, si verò dicat in genere, confitentur sola venialia non est reuelatio; si in genere dicuntur, ꝙ si dicat tale genus hominum confitetur mihi sola venialia, si intendit ꝙ alibi mortalia sint confessi est detractio, non autem reuelatio. c. 2. de translat prælat.

Quintò, si quē non absoluit, qa concubinarius, & petenti Eucharistiā deneget, quia dicit eum sic non esse cōfessum, vt eum potuerit absoluere, est reuelatio confessionis, licet eo casu liceat ei in publico petēti denegare Eucharistiam, vt sup. Vnde qui audit confessiones publicorū peccatorū debet licentiā petere ab ipsis de illis loquendi; si ēt dicat quis non absolui eū qui mihi est confessus, est reuelator, nisi addit quia non potuit perficere confessionem ob meas occupationes, quę mihi superueniunt.

Sextò, quando parochus vocetur ad administrandam Eucharistiam concubinarijs, vsurarijs, & huiusmodi non debet petere à confessario an sit ab-

solutus, & si ipse audiuit eum & non absoluit, habeat se ac si non sciret in cōfessione & dicat: quia hic hactenus fuit estq́; quantum patet, in peccato publico, & hmōi debet publica pœnitentia apud homines purgari ob scandalum, ideo nisi publicè constet eū reliquisse peccatum, ꝙ ipsum nō admittet ad cōionem, nec ad sepulturam, & sic non reuelabit confessionem, & iustè ei negabit cōionem, quia qui publicè peccauit non satisfaceret confitendo secreto. arg. c. 1. de pœnit. vt is tractetur in sacrorum administratione, vt absolutus. Vnde Pal. in 4. dist. 9. q. 4. col. 2. d. ꝙ antequam publicæ meretrices, & hmōi admittantur ad Eucharistiam publicè suscipiendā, oportet vel publicè pœniteat, vel per parochū publicetur eas pœnituisse, de earum tñ licentia id dicēdo, nec ad Eucharistiā sunt admittendi, donec per bonā conuersionem, contritionē, pœnitētiam, vel aliter constet eos pœnituisse; sic ēt eo casu non reuelat, qui d. non potui eum absoluere, quia nō videbam pœnitentiam publicā de publico eius cōcubinatu, cum & alij id sciant, & scandalo sit satisfaciendum eijciendo cōcubinam: vt d. Caiet. in sum. ꝙ tñ non est tutum, quia sic reuelatur cōfessio, ꝙ non licet ēt publici delicti; licet tñ dicere audiui confessionem talis, audiui eius peccata, ipsum absolui à peccatis suis: vt d. Alen. q. 78. art. 3. quia sic nullum peccatum significatur in genere mortale, nec vllum veniale in specie, ergo non est confessionis reuelator, quia nemo est qui diu viuat sine veniali. c. septies. de pœn, d. 3. & qui cōfitetur saltem venialia debet confiteri secūdùm cōem. in 4. dist. 17. Hoc tamē non liceret qñ quis nollet vt sciretur cui sit confessus, vt si mulier sit confessa alicui, posset parochus eius affinis suspicari aliquid mali ꝙ ei non sit cōfessa; Sic ēt non dr̃ reuelator qui d. vado ad audiendam confessionem eius qui suis minutijs me onerabat, q. a sic est reuelare sola venialia in genere, ꝙ licet. Non etiā dr̃ reuelator cōfessionis, qui electione prælati occurrente, ideo ei suum suffragiū denegat, ꝙ sola eius cōfessione illum esse criminosum norit, nec abbas qui deneget licentiam monacho adeūdi oppidum, qua per solam confessionem audiuit eum solitum labi, vel ei aufert officiū penitus manualem, modo id cum magna fiat cautela.

Septimò, parochus si quem non absoluit de peccatis occultis, non potest si publicè petat Eucharistiam eam sibi denegare, quia huiusmodi posit dicere se legitimè esse confessum, cui esset credēdum etiam si nullam schædam, vel testem eius rei demonstratur; vt d. D. Th. quodl. 1. art. 2. & facit. c. inter cunctas. col. 3. ver. super confessione. de priuil. in extrauag. communi.

Octauò, ꝙ dr̃ in c. 1. de pœn. & rem. & §. secreta. de pœn. d. 1. ꝙ pro manifestis peccatis debet iniungi publica pœnitentia, intelligitur vt d. D. Th. 4. dist. 14. q. 1. art. 5. & ibi Pal. q. 6. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 17. de pœnitentia nō sacrāli, quia sic confessor esset reuelator confessionis signo contra. c. omnis. sed de ea quæ imponitur in foro exteriori; de qua Apost. 1. Tim. 5. d. Peccantē coram omnibus argue, vbi gl. d. cōuictos vel manifestos; vel si intelligitur de sacrāli, intelligitur qñ reuelatur de cōfitentis consensu, quia sic tacitè consentit suæ cōfessionis reuelationi ex iusta causa, vt Deo .s. & populo quem scandalizarat satisfaciat, modo ea pœnitentia fiat coram ijs quibus ille erat infamis. Vnde quò ad cōfessarium sat est ꝙ qui publicè peccant, secretam agant pœnitētiam; vnde Pal. 4. d. 9. q. 4. d. publicas meretrices, & publicos vsurarios posse admitti secretè ad cōmunionem post secretam pœnitentiā etiā ante publicam vitæ mutationem, sed quò ad ecclesiam & publicam ad communionem admisionem, licet nō sit necessarium præcedere publicam pœnitentiam, oportet tñ vt publicè constet eum mutasse vitam, vel per publicam vitæ emēdationem, vel per publicam parochi publicationem eos verè pœni-

pœnituisse: vt d.Pal.d.9.q.5.9. intelligitur id publicando de pœnitentium licentia, sicut & non licet sine eorum licentia per cōfessionem sacralem auditam, eis imponere publicam pœnitentiam, nisi de eorum licentia, quia aliter publicaretur signo eorum peccatum, q non licet etiā de publicè facto, secus tamen in foro exteriori, qa iudex potest etiam eis inuitis episcopis illam imponere.

Nonò, incauti sunt iniungentes ieiunia statim à pœnitentibus seruuda, vel alias pœnitētias quæ sine aliorum scientia fieri non possunt, quia sic venitur in suspitionem grauium peccatorum, cum nunc graues pœnitentiæ non imponatur, nisi pro grauibus delictis, nec spontè suscipiantur.

Decimò, nō debet confessor peccatis occultis iniungere pœnitentias publicè agendas, nisi eas quas facere solent etiam qui non peccarunt, vt flectere genua imagini sacratissimæ Virginis, visitare aliquas ecclesias.

Vndecimò, errāt parochi qui iubēt festos dies violantes, alio die festo veniā petere, stultius qui eos cogunt occultas violationes festi sibi per confessionem apertas reuelare; stultissimè qui putant per illā publicā pœnitentiā satisfecisse peccati cōfessioni; non itē probandus est confessor, qui ob carnis vitia imponit ieiunia statim post Pascha adimplenda, vel alias quæ inducant in suspitionē grauis peccati. Vnde si peccata sint publica debet parochus imponere eis vt prius publicè pœniteant, antequam accedant ad confessionē, vel si in confessione audiuit, de eorum licentia imponere eis publicam pœnitentiā, quia sic signo de eorum licentia eam reuelat.

Duodecimò, parocho non licet duos, vel tres pueros doli capaces simul audire, quòd non licet, quia est iocari in re graui, quòd prohibetur. arg.l.minimè.C.de episc.aud.& glo.in c.cum decorem.de vit.& hon.cler.vbi ad ioca vtētes monachorum vestibus grauiter castigantur, vt nec licet scripturam ad ioca trahere: vt d.D.Th.2.2.q.165.art.2.ad primum.& Conc.Tr.sess.4.§.fi.Vnde & concionatores ridicula cōcionando proponētes peccāt. Tertiodecimò, malè facit qui audit confessionem alicuius clam eo nesciente, quia ibi est vitium curiositatis: vt d.D.Th.2.2.q.167. art.2.in fi. Peius verò qui eam auditam reuelat.

Decimoquartò, tenetur & confessus tegere sibi dicta à cōfessario vel pœnitentiam, vel consilium, vel hmôi, quia & id ad forum Dei spectat: vt d.Palu. d.q.3.Adrian. post 5.q.de cōf.dub.10. col.13. & idem de omnibus alijs, quæ confessarius ea mente dixit, vt inter ipsos essent secreta.

Decimoquintò, confessor qui commisit aliquod mortale, quod non potest confiteri, vel eius circunstantiam absque confessionis sibi factæ reuelatione debet id tacere: vt d. Silu. confessio.3.num.8. Nau.c.8.nu.6. quo casu quærat confessorem, qui ignoret vtrunq;, & qui non possit venire in cognitionem eius rei vel personarum, interim est tutus si aliū non inueniat, habens tamen intentionem id detegendi sublato impedimento: vt ibi d.

Sextodecimò, confessor qui surgit à confessione vt consulat aliquem præsentē de illo casu, & reuertitur ad pœnitentem, frangit sigillum: vt dicit ibi Nau.& in d.cap.sacerdos.

Decimoseptimò, confessor qui dicit, is mihi obtundit caput suis scrupulis, vel minutissimis peccatis, non frāgit: vt d.Nau.c.8.nu.11. secus si ea in particulari nominet, vel cum aliquem audiuit apud aliquos subrideat, qui norint aliqua eius peccata in particulari etiam venialia, vt probabile videtur, cum signo ea detegat.

Decimooctauò, si quis audiens confessionē Antonij venit in cognitionē peccati Petri, potest Petrum audiens eum de illo interrogare; aduertens tñ ne statim eū de illo interroget, vel ne reflectat super peccato Ioannis: vt d. Nau.c.8.nu.17.Silu.confessio.3.q.16.

Decimononò, sigillum durat ēt post

mortem pœnitentis: vt d.Scot.4.d.21. q.2.Nau.c.8.nu.7.Si tñ quis accedit ad confessionem aĩo perpetrandi delictũ vt sacerdotem de eo consulat, & non vult ab eo abstinere, d.Pan.in c.oĩs.de pœn.Cand.de sigillo.nu.14.non teneẽ ad secretũ, tutius tñ mihi videtur abstinendum à reuelatione ob scandalũ ex reuelatione secuturum, cum is accedat sub forma sacri accipiendi.

Vigesimò, sacerdos qui audierit confessionem alicuius, vocatus in testem, si nil aliud dicit q̃ ꝙ scit extra confessionem non dr̃ reuelator ẽt si is peccatum id sit confessus: vt d.D.Th.4.d.21. q.3.art.2.Nau.c.8.nu 15.Silu.loco prędicto. q.5. & si sacerdos eo casu accusetur ꝙ fregerit sigillũ, si aliundè probet se id sciuisse est liberandus: vt d. Abb.in d.c.omnis. & in dubio, & alijs paribus standum est iuramento confessarij maximè si sit vir probus: vt dicit Lapus alleg.94. Silu.tñ confessio.3. nu.5.d.Puniendum esse pœna extraordinaria si non potest probare se aliundè scire; & conuictus de fractione sigilli est deponendus, & in arctum monasterium trudendus: vt d.Nau.in d. cap.sacerdos.num.165.

Quarta propositio. Sacerdos in crimine participantem tacere tenetur; aliter enim esset reuelatæ cõfessionis reus, quia vtroq; homines à confessione reuocarentur. D.Bonau.d.21.art. 2.q.2. D.Th.q.11.art.2. Ric.art.4.q.4. Scot.d.31.q.1. nam sigillum confessionis insequitur clauem scientiæ; ob id enim ꝙ sacerdos claue scientiæ pollet ad cognoscẽdum peccatum in sacro, sigillum, quo tenetur eandem confessionem celare fit ei sacrũ, vnde teneẽ & eius famam seruare, & ẽt qñ pœnitens aliquam personam imprudenter in confessione detegeret, q̃ non erat necessarium nominare, eius etiã fama sub sigillo est custodienda. Sotus dicto art.5.conclus.2.

Sigillũ cõfessionis à sigillo secreti quõ differat.

Quinta propositio. Vbi confessio nõ est sacralis non occurrit sigillum confessionis. Vnde qui dicit hoc tibi committo sub sigillo cõfessionis cadit sub secreto naturæ, & humano non confessionis, & licet tenetur sic semper celare, non tñ tñ vt confessionis, quia sigillum secreti potest reuelari iudici legitimè interrogãti & debet, & item qñ id secretum vergeret in damnum reipublicæ, vel notabile alicuius priuatæ personæ. D.Tho.2.2.q.70.art.1. ad secũdum. sic & interpres cadit sub sigillo confessionis, non aũt si quis audit casu vel data opera, licet sub mortali tenetur celare. Sot.ibi. Sigillum verò cõfessionis nullo casu potest infringi, vt inf. etiam si quis incipiat tñ confiteri, & non perficiat, vel absolutio non impendatur ratione defectus contritionis propositi non abstinendi, & hmõi, etiã à prælato qui audiuit casum reseruatũ. ita Sot.d. art.5.conclus.5.& latius de iust.& iur.lib.5.q.6. art.2. & in relectione de tegendo secreto.memb.3.q.3.& 4. de his agit, & ẽt si accederet ad cõfessionem animo patrandi malum, vt refertur de quodam Cardinali, qui in Papam conspirauerat, qui confessus est alteri Cardinali non vt ab eo absolueretur, sed vt eum in suam sententiam traheret; si tñ confessus est vt malũ patraret, confessor eum debuisset dissuadere; & ita secretum celare; si verò vt peruerteret confessorem, & induceret in hæresim, vel conspirationem, vel aliud malum, non est censendus hẽe intentionem confitendi, ideo statim est puniendus ne alios inficiat, & sic ille Cardinalis facere debuisset. Sot.d.ar.ad 2.

Sixta propositio. Nullo casu, nulla causa, licet vnquã, nisi de licentia pœnitentis, reuelare confessionẽ, probaẽ primò per c.pen.de pœn.d.6. vbi dicit nec pro scandalo vllo licere reuelare confessionem. Secundò, quia nullum potest malũ occurrere, quo maius nõ sit facere Christianis confessionẽ exosam. Vnde si quis dicat in confessione se velle prodere rempub. occidere regem, vel disseminare hæreses, & sic agatur de peccato committẽdo, adhuc tñ non debet reuelari confessio, verũ est tñ ꝙ debet confessarius, secundùm omnes,

Sigillũ cõfessionis nullo casu violari potest, cum multis illationib.

omnes, monere epm vel presidem cui ea res curæ sit, vt inuigilet super gregé, quia lupus rapax inuadere tentat. Secundò, debet confessarius facere omnia quib. obuietur huic delicto committendo sine aliqua eius, qui confessus est significatione; si verò sola eius expressio sit remedium pdictis obuiādi, adhuc persona nō potest reuelari. D.Th.d.d.21. & ibi D Bonau. art.2.q. 1. de sigillo confessionis. ad tertium. Tur. Cr. in d. cap. pen.

Vnde infertur ipsum Papam etiā ob maximam reipubl. vtilitatem nō posse dispensare cum confessario, vt confessionem reuelet; Primò, quia Papa non potest super scandalo dispēsare. c. si qn. cum ibi not. de rescript. text. in c. cum teneamur. de præben. vbi Pan. Sed esset scandalum cōfessionem reuelare. d.c. pen. ergo; Præterea sigillū est iure diuino præceptum, vt sup. at Papa contra ius diuinum non dispensat, nisi declarando aliqn ius diuinum non habere locum in illo casu: vt inquit D.Th.1.2.q.100.art.8. communiter receptus à Theologis.

Secundò infertur, si sacerdos sciat per viam confessionis impedimētum matrimonij, potest dissuadere in ea confessione ei ne contrahat, qui si p̄sistat, pōt id differre, vt sic resipiscat, ꝙ si superior mandet vt contrahatur, non peccat contrahendo, licet eo casu melius sit vt contrahat per substitutum: vt dicit ibi D. Bonauent.

Tertiò infertur, si simul ingresso sacerdote siluam cum socijs, & vnus ex illis confitetur se cum alijs cōuenisse de illo occidendo, potest quidem aliqua arte retrocedere sine reuelatione etiam signo confessionis, ꝙ si id fieri non possit debet ingredi siluā & mortē pati, potius q̄ cōfessionem reuelet.

Quartò infertur, si confessarius vocetur in testem potest optimè iurare se illa nescire, non solū qn interrogatē an sciat in confessione, quo etiā casu interrogatio esset sacrilega, sed etiā si bona fide interrogatur an sciat, tunc etiam verum iurat se nescire, imo licet extra confessionem illo modo sciret. s. solo auditu, quia qui delictū fecit, dixit se fecisse, iurare potest se nescire, quia licet largo modo audita dicamur scire quēdamodo, tñ propriè id solum scire dicimur, vt d. Aug. lib. 1. retr. c. 14. ꝙ firma ratione deprehendimus. s. ꝙ vel per scientias nobis demonstratur, vel ipsi proprijs oculis vidimus. Vnde & Bald. in l. scire leges. ff. de legib. dicit, ꝙ sciētia est infallibilis notitia veritatis, & testis id scire dr̄, ꝙ visu vel alio sensu experimētaliter nouit. ca. testis. 3.q.9. vnde in iudicio interrogatus interrogatur an sciat vel audierit, quasi vnum nō sufficiat, nisi vulgari modo, quo pacto scire dicimur ꝙ aliorum testimonio didicimus. Vnde dicitur, quòd sacerdos audita in confessione non scit vt homo, sed vt minister Dei. Sot. d. art. 5.

Quintò infertur, si tirannus gladio ad iugulum posito sacerdoti ab eo conaretur extorquere sigillū confessionis, deberet millies oppetere mortē, q̄ reuelare, non solum ob proximi famam seruandam, sed etiam ob custodiam sacramenti. Sotus ibi.

Sextò infertur, si quis interrogatur an audierit Petrum crimen commisisse, respondere potest sacerdos nō memini, & si id generet suspitionem, potest dicere non audiui. s. nō vt homo, sed vt Deus; ꝙ si infidelis, d. an audierit in confessione ꝙ Petrus tale delictum cōmiserit non debet dicere non audiui, quia coram infideli nō potest intelligi subauditio vt Deus, quia sic intelligitur Christianus, non autem infidelis, sed debet dicere audita in confessione non licere in vlla parte manifestare, & esset potius mors oppetenda, quam id reuelandum.

Septimò infertur, si Papa præcipiat cōfessori sub pœna excommunicationis latæ sentētiæ, vt reuelet audita in confessione, ꝙ eum non ligabit.

Octauò infertur, ꝙ si sacerdos in confessione scit aliquem excōicatum non pōt eum coram alijs vitare, solus tamē & in secreto potest eum vitare.

Nonò

Nonò infertur, non licere vnã confessionem ĩ alia reuelare regulariter, ita vt venire quis posit in notitiam personæ, nisi qñ quis accessit ad sororem ignorãter, & illa ipsi cõfiteretur se esse illã, si confitetur sacerdoti qui nouit hanc vnicã ei esse sororem, debet tñ confiteri hanc circunstantiam: sic & si absoluit sine facultate sacerdotem, debet id confiteri, etiam si confessor veniat in notitiam personæ.

Decimò infertur, q̃ prælatus audiens confessionem subditi non potest eum extra cõfessionem punire, si intelligat eum esse indignum officio nõ potest eo illum ob id priuare officio q̃ habet aliquã iurisdictionem subalternatam; si verò est officium sine iurisdictione, & ad nutum amouibile, vt sacristæ, si per confessionem eorum intelligit eos esse fures, vel inhonestos, tũc ex aliqua causa potest eos amouere, cũ ad nutum sint amouibiles, nec ij habeãt ius ad ea officia, modo caueatur ne cõfessio reueletur. Nec potest per hoc inquisitionẽ facere particularem, quĩ ius inquirendi nascitẽ ex infamia delicti, vel semiplena probatione, at q̃ in confessione scitur nullius horum rationem habet, potest tñ dũ visitat esse attẽtior solito, maximè puto tũ veram esse opin. Pal.d.21.q.3. q̃ eligens quem scit indignũ in confessione non incurrat pœnam suspensionis.c.cum in cũctis.§.fi.de elect.si crimen vergit in damnum publicum, & attentius vigilare super gregem, quia nil vetat vt per audientiam confessionis homo fiat prudentior. Vnde & qñ de alicuius electione agitur poset habita eius malitiæ noritia ei denegare suffragium, & electoribus dissuadere alicuius in prælatum electionẽ, modo ita fiat vt nullo modo peccatum illius prodatẽ vlli: vt d.Nau.d.c.pen.nu.150.

Vndecimò infertur, q̃ si quis inueniat scripta peccata alicuius nõ potest ob id ad inquisitionẽ procedere, nec iudex secularis, & minus si sacrilegus confessor ei id reuelasset, quia id non est habendũ pro infamia, vel inditio, & esset sacrilegus processus.

Duodecimò, q̃ dictum est confessorem posse iurare se nescire audita in confessione; Sic & pœnitens cũ id dicat non vt homini, sed vt Deo, potest iurare se nulli dixisse, & si sacerdos dicat mihi dixisti, potest iurare nil tibi dixi, q̃ si cogatur dicere an dixerit in confessione debet facere, vt de sacerdote supra est dictum. Hæc latè deducuntur per D.Th. D.Bonau. Dur. & alios.4.d.21.Sot.d.18.q.4.art.5. Io.Medinam.de conf.tr.2.q.45.Turr.Crem. & Nau.in c.pen.de pœn. d.6.Inn.Pan. & alios in d.cap.omnis vtr.sex.

Septima propositio. De licentia pœnitentis solum licet confessionem reuelare, sic sentit D.Th.d.21.vbi Pal.D. Ant.3.p.tit.22.§ 1. Archid.in c.ipsi Apostoli.2.q.7.Tur.Cr.in d.c.pen.Pan. in cap.significasti.de adult.vbi & alij. Fel.in c.testimoniũ.de testib.pro quibus facit. c.Matthæus.de renunc. c.significasti.de adul.c.offieij.de pœnit.& rem. quibus locis probari videẽ licere detegere peccata de licentia pœnitentis, cum ibi confessio sit detecta, ergo debet intelligi de licentia pœnitentis. Sigillũ cõfessionis ã posit violari de licentia pœnitentis, & qũo.

Ratione probatur à D.Th.ibi nam duo sunt quæ impediunt peccati manifestationem in confessione detecti; Primò, quia id nescit vt homo sed vt Deus: secundò, scandalũ, ne homines deterreanẽ à cõfessione: vtrunq; verò obstaculum tollitur de licentia pœnitẽtis; primò.n.fit vt sacerdos sciat peccatum ẽt vt homo; secundò, obuiatur scandalo de eius licentia reuelando. Præterea cum sigillum cõfessionis in bonum pœnitentis sit institutũ, & qñque ei reuelatio sit expediens, non est cur non liceat sacerdoti committere vt consilium salutare ab alijs petat.

Difficultas tñ est, an hmõi licentia sit danda extra confessionem, vel in confessione: nam Tur.Cr.in d.c.pen. ad secundum.conclus.1.d.debere dici extra confessionem; sic enim dẽ vt homini, hæc tñ distinctio est superflua, nam si ẽt dicit in cõfessione, & dat ei facultatem vt reuelet; sic dicit vt homini,

mini, quia ideo dr̃ dici confessio homini vt Deo, quia tenetur tegere eam vt Deus tegit, & quia id ei dr̃ vt ministro Dei, at qñ è re est vt alteri detegatur, licet ei dicatur vt ministro Dei, ideo ei nõ dicitur primo modo vt tegatur, ideo nil id obstat, vt benè dicit Sot. d. q. art. 6. de licentia, vt supra.

In hac tñ reuelatione maxima cautela est adhibẽda: Primò, ne sacerdos ea vtatur qñ pęnitens ad id cogitur, v. g. si tirannus cogeret reum, & licentiã concederet sacerdoti dicendi peccatum; tunc enim licet eam concedat, non potest eam cõfessor aperire, quia vergeret in caput pœnitentis.

Cauendum item, v. g. cum agitur de causa matrimonij, dum quis petit eã quæ alteri nupsit, d. sibi prius clã fuisse nuptam, quod ipsa negat, ne mittatur ad confessarium cui confiteatur vt postea sincerius in iudicio respondeat, quia datur occasio puellis mentiendi in confessione, quia ꝙ semel in iudicio negarunt, facilè & in confessione negabunt, & minus licet eo casu vt sacerdos habita licentia pęnitentis id tractet in publico, q a minus malum est vt homines in falso matrimonio durent, quàm per viam confessionis ista tractentur.

Sic qñ vir vxoris zelotipia vrgetur, & èconuersò confessionẽ facit vel accipit, vt vxor cõfiteatur alicui cum facultate reuelandi confessionem an sit pudica, nec ne; Primò enim erratur, quia sacerdos posset dicere esse pudicam si inuenit adulteram sine mortali cum non sit mendatiũ pernitiosum. Secundò, offertur adulteræ aperta occasio mentiendi in confessione proponenti iterum confiteri, & hac ratione cum sacramentum reuelatur in vilipendium venit.

Non est ergo capienda licentia pœnitentis, nisi priuatim in eius commodum ad capiendum consilium in re, q̃ sacerdos diffinire nõ valet, & id, si fieri potest sine reuelatione personæ, licet si aliter nisi nominata ea non pōt, de eius licentia potest nominari, imò sacerdos sine licentia pōt de ea re consulere peritiores modo non veniatur in notitiam personæ, quòd si pœnitens non vult dare huiusmodi licentiam etiã in genere petendi cõsilium debet eum inabsolutum dimittere.

Quod si sacerdos errorem grauem in confessione commiserit, quia absoluat nõ subditum, vel à casu reseruato sine facultate, vel in præiudicium tertij, vt quia dicit non restituendum, ꝙ re vera erat restituendum. Resp. ꝙ si error non est multus, sed credatur pœnitens fuisse absolutus non est amplius curandũ; si verò prædicta occurrant debet pœnitentem conuenire, & dicere errorem grauem in audientia suæ confessionis commisisse, ideo videat an velit iterum confiteri, vel sub eodem sigillo facultatem facere docẽdi eum veritatẽ. Tunc enim pœnitens tenetur consilium sacerdotis capere, aliter sacerdotis culpam in se transtulit, vel vt alij dicunt poterit eum confessor vocare ad cõfessionẽ, & de alijs videri interrogare, & pedetentim ingredi errorem, sed melius est primũ, quia fortè nollet secundò confiteri.

Extra verò hos casus necessitatis, non licet sacerdoti de culpis extra cõfessionem cum pœnitente sermonem facere, quia hoc est genus reuelationis sigilli, & exprobrationis peccatorum.

Quod si sacerdos id ꝙ nouit in confessione, extra confessionem alia via nouit ante vel post, potest iure, modo id secundùm leges faciat, publicè dicere; probatur, nam ius quod homo de hac re extra confessionem habet, per confessionem non amittit. Secundò, quia sic aperiretur via fraudibus si commissum coram sacerdote, ei in cõfessione detecto, celaretur, ꝙ non est dicendum; tali enim casu potest sacerdos in testem produci, & eum ẽt accusare si furtum sibi fecerit, ꝙ ipse videt vel aliter certo scit, licet in confessione fateatur, vt D. Th. loco prædicto d. & Sot. d. art. 6.

Hæc de sigillo confessionis.

De

De satisfactione. Cap. XVI.

satisfactio quid sit.

NOtandum, quod satisfactio in genere est actio qua is qui alterum læsit, tantum facit quantum sat est ad iniuriam compensandam. Vnde satisfactio differt à restitutione, quia restituere est cessare ab iniuria, non iniuriam factam resarcire; qui enim rem alienam inuito dño retinet, tandiu facit iniuriam, donec rem illã non reddit. Præterea restitutio respicit damnum reipsa illatum; satisfactio personam iniuria affectum, etiam si ipsa nullum damnum acceperit. Vnde nil Deo potest restitui, cum ipse nullum damnum patiatur, potest tñ ei satisfieri cum iniuria à nobis afficitur. Vnde restitutio in rebus, satisfactio in actionibus versatur: & restitutio restaurat iustitiam, quò ad æqualitatem rerum, vt cũ furto sublata reddunt: satisfactio restaurat iustitiã, quò ad æqualitatem actionũ, vt cũ quis qui aliũ iniuria affecit, ab eo veniam petit. Et sicut iustitia, quæ in actionibus versatur est duplex, ita & satisfactio; quædam enim versatur in absoluta & perfecta æqualitate, vt cum tantum honoris vnus tribuit alteri quantum dignitas eius exigit absolute. Alia versatur in æqualitate nõ absoluta & perfecta, sed imperfecta, quæ ex pacto, vel donatione, vel acceptatione alterius pendet, vt cum quis eũ honorem principi defert, quem is sibi lege deferri mandauit, licet is sit inferior principis dignitate; sic satisfactio quãque fit ad perfectam & absolutam æqualitatem, vt cũ actio contumeliosa inter duos homines æquales recõpensantur, per aliã contrariam actionem tm habentem honoris, vt alia habuerat contumeliæ, quãque fit ad æqualitatem imperfectam, vt cum quis passus est iacturam decẽ mille aureorum, satisfieri sibi patitur cessione omnium bonorum, licet ad eam summam non ascendant; sed inter Deum & homines non potest esse illa iustitia perfecta, & absoluta, & sic nec satisfactio, nam quicquid sumus Dei sumus, & quod habemus à Deo habemus, cum in eum peccamus, infinitum bonum, quod in nobis est, lædimus, quicquid verò habemus & sumus exiguum est & finitũ. Vnde nisi aliqua acceptatio, aut donatio intercedat, nemo põt illi pro peccatis in eum admissis satisfacere.

Secundò, aduertendum in satisfactione esse recompensandam inæqualitatem, quę non solum iustitiæ, sed ẽt amicitiæ est: vt d. D. Th. 4. d. 15. q. 1. ar. 3. nam sicut qui alterum lædit, iustitiã simul & amicitiam violat, ita & qui satisfacit iustitiam & amicitiam restaurare, & integrare debet, & licet vna actione vtrique amicitiæ, & iustitiæ simul satisfieri possit, tñ sæpè cõtingit vt vna actio iustitiam solam vel amicitiam restauret, vt à iudice comprehẽsus tantũ pœnæ subire teneatur, quantum in alium intulit, amicitia tamen inter eos non reformabitur, quæ inter inuitos esse non potest, & idem potest dici de iustitia.

Sed cum homines peccãt iustitiam & amicitiam violant Dei, vt supra est dictum, sed pro amicitia reformanda non potest homo Deo satisfacere, quia satisfactio eius ad Deum eget necessariò eius acceptatione, acceptatio verò amicitiam supponit. Præterea vt satisfactio esset aliquo modo ad æqualitatẽ, oportet vt sicut offensio habuit quãdam infinitatem ex parte obiecti, sic habeat satisfactio infinitatem quãdam ex parte principij satisfacientis, vnde requiritur vt opera satisfactoria fiant à spiritu Dei hominẽ inhabitante, vel ab ipso homine, vt mẽbro Christi, & filio Dei per gratiam effecto; & amicitia recuperata per gratiam, non semper fit satisfactio iustitiæ. De satisfactionis ratione quid requirat.

Tertiò, notandum, quòd satisfactio est iniuriæ illatæ Deo cum proposito cauendi in futurum, & ad quandam æqualitatem iustitiæ compensatio, dr cum proposito quia iustitia nõ solum habet resarcire præteritam culpã, sed & in futurum cautelã adhibere, quia pœnæ, vt dr 2. Eth. sunt medicinæ non

solum

solum curatiuæ morbi præsentis, sed & præseruatiuæ futuri, dicitur Deo illatæ, ad denotandam satisfactionem sacrálem, quæ fit non ad omnimodam æqualitatem vt homini, sed ad quandam proportionem, quod sic considerans Ans. lib. cur Deus homo, d. q; satisfacere est Deo debitũ honorem impendere, debitum non vtcunq;, quia sic omnes homines illi honorem tribuunt, sed debitum ratione culpæ, quia licet re vera nil honoris Deo detrahatur, tñ quò ad se est, homo peccans, honori ét detrahit eius legem violando quẽ per satisfactionem ei recõpensare debet. Dr̃ cum proposito ét quia vt hr̃. de pœn. dist. 3. c. satisfactio. q; est Aug. lib. de eccl. dogm. dogm. 23. Satisfactio est peccatorũ causas excidere, & earum suggestionibus aditum non præbere, cõsortia praua succidendo, peccandi loca & tempora vitando. ita D. Th. d. 15. Sot. dist. 19. q. 1. art. 1. Bellarm. de pœnit. lib. 4. c. 1. His ita notat.

Satisfactio est virtus, & q̃uo.

Prima sit propositio. Satisfactio est virtus; probatur, nam virtus de se dicit medium secundùm rationem, cum ergo satisfactio sit æqualitatem inter duos constituere per se est virtutis officium, nisi extrinsecus maculetur. Et est species virtutis iustitiæ, qua parte pœnitentia iustitia dr̃, q; sit pars iustitiæ patet, nam propriũ iustitiæ est æqualitatem inter duos constituere; æqualitas verò constituitur in rebus datis vel acceptis, & actionibus, & passionibus quibus homines inter se, vel iniurijs afficiunt vel beneficijs. 5. Eth. Quia verò res dantur & accipiuntur, illa æqualitas in rebus dr̃ redditio, & restitutio, vt dum qui recipit granum ab alio, reddit pecuniã; æqualitas verò in actionibus constituitur, dũ quis pro beneficio recepto gratias refert, vel pro iniuria, & offensa alteri illatã pœnam rependit, idq; dupliciter: primò, dum inultus à iudice punitur, quę dr̃ vindicatio & vltio, quæ pertinet ad iustitiam vindicatiuã, quæ pœnã pro culpa infligit, vel reconciliatio sequatur vel non. Secundò, dum quis sponte pro iniuria alteri illata, tanq̃ persona priuata castigat se, procurans in alterius amicitiam recõciliari, quæ propriè est satisfactio pars pœnitentiæ, vnde satisfactio differt à iustitia vĩdicatiua, q; vindicatio passiue est satispassio potius quã quis ab alio patitur, & sic non dicit virtutem, quia non fit ex electione, licet si patiẽter sustinet illa patientia fit virtus, satisfactio verò quia fit ex electione per se dr̃ virtus. Restitutio verò est quoddã potius præambulum satisfactionis, q̃ satisfactio, quia fit in rebus ét citra iniuriã, vt in mutuo, licetq̃; iniuriosè res est ablata, requiratur & restitutio, & satisfactio pro iniuria. Sot. d. art. Et satisfactio est præteritæ offensæ compensatio, ad æqualitatem iustitiæ: vt d. Vict. nu. 199. Vel vt d. Nau. ca. 3. nu. 1. Satisfactio est passio voluntaria pœnæ pro peccato ad Deum placandum, & cum proposito eum amplius nõ offendendi. Vel q; satisfactio sacr̃alis est passio volũtaria pœnæ pro peccato à confessore impositæ cum proposito Deũ amplius non offendẽdi, vbi dr̃ à sacerdote impositæ ad denotandum eam satisfactionem, quæ est pars sacr̃i, non autem aliam quamcunque, & hæc satisfactio licet cõmuniter dicatur pęnitentia, tamen est tantum signum pœnitentiæ interioris exterius demonstratum.

Pœna debetur peccatis culpa remissa, & q̃uo.

Secunda propositio. Remissa culpa aliq̃n remanet reatus pœnæ tẽporalis, ét huius vitæ; probatur ex Concil. Tr. sess. 6. c. 14. sess. 14. can. 12. Ex script. 2. Reg. 12. vbi Dauid post impetratam veniam adulterij, & homicidij punitus est morte filij. & 2. Reg. 24. vbi ob numeratum populum pœnam subitã Deo sibi propositam. Idem probatur Num. 14. vbi populus ob murmurationem, licet à Deo sibi ignosceret puniтus est vt nõ ingrederetur terrã promissam; & idem de Moise & Aaron, quia non glorificauerũt Deum ad petram. Num. 20. & idẽ de alio habetur 3. Reg. 13. & 1. Corint. 11. idem docet Chris. hom. 6. de pœnitentia, & Aug. lib. 2. de pecc. mer. & rem. c. 33. & 34. & in

& in Pſal.5. probat dimiſſa à Deo culpa, adhuc pœnam infligi. Ratione probatur, nam cum homo per peccatum duplex damnum incurrat, inimicitiã Dei per auerſionem ab ipſo, & pœnã æternam: per conuerſionem verò ad ipſum diuina gratia adiutus, ac ei libero arbitrio cooperans, in eius amicitiam reſtituatur, reſtat tñ adhuc pœna ſenſus, quæ debetur cõuerſioni ad obiectum creatum, & virtute pœnitẽtiæ eſt conuerſa in tẽpalem ob amicitiæ diuinæ redintegrationem, & quia iuſtitia nõ repugnat miſericordiæ & amicitiæ, ideo per iuſtitiam vt ei ſatiſfiat debet luere pœnas peccati, vel in hoc ſeculo per expiationẽ ſatisfactionis, vel in futuro per ignem purgatorij, ſecundùm id Apoc.18. quãtum ſe glorificauit homo, & in delitijs fuit, tantum ei date tormentũ & luctus: & Deut.25. ſecundùm menſuram delicti erit & plagarum modus; in peccato enim vt d.D.Th.3.p.q.86.art.4. conſideratur & auerſio à Deo, & conuerſio ad bonum creatum: auerſioni reſpondet pœna damni .i. priuatio diuinæ præſentiæ: conuerſioni verò pœna ſenſus, quæ ex ſe non eſſet infinita, ratione ſubiecti, niſi coniungeretur cum inimicitia Dei, quo pacto ſtare nõ poteſt: vt quis ſit ei inimicus, & non ſemper pati debeat; per pœnitentiã verò, vt ſupra, licet quis fiat Dei amicus, & reſtituatur in amicitiam, & pœna amplius non maneat æterna, tñ oportet vt ſatisfiat iuſtitiæ, quæ benè ſtat cum amicitia, vt ſupra; per baptiſmum verò quòd eſt ſpiritualis regeneratio, vt ſupra, fit pleniſſima remiſſio, in pœnitentia non ſemper.

ſatisfactio eſt neceſſaria ante gloriæ ingreſſum, & q̃ſo.

Tertia propoſitio. Satisfactio ante ingreſſum glorię eſt neceſſaria; probatur Lucæ 3.dũ d. Facite fructus dignos pœnitentiæ; vbi Ioanne Baptiſta non ſolum homines ad pœnitentiam inſtigabat, ſed & ad eius fructus, qui nomine ſatisfactionis intelligũtur. Item probatur Rom.11. ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur, .i. ſi nos de nobis ſupplicia ſumerem⁹, non haberet q̃ Deus in ſeculo futuro vel per ignem purgaret, vel condemnaret; & Rom.6. ſicut exhibuiſtis corpora veſtra ſeruire immunditiæ, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem; cõprobatur exemplo Niniuitarum, qui lugubrem pro peccato pœnitentiam egerunt, q̃ comprobat Dñs Matt.11.d. Væ tibi Corozaim, væ tibi Betſaida &c. hr̃ in c.menſuram.de pœn. diſt.1.& c. multiplex.ibid. vbi Tur.Crem.

Ex patribus id probant Greg.hom.20.in Matt.vbi d.eum qui illicita contraxit, debere & licita à ſe reſcindere. Vnde Naz.orat.in S.lauacrum, & Dam.lib.4 c.10. vocant pœnitentiã laborioſum baptiſmum. Secũdò, Chriſ. ſerm.176.d. ſi magnus eſt lapſus tuus, maior ſit lacrimarum tuarum torrẽs. Et Ambr.ad virg.lapſam.c.5. d.grandi plagæ alta, & prolixa eſt opus medicina, & Chriſologus ſerm.22.ad pop. d. pro modo vulneris modus eſt adhibẽdus medicinæ, & ante hos Cipr.ſerm.5.de lapſ.d.alto vulneri diligẽs, & longa medicina non deſit. Idem fatetur Aug.in lib.50.homil. hom.vlt. Euſeb. hom.5.ad Monachos.

Ratione probatur, nam cũ per Dei amicitiã non ſemper ſatisfiat iuſtitię, & remaneat pœna ſenſus, & ẽt peccatum veniale habeat reatum pœnæ, & hmõi peccatum poſſit eſſe ſimul non gratia, ſequitur vt non omnis qui ex hac vita decedit, prorſus à maculis pœnarũ purgatus decedat; paradiſus verò vbi Dei præſentia conſpicitur cum nil patiatur maculam habẽs. Eſ.35. Apoc.20. ad Eph.5. ſequitur vt ſatisfaciẽdum ſit hic ꝓ pœnis peccatis debitis, vel in purgatorio: vt dicit D.Th.d.21. q.1.art.1. Sot.diſt.19.q.3.art.1.

Nec obſt. q̃ Chriſtus ꝓ nobis ſatisfecerit, ergo non vr̃ vt nos debeamus ſatisfacere, aliter videretur q̃ eius crux nil nobis profuiſſet. Reſp. q̃ Chriſtus ſatisfecit pro nobis ſufficiẽter, effectiuè verò eius paſſionis meritum nobis applicatur per fidem, & ſacr̃a, quæ nobis nõ applicarentur, niſi præceſſiſſet

eius paſſio,

eius passio, postquã ergo eius membra facti sumus, requiritur & satisfactio nostra rationibus supra dictis, q̃ tñ totũ Christus redemptori tribuimus, qui nobis dat & incipere & proficere, & eius passione merito habemus, vt in eius gratiam admissi satisfaciamus.

Satisfacere à homo Deo possit, & quõ.

Quarta propositio. Possibile est homini Deo pro peccatis satisfacere, aduertendo, q̃ duplex est quæstionis sensus: primò, an homo vel angelus possit pro culpa satisfacere, q̃ est alterius loci, & disputatur à D. Th. principio tertiæ partis, in quo dicendũ Christũ qui erat suppositum diuinum perfectè satisfecisse pro cunctis humani generis peccatis: nam quicquid Christus recepit est debitum ei ratione vnionis humanitatis ad suppositum diuinum .i. quia erat homo Deus, quasi sua natura id habens. Præterea ex propria natura, licet, nullam gratiam creatã recepisset, erat per se infinitè Deo gratus, & infinitè amicus, & eius filius naturalis. Io. 1. ideo quodcunq; Deo in pretiũ nostræ redẽptionis, vel viuens, vel moriẽs obtulit, erat Deo infinitè gratũ, quia actiones erant infiniti suppositi, cũ actiones sint, suppositi non naturæ. 2. de anima. Et, quicquid offerebat Deo, offerebat de suo, .i. sibi debito, quia Deus erat, & in hoc consistit perfecta ratio satisfactionis, q̃ soluens soluat tãquam de suo: vnde D. Th. 3. p. q. 1. art. 2. ad secundũ. d. q̃ solus Christus potuit perfectè satisfacere, quia si puro homini Deus daret tãtam gratiã, vt pro omnibus satisfaceret, esset satisfactio, sed tñ non perfecta quia fundaretur in gratia Dei, cui Deo erat facienda satisfactio, quasi ipse prius ministraret satisfactionis pretium: vt d. Aug. lib. 3. de Trin. cap. 10.

Alio modo loqui possumus de satisfactione hominis, & sic vel satisfacit culpæ vel pœnæ, quò ad primũ constat hominem ex viribus naturæ non posse remissionẽ peccatorũ obtinere, q̃ esset Pelagij error, diuina tñ ope adiutus potest in ipsum cõuerti: vt d. Christus, nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum; sensus ergo q̃onis est an remissa culpa posset homo pro pœna satisfacere, q̃ est ẽt satisfacere pro peccato, quia donec plenè nõ est soluta pœna peccatum nondum est perfectè remissum, quia peccatum includit reatum culpæ, & pœnæ. Resp. ergo, q̃ possibile est homini Deo satisfacere pro peccato quò ad pœnã remissa culpa; probatur primò. Is. 1. vbi Dñs promittit remissionẽ plenam & perfectam peccatorũ quasi premium ijs, qui nõ solum se lauerint per cõtritionem, sed & in bonis opribus se exercuerint. Secundò Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. & Prou. 16. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Tertiò, Luc. 3. Facite fruct⁹ dignos pœnitentiæ, facere verò fructus dignos pœnitẽtiæ est operari eo modo quo decet eum qui pœnitentiam profitetur, at qui pœnitentiam profitetur, si aliquem læsit non solum cessat à lædendo, nec id solum cauet in futurum, sed ẽt damnũ resarcit, compẽsat iniuriam, malè facta corrigit & emendat. Sic. n. hunc locum veteres exponunt S. Greg. homil. 20. in Euang. Beda lib. 1. in Luc. c. 7. & in Ps. 4. S. Chris. hom. 10. in Matt. Quartò, idẽ probatur 2. Cor. 7. vbi inter fructus sanctæ tristitiæ, quæ pœnitentiam in salutẽ stabilem operaε, ponitur vindicta, quã pœnitẽs sumit de seipso, vel impositam à sacerdote libẽter admittit, vt iniuriã Deo factam ea ratione cõpenset. Quintò, Leuit. 4. 5. 6. vbi sacrificia diuersi p̃ tij pro æstimatione, & mensura debiti imperantur, huc faciunt scripturæ testimonia p̃ meritis vitæ æternæ. Matt. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem, quæ merces est vita æterna, vt exponunt Ambr lib. 7. in Luc. ca. 66. Hier. lib. 2. con. Iouin. Aug lib. de sancta virg. c. 26. Chris. lib. 4. Mor. c. 42. & scriptores in eo loco; & idem probatur 2. Timoth 4. reposita est mihi corona iustitiæ &c. vbi corona accipitur pro mercede laborum & meritorum.

Idem probatur ex traditione veteris ecclesiæ: nam Iustin. q. 79. d. q̃ Deus permisit Iosiam occidi, vt purum à peccato reciperet, & Iren. lib. 3. c. 37. dicit: Adam folijs ficulneis asperis se contexisse,

xisse, vt Deo satisfaceret pro peccato, & Tertul. lib. de pœnit. d. Offendisti, sed recõciliari adhuc potes, habes cui satisfacias & adhuc volẽtẽ. Idẽ probat Orig. hom. 6. in Exo. anno 200. post annum Dñi. S. Cipr. lib. 5 ep. 3. S. Ant. ep. 1. Lact. lib. 4. de vera sapiẽt. c. 17. Ilar. in Ps. 118. Bas. in Ps. 29. Amb. ep. 82. ad eccl. Vercell. & lib. 2. de pœn. c. 5. & ad virg. lapsam c. 8. Naz. orat. de pauperũ amore, & oratione in S. lauacrum, & in sancta lumina. Chris. 2. lib. de sacerd. hom. 41. ad pop. & hom. 2. de laps. primi hom. Hier. in c. 1. Ioel. & in ep. ad Eustochium. Aug. in Ench. c. 70. & 71. & hom. 50. c. 11. ex lib. 50. hom. i Ps. 50. ibi & à peccõ meo mũda me. Teod. in epit. diuinorum decretorũ. Greg. lib. 6. in 1. Reg. & lib. 3. in 1. Reg. c. 7. & lib. 2. ep. 27. Isid. lib. 2. de summo bono. c. 13 Beda in Ps. 1. Ex põtificibus S. Innoc. I. in ep. 1. c. 7. & sep. 22. ad epõs Macedoniæ. c. 4. S. Leo. serm. 1. de ieiunio decimi mẽsis. & ep. 91. ad Teodorũ. & ep. 92. ad Rusticum. c. 2. S. Gelas. I. in ep. 1. ad epõs Lucaniæ. cap. 23. & Conc. Trid. sess. 6. c. 14 & sess. 14. can. 13.

Ratione probatur, nam satisfactio est opus iustitiæ, sed potest homo pœnam, quam ei debet ad iustum soluere, ergo & satisfacere, probatur minor, nam iustitia. Eth. 8 aliter cõstituitur inter pares, aliter inter impares vt parentes & nos, Deũ, & homines; quia inter pares iustum ad æqualitatem requiritur, vt qui decẽ debet totidẽ reddat, sed Deo & parentibus à quibus esse recipimus, par reddere nõ possumus. Ps. 115. Quid retribuam dño pro omnibus, quæ retribuit mihi. & Es. 40. ideo sat est ei reddere æquale secundùm quandam proportionem, vt sicut is facit ꝙ suam bonitatem, & omnipotentiam decet, ita & nos illi, ꝙ possibilitas nostra fert, reddam[*]; vnde sicut pro beneficijs ab eo acceptis sat est ei referre gratias quas pro virili possumus, ita sat est & pro iniurijs secundùm vires nostras, & auxilium suũ ei satisfacere. Nihil tñ, ꝙ in satisfactione Deo offertur, nisi eius ope & salute, & per eius gratiam fiat, vllius est pretij apud ipsum; probatur, nam inter ipsum & nos nulla est ratio iustitiæ, nisi ex eius gratia & acceptatione procedat, nã quia Deus in infinitũ nostras vires excellit, fit vt nec hæc ratio iustitiæ ex nobis, nisi ex eius gratia oriri possit. Iustitiæ enim nostræ sunt vt pannus menstruatæ. Es. 64. Vnde sicut nemo nisi diuinã gratia adiutus potest in Deũ conuerti, & remissionem culparum obtinere, vt supra est dictũ, ita nec pro pœnis, quæ eisdem culpis debitæ sunt, nisi per eandem gratiam possumus satisfacere; vnde nisi persona prius Deo sit grata, non potest Deo esse accepta eius satisfactio; vnde donec peccatũ remittitur, nõ potest satisfieri pro pœnis. Vnde nõ est hic sermo de illa satisfactione, quæ de rigore iustitiæ, sed ex condigno pœnam temporalẽ expiat, quia satisfactio de rigore iustitiæ requirit, vt satisfiat ex proprijs, & ad æqualitatem, nos verò quicquid habemus Dei est, & iniuria æstimatur ex dignitate Dei offensi, qui est infinitus, nostra verò satisfactio est exigua & finita. tamẽ accedente gratia Dei, possumus ex proprijs aliquo modo & per hoc iustè, & ex condigno satisfacere; primò enim accedit gratia iustificans per quam efficimur filij Dei membra Christi, habitaculum Sp. S. & hac ratione opera nostra, vt à Spiritu Christi in nobis inhabitante procedunt habent quandam infinitatem, & sic quandam æqualitatem cũ iniuria, qua Deũ peccato offenderamus, accedit alia gratia, ꝙ Deus, qui nostra omnia iure sibi vendicare posset, non tñ omnia quæ facere possumus imperat, sed quædã tñ imperat, alia verò solũ suadet, & hic est altera ẽt gratia, ꝙ munera quæ de eius manu accepimus, nostra merita esse patiatur, & q̃ de manu eius accepimus donari sibi libenter assentiat, tertia accedit gratia, ꝙ Deus dũ in sanctã nos amicitiam admittit, æternitatẽ aufert à pœna, ac temporalem facit. Vnde per opera nostra Deo satisfit, non ex rigore iustitiæ, sed ex gratia Dei, ac multiplici præcedente, concomitante, & nobis donante, vt habeamus vnde ex proprijs, & ad æqualitatem ꝓ pœna tẽporali satisfacere

facere possimus. ita D. Th. 1.2.q.114. art.1.2.& 3. Bell.de pœn lib.4.c.7.cum seq. vsq; ad fi.lib. Sot.d.q.1.art.2.

Pœnæ temporalis reatus bonis operib. redimi pôt, & quibus, ac quô.

Quinta propositio Reatus pœnæ temporalis, qui remanet qõque post amicitiam cum Deo reformatã bonis operibus redimi potest, in quo tria docẽtur; primò, pœnas tẽporales purgatorij redimi posse ieiunijs, precibus, eleemosynis, & alijs pijs ac laboriosis operib. huius vitæ. Secundò, pœnas tẽporales huius vitæ qñq; redimi non posse, sed necessariò patiendas, talis pęna primò est mors, quã nullus iustus euadere potest quam in filio, Dauid post remissionem peccati euadere non potuit. 2.Reg.12. Talis ẽt pęna populo fuit q̃ non ingrederetur terram promissam ob peccatũ cõmissum ad petrã, & precibus eã pęnã euadere non potuit. Deut.3.& declarat S.Greg.9 Mor.c.30. Tertiò, pęnas temporales huius vitæ posse qñque ieiunijs & alijs operibus redimi, vt Niniuitæ subuersionem. Ion. vlt. & 2.Paral.7 dñs promittit ad se conuersis remotionem iræ suæ; & Ier.18. & Dan 4. & Tob.4. vbi peccata eleemosynis redimunt; vnde Aug.in Ps.50. d. ignoscis confitenti, sed seipsum punienti & Sãctus Greg 9. Mor.c.27. d.Dñs delictum sine vltione non deserit, aut.n.in se hoc homo pęnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Hæ autem pęnæ, vt docet Conc.Tr.sess.14.c.9.tribus modis redimũtur, pęnas, & flagella à Deo immissa patienter ferẽdo, opera laboriosa spontè assumendo, & mulctam sacerdotum arbitrio iniunctam subeundo.

Et de spontè susceptis, exemplum patet in Dauid, qui à nullo coactus est ieiunare, & humi iacere.2.Reg 12.& cilicium sibi imponere.Ps.68. & potum cũ fletu miscere.Ps.101.sic Iob d. se insipienter esse loquutum, & ideo agit pęnitẽtiam in fauilla, & cinere Iob vlt. Sic Acab cilicio se induit, ieiunauit &c. vt Deum placaret.3.Reg.21. & rex Niniuitarum.Ion.3. Sic Patres hortãtur ad opera laboriosa spontè suscipienda. Tertul.lib.de pęn. Cipr.serm.de lapsis. Ambros. in lib.ad virg.corr. Greg.9. Moral. c.27. S. Aug.apud Bedam in comment. c.11.primæ ad Cor. De inflictis patienter toleratis, quòd sint satisfactoria, & à sacerdotibus iniungi posse, probatur per illa verba Matth.16. Quodcunque ligaueris, quæcunq; alligaueris Matth. 18. Vnde Conc.Tr.sess.14.can.15.d.claues datas sacerdotibus non tm̃ ad soluendum, sed ẽt ad ligandum, & mulctã imponẽdam. Vnde Leo ep 91.ad Teod. d.ecclesiæ datam facultatem, vt confitentib. actionem pęnitentiæ darent, & eosdẽ salubri satisfactione purgatos ad communionem reciperent, q̃ cõprobat & Cipr.serm 5.de lapsis. & Greg.lib.5. in 1.Reg.c.3 & pleni sunt libri Concil. quibus tempus ad satisfaciendum pęnitentibus datur, & si in articulo mortis sine satisfactione absoluuntur, imperatur, vt si superuixerint, integrè pęnitentiam sibi iniunctam expleant, vt patet in Conc. Nic.can.12. aliàs 13. Cartag. 4. can.76. Arausic.1. can 3. & habetur in c.ab infirmis. 26.q.7.

Ratione probatur, nam qui ante baptismum peccarunt maiori digni sunt misericordia, q̃ post. Præterea cũ baptismus sit lauacrum regenerationis, nõ oportet, vt in eo multum laboretur, at pęnitẽtia, quia est medicina animæ vulneratæ, exigit, vt qui curatur vnctiones, & medicamina amara patiatur.

Vlterius exigitur, vt tam ratio iustitiæ Dei, q̃ misericordiæ in peccantes & reuertentes seruetur, ergo, Præterea vtilissimũ est pęnitenti, vt non maneat omnino impunitus, ne ex veniæ facilitate ad peccatum iterum incitetur: vt d. Naz.orat.14. in funere Greg. cũ pęnas expertus à peccato retrahat. Eth.2.c.3.

Vlterius, nam sæpè ob peccatũ vnius nõ punitum furor Dei in totum populum accenditur, vt patet Iosue c.7. & ex pęna etiam vnius maximè si publica sit corriguntur multi, & quia sic homo non solum laborat vt apud Deum veniam impetret, sed etiã vt lætam faciat ecclesiam quam contristauerat: vt d. Cipr.serm.vlt. de lapsis. Bellarm.c.3. 4.& 5.lib.4.de pęnit.

Sexta propositio. Satisfactio, quæ in

Satisfactio facta i peccato an sit valida. peccato exhibetur, nunquã per aduentum charitatis obtinebit satisfactionis valorem, quod probat D.Th. 3.p.q.89.art. vlt. nam opera facta extra charitatem, qua ratione non viuificant quò ad meritum, sic nec quò ad satisfactioné pœnæ, quia vtrunque habent ex hoc quòd fiunt ex charitate tanquam Deo accepta per gratiam. idem tenet Alen.q.55. memb.2.art.3. Bonau d.21.q.4. & 6. & est communis, nam & satisfactio est nõ solum actus iustitiæ .i. recompensationis, sed etiam reconciliationis, quia est tertia pars pœnitentiæ, de cuius quidditate est offensam recompensare, & hominem Deo reconciliare, sed qui in peccato perseuerat, cum sit Dei inimicus, non potest actum amicitiæ, vel reconciliationis efficere, vlterius satisfactio nõ est sacrm, quod in absolutione consumma tur, vnde licet si ibi imponatur pœnitétia virtute clauium sit magis satisfactoria, tñ illa satisfactio non est de essentia sacramenti, sed pars integralis, sine qua esse posset sacramentũ, vt homo absq; digito, & ideo non operatur ad modum sacramenti ex opere operato, sed ex opere operãtis, aliter hoc modo & si fieret per opus malum quòd esset peccatum veniale, satisfactio illa & gratiã augeret, & ad satisfactionem valeret, vt si baptismus per peccatũ veniale ob vanam gloriam susciperetur, dicere verò quod peccatum sit opus satisfactorium est absurdũ, ergo satisfactio, & si sit imposita per claues ecclesiæ nõ tñ adimpletur per personam publicã, tanquam ministrum ecclesiæ, sed per personam priuatam, vt d.Sot. ideo si fiat in peccato nũquam viuificabitur. Existens tñ in mortali pœnitentiã adimplens præcepto de pœnitentia adimplédæ satisfacit, probatẽ à simili, nam vt existens in mortali, & recitans horas canonicas, vel ieiunans, vel Missam audiens satisfacit præcepto de prædictis implendis, ita & hic;

Opera verò facta in mortali disponũt ad gratiam, non proxime, sed remote, quia per illa homo assuescit virtutib. & sic affectus inclinatur in earum officia, vnde Deus, qñq; opem affert peccator singularem, qua se conuertat, conducunt et ad euitandã transgressionem pcepti, quia per illa implentur mãdata quò ad eorum transgressioné fugiendã, & ad vitandum alia peccata, quia qui operibus genere suo bonis operam dat à prauis abstinet. Valent etiam ad mouendos homines iustos, qui hmõi peccatoribus per suas orationes merent. de congruo bonum motum in Deum. Nõ tñ de cõdigno, nec de cõgruo sunt meritoria bonorum temporaliũ, quia omne meritũ fundatur in amicitia, & gratia: vt d.D.Th 1.2. q.vlt. & pen.. vnde nisi persona sit Deo grata; non possunt esse meritoria; Si tñ ea bona tẽporalia conferat Deus tanquam media ad gratiam possunt cadere sub merito de congruo; si verò non habeant ordinem ad gratiam, non cõferuntur à Deo per auxilium speciale, sed per causas naturales; & sic vt d. Aug.lib.5.de ciu.c.12. & 15. Deus Romanis concessit imperium ob eorum iustitiam, & strenua opera; & quia illa faciebant propter vanã gloriam, ideo à mundo receperunt mercedem; Opera verò huiusmodi si sint obligatoria minuunt pœnas inferni, idest non accumulant, quia grauius punientur qui in pluribus deliquerunt, non tamen tolluntur, nec minuũtur, quia pœna vt supra non potest tolli ante culpæ dimissionem, quia vtrunq; est effectus gratiæ, per quã ante remittitur culpa, Et propter hmõi opera Deus qñq; differt flagella, vt patet de Achab: 3.Reg. 21.& de Ezechia.4.Reg.20 Pal tñ dist. 15.q.1.concl.4. Silu.satisfactio.§.7. Capr.d.dist. dicunt inter satisfactiones aliquas esse, quæ effectum relinquunt, vt eleemosyna relinquit attenuatam substantiam, & ieiuniũ corpus, q̃ licet vera sint; non tñ per charitatem reuiuiscũt, nec sũt pœnæ satisfactoriæ, vt sup. licet satisfaciant pcepto ecclesiæ, & códucãt ad pdicta obtinéda, vt sup. Existés verò in grã pro vno mortali pôt satisfacere nõ satisfaciédo p alio, hæc deducunt p D.Th.& D.Bonau. locis cit. Alen. Ric. & Sot.d.19.q.1.art.5. Et quod homo non possit pro vno peccato satisfacere sine alio;

robatur

probatur Sot. d.q. art.4. concl.3. nam satisfactio non fit sine gratia, quia est implicatio, ꝙ remittat pœna ante culpam, quia cũ reatus pœnæ intrinseca ratione connectatur culpæ, quicunq; manet in culpa, manet in reatu pœnæ, & si sic decederet, in inferni pœnis iugiter maneret. Vnde nulla satisfactio pœnę pro remissa culpa fieri potest apud Deum, nisi ab illo qui tunc est in eius gratia constitutus, vnde in peccato existens, non redimit pœnas debitas in purgatorio orationib°, eleemosynis, & huiusmodi: vt inquit D. Th. d. 15. q. 1. art.3. Ric. & Bon. ead. d. Ales. 4. p. q. 85. nu. 1. Nam satisfactio pertinet ad remissionem offensæ Dei, oportet ergo vt tali modo fiat, qui eidẽ offensæ competat tollendæ ad amicitiæ restitutionem, hoc verò fieri non potest nisi per gratiam; at gratia non potest esse cum peccato, ergo pro nullo potest fieri satisfactio sine alio, nec sine gratia. Nec obst. ꝙ dr, vt sup. peccata eleemosynis esse redimenda, quia intelligitur per eleemosynam hominẽ disponi ad remissionem peccati, vel melius prius esse resipiscendum à peccatis, & postea redimẽda peccata quò ad pœnam eleemosynis, ex sententia D. Tho. Vnde nemo potest esse magis certus ꝙ satisfecit pro peccatis, ꝗ ꝙ sit in gratia; Satisfaciens tñ in peccato, licet diminuat de pęnis purgatorij nihil, tñ satisfacit pręcepto sacerdotis pœnitentiam inferentis, nec peccat mortaliter sic satisfaciẽdo sacerdoti, non tñ excusatur à veniali ob iacturã quam fecit tanti boni, quia scilicet si in gratia illam implesset obtineret veniam pœnæ in purgatorio luendæ.

Satisfactio debet fieri per opera pęnalia, & Deo honorifica, & quare.

Septima propositio. Satisfactio debet fieri per opera pœnalia, & Deo honorifica; probatur conclusio ex authoritatibus deductis sup. 3. & 4. propos. Ratione probatur, nam satisfactio habet rationem ad præteritã offensam, pro qua recompensatio fit per satisfactionem, & ẽt ad futuram culpã, à qua per eã præseruamur, & quò ad vtrunque exigitur ꝙ satisfactio fiat per opera pœnalia. Nam recõpensatio offensę importat adequationem quam oportet esse eius, qui offendit ad eũ qui est offensus; adequatio verò in humana iustitia attẽditur per subtractionẽ ab vno qui habet plus iusto, & additionẽ alterius cui est subtractũ aliquid; Deo verò licet ex parte sua nil detrahi possit, tñ peccator quò ad se est aliquid ei detraxit peccando, vt supra; vnde in satisfactione oportet ꝙ detrahatur aliquid de peccante ꝙ cedat in honorẽ Dei, opus verò bonum vt huiusmodi nil subtrahit ab operãte, imo perficit ipsum, vnde subtractio nõ potest fieri per opus bonũ nisi sit pœnale, ideo ad hoc vt aliquod opus sit satisfactorium oportet vt sit bonũ, in honorem Dei cedat, & sit pœnale, vt aliquid peccatori subtrahatur: similiter etiã pœnæ à culpa præseruant; pœnæ .n. sunt medicinæ. 2. Ethic. c.3. nec facilè ad peccata redit pœnam expertus. Caiet. in addit. 3. p. q. 15. ar. 1. Præterea satisfactio fit ad corrigendam culpam, quæ non corrigitur nisi per pœnam. Vlterius satisfactio habet duplicem respectũ ad Deum cui fit, & peccata de quibus fit. Respectu Dei debet esse honorifica: vt d. Ans in diffin. quia homo peccando, quò ad se est, Deo honorem detraxit, ergo & ei rependere eundẽ debet. In peccato verò respectu præteriti debet castigatio esse iusta, respectu futuri præseruatiua, & respectu vtriusque debet esse pœnalis, qa homo peccando, vt ad se est, honorem Deo subtraxit, vt bonum sibi delectabile, vel vtile acquireret, ergo oportet, vt satisfaciendo pro preterita culpa, aliquid sibi subtrahat, ꝙ in honorem Dei cedat, & cum pœna sit priuatio boni vel vtilis vel delectabilis, fit vt satisfactio pro preterita offensa sit genere suo pœnalis, qua. s. homo sibi subtrahit aliqd delectabile, vt per ieiunium & orationem, quæ aliquem affert languorem, vel vtile, vt per eleemosynam. Dicitur ex genere suo pœnale. i. ex obiecto, q a vt pullulat ex pœnitentia, quæ est virtus & charitate fit delectabile, quę est

conditio virtutis.2.Eth. Vnde liberalis per eleemosynam, nec temperatissimus per ieiunium contristatur, sed delectatur; si item consideratur satisfactio vt præseruatiua, debet esse pœnalis, cum pœnæ sint medicinæ, vt dictum est supra, ex Caiet. Dum verò dr pœnalis, aduertendum, q nomen pœnæ sonat per se malum & condiuisum citra culpã, malum verò non est natura aliqua, sed defectus boni: vt d. Aug. lib.11.ciu.c.22. & 23. Bonum verò est triplex honestum, delectabile, vtile. 8. Eth. Priuatio boni honestĩ, q est virtus, est culpa, priuationis verò boni vtilis, vel delectabilis ex obiecto sunt pœnæ, licet vt sup. ex virtute sint delectabiles, & licet Deus nõ delectetur in pœnis vt pœnæ sunt; delectatur tamẽ in eis vt iustæ sunt; & licet sacerdos possit imponere pro satisfactione opera alias debita, & pœnitens illis satisfacit vt ieiunium quatuor temporũ: vt d. Caiet. 1.tom.op.op 6.q.1.D.Ant. 3.p.tit.14.c.20.Nau.c.3.nu.4.Vict.nu. 205. tamen quando imponitur ieiunium intelligitur, aliàs non debitum: vt d. Nau.cap.26.nu.41. potest tamen eleemosynam facere extreme egenti, licet aliàs ad id sub mortali teneretũ: vt d. Sot.4.dist.20.q.1.art.2.

Octaua propositio. Omne opus meritorium.s. q ex gratia procedit, generali ratione est satisfactoriũ, quia per omne opus meritorium fit aliqua accessio gratiæ, sed plus est augere gratiam, q̃ pœnam minuere, ergo. Vnde per quemcunq; actum dilectionis Dei vt per contemplationem, & orationẽ, & hmõi generaliter fit satisfactio, qa hmõi est virtualis pœnitentia, sicut & per contritionem; nunquam enim dimittitur culpa, quin aliquid pœnę cõdonetur. Præterea nullũ opus potest esse tã spirituale quin secum aliquam pœnam & fatigationem afferat vt contemplatio, in qua, quia homo sensus phãtasmate, vtitur, quodãmodo vires relaxãtur. Vnde etiã per opus interius fit satisfactio; vnde si non valens eleemosynam dare id cuperet, actus is esset satisfactorius, specialiter tñ opus externum dr satisfactorium, & est in pœnitentiam imponendum, maximè quia actus interior per externum nouo semper conatu augetur, & est potioris satisfactionis q̃ interior. ita Ales.q.84 nu.2.art.2. Th.d.15.art.1. D. Bonau.art.1.q.3.Scot.q.1.Dur.q.5.Adrian.de satisfact.art.vlt.Medina de satisfact.q.6.Silu.satisfactio.§.8.

Hinc colligitur, q per opus etiam debitum fit satisfactio. Vnde si imponatur ieiunium satisfit etiam tempore Quadragesimæ, & recitans pœnitẽtiam audiẽs Missam die de præcepto: vt d. Sot.d.18.q.1.art.1. q alibi latius est discussum cum quibusdam distinctionibus supra de Missa.c.19. & alibi .s. infra 10. propos. qui tñ dicit huiusmodi pœnitentias nõ debere imponi, quia satisfactio debet fieri propriè p opus supererogationis; vnde si i Quadragesima imponitur ieiunium confitenti, si nõ excusatur à ieiunio, debet ieiunare post Pascha, qñque tñ potest imponi opus aliàs debitum, vt qñ confessor videt pœnitentem, nõ implere præcepta, debet illi id in satisfactionẽ imponere, vt sic arctiori vinculo obligetur ad seruandum præceptum: vt dicit Sotus dicto art. 1.

Nona propositio. Flagella huius vitæ si æquo animo & patienter ferantur, sunt satisfactoria iustis pro peccatis iam dimissis; si verò non æquo animo & per impatientiã homo resiliat non sunt satisfactoria, sed habent rationẽ meræ vindictæ: vt inquit D. Th.d.15. q.1.art.4. Caiet.in addit.3.p. q.15.art. 2. vbi notandum, q licet calamitates omnes & ærumnę huius vitæ generali modo sint flagella Dei propter peccatum originale humano generi inflixum: vt dr Amos 3. si est malum in ciuitate, quod nõ fecerit dñs, tñ aliqua sunt inflicta non speciali, sed generali cõcursu Dei, vel per causas naturales, vt morbi, & naturales mortes, vel per causas liberas iustas, vt pœnæ iuris ordine malefactoribus inflictæ, vel per permissionem, vt dum per iniuriã alij alios

Satisfactoria sunt flagella huius vitæ à iustis patienter tolerata.

alios lædunt, alia sunt quæ Deus speciali prouidentia mittit in orbem, vt diluuia, incendia, subuersio Aegyptiorum, mors filij Dauid, & hmői: vt dicit Sot. d. 3. 2. art. 2. quo stante probatur conclusio, nam recompensatio prætetitæ offensæ potest fieri, & ab eo qui offendit, & ab alio, qn fit ab alio habet potius rationem vindicationis, q̃ satisfactionis, vt cum quis à iudice punitur; cum verò fit ab eo qui offendit, tunc habet rationem satisfactionis: vt & meriti, fit enim ipsius opus id satisfactorium per patiétiam, qua ipsa acceptat, cum verò illa respuit, tunc nõ fiunt ipsius, sed habēt rationem meræ vindictæ.

Hæc autem flagella sunt satisfactoria non solum secũdùm quantitatem patiétiæ, sed per se ratione obiecti si liberè acceptentur; & differunt à calamitatibus naturalibus, quia licet omnia dicantur flagella Dei, vt supra, tñ propriè illa censentur quæ per particularem prouidétiam ab ipso infl gũtur, dicuntur propria quia nõ per ordinem naturæ, sed super ordinem rerum naturalium ea per se infligit, & licet non operentur ad modũ sacraméti ex opere operato, tamé quia Deus illa mittit ad vindicandum peccata, sunt per se satisfactoria per quandam similitudinem ad illa quæ cõfessarius in sacramento imponit, sicut & pœnæ purgatorij. Vnde si æquali patientia quis flagellũ grande & minus fert magis satisfacit qui grande q̃ qui minus patitur, tolerat. Calamitates verò naturales mittuntur à Deo non tam ob peccata actualia, q̃ in pœnam originalis. Vnde satisfactio in ipsis pensatur tãtum secundùm iustam quantitaté virtutis patientiæ; vnde flagella Iob magis illi profuere, q̃ naturalia fecissent; Præterea flagella Dei si inferantur illi qui est in gratia, vt Iob, licet nullum haberet actum positiuũm voluntatis, sed tñ non obmurmuraret, opus ipsum esset satisfactorium, vt & in purgatorio, in naturalib. nisi sit actus positiuus acceptandi non est satisfactorius, nec si illa satisfactio esset peccatũ veniale, quia tota illa satisfactio consistit in actu interno; vnde infirmi hortandi sunt, vt infortunium æquo animo ferant, & iustus si per flagellũ Dei subito moreretur mors illi est satisfactoria, licet nullum hēe possit actum acceptãdi. Nec obst. q vl dicere Hieremias in Naum 1. q nõ consurgit bis tribulatio; non enim intelligit Hieremias, vt qui hic flagellantur in purgatorio non flagellentur, sed q qui flagellis hic emendantur, non iterũ puniantur. Flagella verò mittunt à Deo, vel vt iustis per patientiam augeãtur merita vt Iob, vel ad custodiã virtutũ ne superbia tétet, vt Paulo, vel ad corrigenda peccata Mariæ vt pœnæ lepræ. Num. 12. vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato. Io. 9. vel ad initium infernalis pœnæ, vt Pharaoni. Sot. d. art. 2.

Decima propositio. Conuenienter enumerantur tria opera satisfactoria oratio, ieiunium, eleemosyna: vt probatur ex Concil. Trid. sess. 14. can. 13. De oratione enim loquitur Ps. 49. Inuoca me in die tribulationis eruã te, & honorificabis me; exemplo Dauid. De ieiunio hẽ exemplũ Dauid. 2. Reg. 12. præceptum & promissio Ioel 2. De eleemosyna est exéplũ Tobiæ. Tob. 1. & Luc. 11. date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. De his tribus simul d. Angelus Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, & qũo hæc fieri debeant declarat Dñs Mat. 6. Et ad hæc tria omnes afflictiones reducuntur. De cinere, & cilicio, quæ reducuntur ad ieiunium habentur exempla in sacris literis. Niniuitarum. Ion. 3. Dauidis, & seniorũ Israel. 1. Paral. 21. Idem iubetur Hier. 4. Ioel 1. & alibi. & Matt. 11. Vnde & Hier. in comment. ad tertiũ. c. Ionæ. d. Saccus, & ieiuniũ arma sunt pœnitentiæ. De flagellatione, & sui percussione. d. Ap. 1. Cor. Castigo corpus meũ, vbi Theophilactus intelligit. i. vsq; ad liuorem tũdere: Deus ét mãdat sibi reddi vota de ieiunijs, vel alia corporis afflictione Num. 30. & horum exemplũ est in Ioanne

Satisfactoria opera tria præsertim sũt oratio, ieiuniũ, & eleemosina, & quare.

Ioanne Baptista, cuius vestis erant pili camelorum, cibus locustæ, lectus humus, domus desertum Matt.3. Luc.3. Marc.1. & exponit Chrisost. homil.10. in Matt. & q hmői vita placeret Deo testificatur Christus. Mat.11. Luc.7. vbi Baptistam mirè laudat, & tamé ille his non egebat, quia à Deo nunquã alienus fuerat. Sic Anna non recedebat à templo ieiunijs, ac orationibus intendens die, & nocte. Luc.2.

Et Patres afflictiones has non imperatas, sed spontè assumptas in particulari apertè laudant. Tert. enim lib. de resurr. carn. d. Corporis afflictiones esse sacrificia Deo grata. Naz. in ep. ad Hellestium, laudat eos sanctos viros q. per multos dies homines nõ videbãt, vel toto anno orationi instabãt. Et August. hom.29. in lib.50. hom. ea vocat sacrificia, & habet lib. de eccl. dogm. c.68. & Leo serm.2. de ieiunio decimi mensis. Bellarm. c.1. lib.4. de pœn.

Ratione probatur per D.Th. distin. 15. nam omnia opera satisfactoria ad hæc tria reducuntur, duo enim in satisfactione considerantur, ratio iustitiæ, qua vendicantur præteritæ offensæ, & præseruatio à futuris. Ad iustitiam verò satisfactionis requiritur vt aliquid nobis boni in honorem Dei subtrahamus, tria verò bona hemus, corpus, animã, & externa bona; subtractio externorum bonorum fit per eleemosynam, bonorum verò corporis, quæ sunt delectabilia tactus per ieiunium, de bonis verò animæ quò ad earum essentiã nil subtrahere decet, cum per ea perficiamur, sed tñ cum ea Deo subijcimus satisfactoria apud eum fiunt, submissio verò illa fit per orationem, eo modo quo Deo satisfacere possumus per quandam proportionem, & diuinam acceptationem, vt supra est dictum; si etiã consideratur satisfactio, vt præseruatiua per quam peccatorum causæ exciditur: vt dicit Aug. quæ tres sunt cõcupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitę. 1. Can. 2. Io. Concupiscentia carnis per ieiunium exciditur, oculorũ per eleemosynam, superbia per orationem. Præterea peccatur in Deum proximũ & nos, suggestioni primæ obuiatur per orationem: secundæ per eleemosynã: tertiæ per ieiuniũ. Sot. d.19 q.2. art.3. Et sic per hæc opera pœnalia, Deo satisfit, vt & per cõtritionem quatenus est opus pœnale, quæ ita vehemens esse potest, vt tota pœna deleatur. Bell. d.c.6. lib.4. de pœn. & sub ieiunio continentur vigiliæ, peregrinationes, & hmői, sub eleemosyna oĩa opera misericordiæ, sub oratione quæ Deo exhibeñ, & laudes; gratiarũ actiones, &c. ordo verò harum virtutum, licet in se sit prædictus, tñ in executione ieiunium est primũ, secundum oratio, tertium eleemosynam; nam per ieiuniũ corpus maceratur, & fit spirituale, vt orationi, quæ est eleuatio mentis in Deum, non sit impedimento, & postq̃ per orationem Dei beneficia impetramus debemus esse benefici in pauperes. Quid verò sint hæ virtutes, & quid in eis attendendum, non est hic locus disserendi; sed loco proprio Deo dante aliàs dicetur, videlicet sub virtute charitatis, & iustitiæ, & temperantiæ.

Vndecima propositio. Si pœnitẽtia imponitur ad præseruationẽ futurorum, vt ieiunium incontinenti, eleemosyna auaro in remediũ, vnus pro alio satisfacere non potest, quia ex ieiunio vnius corpus alterius non maceratur, nec per opus virtutis alicuius alius benè agere consueuit, nisi per accidẽs, quatenus quis alteri potest mereri augmentum gratiæ, quæ est efficacissimum remedium ad peccatũ vitandum, id tñ est magis per modum meriti, q̃ satisfactionis: Si verò pœnitentia consideratur vt solutio debiti, si quidem potest quis per seipsum satisfacere per aliũ non potest, quia pœnitentiæ iniunctio est obligatio personalis, quæ pro delicto imponitur. c. omnis vtr. sex. Si verò non potest, potest per alium satisfieri, quia id negare esset negare sanctorum cõionem, quia in hoc q eodem baptismo abluti sumus, & eisdem sacris participamus, ma- Satisfacere à possit vnus pro alio, & quõ.

maximè corpore, & sanguine Christi,
profitemur, nos esse membra eiusdem
corporis. 1. Cor. 12. Vnde sicut pes si-
bi tm̄ nō ambulat, sed in oculorū vti-
litaté, vt eos portet, ita nos nobis inui
cem nostra officio cōicare debemus,
ꝙ probatur 1. Cor. 9. Rom. 15. Eph. 5.
Coloss. 1. Idq; intelligitur non solum
de satisfactione libera, sed etiā de illa
quæ in confessione imponitur: vt sen
tit D. Th. d. 20. art. 2. oportet tñ vt & is
qui satisfacit, & pro quo satisfit sit in
gratia. Nec tñ oportet vt minor pœni-
tentia imponantur illi qui pro altero
satisfacit, quàm principali imponere-
tur, & potest sacerdos etiā iusta causa
imponere pœnitentiā per alterum im
plendam. ita Ales. q. 83. memb. 1. art. 2.
& 85. memb. 4. Theol. d. 20. vbi Bonau.
art. 1. q. 1. Ric. art. 1. q. 3. Dur. q. 2. Sot.
dist. 19. quæst. 2. art. 4.

An verò pœnitētia dici possit dum
auditur Missa de præcepto, dixi sup.
de Missa. c. vlt. de audientib. Missam ad
finem; & licet pęnitentia, vt & diuinū
officium, debeat dici omni attētione,
& nil aliud agendo, si tñ pœnitentiam
dicit dū se induit satisfacit præcepto
cōfessoris: vt d. Barth. Med. lib. 1. c. 14.
§. 11. q. tñ non procedit si sacerdos im
ponat vt dicatur flexis genib. & à pœ-
nitente sic acceptetur, & in dubio vr
ꝙ debeat dici flexis genib. nisi ratio-
nabilis causa de consilio cōfessoris ex-
cuset, cum flexis genib. vniuersaliter
recitetur, & verba intelligi debeant
iuxta id quòd est consuetum. l. stipu-
latio ista. §. hi qui. ff. de verb. oblig.

Non peccat ēt mortaliter regulari-
ter pęnitens reuelans pœnitentiā sibi
à sacerdote iniunctam, cum hmōi si-
gillum teneat tm̄ ex parte confessoris:
vt d. Silu. confessio. 1. nu. 23. Ang. con-
fess. vlt. num. 18. nisi inde confessor in-
curreret damnum animæ, corporis,
vel famæ, vt dicunt prædicti.

Pœnitētiæ omnes in cōfessione adhibendę sunt arbi-

Duodecima propositio. Pœnitētiæ
omnes peccatori iniungendæ in satis-
factionem, hodie sunt arbitrariæ. cap.
mensuram. de pœn. d. 1. c. Deus qui. de
pœnit. & rem. c. tēpora. 27. q. 6. & ideo
sit in optione confessarij eligere quàm
pœnitentiam saluti pœnitentis magis
proficuā iudicaret, caueat tñ ne pro
graui peccato leuem pœnitentiam im
ponat; sic enim alieno peccato cōica-
ret. c. demum. sess. 14. in Tr. Conc. sed
more prudentis medici, oleum & vi-
num infundat in vulnus infirmi iusti-
tia simul & misericordia vtendo. d. ca.
omnis. vtr. sex. vt pœnitentia imposita
non tm̄ castigatio sit & vindicta præ-
teritorum peccatorum, sed etiā nouę
vitæ custodia, & infirmitatis medica-
men. d. c. demum. Vnde confessor de-
bet curare imponi iustam pœnitentiā
pœnitenti, aliter falsa pœnitentia dr̄ à
Greg. in c. falsas. de pœn. d. 5. non quia
nil prosit, vel absolutionem irritā fa-
ciat, quia sic est falsum, cum absolutio
integret sacrm̄, vt eius forma, non aūt
pœnitentia, vt sup. est dictū; sed quia
pœnitentem fallere facit, præbens ei
occasionem credendi se per illam ple
nè satisfacere. Vnde Abul. i c. 18. Matt.
ca. 49. d. Peccare confessorem qui pro
suo libito pœnitentiam imponit, sine
circunspectione, & Adr. de clauib. q. 2.
col. 3. d. non debere confessorem con-
donare pœnitētias sine multa pruden
tia & Maior 4. dist. 20. d. non esse ami-
ci leuem pœnitentiam imponere, neo
prudentiæ.

trariæ ho-
die, & quo.

Iusta autem pœnitentia dr̄, quę nec
est maior, nec minor merita, sed æ-
quat pœnam peccatis cōmissis in pur-
gatorio luendam debitam. arg. l. iusti-
tia. ff. de iust. & iur. c. & hæc iusta pœna
est omnino necessaria ad animā pur-
gādam à pœna debita in purgatorio,
& minor non sufficit ēt si pęnitens pa-
ratus esset maiorem suscipere: vt dicit
Mag. 4. d. 20. & ibi D. Th. q. 1. & Nau. c.
26. nu. 17. ꝙ procedit ob quamcunque
etiam causam minor imposita sit, vel
per imminentem mortē, vel ignoran-
tiam, aut errorem, quia adhuc non li-
beratr̄ à purgatorio, nisi totaliter sol-
uerit, vel satisfecerit, aut alius pro eo,
vt dicūt prædicti, & gl. in extrauag. 1.
de pœnit. & rem. in com. vnde benè fa-
ciunt pœnitentes, qui maiorem pœ-
niten-

nitentiam faciunt sibi imponi q̃ confessores imponát, vt hic potius quàm in igne purgatorij satisfaciant. Hanc verò solus Deus nouit;solus enim scit quæ pœnitentia debeatur in purgatorio peccato per contritionem, & confessioné dimisso,quia solus nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & pœnam quam absolutio sacramentalis tollit:vt d.Nau.c.26.nu.16.& 19.

Et licet omnes dicant cuilibet peccato mortali deberi septennem pœnitentiam.c.hoc ipsum.33.q.2.not.gl.in c.prædicandum.22.q.1. & in d.ca.hoc ipsum.Host.in summa.de pœn.& rem. §.quę pœna.Ant 3.p.tit.17.c.20.Pal.4. dist.20.q.2. Vnde Host.colligit 47.canones pœnitentiales, loco prædicto, ver.vt autem.quos ab omnibus sacerdotibus sciri oportere præcipitur.in cap.quæ ipsis.38.dist.

Tñ illi canones non seruanť,& probabile est solum in foro exteriori hře locum,nec semper seruari possunt. & D.Th.4.dist.20.q.2.ad secundũ.d.non est. vniuersaliter verum vnicuiq; peccato mortali deberi septennem pœnitentiam. Ideo est arbitraria confessori ad negotia animæ quò ad hunc mũdum,& alterum mediocriter gerẽda, nõ aũt q. semper per pęnitentiã impositam vel magnã vel paruam quis omnino liberetur à pœnis purgatorij,cũ id scire sit solius Dei,licet semper aliqua pars pœnæ remittatur per pœnitentiam, maximè cum adiungat sacerdos,quicquid boni feceris &c.q. cedit in satisfactionem,vt sup est dictum,& eo magis cum per sacerdoté applicantur pœnitenti hmõi opera in satisfactionem.Vnde sacerdos in æstimanda pęnitentia debet considerare magnitudinem,& paruitatem peccati,& contritionis, & qualitatem perseuerãtię, an sit robustus vel debilis, iuuenis vel senex,assuetus pati vel non,an magnã pęnitentiam sit recusaturus, vel si acceptas non impleturus, vel saltem in charitate, an sit pauper vel diues, curareque debet ne pęnitentiam minus aptam imponat, ideo videat qualem eleemosynam pauperi,ieiunium perpetuo morbo laboranti,austeritatem delicato, imponat & in alto loco posito. Videat quæ imponatur filio seruo vxori ne fit in notabile detrimentum superiorum , vel in periculum detectionis peccati, vel lapsus spiritualis,vt supra est dictũ,& not. D.Ant. 3.p.tit. 17.ca.16 §.10. quæ item peregrinatio mulieribus imponatur:vt d Host.in c. mulier.de sent.excomm.maximè fine maritis, vel cum ijs in longinquum, cũ domi Spiritu sanctos visere possint: vt d.Maior.4.d.17.q.2. quæ item panis & aquæ, & solitudinis melancholico imponatur,quæ itẽ multa imponatur pęnitentia lectori,vel obligato ad horas canonicas;pęnitentię enim cũ sint pęnæ & pęnæ sint medicinæ,sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt , sed variandæ sunt ad arbitrium medici, secundùm scientiam medicinæ: ita pęnæ satisfactoriæ in canone determinatæ non omnibus competunt, sed variandæ sunt secundùm arbitrium sacerdotũ diuino instinctu regulatorũ, nec semper pęna debita peccato est iniungenda, ne pęnitẽs desperẽt, vt nec medicus alicui semper dat medicinam tam efficacẽ, quæ ad morbi curationẽ sufficiat, ne infirmus debilis non valens eam sustinere moriatur: vt inquit Card.in cap. mensuram.de pęn.d.1.Vnde debet dicere iustã pœnitẽtiã solum Deũ scire, & sanctos olim Patres putasse septenni pęnitentia grauia peccata purgari, & ideo se velle illam imponere si pęnitens assentiat,q. si assentitur,id præstetur statutas in canonibus imponendo,q. si eas acceptare nolit,debet eam minuere, significando ei pœnam alterius mundi ipsi deberi : vt d.Maior.d. 20. q.1. col.3. Pęnitenti enim sufficit hře propositum satisfaciendi Deo hic vel in purgatorio: vt d.Scot.4.dist.17. Gabr.d.16.q.2.Med.de confess.f.75 in eod.tra.Host.in summa de pęnit §.& desit. ver. quid de operibus. Pan.in c. significauit.de pęnit.& rem. Nau.cap. 26.nu.20. qui tamen dicit teneri acce-

ptare

ptare saltem vnum Pater noster, quod non est ita absolutè necessarium.

Pœnitétiā acceptare an pœnitēs teneatur.

Non est autē hic sermo an teneatur obedire sacerdoti praecipienti, vt restituat, vel relinquere artem, vel conuersationem malam, & hmōi, quia sic ei obedire tenetur: vt not. in c. satisfactio. de pœn. dist. 3. non tñ tenetur ad acceptandum religionis ingressum, cū praecipi non possit, & voluntarius esse debeat. ca. integritas. 23. q. 1. vt d. Nau. in § ponat. de pœn. dist. 5.

Si verò acceptauit pœnitentiam tenetur eam pœnitens implere, quia eam acceptare est volūtarium acceptata necessitatis: vt not. Nau. in c. 1. §. ponat se. de pœn. d. 5. Vnde qui per contemptum vel negligentiam notabilem nō implet pœnitentiam sibi iniūctam, mortaliter peccat, secus si ex negligentia leui vel obliuione. arg. eorum quæ d gl. in c. dictum. 81. dist. Felin. in c. irrefragabili. de offic. ord. Caiet. 1. 2. q. 77 art. 4. Non tñ per hoc tenetur reiterare confessionē: vt d. D. Th. quodl. 1. art. 12. Nau. in c. 3. de pœn. dist. 5. incip. contrarium.

Non est aūt danda grauis pœnitētia statim implēda; fieri enim potest vt sic peccatum reuelaretur. Nec refert an imponatur antē vel post absolutionem: vt d. Nau. in c. 1. de pœn. d 6. & sup. est dictum: est tamen efficacior omni alia nō sacramentali. Ita Nau. in Man. c. 26. nu. 15. cum seq. in c. contrarium. de pœnit. dist. 5. & in c. falsas. ead. dist.

An verò vnus confessor possit reuelare pœnitentiam ab alio iniunctam, dicetur infra de clauibus ad finem.

De pœnitentiæ qualitate, & remedijs pœnitenti applicandis. Cap. XVII.

Pœnitētiæ qualiter sint imponendæ.

Licet canones pœnitentiales, statuti sint, vel vt volenti illæ pniæ imponantur, vel à iudice in foro exteriori: vt d. Nau. in §. ponat. ad fin. de pœn. dist. 5. Vtile tñ est eas qñq; renocare: vt d. Nau. in c. mensuram. nu. 8. de pœn. dist. 1. maximè vt sciatur quæ pœnitentia cuiusq; generis cuiq; morbo sit adhibenda; ideo non ab re fore duxi nonnullas pœnitētias referre, quæ vel e canonib. vel alijs constitutionib. & pœnitentialibus criminibus iniungi cō sueuere. Vbi notandum, q tñ pro criminali crimine imponebantur septem anni, vt periurio, homicidio, adulterio, & hmōi. c. prædicandum. 22. q. 2. ca. hoc ipsum. 33. q. 2. non autem pro quolibet mortali, quia pro aliquo solum quadraginta dies imponebantur. c. 1. de fortil. qñque tres Quadragesimæ. c. accusasti. de accus. qñq; vnus annus, decē & plus, illi verò septem anni nō intelligebanī, vt quotidie fieret pœnitentia, sed fortè semel in mense ieiunium indicebatur, & sacerdos poterat augere, vel minuere modum pœnitentiæ. c. hoc ipsum. 33. q. 2. Ideo aūt tanto rigore fiebant tunc pœnitentiæ, quia arbitrabātur patres satius esse hic purgari peccatum, & satisfieri ad æqualitatem, q̄ in purgatorio. Et cum quis plurib. peccatis esset grauatus, fortè in illis septem annis, augebatur pœnitentiæ modus, velqñque pœnitentiæ multiplicabantur.

Postquam verò sanguis Christi deferbuit in Christianorum cordibus, & cœperunt accidia detineri, inde aperta est indulgentiarum via, quæ relaxationes dicuntur, quibus hmōi pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur. Vnde eo vsq; res est progressa vt nec pro centesima parte criminum pœnitētia quæ imponitur sit sufficiēs. Iccirco cum necesse sit peccantem luere debitas pœnas, vt sup. in materia de satisfactione probatum est, & sancti Patres iudicarent quasdam pœnitentias secundùm Dei iudiciū, q nobis apertum non est, probabiliter respōdere peccatis debere, merito quosdam canones ediderūt quibus declarabatur quanta pœnitentia cuilibet crimini imponenda esset, quos canones pœnitentiales appellarunt, quæ quidem licet in foro exteriori, & pro manifestis criminibus, vel de consensu pœnitentis tñ imponerentur, vt supra est dictum, & probatur ex ipsis canonib. vbi qñ loquuntur de peccato occulto non decernunt certas

certas

certas pęnitentias, sed arbitrio sacerdotis id cōmittunt, attamen nil prohibet quin & ĩ foro interiori imponi possint, maximè cum non instar iudicij hmôi pęnitētiæ, sed more sacerdotum imponerentur, cū homicidæ neci non traderentur, aut exilio, sed corporis afflictionibus, vt ieiunijs, peregrinationibus, & huiusmodi mulctarentur, ꝙ indicat huiusmodi pęnitentias potius spectare salutem animæ, ac vitæ emendationē, & satisfactionem Deo faciendam & populo offenso, q̄ pęnam ipsius pęnitentis, ꝙ ad iudicem secularem pertinet, & etiā vt ad canones illos tāquam ad certam regulam in pęnitentijs imponendis spectari deberet, ijs tñ iuxta varias pęnitentis qualitates variatis, vt infra dicetur, ne in incertum in re tanti momenti, cum in omnibus alijs vitæ actionib. regulæ certæ notatæ sint, incederetur, vnde & D. Aug. vt refertur in c. quæ ipsi. 38. dist. d. Canones pęnitentiales ab omnibus sacerdotibus sciri debere, & eū qui illos ignorat vix sacerdotis nomen tenere, maximè, vt, si non expedit eas pęnitentias imponere, saltem illas sacerdos pęnitenti insinuet, vt grauitatem culpæ agnoscat: vt inquit D. Bon. in 4. d. 20. q. 3. & sequitur Nau. in Man. c. 26. nu 9. Vnde opere pretium esse existimaui, vt pęnitētias varijs criminib. à sacris canonibus Sanctorū Patrum statutis, concilijs catholicis impositas, ne ab ijs qui munere confessionum audiēdarum funguntur ignorentur, subijcerem, cum regulis inferius relatis, ab ijs in hoc munere exercēdo, obseruandis.

Canones Pœnitentiales.

Pœnitētię iuxta canones pęnitētiales, & veterē disciplinā quæ iniungēda cuiq; crimini.

Primus est presbiteri fornicationem agentis qui pœnitere debet decē annis. c. presbiter. dist 82. iuxta modū ibi præscriptum. f. q. inclusus & humi prostratus primis trib. mensib. à vespera in vesperam pane, & aqua vtatur exceptis dñicis, & festiuis præcipuis dieb. quib. modico vino, leguminibus, & pisciculis vtatur, & tunc locum illum exeat; sic tñ vt non prodeat in publicum, post refecti, viribus vnum annum & dimidiū in pane, & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & festis prædictis quibus vino, sagimine, ouis, & caseo vti potest. Tūc Eucharistiam sumat, & ad pacem veniat, & vltimus in choro recipiatur, & minorum tñ ordinum officia gerat ad cornu epistolæ non accedendo. Tum vsq; ad septimum annū secundū, quarta, & sexta feria in pane, & aqua ieiunet, exceptis diebus Paschalib. qui sunt quinquaginta. Tū per epm ad pristinos gradus reuocari potest. Sic tñ vt feria sexta in aqua & pane ieiunet. Et eadē pęnitentia presbitero de alijs peccatis quæ depositionē inducunt, imponitur. Hic canon intelligitur primò de peccato publico: secundò de fornicatione nō simplici probabiliter, sed de adulterio, vel incestu, vt sentit Raim. Ex pœnitētiali verò Rom. c. 1 solutus cum soluta laicus peccans quinq; annos pęniteat. Ex pęnit. verò Bedæ. cap. 2. laicus cum laica tres annos.

Secundus, ꝙ presbiter cognoscens filiam spiritualem, quam baptizauit, vel in baptismo, aut confirmatione tenuit, vel sibi confessa sit, duodecim annis pęniteat, & deponatur si crimen in notitiam populi deuenerit, & peregrinādo quindecim annis pęniteat, & monasterium postea intret vbi toto tēpore vitæ suæ moretur. Eps quindecim annis pęniteat, & mulier hmôi omnia sua relinquat & conuersa in monasterio vsq; ad mortem seruiat. c. si quis sacerdos. cap. non debet 30. q. 1.

Tertius, ꝙ cognoscens filiā spiritualem vel matrem septē annos pęniteat, & similiter ei consentientes. c. non oportet. 30. q. 3. Ex pœnitentiali verò Rom. ab ea separetur, & septem sequentibus annis pęniteat.

Quartus, ꝙ qui contrahit cum sponsa alterius de præsenti ipsa dimissa quadraginta dieb. ieiunet in pane & aqua, & septem annis sequentibus pęniteat. c. accepisti extra de spons. duo. Et ex pęnitent Rom. dimittat illam quia sibi legitima vxor esse non potest, & quadraginta dies in pane & aqua cum septem sequentibus annis pęniteat.

Quintus,

Quintus, q̃ qui cognoscit duas com matres vel sorores, vel vxor viuat, vel non, ad minus septem annis pœniteat, licet plus deberet. c.si pater. 30 q.4. Ex pœnitentiali verò Rom. cognoscens cõ matrem separetur ab ea, & quadraginta dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteat.

Sextus, quòd cognoscens monialem vel deuotam decem annis pœniteat, & similiter ipsa iuxta formam traditam. in c.de filia.& ea.deuotam. 27.q.1.nam in c.de filia.dr̃ si filia epi, presbiteri, vel diaconi post votum solemne contraxerit matrimoniũ non admittatur ad cõmunionem, nisi marito defuncto pœnitentiam egerit, q̃ si eo viuente decesserit & pœnitentiam egerit, & cõionem petierit in fine tñ eam recipiat. in d.c. deuotam. dr̃ q̃ deuota peccans non est recipiẽda in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens si pœnitentiã egerit decem annis, tum recipiatur ad communionem, & antequam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius cõuiuiũ Christianæ mulieris accedat.

Septimus, q̃ qui ignorante cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem pẽniteat septem annis, q̃ si sciẽter, perpetuo priuetur coniugio. c.si quis cum duabus. 34.q.3. Ex Conc. verò Magũtiensi in pẽnitent. Rom. peccans cum duabus sororib. vel cum nouerca, sorore, matertera ve sua, vel cũ filia patrui, vel auunculi, materteræ, aut amitæ suæ, vel cum nepte, cõmatre, vel ea quam in fonte, vel confirmatione suscepit, vno anno ecclesiã nõ ingrediatur, & eodem anno, exceptis festis diebus, solum pane & aqua, & sale vtatur, arma non ferat, osculum nulli præbeat, sacramentum nisi pro viatico non sumat, sex annis postea ecclesiã ingrediatur; carnibus tñ vino & sicera nõ vtatur, nisi festis diebus, & de armis, osculo, & sacramento, vt sup. Tum duobus annis qñ carne vescitur à potu omni quo inebriari põt cõtineat, & si vinũ bibit, à carne abstineat, nisi festis dieb. vsque ad obitum suum per legitimas ferias ĩ omni hebdomada ieiunet, & tres Quadragesimas in anno, de armis, vt sup. & coniugio non copuletur, & eadẽ etiam de muliere.

Octauus, q̃ qui duxit in matrimoniũ eam quam polluit per adulterium quinque annis pẽniteat. c.si qua vidua. 34.quæst.3.

Nonus est, q̃ qui cõtra naturam peccauit si est clericus, debet deponi, & in monasterium detrudi ad perpetuã pẽnitentiam peragendã si corrigibilis est: si est laicus à cœtu fidelium, vsq; ad con dignã satisfactionẽ, debet fieri alienus. c.clerici extra de excessi. præl. cum hoc vitium sit maius q̃ cognoscere matrẽ. Ex Aug. vt refertur in c.adulterij. 32.q. 7. Dicitur autem largè peccatũ contra naturam quocunque modo exerceatur peccatum luxuriæ: præterquam per mulierẽ cũ viro, & in vase debito. Ex Cõc. verò Magũtiensi, qui ante annos viginti ætatis, cum masculis, vel brutis coierint annis quindecim in pẽnitẽtia existis, cõionem orationum mereantur, Tũ quinquennio in hac cõione durantes oblationes sacrorum contingant, at qui post viginti annos vxores habẽtes id commiserint vigintiquinq; annis pẽnitentiam agentes ad cõionem orationis admittũtur, in quo quinquennio durantes plenam cõionem, & oblationis sacramẽta contingant, si verò post quinquaginta annos & vxores habentes ad exitum vitæ communionis gratiã consequantur. Ex eod.c. 18. sodomita si seruus est scopis castigetur, & duobus annis pẽniteat, si liber & coniugatus decem, si priuatus septem, pueri centum diebus, si in cõsuetudine est, laicus coniugatus, quindecim annis; si ex ordinatis, & habetur in cõsuetudine degradetur, & vt laicus pẽniteat; si eum fratre naturali id egerit à carne abstineat, & quindecim annos pẽniteat; si clericus, amplius pelli debet; si inter femora viri fornicentur, vnum annum pẽniteãt; si inter nates duos, si inter crura pueri vnum annum, viri duos pẽniteant; si in consuetudine pẽnitentia augeatur. pẽnitent.Rom.c 23.

Decimus est, q̃ qui coierit cum bru-

tis plusquam septem annis peniteat;& similiter pro incestu.c hoc ipsum. cum seq.33.q.2. Ex pœnitentiali verò Rom. quindecim annis in humilitate iaceat ad ianuã ecclesiæ;& post hos alijs quinque annis in orationis cõione receptus pœnitentiam agat,& sic gratiam sacramenti accipiat, & videatur eius pœnitentia,& vita, si post viginti annos ætatis id egerit vigintiquinq; annos humilitati subiaceat,& quinque annos in orationibus,& sic communicet.

Vndecimus,φ presbiter,qui interest clandestinis nuptijs triennio suspendatur,& grauius pro modo culpæ puniatur.c.cum inhibitio. de cland.de spons.

Duodecimus, φ qui votum simplex violarit tribus annis pœniteat. c.si vir. 27 distinct.

Decimustertius,φ qui excommunicatus celebrauerit debet triennio pœnitere,& feria secunda, quarta,sexta à vino,& carnibus abstinere c.de illis.11.q.3. Degradatus verò celebrans grauius punitur.ca.accedens.50 dist. vbi priuatur communione,nisi in extremo spiritu, qui si dignè pœniteat etiam in vita ad communionem admitti potest inter laicos tamen.

Decimusquartus,φ homicida voluntarius sine spe restitutionis deponatur, & pœniteat septem annis.ca.miror.50. dist. Si monachum vel clericum, arma deponat,& Deo seruiat,vel septem annos pœniteat. Ex pœnitẽtiali Bedæ qui laicum odio, vel ob eius hæreditatem annis quatuor;si pro vindicta, vnum,in rixa subita annis trib. in bello publico dieb. quadraginta, qui dño iubente innocentem occidit, annum vnum, cum duobus sequentib. tres Quadragesimas & legitimas ferias, ex eod. si consuluit homicidium quatuor dies in pane & aqua,cum septem annis sequentibus pœniteat,si homicidio consenserit,septem annis pœniteat tres in pane & aqua; si eps occiderit qndecim annis pœniteat, deponatur,& semper peregrinet;si presbiter duodecim, quatuor in pane & aqua;diaconus decem, tres in pane & aqua,clericus & laicus septem,tres in pane & aqua ; percutiens aliqualiter, vel debilitans,soluat prius impensas & operas,& medicum quærat;laicus quadraginta dieb.in pane & aqua,clericus duas Quadragesimas,diaconus septem mensibus, presbiter vno anno pœniteat. Ex pœnitentiali Rom.& Bedæ.

Decimusquintus, φ homicida casualis pœniteat quinq; annis, idq; si culpa casum præcesserit aliàs nõ, nisi fortè ad cautelam. c.eos.cũ duobus seq. 50.dist. vt d.Rain.Si furem,valens eum capere, quadraginta dies nõ ingrediatur ecclesiam,lanea veste indutus,ab escis & potibus,qui interdicti sunt,à thoro gladio & equitatu illis diebus abstineat,tertia, quinta ,septima ferijs leguminibus, vel oleribus vtatur. Ex pœnitent.Rom.

Decimussextus, si quis homicidium fecerit propter necessitatem euitabilẽ, pœniteat duobus annis. ca.de his clericis.50 distin. quæ si ineuitabilis esset in nullo sibi imputaretur.c.quia te.50.dis. quò ad culpam, vtile tamen est φ pœniteat quò ad cautelam & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam.ca.2 § vlt. extra de homic. & distingui etiã potest an culpa præcesserit necessitatem,sicut & casum vel ne. arg.cap.de his.50.dist. not.in c.interfecisti. extra eod. Si verò per insaniam occidit non imputatur. c. indicas.3.q.9. nec infanti vel dormienti.clem.1.de homic. Quod si etiam intuitu disciplinæ incautè percutiẽdo occiderit,deponatur.c presbiterum.extra de homic.cap.si quis non iratus.15.q.1. Sed & qui latronem ligatũ occidit deponitur.c.suscepimus.extra eo.Qui verò latronem occultũ occidit quem cõprehẽdere potuit viuum, quadraginta diebus non ingrediatur ecclesiã,& aliàs etiam pœnitere debet.cap.2.extra eod. Qui verò paganũ, vel Iudæum occidit quadraginta diebus pœniteat.c.qui verò odij.50.dist. Qui verò viros ecclesiasticos occidit, secũda & quarta feria in hebdomada quaq; ieiunet vsque ad vesperam, & tunc cibo sicco reficiatur .i. pane,& leguminibus coctis, vel pomis, aut oleribus crudis, & ceruisam bibat sobriè tamen.

De-

Decimusseptimus, matricida decem annis pœnitere debet iuxta formam traditam.in c latorem.33.q.2.

Vxoricidæ verò maior pœna imponitur, is enim, & qui dominũ occidit, nunquam equitet, nec vehiculo portetur, nec matrimonium contrahat, vsq; ad decem annos carnes non comedat, nec vinum bibat, non lauetur, non litiget, vxorem non ducat, in conuiuijs nõ maneat, nec alia agat, quæ habentur in c.admonere. c.quicunque.33.q.2. Ideo autem maior pœnitentia imponitur vxoricidæ, quàm matricidæ, quia homines ad id sunt promores.

Si verò mulier causa fornicationis, veneno, vel aliter virum occiderit, seculũ relinquat, & in monasterio pęniteat.

Ei verò qui filium occidit, si id scienter fecit maior pœnitentia debet imponi, quàm pro simplici homicidio. arg.c. vlt.extra eo.c.aut facta. de pœn.d.1. & habetur in c.1. de his, qui fil.propr.

In hoc verò casu vir recuperat vxorem, quam coactus abiurauerat, & ipsa pœnitentiã agit secũdùm arbitrium epi, ita ꝙ si habet alios filios pacificè possit gubernare eos. cap.intelleximus. extra eod.ꝙ si virum non habet induci debet vt intret vnam religionem ad ꝙ si induci non potest tutius est dare ei licentiam nubendi. c.veniens.extra eod. si timetur de incontinentia, aliàs non. c.in adolescentia. 33.q.2. Et si pater sit clericus ab officio altaris perpetuò debet abstinere, & ei grauior quàm laico non tñ publica, nisi veniat in publicũ, pœnitentia imponi. ca.quæsitum.extra de pœnit.si verò certum est ꝙ sine culpa interfecerit, nec fuerunt in negligẽtia stricto iure in nihil tenentur.c.ex literis.2.c. Ioannes c.vlt extra eo.nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tñ præsumitur, ꝙ nõ ex certa scientia sed ex incuria id prouenerit. arg. c afferte. de præsumpt.licet ad cautelam debeãt pœnitere.d.c.fin.de his qui fil. Vel certum est, quòd nõ adhibuerunt omnem diligentiam, quam debuerunt & potuerunt, & sic culpa præcessit casum, & si sit grauis culpa, vt si posuerũt puerũ in medio vtriusq;, imponitur pœnitentia quinque, vel septem annorum.ca.si qua fœmina.cum seq.c.si quis spõtè. 50.dist. occulta si sit occultum, publica si publicum, & maior presbitero græco quàm latino.c.quæsitum.de pęnit. Et licet dispensetur quò ad pęnitentiã, quæ est arbitraria, vt ibi dr, non tñ quò ordines propter homicidium, quod est delictum graue & enorme.c.miror.50.dist.Si verò culpa, quæ præcessit casum, sit leuis vt quia posuit puerum in eodem lecto longè tñ à se, imponitur pęnitentia triũ annorum.d.c.si.de his qui fil.

Vnde monendi sunt parentes ne tenellos infantes in vno lecto secum collocent, ne ex negligentia opprimantur. c.cõsuluisti.2.q.5.Similiter exponentes ĩfantes suos ante fores ecclesiæ, si mors inde sequatur sunt irregulares.c.officij, de pęnit. Si verò nullo modo eis victũ præstare possent nisi eos exponendo, si debita sint vsi diligentia probabile est eos non esse irregulares.

Ex Conc.verò Anciranо, casu occidens, quadraginta dies in pane & aqua pęniteat, tũ biennio ab oratione fideliũ segregetur, nec cõicet vel offerat, tũ ad orationem admittatur, offerat non tñ communicet, post quinquennium ad cõmunionem plenam recipiatur, abstinentia ciborum arbitrio sacerdotis cõmittitur. Si insanus id fecerit ad sanitatem reuerso leuior pęnitentia, quàm in sanitate id perpetranti imponitur.

Decimusoctauus, quòd qui presbiterum occidit pęniteat duodecim annis. c.2.extra de pęnit. & rem. iuxta formã ibi traditam, scilicet secundùm canonicam regulã, & militiæ cingulo semper careat, & spe coniugij. Ex Concil.verò Magũtiensi duodecim annos pęniteat, & perpetuò militiæ cingulo careat, & sine spe cõiugij maneat. Ex Conc.verò Vuormatiensi, carnem nõ comedat, nec vinum bibat cunctis diebus vitæ suæ, dñicis, & diebus festiuis exceptis, non sumat arma, æquum non ascendat, per quinq; annos ecclesiam non ingrediaẽ, post quos eam ingrediatur, non tñ communicet, post duodecim annos communicet,

nicet, equitet, in reliquis obseruationibus tribus dieb. per hebdomadam maneat. De pęnitentia verò eius qui occidit monachum, vel clericum, diaconū, vel subdiaconum habetur in c. qui occiderit. 17. q. 4. cum c. præced. quòd. s. occidens subdiaconum tercentū solidis cōponat, diaconum quatuorcentum, presbiterum sexcentū, epm nouécentū, monachum quatuorcētum, & qui clericū vel monachū occidit arma relinquat, & Deo in monasterio deseruiat, & septem annis publicè pęniteat. De pęnitentia verò eius qui machinatur in mortē domini sui, vel in regis necem habetur in cap. si quis. 23. quæst. vlt.

Occidens verò patrem, vel matrem extra patriam exulet, tum vsq; ad mortem cum fletu pęniteat. Ex Conc. Constantinop ex decreto verò Bonifacij Papæ occidens prædictos, vel fratrem aut sororem, vsque ad exitum vitæ cōmunionem non recipiat, nunquā carne vel vino vtatur, & secunda, quarta, & sexta feria ieiunet. Si filium vel filiam, germanum vel germanam, quinq; annis exulet, & viginti annis inermis cum fletu pęniteat, & idem si auum, neptem, patruum, auunculum, amitam, matertetam, vel consobrinam, ꝙ si alium de cognatione vsq; ad tertiū, duodecim annis inermis pęniteat; si quartum vndecim, si quintū decem, si sextum nouem, si septimum octo annis pęniteat; si spiritualem patrē, filium vequindecim annis inermis pęniteat; si vitricum, nouercā, vel priuignum, socerum, nurum, decem annis pœniteat. Ex pęnitentiali Rom.

Decimusnonus, ꝙ iniustè ad mortem aliquem accusans quadraginta dieb. in pane & aqua per septem annos ieiunet & pęniteat, si accusatus sit occisus, sed si tantum membrum amiserit, triēnio pęniteat. c. accusasti. extra de accusat. Et Host. d. quòd is debet ieiunare i primo casu per quadraginta dies in pane & aqua, continuè vel interpollate, & p septem annos pęniteat, & ieiunet in pane & aqua, sed ad arbitriū sacerdotis, duobus per tres Quadragesimas ieiunet vna ante natalem Dñi, secunda ante Pascha, tertia ante S. Ioannem Bapt. alleg. c. 1. 2. 3. & 4. 22. q. 5.

Vigesimus, quòd periurus quadraginta diebus in pane & aqua ieiunet, & septem annis sequentib. pęniteat, & semper debet esse in pęnitentia interiori. c. quicunque. 6. q. 1. Ex Conc. verò Rom. periurans pro vita redimenda, vel qualibet necessitate tres annos pęniteat, quorum vnū in pane & aqua peragat, omnibus sextis ferijs, si in ecclesia, decem annos pęniteat, si iubente dño, si quidem liber est quadraginta dies in pane & aqua pęniteat, si seruus est septē sequentib. annis, est tres Quadragesimas per legitimas ferias pęniteat; si alios ad id inducit quadraginta dies pęniteat in pane & aqua, & septem annos sequentes, & nunqnam sit sine pęnitentia, & similiter conscij criminis ex decreto Pelagij Papæ; si verò per cupiditatem quadraginta dies, & septem sequentes annos pęniteat, & dum viuit sextas ferias in pane, & aqua ieiunet; si frangit iuramentum regi factū vel domino, & in mortem eius machinetur: anathema sit, nisi seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pęniteat omnib. dieb. vitæ suæ, siue eps, vel presbiter, vel diaconus sit degradetur, quòd si per capillū Dei iuret quindecim dies in pane & aqua pęniteat, ꝙ si per cęlum &c quindecim dies.

Vigesimusprimus, qui compulsus conditionaliter à dño scienter peierat, si liber sit quadraginta diebus in pane & aqua ieiunet continuè, vel inter interpollate, & septē annis seq. pęniteat, non tñ in pane & aqua: vt d. gl. Et si est seruus cogentis tribus Quadragesimis, & legitimis ferijs. s. secunda, quarta, & sexta ieiunet c. qui compulsus. 22. q. 2.

Vigesimussecundus, peierās in manu epi, vel in cruce cōsecrata tribus annis pęniteat, si in cruce nō consecrata vno, at qui coactus & ignorans ignorātia iuris, & postea cognoscit, tribus Quadragesimis pęniteat. ca. 2. 22. q. 5. sed si pro vita redimenda vel qualibet causa, vel necessitate peierat, quia plus corpus q̃ animam dilexit, tribus Quadragesimis pęniteat.

pœniteat.ead.c.si quis coactus.vel vt alij dicunt tres annos, vnumq; ex his in pane & aqua.

Vigesimustertius, scienter falsum iurans vel aliũ iurare cogens quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat, & septem sequentibus annis, & nunquam sit sine pœnitentia scilicet interiori, & consilij similiter pœniteant. cap.si quis peierauerit. 22. quæstione quinta. falsus verò testis excommunicetur, vt adulter, fur, & homicida, & similiter pœniteat.

Vigesimusquartus, mensurans falsã mẽsura triginta diebus in pane & aqua ieiunet. c. vt mensuræ. extra de empt. & vendit. Falsario verò literarum imponitur pœnitentia iuxta formam.cap. ad audientiam.cap.dura.ca.ad falsariorum. extra de crim.fals. & c. nouimus. de verb.sign.

Vigesimusquintus, frangens pœnitẽtiam solemnem, vel rediens ad priora crimina, vel huiusmodi, vel militiam secularẽm negotiationem, vt sibi interdicta, sola oratione in ecclesia eum fidelibus oret, à communione suspensus, & conuiuijs catholicorum separatus, decem annis pœniteat, communicans tantum in fine vitæ. capit. de his verò. 33.quæstione 2. cap.si quis verò. de pœn.dist.5.

Vigesimussextus, canens Missam nec communicans vno anno pœniteat, interim Missam non cantans. c.relatum.de consecr.dist.2.

Vigesimusseptimus, presbiter mortuum clericum, palla altaris inuoluens decem annis, & mensibus quinq; pœniteat, diaconus triennio, & dimidio.cap. nemo per ignorantiam.de consecratione dist.1.

Vigesimusoctauus, committens sacrilegium ecclesiam violando, vel chrisma, aut sacrum calicem pollutis manibus accipit, vel huiusmodi, septem annis pœniteat, quorum primo extra cœmeterium quod violauit consistat: secundo, ante fores ecclesiæ: tertio, in ecclesia, & his tribus annis carnes non comedat, nec bibat vinum, nisi in Pascha, vel Natali, non offerat, nec communionem accipiat: quarto anno communicet, & illo quinto, sexto, septimo, tribus ferijs ieiunet, à vino & carnibus abstinendo. cap.de viro. 12.q.2. Ecclesiã verò cõbutens quindecim annis pœniteat, & eam restituat.§.si quis. ver.maius.17.quæst.4.furans verò rem ecclesiasticam, vel rem clerici aut laici, punitur, vt d.causa, & q.§.peccat. & c. si quis clericus.

Vigesimusnonus, parentes frangẽtes sponsalia filiorum, & èconuersò si sint in culpa triennio à communione separentur, si tamen filij iuxta promissionem factam contraxerint vtrique excusantur, quò ad pœnam ecclesiæ, licet non quò ad reatum, cum in contrariũ operam dederint. cap. si quis parentes. 31.quæstione 3. argumen.cap.si cui.de pœn. distinct.1.

Trigesimus, publicè Deum blasphemans, vel aliquem sanctum, & maximè beatã virginem sic pœniteat, vt septem dñicis diebus ante fores ecclesiæ dum Missa canitur cõsistat, quorum vltimo pallium & calceamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem ferijs sextis præcedentib. in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nõ ingressurus, & ijs diebus tres pauperes, duos vel vnum saltem reficiat, si potest, aliàs pœna in aliam ei commutetur, & si prædicta agere recusarit, ecclesia ei interdicatur, & moriens ecclesiastica sepultura priuetur, & si diues sit quadraginta, vel quinquaginta, aut viginti, vel saltem quinque solidorum vsualis monetæ pœna puniatur, quæ pœna soluatur potestati seculari, qui si negligat per episcopum cogatur, & si soluere nõ potest in pœnam temporalem ei cõmutetur. c.statuimus. extra de maledicis. Prædicta verò mitigantur si quis per ebrietatem, dementiam, vel nimiam irã blasphemet.arg.cap.si quis iratus.§.notandum. 2.q.3. & idem si peccatum sit occultum; confessor enim eum huiusmodi mitius aget. cap. pœnitentibus. 26.quæst.7. Ex iure verò ciuili laicus blasphemus venit decapitandus, auth.

vt non lux.con. nat. circa med. coll. 6. clericus verò veniã postulet, aliàs degradetur, maximè presbiter.c.clericus, 46.dist. hodie tamen clericus non debet publicè pœnitere in foro pœnitentiæ: in foro verò exteriori si sit rebellis debet deponi, & laicus excommunicari, & priuari ecclesiastica sepultura; vt dicit Host.in summa de maled.

Trigesimusprimus, presbiter reuelãs confessionem iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari. c.sacerdos. de pœn. dist.6. & prima pœna renouatur etiam in c.omnis vtr.sex. de pœnit. & remiss. etiam si nutu tantum reuelat.

Trigesimussecundus, qui in dicendis horis canonicis, & alijs diuinis officijs discrepat à consuetudine propriæ Metropolitanæ ecclesiæ sex mensibus communione priuetur, si ex contemptu id accidat. c.de his.12.dist.

Trigesimustertius, eps sine rationabili causa ordinans clericum inuitum, vel reclamantem vno anno absolutè suspenditur.c.1.74.dist.

Trigesimusquartus, episcopus correctionem de venditione ministeriorum dissimulans duobus mẽsibus, presbiter quatuor, diaconus tribus, alij ad arbitrium iudicis pœniteant. cap.quicquid inuisibilis.1.quæst.1.

Trigesimusquintus, sortilegus quadraginta diebus pœniteat. cap.1.extra de sortileg.

Trigesimussextus, videns in astrolabio duob. annis pœniteat, & ab altari separetur.c.ex tuorum.eod.tit.

Trigesimusseptim⁹, presbiter ex cuius negligentia stilla sanguinis cadit super terram vel aliquid aliud, quadraginta diebus pęniteat, si super pallium altaris quatuor.c.si per negligentiam. de cons. dist.2. & alia peragat, de quibus supra de defectibus in Missa occurrentibus est dictum.

Trigesimusoctauus, euomens Eucharistiam ex ebrietate vel voracitate, si laicus quadraginta diebus pœniteat, si presbiter, clericus, monachus, vel diaconus septuaginta, si episcopus nonaginta, & euomitum combutatur, & iuxta altare collocetur; si verò ex infirmitate septem diebus. c.si quis propter ebrietatem.de cons.dist.2.

Trigesimusnonus, si mus corrodit, vel comedit Eucharistiam, sacerdos ex cuius negligentia id contingit, pœniteat: vt in cap.qui bene. de consecrat. distin.2. scilicet quadraginta diebus, & triginta si ceciderit in ecclesia, & non inuenta fuerit.

Quadragesimus, arcam vel domum voluntariè incendens, sublata vel incensa restituat, & tribus annis pœniteat. cap.si quis domum.de iniur. quòd si ex odio vel iniuria id fecerit, excommunicetur, nec absoluatur donec satisfecerit, & iurarit quòd ignem de cætero non apponat, & Hierosolimam vel in Hispaniam vadat in Dei seruitio anno integro ibi moraturus, quòd si episcopus id relaxet, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. c.pessimam.23.q.8. Hodie verò huiusmodi postquã sunt denunciati non possunt citra Papam absolui. c.tua nos. de sent excom.id verò intelligitur in locis ecclesiasticis: vt d.ibi Abb.alij verò indistinctè etiã de alijs id tenent, de quo alibi infra in casibus excomm.

Ex iure verò ciuili, si in ciuitate id fecerit & humilis sit subijcitur bestijs, si in aliquo gradu constitutus decapitetur, vel in insulam relegatur; qui verò in villis, vel castris id fecerit dolo, & humilis sit comburitur. l.fin. ff.de incend. ruin.naufrag.

Quadragesimusprimus, dans vel accipiens communionem ab hęretico nesciens id esse prohibitũ ab ecclesia, postea intelligens, vno anno pœniteat, si sciuit & neglexit decem annis pœniteat; vel septem, vel quinque, vt alij dicunt permittens verò hæreticum Missam celebrare ĩ ecclesia catholica, ignorantia iuris quadraginta diebus pœniteat, si pro reuerentia eius vno anno, si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, vt hæreticus proijciatur ab ecclesia, si impœnitens sit, aliter decem annis pœniteat; si verò relicta ecclesia ad hæreticos

stleos transierit, & alios ad hoc induxerit duodecim annis pœniteat, tres extra ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem, & duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat. cap. si quis dederit. 24.quæst.1.

Quadragesimussecundus, patronus res ecclesiæ dilapidans vno anno pœniteat, excommunicatus manendo. cap. filiis. 16.quæst.7.

Quadragesimustertius, domum suam magicis, & incantationibus lustrans, & huiusmodi consulens annis quinq; pœniteat. c. diuinationes. cap. non liceat. 26.quæst.5.

Quadragesimusquartus, pacem cum proximo suo non facere iurans vno anno pœniteat, & ad pacem redeat. c. qui sacramento. 22.

Quadragesimusquintus, pro periurio, adulterio, homicidio, imponitur regulariter pœnitentia septem annorū, & similiter pro fornicatione, licet pœnitentia non ita aspera imponitur. cap. prædicandum. 22.q.1.c. hoc ipsum. cum seq. 33.q.2.

Quadragesimussextus, scienter rebaptizatus septem annis pęniteat, & feria quarta, & sexta in pane & aqua ieiunando tres quadragesimas faciat, si id fecit pro hæresi inducenda, si verò pro munditia vel corporis salute obtinenda tribus annis. cap. 2. extra de apost. c. qui bis. de consecr. dist. 4. & huiusmodi fit de foro ecclesiæ, & cogatur fieri regularis, qui bis baptizatur, vel confirmatur. c. dictum est. de consec. dist. 5. & huiusmodi punitur. vt in c. eos. de consec. dist. 4. in finem vsque vitæ pęnitendo, & tūc laicam tantū communionem sumendo, & si ab hæreticis ea sacramēta sumpserunt, si verè eos pœnitet, tribus annis inter audientes sint, septem inter pœnitentes, & non offerant per duos annos, saecrdotibus: pueris tamen minor pœnitentia imponatur ob ignorantiam & imbecillitatem. d.c.

Quadragesimusseptimus, vxorem adulteram cognoscens antequam pęniteat trib. annis pęniteat. cap. si quis secundo. 32. q. 1. cognoscens verò eam pœnitentem ante pęnitentiam peractā duobus. ca. si quis primo. ead. 32. quæst. 1. Mulier verò concipiens ex adulterio vel alienum partum sibi supponens, punitur, vt in cap. officij. extra de pœnit. & remiss. vt scilicet competentem det satisfactionem quibus debetur.

De varijs Luxuriæ peccatis.

Adulterium committens septem annis pęniteat, si coniugatus est quinq; si sine coniuge, vel vir sit, vel mulier. Ex Conc. Magotiensi, quòd si vxorem habens semel tantum est lapsus quinque annis pęniteat. Ex pęnitentiali verò Rom. non coniugatus peccans cum alterius coniuge quadraginta dies in pane & aqua cum septem sequentibus annis pęniteat, quòd si cōiugatus cum coniugata duas carinas, idest octo dies in pane & aqua cum quatuordecim sequentibus annis pęniteat. Ex pęnitentiali verò Bedæ, solutus cum coniugata peccans duos annos, si vxoratus cum vxore alterius peccat, tribus annis pęniteat, & primo anno à propria vxore abstineat. Ex pęnitentiali verò Rabani. cap. 3. iuxta Concilium Anciranum. cap. 18. septem annos pęniteat. Quòd si vxor cōscio marito peccarit, nec in fine est danda communio, quòd si separati fuerint, post decem annos communionem accipiant. Et alibi ex eodem cap. 20. quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem annos vnum ex his in pane & aqua, & nunquam sit sine pęnitentia, & sine spe coniugij careat.

Pęnitētiæ veteres varijs luxuriæ peccatis quę iungebant

Fornicationem cōmittens laicus cum laica, tres annos pęniteant, & quāto sæpius tempus augeatur & modus.

Incestum committens, si cum sorore vxoris sciens digna vindicta affligatur, & spe coniugij careat, si duas sorores cognoscat, septem annos pęniteat, & vsque ad mortem à coniugio abstineat. Ex pęnitentiali Rom. iuxta Concil. Tribur. si cum filiastra, cum duabus sororibus, vel patre & filio,

matrimonium cum illis non potest con trahere, & magnam pęnitentiam agat. Ex pęnitentiali Rom. Si cum filia, & matre vtraque ignorante, ipse nunquam accipiat vxorem, illæ si volent accipiant maritos, tamen pęnitentiam agant, si scierint careant spe coniugij, & idem de muliere quæ cum patre & filio peccauit. Ex pœnitent. Rom. quòd si peccauit cum ea quam frater duxit, quatuor annos pœniteat, quia crimen fratri cœlauerit, mulier verò sine spe coniugij careat, & vsq; ad mortem pœniteat. ex eod. pœnitent. Si cum matre quindecim annis pœniteat, & vnum ex his in pane & aqua, sine spe coniugij, & nunquam sit sine pœnitentia, mater verò si non consenserit, arbitrio sacerdotis pœniteat, & si vult nubat.

Stuprans virginem, si eam duxit vxorem, annum vnum per legitimas ferias pęniteat, si non duxit duos annos. Ex pęniten. Rom. si adolescens annum vnum, si semel & fortuito leuietur, & tamen vsque ad annum plenum; si puella intra viginti annos, tres Quadragesimas, & ferias legitimas pœniteat, si nitens tantum, & non coinquinatus viginti dies; si vidua stupratur annum totum, & dies ieiuniorum in altero, si vsque ad generatum filij annos duos integros, & duos leuius; si & occiderit, annos tres, & alios duos leuius; si monachus laicam tres annos pœniteat, illa duos & legitimas ferias; si monachã laicus duos annos pęniteat, & legitimas ferias: illa tres, si vsq; ad generatum filij annos quatuor, si & occiderint septem annos pœniteant. Ex pœnit. Bedæ. c. 2.

Cum sancti moniali peccans quadraginta dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pęniteat, & dum viuit omnes sextas ferias in pane & aqua obseruet. Ex pęnitent. Rom. c. 20.

Mulier quę in seipsa aliquo molimine, vel cum altera fornicetur duos annos pęniteat Ex pęnit. Rom.

Concumbens cum vxore, vel alia retrocanino more quadraginta dies pęniteat. Ex pęnitentiali Rom. Et idem ex pęnitentiali Rabani.

Concumbens cum vxore die dominico, quatuor dies peniteat; si postquam infans motum in vtero fecerit, vel quadraginta dies saltem ante partum, vel tempore purificationis suæ, vel menstruo tempore decem dies pęniteat. Ex pęnitentiali Rom.

Membrum virile alternatim contrectantes, & semen profundentes triginta dies in pane & aqua pęniteant, si inter coxas alterius semen profuderint quadraginta. Ex pęnit. Rom.

Molliciem committens manibus proprium membrum contrectans, & semen effundens, decem dies in pane & aqua pęniteat. Ex pęnitentiali Rom. Ex pęnitentiali verò Bedæ, si puer triginta, si iuuenis quadraginta; si in lignum perforatum se polluit confricando viginti dies in pane & aqua pęniteat. Qui per illecebrosos amplexus fęminæ, vel osculo polluitur, tres dies pęniteat. Ex pęnitentiali verò Bedæ dies triginta; qui contactu eiusdem inuerecundo ad carnem polluitur, tres menses pœniteat. Qui per turpiloquiũ polluitur, septem dies pęniteat. Ex pęnitentiali Rom. & Bedæ.

Presbiter si malo desiderio fęminam osculatus sit, decem dies pęniteat, si polluitur viginti dies. Qui impugnatione cogitationis, & naturæ inquinatur, nolens per quatuor dies quinquagenos Psalmos canat, & quarta, & sexta feria ieiunet ad vesperam. Ex pęnitentiali Bedæ. Qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies pęniteat. Ex pęnitentiali Romano, & Bedæ. Qui in somnis voluntariè pollutus est, surgat, & cantet septem Psalmos Pœnitentiales, & in die triginta. Qui peccare voluerit in somnis, & non fuerit pollutus vigintiquatuor psalmos cantet. Ex pęnitentiali Romano.

Clericus si semen fuderit nõ tãgendo per malas cogitationes, & delectationes, septem dies pęniteat, si tangit cum manu, decem dies. Si diaconus viginti, si presbiter tres hebdomadas, presbiter si semen fuderit per cogitationem, septem dies pęniteat, monachus si vo-

luntariè semen fundens in ecclesia, si clericus est duodecim dies, si monach⁹ vel diaconus triginta, si presbiter quadraginta, si eps quinquaginta pœniteat. Ex pœnit.Rom.c.21. Qui tangit inuerecundè carnem fœminę tres dies pœniteat. Ex pœnit.Rom.c.21. vxoratus quadraginta dies ante Pascha vel natale Dñi, omni die dominico quarta, & sexta feria à conceptione manifesta, vsq; ad natam sobolem contineat. Ex pœnitentiali Bedæ.

Qui deniq; lenocinium admittit ex quo stuprum commissum est, vel corpus suũ pro pretio sordidãdum tradidit, vel ꝙ est crudelius filiam, neptemve pretio prostituit, duobus annis per legitimas ferias ieiunet, nec accipiat communionem, nisi in fine vitæ, vt habet Conc.Elibertanum. Ex pœnitent. Theodori. Et qui ante ecclesias habitu muliebri vir, & ècõtra tribus annis pœniteat. Ex pœnit.Rom.c.1.

De varijs criminibus.

Pœnitẽtiæ varijs criminib⁹, q̃ olim iniũgerentur.

Res ecclesiæ diripiens, vel ei consentiens, vt sacrilegus iudicetur, damnum in quadruplum restituat, & canonicè pœniteat .i. per septem annos legitimis ferijs; ꝙ si de rebus ecclesiæ aliquid furatus sit, aurum, argentũ, gemmas, vel libros, & hmõi reddat qui tulit, & tres carinas cum septem sequentibus annis pœniteat; si reliquias sacras furatus sit, reportatis sacris septẽ carinas ieiunet, si ecclesiam incendit, vel consensit ecclesiam restituat, & quindecim annos pœniteat.

Si per necessitatem furatus quis sit, vt cibaria, vestes, & hmõi, tres hebdomadas pœniteat, ꝙ si reddiderit nõ cogatur ieiunare; si verò extra necessitatem capitale furtum committat.i.quadrupedia tulerit, vel domos effregerit septem annos pœniteat, & furatũ reddat, ꝙ si de minorib. semel, vel bis reddat ꝙ tulit, & vno anno pęniteat, si sepulcrum violauit id infringẽdo, & vestimenta tollendo duos annos per legitimas ferias pœniteat, ꝙ si domum, vel aream cuiusq; voluntariè igne cremauerit damnum restituat, & tres annos pœniteat, si clericus capitale furtum cõmisit, septem annos pœniteat, laicus quinque, si de minorib. vnum, & furtum restituat, quòd si nõ potest tres annos pœniteat.

Sacerdos si inebriatur per ignorantiam, septem dies pœniteat in pane & aqua, si per negligentiam quindecim, si per contemptum quadraginta; & similiter diaconus, & monachus iudicio sacerdotis, ꝙ si per ebrietatem vomitum fecerit presbiter, vel diaconus quadraginta dies, monachus triginta, laicus quindecim pœniteat, ꝙ si vomitum sanguinis Dñi per ebrietatem fecerit carinam vnã .i. quadraginta dies pœniteat, si per infirmitatem, septem dies, ꝙ si in ignem vomitum proijcit, centum decẽ psalmos cantet, ꝙ si canes illum lambuerint, centum decem dies pœniteat; qui verò alium plus bibere facit quam naturæ sufficiat in conuiuio pęniteat cum inde lubrica, spectacula, iaculatorum, vaniloquia, scurilia, præstigia, abesse debeant, sed peregrini, pauperes, & debiles alendi sint, & sacra lectio recitanda, ꝙ si per nequitiam alios quis inebriet viginti dies in pane & aqua pœniteat.

Diuinationibus operas dantes, vel in domos suas aliquos introducentes exquirendi causa aliquid arte malefica quinque annos pœniteat, vel septẽ; si verò mulier sit, annum vnum pœniteat, vel tres Quadragesimas, vel quadraginta dies iuxta qualitatẽ delicti; ꝙ si quis tempestates immittat septẽ annos pœniteat, tres in pane & aqua. Ex pœnit.Rom. Futura verò promittens ex inspectione scripturarum, vel votum vouerit in arborem, vel quamlibet rẽ ecclesia excepta, si laicus, excommunicetur, si clericus, tres annos pœniteat, laicus duos, vel vnum, & dimidium, ꝙ si mulier filiũ suum super tectum ponit, vel in fornacem pro sanitate febrium quinque annos pœniteat. Ex pœnitẽt.Beda. Sortilegijs verò operam dantes, vel augurijs excõmunicentur.

nicentur.ex Conc.Agat.c.42.q si quis aruspices, vel ariolos aut sortilegos consulat, si eps, presbiter, diaconus, vel clericus sit, honore priuetur, & in monasterium trudatur ad perpetuam pœnitentiam peragendam.ex Concil. Tolet.c.29. non licet item obseruare dies, menses, & tempora, dicendo septima Luna instrumenta confici non debent, & nona emptum seruum domum duci non oportet, vel hodie veris initium est, ideo festiuitas est, vel posterum est domum egredi nō licet; pariter obseruare non licet lunæ, vel stellarum cursum pro domo faciēda, vel coniugijs sociandis, nec lauro, aut viriditate arborum circuire domos, nec in collectione herbarum medicinalium incantatio intendatur, vel aliqua obseruatio, sed tantum cum symbolo, & oratione dñica: nec cum gentilibus festa sunt celebrāda; qui in hac perfidia deteguntur, clerici annū vnū, laici dimidiū pœniteant; similiter qui manducat, aut bibit, vel portat super se aliquid vnde existimet Dei iudiciū peruertere posse, vel in psalterio, aut euangelio diuinationes aliquas obseruat, vel ad lassinam præcātauerit; qui enim cantat, & cui cantatur, tres Quadragesimas in pane & aqua pœniteat. Ex pœnit. Rom. & Conc. Martini Papæ.c.69.cum seq. & Laodicensi c.39.

Murmurans, & maledicus pro qualitate occultè pœniteat, si clericus sit veniam postulet, q si recuset degradetur, neq; ad officium restituatur absq; satisfactione, & si causa inuidiæ, septē dies in pane & aqua pęniteat, & idem si superiori detraxerit, & à conuentu ecclesiæ separetur.

Contentiones exercens arbitrio superioris diuturna pęnitētia expietur, donec corrigatur, q si quis per dolū mittit manum suam in epm, patrem, & pastorem suum, si clerici, vel monachi gradu proprio abijciantur, & in monasterium detrudantur ad perpetuam pęnitentiam peragēdam, & idē qui conspiret contra alium clericum, aut contra epi cooperatores, ita vt doctrinam epi, vel presbiteri irrideat, tunc enim quadraginta dies in pane & aqua pęniteat. Ex pęnitentiali Rom. & Conc. Cartag.

Si quis qui lingua lasciuus fuerit, tri duo pęniteat; recedens à fide catholica sine necessitate, & postea pęnitens tres annos pęniteat extra ecclesiam.i. inter audientes, septem annos in ecclesijs inter pęnitentes, & duos extra communionem.Bel.decem annos pęniteat, & sic ei communio præstetur, quòd si infans traditus fuerit statim recipiatur.ex Conc.Nic.

Clericus, vel monachus postquam Deo se vouerit, si ad secularem habitum reuersus sit, vel vxorem duxerit decē annos pęniteat, tres ex his in pane & aqua, & nunquam coniugio copuletur.Ex pęnit.Rom.ex decreto verò Siricij Papæ.c.3.Christiani ad idolorum cultum transeuntes, & pęnitentes, dum viuunt pęniteāt, & in vltimo fine reconciliētur, ad clericatus tñ officiū nō admittant.ex Cōc.Arelat.c.25.

Qui in quadragesimę diebus esum carniū attentare præsumit, die resurrectionis non cōicet, & per annū integrum ab omni esu carnium abstineat.

In Quadragesima cognoscens vxorem suam, vnum annum pęniteat, vel vigintiquinque solidos ecclesiæ, aut pauperibus tribuat, q si per ebrietatem, & sine consuetudine egerit quadraginta dies pęniteat, cum illis dieb. illi vxori copulari non liceat, vel dum vxor est grauida .i. à quo die filius in vtero motum fecerit, vsq; ad partum, à partu post trigintatres dies si filius est, si verò filia post sexagintaquinq;.

Ieiunium ecclesiæ seruare contemnens viginti dies in pane & aqua pęniteat.

Mensuras iustas vitians, vel consentiens viginti dies in pane & aqua pęniteat.

Oblationes mortuorū retinēs, vno anno pœniteat, & si tenuerit aliqua quæ de oblatis sunt in mancipijs, terris, siluis, vineis, vestimentis, vtensilibus, & hmói, vel consentiens quadraginta

ginta dies in pane & aqua pęniteat; similiter non dans decimam, quam dare debet, viginti dies in pane & aqua pęniteat.

Pauperes opprimens, vel eorū bona auferens, ijs restitutis triginta dies in pane & aqua pęniteat.

In ecclesijs vaniloquia fabulantes decem dies in pane & aqua pęniteāt; similiter qui dum ad ecclesiam eunt otiosa loquuntur, nec dum sunt in cęmeterio orant pro mortuis.

Correctionem fratris, cuius peccatum erat ad mortem, omittens primū inter se, & ipsum solum, deinde inter alios, tum ad ecclesiam culpā referens si opus sit, quamdiu tacuit, tamdiu pęniteat, quòd si peccatum fratri impingat priusquam seorsum eū arguat ei satisfaciens, tres dies pęniteat.

Credens fętus animalium in domos intrantibus, verbo, vel visu fascinari posse, vel id attentans vnum annum per legitimas ferias pęniteat. Ex pęnitentiali Rom.

Omittens ex negligētia visitare infirmos, & in carcere cōstitutos, ac eis non succurrens, decem dies in pane & aqua pęniteat. ex eod.

Christianum hominem captiuans, vel transmittens tres annos pęniteat. ex eod.

Hospitale administrantes, aliquid inde vel ex decimis sibi attribuentes, vt fur damnum restituat, & tribus annis pęniteat. ex eod.

Si ante vel post ordinationē sacrorum ordinū quis in publico crimine furti, homicidij, periurij, & hmói deprehensus sit, à proprio gradu depónantur; si verò id occultum sit, per ieiunia, lacrimas, eleemosynas, vigilias, sacrasq; orationes frequenter & sollicitè se purgent. ex Concil. Ilerdensi, & Toletano.

Ecclesiæ res, ac sacramenta impiè inuadens, si ad pęnitentiam venerit, vno anno extra ecclesiam cōsistat, secundo anno ante fores ecclesiæ sine communione maneat, tertio anno ecclesiam ingrediatur, & inter audiētes stet, sine oblatione, à carne & vino abstinens, excepto Natalis, & Resurrectionis die; quarto anno, si fructuosā ante pęnitentiam egerit, communioni fidelium restituatur, & promittens talia se nō commissurum tota mente, sacræ Eucharistię restituatur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus à carnibus, & vino abstineat. ex decreto Nicolai Papæ.

Vsuras exigens, tribus annis pęniteat, & horum vno in pane & aqua. Ex pęnitent. Rom.

Inuentum non reddens, vt fur pęniteat, & restituat.

Sacerdos si hostiam iam consecratam sacrificet, si id publicum sit, toto tempore vitæ suæ à Missarum celebratione abstineat, si occultū, moneatur & terreatur vt toto tempore vitæ suæ pęniteat, & si sine scandalo potest, à conficiendo corpore Domini abstineat. ex Conc. Ilerd.

Coniurantes in episcopos, vel clericos, à gradu proprio abijciantur.

Cupidus, auarus, ebriosus, superbus, inuidus, vel rapax, vel iracundia lōga, vel maledicus, & hmói, tres annos pęniteat. Ex pęnit. Bedæ. c. 7.

Tempestates immittens septem annos pęniteat, hoc ordine vt quaque hebdomada tres dies sine vino medone & carne sit, & ieiunet vsq; ad vesperam, & manducet de sicco cibo, & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & ieiunet tres dies ad nonā, & tres ad vesperas, & in diebus dñicis, & natali Dñi quatuor dies, & in Epiphania & in Pascha vsq; in albas, & Ascensione Dñi, & Pentecoste, & S. Michaelis, & S. Mariæ, & S. Io. Baptistæ, & duodecim Apostolorū, & S. Martini, & illius sancti festiuitate, qui in illa prouincia est, in his diebus faciat charitatem sicut sui cōpares clerici, vel laici. ex eo.

Mulier abstineat se à viro suó, quando conceperit, ante partum, & post partū quadraginta dies, qui nupserit his diebus decem dieb. pœniteat, qui in matrimonio sunt abstineant se tres Quadragesimas, & in dñica nocte, &

sabbato, & feria quarta, & tertia, quæ legitimæ sunt, & tres noctes abstineāt se antequam cōmunicent, qui in Quadragesima ante Pascha cognoscit vxorem suam, vnum annum pęniteat, vel pretium reddat ad ecclesiam, vel pauperib. diuidat, vel viginti solidos reddat; si per ebrietatem absque consuetudine accesserit, quadraginta dies pęniteat. ex eod. cap. 10.

Fraudatum comedens, si inops vel hebes, quatuor dies pęniteat, sani & infirmi scientes, quadraginta dies pęniteant, qui sæpè faciunt, tres Quadragesimas, vel vnum annum. ex eo. c. 14.

Apostatæ à religione Christiana ad cultum idolorum transeuntes, reuersi toto tempore vitæ pęniteant, & in extremo eis venia concedatur. ex decretis Siricij Papæ. c. 3.

Apostatæ verò ad seculum à religione, si impęnitētes sint, communio eis denegetur, si eos pęnitet, ad seculum amplius non redeat, aliàs ab ecclesia alienus habeatur. ex Conc. Arelat. ca. 25.

In mensa epi lectio diuinæ scripturæ habeatur, in reuerentiam Dei & sacerdotum, cum aliàs crebro mensis fabulæ interponantur, & indecentia. ex Conc. Tolet. cap. 7.

Hæc de pęnitentijs in specie pro diuersis criminib. imponendis, iuxta sacros canones, & veterem sanctorū disciplinam dixisse sufficiat, nunc quomodo pęnitentia agi debeat, vel relaxare, agendum est.

De pœnitentiæ modo & qualitate, & quando ac quomodo relaxari debeat.
Cap. XVIII.

Pęnitētiæ debēt correspōdere peccatis.

CVm peccato necessariò sēper pęna respōdeat, vt supra in materia probatum est, ideo modus & tempus pęnitentiæ peccata sua confitentibus, vel per antiquos canones, vel sanctarum scripturarum authoritatē, vel ecclesiasticam cōsuetudinem receptam à sacerdotib. imponi debet; qui enim peccatis grauibus leues quasdam pęnitentias imponūt, puluillos cōsuunt ad animas capiendas; discretio tamen in hoc est seruāda, aliter .n. tumores, aliter putredines, aliter caligines curantur, sed quia in vita spirituali, paucorūm est id discernere, ideo sacerdotes Christi non ex suo sensu, sed secundùm canonum, statuta, & patrum traditiones, vniuersa disponat, considerando sexum, ætatem, paupertatem, causam, personam, conditionē, & contritionem vel cor pęnitentis, vt ita ac sapiēs medicus singula quæq; iudicet, ex pęnit. Rom. ca. 11. 12. & 13. Si enim non secundùm Patrum authoritatem pęnitentiæ imponuntur, falsæ sunt, in hoc .s. sensu, non q̀ pęnitētiæ arbitrio sacerdotis minui non possint, sed in hoc sensu, q̀ si miles, negociator, vel alicui officio deditus, q̀ sine peccato exerceri non potest; vel quis alienum detineat, vel odium in corde gerat, & ad pęnitentiam venerit, nō est admittendus, nisi officium hmōi reliquerit, vel alienum nō restituerit, vel odium ex corde non dimiserit, & hmōi iuxta tradita superius, de occasionib. à pęnitente relinquendis. Vel quando pęnitentia peragitur sibi retento peccato, falsa esse dicetur. ex eod. c. 14. & 15.

Pęnitētia vnius anni in pane & aqua, qualiter agi debeat.

Pęnitentia verò vnius anni, qui in pane & aqua est ieiunādus, sic agi debet; qualibet .n. hebdomada tres dies, .s. secundam feriam, quartam, & sextā ieiunet: tertia, quinta, & sabbato, à vino medone, mellito, ceruisa; carne, sagimine, caseo, ouis, & omni pingue pisce se abstineat, manducetq; minutos pisciculos si hr̄e potest, sin minus vnius tm̄ generis piscem, legumina, olera, & poma comedat, & ceruisam bibat; & dn̄icis dieb. Natali Dn̄i, quatuor dies, Epiphania, Pascha, vsq; ad octauā: in Ascensione Dn̄i, Pentecoste, quatuor dies, S. Io. Baptistæ, S. Mariæ, duodecim Apostolorum, S. Michaelis, S. Remigij, S. Martini, omniū sanctorum, & eptatus festiuo die eodē cibo & potu cum alijs Christianis vtatur, ebrietatem

tatem tamen & ventris distensionem cauens. ex eod. cap. 23.

Pœnitētia q̃ nō imponenda per sonæ alteri subditæ

Si verò persona pœnitens vinculo seruitutis alteri sit ob stricta, caueat sacerdos ne hm̃oi talē pœnitentiā imponat, vnde dn̄is præiudiciū fiat, maximè circa coniugatos, vnde suspitio adulterij oriri possit, nec seruo peregrinatio est imponenda. c. relatum. de sent. excom. ꝙ si liber sit, totam pœnitentiam canonis agat, si fieri potest; aliàs à sacerdote moderetur, si tamē nouus in fide sit, mitior ei pœnitentia imponatur. cap. Deus qui. de pœn.

Pœnitētia legitimarum feriarū ī canonibus qualiter intelligatur.

Quando verò in canone legitimæ feriæ ponuntur in canonibus pœnitētialibus, intelligitur secunda, quarta, & sexta feria. c. presbiter. 82. dist. c. ieiunia. de cons. d. 3. Vbi verò pœnitētia imponitur aliquot annorum, vel Quadragesimarū, nec additur modus, quo fieri debeat, id remittatur arbitrio sacerdotis, qui arbitrari poterit per legitimas ferias fiendum. c. de his. dist. 50. c. 2. de homic. c. accusasti. de accus. ca. dilectus. de sponsal.

Pœnitētia ieiunandi in pane & aqua redimi potest leguminibus pane deficiente

Quod si pœnitentia in pane & aqua imponatur, non habenti panem, concedi potest, vt leguminibus, vel piscib. vescatur, ac alijs etiam si necessitas id requirit, aliàs non. cap. licet. vbi gl. de pœnit. & remiss.

Pœnitētiā impositā spernens, qualiter puniatur.

Qui verò pœnitentiam susceptam spernunt communione priuētur, & à catholicorum conuiuijs separentur. ex Cōc. Aurelian. c. 4. ꝙ item seruetur de religiosis, vel monialib. ad seculum redeuntibus, qui vlterius excommunicentur, & qui pro illicitis veniā poscit, etiā à multis licitis abstineat, ex decretis Leonis Papæ. cap. 22.

Pœnitētia ī extremo agone nō denegāda satisfactio tn̄ nō imponenda.

In extremo tn̄ positis nunquā pœnitentia est deneganda, dicente Dn̄o, peccator in quacunq; die conuersus fuerit, peccata eius non reputabuntur ei. ex decretis Cælestini Papæ. cap. 15. vnde & in pœnitentia decedentibus, communio est tribuenda, si tn̄ superuixerint, ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, cum reconciliatoria manus impositione legitimam communionem accipiant. ex Conc. Arau. c. 3.

Pœnitētes quo ordine reconcilientur.

Hoc verò ordine pœnitentes reconciliandi sunt, vt sacerdos inconsulto ep̄o non reconciliet pœnitentem, nisi in absentia ep̄i necessitate cogente. ex Conc. Aphrican. c. 10. & 11. nisi ægritudo interuenit, feria quinta ante Pascha dimittantur, sacerdotis tn̄ est attendere ad confessionem pœnitētis, & lacrimas eius, & tunc iubere dimitti cum viderit satisfactionem. ex decretis Innocentij Papæ. cap. 7.

Pœnitētia ieiunij, qualiter redimatᷣ.

Quod si quis verò vno die ieiunare habet in pane & aqua, si fieri potest quinquaginta psalmos in ecclesia genibus flexis decantet, vel in alio loco conuenienti & vnum pauperē pascat, & eo die, excepto vino, carne, sagimine, vescatur, ꝙ vult, vel septies in ecclesia veniam flexis genibus petat, vel alio loco conuenienti, & eo die, vescatur, vt sup. ꝙ si psalmos ignoret, diues diem illum trib. denarijs, pauper vno redimat, & vt sup. vescatur, vel duodecim plagas, aut percussiones sustineat. Quod si quis psalmos ignorat, & ieiunare non potest, pro vno anno quem in pane & aqua pœnitere debet, pauperibus det viginti duos solidos, & omnes sextas ferias in pane & aqua ieiunet, & tres Quadragesimas .i. quadraginta dies ante Pascha, quadraginta ante S. Io. Baptistam, & quadraginta ante Natiuitatem Dn̄i, & ijs tribus quadragesimis æstimetur omne quòd quolibet die ei præparatur in cibum, & medietatem det pauperibus pretij cibi illius, ac Deum roget assiduè, vt eius oratio, & eleemosyna apud Deū acceptæ sint, ꝙ si ieiunare non potest, & habet vnde redimat, pro septimis hebdomadibus det solidos viginti, si tn̄ non habet, det solidos decem, vel si nimis pauper tres, vel in redemptionem captiuorum, vel ad sanctū altare, vel pro pauperibus, ꝙ si ieiunare non potest, nec habet vnde redimat, pro vno die quem habet ieiunare in pane & aqua, tribus vicibus: Beati immaculati, vsq; Ad dn̄m cum tribularer, decantet; & sexies, Miserere mei Deus,

& se-

& septuagies prosternat se in terra, & per singulas genuflexiones Pater noster decantet, qui verò psalmos nescit, pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, centies se prosternat in terra, & per singulas genuflexiones Pater noster, vel pro vno die ieiunando in pane & aqua roget presbiterũ, vt Missam cantet pro eo, nisi capitalia sint crimina, quæ lacrimis statim lauãda sunt; tũc enim ipse adsit & Missam audiat, & proprijs manibus offerat panem & vinum manibus sacerdotis, & attentè respondeat ad salutationes, & exhortationem sacerdotis, & Deũ humiliter precetur vt oblationem suam suscipiat, & vescatur, vt sup. & sic reliquos anni dies redimat. ex pœnitent. Rom. Theodori, & Bedæ. Ieiunia tñ necessaria, vt quatuor Temporũ, Quadragesimæ, Vigiliarum, & huiusmodi redimi non possunt, nisi subsit rationabilis causa.

Pœnitẽtiæ hodie qualiter moderari possint, & q̃ remedia adhibẽda peccatis.

Ex prædictis dignosci potest, quàm grauis & horrenda res peccatum sit, q̃ Deo displiceat, & quanta pœna ei respõdeat iuxta veterem sanctorum Patrum iudicium & disciplinam, ac proinde quantopere fugiendum ac abominandum sit, sed quia, vt sup. deferbuit calor ille charitatis in visceribus fidelium ebulliens, & ob id disciplina illa salutaris est relaxata, ac hodie pœnitentiæ omnes in foro poli arbitrio sacerdotis commissæ sunt. c. cõsideret. de pœn. dist. 5. c. tempora. c. de his. 26. q. 7. c. Deus qui. de pœn. & rem. iccirco sacerdos eam pœnitentiam imponat quam pęnitentis saluti magis proficuam iudicarit. d. c. consideret. & cap. omnis. de pœn. & rem. sic tamẽ vt pro peccato graui leuem pœnitentiam nõ imponat. c. demũ. sess. 14. in Tr. Conc. vnde & Abulensis in Matth. ca. 18. q. 4. ad fi. d. sacerdotem peccare si ad libitũ suum absq; alia consideratione pœnitentias imponat; in Deum enim commissa sine pœnitentia relaxari nõ possunt. c. si is. 23. q. 4. & Adr. 4. de clauib. q. 2. col. 6. d. non debere sacerdotẽ sine magna discretione, & pœnitentia parcere peccatoribus offensas in Deũ cõmissas, iccirco sacerdos more prudentis medici oleum & vinum in vulnus infirmi iustitiam. s. & misericordiã infundat. d. c. omnis. & quia idem in vsu clauium nõ operatur, nisi vt minister nullum verò instrumentum habet efficacem effectum nisi prout mouetur à principali agente, & quia pœnæ sunt medicinæ, & medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt, sed mutãdæ sunt iuxta arbitrium medici secundùm medicinę scientiam, ita pœnæ satisfactoriæ in canone determinatæ non omnibus cõpetunt, sed variandæ sunt secundùm arbitrium sacerdotum diuino instinctu regulatorũ, nec semper pœna debita peccato est iniũgenda ne pœnitens desperet, sicut nec medicus alicui semper dat medicinã tam efficacem, quæ ad morbi curationem sufficiat, ne infirmus debilis illã non valens sustinere moriatur: vt inquit D. Th. 4. d. 18. q. 1. ar. vlt. quæst. vlt. & Tur. Cr. in c. mẽsuram. de pœn. d. 1. vnde & Dionis. in fi. eccl. hier. d. sacerdotibus vtendum esse virtutibus hierarchicis qñ diuinitas eos monuerit, cum & reddẽda potius sit ratio de misericordia q̃ de nimia seueritate. c. alligant. vbi gl. 26. q. 7. & melius sit cum parua pœnitentia quem sinere pœnas purgatorij sustinere, q̃ magnam pœnitentiam contemnentem peragere in infimum trudi, cum, vt sup. in materia est dictum, teneatur pœnitens pœnitẽtiam acceptatam implere, curet tñ sacerdos q̃ proximè fieri poterit canonibus pœnitentialib. accedendo imponere, si is acceptare velit, qui si recuset, moneatur tñ eundem cogendum fore hic vel in purgatorio pœnam peccatis debitam luere, & ideo satius esse hic breuem & facilem pœnitẽtiam subire, q̃ magnas purgatorij pœnas sustinere, eum monendo, iuxta sacros canones, quæ pœna peccato illi sit iniungenda. Idem quoq; obseruet vt pœnitentia imposita sit non tm̃ castigatio, & vindicta præteritorum peccatorũ, sed et nouę vitę custodia. d. c. demum.

in Tr. Conc. quare non solum pœnitẽtias imponat, quibus Deo, quantũ fieri potest, satisfiat, sed etiam remedia applicet quibus futura peccata vitari possint, vt ita perfecti medici munere fungatur, qui nõ solum infirmitatem curat, sed & remedia affert quibus eũ ratus incolumis seruari possit in posterum, vt & supra, latè in materia expositum est.

Vt aũt sciatur aliqua ratione quas pœnitentias cõfessor pœnitenti imponere debeat in emendationem & castigationem prædictorum peccatorũ, & remedia applicare in futurorũ cautelam, notandum. Quò ad primum, sacerdotem generaliter considerare in primis debere numerum & grauitatẽ peccatorum pęnitentis, & iuxta eorũ qualitatẽ pęnitẽtias imponere, vt pęna huius vitæ respondeat pęnæ in purgatorio, vel inferno luendæ pro peccatis, quæ ex his pensatur, cũ iuxta mensuram delicti sit & plagarum modus, Deut. 25. Apoc. 18. Secundò, contritionem peccatoris, maiori enim contritione affecto minor pęna debetur, & quãque nulla, vt supra in materia est dictum, & per consequens minor pęnitentia debetur, & è conuersò. Tertiò, sexum respiciat, maior enim pęnitentia viro ob maiores eius vires, q̃ mulieri est imponenda, qua ratione ætatem etiã consideret & corporis dispositionem; senibus enim, nimis iuuenibus, debilibus, & valetudinarijs minor pęnitentia est imponenda, q̃ robustioribus, qua ratione statum etiam cuiuslibet consideret, aliter enim cum nobilibus, aliter cum rusticis est agendũ, & vlterius consideret an pęnitentiam iniunctam perficere possit, cũ illa cuilibet sit imponenda, q̃ commodè agere potest, ne contemnatur & sic peccatum peccato aggregetur, qua ratione etiam consideret ne pęnitentiã imponat hmõi, qua peccatum detegatur vel suspitio eius reddatur, maximè in mulieribus, filiabus, familijs, & coniugatis, quibus si ieiunium imponatur suspitio mali viris inde oriri posset.

His ita notatis, cũ tres sint modi satisfactionis, videlicet, Ieiuniũ, quo oẽs corporales macerationes comprehẽdunt vt disciplinæ, abstinẽtiæ, cilicia, vigiliæ, peregrinationes, humi cubare, & hmõi: oratio, qua comprehenditur & vocalis & mentalis, auditio sermonum in ecclesia fiendorum, & Missæ, lectio librorum spiritualiũ, & huiusmodi: & eleemosyna, qua comprehenditur datio rei temporalis pauperibus, visitatio infirmorũ, hospitaliũ, & alia opera pietatis exercere, & huiusmodi, sacerdos attentis supra relatis, imponat eam pęnitentiam, quam pęnitẽti profuturam existimabit; hæc tñ regula seruari poterit, vt pro quolibet mortali mediocri, vt fornicatione vna imponatur dies, vna ieiunij, iũcta oratione, vel eleemosyna, eo die facienda, pro duabus duo dies, & ita cõsequenter, pro peccatis verò grauiorib. vt blasphemijs horrendis, adulterijs, incestibus, peccatis nefandis, homicidijs, & hmõi pauciores & lõgiores pęnitentiæ sunt imponẽdę, vt anni vnius vel plurium, maximè qñ multiplicata sunt prædicta peccata, iubendo vt bis, vel ter in hebdomada ieiunet &c. consideratis tamen supra in principio relatis, quibus pęnitentiæ vel minuendæ vel grauandæ sunt.

Vt autem remedia adhibeat sacerdos pœnitẽti, proponat ei generaliter ad omnes tentationes vincendas, considerandum esse Deum altissimũ oẽs tentationes spectare, quibus homo acuitur, & pugnam eatũ, & ob id vt turpe est Imperatore spectante hosti terga vertere, sic Deo spectante à tentationibus superari, quæ solum volentem vincere possunt, ac præmia inde surgentia ex breui illa pugna superata, & è conuersò supplicia cedenti parata spectare. Secũdò, eum admoneat tentationes facilè superari si in principio ijs resistitur dicente Iacobo. Iac. 4. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Tertiò, vt consideret animæ pulchritudinem dũ Deo est grata, ita vt ipse Deus in ipsa inhabitet, & è conuersò, vt pec

cato consentit ab ea recedit,& deformis reddit,cum gratia & amicitia Dei donis Sp. S. virtutibus infusis, ac meritus Christi priuetur, ac edificatione bonorum ecclesiæ, & bona opera illi meritoria nō sint. Quartò,moneat vt vitet peccatorum occasiones modo supra tractato, à malis societatibus abstineat,semper timens ne cadat, sapiente testante, beatū esse qui semper pauidus est.Prou.27.Quintò,moneat eū vt sacra cōfessionis,& cōmunionis frequentet,quibus anima sanatur, roboratur,illuminatur,vt tētationes agnoscat & eis resistat, iuncta eleemosyna, & operibus misericordiæ, quibus peccator disponitur ad pęnitentiā de congruo, & pęna peccati remissi tollitur.

His ita generaliter consideratis, vt in particulari,& pęnitentiæ, & remedia salutaria adhibeantur, hæc obseruare expediet.

Pœnitētia & remedia peccato luxuriç quæ applicanda.

Pro peccato Libidinis amouendo, hæc remedia pęnitenti præstāda sunt, primò, vt cōsideret multa ac grauissima dāna quæ ex fugaci delectatione sequentur; anima .n. priuatur gratia, intellectus offuscatur, ita vt velut iumentum fiat, quò ad corpus vita breuior fit, vires debilitanť,deformis homo fit,bona fortunæ consumuntur,& fama amittitur, præter dāna futura q̃ perpetua sunt,testante Gregorio momentaneum esse ꝙ delectat,æternum ꝙ cruciat, & ob id similatur luxuriosus stulto mercatori q̃ vili pretio pulchram gemmam vendit .i. animā pro peccato,de quo Prou.4.Pretium scorti vix est vnius denarij: & coruo qui corporibus mortuis accedit, ꝙ is facit dum immunditijs proximi accedit. Gen.8. & iumentis, de quibus Ioel 1. computruerunt vt iumenta in stercoribus suis.Secundò,consideret quādo ab hmōi vitio tentatur, Deum adesse & angelum custodem, vt ergo coram hominibus hmōi abominationes cōmittere non auderet, minus id debet coram Dn̄o qui non solum cernit,sed & in perpetuum punit.Tertiò,consideret, ꝙ licet summè famelicus esset, nō tn̄ cibum quem sciret veneno infectū māducaret. Iob 6.Sic fugere debet spiritus mortem quam delectatio hæc affert. Quartò consideret, ꝙ si in hoc vitio pseuerabit quo magis sensum implere cupiet, eo magis eius desideriū consurget, vnde ab initio antequā habitus vitiosus contrahatur fugiēdum est, & considerando etiam nouissima, & ꝙ caro quam cupit vermium esca futura sit; cōsiderandum q̃ Deus oderit hoc peccatum, nam Deut.23. Nō erit meretrix de filiab. Israel. & 1.Cor.6. Nolite errare, neque fornicarij,neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles,neq; masculorum concubitores regnum Dei possidebunt, & idem Eph.5.ob id diluuium in terras immissum. Genes. Incendium in Sodomam Gen. ob id Sichem ob stuprum Dinæ cum toto populo est interfectus.Gen. 34.His monitis iungi potest, vt pœnitens occasiones peccati euitet, quæ sunt: otium,visus,tactus, conuersatio cum personis suspectis,cum ijs solum manere,carni nimis indulgere,vitando maximè occasiones, & pericula; hoc enim vitiū magis fugiendo q̃ resistendo superatur; & qn̄ se tentatum quis sentit,ab initio prauis cogitationibus resistat; si .n. in ijs delectetur facilè dn̄ium hoīs suscipiet, & earum fuga difficilior erit,& qn̄ magna tētationis vis fit ad dn̄m magno cordis affectu confugiat,& B.V.Angelo custodi, alijsq́; sanctis se cōmendet, quibus cæteris plus confidit: prodest etiā dolore sensibili carnem afficere, ac inferni tormenta,quibus homo huic vitio consentiens astringitur,recordari:pœnitentiæ hoc vitio contaminatis applicandæ sunt, ieiunia, cilicia, abstinentiæ,disciplinæ, alicui tabulæ vestitum cubare,vigiliæ, peregrinationes, hospitalia inuisere,& alia loca vbi fœtor adsit; Debilibus verò loco eius eleemosynæ pauperibus erogandæ, vel alicui literis operam daturo iniungi possunt, & maximè vt vitet occasiones. 1. Cor.6.fugite fornicationē.&D.Amb. cum alijs vitijs potest expectari conflictus,

ctus, hanc fugite ne approximetis, qa non potest aliter melius vinci.

Pœnitētia & reme-- dia pecca-to gulæ, q̃ applicāda.

Pro peccato Gulæ, licet nō semper mortale sit, attamen cum pęnitens ad illud nimis procliuis fit, monēdus est quot mala inde surrexerint; Eua enim eo mali vniuersi causa fuit. Gen. Loth iā iustus incestum gulę vitio cum proprijs filiabus commisit. Gen. 19. Esau primogenituram amisit. Gen. 25. Absalon fratrem Amon in magno conuiuio occidit. 2. Reg. 13. Holofernes ebrius à Iudith capite trūcatur, Iudith 13. & S. Ioan. Baptista iussu Herodis in conuiuio solēni occidi iussus est. Mat. 14. Sic populus Israel ob hoc vitium à Deo percussus est. Gen. 19. & filij Iob. Iob 1. Gula præterea corpori ægritudines affert, ac viam omnibus vitijs aperit, & hominem obtusum & inutilē reddit. Secundò, moneatur pœnitens q̃ breuis sit illa delectatio quæ vix dū cibus deglutit, sentitur, & inde dāna corpori quæ sæpè per totam hominis vitam perseuerant, grauia eueniunt, & èconuersò consideret ex sobrietate quietem, incolumitatem, longitudinem vitæ, facilitatem ad opera omnia perficienda oriri, impensam minui, ac animam magis aptam esse orationi, studio, & contemplationi; vnde gulosi comparantur sacco pertuso ꝙ nil cōtinere potest, sic gulosi comesta per secessum emittunt, de quo Ag. 1. misit mercedes ĩ sacco pertuso; & porco qui saginatur, & postea occiditur; sic in infernum gulosus detruditur. Vnde Deus valdè detestatur hoc peccatum, d. Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatē. Es. 5. & infra. Væ qui potentes estis ad bibendum. & Es. 28. Væ ebrijs Ephraim. & Os. 1. Saturati sunt, & obliti sunt mei. Tertiò, moneatur, vt vitet conuersationes hominum ebrietati, & crapulæ deditorum, & conuiuia copiosa, vbi modus vix seruari potest, cōsiderans pariter q̃ parce sancti Patres viuerent, & ꝙ Dñs felle & aceto potatus est, & quanti pauperes quib. necessaria desunt, hac superfluitate necessarijs fraudātur, & q̃ lautum conuiuiū in cœlis erit quo sobrij pertingunt. Vnde fugiat quinq; gulæ vitia, ne nimia quantitas sumatur sodomitarum ritu. Gen. 15. secundò, ne nimia auiditate sumatur: tertiò, ne cibi nimis lauti more Israelitarū quærantur. Num. quartò, ne nimis tempestiuè Ionatæ exemplo: quintò, ne nimia solicitudo in cibis quærendis ponaț; prædicta .n. omnia à Deo punita sunt. 2. Reg. 2. Pœnitētiæ huic vitio deditis imponi poterit, vt aliqñ ieiunent, & abstineant à superfluis, vt fructib. condimentis, & hmōi, & qñque aloe vel assentium sumāt in memoriam Christi passionis, ꝙ si inebriati sunt, vt aliquo temporis spatio à vino abstineāt, vel aqua immixtum potent, & raro & tñ in prandio & cœna, & dum bibunt sub silentio, Aue Maria recitent, cauendo maximè ab ijs quæ pœnitētes delectāt, vt ita mortificationē patianț.

Pœnitētia & reme-- dia pecca-to accidiæ quæ appli canda.

Pro peccato Accidiæ, quæ contrariatur Dei amori & deuotioni, ac feruori qui dum Deo inseruitur haberi debet, & rerum spiritualium tædium inducit, moneat sacerdos hmōi vitio deditum q̃ momentanea sit vita præsens, homini vt bonum operetur concessa, & quod ab hoc tēporis momento omne id pēdet ꝙ in futura, & æterna vita consequetur, & ideo, accidia, tempus rem ita pretiosam non amittat; vnde accidiosi comparantur salici infructuosæ, & solam vmbram afferenti, sic accidiosi nullum fructū faciunt, de quo Iob 40. d. Circundant eum salices infructuosæ, & ijs qui morbum, lætargū patiūtur, qui moriuntur dormiendo. Vnde Deus valdè detestatur hoc vitium. Apoc. 3. quia tepidus, nec calidus, nec frigidus es, ideo euomam te ex ore meo. & Luc. 13. Succide illā, vt quid ēt terram occupat. & Eccl. 22. In lapide luteo lapidabitur piger; ob id Holofernes somno oppressus à Iudith est interfectus; vnde & ab otio peccatum sodomæ promanauit, teste Hier. ĩ Ezech. 16. & inde eius punitio. Secundò, proponat ei labores quos sustinent pro diuitijs, honoribus, vel vo

luptatibus

luptatibus consequendis, & quāia cura subditi dñis inseruiat, ac erubescat ꝙ pro tam excelso premio, ꝙ in cœlis expectat, minimum ac isti faciunt nō præstet, & tñ ij incertum & vile premium in terris expectant. Tertiò, labores consideret, vigilias, orationes, & hmōi, quæ sancti Patres Aegypti sustinebant, & nunc multi etiā Dei serui sustinent, & eorum exemplo ascendatur ad aliquam partem eorum quę ipsi peragebant, pręstandam, cū vtriq; idem premium præstolentur, & vtriq; eadem carne, & ossibus constent, & multi eorum ipso debiliores fortè essent, ac etiam omniū exemplar Christum Dñm nostrū intueatur, qui nunquam quieuit, sed semper nostri gratia laborauit, & passus est, vt & eius exemplo nos quoq; simul cum eo operemur, vt & cum eo conglorificemur. Quartò, proponat ei, cum ita incerta sit vita nostra, illum fortè fore extremum diem vitæ ipsius, vt ita animetur ad rectè diem vnum, vt debet expendendum. Quintò, vt consideret in hac vita existētem in multis periculis versari, & vt qui in medio igne adesset diligenter curaret vt inde eriperetur, multo diligentior esse debet nō ignorans se esse in hoc mundo vbi tot pereunt. Sextò, vt qñ accidia se adortum sentit, occupationes variet, vt si in oratione mentali se aridum sentit ad vocalem confugiat, & si in hac idem contingit, ad studium, lectionem, vel aliquod corporis exercitium, vel opus misericordiæ exercendū se vergat, vt ita nunquam otietur; hæc enim officiorum variatio tædiū auferet, & ea hoc vitium vincetur, non ignorans victoriæ difficultatem in tentationibus superandis in principio consistere, & ideo vim sibi inferens, vt oportet propter regnum cœlorum. Matt. 11. consuetudine operandi honestè, molestia illa auferet, & delectatio tædio amoto, consurget. Imponatur ei in pœnitentiam huius vitij, vt semel in hebdomada, vel mēse, maximè qñ hoc vitio aggressum se sentit, virū consulat spiritualem, & audiat qualiter ipse occupetur; conuersatio .n. hmōi accendet eum in diuino seruitio, vel saltem tædium auferet, & èconuersò mandandum ei vt fugiat dissolutiones, & conuersationes hominum carnaliū, quæ magnarum tētationum occasio sunt. Ei ēt mandet vt parcior sit in cibo, potu, ac somno; hæc enim hmōi vitiū gignunt, & ad hoc ei imponat aliquod ieiunium, vigiliam, vel silentium particulare, ac pariter vt corporaliter occupetur, domi vel foris in ijs rebus, q̄ pœnitenti magis proficuæ erūt, ac pariter vt omni die in vesperi se examinet an ea die otiosam vitam degerit, & pro qualibet hora quam otiosè trāsegerit vultu ad terram prono recitet Pater noster, & Aue Maria, & ꝙ quoties horam pulsari senriet, dicat, Memento rationis quam Deo huius horæ es redditurus.

Pro peccato Auaritiæ, quæ Deo & hominibus summo odio est. Eccl. 10. ac radix est oīum malorum. 1. Tim. 6. sacerdos primò moneat pœnitentem huic vitio deditum, vt consideret tutiorem esse pauperum vitā, qui in paupertate quieti sunt, & facilius virtutes ac regnum cœlorum, q̄ diuites, Saluatoris testimonio Mat. 5. adipiscuntur, & èconuersò quot mala, calamitates, & pericula animæ, & corporis secū ferant diuitiæ, ac auiditas eas consequēdi ob quas in multas incidunt tentationes, & laquea diaboli. 1. Timoth. 6. vnde auari similantur inferno, & mari mortuo, ꝙ datum sibi recipit & nunquam reddit, sic auari recepta non restituunt. Eccl. 1. Abac. Dilatauit vt infernus animam suam; & rotæ pistrini quæ quantumuis voluatur semper in eodem loco inuenitur, sic auari quicquid recipiāt nudi ex hac vita exibūt. Iob 1. Vnde Deus valdè detestat hoc vitiū. d. Eccl. 10 auaro nihil scelestius. & infra, nihil iniquius, q̄ amare pecuniam; sic enim Giezi lepra percussus est. 4. Reg. Safira, & Ananias interfecti. Act. 5. Iudas laqueo vitam finiuit, ac præterea consideret labores, & pericula

Pœnitētia & remedia peccato auaritiæ īfectis, quæ applicanda.

riculà quibus diuitiæ parantur ac possidentur, & quo dolore relinquuntur. Secundò, consideret, q ij qui vitam pauperem eligunt fœliciores, ac maioris honore præditos, existimare debent, cum sic Christum dñm imitant, qui à natiuitate ad mortem hmôi vitã seruauit, ac B. Virginem, & sanctos Apostolos, qui hmôi paupertatem delegerunt, quòdq; imitari tam sanctos, & insignes summũ est decus. Vlterius consideret pauca sufficere ad vitam tam breuem transigendam .s. victum, & vestitum quibus contenti esse debemus. 1. Tim. 6. quæ quidem regnũ Dei quærentib. à liberali patre vniuersorum adijcientur. Matt. 6. quæ ẽt consideratio diuitibus proderit, ne in diuitijs spem ponant, quæ veram satietatẽ afferre nõ possunt, imo quo magis diuitiæ, eo magis earum desiderium augeantur; vnde stultum est id amare qđ adeptum tormẽtum affert. Præterea, vt mortis recordentur, vbi omnibus rebus in quibus tãtos labores, ac amorem cõtulerunt, spoliabuntur, q cum necessariò sit eventurum, stultum est labore & cura id congregare, & conseruare q cito est relinquendum, & in alios succedet, qui ad libitũ illo vtentur, fortè & deridendo eos qui tanta cura id congregarunt, & ideo ante oculos ponant inestimabiles paradisi thesauros, ac incorruptos, quibus terrena comparata quasi nihil sunt æstimanda. Marc. 8. vnde & Greg. hom. 37. in euang. inquit: si consideretur quanta in cœlis præparantur vilescere omnia quæ in terris habẽtur. Pœnitentię hoc vitio affectis sic imponãtur, vt diuites eleemosynã faciant, quæ per longum tempus perseueret, licet parum quaq; vice erogarent; hoc enim actu frequenti eleemosynæ, sensim, habitus charitatis, & liberalitatis inducit, & vitiosus auaritiæ corrumpitur, q non cõtingeret si eleemosynæ paucæ essent licet largiores; imponi ijs etiã potest vt hospitalia, & egenos visitant, vt eorum visa miseria ad misericordiam cor eorum molliatur. Pauperib. verò ob nimiam auiditatem auaris, q̃ diuitiarum habent, quæ ijs desunt, imponitur, vt non conuersentur cum diuitibus auaris præsertim, & caueãt ab vsu pecuniarum & diuitiarũ ab alijs possessis, vt eas non videndo ipsis non afficiantur; imponatur ijs etiam vt inuisant domos se magis egenos, & illis seruiant, & aliquã diei, vel hebdomadæ partem in contemplando Christo dño paupere, & in cruce nudo extenso, cum tñ Dñs esset cœli & terræ, & pro nobis pauper factus est, vt exemplum præberet; sic enim eorũ sitis diuina adiuuante gratia sedabitur.

Pœnitẽtia & remedia peccato supbię, quæ applicanda.

Pro peccato Superbiæ, quæ est initium omnis peccati. Eccl. 10. estq; desiderium inordinatum propriè excellẽtiæ, sacerdos huic vitio deditos moneat vt considerent corpus eorum ex immunda, vilissima materia generatũ esse, nuncq; ẽt vermium domicilium, fami, siti, frigori, calori, tot miserijs, infirmitatibus, & morti demum, vbi esca vermium erit, obnoxium, animã verò ipsorum defectuũ, errorũ, ignorantiæ, refertam esse, multis tentationibus, noxijs, curis, anxietatibus, afflictam, & q peius est, peccatis commissis, quę illam viliorem rebus omnibus reddunt, plenam, ex quibus nulla se exaltandi, sed potius confusionis ratio exurgit; vnde superbi similantur fumo, qui quo magis extollitur, eo magis euanescit, sic superbi: vnde Dauid d. mox vt honorificati fuerint, & exaltati quemadmodum fumus deficient; & araneæ quæ viscera sibi adimit vt muscas capiat, sic superbus animã amittit pro laude humana. Es. 59. Telas araneæ texuerunt: vnde Deus hoc vitium valdè detestatur, Amos 6. Ego detestabor superbiam Iacob. & Prou. 8. arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & oa bilingue detestor. Ioel 2. ascendit fœtor eius, & ascendit putredo eius, quia superbè egit. Secũdò, q licet omni defectu hoc excepto careret, ex hoc tñ solo vilissimus est, odio, & cõtemptui omnibus, & magis Deo qui superbis resistit, humilib. verò

rò dat gratiam, vnde ob superbiam Luciferum è cœlo præcipitem in infernũ dedit. Ef. 14. Sic Saul. 1. Reg. Roboam. 2. Reg. 12. Nabuchodonosor Dan. 4. Aman. Esth. 7. Antiochum. 2. Mach. 9. ob hoc vitium summis plagis affecit, & èconuersò magnas gratias humilibus à Deo concessas meditetur, vt videre licet in B. V. q̃ ob eius humilitatem est exaltata, vt mater Dei mereretur dici & esse. Luc. 1. & Dñs in euãgelio sæpè testatur, humiles exaltandos, superbos verò humiliandos. Mat. 23. Luc. 14. 18. & maledictus, vt mõtes Gelboe super quos non descendit ros gratiæ Dei, nec pluuia ipsius beneficiorũ. 2. Reg. 1. Vlterius consideret res omnes huius seculi, quibus homines gloriari consueuere, vt honores, diuitias, pulchritudinem, nobilitatem, & hmói vanas esse, & fumi instar transitorias, & ob id vanum esse in ijs gloriari, in quibus nullum subest fundamentum, & si qñ vanagloria oritur ex virtutibus, & donis, quæ possidet, vel rebus bonis peractis, consideret id esse diuina gratia sibi collatum, & ob id non magis in ijs gloriari debere, quam si aliena essent, qua ratione si ijs gloriaretur vituperio dignus esset, vt inquit Apost. 1. Cor. Quartò, consideret ẽt alios quib. se præfert, alia habere dona, & virtutes, quæ ipse nõ nouit, ipsius maiores, ac eius opera quæ fecit vt pannus menstruatæ immunda esse ac imperfecta, quibus magis iccirco erubescere deberet quã gloriari. Vlterius consideret præclara humilitatis exempla à sanctis Dei peracta, q̃ bonum erit speciatim enumerare, & maximè quæ reliquit Sanctus sanctorum, cum humilis nasci, viuereq́; voluerit, discipulis pedes lauerit, & denique vsq; ad crucem se humiliando, ac ob id ab eo miti & humili corde exemplum sumere docuit. Matth. 11. Vlterius addenda exempla superbiæ, ac humilitatis, & demonstrandum quàm superbia Deo displiceat, humilitas verò Deo sit grata.

Huic vitio deditis imponat sacerdos vt qñque in actibus humilibus se exerceant viris vilibus se sociando, in infimo loco sedendo, hospitalia inuisendo, pauperib. inseruiẽdo, cibũ ijs ministrando, domum scopa mundando, & hmõi vilia officia peragendo, & si pdicta facere recusent ijs mandet vt saltem in proprijs domibus id pstent, & qñque dum soli sunt humi se sternant, sibiq́; conuitia conferant, quando orant, Rosarium vel coronas humi prostrati recitẽt, vel saltem genuflexi pro singulo Pater noster, & Aue Maria terram deosculando.

Pro peccato Inuidiæ, quo communiter superbi innodãtur, Luciferi more qui vtroq; vitio infectus fuit; inuidia enim diaboli peccatum in mundũ intrauit, vnde quos superbia tentat, & inuidia, quæ dolor est & tristitia alienæ fœlicitatis, & pessimum vitium est vt directè charitati contrarium, quæ omnes virtutes superat, illaqueat. Vnde moneat sacerdos huic vitio deditos, vt considerent huius vitij põdus, & dãnum q̃ animæ & corpori infert, est enim vt vermis q̃ lignum vbi nascitur rodit, & rugini in ferro quæ id rodit, sic hoc vitium inuidum rodit, & draconi qui alieno partui insidiat, & dæmoni qui nullum bonum videre vellet, vnde Deus hoc vitiũ valdè detestatur. Sap. 6. neq; cum inuidia tabescente iter habebo. Prou. 23. ne comedas cum homine inuido. Matt. 3. genimina viperarum quis demonstraũ vobis fugere à ventura ira, ob hoc vitiũ filij Iacob fratrẽ vendiderũt, & à Deo puniti. Gen. 37. Caim Gen. 4. Saul. at cætera peccata, licet animæ noxia sint, aliquam tñ delectationem carni præstare, hoc verò miserrimum vitiũ carnem & animam tormẽtis afficere, & à temporali dolore ad æternũ perducit, vnde stultum est absque aliquo fructu seipsum destruere, & hic infernum gustare incipere, q̃ post in perpetuum inuidus est passurus: aperiat ei etiã inuidum frenetici instar esse, qui proprijs se dentibus dilaniat, & ridet tunc fortius cum se magis offendit & proximior

Pœnitẽtia & remedia peccato inuidię nodatis, q̃ applicãda.

proximior est morti; cumq; hoc vitiũ à superbia, quæ non potest pati, vt aliquis sit ei superior vel par, oritur, vnde tristatur, q aliqui eum in aliquo superent, ideo monita & remedia, quæ superbiæ prosunt etiã inuidiæ proderunt, vnde sacerdos ijs vti poterit, monendo ẽt pœnitentem, ne amorem in rebus mũdi collocet, quæ ita angusta sunt, vt oporteat q vni superest alij deesse, ideo curet bona conseq. qui spiritualia & cœlestia, quæ ei auferri non possunt nec impediri, cum ab omnib. possideri possint, & quo maior possessorum est numerus, eo maior cuiusq; est gaudiũ & fœlicitas, q efficit ne ibi inuidia locum hr̃e possit. Vlterius consideret inuidiam vitium esse hominũ vilium pusilli animi, & cæcorum; si.n. inuidus vilem reddit sibi persuadens alios se superare & fœliciores esse, ac desperat se illa consequi, quo fit vt tristetur, cęcus ẽt redditur, quia cum bona aliorum propria reddere possit lætando q ab illis possideantur, tristitia ea amittit, & cum in eius sit potestate vt omnia in ipsius cedant vtilitatem proprio vitio efficit, vt in malum ipsi conuertantur. Vlterius consideret vitium contra legem naturæ esse docentem q nobis fieri volumus, alijs facere debere, & èconuersò, vnde sicut nõ cupit inuidus vt aliquis bono proprio tristetur, pariter eorum bono dolere non debet. Consideret etiã multa nos excitare ad charitatẽ, & vnionem fraternam custodiendã, q vna fide, vno baptismo, vno Deo, ac Redemptore, vna matre Ecclesia potimur omnes, Eph. 4. & ab ijsdem parentibus primis orimur, & eandẽ omnes præstolamur hæreditatẽ, vbi ergo tot vnionis causæ sunt, monstruosum est & abominãdum quòd inuidia regnet.

Huic vitio deditis sacerdos imponat, vt Rosarium, coronam, vel aliam recitent orationem pro illo quẽ odio prosequuntur ac inuidia, & eum laudent alijs præsentibus, & ab accusationibus ei illatis excusent, similiter vt cum inuisat cũ eo loquatur, & aliquo ipsum beneficio afficiat, & mentis oculis Christum dñm in cruce pendentem pro suis orãtem persecutoribus, & sanguinem effundentem inspiciat, ac secum voluat vnum ex ijs qui hoc sanguine respersi sunt, illum esse quẽ inuidia prosequuntur; quæ omnia licet à principio cum aliqua repugnantia fiant, post tamen difficultas cessat, & fructus sentitur à vi quam sibi quisque intulerit.

Pro peccato Iræ, quæ mansuetudini contrariatur, sacerdos hoc vitio affectos moneat vt considerent, à ratione alienum esse vt homo irascatur, & alteri homini nocere velit qui eiusdẽ sunt speciei, q bruta licet ferocia non agunt, quę contra animantia eiusdem specie, non irascuntur, nec eis nocent, q eo magis homo qui sine armis, vel instrumentis nocendi natus est, seruare deberet, Secundò, vt mala considerent quæ immodica ira affert; reddit enim hominem in visu deformem, in sermone insipientem, & in omnib. actibus ratione orbatum, vt seipsum regere ignoret, omnibus contemptui, & odio habitum. Irati enim similantur furiosis qui in ignem vel aquã se inijciunt, sic irati in omnem malitiam, & apro qui contra enses currit, sic irati. Prou. 1. Pedes eorum ad malũ currũt, vnde Deus hoc vitium valdè detestat. Eccl. 12. d. aufer iram à corde tuo. Eccl. 10. Omnis iniuriæ proximi ne memoraberis. Gen. 4. vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, nã peccatum hoc Dei hospitiũ deturpat. Eph. 4. 1. Cor. 3. & Dei iudicium sibi vsurpat. Rom. 12. mihi vindictã & ego retribuam; vnde ob id Caim, Dauid, & alij à Deo valdè puniti fuere. Tertiò, moneat eum vt qñ iratus est, quia sibi iniuria illata est, ꝓprios defectus consideret, ac peccata contra Deum commissa, & ob id maiora mala mereri, & fortè Deum id promittere vt se recognoscat. Quartò, vt cõsideret qñ cogitat velle se vlcisci de inimico, id se proficere non posse, qa maius prius sibi nocumentum inferat, & ob id ma

Pœnitẽtia & remedia peccato Iræ nodatis quæ applicãda.

gnam stultitiam esse magnum damnũ sibi afferre, vt minori alium afficiat. Quintò, qñ iratus est, inspiciat Christi dñi mansuetudinem, qui cum maledi ceretur non maledicebat, nec repercutiebat cum percuteretur. 2. Petr. 2. ad cuius exemplũ seipsum reformet. Sextò, vt qñ se ira aggressum nouit, in seipso illam comprimat, nec sinat eam foris exire, à præsentia eius cõtra quẽ est iratus se absentando, & alij negocio operam dando, vel Deo se cõmendando, donec ira quiescat; sic enim lætabitur ꝙ sibi vim fecerit, nec id fecisse aut dixisse, ꝙ dum iratus esset facere volebat. Et quia prædicta remedia prosunt, qñ quis contra alium iratus est: è conuersò, qñ alium contra se iratum sentit, primò à facie irati prudenter se separet, ꝙ si non potest blandis eum verbis emolliat. Prou. 15. ꝙ etiã si præstare nõ potest, sileat, donec is irã emiserit, cõsiderans eum dum iratus est, freneticum esse, & ob id commiseratur, nõ secus, ac si ipsum freneticũ videret, vel infirmum, cum ira, breuis sit stultitia; vnde optimum eius remedium est mora, quæ caliginem mente se obtendentẽ discutit, vnde Athenedor Philosophus Cæsarem Augustum instruxit, s. cum, Cæsar, ira cęperit, nil prius dicas vel facias, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarũ græcarum ipse tecum percurreris, memoriaq; recensueris, vt sic concitatio illa quæ momentosa est, mente alio traducta, paruo tẽporis interiectu, emollita relanguescat.

Pœnitẽtiæ huic vitio affectis huiusmodi sint, quę & inuidiæ conueniunt, s. vt oret pro eo qui illum offendit, & eum beneficio prosequatur, vt vincat in bono malũ. Rom. 12. mandet ei etiã vt qñque iniuria se afficiat, tum vt humilietur, tum vt conuitijs assuescat, vt qñ ab alijs ijs impetitur, nõ irascatur; si ex ira qñque homicidium prouenit, notificet ei q̃ graue & horrendum sit id peccatum; vt dixi in cas. de homic. ad fi. & ꝙ ad damna inde illata tenetur, vt ibi dixi; si est soluendo, id agat cum ad meliorem fortunam peruenerit, & interim propria vita hæredibus illis seruiat, & oret pro defuncto, & Missas pro eo recitari iubeat, & qñque ea intentione cõicet, quæ vltima, etiam si hæredibus satisfaceret, agat, & pariter qui aliquẽ vulnerauit vel debilitauit, ad damna illata tenetur; si pœnitẽs hoc pacto dispositus erit & satisfecerit, habita à superiore facultate si is casus est reseruatus, absoluatur, aliter non; & imponat ei longam peregrinationem, exẽplo impositæ Caim à Deo pro fratricidio. Gen. 4. & vt adiuuet mortuos sepelientes, infirmos visitet, hospitalia inuisat, & alijs operibus corporalibus, & spiritualibus operam det, oret, Missas audiat, & iubeat pro defuncto celebrari, obseruãs sacerdos, ꝙ si à peccato homicidij absoluit, in irregularitate tñ inde contracta, sine apostolicæ sedis facultate dispensare non potest, vt dixi latè in tract. de irregularitate.

Pœnitẽtia & remedia peccato blasphemiæ infectis, q̃ applicanda.

Pro peccato blasphemiæ, ꝙ vitium est diabolicum & infernale, sacerdos moneat pœnitentem q̃ graue sit hoc peccatum, cum ex maioribus sit quæ contra Deum committi possunt, & ad infidelitatem quodammodo tẽdat, & grauius ex obiecto sit homicidio. Vlterius moneat q̃ irrationabile sit hoc peccatũ, cum nil irrationabilius sit, q̃ hominem velle ex aduersitate aliqua quam à mundo patitur, vel in patientia, iniuriam Creatori inferre, à quo tot beneficijs affectus est & iugiter afficitur, & ideo assiduas ei gratias agere debet, & illum benedicere, ac toto corde diligere; vnde hmõi dæmoni similantur, cum hoc peccatum, vt dęmon terrore afficiat omnes audiẽtes. Eccl. 27. & peiores sunt Iudæis, qui ipsum mortalem, & infirmũ blasphemarunt, nunc verò in cœlis regnantem, & Deum inhonorant in propria persona, in alijs verò vitijs in creaturis; vnde Deus hoc peccatum valdè detestatur. Sap. 1. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest. & Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus; vnde bla-

blasphemia grauissima est, vt quæ etiã in damnatis perpetuo durabit. Præterea, quod nullum ex hoc peccato fructũ cõsequatur, vel delectatio animæ, vel corpori accrescat, imo vtrique perniciosum sit. Vlterius peccatum hoc maximum scãdalum afferre; nullus enim tã impius est, & amore ac timore Dei vacuus est, qui non maximum scandalum patiatur, etiam si Turcigena, vel Maurus sit, cũ oĩum Creatorem iniuria affici audit. Prætetea, quod hoc vitiũ maxima mala afferat, præter .n. acerba tormenta quibus in inferno hmõi plectentur, multi ẽt in hac vita à Deo valdè plectuntur; sic pro blasphemia Sennacherib vniuersus exercitus eius numeri cẽtum octuaginta mille Dei ira in vna nocte interfectus est, & idem filijs Israel, qui contra Moisen murmurarunt contigit, & infanti quinq; annorum, de quo meminit D. Greg. ex eo quod consueuisset Deum blasphemare; sic Maria soror Moisis lepra percussa fuit Num. 12. Dathan & Abiron à terra absorpti, & Core ab igne. Numer. 16. & filij Israel terram promissionis ingredi non valuerunt.

4. Reg. 19.

Exo. 16.

Remedia huic vitio applicanda esse possunt: primò, vt pœnitens omnes occasiones quibus quãque in hoc vitium lapsus est, vitet, caueat à ludo, vnde sæpè hoc peccatum prouenit præter alia damna; caueat pariter ab abusu absq; necessitate iurandi, ob quem sæpè in periuria, & blasphemiam prorumpere solet; parum etiam loquatur, quia in multiloquio non deest peccatum. Prou. 10. Nec loquatur absq; consideratione. Eccl. 4. Noli citatus esse in lingua. & c. 5. ne temere quid loquaris. & D. Hier. d. prius veniat sermo ad limã quàm ad linguam, & oratione Deo linguam commendet. Prou. 16. & Ps. 140. Pone domine custodiam ori meo.

Pœnitentiæ huic vitio deditis applicandæ, esse poterunt: primò, vt recitet aliquas coronas, rosaria ve B. V. & in fine cuiusq; Pater noster, & Aue Maria terrã osculetur, & dicat Gloria patri, idq; sæpius pro numero blasphemiarum. Mãdet ei etiam quãque vt linguæ signum crucis in terra sternat, vt in eo in quo peccauit, puniatur. Vlterius vt recitet diuersas laudes, quæ dicuntur Christi, B. V. Litanias, & alias orationes, & si legere nesciat sæpè dicat, laudetur, benedicatur, & adoretur Deus, vt ita habitum sumat vim laudandi. Et vt in posterũ cautus fiat, imponat ei vt quoties blasphemarit, tunc vel post sibi os percutiat, pectus pcutiat, terram osculetur, recitet aliquẽ psalmum, vel saltem vnum Pater noster, & Aue Maria, vel aliquam eleemosynã, disciplinam, vel ieiunium faciat, vel quotidiè confiteatur, & eadem faciat quoties reuertitur ad occasiones, quę ad hoc vitium inuitant, ludum maximè, & iuramẽtum. Et ne obliuiscatur hmõi pœnitentias peragere, mãdet ei vt quotidiè conscientiam examinet in vesperi, & si in prædictum vitiũ se lapsum norit, prædictas pœnitẽtias agat, vel antequam cubitum accedat, vel saltem die sequenti, & vt modestè corrigat quos blasphemare audierit, id .n. vtrique valdè proderit.

Pro peccato Detractionis, sacerdos proponat pœnitenti quàm Deus hoc vitiũ detestatur. Sap. 1. Custodite vos à murmuratione. Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus. Iob 6. Nolite murmurare inuicem. Vnde Maria soror Moisi ob id à Deo est lepra percussa. Num. 12. Dathan & Abiron à terra absorpti, & Core ab igne. Num. 16. & filij Israel terram promissionis non potuerunt ingredi. Num. 14.

Pœnitẽtia p peccato detractionis, & remedia quæ iniũgẽda.

Remedia applicentur, vt parum loquatur, nam in multiloquio nõ deest peccatum, nec sine consideratione loquatur. Eccl. 4. Noli citatus esse in lingua. & D. Hier. d. prius veniat sermo ad limam quàm ad linguam, & oratione Deo linguam commendet. Ps. 140. Pone domine custodiam ori meo.

In prædictis autem remedijs, vel pœnitentijs iniungendis summa sacerdoti prudentia opus est, vnde prædicta sic intelligenda non sunt, vt vnicuiq; prædicta omnia remedia, & pœnitentias

Pœnitẽtię cautela & prudentia sint iniungendæ.

tias iniungere habeat; id enim nimis longum esset, & tædio tam confessoré quàm pœnitentem afficeret; sed considerare debet speciē peccati, vel peccatorum in quæ pœnitens lapsus est, ac tentationes quibus frequentius impetitur, & sic applicabit tantum remedia quæ pro huiusmodi peccatis, & tentationibus assignantur, & si in vna tātum specie peccati inuoluatur & non in alijs, illi sat est applicare remedia. Nec oportebit etiam cuique applicare omnia remedia, quæ pro huiusmodi specie peccati ꝓposita sunt, sed sufficiat duo vel tria applicare q̃ pœnitenti vtilia fore cēsebit, & q̃nque vna tantum cōsideratio vel remediū sufficiet, præsertim cum in multas species peccati incurrisset; tunc enim sufficiet vna medicina vel remedium pro qualibet specie peccati, maiorem tñ numerum pro illo peccato applicando, à quo magis impeteretur. Et idē de pœnitentijs intelligendum est; non enim omnes quæ vni speciei peccati iniungūtur, sunt imponendæ simul, sed aliquæ earū, plus minusue pro numero peccatorum, attendendo tñ ꝙ si in diuersas species peccatorū lapsus esset, vt ꝓ qualibet earū imponatur aliqua pœnitentia, ex illis quæ correspondet illi speciei peccati, & vbi maior numerus est peccatorum, plures etiam pœnitentiæ, & maiores sunt imponendæ. Et licet non omnia remedia prædicta vni sint applicanda, debet tamen omnia illa sacerdos mēmoria tenere, vt illa pro ratione personæ, & negotij variare possit, vel si ea recolere non potest emat ex illis, quæ impressa habentur in hac re, & quandoque aliqua ex ijs donet pœnitentibus loco pœnitētiæ eis iniungendo, vt quandoque ea legat, & quandoq; vtatur pro rei opportunitate, vel si confessor ea emere non potest iubeat pœnitētes illa emere, vtilius tamen esset vt ea sacerdos donaret, huic rei applicando aliquam incertorum restitutionem, & hac via minus tempus in confessione impendetur, & pœnitens facilius illa memoriæ mandabit, & alij eius exemplo ad prædicta suscipienda accendentur. Laus Deo Opt. Max.

De absolutione, et qūo in ea præstanda vel non, sacerdos se habere debeat. Cap. XIX.

AVdita confessione succedit absolutio pœnitēti impertienda in qua ratio totius sacramenti perficit & continetur, ideo de ipsa absolutione agendum est quando possit vel debeat sacerdos absoluere pœnitentem, vel non, & quomodo erga eū se habere debeat.

Vbi notandum, ꝙ absolutio est ruptio vinculi quo quis ligatus tenebatᷣ, vel liberatio à nexu prius contracto, per quam quis restituitur ad omnia quæ ante cēsuram, peccatum, vel aliū nexum ei licebant. ca. nos sanctorum. 15. q. 6. notat Host. in sum. de pœnit. §. quis sit. ver. hic notabis. Cumque duplex sit vinculum quo homo spiritualiter ligatur, scilicet cēsurarum & peccatorum principaliter, ideo de vtroq; agendum est.

Absolutio quid sit.

Quò ad primum, licet de eo satis abundè egerim op. de casib. reseruat. tr. de excomm. attamen ꝙ ad præsens attinet, notandum semel excōicatum vbiq; esse vitandum, donec constet de absolutione: vt not. gl. in c. proposuit. de sent. excomm. nisi multum tempus transierit, & persona sit talis cui dicēti se esse absolutam, credendum sit; vt d. Nau. c. 27. nu. 33. ver. 11. & Coar. in c. alma. 1. p. §. 2. nu. 6. & §. 3. nu. 2. de senten. excom. in 6. licet tutius sit vt vitet donec constet de absolutione, itē fallit si v. g. quis Romæ sit denunciatus excōicatus, ꝙ hic à nullo me excepto sciatur; eo enim casu non debeo illum publicè vitare, nisi id possit probare, sed tantum priuatim, quia sic eum infamaret, vt not. ibi Coar.

Excōicat⁹ est vbique vitandus, donec cōster de absolutione cum fallētijs.

Secundò notandum, ꝙ q̃n casus reseruatur ratione excōicationis anne-

xæ,

xx, sic .n. Papa semper sibi casus reseruat, amota p imponenté vel superioré excõicatione, casus amplius non remanet reseruatus, & à quolibet confessore potest absolui: vt d. Dur. 4 d. 17. q. 15. & ibi Palud. q. 5. & Nau. c. 27. nu. 254.

Excõicatio quibus casibus fit nulla remissiuè.

Tertiò, notandum, excõicationem esse nullam in multis casib. per me relatis in d. tract. f. 29. cum seq. vbi & abundè tractaui quando ignorantia excuset ab excõicatione, vbi & declaraui quando censeatur excõicatio incurri ipso iure vel non, & etiam qñ liceat vel non communicare excommunicato.

Excõicationem q non incurrant.

Quartò, notãdum, q excõicationem non incurrit qui non potest parere, vel iusta causa ad id non tenetur, vt si non potest denunciare furtum vel iusta causa ab eo excusat, non remediũ adhibeat vt cessante impedimento satisfiat iis quibus debetur: vt d. Nau. d c. num. 14.

Quintò, notandũ, q si iudex præcipiat debitori, vt soluat i certo termino alias sit excõicatus, q creditor non põt prorogare terminũ quò ad excõicationem vitandam, nisi & iudex cõsentiat: vt d. Host. & Inno. in c. præterea. 2. de appel. & Nau sequitur in d. cap. 27. num. 15.

Sextò, notandum, q absoluere ab excõicatione etiã in foro conscientiæ potest clericus, qui non est sacerdos dummodo habeat iurisdictioné: vt d. Coar. d. par. 1. q. 2. §. 15. nu. 10. & Nau. d. c. 27. num 4. nisi absolutio ab excõicatione iuncta sit cum absolutione à peccatis, quia tunc oportet, vt sit sacerdos: vt ibi dicit Nau. His ita notatis.

Absoluere quis ab excõicatione possit.

Primum sit dictum. Ab excõicatione iuris potest eps regulariter absoluere, nisi Papa, vel alius superior eã sibi reseruarit. c. nuper. vbi omnes de sent. excom. q si Papa eam sibi reseruauit ad illum est recurrendum.

Fallit primò, si crimen sit occultum, quia tunc eps potest absoluere ex Cõc. Trid. sess. 24. c. liceat. Vnde & ab hæresi occulta absoluere potest. ex eodé Cõc. non tñ eius vicarius cum ipse sit. Inquisitor ordinarius, vt tenet Cand. de absolut. nu 12. non obstante bulla cœnæ, & sic sentiunt grauissimi Theologi, vt ibi d. Cand. contrarium tñ puto verius, q eps nõ possit absoluere ab hæresi occulta obstante bulla cœnæ, nec alius ét vigore Iubilei, vbi non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi: vt inquit Nau. in Man. ca. 27. nu. 275. Simanca de cath. inst. tit. 3. c. 6. Pegna. in Dir. Inquis. 3. p. q. 92. cap. 141. dicens, ita sæpè fuisse pronunciatum in sacro prætorio Inquisitoris almæ Vrbis, Pium V. ac Greg. XIII. sic declarasse, & ideo ita tenendũ; qñ verò dicatur occulta declaraui in d. op. cas. vlt. Si verò sit notoria, licet Nauar. c. 27. nu. 89. dicat epm posse absoluere qñ non potest recurri ad Papam, tutius tñ est vt tñ in articulo mortis possit absolui: vt d. Cordub. in sum. q. 18. Silu. absolutio. 1. q. 4. & nu 8. Inquisitores etiã possunt absoluere ab hæresi complete. c. vt officium. vbi Io And. de hære. in 6. tenet Simanca de cathol. instit. c. 3. Couar. in reg. peccatũ. 1. p. n. 7. in fin. & in c. alma. 1. p. §. 11. num dummodo faciant abiurare hæresim vt dicunt prædicti, per bullam tñ cruciatæ, vel aliud priuilegium non intendit vnquam Papa concedere casum completę hæresis, nisi id exprimat expressè: vt. d. Coar. in d. 1. p. § 11. nu. 15. Simancas in Ench. c. 51. num. 4. Mandos in praxi tit. absolutio ab hæresib. fol. 58. Nau. c. 27. num. 275. & Greg. XIII anno 1577. respondit stilum esse & praxim curiæ Romanæ, & suam intentionem, q per clausulam generalem bullæ, vel Iubilei nũquam censetur cõcessa absolutio ab hæresi. Et ita eps à casu Papæ reseruato si sit occultus absoluere potest, non tñ si casus sit Papæ reseruatus post cõfirmationem Conc. Trid. vt sacra cõgregatio respondit epo Cremon. vnde non potest absoluere, ingredientes monasteria monialium, nec mulieres religiosorum, licet crimen sit occultum. Quòd si hæresis sit purè mentalis non expressa signo, verbo, scriptura, vel opere, q de se illam significet, ab ea quilibet confessarius absoluere potest: vt d. C. aiet. 2. 2. q. 15 art. 3. Castro lib. 2. de iusta hær. puni. c. 13. Simancas de cath. instit. c. 24. Coar. in reg peccatum. 2. p. nu. 7. Sot. 4. dist.

Rr 3

dist.22.q.2.art.3.Nau.c.27.n.56. Quòd si hæresis est exterior sine tñ consensu interno & pertinacia, nō incurritur excōicatio: vt d. Silu. verbo, hæresis.q.9. Nau loco prædicto, q ego intelligerem in foro animæ, quia in foro exteriori cēsetur hæreticus simul ac verba hæresim sapientia protulerit, licet id ipse nō credat, & ioco id fortè dixerit. ex bulla sanctiss. D Sixti V. dat.Non.Ian 1585. vt dixi in tract.de cas.reseru. cas.2.

Absoluere i mortis articulo an ōis sacerdos à quolibet casu possit.

Secundum sit dictū. In articulo mortis nullus casus, vel censura est reseruata.c.felices.de pœn.in 6.c.pastoralis. de offi.ord.clem.cupientes.de pœn. Et licet aliàs in tract.de excom. tenuerim cum Coar.sacerdotem excōicatum, & denūciatum vel degradatum nō posse absoluere in articulo mortis, magis pia tñ est alia opinio, q possit tunc absoluere ab omnibus ēt casibus Papæ reseruatis: vt inquit Pal.4.dist.26. q.1.ad fi. Maior 4. dist.17. Simancas de cathol.instit.ca.3. gl.in c.quod in te.de sponsal.& videtur determinatum in Conc.Tr.sess.14. c 7. d. omnes sacerdotes in articulo mortis posse quoslibet pœnitentes absoluere, & in ecclesia Dei semper seruatū esse, vt in illo articulo nulla sit reseruatio, maximè ēt cum Pal.4 dist.20.q.1.ar. & ibi Capr.& Ric.art.5.q.1. Cano de pœnit. p 5.Dur.dist.24.q.1. Io.Med.tr.2.de pœnit. dicant sacerdotem quemlibet iure diuino hře à Christo in articulo mortis potestatem iurisdictionis, & ideo ab ecclesia nō posse ei tolli, qñ verò potest facilis haberi recursus ad epm, Inquisitorem, & hmōi, absq; periculo, q interim infirmus decedat, non potest inferior absoluere à reseruatis sine licentia prædicta: vt d.Sot.4.dist.22.q.2. art.3. Nau.c.27.nu.111.nec ad id sufficit spes ratihabitionis superioris: vt d Henric. quodl 8.q.28.& Abb.in c.omnis.de pœniten.cum absolutio non possit stare in pendenti. Et idem potest absoluere etiā in periculo mortis, vt cum quis præliū ingreditur, vel mare turbatum, vel qñ mulier est proxima partui cum periculo tñ: vt d.Pal.4. d.17.q.2. Adr de conf. q 3.Io.Med.de conf.tr.2. Silu.confessio. 1 §.7.& absolutio.1.nu.10.Coar.in d.c. alma.1.p §.11.n.8. & Nau.c.27.n.272. §.7.& probatur ratione, nam ijs casibus tenetur quis ex præcepto confiteri, vt supra est dictum, & ideo cum cōcurrat præceptum confitendi, & pręceptū quo casus reseruetur, præpōderare debet id q iubet confessionem faciendam, cum confessio iure diuino sit instituta, reseruatio verò iure pōtificio, licet potestas reseruandi sit & ipsa iure diuino: vt hř in Conc.Tr.sess.14.c.7. reseruatio tñ ipsa est iure positiuo, & ideo ius diuinum à positiuo tolli nō possit arg.c.inferior. dist.21. quæ tñ intelligi debent qñ non potest haberi recursus ad superiorem, vel nō potest expectari eius licentia, & periculū adest, & impedimentū est causa efficax non eundi ad superiorem; si enim nauigatio posset differri, vel ingressus in bellum, vel expectari licentia secus esset dicendū, vel si non teneatur confiteri tunc, quia eadē militat ratio, & id procedit ēt in obsesso, telis tñ impugnato, iustè se defendente, vel si iniustè, modo eū iustè pœniteat, & inde exire non possit, & idem dicendum de ijs q iustitiæ ministerio sunt decapitādi, qñ non potest haberi copia superioris, vt supra; Debet tñ in eo articulo absolutus ea conditione absolui, vt cum conualuerit cum primum commodè poterit, accedat ad superiorem pro mādato suscipiendo, non pro absolutione cum iam sit absolutus, sed aliàs reincidit in eandem excōicationem. c.eos.de sent. excom. Dř autem commodè posse, cum cessauerit impedimentum, & aliquo ei tempore data, vt de necessarijs sibi prouidere possit: vt d.Host.in c.de cætero. extra eod. inspecta itineris, & personæ qualitate, vt d. Archi.in c.cupientes.de elect.in 6.& in foro conscientiæ sufficit quòd non sit in mora, vel negligentia. arg.ca.tua de spons. & c.eos.de sent.excom.in 6. q si excōicatio non sit adicta casui quem sibi eps fortè reseruat, absolutus in casu necessitatis à simplici sacerdote non tenetur si conualuerit superiorem adire: vt d Nau.in Man.c.26. num.27.28. Dř autem articulus mortis

pro-

probabilis, vel presumptus licet quis tunc non moriatur: vt ibi d. Nau. nu. 31. ver. 23. q. si quis excõicatus in illo articulo non confiteri potest, sed signa cõtritionis ostendit vt eleuando manus ad cœlum, pectus percutiendo, petendo confessorem &c. post mortem est absoluendus ab illo qui absoluere poterat qñ est denunciatus, ad hoc vt possit admitti ad sepulturam: vt d. Nau. c. 26. num. 32. Imo eo casu probabile est, vt possit à laico ab excõicatione absolui, & ei concedere indulgentias: vt d. Fel. in c. à nobis. 2. de sent. excom. Arm. absol nu. 39. 40. Silu absol. 1. nu. 8. Licet alij contrarium teneant, & in hoc prodest ei absolutio laici, quia hæres non tenetur pro absolutione Papam adire: vt d. Silu. tutior tñ est contraria opin. quam tenet Nau. c. 26. & si iam is est sepultus in loco sacro non est extrahendus, sed sepulcrum flagellandum, secus si in loco non sacro.

Absolutus t pe Iubilei à quacũq; excõicatio ne generaliter, & casu reserua to, si obliuiscitur aliquã censuram, pôt vi illius absolutiõis iterum ab ea absolui, & quomodo.

Tertium dictum Si quis tempore Iubilei confitetur cõfessori habenti facultatem absoluẽdi à peccatis, & censuris et Papæ reseruatis, si ab eo absoluatur generaliter à censuris, & obliuiscat aliquod peccatũ cuius absolutio erat Papæ reseruata, erit absolutus et ab excõmunicatione, & tenetur tantũ confiteri peccatũ omissum confessori ordinario, imo si confessor is Iubilei virtute electus non absoluit à censuris specificè, sed tñ dicit: Absoluo te, intendens etiã à censuris absoluere, erit absolutus & à peccatis, & à censuris: vt d. Coar. in d. c. alma. 1. p. q. 2. §. 11. nu. 12. vnde consulto faciunt qui tẽpore Iubilei, licet nullis censuris se sciant innodatos, faciunt se ab ijs absoluere, ex prædictis.

Absoluere à quib. possint casib. religiosi vigore suorũ priuilegiorum, vel quos confratres, aut alios priuilegiatos.

Quartum dictum. Religiosi mendicantes, si fiant confratres sanctissimæ Trinitatis, Corrigiæ, vel aliud priuilegium habeant quo ipsis concedatur, vt possint sibi eligere confessorem qui eos absoluat à casib. reseruatis, non possunt tñ eligere sibi confessorem: vt d. Ledes. 2. p. q. 19. art. 2. & sequitur Cand. de absolut. nu. 25. dicens ita responsum esse à Pio V. nõ potest et superior religionis, vel dispensare qñ casus est enormis. ex bulla Pauli III. anno 1546 vt si quis sit relapsus, falsarius, vel schismaticus, nec dispensare in homicidio volũtario; bulla enim omnium religionũ excipit casum illum. Dicuntur aũt mendicantes, ord. SS. Augustini, Francisci, Dominici, Carmelitæ, Seruitæ, Iesuitæ, & Iesuati. ex motu Pij V. 1567. & ibi probat Candel. nu 20. 25. possunt tñ regulares sine priuilegio absolui à sacerdote seculari: primò à venialibus: vt d. Sot. 4. d. 18. q. 4 art. 2. ver. at verò Nau. c. 4. nu. 5. secũdò, à peccatis de quib. aliàs directè sunt absoluti, vt ibi d. Nauar. tertiò, in articulo mortis. ex Conc. Tr. sess. 14. cap. 7. quartò, si superior id sibi concedat vt possit confessorem eligere, quia sic eligere potest regularẽ, vel secularem et ab epõ non approbatũ, quia Tr. Conc. sess. 23. c. 15. nil inouat circa regulares. Item dum iter agunt regulares possunt absolui à presbitero seculari: vt d. Nau. c. 4. nu. 7. & generaliter qui habet licentiam peregrinandi habet & tacitè vt eligat sibi confessorem ex expositis: vt d. Caiet. verbo, absolutio. c. 2. dummodo non fiat in fraudem. & licet religiosi habeant clausulam q possint audire peccata quorumcunq; & vndecunq; venientium, nõ possunt tñ audire confessiones aliorum religiosorum, nisi casibus prædictis. Mendicantes tñ admissum ad suam religionem .s. nouitiatum forte, possunt absoluere ab omni excõicatione: vt d. S. Ant. 3. p. tit. 24 c. 77. §. 1. vt refert Cand. ibi nu. 22. quæ tñ absolutio datur ad reincidendũ. s. si nouitius exierit religionem ante professionem reincidat in easdẽ excõicationes, & vota à quib. ante fuerant absoluti, vt declarat Paulus III. in bulla cõcessa Iesuitis anno 1546. & tradit Cand. ibi, quòd si ob morbum vel parentum inopiam is nouitius expellitur, & paratus sit redire cessante causa, vel et manere, tñ si ita expellitur, vt superior non intendat eũ amplius admittere, reincidit: vt ibi dicit Cand. num. 23. & 24.

Quintum dictum. Fratres mendicantes stantibus suis priuilegijs, q possint

absoluere quoscunq; & vndecunq; ad se venientes ab omnib. peccatis, & censuris, et Papæ à iure, vel ab homine reseruatis, exceptis contentis in bulla cœnæ Dñi, poterunt absoluere, præsentati & approbati ab epo iuxta formã. clem. dudum. de sepul. à prædictis censuris sine licentia epi, quia Papa solet dare facultatem eligendi confessorem absq; licentia epi vel parochi: vt d. Mandos. in praxi signaturę gratiæ. tit cõf. f. 75. col. 2. & Rom. cons. 266. & bullæ valent vt sonant, & non est dicendum, quòd Papa velit aliquos decipere.

Absoluere quis possit ab excõicatione hoīs.

Sextum dictum. Ab excõicatione hominis is tñ absoluere potest, qui excõicauit vel eius superior. ca pastoralis §. præterea. de offic ord. Fallit in delegato, nam finita delegatione post annum non potest absoluere excõicatum à se, sed est recurrendum ad delegantem. c. quærenti. vbi Pan. de offic. ord. Idem si Papa alicui mandet vt aliquem excõicet committẽdo ei nudum ministeriũ, secus si ipsi committat causæ cognitionem: vt d. ibi Pan. Tertiò, idẽ procedit si excõicatio inferioris confirmata sit à Papa ex certa scientia, & cum causæ cognitione. c. 2. de conf. vt. vel inut secus si fit confirmata simpliciter sine causæ cognitione, quia tunc eps potest absoluere: vt d. Io. And. in c. ex frequentibus. de institut.

Absolutus ab excõicatione vigore Iubilei, si sit ab hoīe, an sit vitandus.

Septimum dictum. Excõicatus ab homine si absoluitur vigore Iubilei ad effectum id consequendi, adhuc est vitandus donec absoluatur à iudice, qui eum excõicauit, vel superiore: vt dicit Coar. in d. c. alma. 1. p §. 11. num. 15.

Absoluere an possit Epus loci subditũ à casu reseruato alibi incursum.

Octauum dictũ. Absolui quis potest ab epo loci in quo moratur à sententia iuris quam incurrit in alia diœcesi; vel sit ius sinodale, vel cõe: vt d. Ric. 4. dist. 18. art. 9. q. 5. non autem ab excommunicatione hominis: vt ibi d.

Absolui ab excõicatione an possit nõ pœnitens, & quomodo.

Nonum dictũ. Excõicatus à iure non est absoluendus, nisi pœnitens sit, quia cùm excõicatio à iure non feratur, nisi ob culpam mortalem. ca. nemo. 11. q. 3. non pœnitens non est absoluendus. arg. c quod quidam. de sent. excom: nec etiã excõicatus à iudice, cùm nemo à iudice excõicandus sit, nisi ob contumaciã mortalem, ideo non cessans ab illa contumacia, vt non pœnitens nõ est absoluendus, potest tñ iudex, cum viderit excõmunicationem non prodesse illam amouere etiam ab inuito: vt d. D. Th. 4. dist 18. Palu. ibid. q. 5. vtr. 3. manente tamen causa excõicationis non est admittendus ad sacramenta, vt ibid. Pal.

Absolutio iniusta ab excõicatione an teneat. & qd de inualida.

Decimum dictũ. Absolutio licet iniusta ab excõicatione tenet, nõ autem si sit obtenta ex falsa causa, quia primo casu adest intentio superioris, non asit secundo, vt quia exprimat vnam causam & aliã taceat, vel pluribus quis nodatus sit excommunicationibus, & vnius tantum absolutionem petat: vt dicit Coar. ibid §. 12. num. 14.

Absolutio ab excõicato pro offensa qualiter præstanda.

Vndecimum dictũ. Absolutio ab excõicatione pro manifesta offensa impẽdi nõ debet, nisi præmissa satisfactione. c. ex parte. 1. de verb. sig. ꝙ intelligitur si potest satisfacere, alias sufficit cautio de satisfaciendo, vt ibi not. & declarat Coar. d. §. 12 nu. 11. saltem iuratoria ꝙ satisfaciet pro se, vel hæredes, cum primum poterit: vt d. Nau. c. 27. nu. 47. & ca. 26. num. 7. absoluens tamen sine tali cautione non incurrit excommunicationem: vt d. Nau. c 12. num. 75.

Absolui qño debeat his bullas, & qd si peccauit ꝯfidentiã.

Duodecimum dictum. Qñ quis habet bullas vt possit eligere confessorem qui eum absoluat à casibus Papæ reseruatis, & concedere indulgentias; requiritur vt confiteatur sacramentaliter vt possit absolui, & indulgentias lucrari, & ita, ꝙ confessio concurrat cum absolutione: vt d. Nau. c. 26. nu 31. ver. 22. is tñ non poterit absolui ex bullis concessis confraternitatib. à casib. reseruatis quos commisit in confidentiam bullæ, ex declaratione Pauli III. vt dr, & idem sentit Coar. var. resol. lib. 3. c. 10. n. 15. ver. 20. d. peccantem sub spe absolutionis obtinendæ virtute literarum apostolicarum, non posse ex vi ipsarum absolui, in quo tñ contrarium sentit Nau. tẽpore Iubilei, cuius opinio probabilis est ex vsu, at illa fortè iure verior.

Decimumtertium dictũ. Ab excõicatione

Absoluere ab excõicatione lata p Cõcilia finodalia, vel prouincialia, quis possit, & quo, & q de delegato cũ generali potestate absoluẽdi ab excõicatiõe.

tione lata per statuta Cõciliorum prouincialium, vel finodalium potest non solum Archieps, sed et eps absoluere sibi subditum: vt d. Archid. in c. 1. d. 17. cum hmõi sententia sit iuris. arg. c. nuper. de sent. & sequitur Pan. in c. graue. de praeb. & procedit et si subditus in alia dioecesi excõicationem incurrisset, vt ibi d. Pan. & et si statuta pdicta sint confirmata à Papa: vt d. Io. And. in c. ex frequentibus. de instit. quia ex quo non sibi reseruauit absolutionem eps potest absoluere. c. nuper. de sent. excom. & iidem absoluere possunt excõicatos etiã per statuta legatorum quae faciunt in legatione, vt iidem dicunt, q intelligitur qñ per viã iuris, vel constitutionis eduntur, secus si per viam sententiae vel ab homine, quia tunc ad illos est recurrendum, vel ad delegantem vt supra. Et nõ solum eps potest absoluere sibi subditum ab excõicatione cõtracta in aliena dioecesi, sed et existens in aliena dioecesi potest absoluere sibi subditos, si tñ causae cognitio requiratur, aliàs secus, cum ibi sedere non possit pro tribunali. c. epm. 11. q. 1. Et idem dicendum est de legatis de latere, qui extra terminos suae legationis quò ad subditos possunt exercere iurisdictionem voluntariã nõ aũt contentiosam; eps tñ expulsus extra dioecesim petita licentia à dioecesano, licet non obtenta posset absoluere sibi subditum et vbi causae cognitio requiritur in foro tñ animae tñ: vt dicit Silu. absolutio. 1. nu. 11. Si verò eps alicui committat absolutionem ab omni excõicatione, is nõ potest absoluere ab excõicatione cuius absolutionem eps non commisisset in speciali. ex regul. in generali. de regul. iur. in 6. vt si ipsi episcopo damnum intulit.

Ab soluere an possit eps excõicatum ab inferiori, & quo.

Decimumquartum dictũ. Eps potest absoluere excõicatum ab Archidiacono, vel alio dioecesis qui id ex priuilegio, vel consuetudine habeat, et illis nõ requisitis, licet id non deceat: vt d. Inn. in c. cum ab ecclesiarum. de offic. ord. cũ eps sit ordinarius clericorum & laicorũ suae dioecesis. cap. 1. de offi. ord. & ij sint epi vicarij. c. 1. de offi. archid. q tñ intelligitur si consuetudo non adsit q tales ab epo absolui non possint, quia tũc est seruanda. c. dilecto. de offic. archid. prouincialis et ordinis mendicantium absoluere potest quem prior excõicauit, & idem de quolibet vicario qui habet plenitudinem potestatis super subditis priorum cõuentualium, vel habeant ex cõstitutionibus, vel indulto apostolico; Archieps tñ id nõ potest respectũ subditorũ suffraganei. Gem. in c. perpetuo. de censib. in 6. nisi dum visitat, vel nisi causa ad eũ per appellationem sit deuoluta. §. sanè c. venerabilibus. de sent. excom. in 6. cum seq. quo casu si excõicatio est iniusta statim eum absoluere debet, si iusta debet remittere ad excõicatorem, si tñ absoluit, tenet absolutio; distinguendo vlterius, vt hr apud Silu. absolutio. 2. q. 7. Si verò eps committit alicui vices suas non potest absoluere excõicatos à subditis ipsius epi, nisi id expressè concedant. arg. c. si eps. de poenit. & rem. in 6. quia sic fieret eis iniuria vt d. Silu absolutio 2. nu. 2. imò etiã si cui concedat casus suos non intelligit cõcedere absolutioné ab excõicatione, sed tñ eos casus quibus excõicatio nõ est annexa: vt d. Silu casus. in prin. & cõfessor. 3. §. 6. Nau. in Man. c. 27. nu. 285. & minus commutationem votorũ, vel dispensationẽ super irregularitate, quia in generali concessione non veniunt ea quae quis in specie verisimiliter non esset concessurus. d. cap. si quis episcopus. de poenit. & remiss. in 6.

Absoluere à possit capitulũ sede vacãte excõicatum ab epo, vel ab excõicatione iuris vel casu reseruato.

Decimumquintum dictũ. Epo mortuo capitulum absoluere potest ab eo excõicatum etiam à sententia iuris. c. si eps. 11. q. 3. e. vnicum. de maior. & obed. in 6. q si officialis epi excõicati aliquẽ absoluit, si quidem est constitutus post quam est excõicatus, & non tenet absolutio; si verò ante, tunc vel coepit vti officio antequam eps esset excõicatus, & est absolutus: vt d. Ric. 4. dist. 18. vel post & et sustineri potest q sit absolutus. cap. Romana. de offic. vic. in 6. licet Ric. contrarium sentiat. ita Silu. excommunicatio. 2. num. 6.

Decimumsextum dictum. Ab excõicatione

Absolui an possit quis ab excõicatione sub cõditione.

catione nemo potest absolui sub conditione, v.g. si satisfecerit arg. reg. actus. de reg. iur. in 6. q intelligitur de conditione de futuro suspendente actum, secus si est de præterito, vt si id fecisti te absoluo, & sic etiam absolutio ad cautelam dari potest quando quis dubius est an excõicationem incurrerit. c. inquisitioni. de sent. excom. quòd intelligitur quando est verum dubium, quia tunc pars tutior est eligenda. cap. iuuenis de sponsal. si verò sit scrupulus ad consiliũ boni viri eum deponat.

Absolutionem ab excõicatione quis alteri committere possit.

Decimumseptimum dictũ. Qui possunt absoluere ab excõicatione virtute iurisdictionis delegatæ à principe, vel concessa in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, vel officij, vel alterius ordinariæ potestatis, possunt committere alijs absolutionem: vt d. gl. in c. fi. de offi ord. Imo simplex ministeriũ absoluendi potest delegari ẽt à delegato ordinarij, & à subdelegato legati Papæ, licet non possint delegare suas iurisdictiones, quarum ratione id eis competit, nec aliquem capitulum iurisdictionalem. c. super §. quem verò. vbi Fel. nu. 4. & 19. de offi. deleg. & Nau. c. 27. n 46. & ẽt absens per procuratorẽ absolui potest. ca. qui ad agendum. vbi Io. And. de proc. in 6. & in foro animæ ẽt sine procuratore, & etiam ignorans, dummodo prælatus ad quem spectat absoluere id intendat; in foro tamen externo, non debebit se æstimare absolutum, nisi vbi id sibi legitimè constiterit. Silu. absolutio. 4. num. 9. q. 5. & 6.

Absolui an possit ligatus plurib. excõicationib. si oẽs non exprimit.

Decimumoctauum dictum. Ligatus pluribus excõicationibus oẽs exprimere debet. cap. officij. de sent. excom. c. ex parte. de offic. ord. si tñ generaliter absoluitur ab omni excõicatione, licet id nisi specialiter fieri non debeat, tñ factũ tenet, nisi dolosè subticeret vnam in foro animæ. c. cũ per causã. & c. officij. de sent. excom. vbi Pan. q intelligitur qñ quis erat excõicatus pluribus excõicationibus ab eodem iudice, quia absolutus ab vna censetur absolutus ab omnibus, nisi aliud exprimatur, secus si à diuersis: vt d gl. in c. sunt plures. verbo, de omnibus. de pœnit dist. 3. & sequitur D. Th. 4. dist. 18. q. 2. art. 5. & Fel in d. c. cũ per causam. q si excõicatio fuit vna & causæ plures, vel vna causa p se sufficit, & tunc tenet absolutio si illa causa exprimatur. arg c super literis. de rescr. si verò plures causę per se sufficiunt, vt quia plures clericos percussit, vel eundem pluries varijs tẽporibus, debet oẽs causas exprimere, & vna absolutio sufficit pro oĩbus, aliter est subreptitia absolutio, & si vnam earum tñ exprimit, & accipit absolutionem generalem, valet, nisi fraus adsit, maximè si causas exprimit in generali dicens sẽ pluries talia fecisse, q si nulla per se sufficit, sed omnes simul, absolutio non tenet nisi omnibus expressis: vt ibi d. Pan. quia sic non exprimitur causa sufficiens sententiæ, & sic iudex non iudicat hunc ligatum, ac proinde nec intẽdit absoluere: si verò eo casu intenderet absoluere ad cautelam, est absolutus cum absolutio pendeat à voluntate absoluentis, & in omnibus prædictis si constaret de voluntate absoluentis tenet absolutio ẽt nulla causa expressa loquendo de excõicationibus, secus de peccatis, quæ omnia sunt exprimẽda. Ligatus à pluribus iudicibus est vitãdus donec ab omnibus sit absolutus, nisi alij vni vices suas mandent: vt not. in c. officij. de sen ten. excom. nisi absoluat vnus omnium superior: petens tñ absolutionem ab vno iudice pro vna causa, debet ẽt alias exprimere: vt not. in d. c. officijs. cum ligatus pluribus excõicationibus ab vna absolui possit alia manente, vt ibi not. Ita Silu. absolutio. 3. nu. 11. 12.

Excõicat. qñ intelligatur absolutus vel non, & qd si salutatur à superiore.

Decimumnonum dictũ. Excõicatus non intelligitur ex hoc ipso absolutus, q Papa eum salutat vel aliter ei participat. clem. si summus. de sent. excom. si tñ cõstaret q Papa sic intenderet eum absoluere esset absolutus cũ is non subijciatur formæ iuris, sed sit supra illud. c. proposuit. de conces. præb. si tamen Papa non exprimat id nõ censetur absolutus: vt d. Innoc. in c. cũ olim. de priuil. q si eps vel inferior Papa excõicatum salutat, non per hoc intelligitur eũ absoluere,

soluere, nisi id exprimat verbo denotante absolutionem: vt not. in ca. cum desideres. de sent. excom. cum prædicti subijciantur formæ iuris, & in absolutione aliqua forma requiratur; vnde excõicatus ad tempus donec satisfecerit abs[que] eo, eget absolutione etiam postquam satisfecit, secus si suspensio vel interdictum feratur ad tps., quia lapso tempore tollitur ipso iure: vt d. Pan. in c. si. de matr. contra int. quia in absolutione requiritur certa forma, licet non necessario, non aũt in suspensione, & interdicto, si tñ Papa ad tempus excõicat, lapso tempore non eget absolutione, si constat de mente Papę q[uod] intendat tũc absoluere, q[uod] tñ debet elici ex verbis Papæ, aliàs in dubio nõ censetur absoluere: q[uod] si quis reuocet constitutionem, qua aliquis est excõicatus, si quidem sic reuocat vt velit eã haberi p[ro] non facta, non eget absolutione, vt d. gl. in clem. vnica. verbo, infectis. vbi Card de immu. eccl. si verò reuocatur simpliciter secus est, id tñ non procedit in constitutione epi, nã licet reuocetur, & habeatur pro nõ facta, adhuc egebit absolutione, cum in Papa id procedat ex plenitudine potestatis, qui irritat et effectum præteritum: vt d. ibi gl. Silu. absol. 3. nu. 7. & 8.

In absolutiõe ab excõicatione à pars aduersa sit citanda.

Vigesimum dictũ. Ad actum absolutionis ab excõicatione pars aduersa est citanda: vt d. Pan. in c. qua fronte. de appel. q[uia] interesse potest partis, vt quia fecit expensas quas consequi debet ante absolutionem; si tñ absolutio fiat parte non vocata tenet si fiat ab excõicante, vel superiore cõcurrente cum eo ad actum iurisdictionis circa excõicatum. ca. cum ab ecclesiarũ. vbi gl. de offi. ord. nam absolutio facta à iudice non suo, licet iniusta, tenet. c. venerabilib. §. vbi. de sent. excom. in 6. qñ verò absolutio fit à iudice ad quẽ deuoluatur iurisdictio solum per viã appellationis, vt in Archiepo, si ad eũ non est appellatum, non valet absolutio, secus si recipiat appellationem ex causa probabili emissam, quia tũc absolutio tenet ab eo facta parte non citata, quia licet faciat contra ius litigatoris, non tñ contra ius cõstitutionis, q[uod] si vult reuocare sententiam excõicationis, vt iniustam, vel nullam dicere, id nisi partibus vocatis non potest; aliàs annullatio non valet, quia reuocatio est actus iudicialis, absolutio verò actus pœnitentialis. Et eo casu Metropolitanus, si certum est sentẽtiam excõicationis esse iustam, debet remittere excõicatum ad excõicatorem & eũ non absoluere, nisi periculũ sit in mora, vel nisi excõicator malitiosè nolit eũ absoluere, si tñ absoluit tenet absolutio, q[uod] si constet sententiam esse iniustam, statim debet absolui, nec remitti ad excõicantẽ, q[uod] si dubitetur an sententia iusta sit vel nõ, superior potest eam secundùm formam ecclesiæ relaxare, nisi deferat excõicatori, q[uod] est honestius. c. venerabilibus. per totum. de sent. excom. in 6. q[uod] si subditus suffraganei non appellauit, sed per viam querelæ superiorem adiuit, ad inferiorẽ pro absolutione est remittendus: vt d. gl. in cap. per tuas. de sent. excom. q[uod] si nõ vult absoluere, absoluet archieps. c. ad reprimendam. de offi. ord. & si est periculum in mora ob hmõi remissionem, statim Archieps absoluet. ca. sacro. de sent. excom. q[uod] si sententia euidenter est iniusta, potest Archieps declarare prædictũ irrationabiliter fuisse ligatum, licet ad ipsum non appellarit. c. solicitudinem. de appel. qñ etiã non est appellatũ, si excõicatus interponat quærelam apud superiorem de suffraganeo, vt ei imponatur pœna p[ro] iniusta excõicatione, & suo interesse, debet eum audire, sed nõ si quæratur de illo vt relaxetur sententia quam is contra se pro alio promulgauit, quia ad partem pertinet id tueri & non ad suffraganeum. q[uod] si suffraganeus extra iudicium pro defensione iuriũ suorũ, vel in iudicio ex officio procedens aliquem excõicet, tunc suffraganeus est conueniendus coram Archiepo, vel eius officiali, quia tunc ipsius interest defendere causam suam. d. c. venerabilibus. Ex Conc. verò Tr. sess. 13. de ref. c. 1.

c.1.2.& 3. statuitur vt in causis vitatio nis, correctionis, vel inhabilitationis, & criminalibus ante diffinitiuam sententiam vicarij, nõ appelletur, nec huiusmodi appellatio admittat, nisi huiusmodi grauamen per diffinitiuã sententiam non possit reparari, aut non valeat appellari, & hmõi causa appellationis cõmittatur Metropolitano, vel vni ex viciniorибus epis, intra tempus ibi.c.3. assignatũ, & suspensus ab epo, sine illius licentia restitui non potest. c.1.sess.14.& c.5.ibid. & c.8.& 10.sess. 24. per hæc tñ appellatio non prohibetur. Vlterius absolui debet excõicatus offerens se ad iustitiam, licet aduersarius appellet ne absoluatur in aliquib. casibus: primò, qñ excõicans recognoscit errorẽ suæ excõicationis, quia sic illam reuocare debet nõ obstante appellatione. ca.ex sacramento. de sent. excom. Secundò, si de errore dubitat, & reus præstat cautionem de parendo iuri: vt ibi dr̃. in quo tñ cauere debet iudex ne errorem fingat. Tertiò, licet non appareat error, nec dubitetur, & reus petat absolui præstita cautione de parẽdo iuri. c.qua fronte. de appel. q̃ fallit tñ qñ excõicatus petit absolutionem ad cautelam, dicens sententiã nullam fuisse, falsam, vel dubiam, nam aduersario dicẽte eum pro manifesta offensa excõicatum, & probat id intra octo dies, non absoluatur nisi emendã præstet. c.solet. de sent. excom. in 6. q̃ si non probet, cum cautione iuratoria absoluetur, q̃ si excõicatus impetret absolutionem aduersario sciẽte, nec contradicente, aut aliquid petente, remisisse videtur, & conqueri postea non potest. c.quamuis. de sent. & re iud. q̃ si excõicatus absolutè appellet non suspenditur effectus excõicationis, secus si sub conditione, vt nisi satisfeceris excõicatus sis, quia si pendente cõditione appelletur suspendit̃ effectus excõicationis. Abb. in cap. per tuas. de sent. excom. in c.pastoralis. de appell. Silu. excommunicatio. 2. §.15.

Excõicatio qñ di-catur à iure vel homine, & quomodo differant, vel qui ab ijs absoluere possint.

Vigesimumprimum dictum. Ad dignoscendum ad quem spectent absolutio an sit. s. à iure, vel ab homine datur hæc regula, q̃ si fertur per viã constitutionis, vel statuti, licet ab homine dr̃ actus iuris, & excõicatio à iure, si verò feratur per viam sententiæ dicit̃ excõicatio ab homine: vt d. Pan. in c. irrefragabili §. cæterum. de offic. ord. Maxima aũt est differentia inter vtrãque, quia si sit excõicatio iuris, nec Papæ sit reseruata absolutio, ab ea absoluere eps potest. c.nuper. de sent. excõ. si verò est sentẽtia hominis ab ea absoluere potest tñ is qui tulit, nisi amisisset iurisdictionẽ, vt delegatus post annum, vel successor in officio, aut superior, vt supra est dictum; & dixi in tract. excõicationis. Alia differẽtia est, nam mortuo statuente, vel amoto durat sententia iuris, donec sit reuocata à superiore vel successore; si verò est edictum hominis statim cessat eo mortuo: vt d. Maior. 4. d. 18. q. 1. ver. 2. arg. §. edicta prætorum. Instit. de iure nat. nisi iam cœperit hr̃e effectum, vt ibi d. Maior. tunc autem dr̃ rés non integra qñ excõicatio est conditionalis, vel aliàs edictum respicit futurum, nã tunc si edicens interim moriatur, nõ ligat, nisi iam cœpisset hr̃e effectũ: vt dicit Abb. in c.nemini. de offic. ord.

Absolutio ab excõicatione qua forma fieri debeat.

Vigesimumsecundũ dictũ. Absolutio ab excõicatiõe maiori hoc ordine fieri dẽt quò ad bene esse, vt absoluẽdus ante iuret parere mandatis ecclesiæ. c. ex tenore. de sent. excom. vel mandatis absoluentis, si tñ id omittitur tenet absolutio; & mulieres etiã iurare debent, de pueris verò relinquitur arbitrio epi. Secundò, q̃ iuret se amplius id non commissurum pro quo est excõicatus. ca. ex tenore. de sent. excom. nisi in casu concesso, quia beneficium iuris nulli est auferendum. l.4. ff. de re iudic. quæ iuramenta in excõicatione occulta omitti possunt, nisi sint grauia crimina, vt hæresis, presbitericidium, statutum contra libertatem ecclesiæ, &c. vbi non sat est in vltimo iuramentum, sed requiritur etiã cautio de non contrauenendo. iuxta ca. grauem. de sent. excom. Tertiò, vt quãdo

quis

quis est excõicatus ob manifestam offensam satisfaciat, iuxta facultates. c. porrò c. parochianus. de sent. excom. pro cõtumacia verò vel offensa dubia sufficit cautio iuratoria, vbi nõ petuntur expensæ. c. ex parte. 1. de verb. sig. vbi verò petuntur, vel damnum, non est absoluendus, nisi satisfaciat vel præstet cautionem idoneam satisfaciẽdi, si ad pinguiorem fortitudinem deuenerit. c. odoardus. de sol. d. c. ex parte. 1. quam si non potest præstare iuratoria præstetur; absolutio verò non negabitur. c. si presbiter. 26. q. 6. & in foro conscientiæ sufficit satisfacere secundùm posse, & si hic ordo non seruatur, tenet absolutio, licet peccet sic absoluens. d. cap. odoardus. Quartò, vt absoluens rationabilia imponat absoluto, vt ꝙ non veniat cõtra canonem illum. Quintò, vt absoluens imponat pœnitentiã absoluto, vt percussori clerici vel monachi satisfactio pecuniaria, quæ monasterio applicari potest. c. cum ad monasterium. de stat. mon. c. non dicatis. 12. q. 1. vel ipsi percusso si sit clericus secularis, nisi in ecclesiæ iniuriã fuerit percussus, quia tunc ecclesiæ satisfiet quæ agere potest. §. si cõmuni. Instit. de iniur. & si imponeret irrationabilia, absolutus posset appellare. c. vt debitus. de appell.

Absoluẽs de facto quẽ nõ potest iure, quid agere debeat.

Vigesimumtertium dictum. Absoluens de facto quem non potest ab excõicatione debet eum monere de errore si potest, & cõsulere ꝙ denuo impetret absolutionem, & interim se habere ad illum ac si non absoluisset: vt d. Silu. absolutio. 2. num. 12.

Absoluere ab excõicatiõe minori quis possit.

Vigesimumquartum dictum. Ab excõicatione minori absoluere põt quilibet sacerdos, qui absoluere potest à peccatis. c. nuper. de sent. excom. licet non sit eius parochus, si habet tñ venialia: vt d. Nau. c. 27. n. 39. & ei debet exponere causam petẽs absolutionẽ, licet nõ sit necessarium; ex parte verò absoluẽtis, vt absolutè absoluat, aliter non valeret absolutio, nec requiritur cautio iuratoria. d. c. nuper. de parendo mandatis, vel damno resarciendo, nec verbera oĩno, vel alia solennitas præter simplicem confessionem, quæ tñ nõ est necessaria, quia sufficit rem sacerdoti significare, & licet sacerdos minori excõicatione ligatus sit potest ab ea absoluere. c. duobus. de sent. excom. Silu. absolutio. 3. nu. 4.

Quæ verò sit forma absolutionis ab excõicatione dicetur inferius, & quæ excõicationes in iure sint, videndus est Nau. c. 27. in Man. qui eas enumerat & optimè declarat, & alij. An verò absolutio præstita excõicato teneat, dictum est sup. De absolutione aũt à suspensione, interdicto, & irregularitate videnda sunt, quę dixi in tract. de censuris ecclesiasticis, & maximè cum sæpè stare possit absolutio à peccatis, manente aliqua suspensione, irregularitate, &c. vbi est dictum. Et hæc dixisse sufficiat de absolutione ab excõicatione qñ pstanda sit vel non, & à quo & quomodo. Quando verò casus episcopo est reseruatus, quid agendũ sit, dictum est supra.

Absolui an possit à peccatis, non pœnitens, vel non bene dispositus, & qũo monendus.

Quò ad secundum, videlicet de absolutione à peccatis, Aut pœnitens est rectè dispositus, iuxta superius dicta, & inferius dicenda, & tunc sacerdos, satisfactione imposita, modo nullum adsit impedimentum, tenetur sub pœna peccati mortalis eum absoluere: vt d. Barth. Med. ĩ sum. lib. 1 c. 13. in prim. confessor enim debet si fieri põt, modo iusta causa non sit, nullum dimittere absq; absolutione: vt d. Silu. confessio. 1. num. 20. Ang. confessio. 4. nu. 3. Nau. c. 26. nu. 3. Aut omnino impœnitens est, vt quia non vult relinquere vllo modo concubinã, & hmõi, & tũc absolui non potest, sed ei consilium, & pœnitentia ei est imponendã, iuxta cap. quod quidam. extra de pœnit. Aut non habet dolorem peccati, vt par est & ad id per confessorem est inducendus: primò proponendo ei q̃ grauis res sit peccatum; si enim graue est crimen læsæ maiestatis contra regem cõmittere, multo grauius est peccatum contra diuinam maiestatem commissum, ꝙ ex ea quoq; dignoscitur ꝙ ad

illud

illud curãdum opus fuerit filium Dei mitti vt significetur magnũ esse morbum cui tanta opus est medicina: vt d.Bern.serm.1.de aduen.dñi.& si Christi crucifixores grauissimum scelus cõmisere, non minus peccator peccat, qui quantum in se est, peccato denuo Christũ crucifigit.Heb.6. Secundò, vt consideret, eum quem peccato offendit, illum esse qui cũcta ex nihilo creauit, cui omnia obediunt, in cuius conspectu omnia contremiscunt, & vt nõ tremit peccator qui tantam maiestatẽ offendit; si enim formidaret se semel principem terræ vno verbo offendisse, quanto magis cum toties illũ Dominum offenderit, qui potest perdere corpus & animã tradere in gehennã. Tertiò, vt consideret mala quæ ex peccato contraxit, & bona quibus se peccando priuauit; peccato enim amittit gratia & amicitia Dei, meritum quoque & bona quæ fecit suffocãtur, peccato homo infirmus fit, bono impotens, ac debilis vt dæmoni resistat, ac eo in periculo assiduò in infernũ præcipitandi, cũ momenti vitæ tutus non sit, constituitur, peccato homo dæmonis seruus efficitur à qua seruitute, nisi mediante gratia Dei non liberatur, peccato homo vilis efficitur cum iumentis similis reddatur, peccato anima adulterium committit, fidẽ sponso cœlesti promissam frangendo, peccato homo separatur à Deo in hac vita ex gratiæ priuatione, & in futura ex gloriæ negatione, peccato anima deturpatur, cum imaginem Dei eo amittat, peccato homo bonis quę in ecclesia sancta fiunt priuatur; vnde si dolet qui propinquos, vel res temporales amittit, quanto magis ex peccato dolendum ꝙ tot mala affert. Quartò, vt consideret mala quæ fecit corã Deo, cui omnia sunt nuda, commisisse, & si ea coram terrenis hominib. committere erubesceret, quãto magis coram tam excelsa maiestate ea committere est erubescendum. Quintò, vt consideret quàm Deo ingratus extiterit, q eum creauit, redemit, tot beneficijs corporalibus, & spiritualibus ditauit, & toties tñ eum iniuria affecerit, contempserit, & offenderit. Vltimò, vt cõsideret quã grauiter Deus percusserit peccatores vt in Lucifero, in Adam & Eua videre fuit, in diluuio, in quinq; ciuitatibus, in Pharaone, & huiusmodi. His medijs, & hmõi excitandus est pœnitens ad dolorem peccatorum, cũ Hierem. dicente. Plora te sicut mater planctum facit super vnigenitum qui mortuus est, & Aug. de pœnit. medicina. non sunt in te ô Christiane viscera pietatis, qui luges corpus à quo recessit anima, animã verò à qua Deus recessit non luges; ita vt pœnitens doleat saltem ꝙ non doleat vt par est, vt dictum est sup. cap. de contritione. Et si his medijs nullum de peccato dolorem cõcipit, nec id vult relinquere non est absoluendus, vt sup. est dictũ, ꝙ si dolet sed imperfectè, sic tñ vt dolor ille cum sacramento coniunctus, modo superius explicato, sufficiat, absoluendus est. Aut moratur in occasione proxima peccati, & tunc seruanda sunt quæ dixi supra in princip. cap. 1. propos. 7. cum seq.

Aut nõ sufficienter examinauit cõscientiam iuxta tradita superius, vbi de defectibus confessionis est actũ, vbi traditũ est quanta examinatio requiratur, remittendus est vt eam examinet, & reuertatur, ꝙ benignè fiat, docendo quanti ponderis examen conscientiæ sit & confessio, & si cũ negotij gesti alicui ratio reddenda est, magna diligentia adhibeatur, multo maior vbi de re tam graui, scilicet actionum suarum etiam occultissimarum nempe cogitationum confessori vice Dei rationem est redditurus, vt ijs cognitis, ab illis vt benignus iudex confitetur, non more iudicij externi condemnet, sed absoluat. Absolui ã possit qui non bene se examinauit.

Aut aliquod subest impedimentum ex parte pœnitentis, quia de extantibus ex parte confessoris, superius est dictum. Et tunc.

Primum sit dictũm. Si pœnitens frequenter in eadem peccata mortalia q Absolui ã debeat re-

incidẽs in peccata, vel occaſionib. eorum irretitus, & q̃uo.

ſæpè confeſſus eſt; relapſus inuenitur, ſacerdos ipſius inconſtantiam reprehendat, ac remedia ſuperius relata ei applicet, mãdans ei vt per aliquot dies iis vtatur quibus peccato illi reſiſtere poſſit, quo peracto reuertatur, abſolutionem recepturus, nec id contradicit dicti Dñi. Matth. 13. dicenti pœnitenti ſeptuagies ſepties peccanti & pœnitenti remittendum; id enim procedet, ſi è re pœnitentis qñque non ſit, vt abſolutio ſuſpendatur; ex hoc enim non negatur abſolutio pœnitenti, ſed quæritur vt vulnus prius rectè diſponatur, & impedimenta amoueant. Vnde iis qui morantur in aliquo ſtatu peccati aliquo modo, licet amplius non peccent, vt quia cum aliqua peccarũt, quam domi vel foris alunt, ẽt remoto ſcandalo, eſt ſuſpendenda abſolutio donec ſeparatio ſit facta, modo dicto ſup. de occaſionib. peccati, ſic vſurario donec illicitum officium dimiſerit, & pariter ei qui cum aliquo eſt rixatus, donec pacem inierit, qñ tenetur ſuſpendenda eſt abſolutio; ſimiliter cum pœnitens aliqua cenſura, vel caſu reſeruato ligatus eſt; ſic enim eſt ſuſpendenda abſolutio donec ſit abſolutus à ſuperiore, vel ab eo illum abſoluendi facultas habita; pari modo cũ ſacerdos dubitat de pœnitentis diſpoſitione, vt an contritionem, vel attritionem neceſſariam habeat, vel an rectè cõfeſſus ſit, vel an firmum propoſitum vitam emendandi habeat; tunc enim iubeat ſacerdos vt oret ad Deum vt illuminetur, ꝙ ipſe quoque præſtabit, & reuertatur, quem ſi diſpoſitum inuenerit abſoluat, aliter differat. Idem quoq; procedit cum aliquis caſus contingit, in quo confeſſor ſtudendum, vel conſulendum eſſe decernit; tunc.n. differatur abſolutio, & petatur licentia à pœnitente de eo cum peritiori colloquendi tacito tñ ipſius nomine, &c. Idem quoq; denique peritus confeſſor præſtet quotieſcunq; è re pœnitentis cenſuerit abſolutionem differendam eſſe, vt cũ aliqui licet Chriſtianè viuere cupiant, facilè tñ in eoſdem relabuntur defectus, ꝙ experientia viſum eſt multum profuiſſe etiam in viris religioſis; ſic enim tepiditas in eis ſublata eſt, & vim ſibi ipſis inferentes, defectus illos ſuſtulerũt pedetentim, quibus tamen nõ ſtatim in initio abſolutio eſt ſuſpẽdenda, ſed monendi prius, cum in eoſdem defectus ſæpè relapſi fuerint, ſi illos non ſuſtulerint, abſolutionem eis negandã, & reipſa id præſtare, ſi id nõ egerint. Quibus tñ caſibus confeſſor benignè pœnitentem dimittat, aſſerens id magis proficuum eſſe vtriuſq; conſcientiæ, & licet non quieſceret, ſed inſtaret pro abſolutione obtinenda, niſi præmiſſa præſtiterit, adhuc benignè eſt ſuſpẽdendus, exemplo Petri, cui à Dño benignè eſt dictum, ꝙ modo non intelligis, ſcies autem poſtea. Ioan. 13.

Euchariſt. qñ eſt differẽda miniſtranda pœnitenti.

Secundum dictum. Quandoq; expedit vt ſacerdos pœnitentem à cõione ſuſpendat, & licet ex prædictis ſatis colligi poſſit qñ cõio ſit ſuſpendenda, quoties ẽt abſolutio ſuſpendatur, cum non liceat ad ſacratiſſimam Euchariſtiam abſq; præuia confeſſione accedere, attamen quia qñque expedit eum qui eſt abſolutus abſtinere à cõmunione, ideo prædicti caſus ſunt ſubiiciendi. Primus ergo caſus eſt qñ quis in publico peccato vixit, ſi ad veram pœnitentiam iuditio ſacerdotis conuertitur, eum abſoluere debet, eum tñ monendo vt à communione abſtineat donec publicè conſtet eum emendatum eſſe, quo cõſtito tunc poſt vitæ emendationem omnib. patefactã, poterit ad cõionem admitti. Secundus caſus, qñ aliquis diu immerſus fuiſſet in aliquibus grauibus peccatis maximè carnis, licet occultis, qui licet abſolui poſſit ſi debitè ſit cõtritus, & ab occaſione peccati ſeiunctus, communio tñ per aliquot dies ei eſt differẽda, vt iis diebus ad ſacram cõionem orationibus, ieiuniis, eleemoſynis, & aliis piis operibus præparetur, imo & aliqui volunt eũ qui illicita coniunctione pollutus eſt, vel in ſomnis ex cauſa mortali pollutionem eſt paſſus, licet cõfeſſus ſit per ſpatium vigintiquatuor horarũ abſtinere debere, licet id non ita ſit neceſſarium qñ pollutio ſine culpa morta

li, vel cùm coniuge præcessit, attamen ob reuerentiam sacri ex cõsilio saltem, est absoluendũ, ob figuram panum propositionum, de quibus 1 Reg. 21. qui illis non conceditur qui per aliquot dies à carnali copula non abstinuissent, nisi magna deuotio in pœnitente dignoscatur; vel indulgentiæ consequendæ occasio adsit, vel sacerdos ex officio celebrare debeat; tunc enim ijs id pôt concedi; & de pdictis latè dixi in materia. Tertius casus, si homo à media nocte ci, tra aliquid ét minimum comedisset, vt dixi in materia, nisi infirmus sit cui, licet non ieiuno, per modum viatici sanctissimum sacrm conceditur. Quartus casus, qñ vomitum vel magnam tussim pateretur, ex qua nil in stomacho retinere potest, quin statim expuat, q etiã in posito in articulo mortis seruãdum est; tũc enim sufficit vt id adoret & spiritualiter manducet, licet nõ faciat sic de attrito contritum, ac si sacrãliter sumeretur, vt dixi in materia. Vltimus casus, qñ sacerdos iudicaret prudẽter dissuadendam sacram cõionem ad accedendum maiorem feruorem & desiderium in suscipiente, de quo etiam dixi supra, vbi de frequentia huius sacramẽti Eucharistiæ est actum.

Voto vel censura ligatus quõ tractandus à confessore.

Tertium dictũ: Qñ pœnitens aliquo voto, vel censura ligatus est, quò ad primum aduertat sacerdos q & quandiu votum emisit, & quare nõ impleuerit, & an implere valeat, vel magis expediat id commutare, & si cognouerit eũ id velle implere & iusta de causa hactenus non implesse, ob breuitatem temporis q id emisit, vel aliud legitimum impedimentum, eo casu sacerdos votũ ei laudet, & hortetur, vt statim habita opportunitate adimpleat, q si cum potuerit nõ adimpleuerit, & dicat se velle implere, negligentiæ eum reprehendat, præscribat ei aliquod tempus, quo impleat, q si admittere nolit illum non absoluat; Si verò petat illius commutationem, & sacerdos id expedire cẽseat, aduertat sacerdos q dispẽsare in voto, ita vt dispensatus ad nil teneatur ad episcopũ, & Papam ex causa spectat; illa verò irritari ad patrem, virum, vel prælatum respectu inferiorũ, sacerdos verò potest de licentia superioris tñ cõmutare in melius, vel saltem æquiualens. Vnde si sacerdos hmõi facultatem vel facultates non habet mittat pœnitentem ad superiorem; si verò habet cõmutet votum in æquiualens vel maius Dei seruitium, & pœnitentis vtilitatẽ, v.g. si votum sit peregrinationis, maximè in mulieribus quibus peregrinatio non conuenit, commutetur applicãdo id vel maiorem eius partem q erat expensura in peregrinatione in alias eleemosynas, orationes, confessiones faciendas, & alia opera piã pœnitentis procurãdo in hac re liberum assensum. Quo verò ad censuras, si non habet facultatem absoluendi eum remittat ad superiorem, articulo mortis excepto, potest tñ suspensum, interdictum, vel irregulãrem à peccatis absoluere manente tñ adhuc vinculo cẽsurarum, cum eas incurrere quis possit sine peccato mortali, irregularitas tñ maximè ex bigamia vel corporis deformitate non requirit absolutionem, sed magis dispensationẽ vel habilitationem, & ideo si sacerdoti conceditur vt eam auferre possit, non vtat. verbo, absoluo, sed dispenso tecũ, vt dixi in tract. irregularitatis, in fine.

Confessor quõ se hẽre debeat, cũ ligato rei, vel famæ alienæ restituendæ.

Quartum dictũ: Si pœnitens ligatus sit obligatione restituẽdæ rei, vel famæ alienæ, & quò ad primũ si obligatio ex contractu oriatur, cuius tñ confessor, quia casus difficilis sit, tunc cognitionem non habet, vel suspendat absolutionem mandando pœnitenti, vt intra certum tempus reuertatur, & interim sacerdos studio vel consilio peritorum eius casus decisionem exquirat, vel, si pœnitens id recuset, & is sit cui sacerdos fidere possit, mandet ei vt eius casus consilium à pijs & peritis petat, & iuxta eorum cõsilium exequatur; & sic eũ absoluat; Quod si casus perspicuus est, & cognoscitur, eũ ad restitutionem obligatũ esse, si is restituere potest antè prestitam absolutionẽ mandet ei vt restituat, cũ obligatio restituendi ad statim obliget, q si petat absolui promittens

tens statim vt ad domum peruenerit, se restituturum, si vir sit magnæ considerationis, & cui fidi possit, & prima vice eius rei confessus sit, absolui potest; si verò alias eius rei confessus, & restituere promittens nõ adimpleuit, cum tñ potuerit, ante præuiam restitutionem nõ absoluatur: si autem pœnitens tunc restituere non potest, speret tñ postea se id præstare posse, si huiusmodi sit cui fidi possit, & tunc tñ id confessus est, absolui potest; q̃ si habita facultate non restituerit, iterum nõ facilè absoluatur, nisi pignore deposito, vel fideiussione huiusmodi p̃stita, vt sacerdos certus esse possit, restitutionem differendam non esse, & ita caueat etiam in sequentib. vt creditor qñque suum consequi possit, & si id ignoret, vt relinquendo chirographum in manu p̃sonæ fidelis, quæ tradat id creditori, si debitor morte preueniretur in quo confiteatur debitor se tali esse debitorem, vel aliter eum cautum reddat, testando vel prout tutius erit creditori, salua eius fama, si debitum sit occultum, prout causidico perito & experto expedire videbitur; sed si pœnitens huiusmodi egestate prematur, vt restituere non possit, admitti poterit si promittat restituere cum primum poterit, & interim p̃ter id q̃ pro eius sustentatione opus est, nil expedat, vt sic aliquid ei supersit quo debito satisfacere possit; quod pariter dicendum est qñ restituere nõ posset sine magno detrimento vitæ, famæ, vel rei familiaris, maximè si creditor valde non egeat, potest differri solutio donec periculum amoueatur prædictis seruatis, vbi verò periculum non adest vitæ, vel famæ, in pari egestate creditor est anteferendus, quando debitori superest aliquid vltra vitæ necessaria, licet non necessaria ad statum conseruandum, vt dixi in op. de casib. reseruat. in c. de vlt. considerãdis. In prædictis etiam si debitor à creditore liberam debiti remissioné, vel saltem dilationem ad soluendum impetrare potest, absolui debet, licet túc non restituat impotentia pressus.

Quo verò ad famæ restitutioné, quæ re familiari pretiosior existit. Primò, si quis alium iniustè infamauit affirmando de ipso peccatum non cõmissum, vnde ei famæ, & bonæ opinioni apud alios læsio inflicta est, mandet ei sacerdos vt famam restituat, affirmando & ẽt iurando si opus esset se mentitum esse, idq; coram illis, apud quos illum infamauit, & pariter restituat damnum temporale, q̃ inde sequutũ est, aliter non absoluatur. Quòd si iniustè, licet non falsè, ei detraxit, quia assertum verum erat occultum tamé, pariter monendus est vt satisfaciat nõ asserendo se mentitum esse, sed eũ in alijs laudando curet, vt bonus habeatur apud illos quibus peccatum occultum reuelauit, & si ex huiusmodi reuelatione damnum bonorum fortunæ incurrisset, ad restitutionem est adigendus, modo quo supra; Si verò fama non potest restitui sine vitæ periculo differenda est restitutio, vel si esset cũ maiori damno infamati, quia oblita memoriæ reducantur, vel quia infamatus iniuriam detractori remisit, vel quòd is dixit ab alijs creditum non esset, vel is maiori crimine notatus publicè sit, restituat modo quo melius fieri potest, absque infamati detrimento.

Quintum dictum. Si aliquis simoniæ crimine infectus ad confessionem accedat, aduertat sacerdos simoniam esse studiosam voluntatem emendi, vel vendendi spiritualia, vel spiritualibus annexa, verbi gratia vendere dona, gratias, & virtutes à Spiritu sancto acceptas, ecclesiæ sacramenta, orationes, prædicationes, & huiusmodi quæ spiritualia sunt, vel spiritualibus annexa, vt beneficia ecclesiastica, calices, vestes sacræ, & huiusmodi, in quibus ratione spiritualitatis, scilicet consecrationis, vel benedictionis, sed tantum ratione materiæ quæ vendibilis est, dari potest absque simoniæ nota. Et quia illa simonia quæ circa beneficia committitur magis ab ecclesia pu-

Confessor qualiter se hře debeat cum simoniaco.

nitur, & pro illa excommunicatio imposita est, & non in alijs, ideo de ea dicendum est. Hæc verò vel solù mentalis esse potest, vt cum quis intra se intendit dare pretium pro consecutione ordinis, vel beneficij nulli id aperiendo tacitè, vel expresè, vel conuentionalis, cum duo expresè conueniunt, vt alter det pretium temporale, alter beneficium, vel aliam rem spiritualem, quæ conuentio postea executioni non datur, vel realis, vt cum post conuentionem prędictam sequitur datio temporalis, & receptio beneficij vel rei spiritualis; pretij verò nomine intelligitur pecunia, & quicquid pecunia æstimari potest, vt munus à manu prædictum vel ab obsequio, cũ quis alicui principaliter seruit vt ab eo beneficium vel ordinem, aut aliam rem consequatur, quod simoniacum est tam in dante, quàm in recipiente, vel à lingua, scilicet laudes, precesue, vel adulatione, vt cum quis indignus precibus importunis, vel se, vel alium ordinem, beneficium, vel aliam rem spiritualem consequatur, & is principaliter ob eas concedit noscens eum esse indignum, & idem de laudibus, & adulationibus, si principaliter ob eas quis consequatur, & alter tradat indigno, quod tamen raro in hoc vltimo casu contingit. His distinctis, si pęnitens pecunia, vel alio pretio temporali beneficium est consequutus, Papalem excommunicationem incurrit, ad restitutionem accepti vnà cum fructibus tenetur & inhabilis fit ad alia consequenda, vnde dimisso beneficio fructus ecclesiæ in cuius iniuriam simonia est cõmissa, sunt restituẽdi, & à sede Apostolica absolutio est accipienda, & si celebrauit irregularis effectus est. Et quia quandoq; episcopi à Papa impetrant, vt eos absoluant, & secum dispẽsent, & denuo beneficium conferant, ideo sacerdos moneat pœnitentem, ad prælatũ mittat vt agnoscat an huiusmodi facultatem habeat, vel ipse sacerdos à prælato id petat, aliter à sede Apostolica id est impetrandum, & interim hortetur pœnitentem vt peccati commissi pœniteat, horas canonicas recitet, à celebratione tamẽ & ministratione sacramentorum, excepto casu extremæ necessitatis, abstineat: si etiam pœnitens is sit qui pro beneficio ecclesiastico pretium accepit vt supra; moneatur easdem pœnas incurrisse, & pariter vt ecclesiæ, vel alij cui Papa mandarit acceptum restituat, & à sede Apostolica absolutionem, & dispensationem obtineat, interim etiã cessando à celebratione & sacramentorum administratione, vt supra; Si etiam pœnitens mediator fuit simoniæ, vel consilium, aut auxilium efficax ad id dedit, moneatur easdem pœnas incurrisse, & in omnibus agendum vt supra, & si ratione huiusmodi mediationis quid accepit, ecclesiæ restituere debere. Si etiã absque conuentione expressa, signo tamen huiusmodi, quis dedit beneficiũ vt temporale acciperet, vt eo signo mala intentio vtriusque cerneretur, vterque pœnas prædictas incurrit, si verò nullo verbo vel signo alicui obliquam intentionẽ manifestarunt dandi vel recipiendi, vt supra peccãt quidem grauiter, non tamen incurrunt excommunicationem, nec ad restitutionem tenẽtur, licet postea pretium detur, nec alias pœnas incurrunt, & ideo debita pœnitentia iniũcta; si eos facti pœnitet, sunt absoluendi. Quòd si simonia conuentionalis non est effectum sortita, pœnas prædictas non incurrunt, & ideo pęnitentes sunt absoluendi; si verò alter pretium dedit, alter post cõuentionem facti pœnitens, non tradit beneficium vel rem spiritualem absolui potest, dummodo pretium acceptum danti restituat; si verò ècõuersò, quis beneficium accepisset, & pretium conuentum non dedisset, probabile est eum incurrisse excommunicationem; si verò simoniam tantum mentalem commisit, absq; eo q ad actum ex aliqua parte deuẽtum sit, absolui vterq; pòtest, si eum pœnitet, q̃a licet mortaliter peccarint, neuter

ter tamen excōmunicationem incurrit, & hæc simonia pœnitentia abolet. c. si. de sim. Quòd si pœnitens pretium téporale dedit pro ordine consequendo, incurrit excommunicationem, & pœnas simoniacorū. ex extrauag. 2. de sim. in extr. cōm. & suspensus est ab ordinum executione, & ad alios ascendere prohibetur, donec absoluatur, & secum dispensetur, & ideo si casus est occultus episcopus eum absoluere poterit, & secum dispensare. ex c. liceat. sess. 21. in Trid. Conc. quò ad irregularitatem, non verò quò ad retentioné beneficij, arg. cap. 1. de reg. iur. in 6. licet tutius sit ad Papam recurrere; qui verò pro pretio temporali ordines cōtulit, incurrit excōmunicationem, & pœnas prędictas, & à solo Papa absolui potest, & receptum ecclesiæ, cui ordinatus inseruire debebat, vel pauperibus restituere tenetur; si verò pœnitens, excepto ordine, vel beneficio, in sacramentis & alijs prædictis simoniā commisit, graui pœnitentia iniuncta absolui potest, quia licet grauiter peccarit, nō tamen incurrit excommunicationem, vel pœnas prædictas, debet tamē restituere pretium ꝙ accepit ratione spiritualitatis vt pro benedictione, vel consecratione si pluris rem sacram vendidit, ei qui dedit: vt dicit Silu. simonia. q. 12. num. 12.

Confessor qūo se hēre debeat vbi inuenit impedimentum inter cōiugatos

Sextum dictum. Qn̄ sacerdos inuenit impedimentum inter coniugatos, si huiusmodi sit, vt matrimonium non inualidet, absolui possunt conuenienti pœnitentia iniuncta; si tamen quis post votum simplex matrimoniū contraxerit, licet matrimoniū præualeat, attamen non potest petere debitum matrimoniale, sed tm̄ exigere, donec secum per epm dispēsetur; ideo ab eo dispensatio est petenda, vel sacerdos ipse ab eo maximè pro mulieribus petat, cum multum periculū sit si omittatur, cum nec tacitè liceat debitum petere, soluto tn̄ matrimonio tenetur superstes qui votū emisit illud seruare. Similiter si post matrimonium contractum vir peccauit cū consanguinea vxoris intra quartum gradū, vel è conuersò, præter peccatum mortale debitum matrimoniale amittit, & ideo eo casu ab epo dispensatio pariter est petenda. Quo verò ad impedimēta quæ impediunt & dirimunt matrimoniū, si hmōi contingat, sunt separandi, vel à Papa dispensationem procurent, interim viuendo vt frater & soror, si peccatum occultum sit, & non sint in mora petendi dispensationem; his. n. concurrentibus si adsit facultas eos absoluendi ab excōicatione, quam incurrerunt ex clem. eos. de consang. absolui poterūt. Quæ verò sint ista impedimēta dicam infra latè in tract. sacri Matr. ꝙ si ita habitare nō promittant, vel si post promissionem coniungantur absolui non possunt donec separent, vel secum fuerit dispensatum. Hęc latè & optimè deducuntur per R. P. Gasparū Loartem Illustriss. soc. Iesu, in libello admonit. sacerdotū, & cōfessariorum.

Confessio qua pręparatione, & quib. omissis externè sit fienda.

Septimum dictum. Aduertat sacerdos qua præparatione accedat pœnitens ad confessioné tam interna, q̄ externa, & ideo aduertat si sine debita preparatione interna accedat, cuius signa sunt, qn̄ immediatè post aliquod negotium temporale ad cōfessionem accedit, oratione vel præmeditatione non præmissa, vel si nullam peccatorū cognitioné scit, vel si sacerdos scit eū non reliquisse negotia illicita, vel ab aliqua occasione peccati se separare nolle; primò. n. casu admitti potest eū instruendo ac docendo quantū peccatum noceat, in vltimis non nisi prædicta relinquat, externè vt si mulier fucis crinibus retortis, ornamentis vanis, & huiusmodi ad confessionem accedat; sic enim monenda est vt simplici habitu & honesto accedat prædictis vanitatibus dimissis, quòd de viro etiam intelligatur.

Confessor qūo se hēe debeat circa ignarū articulorū fidei, præceptorum Dei &c.

Octauum dictū. Aduertat sacerdos, an pœnitens sciat articulos fidei, præcepta Dei & ecclesiæ, orationem dñicam, salutationem Angelicam, & si ea ignorat, nec dispositus sit ad ea discenda, vel alias promittens non paruit, nō

absoluatur, & si patresfamilias moneantur, vt curent à filijs, & seruis prædicta discenda, & scandalosos seruos si sint incorrigibiles eijciendos. Idem dicendum de ijs qui solent blasphemare, vel dies festos violare; prima enim vice, si promittant abstinere absolui possunt, si pluries verò reincidunt, absolutio esset differenda, iuxta sup. not.

Confessor quid cõsiderare debeat circa statũ pœnitentis.

Nouum dictum. Sacerdos diligẽter aduertat statum & exercitium pœnitentis, si enim sit omnino illicitus, vt quia domi vel alibi concubinam alat, exponat domum ludis prohibitis, nõ abstineat ab aspectibus, & colloquijs turpib. & lasciuis, & huiusmodi; si concubinam detinet non absoluatur, nisi ea dimissa, in alijs sat est vt promittat se ab ijs abstinere interim differendo absolutionẽ donec ea reipsa præstet, & periculum huiusmodi fiat; Si verò exercitium huiusmodi licitũ sit vt Magistratus, aduocationis, mercaturæ, & huiusmodi, & tum in his sæpè aliquis peccat, blasphemijs, fraudibus, odijs, furtis, mendacijs, iniustitijs, & huiusmodi, tunc vel huiusmodi officium est dimittendum, vel non exercendũ siue iudicio pij & prudẽtis sacerdotis, qui si probabiliter iudicet eum emendandum non fore, periculum fiat per aliquod tẽpus, & tunc videat an fortior effectus sit, vel in eadem peccata relapsus sit, vt quia in Magistratu multa periuria incurrat, officium aduocati, vel procuratoris, inseruiat malignitati clientulorum, & iniustitiæ, in militia, regulis duellorum, odijs, rapinis, blasphemijs, homicidijs, lasciuijs, &c. In mercaturis, vsuris, iniustitijs, pretijs excessiuis, fraudib. res corruptas pro bonis vendendi, periurijs, gabellarum fraudationi inseruiat. In alijs artibus violationi festorum dierũ; Missarum, & diuinorum omissioni; & huiusmodi. Et ideò cõfessor aduertat an per id tempus prædictis resistat & fortior effectus sit, & an tempore prædicto idcirco confessiones irritas fecerit, quòd si resistere inueniatur absolui potest, aliter non; & multo minus si huiusmodi artes sint quæ conuictui humano non sunt necessariæ, vt cantus, soni, chorearum, & huiusmodi, de quibus alibi latè, in quibus si pœnitens peccare frequenter deprehendatur nõ absoluatur, nisi ea dimittat, vt supra, vel experientia saltem probante, fortis sit contra vitia in huiusmodi artibus, & exercitijs, ac conuersationibus, iuxta regulas supra traditas, vbi de his egi.

Absolui quõ debeant publici peccatores.

Decimum dictum. Publici peccatores non absoluantur, nisi publicam pœnitentiam, & satisfactionem præmiserint, iuxta regulas alibi traditas, nec huiusmodi publicæ pœnitentiæ absq; epi facultate in priuatas cõmutẽtur.

Confessor quõ se agat cum morti proximo.

Vndecimum dictũ. Si pœnitens morti proximus est, hortandus est vt testamentum peragat, & legata pia dum est in gratia: vt dicit Nau. c.26.nu.36. vt sic suffragia relicta sint ei meritoria: vt ibi dicit.

Cõfessor quõ se hẽre debeat circa scrupulos sedandos.

Duodecimum dictum. Ad sedandos scrupulos, quæ sunt tantum argumentum apparens ꝙ apparenter ducit in cognitionem alicuius rei contra id ꝙ creditur, cogitatur, vel dubitatur, & ideo iudicat aliquam rem vt verã, contra quod tamẽ offertur aliquod argumentum, vel apparentia, & ad hoc vt scrupulus sit oportet vt dubium sit leue, nec fundatũ super aliquo iure bene intellecto, & aduersetur fidei, qua firmiter iudicamus verum esse ꝙ credimus, licet non visum sit, & scientiæ quæ est clara rei cognitio, & opinioni quæ solum iudicat, & dubio ꝙ nec est clara cognitio, nec etiam iudicatiua, sed tantum dubitatiua, scrupulus tamen adhæret opinioni leui credendo ita esse ꝙ æstimat, licèt rectè fundatũ non sit, nec eius rei habeatur fides per reuelationem, nec scientia per veritatem agnitam & discussam. Et ideò quia huiusmodi scrupuli pusillanimitatem inducunt, ob quam bona opera cœpta dimittuntur, peccata multiplicant, cum id æstimetur peccatum quòd re vera non est, & sic contra conscientiam peccetur, licet erroneam,

pacem

pacem animæ tollunt, & desperationẽ inducunt, qñque maximè timidos, melancolicos, mulieres, senes, macie affectos, vel potentia imaginatiua debilitatos, immoderato ieiunio, vel vigiliæ deditos, ac cum huiusmodi scrupulosis versantes maximè angunt, dæmone id maximè procurante, vt quos aperto marte superare non potest, scrupulis adiectis timidos, & à bonis operib. ociosos reddat; idcirco ad succurrẽdũ hmôi scrupulosis, prudens sacerdos eos moneat, vt à Dei gratia non discedentes, eorum ablationẽ orationibus, ieiunijs, eleemosynis, ab eius maiestate humiliter petant. Secundò, vt medicos adhibeant, qui medicinas corporeas contra maniam, melancoliam, vnde potentia imaginatiua debilitatur, & in causa est vt iudicium non sistat in eo q̃ ratio illi porrigit. Tertiò, vt cito amputet cogitationes eorum quæ scrupulos inducunt. Quartò, vt in dubijs à pijs, & peritis consilium petat, & illi acquiescat, licet re vera id ita esse sibi non videatur & faciat contrarium eius, q̃ scrupuli dictant, cõsilio eorum, vel sumet si doctus sit. Quintò, vt medio æquitatis rigorem legis tã diuinæ, q̃ humanæ temperet, vnde excusatur à peccato is qui legem implet, iuxta eius sensum, licet verbis contraueniat, sic qui eam obseruat iuxta humanam intelligentiã, licet non iuxta rigorosam; & qui eã omittit obseruare vbi impossibilitas, vel valdè difficilis eius sit obseruatio; & qui omittit eius obseruantiam ne aliqui eum irrideant, & à prudentibus vt stultus habeatur. Et qui in rebus dubij sequitur viam cõem bonorum. Et qui sequitur consuetudinem contra legem præscriptam; & ét quæ non est p̃scripta, si via æquitatis sic legem interpretatur; vnde ab executione legis eo casu excusaf. Et ẽt à peccato mortali is qui facit contra legem bona fide, absque fraude vel contemptu, æstimando eo casu cessare intentionem authoris ipsius. Ad idem multum confert sanè intelligere illã authoritatem, in dubijs tutiorem partem eligendam, de qua in c.tutior. c.ad audientiam.c.significasti.2.de homic.ideo ad scrupulum tollendũ intelligi debet, q̃ is nõ est dubius qui authoritate, vel ratione probabili sic credit, nec cũ ex multis opin. vna eligatur vera, & probabiliter talis creditur ex ratione probabili vel authoritate, cum non sit necessarium eligere partem tutiorem, sed tu tam eligere sufficiat. Similiter illa regula, culpam esse timendam vbi nõ est culpa, de qua in c.ad eius.dist.5. sanè est intelligenda, non enim intelligitur vt bonum sit credere id esse peccatum, q̃ re vera non est; id enim esset ignorantia, nec q̃ bonum sit dicere se peccatorem esse, licet causa humilitatis id fiat, quia sic esse potest mendacium.c.1.22.q.2.c. cum humilitatis eadẽ.sed significat bonum esse se cognoscere peccatorem in genere, licet in particulari peccatũ de quo se debeat accusare is nesciat: vt d. gl.in d.c.ad eius. vel q̃ bonum est timere peccatũ esse vbi adest iusta causa timendi, vel q̃ est signum animæ ad bonũ procliuis timere, vel videri sibi peccare in eo q̃ nõ peccat, licet is effectus bonus non sit, sed malus ex ignorantia, vel iudicij defectu causatus, & anima vt talis.f.ignorans vbi scite debet & potest mala sit, cum sufficiat eligere q̃ tutũ est & operari: vt d.D.Ant.1.p.tit.1. c.10.§.10. Vltimò, ad scrupulos tollendos, qui qñque causantur ex consideratione iusti, & rigorosi iudicij Dei, confert plurimum eius bonitatem considerare, & q̃ ijs qui petunt, & quod in se est, quod possunt faciũt, gratiam suam non negat, & quod is figmentum nostrũ rectè cognoscit; vnde ad illum qui plenus misericordia est, confugiendum est constanti & fidenti animo, ab illo oẽm bonam etiam cogitationem profluentẽ agnoscendo, quodq; debili seruitio nostro contentus est, certiores redditi, efficietur vt mediante eius gratia ipsi sana lætitia, serena conscientia, & deuota voluntate seruiatur. Ita Nau. cap.27. num.273. cum seq.

Decimumtertium dictũ. Vbi variæ sunt opiniones Doctorum, ad tollẽdos maximè scrupulos, illa est eligenda quę con- Confessor q̃uo se hře debeat, v-

bi variæ sunt Doct. opiniones. consuetudine est recepta, qua deficiente illa eligatur, quæ in aliqua lege fundatur, cui facilè nec sufficienter respon deri potest; quo deficiente communis opin. si de illa constat, eligatur; si verò non constat, illa eligatur, quæ solidiori nititur fundamento, licet dissolui possit, & si vtriusq; fundaméta paria sunt, benignior ét magis fauorabilis eligat, vt quæ fauet iuramento, matrimonio, doti, testamento religioso, pauperibus, vel alijs miserabilib. personis. 85. dist. per totã. vel ét q̃ fauet priuato contra fiscũ, ꝙ intelligitur qñ fiscus se fundat super delictum priuatũ; aliter enim potius fisco est fauendum, vel quæ actum sustinet, vel rescriptum sit, vel contractus, vel testamentum & hmôi, vel quę in dubio magis fauet reo. c. cum sunt de reg. iur. in 6. ꝙ si in nullis prædictorum vna opin. alteram excedit, illa eligatur, quæ est authorum maioris authoritatis in illa materia, vt Theologorum in materia Theologica, canonista, canonum, legistarum, legũ; prædictis tamen adiungendo, ꝙ confessor, vel iudex qui alteram opin. modo prædicto eligit, in foro conscientiæ, oportet vt credat illã opin. esse veram in illo casu. ita Nauar. vbi supra. num. 286. cum seq.

Confessor audita confessione ante absolutioné quæ agere debeat. Decimumquartum dictum. Peracta confessione, sacerdos antequã absoluat pœnitentem, more prudentis medici oleum & vinum super vulnus infirmi infundat, vnde intellecto iam prius statu & peccatis, & vitijs ad quæ inclinatur, vt pater eum moneat, reprehendat, terreat, & hortetur breui sermone, modo turpitudinem peccati, modo pœnas inferni, modo bona quibus peccando se priuauit, iuxta superius tradita, ei proponendo, fragilitatem etiam præsentis vitæ commemorando, & quàm multi sint qui subita morte oppressi misere intereunt nunc ferro, nunc aqua, nunc apoplesia, & alijs vitæ præsentis periculis, & ideo sic viuendũ ac si semper moriendum esset, vt ita pœnitens firmior fiat in proposito nunquam peccandi de cætero, & potius non solum bona fortunæ, sed etiã vitam propriam perdat, q̃ diuinam maiestatem offendat, & ob id maximè simplicibus cõsultum erit cõmemorare finem ob quem homo cõditus est, vt s. ei in præsenti vita inseruiat vt eo in futura, ipsius gratia iuuante, fruatur, & ideo oĩa omittẽda esse quæ ab hoc fine impediũt, & vt athletæ me tam propositam in stadio assiduè aspiciunt, vt premio temporali potiantur, nec ab eo oculos vnquam deflectunt, & omni conatu contendunt, vt illo potiantur, multo magis Christi miles, vt eius regno æterno, & beatissimo perfruatur omnia perpeti, & quascunq; passiones superare, omni conatu cõtendere, æstimans passiones huius vitæ non esse cõdignas ad futuram gloriam, quæ nobis est præparata. Et ideo moneat eum vt vitet occasiones peccati, malas societates, conuersationes periculosas, frequẽter confiteatur, audiat verbum Dei, & vbi aliquo vitio maximè quis tentatur ad Deum recurrat, vt ab eo auxiliũ ad id fugandum accipiat, & sanctos imploret qui in virtute illi vitio contraria maximè eminuere, vt eorum meritis & intercessione passionem illam superare possit, & q̃nque hortetur eum vt votũ emittat, si in hmôi vitium relabatur, se talem & talem pœnitentiam peracturum, licet hortandus non sit, vt iuret vel votũ emittat se amplius peccaturũ non esse. arg. c. clericos de cohabit. cler.

Et quia non sat est declinare à malo, sed bonum etiam est peragendũ, ideo sacerdos vt bonus pater spiritualis, instruat eum & ad Christianas virtutes promoueat, vnde illi qui iam orationi operã dedit, proponat punctos aliquos quos fortè ignorat, alijs verò proponat qũo orandum sit, & vt bis saltem in die mane & vesperi orent, docẽdo eos qũo mentaliter orandũ sit, qua ratione Rosarium, coronam, vel officium B. Virg. recitare debeant, & vt quotidiè conscientiam propriam, in vesperi qñ pulsatur hora orationis, examinent; Missam quotidiè deuotè audiant, diuinis officijs intersint, frequenter confiteantur, & sensim vt diebus saltem dñicis cõicent: primò hortando eos, vt ter vel

qua-

quater in anno cōlcent, tum semel in mense, tum omni die Dñica, vt dies festiuos in Dei seruitio impendāt, & ideo ingrediantur societates illas, quibus cura est diem festiuum sic sanctè transigere, maximè eam quæ Doctrinæ Christianæ docendæ incumbit, & ijs qui legere norunt iniungat vt libros spirituales frequenter legant, vt vitas sanctorū Patrum, Gersonem, Aloysium Granatam, practicam orationis mentalis Fr. Matthiæ Bellentani, Rosarium R. P. Gasparis Loarti, & hmōi: Patribus verò familias iniungat vt maximè curent vt vxor, filij, ac serui Christianè viuāt, sæpè confiteantur, & cōicent, Doctrinā Christianam discant & doceant. Diuitibus inculcet, ipsos facultatū suarum esse Dei dispensatores, & ideo superfluè expēdendum non esse, sed eleemosynas in pauperes erogādas. Artificibus vt ex iusto suo labore patienter viuant, omnia in Dei gloriam operando: Mercatoribus, vt ab iniustitijs caueant, & ita quenlibet iuxta eius statum moneat, vt, Dei gratia iuuāte, in proposito Dei seruiendi, nec eius legē lædendi firmet; ijs verò qui docti sunt & contriti accedunt ad confessionem longo sermone opus non est, timidis etiam succurrendum est ne in desperationem labātur, proponendo eis diuinam misericordiā, & paruis nostris operibus contentū esse, dummodo q̄ in nobis est, operemur, vt dixi sup. dicto duodecimo, omnes ēt monendo ne bonum confessorē mutēt. His ita peractis, & pœnitēte diligenter examinato, iubeat sacerdos eū hoc pacto concludere confessionem. Et de omnibus alijs peccatis, quæ cōmisi & ignoro, vel modo nō recolo, doleo vehemēter à die qua sacro baptismate ablutus sum, & dico meam culpam, meam maximam, humiliter deprecans diuinam maiestatem, vt ea mihi dimittat, & te R. patrem spiritualem, vt pro me preceris, ac mihi tanquam Dei minister, pœnitentiam, & absolutionem impendas: Tunc sacerdos, imposita ei pœnitentia, & remedijs applicatis, iuxta regulas supra traditas, ne si post absolutionem pœnitentia iniungatur eam subito pœnitens recuset, eum absoluat, & si potestatem habet à censuris, ad cautelam dicat: Absoluo te ab omni vinculo excōicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti, in quantum possum & debeo, & restituo te vnitati sanctæ matris Ecclesiæ, cōioni fideliū, ingressui ecclesiæ, & sanctis sacris absolutū. Deinde absoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti, iuxta formulas aliàs traditas, quas hic subijcere prætermitto, cū plenè habeantur in meo libello edito, qui de casib. reseruat. inscriptus est, in fine ipsius.

Decimumquintum dictum. In articulo mortis q̄libet sacerdos potest absoluere à casu reseruato, qui si non habeat annexam censuram, nō est postea necessariò recurrendum ad cōfessorem qui prius absoluit, etiam si is conualescat, secus si sit ei annexa excōicatio, vel alia censura reseruata, & in tali articulo pōt ministrari Eucharistia infirmo à iudicio mentis ex phrenesi, vel alia via alienato, qui ante signa contritionis ostendit, eleuādo manus, tundendo pectus, dicendo Miserere mei Deus, & hmōi, licet non petijsset sacramentū, & diu ī mortali peccato obstinatus extitisset, nec per multos annos confessus fuisset, quia est censendus contritus, & in sacramenta deuotus. c. is qui 26. q. 6. & multo magis tali potest exhiberi sacramentum extremæ vnctionis, vt ita vi sacramenti ex attrito fiat contritus; & absolutio à quibuslibet censuris, si & quatenus eas incurrit. cap. à nobis. 2. de sent. excom. & etiam concedi tali indulgentia quam habet, non tm̄ sacramētalis absolutio potest tali exhiberi qui nil peccatorum exprimere potuerit, nisi sit sanæ mentis, & intelligat quæ dicit sacerdos, & per signa confiteatur, vel per ea sacerdoti capite annuendo, vel renuendo respondeat, vt & mutus, & si quis in eo articulo vnum tm̄ expressit verbo vel signo, ab omnib peccatis absolui poterit, si vlterius progredi non valet, dummodo adhuc viuat. Nau. c. 26. n. 27. & cum dictis contritionis signis decedens e-

Absolutio ī articulo mortis q̄ñ & q̄uo possit impēdi, & à quo, & circa quē.

dens potest sepeliri in loco sacro; sic tñ q̃ si fuerit excõicatus publicè ante absoluatur ab eo qui in vita eum absolue re poterat, & si iam est sepultus in loco sacro, sufficit flagellare sepulchrum, & sic vt si fuerit manifestus vsurarius, hæres eius ante satisfaciat, vel caueat de satisfaciendo, & in illo articulo non est imponenda magna penitentia exterior statim fienda, sed inducendus ad interiorem cum spe diuinæ misericordiæ, intelligendo nomine articuli mortis, non solum cum quis tunc moritur, sed quoties adsit probabilis mortis opinio. ita Nau.d.c.26.d.nu.27. cum seq. Et hęc sufficiat de absolutione dixisse.

De ritu practico administrandi sacramentũ pœnitentiæ, & quõ sacerdos in eo se habere debeat. Cap. XX.

Confessor approbat° qua forma & pparatione accedere debet ad confessiones audiendas.

SAcerdos confessiones auditurus, ab eõ prius approbatus, à quo examine non excusatur etiã qui pueros audit, cum in ijs etiam peccata mortalia esse possint, nec qui infirmos audit, nisi adsit articulus mortis, & ad proprium sacerdotẽ recurri non possit, & qui ad missus est ad confessiones audiendas vsque ad certum tempus, certum locum, vel certas personas, potestatem sibi m̃, ditam non egrediens, consideret se tra trem spiritualẽ esse, & vt pater carnpaconatur salutifera filijs documenta præbere, & eos hortatur, monet, corrigit, & reprehendit vt à malo abstineant, & ad virtutis viam dirigantur, sic ipse omni ratione curare debet vt eius filij spirituales in viam Dñi dirigantur. Vt etiã medicus animę spiritualis, collirijs, cauterijs, & omni medicinæ spiritualis remedio curet, vt peccata quæ morbi, & mors animæ sunt, euellantur. Vt etiam iudex animæ spiritualis Christi loco cõstitutus, rectè cõsideret causa pœnitentium audita, quis venia, & absolutione sit dignus, quis secus, ne cũ Heli nimis 1. reg. 2. filijs indulgente puniatur; vel nimia vtens seueritate in desperationẽ eos adducat; vt etiã Angelus Dei, summopere lætetur se Dei ministrum, & nuntiũ constitutum, ac iudicem animarum, & maiestati ipsius tanti muneris sibi con cessi humiliter gratias agat, summopere gaudendo q̃ ouem perditam in ouile Dñi sit reducturus, Angelos lætificaturus, & cœlestẽ Ierusalẽ impleturus, & ideo omni socordia postposita, lætus ad audiendas confessiones accedat hilari & læto vultu, graui tñ & modesto pœnitentem suscipiat, ne nutu quidem pœnitenti significando se ægro animo id munus peragere. Et quia accedens Eccl. 2. ad Dei seruitium animam suam præparare debet, ideo si mortali culpa inquinatum se sentit vel dubitat, prius peccata sua confiteatur, vel si copia sacerdotis non adsit, saltem cõteratur. Tum piè & humiliter Deum roget, vt id munus ad ipsius gloriam, propriam & proximi salutem, peragere possit; infrascriptam recitans orationem. ℣. Cor mundum crea in me Deus. ℟. Et spiritũ rectum innoua in visceribus meis. ℣. Ne proijcias me à facie tua. ℟. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me. ℣. Redde mihi lætitiam salutaris tui. ℟. Et spiritu principali confirma me. ℣. Docebo iniquos vias tuas. ℟. Et impij ad te conuertentur. ℣. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. ℟. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Oratio. Domine Deus oĩpotens propitius esto mihi peccatori, vt dignè tibi possim gratias agere, qui me indignũ propter magnam misericordiam tuam ministrũ fecisti officij sacerdotalis, & me exiguũ & humilem mediatorem cõstituisti ad orandum, & intercedendũ ad Dñm nostrum Iesum Christum pro peccatorib. & ad pœnitentiam reuertentib. Ideoq; dominator Dñe, qui oẽs homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorũ, sed vt cõuertantur & viuat, suscipe orationem meã quam fundo pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritũ compunctionis, resipiscãt à diaboli laqueis, quibus astricti tenẽtur, vt ad te per dignam

gnam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dñm nostrum Iesum Christũ filium tuum,&c. His ita præmissis. Sacerdos si secularis sit, indutus cotta,& stola, sine quibus nec domi infirmos audiat, accedat ad confessionale forma supra in tract. de ecclesia habito, constructum & in loco patenti extra capellam maiorem in ecclesia positum, extra quod nunquam mulieres audiat ad cratem existentes, nec illas ibi etiam ante ortũ vel post occasum solis confiteatur, nec laicos homines domi, nisi ex causa necessaria, & qñ mulieres infirmas in domo earum audit, aperiat ostiũ quo ingressus est ad proximum thalamũ vbi adest, nec recta facie pœnitentem maximè mulieres, sed ad aures audiat.

Confessor an debeat remittere pœnitentẽ ad propriũ confessorẽ & qñ.

Vbi viderit sacerdos pœnitentẽ absque iusta causa confessorem mutare ordinarium, qui aptior erat ad eum dirigendum in viam salutis, curet eum ad illum remittere, hunc perniciosum abusum mutationis confessorum damnãs, more medicorũ, qui optimè norint statum & qualitatẽ infirmi, facilè mutandi non sunt, vel ei saltem persuadeat, vt ab eo licentiam petat alteri cõfitendi, nisi aliter iusta de causa sibi videbitur.

Confessor qũo se hr̃e debet erga pœnitentẽ, & qua circunspectio[n]e interrogationes facere.

Initio confessionis, sacerdos si pœnitentem non nouit, interroget eum vbi degit, vt sciat an eius subditus sit. Tum interroget eius statum, conditionem, professionem, artem, vel exercitium quod exercet, & à quanto tempore citta confessus non est, & an pœnitentiam iniunctam impleuerit, an propriam conscientiam examinarit, vt ad memoriam sibi reduceret peccata sua cum eorum circunstantiis, quod facilè fiet si considerabit ipsius ætatem, statum matrimonij, vel nõs accidentia varia, prosperitatis, aduersitatis, sanitatis, infirmitatis, officia varia & exercitia, societates, loca, regiones, domus vbi conuersationem habuit, & an in his corde, ore, vel opere peccarit; an sciat articulos fidei, præcepta Dei & ecclesiæ discurrẽdo per ea, peccata capitalia, opera misericordiæ, proprium statum,& hmõi. An excõicationem aliquã incurrerit, vel aliud impedimentum, de quibus supra, ob quæ absolui nõ possit; qñque etiam opus est vt breui sermone sacerdos animum addat pœnitendi ad peccata propria detegenda, quod ipse loco Dei sit constitutus, qui plenus misericordia est, & ei reuertenti paratus est parcere,& sub grauissimis pœnis peccatum celare tenetur.

Moneat pœnitentem etiã rudem vt ipse peccata quæ nouit referat iuxta regulas supra traditas, nec ante expletam confessionem eũ reprehendat, imo nec cum graue pœnitentis peccatum audit inditio aliquo se conturbari significet, ne sic adimat animum pœnitenti cætera peccata confitendi, & ideo nec tunc expuat, nec huiusmodi signum conturbationis emittat.

In peccatis carnis cautè interroget pœnitentem ne eum doceat ignorata, & vocabulis honestis vtatur, non tamẽ necessaria omittendo, & sic interroget vt pœnitens ex se proprios errores detegat, nec multum descendat ad actus, & tactus particulares, qui in hoc miserabili vitio contingere consueuere, cũ sat sit ea nosse quibus id peccatum grauius fit, vel multiplicatur, ne aliter huiusmodi sint sibi & pœnitenti occasio alicuius tentationis, & tunc oratione Deum roget vt ab vtroq; tentationem amoueat, quod ei facilè continget, si hæc interrogando non applicet imaginationem ad actus turpes huius peccati, & curãdo, vt intellectu cognoscente, cato quodammodo id non sentiat, & si id tẽtationem non amoueret, aliquantum sistat, & ad Deum mentis eleuatione, & oratione, vt supra recurrat.

Non permittat pœnitentem nominare personam particularem nomine proprio cũ qua peccauit, licet opus sit explicare qualitatem personæ, idq; ne sacerdos consentiens detractioni proximi, inde mortaliter peccet.

Si pœnitens rectè confitetur peccata sua, non est opus multis interrogatiobus, & si in aliqua tm̃ circunstantia defecit, circa id eũ interroget; si verò confusè confessus est, interroget eum ordine discurrendo per decem pcepta Dei,

& ec-

& ecclesiæ, peccata capitalia, sensus corporis, opera misericordiæ, statum, &c. vt supra, cum his verò qui frequenter confitentur non est opus multis interrogationibus, & qñque nullis opus est, ijs tñ aliquæ admonitiones faciendæ sunt, prout opportunum erit.

In ministratione huius sacramenti ne nutu quidem sacerdos pecunias à pœnitente petat, & si imponit ei onus Missarum celebrandarum, eas non applicet sibi directè, vel indirectè, vel eius ecclesiæ, aut monasterio, & idem seruetur in satisfactionibus occasione incertorum vel commutationis votorum faciẽdis, nec onus suscipiat alicuius rei restituẽdæ, nisi necessitas cogat, & tunc de manu recipiẽtis chirographum manu eius conscriptum recipiat, in quo asserat se accepisse tot pecunias à tali sacerdote, nomine incerto, vel pro vna conscientia, q̃ idem sacerdos debitori cõsignet.

Confessores regulares conuenire debet cũ curatis.

Regulares, maximè in villis cum curatis conueniant, vnde eos non absoluant qui cum scandalo viuunt, vel in statu peccati, vel pœnitentiam publicã subire, vel legata pia persoluere nolũt, & huiusmodi absq; curatorum participatione non absoluant, ijdem quoque vbi infirmi alicuius cõfessionem audierint quamprimum id curato scripto significent, vt illi cætera sacramẽta tempore opportuno ministrare possit.

Curatus quid agere debeat, vt sciat an ipsius subditi tẽpore Paschatis sint confessi.

Vt curatus norit qui tẽpore Paschatis confitentur vel ne, omniũ parochiæ incolarum nomina scripta ordine alphabeti habeat, & vbi quis ei confessus sit eum in aliquo quinterno notet, vel nomen eius puncto signet, & si alteri confessori confessus est, eum non admittat ad cõionem, nisi fidem dicti confessoris manu conscriptam receperit, quæ triduo ante diem cõionis faciendæ ei tradatur, vt interim quærere possit, an re vera id actum sit, quæ fides, hac forma inscribatur. Die N. mensis N. anni N. ego N. ministraui sacramentũ pœnitentiæ N. habitanti in tali parochia, &c.

Confessor post cõfessionem audi-tam qd agere debeat.

Peracto munere confessionis audiendę sacerdos in ecclesia genuflexus oret, Deo gratias humilitet agẽs, q̃ sibi gratiam tribuerit laborem illum paruum pro ipsius amore subeũdi, sine cuius auxilio nil boni efficere potuisset, & eius maiestatem roget, vt paruum semen q̃ iecit det vt fructificet & excrescat, & non solum tũc, sed etiam postea pro ijs quos audiuit Deum roget, pro ijs maximè, qui maiori auxilio egent, vt tanq̃ pius & misericors eos curare dignetur, ac custod at, ne in alia peccata labanẽ; vt ita eius actio à diuino auxilio ortũ habeat, & ad ipsius gloriam terminueẽ; cui soli honor, & imperiũ est in secula. Finis sacramanti pœnitentiæ, die 12. Ianuarij 1591. Desentiani.

Sententiæ De Pœnitentia.

De eius nomine, diffinitione, necessitate, & vtilitate.

Pœnitẽtia renascẽtia animi, & eius in melius reformatio.

AVgust. de Doctr. Chr. lib. 1. c. 19. iam verò sicut animi quædam mors, vitæ prioris morumq; reiectio, quæ fit pœnitendo, sic etiam corporis mors est animationis pristinæ resolutio, & q̃o animus post pœnitentiam qua priores mores interemit, reformatur ĩ melius, sic etiam corpus post istam mortem &c. vbi Aug. vocat pœnitentiam, renascentiam animi.

Pœnitẽtię crucifixio interior is hoĩs, & peremptio impietatis.

Et de Trin lib 4. c. 3. Crucifixio quippe interioris hoĩs pœnitentiæ dolores intelligitur, & continentiæ quidam salubris cruciatus, per quam mortẽ mors impietatis perimitur, in qua nos non dereliquit Deus. Et ideo per talem crucem euacuatur corpus peccati, vt iam non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis, peccato quia & interior homo, si vtiq; renouatur de die in diem, profecto vetus est antequã renouetur.

Pœnitẽti vitæ veteris expolitio.

Et de fide, & operib. lib. vno. c. 8. agite pœnitentiam, ibi enim est veteris vitæ expoliatio, vt noua induãtur qui baptizantur. Alia nomina pœnitentiæ videre licet supra in materia in princ.

Pœnitẽtia bonorum

Idem ep. 108. ad fin. Est et pœnitentia bonorum & humilium fidelium pœna

pęna quotidiana. na quotidiana, in qua pectora tūdimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra.

Et de vtilitate pœnitentię t.9.in prin. Ergo interim si qui ex eorum numero adsunt qui baptizari disponunt; credimus .n. eos adesse tanto ad verbum studiosius, quanto ad indulgentiam vicinius, hos primū paucis alloquimur, vt

Pœnitens debet peccata cogitare, pterita dolere, & odisse, futura cauere cum spe veniæ consequēdæ. erigant mentes in spem, ament fieri q̄ non sunt, oderint q̄ fuerunt, nouū hominem nasciturí iam voto concipiant quid de pterita vita remordebat, quicquid angebat conscientiam, quicquid omnino vel magnum, vel paruum, vel dicendum vel non dicendum, non dubitent non posse dimitti, ne fortè quod vult Dei miseratio remittere, cōtra se teneat humana dubitatio, alias diffinitiones, vel etimologias, aut descriptiones videri licet supra in materia.

Pœnitētię necessitas. Idem hom.50.de pœnitentia. ca.10. Iudicet ergo seipsum homo in his voluntate dum potest, & mores cōuertat in melius, ne cum iam non poterit etiā præter voluntatem à Dño iudicetur & cum in se protulerit seuerissimè medicinæ sententiā, veniat ad antistites &c.

Et de vera & fals.pœnit.in princ.t.4. quantum sit apperenda gratia pœnitentiæ omnis authoritas declarat, omnis bonorum vita conatur ostendere; languores enim sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat, omnia sanat, omnia redintegrat, omnia lætificat, sanitatem auget, quam conseruat,

Pœnitētię vtilitates cum seq. claudis gressum, aridis copiam, cæcis restituit visum, temperat successus, restringit impetus, moderatur excessus, ignorans se, per hanc se recognoscit, q̄rens se, per hanc se inuenit, hæc est quę homines ad Angelos ducit, & creaturā reddit Creatori, ista ouem perditam monstrauit quærenti, & decimā drachmam obtulit anxianti, hæc dissipatorē filium ad patrem reduxit, & vulneratū à latronibus custodi curandū reseruauit. In hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conseruatur, fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipsa ignis consumens.

Chris.serm.de pœnit.tom.5. O pœnitentia, quæ peccatum miserante Deo remittis, & paradisum reseras, qui contritum sanas hominem, & tristem exhilaras, vitam de interitu reuocas, statū restauras, honorem renouas, fiduciam das, & reformas vires, gratiamq́; abundantiorem refundis. O pœnitētia quid de te noui referam? omnia ligata tu soluis, omnia soluta reseras, omnia aduersa tu mitigas, omnia cōtraria tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilantior auro, splendidior sole, qua non vincit peccatum, nec defectio superat, nec desperatio delet. Pœnitentia respuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam; Perfecta pœnitētia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, si violentus quætat q̄ habet non vetat, si vestem dirimat non refragatur, percutienti maxillam præbet alteram; alias authoritates ad hoc inuenire licet supra in materia, & sparsim apud Aug. & ex scriptura Ier. 18. Ezech. 18. & 33. & alibi sæpè, vt supra in materia.

Amb.ad virginem lapsam.c.8. Pœnitudo necessaria est, sicut vulneratis necessaria sunt medicamina, sed quanta putas & qualis necessaria pœnitentia, q̄ aut æquet crimina, aut certè exequet? pœnitentia nō verbis agenda est, sed & actu, cū animo conceperis nō aliud remedium constitutum esse post baptismum, quām pœnitentiæ solatium, quantumuis afflictionem, quantumuis laborem & indecorem subire esto contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libereris.

Hier.ep.8.ad Demetriadem. de seruanda virg.c.6. Pœnitentia quasi secunda post naufragium miseris tabula fit.

Conc.Trid.de sacr.pœnit.c.1.sess.14. fuit quidem pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria illis etiam qui baptismi sacramento

to ablui petiuissent, vt peruersitate abiecta & eliminata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur.

De ordine pœnitentiæ, & eius qualitate.

Fides ad pœnitentiã est necessaria.

Aug. vel author eius libri. lib. de vera & fal. pœnit. Pœnitentia, quæ ex fide non procedit vtilis non est, optimè aũt credentibus remediũ pœnitentiæ à Saluatore cócedi. Et inf. c. 9. sunt quos peccasse pœnitet propter præsentia supplicia; displicent enim latroni peccata qñ agitur de pœna, desit vindicta reuertitur ad crimina, ista est pœnitentia non ex fide procedens, nec est charitate munita, sed sterilis & sine misericordia, hæc non purgat cõscientiam, nec lauat crimina, in hac nulla est spes veniæ, nulla expectatio indulgentiæ, huic concordant qui confitentur inuiti, non amore boni, sed vt fugiant damnum & incommodum seculi. Et infra. Vtilis ergo erit pœnitentia si sit spontanea, Dominum quærẽs quem amisisse doleat, ad illum anxians præter quem nõ est vita; Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædã in quibus delectentur, non animaduertentes Dominum simul surdum & mutum à dæmonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari.

Pœnitẽtia debet esse spõtanea, & de omnibus.

Et de pœnitentiæ medicina. c. 2. constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat, nam minatur Deus hoc peccatori dicens: Arguam te & statuã contra faciem tuam; atq; ita constituto in corde iudicio, ac fit accusatrix cogitatio, restis conscientia, carnifex timor.

Timor p̃cedat pœnitentiam filialis tñ; licet & seruilis sit ad eam introductorius.

Et de confessione peccatorum. serm. 30. O homo ne tardes conuerti ad Deũ discute mentem tuam, prospice singula secreta cordis, considera antequam ad confessionem accedas, quod cor peccauit malè appetendo, oculus vanitatem videndo, os falsitatem dicendo, auris mendacia audiendo, manus verbera, & homicidia perpetrando, & si non opere saltem voluntate, pedes etiam veloces ad malum, quis se excusare poterit? igitur fratres mei sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, illa & nunc exhibete membra seruire Deo in sanctificatione; primò enim cor q̃ mala concupiuit & cogitauit doleat, & oculus defleat, os sine intermissione oret, aures audiant verbum Dei, manus eleemosynam porrigant, peregrinos suscipiant, infirmos foueant, nudos induant, pedes veniant ad ecclesiam, genua flectantur & laborent, quia sicut nullum fuit mẽbrum q̃ peccando Deo non displicuerit, ita nullum sit membrum q̃ pœnam non patiatur condignam. Et infra? & ad ecclesiam propere festinamus, & flẽtes peccata nostra cũ dolore confiteamur.

Pœnitens quid agere debeat.

Quòd pœnitentia sit sacramentum.

Greg. Niss. lib de vita Moisis, vel vita perfecta. Moises rursus per lapidem inundare aquis eremum fecit, quæ res quantum qualeq; sit sacramentum pœnitentiæ docet.

Conc. Tr. sess. 14. de sacr. pœnit. can. 1. si quis dixerit in catholica ecclesia pœnitentiam non esse verè & propriè sacramentum pro fidelibus quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum, anathema sit.

De eius Ministro.

Amb. lib. 1. de pœnit. cap. 2. Dominus par ius & ligandi & soluẽdi esse voluit, qui vtrunque pari conditione promisit ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi; sicut enim secundùm Dominicã sententiam, qui ligandi ius habet & soluendi habet, ita istorũ assertio seipsam strangulat, vt quia soluendi ius negãt, negare debeant & ligandi, qũo igitur potest alterum licere, alterum non licere? quibus donatum est vtrunq; aut vtrunque licere manifestúm est, aut vtrunque non licere certum est; ecclesiæ autem vtrunq; licet, hæresi vtrunque non licet, ius enim hoc solis sacerdotibus

Soli sacerdotes absoluunt.

bus promissum est, Rectè igitur hoc ecclesia vendicat quæ veros habet sacerdotes, hæresis vēdicare non potest quæ sacerdotes Dei non habet.

Greg.hom.26.in ea verba: Quorum remiseritis peccata &c. Ecce qui districtum iudicium Dei metuunt animarum iudices fiūt, & alios damnant vel liberant qui semetipsos damnari metuebant; horum profectò nunc in ecclesia locum Apostoli tenent, ligandi atque soluendi authoritatem suscipit qui gradum regiminis sortitur, grandis honor, sed graue pondus istius est honoris.

Conc.Tr.de sacr.pœnit.sess.14.can. 10. si quis dixerit sacerdotes qui in peccato mortali sunt potestatē ligandi & soluendi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum; Quæcunq; ligaueritis &c. anathema fit.

Chris.lib.3.de sacerdotio. Corporis lepram purgare, seu vt verius dicam, haud purgare, sed purgatos probare, Iudæorum solis sacerdotibus licebat, neq; nescis quanta cum ambitione, quanto cum studio ac concertatione sacerdotalis dignitas id temporis acquireretur, at verò nostris sacerdotibus non corporis lepram, verum animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.

Aug.de verbis Dñi serm.44.c.6. Opus est ergo, vt qui reuixit soluatur, & ire permittatur; hoc officium discipulis dedit, quibus ait: Quæ solueritis in terra soluta sunt & in cœlo. Et de verbis Domini serm.serm.8.c.1. Quid est autem foras prodire, nisi quòd occultum erat prodere? qui confitetur foras prodit.

De partibus pœnitentiæ.

Conc.Flor.de sacr. quartum sacramentū est pœnitentia cuius quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarū prima est cordis contritio ad quam pertinet vt doleat de peccato commisso cū proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris cōfessio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet suo sacerdoti confiteatur. Tertia est satisfactio pro peccatis ad arbitrium sacerdotis.

Conc.Tr.de sacr.pœnit.sess.14.can. 4. si quis negauerit ad veram & integram peccatorum remissionem, requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confessionem, satisfactionem &c. anathema fit.

De Contritione.

De eius necessitate, & vtilitate.

Ps.50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et inf. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatū meū cōtra me est semper.

Ps.6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meū rigabo. Et Psal.37. Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem, tota die cōtristatus ingrediebar; quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Et Ps.101. Ossa mea sicut cremium aruerunt. 2.Reg.12. Et dixit Dñs ad Nathan, peccaui Domino: Dixitque Nathan ad Dauid, Dñs quoque transtulit peccatum tuum.

Ion.3. & clamauit & dixit in Niniue ex ore regis, & principum eius dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines, & iumēta, & clament ad Dominum in fortitudine, conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum, quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala.

Quid

Quid sit & ad eam requiratur.

Aug. serm. 3. in Nat. Dñi. de temp. ser. 7. t. 10. Pœnitentiam certam nõ facit, nisi odium peccati & amor Dei; quando sic pœnites, vt tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & qđ te prius oblectabat in corpore ipsum te cruciat in mente, iam tunc bene ingemiscis ad Deũ, & dicis: Tibi soli peccaui, & malũ corã te feci.

Ad pœnitentiã reqrit amor Dei, & odium peccati.

Et de pœnit. medic. c. 2. Omnis qui iam arbiter suæ voluntatis constitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi cum pœniteat vitæ veteris non potest nouam inchoare.

Contritio quid sit.

Conc. Flor. de sacr. pœnit. Ad cordis contritionem pertinet, vt doleat pœnitens de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero.

Et Trid. sess. 14. c. 4. Contritio quæ primum locum inter dictos actus pœnitentis habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso cum proposito nõ peccandi de cætero, fuit autem quouis tempore ad impetrãdam veniam peccatorum, hic contritionis motus necessarius, & in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cũ fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua coniunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc sacramentum requirũtur. Et inf. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, qm̃ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter accipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat non solũ non facere hominem hippocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Sp. S. impulsum, nõ adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, & quamuis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit.

Attritio quid & qđ prosit.

Aug. lib. de pœnit. medic. c. 9. Ascendat homo aduersum se tribunal mentis suæ, existimet illud ꝙ oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illud recipiat vnusquisq; ꝙ per corpus gessit, siue bonum siue malum, constituat se ad faciem suam ne hoc ei postea fiat, cum seq. vt sup. relatum est.

Timor pœnitentiam præcedat.

Amb. hom. 2. in Ps. 50. Habeto codicem conscientiam tuã, & scribe quotidiana peccata, quãdo accubueris super stratum tuum, & neminem infestũ patieris, antequã veniat tibi somnus, profer in medium codicem conscientiam tuã, & reminiscere peccata tua, si quid in verbo seu facto, vel in cogitatione peccasti. Et inf. Dicito in corde tuo, & in anima tua, expendimus diem ò anima, quid boni fecimus, aut quid malè operati sumus? & si quid boni fecisti gratias age Deo, si quid mali, de cætero ne facias. Et infra. Propone tibi timorẽ gehennæ. Et lib. 1. de com punct. cord. ad fi. hoc solum est, ꝙ exposcitur à nobis, vt semper recordemur, & ad animã reuocemus mala nostra, & conscientiam gestorum habeamus ante oculos nostros, vt ꝑ his supplicemus Deo, vt gehennam ponamus in cõspectibus nostris, & angelos qui in die iudicij vbiq; discurrunt, & congregant de omni orbe terrarũ eos qui sunt ponẽdi in gehennã, ac supplicijs tradendi, ponamus etiam & illud ante oculos, quãti doloris est excludi & proijci à regno cœlorum, ꝙ vt mihi videtur grauius est ipsa gehenna; nam & si ignis ille non arderet, & immortalis illa pœna non esset parata, hoc solum quòd alieni efficimur à Christo, & excludimur à bonis æternis, nonne omni pœna cruciabilius diceretur?

Pœnitens cruciatus & exclusũ à regno cęlorum, ꝙ est graui cõsideret.

Amb. ad virg. lapsam. c. 8. Pœnitentia ergo verbis agenda non est, sed & actu, hæc autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo libro vitæ nõmen tuum deletum sit; & si te iam credas prope ipsas positum tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentiũ sine fine. Cum hæc certa fide, sicut est,

animo

Pœnitens quid agere debeat

animo cōceperis, quia necesse est prę uaricatricem animā tartareis pœnis, & gehennæ ignib. tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum, quàm pœnitentiæ solatiū, quantumuis afflictionem, quantumuis laborem & indecorem subire esto contenta, dummodo ab æternalibus pęnis libereris, ergo hæc tecū cogitans, &c. omnis cura huius vitæ tibi intermienda est, & quasi mortua te existimes, sicuti es, quomodo possis reuiuiscere tecum cogita, deinde lugubris vestis tibi accipienda est, & mens ac singula membra castigatione punienda.

Aug. lib. de pœnit. medic. c. 11. Iudicet ergo seipsum homo in istis voluntate dum potest & mores cōuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiā præter voluntatem à Dño iudicetur; & vim ipse in se protulerit seuerissimæ medicinæ, sed tamen medicinæ sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in ecclesia claues ministrantur, & tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum; vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deuotus, & supplex id agat, q nō solum illi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplū. Vt si peccatū eius nō solum in graui eius malo, sed etiā in tanto scandalo est aliorum, atq; hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti, in notitia multorum, vel etiā totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lætali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem; alias authoritates de contritione supra videre licet in materia.

De Confessione.

De eius institutione, necessitate, & vtilitate.

Num. 5. Vir siue mulier cū fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligētiam transgressi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, confitebūtur peccatum suum. Et Act. 19. multi credentium veniebant confitentes, & annunciabant actus suos. Et Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Et Is. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Orig. hom. 2. in Leuit. Audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nunc quātæ sint remissiones peccatorū in Euāgelijs, est ista prima &c. Est adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per pœnitētiam remissio peccatorū, cum lauat peccator in lachrimis stratum suum, & fiūt ei lachrimæ suæ panes die ac nocte, & cum nō erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam.

Chris. hom. 41. in Matt. Tu ipse tibi sis iudex, exige à teipso rationē & correctionem largos lachrimarum effunde fluuios, ingentes compunctionis gemitus redde, humillimus sis, laboribus ac vigilijs teipsum afflige, peccata tua per singulas species recole.

Greg. Nis. in mulierem peccatricē. Afflictionis participem & socium sume sacerdotem vt patrem; quis enim tam falso nominatur pater, aut tam duro & adamantino animo præditus est, qui non filijs merentibus doleat, & gaudentibus lætetur? Sacerdos ita tristatur ob peccatum illius, quem ob religionem habet loco filij, vt Iacob visa tunica Ioseph sanguine consperſa quærebatur, vt Dauid luxit Absalonis interitum, vt Heli, Ophni, & Phineem qui in acie ceciderāt, & Moises populum impium, qui rerum nouarū studiosus vitulū sibi conflauerat, quāobrem maior in eo tibi fiducia sit, qui te in Deo genuit, quàm in illis à quibus corpore procreatus es, audacter ostende illi quę sunt recondita, animi arcana tanquam occulta vulnera medico retege, ipse honoris, & valetudinis tuæ rationem habebit. Et Petrus Cluniacensis lib. 2. de miraculis. c. vlt. narrat quendam in extremis positum tacuisse in cōfessione aliqua peccata, & ei nocte apparuisse dæmones qui ipsius animam eripere conabātur, alijs

Gen. 37. 2. Reg. 18. 1. Reg. 4. Exo. 32.

Confessori quantū sit fidendū

contra

contra lactentibus, quod confessus esset; Tum facta integra confessione discesserant.

Tertul. lib. de pœnit. c. 8. tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exagerat, confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. & cap. 9. de eodem loquens, eum igitur prouoluit hominē magis releuat, cum squallidum facit magis mundatum reddit, cum accusat, excusat, cum cōdemnat, absoluit, in quantū non peperceris tibi, in tantum, mihi crede, Deus tibi parcet; & cap. 10. reprehendit eos qui differunt confiteri, vel pudore tacti non omnia confitentur.

Confessionis vtilitas

Orig. hom. 2. in Ps. 37. Quoniam iniquitatem meam pronuncio, pronunciatione iniquitatis .i. cōfessionem frequentius diximus, vide ergo quid edocet nos scriptura, quia oportet peccatum non celare intrinsecus; forsassis enim sicut ij qui habēt intus inclusam escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis stomacho grauiter, & molestè imminentia, si vomuerint releuantur, ita etiā hi qui peccauerunt, si quidem occultant & retinēt intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, si autem ipse sui accusator fiat, dū accusat semetipsum & cōfitetur simul euomit & delictum, atq; omnem morbi digerit causam; Tantummodo circunspice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius medicum cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi nouerit disciplinam, vbi & subdit, confessionem quādoque expedire esse publicam.

Confessionis vtilitas eum apta vomentis similitudine.

Confessor quis eligēdus.

Hier. in eccles. cap. 10. Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno interfecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiā, nec vulnus suum fratri & magistro suo voluerit confiteri, magistro qui linguam habet ad curandū, facilè ei prodesse non poterit; si enim erubescat ęgrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

Peccatum in confessione aperiundū vt curetur.

Clemens ep. 1. ad fratrem Domini. Quòd si fortè alicuius cor liuor vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quę superius memorauimus, latenter irrepserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbum Dei, & consilium salubre curetur. Et inf. Instruebat B. Petrus actus suæ vitæ omni hora custodire, & omni loco Deum respicere, firmiter scire cogitationes malas suo cordi aduenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus Domini manifestare.

Confitendū pprio sacerdoti, ēt cogitationes malas.

De eius conditionibus, & qualitatibus.

Pacianus libello de pęnitētia apud Canisium. Vos primū appello fratres, qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis, vos inquam post impudentiam timidos, post peccata verecūdos, qui peccare non erubescitis & erubescitis confiteri. Et infra: Quid facietis qui decipitis sacerdotē? qui aut ignorantem fallis, aut nō ad plenum scientem probandi difficultate confundis? Rogo ergo vos fratres etiam pro periculo meo, per illum Dominum quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam; prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporis partibus etiā sequuturos etiam processuros; & ibidem reprehendit eos, qui satisfactionem impositam, vel consilium sacerdotis fugiunt.

Confessio integra esse debet.

Aug. lib. 2. de visit. infirm. c. 5. Adstātem coram te sacerdotem angelum Dei existima, labia quidem sacerdotis, ait Malachias, custodiunt scientiā, & legem requirunt ex ore eius; Angelus enim Domini exercituum est, & ea qua Deum & Angelos eius decet reuerentia Dei ministrum affire, aperi ei penetralium tuorum abditissima latibula, conscientiarum vereeundarum pœnitiora reuela repagula, non te pu-

Mal. 2.

te pudeat coram vno dicere, q te non puduit forsitan coram multis etiam facere. Et in Ps. O homo quid times confiteri? illud quòd per cōfessionem scio, minus scio quàm illud q nescio, cur peccata tua confiteri erubescis? peccator sum sicut & tu, homo sum, humani nihil à me alienum, confitere homo homini. homo peccator homini peccatori; elige quod vis, si non confessus lates, inconfessus damnaberis.

Conc Later.can.21. Omnis vtriusq; sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata solus confiteatur saltē semel in anno proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiā studeat pro viribus adimplere.

Conc.Tr.sess.14.c.5. Ex institutione sacramenti pœnitentiæ iam explicata vniuersa ecclesia semper intellexit, institutam etiā esse à Dño integram peccatorum confessionem, & omnib. post baptismum lapsis esse iure diuino necessariam. Et infra: Docet & determinat omnes cogitationes etiam cordis & circunstantias peccatorū esse confitendas.

Alia circa confessionem videre licebit supra in materia.

De satisfactione.

De eius institutione, necessitate, & vtilitate.

Tert.lib.de pœnit c.5. Ita qui per delictorum pœnitentiam instituerat Dño satisfacere, diabolo per malam pœnitentiam satisfaciet, loquens de relapso. Et ca.9. satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur.

Cipr.ep.10.ad clerum. Agentes pœnitentiam verā, possunt Deo patri misericordi precib.& operib. satisfacere.

Aug.lib.22.con.Fau.c 67.loquens de Dauid, haud mediocre fidei robur fuit, aut paruū mitis & obediētis animi inditium, cum audisset à propheta q sibi Deus ignouisset, & tñ quæ fuerat comminatus consequenter euenissent, non se dicere prophetæ deceptum esse mendatio, nec murmurare aduersus Deum, sed ad Deum leuans animam suam, nisi dñs esset confitenti pœnitentiq; propitius. quantum pœnarum æternarū eius essent digna peccata, pro quibus cum temporalibus emendationib. vteretur, videbat erga se & manere veniam, & non negligi medicinam. Satisfactio post culpā dimissam exigitur & quare cum seq.

Greg.lib.9.Mor.cap.27. Delinquenti Dñs nequaquam parcit, quia delictum sine vltione non deserit, aut enim ipse hoc homo in se pœnitēs punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit, nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur, sic Dauid audire post cōfessionem meruit, Dñs transtulit peccatum tuum, & tñ multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit. 2. Reg.12.

Aug.tract.124.in Ioā. Productior est pœna quàm culpa, ne parua putaretur culpa si cum illa finiret & pœna, ac per hoc vel ad demonstrandum debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationē necessariæ patientiæ temporaliter hominem detinet pœna, etiam quem iam ad damnationē æternam reum non detinet culpa. Pœna cur sit productior culpa

Conc.Tr.sess.14.c.8 Sancta Synodus declarat falsum esse & omnino à verbo Dei alienum culpam à Dño nunquā remitti, quin etiam vniuersa pœna condonetur, perspicua enim & illustria in sacris literis exēpla reperiūtur, quibus præter diuinam traditionem hic error quàm euidentissimè cōuincitur, sanè & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiā recipiatur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerit, aliter qui post &c. Et infra: Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi freno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pœnitentes faciunt, medentur quoq; peccatorum reliquijs, & vitiosos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt. 2. Reg.12. & 24.

De eius conditionibus, & qualitatibus.

Cipr.serm.de lapsis.apud Canisium. Dñs orandus est, Dñs nostra satisfactio ne placandus est, delicta nostra reputemus, actus nostros & animi secreta reuoluentes, conscientiæ merita ponderemus, redeat in cor nostrum nō ambulasse nos in viis Dñi, & abiecisse legem Dei. Et infra Nec cesset in agenda pœnitentia, atq; in Domini misericordia deprecanda, ne ꝙ minus esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur. Et sermone de opere, & eleemosynis.

Satisfactione De⁹ placandus.

Aug.in Ench ad Laur.c.70. Sanè cauendum est, ne quisquam existimet infanda illa crimina, quæ qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidiè perpetranda, & quotidiè eleemosynis redimenda. In melius quippe est vita mutāda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus, quodammodo, vt ea semper liceat impunè committere; nemini enim dedit laxamentū peccandi, quāuis miserando deleat iā facta peccata, si nō satisfactio congrua negligatur.

Eleemosynis satisfaciendum.

Gal.5.

Eleemosynæ qualiter dicunt peccatum remittere.

Et ibid c.71. De quotidianis autem breuibus, leuibusq; delictis, sine quibus hæc vita nō ducitur quotidiana oratio fidelium satisfacit; eorum est enim dicere, Pater noster, qui es in cœlis, qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & Spiritu sancto.

Peccata venialia quō deleantur.

Ambr.lib.1.de pœnit.c.16. Volo veniam reus speret, petat eam lachrimis, petat gemitib. petat populi totius fletibus, vt ignoscatur obsecret.

Et ad virg lapsam.c 8. Lugubris tibi accipienda vestis est, & mens ac membra singula digna castigatione punienda, amputentur crines qui per vanam gloriam, occasionem luxuriæ præstiterunt, defluant oculi lachrimis, qui masculum simpliciter non aspexerunt; pallescat facies, quæ quōdam viruit impudicè; denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit, cor verò fit liquescens sicut cera ieiuniis, inquietans seipsum, & cogitationib. ventilans, quare sit ab inimico subuersum; Sensus etiā crucietur; quia in membra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio; Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseuerans, audebit sperare & si non gloriam, certè pœnæ euacuationem. Et infra: Grandi plagæ, grandi & atra opus est medicina, grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem.

Satisfactionis opera quæ.

Satisfactio maior maiori delicto exigit.

Hæreses circa Pœnitentiæ sacramentum.

Prima Hæresis habet pœnitentiam non esse sacramentum; sic tenent Montanistæ, teste Hier. ep.ad Marcellam, de errorib. Montani, Nouatiani, vt refert Socr.lib.4.hist. c.23.& alii apud Bell. li. 1.c.9.de pœnit.

Hæresis, ꝙ pœnitētia non sit sacramentū, refellitur.

Mouentur ex Aug.serm.de baptis.ad infantes, d. Sacramenta esse visibilia, at hic, dicunt, nil est visibile, cum cor homini non videatur.

Secundò, nam in pœnitentia non est elementum externum, ꝙ debet esse in sacramento, ergo.

His tñ non obst. contraria sententia catholica est, & verissima, ꝙ pœnitentia sit sacramentum, vt supra, latè probatum est in materia.

Ad primum Resp ꝙ in sacramento pœnitentiæ sunt multa signa visibilia, impositio scilicet manuum sacerdotis, genuflexio pœnitentis, & quod magis est confessio, & absolutiō.

Ad secundum, ꝙ elementum requiritur in sacramento, sed diuersa ratione, nam in aliis sacramentis requiritur aqua, oleum, &c. ad significandum interiorem ablutionem, quorū loco in pœnitentia verba succedūt, quibus nil est efficacius ad significandum: vt inquit Aug.lib.2.c.3. de Doctr.Chr vt d. Bellarm.d.lib.1 c.11. vbi & respondet aliis hæreticorum argumentis.

Secunda hæresis habet sacrm pœnitentiæ non differre à sacro baptismi.

Hæresis, ꝙ sacrm pœ-

Mo-

nitẽtię nõ differat à ſacro baptiſmi, reijcitur.

Mouentur primò ex Hier. d Pœnitentia reparari baptiſmum.

Secundò, ex Aug. lib de fide ad Petrũ, d. Sacramentũ fidei & pœnitentiæ dici.

His tñ non obſt. apertè liquet baptiſmum differre à pœnitentia; probatur Io. ep. 1. c. 1. Heb. 6. Tertul. lib. de pœnit. vbi pœnitentia ab eo dicitur ſecũda tabula poſt naufragium, & ſpes ſecunda poſt baptiſmum. Cipr. ſerm. 5. de lapſis. Aug. ep. 23. ad Bouifac. Damaſ. lib. 4. de fide c. 10. & alijquos ibi citat Bell. c. 13.

Ad primum Reſp. ꝙ ſi Hier. d. Pœnitentiam eſſe ſecundam tabulã poſt naufragium, apertè dicit eam differre à baptiſmo, quia per tabulã non reditur ad nauim, ideſt innocẽtiam baptiſmalem, ſed ad littus, ideſt ad gratiam quæ datur per eam.

Ad ſecundum, ꝙ vna eſt pœnitentia, quæ ante baptiſmum agitur, & de illa loquitur D. Aug. alia quæ poſt, & de illa non eſt ſermo hic, vt probat Bellar. d. lib. 1. c. 14. vbi & reſpondet alijs hæreticorum argumentis.

Hæreſis, ꝙ ñ ſint tres formales ptes ſacri pœnitẽtię, refellitur.

Tertia hæreſis habet nõ eſſe tres formales partes ſacramenti pœnitentiæ.

Mouentur ex Conc. Tr. d. Actionem pœnitentis eſſe materiam, vel quaſi, ſacramenti pœnitentiæ, ergo non verè.

Secundò, nam ſacramentum eſt ſignũ rei ſacræ, effectus verò pœnitentiæ eſt remiſſio peccatorum, quæ ſignificatur per abſolutionem, non autẽ per contritionem, cõfeſſionem, & ſatisfactionem.

His tamen non obſtan. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, vt ſupra probatum eſt in materia.

Ad primum, ꝙ Conc. Tr. ſeſſ. 14. c. 3. non, d. Actionem pœnitentis eſſe materiam, vel quaſi, ſed ſimpliciter dicit eſſe quaſi materiam, quia licet ſint verè materia actiones pœnitentis, non ſunt tamen res aliqua ſolida permanens & tractabilis vt in alijs ſacris, ꝙ non refert, quia ibi ſe habẽt per modũ remotionis impedimenti, vt dictum eſt in materia.

Ad ſecundum, ꝙ remiſſio peccatorũ non ſolum abſolutione, ſed etiã confeſſione ſignificatur, quia vt ſacerdos abſoluens ſignificat ſe peccatũ expellere, ſic pœnitẽs cõfitens ſe ab illo recedere.

Hæreſis, ꝙ ñ ſint tres partes pœnitentiæ, refellitur.

Quarta hæreſis, d. Non eſſe tres partes pœnitentiæ contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, ſed terrores cõſcientiæ & fidem, vel opus bonum, & nouam obedientiã, non aũt cõfeſſionẽ.

Mouentur primò, nam Iſ. 1. dicitur: Quieſcite agere peruersè, diſcite bene facere, & Pſ. 34. Declina à malo & fac bonum. vbi de confeſſione nihil, ergo.

Secundò, nam pœnitentia eſt præterita peccata plangere, & plangenda iterũ non committere, ergo confeſſio nõ numeratur inter partes pœnitentiæ.

Tertiò, lex diuina intentat minas peccatoribus, euangeliũ eos conſolatur ꝓpoſita Chriſti iuſtitia, & ſatisfactione quæ per fidẽ apprehẽditur, ergo terror & fides ſunt duæ partes pœnitentiæ.

His tamen non obſtan. contraria ſententia catholica eſt, & veriſſima, quòd ſint tres partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, vt ſupra probatum eſt in materia.

Ad primum, ꝙ ibi dolor peccatorum & propoſitum nouæ vitæ nõ ponuntur fructus iuſtificationis, ſed eius cauſa, quia eã præcedunt. Ad Pſ. ꝙ ibi non exponũtur partes pœnitẽtiæ, ſed iuſtitiæ.

Ad ſecundum, dicitur: tres eſſe actiones pœnitentis, quæ in ſacramento reconciliationis ad remiſſionem peccati exiguntur, re vel ſaltem voto, & ibi nomine pœnitẽtiæ intelligitur pœnitẽtia perfecta quæ conſtat ex tribus partib.

Ad tertium, dicitur: Legem quidem terrere, & euangeliũ conſolari, ſed non inde ſequi fidem, & terrorem eſſe partes pœnitentiæ quia terrores pœnitentiam quidem gignunt, ſed nõ ſunt eius partes; fides etiam debet præcedere iuſtificationem, ſed non eſt pars pœnitentiæ: vt d. latè Bellar. d. lib. 1. c. 20. vbi & reſpondet alijs hæreticorũ argumentis.

Hæreſis, d. Contritionẽ eſſe tñ terrorẽ, & nõ dolorẽ peccatorũ, reijcitur.

Quinta hæreſis d. Contritionem eſſe tñ terrorem conceptum ex conſideratione peccatorum, & non eorũ dolorẽ.

Mouentur primò, nam pœnitentia dicitur reſipiſcentia animi, at reſipiſcere non dicit dolorem.

Secundò, Prou. . Optima pœnitentia

T t 2 tia

tia noua vita, ergo non requirit dolor.

Contrarium tñ est verissimum, contritionem continere dolorē peccatorū, vt probatum est supra latè in materia.

Ad primum, q̄ ij dñr resipiscere quos pœnitet vitæ veteris, & se castigāt dementiæ cōmissæ: vt d. Lact. lib. 6. diuin. instit. c. 24 & Tertul lib. de pœnitentia.

Ad secundum, q̄ noua vita requiritur quidem ad pœnitentiam, alias irrisor quis esset si mox acta committeret eo proposito: vt d. Greg. hom. 34. in Euang. & lib. de cura pastorali, eos flendo inaniter se lauare, qui culpas post lachrimas repetunt. p. 3. ca 31. sed adhuc requirit dolor p̄teritorū ex alias dictis.

Hæresis, q̄ propositū nouæ vitę non requirat in contritione, refellitur.

Sexta hæresis, d. Propositum nouæ vitæ, non requiri in contritione.

Mouētur, quia Dauid mox vt dixit: Peccaui, accepit remissionem peccati.

Secundò, nā apud homines benignos sola culpę detestatio impetrat sæpè veniam, ergo nō est necessaria noua vita.

Contrarium est tamē catholicum & verum, q̄ in contritione, & pœnitentia requiratur propositum nouæ vitæ, vt supra in materia est probatum.

Ad primum, q̄ Dauid etiam propositum habuit nouæ vitæ, aliter nō fuisset iustificatus, nam alioqui & Iudas, d. Peccaui tradens sanguinem iustum, Matth. 26. & tamen est damnatus.

Ad secundum, q̄ ideo homines ignoscunt detestanti culpam, quia ex illo actu iudicant illis esse animum talia amplius non commissuros, & si secus crederent non ignoscerent, q̄ est de Deo etiam dicendum, q̄ respiciat ignoscens propositum nouæ vitæ cum detestatione præteritorum: vt d. Bellarm. lib. 2. de pœnit. c. 7. vbi & respondet alijs hæreticorum argumentis.

Hæresis, q̄ contritio vel attritio non sit necessaria ad salutē post peccatum, refellitur.

Septima hæresis, d. Contritionem, vel attritionem non esse necessariam ad salutem.

Mouentur primò, nam baptismus, vt & alia sacramenta, nō ponenti obicem, gratiam confert, sed obicem nō ponit, qui nouam vitam proponit, & peccati complacentiam non habet, licet reipsa peccatum non detestetur.

Secundò, charitas sufficit ad iustificationem etiam si sit sine contritione, & pœnitentia, cū operiat delicta. Prou. 10.

His tamen non obst. contrarium supra probatum est, contritionem vel saltem attritionem cum sacramento necessariā esse ad remissionem peccatorū.

Ad primum Resp. q̄ satis ponit obicem, qui sine debita dispositione accedit ad sacramentum, debita verò dispositio est vt adultus cū detestatione peccatorum accedat ad baptismum. Act. 2. Conc. Trid. sess. 6. c. 6. ergo.

Ad secundum, q̄ charitas sat est ad salutem, quia ibi abest peccatū, sed charitas haberi non potest sine contritione, vel attritione iuncta cum sacro, ab eo qui post baptismum lætaliter peccauit, ergo, vt d. Bellar. d. lib. 2. c. 9. respondens quoq; alijs aduersariorū obiectis.

Hæresis, q̄ peccata cōtritione nō deleātur, reijcitur.

Octaua hæresis, d. Contritione peccata non deleri.

Mouentur, nā Apostolus d. Nos gratis iustificari, ergo non contritione.

Contrarium tamen est verum, vt in materia est probatum.

Ad hoc argumentum Resp. q̄ licet contritionis merito iustificemur, tamē quia contritio donum Dei est, non dicimur sola contritione iustificari, sed Dei benignitate cōcurrente, tamen nostra actione, vt supra.

Nona hæresis, d. Contritione peccata non deleri etiam cū voto sacramenti ante sacerdotis absolutionem.

Mouentur, nam iustificatio tribuitur dilectioni. Luc. 7. ergo non contritioni. & idem 1. Cor. 13. vbi dicitur omnia nil prodesse sine charitate, ergo.

Contrarium tamen est verum, vt supra in materia est probatum.

Ad id Luc. 7. Resp. magnam dilectionem Magdalenæ fuisse causam magnæ indulgentiæ, sed non sine contritione, & ibi absoluitur coram hominib⁹, quæ coram Deo iam erat absoluta. Ad alterum, quòd opera bonæ non perducunt ad vitam æternam sine charitate, fides tamen & spes sunt initium ædificij spiritualis, & ex fide oritur contritio quæ remittitur peccata per charitatem, vel

gra-

gratiam Dei superuenientem cum voto sacri, etiã ante eius præstationem in re. Bellar.d.lib.2.c.14. vbi & respondet alijs hæreticorum obiectionibus.

Hæresis, q̃ oĩa peccata per pœnitentiam nõ deleantur, refellitur.

Decima hęresis habet omnia peccata per pęnitentiam non deleri.

Mouentur ex 1.Reg.2.d.Si peccauerit vir in virũ placari ei potest Deus, si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

Secũdò, Prou.1.quia vocaui & renuistis &c.tũc inuocabũt me, & nõ exaudiã.

Tertiò, nam peccatum in Spiritu sancto non dimittitur.

Contrarium tñ est verum & catholicum, vt supra est probatum in materia.

Ad primum, q̃ quærẽdus est nõ quicunq;, sed insignis Dei amicus qui oret pro tali: vt d. Amb.lib.1. de pœnit.c.8.

Ad secundum, quòd ibi loquitur de ijs qui post hanc vitam pęnitent, quorum pęnitentia inutilis est quò ad remissionem culpæ mortalis.

Ad tertium, quòd peccatum in Spiritu sancto est finalis impęnitentia: vt dicit Aug.in Ench.c.83. & serm.11. de verb.Dñi. & repugnat q̃ peccatũ dimittatur finaliter impœnitenti, vel si accipitur pro impugnante veritatem cognitam ex malitia, sic non dimittitur, quia ordinariè tale peccatũ nõ curatur, quia directè repudiat gratiã, potest tñ & id peccatum remitti si verè homo conuertatur: vt d.Bellarm.d.lib.2.c.16. vbi & respondet alijs hæreticorum obiectis.

Hæresis, q̃ attritio ob pœnas, vel cautio à peccatis ob easdem sit malus, refellitur.

Vndecima hæresis, d. Attritionem, seu dolorẽ de peccatis p̃p pęnas, & cautio ab eis ob easdem solas, q̃ sit malus.

Mouentur primò, nã remoto p̃cepto & minis hi magis peccarent, & ideo actus hic non est liber & voluntarius, nõ ergo virtuosus, nõ bonus, & inde mal9.

Secundò, nemo potest odisse cuius cõtrarium non diligat vel oderit, cum amor sit prior odio, ideo nõ dicitur verum odium peccatorũ, q̃ oritur ex timore, sed tantum ex amore iustitiæ.

Tertiò, nam pęnitentia dicit rem dulcem, timor verò habet pęnam, vt d.Io.

His tamen non obstan. dicitur talem timorem esse bonum & vtilẽ, & à Deo excitari: vt diffinit Conc.Trid.sess.14. c.4. & probatur Ps.110. Prou.1. Initiũ sapientiæ timor Domini. Eccles.1. Timor Domini expellit peccatum. Is.26 Ierem.5.Mal.1.Matt.10. & ex scripturis terrorem peccatoribus incutientibus, vt pęniteant & resipiscant. Deut. 32. Psal.7.Is.33. Matt.3.5.13.24.25. & alibi sæpè. & ex ijs quæ dicunt talem timorem inspirari à Dño. Is.63. Rom.8.

Ex Patribus Tert.lib.de pœnit.& lib. 2.in Marcionem.Clem.Alexandr.lib.2. strom.ante medium. Cipr.serm.de lapsis.Basil.in Ps.33. Amb.lib ad virg.corruptam.c.8.Hier.in ca.1.Malac. Chris. lib.vlt.de compunct. cordis. August.in Psal.127.& alij.

Ad primum, quòd dolor ille non est ita liber & voluntarius vt qui ex amore iustitiæ oritur, simpliciter tamen est voluntarius, quia procedit ex consilio deliberato & electione, & bonus, cum homo ob id à peccato retrahatur, si per hunc homo cohibet voluntatem à peccato, alioqui non attritio vel contritio esset, & hic dolor secũdus iunctus cum sacramento sufficit ad salutem.

Ad secundum, quòd perfectus dolor oritur ex iustitia & Dei amore, hic tamen licet imperfectus est bonus, eum bonum gignat, nec est verum quòd nõ possit quis odisse cuius contrarium nõ ante dilexerit, id enim procedit quãdo quid gratia sui odio habet, secus si gratia alterius, sic homo sæpè detestatur cibum suauem, non q̃ insuauis diligatur, sed quia sanitas magis diligitur.

Ad tertium negari pœnitentiam agi suauiter, quia imo agitur flendo, & se affligendo, & animum cohibendo à placentibus: vt dicit Tertul. lib.de pœnitentia. & Greg.hom.33. Bellarm. dicto lib.2.c.17.18. respondens alijs quoque hæreticorum obiectis.

Hæresis, q̃ confessio non sit iuris diuini, refellitur.

Duodecima hæresis confessionem sacramentalem negat, ponens multas cõfessiones ad eam excludẽdam; primam quæ Deo fit, quam dicit negligi ab ecclesia: secundam, quæ fit proximo læso vt reconcilietur: tertiam, cũ quis confitetur ministris ecclesiæ, generatim ta-

meti se esse peccatorem: quartam, cum quis publicè confitetur peccata sua: quintam, cum confitetur priuatim quis peccata sua sacerdoti in specie non ꝙ id sit necessarium, sed quia id est vtile ad multa: primò, ad instructionem rudium: secundò ad remedia contra peccata: tertiò, ad consilium capiendum: quartò, ad consolationem accipiendam ex absolutione priuata: quinta, ad dignoscēdum an qui petit absolutionem sit pœnitens verè nec ne.

His tamen non obst. supra probatum est confessionem esse necessariam.

Ad primum falsum esse, quòd ecclesia negligat confessionem, quæ fit Deo, quia eam facit in Missa, & alibi, per illā generalem confessionē, Confiteor Deo Omnipotenti, præterea confessio, quæ soli Deo fit in contritione includitur, & in confessione, quæ fit sacerdoti, qui in eo ministerio locum Dei tenet.

Ad secundum exemplum dicitur nil facere ad rem.

Ad tertium, quòd perperā citat Basilium in q. breuioribus q. 288. quòd loquatur de cōfessione generali, quia imo loquitur de speciali peccatorum cōfessione, quæ fit sacerdoti, vt probat Bellarm. lib. 3. de pœnit. c. 8.

Ad quartū, ꝙ imo ibi loquūtur Patres de confessione secreta auriculari, & nō publica, vt probat Bellar. d. lib. c. 6. & 7.

Ad quintum, ꝙ confessio affert quidē vtilitates, & alias etiā de quibus supra, sed non inde sequitur confessionem nō esse faciendam omnium peccatorū; nec necessariam non esse iure diuino, cum Patres quos per se citat, contrarium dicant, vt probat Bellarm. d. lib 3. c. 11.

Decimatertia hæresis habet confessionem non esse iuris diuini. — Hęresis negans cōfessionem sacralem, refellitur.

Mouentur dicentes, quòd Innocent. III. eam instituit in Conc. Later.

Secundò, d. hanc fuisse politicam disciplinam ab episcopis institutam, non verò iure diuino.

Tertiò, ex Chris. serm. de pęnitentia, d. Non dico vt confitearis conseruo tuo qui exprobet, dic to Deo qui curat ea.

Quartò, Ps. 18. Delicta qs intelligit, si non intelligunt qūo sunt confitenda?

His tamen non obst. contrarium est verissimum, & catholicum, vt in materia latè est probatum.

Ad primum, Innocentium tantum statuisse tempus necessario confessionis faciendæ, quæ tamen supponitur vt necessario iure diuino facienda.

Ad secundum, quòd locus Sozomeni ab eo citatus contrarium notat.

Ad tertium, ꝙ ibi Chris. carpit confessionem publicam, nō autem priuatam.

Ad quartum, quòd confessio facienda est quantum in nobis est, & dummodo confiteamur peccata quæ cognoscimus, Deus nos excusat, si occulta ignoramus, & ideo subijcimus, Ab occultis meis munda me Domine: vt d. Bellar. d. lib. 3. c. 13. 14. 15. & 16 vbi cum seq. c. vsque ad fi. libri respondet his, & alijs hæreticorum argumentis.

Decimaquarta hæresis habet satisfactionem post culpam non exigi à Deo. — Hęresis, d. Satisfactionē post culpā non exigi à Deo, reijcitur.

Mouentur ex Ezech. c. 33. Impietas impij non nocebit ei quacunq; die conuersus fuerit ab ipietate sua, ergo nec pœna ei erit luenda post cōuersionem.

Secundò, d. ex illo, frustra colunt me propter traditiones humanas, inter quas dicunt esse certum numerum dierum ieiunij, orationis, &c.

His tamen non obst. contrarium est verum, & catholicum opera satisfactoria esse necessaria post culpam dimissam per pœnitentiam, vt supra latè probatum est in materia.

Ad primum, quòd impietas non nocet conuerso quo ad obtinendam gratiam Dei, & salutem æternam, non tamen inde sequitur, ꝙ non debeat luere pœnas peccatis debitas.

Ad secundum, quòd opera illa satisfactoria non sunt humanæ inuentiones, sed ex sacris scripturis, & Patribus excerpta, vt supra probatum est: vt dicit Bellar. lib. 4. de pœnit. c. 11. 12. cum seq. vsque ad fi. libri, vbi respondet alijs quoque hæreticorum obiectis.

Alia quoq; hæresis habet epos non posse sibi casus reseruare, cuius tū contrarium supra in materia est probatū.

TRACTATVS DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

De sacramento Extremæ Vnctionis secundùm se. Cap. I.

Vnctio quotuplex sit, & quid vt sacramentum.

NOTANDVM, q vnctio est duplex visibilis & inuisibilis, exteriori visibiliter vngitur corpus, interiori inuisibiliter anima vngitur gratia Dei. cap. 1. de sacra vnct. de 1. d. Iac. Ap. c. 5. Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesiæ, & orét super eum vngentes eum, quæ tñ significat, & efficit interiorem cuius est signũ, & sic sacramentũ, & significatur per tertiam vnctionem qua vnctus est Dauid in Regé in Hebron super vniuersum Israel, & post hoc in pace regnauit. 2. Reg. 2. significando vnctionem hanc extremam, postquam superatis hostibus diuino beneficio homini datur, vt in regno illo ad q inunctus fuit in baptismo pace fruatur sempiterna. Vnde ter Dauid est vnctus ad tria sacra significãda; Primò in domo patris, ad significandum baptismũ quo expectatur regnum illud à Deo cuius nó erit finis, & cuius in baptismo particeps homo diuina gratia redditur. Secundò, vnctus est in Hebron, vt regnaret sup domum Iuda, postquam vnctionem multa mala & aduersa passus est, ad significandum vnctionem in sacramento confirmationis, per quã nobis confertur Sp. S. ad resistendũ diaboli tentationibus, qui per totum vitæ spaciũ nos oppugnare non intermittit; & vltimò, vt supra, ad significandum hanc extremam vnctionem, & sacramentũ. Altera vnctio dr̃ inuisibilis, vnde Christus dr̃ vnctus oleo lætitiæ, quia cum regia simul & sacerdotali dignitate fungeretur, vnctus erat non ab hominibus, sed ab ipso Deo, non oleo sensibili, sed diuino spiritu. Is. 61. vt aliàs est dictũ, cum de sacerdotio, & capite dictum est Christo. Vnde & Christus dr̃, non tantũ q vnctus ipse est dictus, sed & q vnctionis gratiã in alios diffusurus esset: vt inqt Theodor. in Ps. 26.

Secũdò, notandũ eos qui ad magna officia & munera eliguntur vngi semper solitos esse, sic Reges qui populi gubernacula suscipiũt vngi solitos esse sacris literis traditum est, sic etiam sacerdotes qui inter Deum & populũ mediatores constituuntur vngi solét, vt dictum est cũ de Christi nomine, & eius sacerdotio est actum, ad significãdam præcipuam quãdam eminentiã, quæ vnctis præstari solet, Vnguntur & qui fortitudinis actum singulare exercere solét, vnde pugiles & athletas vngi solitos esse omnes testantur. Vnde merito cum ex hac vita migrandũ est, q agon dr̃, quia tũ pugna validissima, tum certamen instet grauissimum, cũ vbi ceciderit lignũ illic perpetuò maneat, q attinet ad meritũ vel demeritum, pœnam vel gloriã, vt sic non excludatur locus purgationis, de quo supra latè est dictũ, noluit Christus, in extremo periculo nostro nos destitutos esse, sed sacr̃m hoc extremæ vnctionis instituit, per q non solum ad sustinendum, sed etiam ad tollẽdum dæmonis impetus firmiores efficeremur. Vnde sicut pœnitẽtia ad iustificationem, sic hoc sacramẽtum ad fortitudinem refertur, q in eo animæ & corporis nobis robur conferatur. His ita notatis. (Vngi qui soliti.)

Prima sit propositio. Extrema vnctio est sacramentum nouę legis, probatur hæc conclusio Marc. 6. vbi Apostoli vngebant oleo infirmos & curabant, quẽm locum de hoc sacramẽto intelligi debere, sentiunt Tho. Vald. tom. 2. de sacr. c. 163. & Castro, verbo extrema vnctio, vel saltem de eo insinuatur .i. nó expresse proponitur, sed adumbratur, & obscurè indicatur: vt d. Ians. in c. 6. Marc. & Sot. d. 23. q. 1. ar. 1. qui dicunt eã vnctionem referri solum ad vnctionem corporalis morbi. Vnde & curabant etiam non baptizatos, nec tũc Apostoli erãt sacerdotes, (Vnctio extrema est sacramentum.)

cum facti sint in vltima cena, vt docet Conc. Tr. sess. 22. c. 1. & vngebant non solum proximos morti, sed etiã claudos & huiusmodi, & ibi id tantũ insinuari, docet Trid. Conc. sess. 14. can. 1. de extrema vnct. per illã ergo vnctionem adumbratur futurum quãque vt oleum esset sacramentum infirmorũ.

Secundò, expressè probatur Iac. 5. d. Infirmatur quis in vobis? inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eũ vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & si in peccatis sit, remittetur ei, vbi omnia inueniuntur, quæ ad sacramẽtum pertinent. s. simbolum exterius, promissio gratiæ, & diuina institutio, simbolum vel signum externũ est vnctio olei cum oratione fidei, promissio verò alleuatio infirmi, & remissio peccatorum; Institutio colligitur ex hac tã constanti promissione Apostoli; nec enim Apostolus constanter & absolutè id promitteret, nisi Dñs id instituisset & mandasset. Vnde Iacobus nõ instituit sacramentum, sed hortatur ad id suscipiendum quòd à Domino nouerat institutum.

Hæc eadem veritas confirmatur ex veterum traditionibus; primò enim Innoc. I. in ep. 1. ad Decent. cap. 8. meminit huius sacramenti; & Innoc. III. in c. cum venissent. de sacra vnct.

Ex Conc. Nicenũ can. 69. facit mentionem olei infirmorũ, & distinguit id à chrismate, & oleo cathecumenorũ. Conc. etiam Cabilon. particulare, sed antiquum 2. can. 48. de hoc sacramento loquitur Vuormat. can. 72. vbi renouatur decretum Innoc. I. Meldẽse, vt d. Burcard. lib. 4. can. 75. iubet feria quinta in cœna Domini parochos ab episcopo accipere ampullam olei sancti pro infirmis inungendis, iuxta apostolicam traditionem. Aquisgranense. 2. can. 8. Moguntinum can. 26.

Ex Patribus Orig. hom. 2. in Leuit. Chris. lib. 3. de sacerd. Aug. in speculo, d. Verba Iacobi ad nos pertinere, & presbiteros omni tempore id facere, expressè verò hanc vnctionem inter sacramenta enumerant. Alcui. lib. de diuin. offi. c. de infirmis. Amalarius lib. 1. offi. eccl. cap. 12. Petr. Dam. serm. 1. de dedicat. templi. Vgo de S. V. lib. 2. de sacr. c. 2. & 3. & diffinitur in Conc. Flor. de vnione Arm. & Tr. sess. 14. de sacr. extr. vnct.

Accedunt testimonia Sanctorũ qui voluerunt homines vngi antequam è vita migrarent, de quo ex Catholicis meminit Surius tom. 2. & ex hęreticis Illiricus cent. 8. & seq. cap. 6.

Ratione probatur à D. Th. 4. dist. 23. art. 1. q. 1. nam in his quæ ecclesia visibiliter operatur quædam sunt sacramenta, vt baptismus, quędã sacramentalia, vt exorcismus, aqua benedicta, inter hæc est discrimen, q̃ id est sacramentum, q̃ principalem effectum spiritualem attingit. s. remissionem peccatorum, q̃ fit per gratiam: vt d. Es. 28. Sacramentale verò est q̃ licet ad hunc effectum non attingat, est tamẽ quædam dispositio ad eius affectionem, vt exorcismi & vnctiones cathecumenorum, quæ dæmones abigunt, ne effectui sacramenti obsint, extrema verò vnctio illum principalem effectum attingit, ergo est sacramentum, nam vt d. Sot. d. dist. 23. q. 1. art. 1. ex Euangelio nõ possumus probare esse sacramentum, nisi ab effectu, quia confert gratiam ex opere operato, q̃ etiam facit hoc sacramentum, & non deprecatiuè tantum: vt ibi d. Sot. Præterea cũ homines in mortis articulo summè impugnẽtur à dæmone: vt d. Greg. hom. 39. in euang. & lib. 24. Moral. & Climacus de 30. grad. grad. 7. quia modicum tempus habere se videt, & homo nunquam est ineptior ad resistendum ob doloris & ægritudinis magnitudinẽ: vnde vix ad Deum mentem tollere potest, ideo sicut Dñs in ingressu ecclesiæ sacramenta instituit, sic conueniẽs fuit vt in egressu de hac militante ecclesia sacramentum hoc institueris: vt supra in princ. & docet Trid. Concil. sess. 14. de sacram. extr. vnct.

Hinc colligitur, q̃ hoc sacramentũ est vnum, aliter erunt plura quàm septem, Vnctio extrema est vnum sacramentũ

ptem, q probat D.Tho.d.ar.q.3. nam vnum tripliciter dr, vel indiuisibilitate vt punctus, & vnitas, quæ nec actu, nec potentia diuidi potest, vel continuitate vt linea, q̃ actu est vna, & potẽtia est plura. Vel demũ perfectione, quia est res pluribus constans, vt domus, quæ ex pluribus materiebus, vna perficitur forma, hoc ergo tertio modo omne sacramentum est vnũ, quatenus ex pluribus rebus, & verbis vnum constat signum, & vnum effectum gratiæ tum significans, tum etiã efficiens, sed est differentia, q qñque vnica actione perficitur, vt confirmatio, vbi vnica chrismatio est sacramentũ, qñque vna vel pluribus, vt baptismus, vna vel trina mersione, & tunc vel vna mersio est sacramentum, vel oẽs tres, sed qñque plures ad vnum sacramentũ sunt necessariæ, vt ad Eucharistiã, quæ ratione corporis, & sanguinis cõstat, & hoc modo sacramẽtum extremæ vnctionis est simul plures vnctiones, quia perfecta significatio salutis animæ nõ fit nisi vnctis sensibus, & organis, quæ sunt morborum spiritualium.i.peccatorum radices; vnde vnctio partialis cuiuscunq; sensus, non est nisi pars sacramẽti, & sic sacramentalis gratia, q̃ nec per subsequentes vnctiones confertur vsque ad punctum vltimæ partialis formæ, vnde non sequitur q licet sint plures vnctiones sint plura sacramenta; sicut enim partiales formæ ossium carnium & neruorum in homine vnum suppositum integrant, ita & illæ omnes vnctiones vnicum signum vnius gratiæ.

Extrema vnctio à Christo ẽ instituta. Secundò, hinc colligitur hoc sacramentum vt & oĩa alia à Christo domino esse institutum: vt d.D.Thom.d.ar. q.3. nam sacramenta sunt legis euangelicæ fundamenta, ad legislatorẽ verò pertinet fundamenta legis constituere, quæ nemo alius dimouere possit, vnde Paulus d. nos dispensatores non fundatores misteriorum Dei. Secundò, quia cum sacramenta conferãt gratiam, eorum institutio ad potestatem excellentiæ Christi pertinet, qui & meritor fuit eiusdem & dator, quã potestatem nulli cõicauit; Præterea si Apostoli possent instituere sacramenta, possent etiã ea variare, & tollere, quod est falsum, ergo. Præterea cum sacramenta veteris legis, quæ tantum erant nostrorum figura, Deus solus condiderit, conueniens fuit vt Christus ea, in quibus veritas consistit, & instrumenta suæ passionis sunt, instituerit: vt dicit Sotus ibi.

Extrema vnctio q d sit. Secunda propositio. Extrema vnctio sic potest diffiniri, q est sacramẽtum nouæ legis, in quo sacerdos sub præscripta verborum forma vngit certas partes corporis infirmi oleo per epm benedicto ad tollendũ reliquias peccati, & armandum infirmum in agone mortis, vbi exprimitur materia .i.oleum de quo infra. Secundò, continetur minister.i.sacerdos qui solus est eius minister, ex Conc.Trid.sess.14.de extre.vnct.can.1. & can.3. & 4. & Flor. in vn.Armen. Tertiò, indicatur forma quæ consistit in quibusdam verbis. Quartò, subiectum.i.infirmus, cui est applicandum sacrm. Quintò, proprius effectus sacramenti, qui est tollere reliquias peccatorũ, & armare illum in extremo agone. Sextò, tempus applicandi, idest in vltimo agone & conflictu, de quibus omnibus infra.

Extremæ vnctionis materia, quæ sit. Tertia propositio. Materia huius sacramẽti est oleum ab epo benedictũ, probatur conclusio in Concil. Flor. in vn.Armen. & in Tr.d.can.1. & q oleũ sit materia huius sacramenti, sufficit verbum Apostoli.Iac.5. Olei verò nomine intelligitur oliuarum, & hoc est in cõi vsu olei, nam olei appellatione intelligitur simplex oleum .s. oliuarum: vt Conc.Flor. & alia concordantia omnia & Patres intellexerunt; vnde sicut de materia aquæ dictum est, q debet esse simplex aqua, sequitur vt sicut ad baptismum nõ sufficit aqua rosacea, nec ex alijs herbis eliquata, sic nec oleum ex nucibus, vel alia quauis vnctuosa materia expressum, valet esse materia huius sacramẽti, quia nõ est oleum, imò nec oleum oliuarum,

si per commistionem rosarum, vel aliarum herbarũ medicinalium ita fuerit ingrossatum vt formam olei amiserit, nam debet esse simplex oleum: vt d.Sot.d.q.art.3.post D.Th.d.23.art. 3.q.1. Quòd verò oleum sit conueniens materia huius sacramenti, probat D.Th.d.23.art.3. nam spiritualis medicatio, quæ in fine adhibetur debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur, & lenis, vt spes quæ exeuntibus maximè est necessaria non frangatur, sed foueatur, oleum verò lenitiuum est, & penetratiuum vsq; ad intima, & diffusiuum, & ideo ad vtrunq; istorum est cõueniens materia huius sacramenti. Nec est tanta inopia eius quin vndecunque possit transferri: vt ibi dicit D.Thom.In resp. ad tertium. Quòd verò oleum hoc debeat esse benedictum nullus est qui dubitet ex necessitate præcepti, quia ita ecclesia statuit in Conc. Flor. sed idem dicẽdum est esse de necessitate sacraméti, nam in Conc. Flor. ponitur materia necessaria huius sacramenti oleum ab epõ consecratum; Qua veritate supposita declaratur, vel probatur hæc congruẽtia à D.Th.d.art.3.q.2.& 3. primò, nã qñ sacramentum consistit in applicatione materiæ extrinsecus, vt ita excludatur pœnitentia, matrimoniũ, & ordo, si Christus vsus fuit ea materia in ratione sacri, non eget alia sanctificatione, quia tactus eius valet pro benedictione, vnde quia tactu sui corporis dum à Ioãne fuit baptizatus destinauit aquam sacraméto baptismi, & panem & vinum suis manibus tetigit, ideo de essentia non requirũt benedictionem, quia verò nunquam est vsus oleo in ratione sacramenti, quia viuus à Magdalena Luc. 7. & mortuus à Nicodemo vnctus fuit. Ioan.19. Vnctiones illæ nõ habebãt rationẽ sacramenti, sequitur vt materia sacramenti, quæ ex oleo fit, vt in cõfirmatione, & extrema vnctione debeat esse benedicta. Secundò, nam in confirmatione datur plenitudo gratiæ ad propugnandam fidẽ, in isto ad remittendum peccata, et quò ad eorum reliquias, ergo. Tertiò, vt per illã consecrationem significetur virtutem olei ad sanandum morbos corporis supernaturaliter nõ esse naturalẽ, sed supra naturalem; & hæ rationes probant debere esse consecratum; q verò ab epõ, probatur 3. quæst. per D.Th.d.art.3. & in resp. ibi ad primum; nam effectus sacramenti non procedit ex propria virtute ministri, sed fit ex efficacia sacraméti q dispensar, illa verò efficacia, vt à primo fonte deriuatur à Christo. Deriuatur verò in alios ordine quodam. s. in populum mediãtibus ministris, & in ministros inferiores mediantibus superioribus, vnde & epi presbiteros consecrant; & ideo in sacramẽtis quæ materiam consecratam exigunt, cõsecratio materiæ illis incumbit, vt non vtantur, nisi illa quæ ab ipsis episcopis soppeditatur. argum. eorum quę dicit Dion. de eccl. hierarc. part. 3. c. 3.

Non negatur tamẽ quin Papa possit cõmittere simplici sacerdoti olei huius consecrationem: vt d.Sot.d.art.3. & si oleo cõsecrato misceatur aliud nõ consecratum in minori quantitate vtrunque consecratum remanet. arg. c. quod in dubijs. de consecr. eccl.

Quarta propositio. Forma huius sacramenti est oratio deprecatiua, sub his verbis, per istam sanctam vnctionem & suam pijssimam misericordiã indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum &c. In nomine Patris &c. probatur in Conc. Flor. in vn. Arm. & in Trid. can. 1. & Sot. ac alij id asserunt d. dist. 23. & q hoc sacramentum egeat forma, patet, nam omne sacramentum eget materia & forma; cũ enim sit signum rei sacræ, & vnctio illa olei possit significare solam curationem corporis, vel recreationẽ lassati corporis, debet ergo per verba, quæ conuenienter signent effectum sacramenti exprimi: Quod verò forma hæc deprecatiua sit conueniens, probatur à D.Tho. q. 1. art. 4. q. 2. tum ex verbis Iacobi, tum vsu ecclesiæ, quæ solum verbis deprecatiuis in eius vsu vtitur. Extremæ vnctionis forma q.

Tum

Tum ratione, primò, quia suscipiens hoc sacramentum est proprijs viribus destitutus, vnde eget orationibus subleuari. Secundò, quia datur exeuntib. qui iam de foro ecclesiæ esse desinūt, & in solius Dei manu quiescunt, vnde & ei per orationem cōmittuntur. Tertiò, nam hoc sacramentum præter gratiam sacramentalem habet alium effectum, quem quidem omnibus quæ ad eius essentiam pertinent ritè peractis, non semper infallibili ordine subsequitur, vt caracter in baptismo, & cōfirmatione, & in Eucharistia transubstantiatio, & in pœnitentia assistente contritione sequitur remissio peccatorum, ideo conueniens fuit vt huiusmodi forma esset deprecatiua, ad inclinandum Deum, qui huiusmodi sanitatem conferret. Quartò, nam per hanc formam, exprimitur & materia huius sacramenti, dū dicitur per hanc vnctionem, & virtus dum dicitur indulgeat tibi Deus, quæ effectum causat, & vterque effectus dum dr̄ quicquid aurium &c. deliquisti &c. ergo est conueniens forma. Quintò per eā exprimitur causa principalis, quæ est Dei misericordia, & instrumentalis q̄ est sacra vnctio, & effectus .i. remissio peccatorum, & consequenter corporis sanitas, quæ ex remissione perfecta peccati pendet, sicut morbus ex peccato prouenire vt plurimū solet. Io. 5. Ecce sanus factus es. Sextò, nam hæc est quasi quædam sacramenti pœnitentiæ completio, & quasi pœnitentia quædam infirmorum, qui non possunt facere opera pœnitentiæ, ideo conuenienter adhibetur forma deprecatoria, nam in pœnitētia requiritur confessio, & satisfactio, & sic opera laboriosa, in hoc verò sacramēto est sola Dei misericordia, ideo dicitur, indulgeat tibi Deus. Vnde ad significandum in hoc sacramento esse remissionem ex sola misericordia, vtimur prece. Bellarm. de extrem. vnct. à cap. 1. ad octauum.

De effectu huius sacramenti.
Cap. II.

Prima propositio. Effectus huius sacramenti est duplex, vnus vtiq; principalis, & alter quasi adiūctus, & minus principalis, quia licet quolibet sacramentum ad vnum effectū sit principaliter institutum, vt baptismus ad regenerationem spirituale, & Eucharistia ad nutrimentum animæ, nō tamē vetatur, quin possit habere alios effectus adiunctos, vt Eucharistia animi hilaritatem; Effectus verò principalis huius sacramēti est gratia ad remissionem peccatorum, cum sit quædam spiritualis sanatio vel medicatio. Iac. 5. Triplex verò est peccatum, originale, mortale, veniale, & in quolibet tria distinguuntur scilicet, macula culpæ, reatus pœnæ, & reliquiæ quæ ex ipsis peccatis relinquūtur. Effectus verò proprius huius sacramenti non est remissio culpæ originalis, vel mortalis, nam effectus cuiusque sacramenti deprehenditur ex eius significatione, vt purgatio ab originali, & regeneratio deprehenditur ex significatione ablutionis baptismi, & emersionis ex aqua, & liberatio à vinculo peccati ex forma absolutionis pœnitentiæ, cum ergo extrema vnctio applicetur per modum vnctionis quę medicinæ similitudinē habet, effectus eius proprius est medicari & sanare. Vnde vt baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & pœnitentia quædam spiritualis suscitatio, sic & extrema vnctio est q̄dam spiritualis medicatio, & sanatio; sicut verò medicatio & sanatio præsupponit vitam corporalē, quia mortuo, nulla applicatur medicina, quia sanari non potest; ita & extrema vnctio præsupponit vitam spiritualem, lāguidam tn̄ debilem, & infirmam, & ideo non est instrumentū vt per se directè tollat mortē originalis, vel mortalis culpæ, sed id ei est accidens, sicut omnibus sacris, si peccatum mortale sine obice inueniat, sed quia hoc robur

Extremæ vnctionis effect⁹ quo tuplex sit, & q̄s principalis.

bur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti si inuenit aliquod peccatum mortale, vel veniale quò ad culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, vt Eucharistia, & cōfirmatio etiam facit, ita D.Th.d.23.q.1.art.2. ad primum, & hoc omnes sequuntur, vt d.Sot.ibi. Dubium tamen est quid remittitur præcipuè in hoc sacramento. D.Th.cum Sot.d.art.2.sentiunt tolli principaliter reliquias peccatorum.i. prauas habitudines.i.pronitatem ad malum, ineptitudinē, torporem & languorem ad bene operandum, Bonau. Scot.Ric. & Dur. putant in dicta dist.23. proprium effectū extremæ vnctionis esse venialium remissionem, sed neutra harum opinionum vr esse probabilis, non secunda, quia alia via tolluntur peccata venialia, vt alibi est dictū supra de pænit. cap. de remissione venialium, non prima, nā contrariatur verbis Apostoli, qui vocat peccatum, & formæ, quæ dicit: Quicquid deliquisti, & sæpè qui conualescunt post extremam vnctionem sentiunt eandem pronitatem ad peccandū. Dicendum ergo probabiliter, reliquias peccatorum duplices esse, & vtrarumq; abstersionē ad effectū proprium huius sacramēti pertinere; primò enim reliquiæ dicuntur peccata q̄ remanēt post omnia alia sacramenta, vel mortalia venialiave sint, potest.n. quis post confessionē, & cōionem incidere in peccatū mortale, & id ignorare q̄ inciderit, vel pōt esse q̄ ritè cōfessionem, & cōionem non peregerit, & id ignoret. Vnde illæ sunt veræ reliquiæ quæ hoc sacramēto tollūtur, nisi quis obicem ei ponat, q̄ demonstrat Iacob.d.& si in peccatis sit dimittētur ei. & Concil.Flor. d.effectum eius esse animæ sanationem. & Conc.Trid.sess. 14. can.2. & forma sacramētalis id indicat: Quicquid deliquisti per visum, tactum, &c. Vnde & quinq; sensus vngūtur, qui sunt velut quinq; ostia per quæ peccatum peruenit ad animā, vt ita generalis fiat omnium purgatio, q̄ remanent, peccatorū. Et licet id commune sit omnibus sacramentis, vt peccata mortalia tollant si quæ inueniāt, modo non ponatur obex, cum primā gratiam conferant, q̄ non potest stare cū peccaato mortali, tñ alia sacramenta id faciunt per accidens, hoc verò sacrum per se & propriè id facit, quia ad hoc est peculiariter institutum in fine vitæ: vt d.Bell.d.lib.1.c.8. Vel dici potest, q̄ ideo tollit peccatum, quia cū sit sacramentum infirmorū potest conferri etiam carenti vsu loquelæ, modo dum sanus esset ostenderit deuotionem, vt infra dicetur, qui si tātum attritus sit, facit de attrito contritum, sicut & de alijs sacrametis alibi est dictum, sed eorum id est per accidens, huius verò per se, cum sit sacramentū infirmorum, vt supra. Vnde colligitur quō non sit contemnendum vel omittendum, cū eo saluetur qui alias damnatus esset, vt ibi d.Bellar. nec per hoc negatur cum cōmuni quin tollat peccata venialia, si quæ inueniat, vt verba D.Iacob.indicant.

Reliquiarum verò nomine intelligitur meror quidam torpor & anxietas quæ ex peccato relinqui solet, & q̄ morti proximum maximè vexare pōt, de qua loquitur Conc.Tr. & D.Iacob. dum d.& alleuiabit eum, vel cū D.Th. dici potest, q̄ istæ reliquiæ sint prauæ habitudines, pronitas ad malum, difficultas ad bonum & hmōi, quæ tunc p̄ hoc sacramentum sopiuntur. Alter effectus huius sacramēti est sanitas corporis quam præstat, q̄ demonstratur dum d. & oratio fidei saluabit infirmum, sed quia corporalia non sunt petenda, nisi in ordine ad bonum animæ, ideo non certa lege sequitur hic effectus, sed quatenus animæ expediat iuxta diuinam prouidentiam, ita Conc. Flor. & Trid. supra alleg.can.2. D.Tho. 3.p.in addit. q.30.art.2. q.65. art.1.Sot.dist.23. quæst.1. art.2. Nau. in Man.c.22. & alij communiter.

De

De ministrantibus, & suscipientibus hoc sacramentum, ac modo. Cap. III.

PRima propositio. Soli & omnes sacerdotes sunt ministri huius sacramenti; probatur Iac. 5. Inducat presbiteros; vnde nec requiritur eps, nec sufficit diaconus, aut alius non sacerdos. Ratio primi, nam eps habet propriè perficiēdi officium, vt sacerdos illuminandi, vt inquit Dion. de eccles. hier. par. 1. c. 5. vnde illa sacramēta solis epis reseruantur dispensanda, quæ suscipientes in aliquo statu perfectionis super alios ponunt, hoc verò non est in hoc sacramento, cum omnibus detur; & ideo per simplices sacerdotes potest administrari: vt d. D. Th. dist. 23. q. 2. ar. 1. quæst. 3 & diffinitur in Conc. Trid. q̧ presbiteri sint ministri huius sacramenti. & habetur in c. quæsiuit. de verb. sig. Ratio secundi, nam diaconi nō habent nisi purgare quòd fit per exorcismos, & catechismos, illuminare verò quia fit per gratiæ infusionem nō competit eis ex officio, vnde nullum sacramentū ex officio dare possunt: vt d. D. Th. ibi q. 1. Ratio tertij, laicis enim ex officio nullum licet sacramentum administrare, quia sacramentorum administratio est actus hierarchicus, qui per laicos præstari non potest, sed solis ministris ad id ab ecclesia consecratis competit; q̧ verò possint baptizare in necessitate ex diuina dispensatione cōpetit, vt nulli regenerationis spūalis facultas desit: vt d. ibi D. Th. quæst. 1. Non sufficit et omnis sacerdos id administrare, sed solus parochialis, quia nulli sacerdotum licet vllum sacramētum administrare, nisi suis subditis, excepta necessitate, & religiosi hoc sacramentū administrantes sunt excōicati. clem. 1. de priuil. & in clem. dudum. de sepult. prohibetur eis ne in officia presbiterorū parochialium se intromittant. Sacramentum verò hoc à quocunque administretur tenet, sicut & alia sacramēta excepta pœnitentia, & nouiter matrimonio, quæ subditis solum administrata tenent; d. tñ Sot. d. art. 1. posse regularem vbi clarè præsumitur ratihabitio plebani, sine excommunicatione id administrare, & debet, vbi scilicet quis iam iam animā expirat, & copia sacerdotis proprij haberi non possit, vt ita fiat ex attrito contritus. Hæc de ministro.

Secunda propositio. Quòd attinet ad suscipientes sacramentum hoc non nisi infirmis actu conferre licet, imò si sanis conferatur nō erit sacramentum, quia vt sit infirmus est non solum de necessitate præcepti, sed etiā sacramenti; probatur Iac. 5. super infirmos. & confirmatur ratione à D. Th. d. q. 2. art. 2. nā hoc sacramentū est quædam spiritualis curatio, quæ per quendam corporalis curationis modū significatur, ideo ijs quibus corporalis curatio non competit, s. sanis non debet hoc sacramentum conferri. Non tñ debet dari omnibus infirmis, sed tm̄ morti proximis probabiliter, probatur ex Conc. Flor. & confirmatur ratione à D. Th. d. art. 2. q. 2. nā hoc sacramentum est vltimum remedium, q̧ ecclesia potest conferre quasi immediatè disponens ad gloriam, & ideo illis tm̄ infirmantibus, debet exhiberi qui sunt in statu exeūtium, propter hoc q̧ ægritudo nata est ad mortē inducere, & de periculo timeretur. Præterea cū effectus eius præcipuus sit remotio p̄fecta peccatorum vsq; ad eorum reliquias, & detur post Eucharistiam, q̧ d̄r viaticum, quasi viam vniuersæ carnis ingredientibus, non congruit id applicare, nisi circa extremum vitæ articulum; si etiam cōsideratur alter effectus qui est curatio corporis, vbi est leuis infirmitas, congruum nō est recurrere ad hoc remedium supernaturale, cum remedio naturali curari possit. Nō per hoc tñ expectandus est is punctus quo æger animam agat, & eius omnino sit desperata salus, nam effectus vterq; huius sacramenti nō requirit, vt is terminus expectet; primò enim effectus spiritualis poscit vt æger sensum habeat, vt sacramenti deuotione afficiatur, & spe gloriæ

Extrema vnctio quibus conferenda, & qualiter, & quibus non.

gloriæ roboretur,& ad contritionẽ excitetur,nec alter effectus id poscit,quia cum hoc sacramentum sanitatem non operetur per modum miraculi,sed virtute ordinaria supernaturali,quæ naturales causas adiuuat, non debet expectari is terminus quo eædem causæ naturales roborari non possint,sed aliqua spes salutis duret. Quod verò est dictũ debere dari infirmis, intelligitur actu. Vnde non potest ministrari ingredientibus mare, vel bellum, vbi imminet mortis periculum, vel cum quis morti est adiudicatus,& si ministretur est nullum, quia huiusmodi homo non est subiectum,in quo secũdarius effectus haberi possit.s.sanandi corpus: vt d.Sot.d.q.2.art.2. potest etiam senibus dari qui absque alia infirmitate senio ipso consumũtur, quia extrema vnctio finẽ tantum vitæ præsumptum requirit, vt d. Nau in §.in Leuitico, not.30. nu.4. de pœn.dist.1.& dari debet etiam adultis, qui statim post baptismum morti sunt proximi: vt d Silu.verbo, vnctio extrema.q.5.ver 3.& vulneraris qui sint morti proximi,licet accidentaliter:vt dicit [illegible] & Sot.4.dist.23.q.2.art.2. & [illegible] in Conc Med.4.p.2.pag.10.& Flor.Teol q.de extr.vnct.art.4.concl.1. & idem videtur dicendum de muliere prægnante, quæ ex defectu naturæ sit proxima morti cum infirmitate adiuncta,quia est ibi infirmitas, non aũt simpliciter in partu laboranti: vt d.Conc. 4.Med.2.par.pag.10.& ita in praxi seruatur.

Extrema vnctio an sit cõferenda ei qui non potest cõfiteri, & quõ, & qd de furiosis, & pueris.

Quo verò ad illũ qui morte repentina præuentus absq; cõfessione loquela,& alijs sensib⁹ omnino priuatur, vel erat vir bonæ vitæ & famæ, vel malus & in publico mortali cõstitutus. In primo casu debet ei dari,licet signa contritionis non dederit, in secundo non,nisi ante aliqua signa contritionis dederit, vt d.Nau.in Man.c.26.num.27.& c.22. nu.13. non tñ omnino mortuo dari debet, de quo verò dubitari potest an sit mortuus,potest ei ministrari sub conditione si non es mortuus, secundùm omnes,& si in secunda, vel tertia vnctione moriatur, non est vltra progrediendũ, quo casu vbi periculum adest aduertat parochus omissis precibus venire ad essentialia sacramenti.s.ad vnctiones, quibus peractis si superuiuat poterit quæ omisit recitare, & sequentia prosequi, vt d.Candel de extrema vnct q.29.

Quod si quis non petit hoc sacramentum,vel petere non potest ob frænesim vel alia de causa, si non insanijt apertè in peccato mortali est vngendus, modo absit periculum irreuerentiæ, quia eo ipso qđ est Christianus, & benè vixit, censeretur virtualiter petere remedia sibi vtilia,vt sacramenta,indulgentias, & huiusmodi. Silu.vnctio.q.5.ver.secũdò. Nau.c.22.nu.13. vnde & ij in sacro sepeliuntur, & ex vsu vnguntur: vt d. Cand.ibi.q.26. licet sine cõfessione,vel vllo contritionis signo decesserint, vt ibi d. Non tamen tenetur infirmus sub mortali hoc sacramẽtum petere & accipere, vt d. Caiet. verbo, vnctio. q.9. Nau.c.22.nu.16.cum cõmuni,nisi adsit contemptus, vt d. Cand.ibi q.27.

Tertia propositio. Furiosis,& amentibus hoc sacramentũ non est ministrãdum, nisi aliquibus potirentur lucidis interuallis,quibus possent deuotione affecti erga illud id petere, probatur, nã effectus eius est deuotionem animi, & spem gloriæ excitare, qui verò à natiuitate, vel perpetuo est amens non est huius effectus capax, dũ verò infirmus sanæ mentis id petiit, licet postea frænesi corripitur illi dari debet, nisi aliqua irreuerẽtia timeatur. D.Th.d.q.1. art.2.q.3. & Sot.d.q.2.art 2.

Quarta propositio. Pueris etiã hoc sacramentum administrari non potest, tum quia deuotionem & affectũ erga ipsum hře non possunt, tũ quia non est institutum,nisi contra reliquias peccatorum actualium, quæ ipsi ante vsum rationis committere non possunt, vel cõtra reliquias originalis, quatenus per actualia sunt confirmatæ. Vnde hoc sacramentum, nec principalem effectum in illis hře potest,nec alterum adhærentem, quia infirmitates quas pueri patiuntur,non sunt nisi nudi peccati origi-

nalis

nalis effectus. Ex illo ergo tempore illis debet ministrari quo & illis viaticum ministratur, quia hoc illi succedit, bonũ est tñ consilium non expectare ætatem quatuordecim annorum, sufficit enim decem, & etiam minus, quia tunc mortaliter peccare potuerunt, per supra dicta. Cand ibi quæst. 28.

Vngi quæ partes debeanr in sacramento extremæ vnctionis.

Quinta propositio. Quòd ad modum attinet, De essentia sacraméti extremæ vnctionis est, ꝙ vngantur quinque sensuum organa, s. oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, & manus propter tactum; nam licet tactus sit ꝑ totum corpus extensus, præsertim tñ in manuum pulpis viget, vnde & medici illis extremis digitorũ articulis pulsum tangũt, probatur ex ritu ecclesiæ, & ratione: vt inquit D.Th d.q.2 art 3. q.1. nam hoc sacramentum ad modum medicationis operatur, ergo eius forma ex similitudine medicinæ corporalis ducenda est, in corporalibus verò licet totum corpus infirmetur, medicina tñ nisi in illo loco applicetur vbi fons, & radix infirmitatis latet, initium verò & radix peccatorum spiritualiũ est triplex, cum principia peccãdi in nobis sint quæ & agendi, cum peccatum in actu consistat, principia verò agendi in nobis sunt tria, primum dirigens .s. vis cognoscitiua, secũdum est imperans, s. vis appetitiua, tertium est exequens. s. motiua, omnis verò nostra cognitio à sensu ortum habet, & quia vbi in nobis est prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi, ideo vnguntur loca quinque sensuum, vt supra, sed propter appetitiuam vnguntur a quibusdã renes, propter motiuam pedes qui sunt principale eius instrumentum. Et quia primum principium est cognoscitiua, ideo illa vnctio ab omnibus obseruatur, quæ fit ad quinq, sensus quasi de necessitate sacramenti, sed quidam non seruant alia, quidam verò seruant illam quæ ad pedes, & non quæ ad renes, quia appetitiua, & motiua sunt secundaria principia. D.Th. d.q.2.art. 3.q.2. Vnctio tamẽ in renibus non est in vsu propter pudorem præcipuè in fœminis, sed solent vngi loco eius circa pectus, ꝙ tñ non est necessariũ, vt nec in viris. Mutilati verò qui carent pedibus, vel manibus in partibus proximis sunt vngendi, & etiam cæci à natiuitate, & surdi, nam licet exterius per illa organa non peccauerint, peccare tamen possunt per internas potentias quibus illa membra respondent.

Extrema vnctio an possit iterari, & quõ

Sexta propositio. Quò ad iterationẽ huius sacramenti, cum hoc sacramentum non imprimat caracterem, potest iterari, sacramentalia enim aliqua, & quædam sacramenta ideo non iteranť, quia habent effectum perpetuũ, vt consecratio altaris valorum, & ornatuum eius, & illa sacraméta quæ caracterem imprimũt, quia fieret illis iniuria, quasi semel applicata ad illos effectus nõ sufficerent, sacramenta verò quæ illũ effectum non habent, sed feruntur in materiam iterabilem. i. quę identidem recurrere potest; natura sua possunt reiterari, vt quatuor sacramenta quæ caracterem non imprimũt, quorum vnũ hoc est, quia potest infirmus sanari, & denuo infirmari, qui ideo pluries hoc sacramento egebit. Ex quibus sequitur ꝙ in eadem infirmitate dum durat idẽ infirmitatis status, & idem periculum mortis, semel vnctus nõ potest iterum vngi; Si verò ab illo statu & periculo liberetur; licet eadem infirmitas perseueret si denuo ad eundem statum redeat, iterum potest vngi, quia cùm subiectũ sacramenti nõ sit simpliciter infirmus, sed in tali statu proximo morti, licet eadem infirmitas maneat, si tamen immutetur status, vt per aliquot dies sit sine periculo, & iterum redeat in periculum, potest sacramentum iterari, vt est ethica, & hidropisis. ita d.D.Th.d.q. 2.art 4.& ibi Sot.& si sacerdos ante expletam vnctionem moritur, debet alius supplere: vt d.Silu.q 4.Sot.dist 23 q.1. ver.aliud tamen.Cand.q 36. Et si sacerdoti cõferatur, ipse potest respondere, ora pro me, libera me, & si alij ministret, potest sine ministro sibi respondere. Cand.q.39. & 40.

De

De ritu practico administrandi extremam vnctionem. Cap. IIII.

Vnctio extrema quo ordine ministrāda, & qualiter.

CVm hostis humani generis calcaneo hominis.i. extremo eius vitæ insidietur Gen. 2. cū ibi agatur de æterna salute, vel morte eiusdem, iccirco vbi parochus cognouerit eius subditū mortiproximū esse ex assidua eiusdem visitatione, charitate & zelo salutis animę eiusdem flagrans, opportunè ei succurrat, extremæ vnctionis sacramētum ei ministrando, in quo munere exequendo, ad domum ægroti accedens, verbis charitate plenis eum soletur, & suaui sermone eum hortetur, vt infirmitatē patienter ferat, & ad supernam Ierusalem desideria sua dirigat, vbi, Dei misericordia adiutus, vitam ab omni labe & miseria alienam, eamque fœlicissimam sit ducturus, & ob id eum paternè commoneat, ad se conformandū diuinæ voluntati, si hinc eum tunc euocare velit, & alacriter in dño moriendum, & contra inimici insidias per huius sacramenti virtutem, cuius vim illi explicet, se communiendo; quo assensum præstante, audiat eius confessionē si peccato is detinetur, & Eucharistiam illi ministret, vt ad id suscipiendum sit magis munitus, q. si loquelā amiserit, seruētur supra in materia explicata, sic tamen, vt, si fieri potest, nō differat huius sacramenti administrationem, dum infirmus mentem amisit, sed donec in eo integrè permanent sensus illi id administret, licet idem agere non debeat, nisi is in probabili mortis articulo sit constitutus, modo supra in materia explicato.

In eius verò administratione cotta & stola indutus, secum clericū habeat eadem cotta indutum, qui in illius administratione, & animæ commendatione ipsi operam præstet, & candelis ante imaginem crucifixi accensis, iubeat omnes adstantes genuflexos manere, & pro anima agonizantis piè orare, quod & ipse ante eius administrationē præstet, aduertendo dum oculos, aures & alia corporis membra, quæ paria sunt, inungit, ne in altero tantum, sed in vtroque, inungendo, totam formam absoluat; renum tñ vnctio, cum nō sit necessaria ad essentiam sacramenti, in mulieribus omittatur, & eius loco pectus inūgatur, viri tñ in renibus inungant, si commode fieri potest, si minus, renum loco pectus circa regionem cordis vngatur; Quod si cui deficiat membrū, quod esset vngēdum, vt manus, vnctio propinquiori parti adhibeatur. Quod si sacerdos est inungendus, cæteræ partes in eo vt in aliis inungantur, manus verò nō interius, sed exterius sunt inūgendæ, cum in susceptione ordinis sacerdotalis, manus iam interius sint vnctæ, & dum sacerdos vngit, non alius, sed ipse tantum verba vnctionis proferat, vt in constitut. Brix sub tit. de sacr. extr. vnct. Et ne hoc sacramentū omittatur, cum sacerdos defert Eucharistiā infirmo longè distanti, vasculum etiam sacri olei secum deferat, vt si infirmus morti proximus sit, id ei ministret, sic tñ vt tunc vel alio tempore, vas olei sacri, non sinu, brachio ve comprehensum, sed sacculo serico aptè inclusum, cordula serica à collo pendente, piè & reuerenter deferat, ex Conc. 4. Prouin. Mediol. tit. quæ pertinent ad sacramentum extr. vnct. Quod si per errorem oleum catechumenorum, vel chrismatis ministratum sit, id parochus repetat eidem oleum infirmorum cum eius forma ministrando, & si dum sacerdos vngit, infirmus moritur, ab vnctione desistat; Si verò ex aliqua vi morbi aliquis repentè oppressus sit, vt dubitetur, viuus ne sit, vel mortuus, ea conditione vngatur, si es viuus, per istam sanctam vnctionem &c. ex Conc. 5. Med. tit. cit. Ne verò officio huic parochus desit, quotidiè ex Conc. Agathen. in ca. 1. de celebr. miss. infirmos inuitat, & præsto sit die ac nocte ad illud ministrandum, sic tñ vt vas olei sacri in ecclesia, nō in domibus priuatis custodiatur, modo & loco supra monstrato, nisi cum domus

parochi

parochi longè distat ab ecclesia, & aliquis periculosè ægrotat; tunc enim vt reuerenter custodiatur fenestella in ipsa domo, loco decenti, ac tuto construatur; panno serico circumuesti ita, & claue claudatur, vt honorificè, & tuto custodiatur. ex d. Conc. 4. Mediol.

In ipsa verò administratione hæc forma, & ritus adhibeatur; Primò enim parochus domum infirmi ingressus, visitato infirmo, vt supra, iubeat mensam paruam parari, mappaq; cādida sterni, super qua & vas sit, vbi bōbix, seu stuppa ad abstergendas vnctiones, & mica panis ad abstersionem digitorum adsit, & vas alterum aquæ ad manus lauandas, & candela ceræ item parua. Qua in mensa vas sacri olei à parte lecto viciniori ponatur, à laico verò homine manu non teneatur. Tum sacerdos superpelliceo, & stola nigri coloris indutus, cum alijs sacerdotibus, & clericis, vel vno saltem clerico cotta induto, accensa candela, & alijs, vt supra paratis, ac aquæ benedictæ situlo à clerico manu prehenso; Dicat, Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Introeat, Dñe Iesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna fœlicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum: Adsint Angeli pacis, domumq; hanc deserat omnis maligna discordia; magnifica dñe super nos nomen sanctum tuū, & be✠nedic nostræ conuersationi, sanctifica ✠ nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus & pius es, & permanens cū patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Exaudi nos sancte pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Tum aspergat infirmum & domū aqua benedicta, dicendo. Asperges me dñe, cū Psal. Miserere, Gloria patri, &c. & Aña repetita. Quo facto iubeat vt infirm⁹, vel alius, si is non pōt, dicat Confiteor, latina, vel vernacula lingua, quo finito, subiungat, Misereatur, &c. Indulgentiam, &c. Deinde, monitis adstantibus, vt litanias, vel alias preces pro infirmo recitent, dicat. In nomine patris, ✠ & filij, ✠ & spiritus sancti. ✠ Amen.

Extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarū, & per inuocationem sanctæ Trinitatis, & omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Prophetarum, Apostolorum, Martirum, Confessorum, Virginū, atq; omnium simul sanctorum. Postea inungat infirmū signo sacro crucis intincto pollice in oleo sancto, ad singulas vnctiones, propriam orationem dicens, vt infra. Ad oculos. Oratio.

Per istam sanctam vnctionē, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dñs quicquid oculorum vitio deliquisti. ℟. Amen. (& bombacio, hoc acto, quod & in sequētibus præstet, locum inunctum abstergat, & bombacium in vase mundo reponat, vel theca cartacea parata. Ad aures. Oratio.

Per istam sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dñs quicquid aurium vitio deliquisti. Amen. Ad os. Oratio.

Per istam sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dominus quicquid linguæ, vel oris vitio deliquisti. ℟. Amen. Ad manus. Oratio.

Per istam sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dñs quicquid tactus vitio deliquisti. ℟. Amen. Ad pedes. Oratio.

Per istam sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dñs quicquid gressus vitio deliquisti. ℟. Amen. Ad renes.

Per istam sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiā, parcat tibi dñs quicquid renum vitio deliquisti. ℟. Amen. His actis, Sacerdos, dicat. Kirie eleis. Christe eleis. Kirie eleis.

Pater noster &c. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus, Oratio.

DOmine Deus, qui per Apostolum tuum Iacobum locutus es, Infirmatur qs in vobis, inducat presbiteros ecclesiæ, vt orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dñs, & si in peccatis sit, dimittentur ei; cura, quæsumus Redemptor noster gratia spiritus sancti lãguores istius infirmi, & sua sana vulnera, eiusq; dimitte peccata, atq; dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle, plenamq; ei interius, & exterius sanitatem misericorditer redde, vt ope misericordię tuę restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cum patre, & eodem spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorũ. Amen. Oratio.

REspice, quæsumus dñe famulum tuum in infirmitate sui corporis laborãtem, & animã refoue quam creasti, vt castigationibus emẽdatus sentiat se tua medicina saluatum. Per Christũ dñm nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DOminus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat, intra te sit, vt te reficiat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum ℟ Amen. His actis, ibi, vel domum reuersus, bombacium in ignẽ iniiciat, & digitos medulla panis tergat, & abluat, & ablutionem in ignẽ proiiciat, vel sanctuarium, & domum rediẽs vel ecclesiã, dicat Ps. Miserere, & si infirmus in extremis laborat, cum cotta, vt supra, & ministris, ei animam commendet, iuxta ritum in proprio Rituali, vel sacerdotali Romano, vel Breuiario traditum, & ibi maneat donec expiret, vel si impediatur legitimè, id munus alij sacerdoti, vel saltem pijs fidelibus commendet, pro eo orando, & illi opem ferendo, prout latè supra in tract. de parocho est dictum.

De Extrema Vnctione Sententiæ.

De eius institutione, necessitate, vel vtilitate.

PEtrus Damianus serm. 1. in dedicatione ecclesiæ apud Canisium. Tertium sacramentum est vnctio infirmorum. Infirmantibus nobis, & vsq; ad mortem mortali peccatorũ febre languentibus, spiritus pietatis assistit, & recordatus est quoniam puluis sumus; ait enim Diuus Iacobus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eũ dñs, & si in peccatis sit dimittentur ei. Solemnis vnctio liquor excellens, quo sanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor dñi. Vides ne qualiter sacerdotalis manus infirmantis corpus alleuiet, & illecebrosam sensuũ motionem sacratissima mitiget vnctione; vnde & sancti Patres hanc vnctionem sacramentum esse dixerunt. — *Iac. 5. Extremæ vnctionis vtilitas.* — *Vnctio est sacrm.*

Conc Flor. in doctr. de sacr. Quintum sacramentum est extrema vnctio, cuius materia & forma est oleum oliuæ per epm benedictum, hoc sacramẽtum nisi infirmo de cuius morte timet dari non debet, qui in his locis vngendus, in oculis propter visum, in auribus pp̃ter auditum, in naribus propter odoratũ, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactũ, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem, ibidẽ vigentem. Forma huius sacramenti hęc est, Per istã vnctionem, & suam piissimam misericordiã, indulgeat tibi dñs quicquid peccasti p visum &c. & similiter in alijs mẽbris; minister huius sacramẽti est sacerdos, effectus est mentis sanatio, in quantum autem expedit etiam ipsius corporis. Et confirmatur in Conc. Trid. sess. 14. in doctr. de sacramento extremæ vnct. — *Vnctio quibus dari debet qbus ĩ locis, q̃ ei materia, forma, minister, & effectus.*

Beda in c. 6. Marci, dicit Apostolus: Infirmatur quis in vobis? &c. Vnde pa- — *Vnctio ab Apostolis*

infirmis exhibita. tet ab ipsis Apostolis hunc sanctum ecclesiæ morem traditum esse, vt energumeni, vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pôtificali benedictione cõsecrato.

Theoph. in c. 6. Marci. ꝙ vnxerint oleo Apostoli, solus Marcus narrat, ꝙ & frater dñi Iacobus in catholica epistola dicit: Infirmatur quis inter vos? aduocet presbiteros ecclesiæ, & orent super eum, vngẽtes eum oleo. Est igitur oleũ, & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuũ, significatq; misericordiam Dei, & gratiam spiritus per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, hilaritatemq; spiritalem accipimus.

Vnctionis vtilitas.

Cirill. Alexan. oratione de exitu animæ, mihi amarulentum timeo, gehẽna quippe interminatum, exhorreo tartarum, vt cui nimium insit caloris, paueo tenebras quoniam nihil admittunt lucis, formido pestiferum vermem quoniam est perennis, vereor angelos in iudicio, quoniam tunc immisericordes; terreor mente, concipiens illius diei rigidum & immotum iudicium, horrendum tribunal iudicium seuerum; consternit me fluuius igneus ante forum illud concitatus, flammisque furentibus crepirans. Et infra: Quis terror, quis tremor, quod certamen, quæ vis animam manet à corpore secedentẽ? quandoquidem nos adeunt cœlestis exercitus, & potestates, ex aduersis verò copijs tenebrarum rectores, nequitiæ domini, Telonarchæ exigendis tributis præfecti, Logothetæ, rationum conditores, atq; actionum calculatores, in aere agẽtes, necnon homicida diabolus princeps improbitatis; & infra: Insidiatur, quasi leo in spelunca sua, draco magnus, apostata, orcus os suum expãdens, imperator noctis, dominator mortis, & vt vindex animam coercens, conferens, supputãsque cunctos actus meos, rebus, verbis scientia, ignorantia commissos, reatus, atque flagitia ab adolescentia in eam vsque diem qua sum comprehensus. Exinde quanta formidine, & tremore arbitraris animam illa die percelli horribiles intuentem, atroces, impios, & aduersos dæmones æque, ac caliginosos ethiopes adstantes, ita vt forma ipsa quouis tormento sit grauior.

Mortis hora ꝙ sit terribilis.

Theoph. in 6. Marci. est igitur oleum & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, significatque misericordiam Dei, & gratiam spiritus per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, hilaritatem spiritalem accipimus.

Aug. serm. 215. de temp. quotiens aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinem Christi ille qui ægrotat accipiat, & inde corpusculum suũ vngat, vt illud ꝙ scriptũ est impleatur in eo: Infirmatur quis in vobis? &c. Et tract. de rectitudine catholicæ conuersationis, quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, nõ quærãtur præcantatores, non diuini, non sortilegi, non caragij, neque per fontes, aut arbores, aut biuia philacteria exerceantur, sed qui ægrotat, in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cũ fide & deuotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur, & secundùm Apost. oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dñs, non solum corporis, sed & animæ sanitatem accipiet, complebiturq; in illo, quod dominus in euangelio promisit, dicens, omnia quæcunq; petieritis patrem in nomine meo, in oratione credentes, accipietis.

Hæreses circa Extremam Vnctionem.

PRima Hæresis habet vnctionem extremam non esse sacramentum. Mouentur, primò, dicentes epistolam Iacobi nõ esse canonicam.

Hæreses, ꝙ vnctio extrema non sit sacramentũ.

Secundò, dicunt non posse Apostolũ sua authoritate sacramentũ instituere.

His tamen non obst. contrarium est verissimum, & catholicum, vt supra in materia est probatum.

Ad primum, quòd omnes Patres dicunt hanc epistolam esse canonicam, &

Concilia. clem.can.vlt. Apost. Innoc.I. ep.3. Concil.Laodicen.can.vlt. Cartag. III.can.47. Flor.Trid.sess.4. Aug lib.2. doctr.Christ.c.8 Hier ep.ad Paulinum.

Ad secundum, quòd ipse Iacobus sacramentum hoc non instituit, sed hortatur ad vsum sacramenti instituti, vt d Bellarm.de extr.vnct. lib.1.c.3. vbi & respondet alijs hæreticorum obiectis. & 6.

Hæreses, quòd laici sint ministri extremæ vnctionis, & quòd hoc sacramétum nó prosit, nec conferat grãm, & quòd eius vsus, & ritus possint mutari, & contemni, refelluntur.

Secunda hæresis habet laicos esse ministros huius sacramenti.

Mouentur, ex Innoc.I.ep.1.c.8.

Contrarium tñ est verum, vt supra in materia est probatum; & in Concil. Trid.sess.14.can.4. de sacr extr.vnct.

Ad contrarium Resp.quòd Innocen. ibi loquitur de recipiente, non de ministro; vt d.Bellarm. d.lib.1.c 9.

Tertia, dicit hoc sacramentum non prodesse.

Contrarium tñ est verũ, & probatur Marci 6.Iacobi 5. vt supra in materia.

Quarta, dicit, nõ conferre gratiam, nec alleuiare infirmum.

Contrarium tamen est verum, vt supra in materia est probatum.& in Trid. Conc.sess.14.de sacr.extr.vnct. can.2.

Quinta, dicit, ritũ huius sacramenti posse & vsum mutari, & contemni.

Contrarium tamen est verũ, & probatur can.3.d.Conc.

TRACTATVS DE SACRAMENTO Ordinis.

De sacramẽto Ordinis secundùm se. Cap. I.

Ordo ĩ genere quid sit.

NOTANDVM, quòd Ordo in genere est parium dispariumq́; rerũ sua cuiq; loca tribuens dispositio: vt d.D.Aug. li.19.ciu Dei.c.13. vnde cum sapientis sit ordinare, vt d.Phil.1. Metaph meritò, quæ à Deo sunt, ordinata sunt.Rom.13. Vnde & ecclesia Cant.6. dr ordinata, ordo enim cum primis in ea est necessarius, de quo multa præclarè scripsit Greg.Naz.in oratione, quam inscripsit de modestia in disputationib. seruanda, d. ordiné colligere & coniungere, disiungere verò inordinationem, cum & Respub. tunc se benè habere dicatur, cũ vnusquisq; suum ordinem seruat, vt inquit Orig.hom.2.in lib.Num. Ideo meritò nomen Ordinis, & ordinationis sancti Patres gradibus ecclesiasticis tribuerunt.

Ordines ĩ ecclesia cõueniẽter sunt introducti.

Secundò, notandum decentissimum fuisse, imò necessarium ordines in ecclesia existere: probatur, nam Christus omnia opera sua tam naturæ, quàm gratiæ ad similitudinem virtutis suæ produxit, vt per ipsa eadem opera cognosceretur.Rom.1. In Deo verò sicut intus inter personas diuinas est ordo originis, ita & in virtute qua cuncta procreat, ordinis pulchritudo lucet, vt per superna infima gubernet, disponat, & administret; vnde & in cœlestibus spiritibus idem est ordo, vt per superiores inferiores illuminet, & in operibus naturalibus elementa cœlestibus orbibus subdidit, quorum terra in infimo loco subsisteret, vt omnis inferiorũ virtus, vt inquit Arist. in Meteor. à cœlestibus lationibus, vel motibus gubernaretur, & omnem Remp. lumine naturali docuit, vt caput sibi & digniora membra constitueret, per quæ inferior populus iustitiam reciperet; qua ratione Dion. ecclesiasticam hierarchiam instar cœlestis depinxit episcopis, presbiteris, & diaconibus distributam.

Ordinis sacramẽtum quid sit.

Tertiò, notandum, quòd ordo vt d.Vgo de S.V. & post eum Mag.dist.24. est signaculum quoddam ecclesiæ quo spiritualis potestas tribuitur ordinato, dr signaculum, cum signum sit rei sacræ, & sic sacramentum. Secundò, ponitur eius effectus dum dr, per quod spiritualis potestas tribuitur ordinato. & hanc diffinitionem sequitur D.Th.4.dist.24. art.1.& in add.q.34.ar.2. Vel ità diffiniri potest: vt d.Th.Vald.de sacr tom.2. c.116.quòd est sacramenta administrantiũ habitudo legitima cuiq; ratione sui ministerij conueniens, quæ vr elici ex diffinitione

finitione Augustini supra relata. Vel sic: Ordo est sacramentũ nouæ legis in quo traditur potestas aliquid agendi proximè vel remotè circa corpus Christi verum vel misticum, vbi ponitur & id qđ est sacramentum, scilicet sacrum signũ, & id quod significatur, & sic eius effect⁹ & distinctio ordinis. His ita notatis.

Ordo est sacrm. Prima sit propositio. Ordo, vel ordinatio est sacramẽtum nouæ legis. Nam tria requiruntur ad sacramentum propriè dictum, simbolum externum, vel ritus, promissio gratiæ, & mandatum, vel institutio diuina. In ordinationa ritus, vel simbolum externum est manuũ impositio, de qua sæpè in scriptura fit mẽtio: vt Act. 6. vbi ordinãtur diaconi per manus impositionem, & Act. 13. vbi per manuum impositionem ordinãtur ipsi Paulus, & Barnabas, vt eum locum sic intelligit Chris. ibi. & Act. 14. & 1. Tim. 4. cum impositione manuũ presbiterij, & c. 6. nemini citò manus imposueris, & 2. Tim. 1. quæ omnia loca intelliguntur ab expositoribus, de ordinatione.

Promissio gratiæ habeť 1. Tim. 4. noli negligere gratiam &c. & 2. Tim. 1. admoneo te vt resuscites gratiam &c.

Demum mandatũ, & institutio. Act. 13. Segregate mihi Saulum, & Barnabã. Act. 20. in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos. Eph. 4. ipse dedit quosdã quidem apostolos, alios prophetas, alios pastores, & doctores.

Idem probatur ex traditione, scilicet ex decretis sanctorum Pontificum, Cõciliorum, & Patrũ. Nam Innoc. I. ep. 18. ad Alexandrum Antiochiæ epm. c. vlt. confert ordinationem cum baptismo, & statuit ordinatos ab hæreticis non esse recõciliandos, sed debere cessare ab executione ordinum, ac si ordinati nõ essent. Et Leo I. ep. 81. ad Dioscorum Alexandrinum ordinationem sacramẽtum vocat, & iubet à ieiunis dari & accipi, & solùm ĩ vespera sabbati, & id summa cum deuotione, vbi etiã indicat ibi gratiam conferri. & ep. 87. ad epos Mauritaniæ. c. 1. Anast. II. in ep. ad Anastasium Imperatorem. c. 7. ordinationem sacramentum vocat & gratiam conferre, & idem. cap. 8. S. Greg. I. lib. 4. comment. in lib. regum. c. 5. Gaius Papa in ep. ad Felicem. Anaclet. ep. 2. ad omnes episcopos. Clem. ep ad fratrem domini. & habetur in c. ad abolendam. de hæret.

Ex Conc. Calcedonense Conc. can. 2. damnat eos qui pecuniã pro ordinatione suscipiunt, quia gratiam Dei censentur vendere, quæ tñ vendi nullo modo potest, vel debet. Idem habet II. Bracar. & alia decreta Pontificum, & Conciliorum, ac Patrum, de quibus latè per Gratianum agitur. 1. q. 1. cum seq. & in decret. de simon. Conc. Rom. sub Silu. c. 3. can. 1. Cartagin. IIII. Laodicen. can. 24. & alia.

Ex Patribus Dion. de eccl. hierar. c. 5. probat ordinationem sacramẽtum esse. Chris. lib. 3. de sacerdotio. Teod. in id. 1. Tim. 5. manus citò nemini imposueris. Teoph. 2. Tim. 1. Cipr. vel auctor sermonum de operibus Card. Christi. Ambr. lib. de dignit. sacerd. c. 5. Hier. Dial. contra Luciferianos. Aug. lib. 2. contra Parmen. c. 13. lib. 1. de baptis. cap. 1. ep. 50. ad Bonifac. propè fi. & de bono coniugali. c. 18. & 24. & lib. 2. con. Parmen. c. 11.

Ratione probatur, nam sacramentum est signum rei sacræ. i. signum gratiæ hominem iustificantis, sed ordo est hmõi, quia nõ accipitur pro ea habitudine, & relatione, quæ est inter superiores, & inferiores, sed pro ipsa ordinatione, quæ est sensibile signũ spiritualis potestatis, quæ ibi confertur, vt cum d. eps oblato calice cum hostia, accipe potestatem offerendi sacrificiũ &c. quia per illa verba, & traditionem materiæ confert potestatem, scilicet caracterem ad consecrandum, & inde gratiam, nisi obex ponatur ad idem munus ritè, & rectè obeundum. ita d. D. Tho. dist. 24. q. 1. art. 1. quæst. 3. & post eum Sot. art. 1.

Secunda propositio. Materia huius sacramenti est res illa, quæ suscipienti ordines, traditur, vt calix cum hostia, vel euangeliorum liber, & vrceoli, & huiusmodi, conclusio probatur in Concil. Flor. in vn. Armen. vbi not. quòd duplex est materia cuiusq; ordinis, remota, illa. i. res quæ ab epo traditur ei qui ordinatur, Materia sacramenti ordinis, q̃ sit & quare, ac quõ.

natur, proxima verò est ipsa traditio. Ratione probatur à D.Tho.d.art.1.q.5. nam sacramentorum, quæ in vsu materiæ consistunt, materia debet significare effectum sacramenti extrinsecus aduenire, sicut ablutione baptismi significatur per illam adiuncta forma, animā ablui, secus in materia pœnitentiæ vbi materia sunt intrinseci actus ipsius pœnitentis, qui ideo ab intrinseco ad eius sanctificationem concurrunt, huiusmodi verò materiarum quæ forinsecus admouentur diuersa est ratio, Nam cum alia sacramenta ordinentur ad sanctificandum suscipientem per gratiam, quæ quidem gratia à Deo ipso deriuatur, & non à gratia quæ est in ministro, nā existens in peccato virtute sacramenti qđ cōfert, sanctificat hominem, oportet vt materia per sui applicationem virtutē habeat sanctificandi, vt aqua in baptismo per ablutionem, & chrisma in confirmatione, per vnctionem, ad notandum quòd minister non sanctificat, nisi per virtutem Dei, quæ est in materia. In isto verò, quia per se primò non ordinatur, nisi ad conferendam potestatem, quæ est caracter, quæ quidē deriuatur à Deo per ministrum habentem similem caracterem, tota virtus sacramētalis est in ministro, & in forma quam profert, q̄ materia nō applicatur, sicut habens virtutem, vt aqua in baptismo, sed ad determinandam intentionem ministri, & ad designandam, & explicandam illam quam largitur; vnde materia potius significat vsum potestatis exhibitæ à ministro, quàm ipsam potestatē, quòd clarius confirmatur ex diuerso modo applicandi materiam, nam in alijs sacramentis debet materia tangere suscipientem per modum causæ efficientis, vt abluendo, vngendo, &c. vt suscipiens patiatur ab illa, in hoc verò sacramēto potius suscipiens agit tāgendo, & accipiendo materiam; aduertendum tñ materiam illā concurrere simul ad causandum vtrunque effectum .s. gratiam & caracterem, simul cum forma, quia est pars sacramēti. Requiritur præterea, vt materia tangat ordinatum simul cū prolatione verborum, non tñ punctualiter, vt in baptismo, sed more humano, vt cū d. Accipe statim accipiat, licet post prolationem verborū, nec est omnino necessarius cōtactus, vt sine eo non sit sacramentum, licet peccatū esset id omittere, quia materia hic non habet virtutem; eo modo quo materia aliorum sacramētorum ad aliquam actionem erga suscipientem, vt ad abluēdum, vel vngendum, sed solum ad determinandum intentionem agentis, quæ determinatio potest significari per id quòd eps ostendit materiam præsentem. Vnde licet quis tangat solū calicem licet nō hostiam, sufficit, licet vtenda sit diligentia, vt vtrunq; tangat: vt d.Sot d.q.art.2.cōior tñ opinio est & verior, & vsus, vt ordinandus omnino tangere debeat materiam: vt d.Pet.Sot. de sacr.ord.lect.5. Bellarm.& alij.

Tertia propositio. Forma sacramenti ordinis optimè exprimitur per verbum imperatiui modi, probatur in Cōc.Flor. in vn.Armen. vbi forma sacerdotij ponitur, accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis, & mortuis in nomine patris &c. Ratione probatur ex differentia inter hoc & alia sacramēta, nam quia gratia cuiusq; sacramenti ad effectum eiusdem proprium reformat, materia & forma debent eundem effectum denotare, effectus verò aliorum sacramentorum, quæ cōsistunt in vsu est sanctificare hominem secūdùm seipsum prout est priuata persona, vt in baptismo per ablutionem, & illa verba, Ego te baptizo, cum sit regeneratio spiritualis, illa regeneratio significatur; Institutio verò huius sacramenti non fuit per se ordinata ad sanctificādum hominem cui adhibetur, quatenus est priuata persona, sed in ordine ad populum, qua ratione ipse est pars Christianæ Reipublicæ, in qua constituitur minister, & persona publica. ideo vt creatio Regis, & alterius Magistratus fit per verbum imperatorium, accipe potestatem &c. tradendo illi sceptrum, pileum, vel claues, vel aliud insigne Reipublicæ, sic dum ordinatur minister ecclesiæ forma ordinandi debet esse, accipe potestatem, &c. tradita

dita materia, circa quam vsus eiusdem potestatis versatur. Et quia potestas per vsum eius designatur optimè d. in forma, accipe potestatem offerendi sacrificium, quia is est facultatis vsus, & sic de alijs. Differt etiam in alio hoc sacrũ ab alijs, nam effectus aliorum est similare suscipientem per gratiam Deo, non autem ministro qui sæpè solet illa carere, effectus verò huius est vt ordinans per caracterem ... sibi suscipientem, vnde congruenter, d. accipe potestatem .s. qua ego polleo, hoc enim non profert nisi vt Christi minister, sicut in baptismo, dum d. Baptizo te. ita Sotus post D.Thom. d. art. 2.

Ordines in ecclesia conuenienter sunt distincti, & quomodo.

Tertia propositio: Conuenienter in ecclesia septem ordines sunt distincti, probatur in Conc.Trid.sess.23.c.2. & in can.42. & 43. Ap. S.Clem.ep.3. ad vniuersos. Anacl.c.2. suorum decretorũ. Corn. Pap. in ep. ad Fabianũ: vt refert Eusèb. lib.6. hist.eccl. cap.33.

Ex Patribus Amb. super id Eph.4. dedit quosdam apostolos. Hier. in prolog. ep. ad Tess. Raban. in lib. de offi. eccl. qui horum septem ordinum numerũ, & rationem describit Isid. in ep. ad Ludrifeкum. & hr̃ in c perlectis. 25. dist. & d. 23. c. presbiter. cum seq. Vgo. 2. de sacr. p. 3. c. 5. qui omnes hos septem ordines probant, & numerant; congruentia verò probatur primò, vt in ecclesiastico cultu pulchritudo diuinæ sapientiæ fulgentius splendesceret, nam sapientia Dei licet in se sit maximè vna, & simplicissima, extra tñ se multorum effectuum varietate micat, vt patet in dispositione orbium cœlestium, & elementorum, & in copia fructuum, & animalium; Sic ecclesia diuersis gradib. hierarchijs, & ordinibus diuinam refert sapientiã. Vnde & regina Saba in varietate ministrorũ sapientiam Salomonis est admirata. 3. Reg. 10. & Ps. 44. d ecclesiam circundatam varietate. Secundò, probatur ex humanæ infirmitatis subuentione; omnia enim quę ad diuinum cultum attinent, nõ poterant per vnum genus ministrorum impleri, ideo plura adhibita sunt. Vnde & Moises septuaginta senes in adiutoriũ adhibuit. Num. 11. & Christus dñs septuagintaduos discipulos apostolis iunxit. Tertiò, vt multiplicatis ministris diuini cultus, amplior via omnibus panderetur in eo proficiendi, vt d. Dion. lib. eccles. hierarc. Distinguuntur autem hi omnes ordines in hos septem presbiteratum, diaconatum, subdiaconatum, acolitatum, exorcistatum, lectoratum, & ostiariatũ, qui ita distinguuntur in ordine, & respectu ad Eucharistiam; sicut enim templa, & altaris vasa, & ministrorũ ornamenta consecrantur ob dignitatẽ Eucharistiæ, ita & omnes ministri ratione eiusdẽ sacramenti initiantur: vt d. Dion. loco cit. Vnde quanto quis propius ad Eucharistiam accedit, eò est ordo præstátior & sublimior.

Sacerdotum hinc ordo, quorum munus est Eucharistiam consecrare, orationes dicere, & benedicere dona Dei: vt in c. perlectis habetur. est omniũ dignissimus. Vnde dum ordinantur, tanquam materiam, accipiũt calicem cum vino, & patenam cum pane, vbi, vt ex forma colligitur potestatem accipiunt consecrandi, & offerendi altaris sacrificium. Reliqui ordines hanc virtutem non attingunt, sed omnes sunt in ministerium sacerdotis, cui cooperantur, instituti, quorum ministeria sumuntur in ordine ad eandem Eucharistiam, vel in ordine ad populum, qui ad ipsam præparatur. Prior ordo est tripartitus. In quo diaconi sunt supremi cum sint sacerdotis proximi cooperatores, vnde & tenẽt locum leuitarum, qui olim erãt diuino cultuj mancipati, vt sacerdotum ministri, nam ministrant ei in suis manibus materiam consecrandam. Et in primitiua ecclesia, cum sanguis populo ministrabatur, diaconus id exequebatur. Vnde & per excellentiam dicuntur diaconi. i. ministri, & de ipsis specialiter loquitur Apost. 1. Tim. 3. qui ordo per dationem libri euangeliorum confertur: vt in Conc. Flor. diffinitur, & ideo tunc caracter imprimitur, & infunditur gratia. Vnde & eps. d. accipe potestatem legendi euangeliũ pro viuis, & defunctis, quæ est eius ordinis forma. Quo fit vt

Diaconi vnde dicãtur, & qđ eorum officium.

manuum impositio non fit de essentia: vt hr in c.presbiter.de sacr.nõ iter. Nec eorum officium propriũ est prædicare & baptizare, nam vt d. D.Th.3.p q.67, art.1. baptizare ex officio competit solum sacerdotibus. c.diaconos.93.dist.& ca.constat.de consf.dist.3. Diacono verò non incumbit, nisi sacerdoti assistere & ministrare, vt eius nomen sonat. & habetur in d.cap.perlectis. in primitiua verò ecclesia vbi erat raritas sacerdotum, poterant ex cõmissione baptizare.d.c.diaconos. & fortè cum aliqua solemnitate exorcismorum, & catechismorum, & ea ratione ob inopiam sacerdotum permittebatur eis prædicare: vt d.Amb.in 4.c. ad Eph. Ex officio tñ non conuenit, nisi recitare euangelium diacono, vt ibi d.S. Th.& per modum catechismi articulos fidei, & decalogum exponere, & ita intelligitur d.c.perlectis. & c.sancta.92 d. quæ tribuunt diacono officium prædicandi, nam ex officio prædicare docendo, & exponendo euangelium solis epis incumbit, quia prædicare est perficere, quòd officium eporum est: vt d.Dion.c. 5.eccl.hierar. Vnde nec sacerdotibus id conuenit ex officio, ergo minus diaconis, & ideo in c.adijcimus.16.q.1. prohibentur alij prædicare quàm presbiteri; plebanis verò in parochia sua id cõmittitur: vt in Conc.Trid.sess.5.c.2.sess.24. c.4. & alijs sacerdotibus etiam cõmitti potest, imò & diaconis si sint idonei et solemniter de facultate epi, & prælatorum suorum: vt ex Conc.Tr.locis cit.& alijs canonibus colligitur.

Subdiaconi vnde dicatur, & q eorum munus.

Subdiaconus, græcè hypodiaconus.i. subminister, quia est minister diaconi, offert enim ei nomine populi materiam consecrandam, quam diaconus de manu eius accipiens porrigit sacerdoti, & est, vt d.Vgo. vt in lege veteri Nathinæus, q erat leuitarum minister. 1.Esdræ c.2.& 3.ca.8. Vnde & traditur ei calix vacuus cum patena supposita, & eius caracter imprimitur per traditionem calicis cũ patena, non autem libri epistolarum: vt d D.Th.dist.24.q.2.ad 2.q.& Ric.ead.d. art.4.q.3.& diffinitum est in Conc.Florent. loco sæpius allegato.

Acolutus vnde dicatur, & qđ eorum munus.

Acolitus, vel acolutus succedit diacono, & secundùm vocabuli etimologiã idem est quòd non prohibitus.i. qui à sacris non prohibetur, sed permittitur ignem vel aliud ministrare, & idem est quòd famulus, quia licet cum cereo antecedat presbitero eunti ad altare, tñ postea ministrat diacono, cui debet ampullas cũ vino, & aqua offerre; Vnde in ordinatione licet ei prius tradanť cerei, sunt enim & ceroferarij, vt lumen fidei ad illuminandam plebem deferentes, postea tamen traduntur vrceoli vacui, & in illa traditione cum illa forma, accipe vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistia sanguinis Christi, constat eorum ordinatio.

Ostiarij officiũ quod.

Alij tres ordines sumuntur in ordine ad populum, quem ad Eucharistiam præparant, quæ præparatio est immundorum emundatio, vt Eucharistiæ suscipiendæ idonei fiãt: Triplex verò est ordo immũdorum: vt d.Dion.loco prædicto, infimus est infidelium credere renuentium, qui ideo omnino à sacris sũt prohibendi, quorũ munus ostiarijs conuenit qui omnium ordinum infimus est gradus, quod officium.d.Vgo.li.2.par.3. c.6. Dñm præstitisse cũ ex ecclesia eiecit ementes & vendentes Mat.21. Ad ostiarios pertinet etiam campanã ad conuocandum populum pulsare, & aperire ecclesiam, & cohibere infideles, & excõmunicatos ab ea.d.c.perlectis. ideo traditur eis campanula cum clauibus.

Lectoris officiũ quale

Secundum genus immundorũ est eorum qui fidem suscipere non renuunt, sed non sunt satis in ea instructi, vt catechumeni, quorũ emundatio & instructio est officium lectoratus.s. prima fidei rudimenta eos docere, maximè aliquid ex veteri testamento, quod est velut inductio quædam ad legem nouam, quod officium, d.Vgo Dñm peregisse cum librum Esaiæ in medio seniorũ ad intelligendum legit Luc.4. Vnde eis ex officio conuenit cantare in ecclesia prophetias & lectiones, quę cantantur in hebdomada sancta, & maximè sabbato Sancto.d. c perlectis. Vnde illorum ordinatio consistit in traditione lectionarij cum illa

forma,

forma, accipe & esto verbi Dei relator.

Exorcistæ officiũ qđ. Tertium demum genus est immundorum, eorũ .s. qui licet fidem suscepe rint, sunt tñ energumeni .i. à dæmonib. obsessi, quos exorcistæ, eosdem dæmones pellendo, emũdant, quibus traditur liber, in quo sunt scripti exorcismi, cum illa forma, accipe & habeto potestatem imponẽdi manum super energumenos, quod officium præstitit Christus, qñ de Magdalena eiecit septem dæmonia. ita latè Scot. d. q. 1, art. 2. post D. Th. dist. 24. q. 1. & 2. ex quo ferè omnia collegit.

Ex his colligitur, quòd psalmistatus non est ordo, si ordo consideretur respe ctu Eucharistiæ, & prout ordo est sacramentum, vnde vt d. D. Th. dist. 24. q. 2. art. 1. quæst. 2. ad quintum.

Psalmistatus an sit ordo. Psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum, quia enim psalmi cum cantu celebrantur, ideo dicitur psalmista, etiam cantor, cantor verò non est nomen ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum, tum quia nõ habet aliquam specialem relationẽ ad Eucharistiæ sacramentum, tum quia officium est quoddam ꝙ inter ordines largo modo acceptos computatur qñque, quatenus .s. gaudet priuilegio clericali, & capax est iurisdictionis, & beneficij ecclesiastici, ꝙ in laicos cadere non potest, & ita si consideremus dr ab aliquibus ordo, & ita accipit Vgo & multi alij Canonistæ in c. cleros. 21. dist. non tñ simpliciter est ordo, vt ibi d. Turr. sed præparatio, & dispositio ad ordines. Vnde & in c. illud. qđ est Gelasij Papæ, psalmistatus non numeratur inter ordines, nec in Conc. Tr. sess. 23. c. 2. quibus locis gradus ordinũ numerãtur, nec in Flor. nec per primam tonsuram recipitur aliqua potestas ad aliquid agendum, & licet Inno. in c. cum contingat. de ætat. & qual. eum vocet ordinem, est tñ propriè sumptio nominis ordinis, quatenus prima tonsura facit illum etiam de numero ordinis. Est tñ diuersimodè dispositio ad ordines, officia, & beneficia, nam ad ordines est dispositio quædam decẽtiæ, ita tñ, vt ordo collatus non habenti primam tonsuram validus sit etiam de clerico per saltum promoto, per tot. Ad beneficia verò est dispositio simpliciter necessaria adeo vt collatio facta eam non habenti ipso iure sit nulla. cap. 2. de instit. c. ex literis. de transact. c. cũ adeo. de rescript. Idem dicunt cõiter Doct. de iurisdictione, vt vicarius epi sine prima tonsura nullam habeat iurisdictionem.

Epatus an sit ordo, & quomodo. De episcopatu maior est difficultas au sit ordo; duæ enim in hoc extant sententiæ, nã Dion. de eccl. hier. p. 1. 2. 3. c. 5. d. esse ordinem sequitur Altisiod. 4. p. summæ de sacr. ord. c. 1. Bellar. de sacr. ord. c. 4. Vgo, & omnes sen. Canonistæ in c. cleros. 21. dist. in cap. perlectis. 25. dist. & niti videtur decreto Gelasij Papæ in c. illud. 77. dist. vbi episcopatus ordo dicitur, cui & videtur fauere Conc. Tr. sess. 23. c. 4. vbi ordinationem episcopi ordinem appellat.

Contraria opinio videtur cõis, quam sequitur Scot. & sequaces. dist. 24. ꝙ nõ sit ordo, sed extensio quædam caracteris sacerdotalis ad alios actus, eo modo quo multi dicunt sacerdotem in sua ordinatione per traditionem calicis cum aqua & vino, hostia & patena, recipere caracterem sacerdotalem, & effici verè sacerdotem, deinde per impositionem manuum sub alia verborum forma hũc sacerdotem caracterem iam ante acceptum extendi ad potestatem remittendi peccata.

In hac difficultate resp. cum D. Th. d. 24. q. 2. art. 2. quæst. 2. ꝙ nomen ordinationis vno modo capi solet propriè pro eo ꝙ est sacramẽtum ordinis. Secundò, vt est nomen officij, dignitatis, & gradus, primo modo nõ est ordo, tum quia contrarium tenentes aduersantur cõi opinioni, & vsui ecclesiæ, quæ ponit tm̃ septem ordines; Præterea omnes ordines ordinanť ad Eucharistiæ sacramentum, & in ordine ad ipsum distinguunť, epatus verò, nec est ordo ministrandi sacerdoti in Eucharistia, quia est altior, nec quò ad potestatem cõsecrandi est ei superior, quia quisq; sacerdotum æqualem habet potestatem, & quò ad substãtiam sacramenti independentẽ ab epo, quia quilibet sacerdos per se potest cõsecrare,

secrare, qui tñ quò ad quædam acciden talia pendeat ab epo, qui consecrat vasa, & vestes sacras. Vnde Scot. Tartar. & alij. dist. 24. q. vnica. d. q actus eminentior in ecclesia est cõficere corpus Christi, epatus verò non addit aliquem actũ circa Eucharistiam, quia si consecrat iã non facit vt eps, sed vt sacerdos, nam episcopus non ordinatus, vel consecratus sacerdos, non potest conficere.

Vlterius epatus nõ imprimit nouum caracterem, quia si fieret eps antequam sacerdos, sic nõ imprimeretur nouus caracter sacerdotalis, q tñ est falsum, nam solum in ordinatione sacerdotali, imprimit caracter sacerdotalis, ergo; & ideo, vt d. Ric. dist. 25. art. 2. q. 3. potest Papa suspendere ea quæ sunt iurisdictionis epalis, ita q & attentans nil faceret, q non esset si episcopatus esset ordo, cum caracter ordinis sit indelebilis, vt ibi d. Tart. Si verò consideratur episcopatus secundùm q est officiũ quoddam respectu quarundam actionum sacrarum, & sic cum episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis supra sacerdotẽ respectu corporis mistici, episcopatus erit ordo, & sic intelliguntur authoritates pro prima parte adductæ, quia caracter sacerdotalis extenditur ad potestatem ministrandi ordinem, & confirmationem, & potestas iurisdictionis traditur in epi electione, vel ordinatione.

Episcopi & presbiteri differũt, & quomodo. Nec negatur discrimen esse inter episcopos, & presbiteros ex traditione Apostolorum, quicquid sit de iure diuino, licet enim olim presbiteri dicerẽtur episcopi. c. olim. dist. 95. tñ ad tollenda schismata, & demonstrandum distinctionem potestatis nomina sunt distincta, vt ibi dr. Vnde & D. Hier. lib. 2. in Ef. d. esse discrimẽ inter epos, & presbiteros. & hæc differẽtia inter presbiteros, & epos non solum est ex traditione apostolorũ, sed etiã iure diuino: vt d. D. Th. 2. 2. q. 184. art. 6. Tur. Cre. lib. 1. summ. eccl. c. 69. & expresè probat Dion. c. 5. eccl. hier. vbi ponit tres ordines hierarchicos tãtum, vt sunt purgantium tantum s. diaconorum, quibus cõuenit catechumenos catechizare, & illuminantiũ, scilicet presbiterorũ administrantiũ baptismũ, pœnitentiam, & Eucharistiam, & perficientium, scilicet episcoporum, quibus conuenit confirmare, ordinare, & prædicare, cumq; istæ functiones sint de iure diuino, palam docet eosdem gradus eodẽ iure fuisse distinctos. Vnde & multa episcopi facere possũt, quæ non possunt presbiteri, & si attentarent, nil facerent; possũt enim confirmare. c. manus. de cons. dist. 5. & multa alia quæ non potest sacerdos, ergo iure diuino, quia si iure diuino nõ esset distinctio, si fieret, licet cõtra ecclesię præceptum, esset validum, vt est qñ excommunicatus sacerdos celebrat, quia ecclesia nõ potest tollere caracterem sacerdotalẽ, & sic eius effectũ principalem qui est facultas consecrandi. Vlterius si iurisdictio episcoporum nõ esset distincta ab illa inferiorũ, posset parochus excõicare, q tñ ei non licet; Apostolis præterea episcopi successerunt, & in ecclesijs sunt instituti ex Christi institutione: vt d. August. lib. de quæst. no. & vet. test. c. 93. & habetur in c. in nouo. 21. dist. ergo iure diuino sunt distincti. Ad contrariã D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 6. ad primum. d. q de episcopo & presbitero dupliciter loqui possumus: primò, quò ad nomen, & sic episcopi, & presbiteri omnes olim promiscuè vocabantur, & sic intelligit P. 1. Tim. 4. & ad Phil. 1. & ad Tit. 1. & 1. Tim. 5. & Act. 20. presbiter enim idem est q senior, vt d. Aug. li. 19. ciu. Dei. q congruè conuenit episcopo cuius nomen significat superintendens vel vigilans, q conuenit etiã presbiteris quibus animarũ cura incumbit, debet enim super gregem vigilare, & licet honoris gratia omnes presbiteri dicerentur episcopi, & episcopi ne superbirent etiã dicebantur presbiteri, re vera tñ inter ipsos presbiteros erat in diœcesi vnus iuxta Christi institutum præpositus qui erat eps: vt d. Chris. hom. 11. in ep. ad Timot. d. sola introhonizatione episcopi super reliquos presbiteros ascenderunt, & ibi Aimo. d. quòd omnis episcopus presbiter est, sed non è contra, sic Aaron fuit figura nostrorum sacerdotum, quatenus sacrificia, vt alij

sacer-

sacerdotes offerebat; & præterea episcopi vmbra; fuit enim Pontifex Maximus cui aliqua singulariter congruebant, tũ indumenta, tũ etiam munera, vt intrare semel in anno in sancta sanctorum, quæ reliquis sacerdotibus non licebant. ita Sot. dist. 24. q. 2. art. 3. simpliciter tñ sustineri potest, q̃ episcopalis ordinatio sit sacramentũ, vt pluribus probat Bellarm. de sacram. ord. lib. 1. cap. 5.

Ordines oēs & singuli sunt sacrm.

Quarta propositio. Omnes & singuli ordines sunt sacramentum, vel ordinatio: vt d. Scot. d. 24. & post eum Tart. qui nolunt ordinem, sed ordinationem esse sacramẽtum, & ideo etiã can. 3. sess. 23. in Tr. Conc. d. ordinem, vel ordinationẽ esse sacramentum, propositio est cõis, licet aliquæ sint circa hoc opiniones, q̃ minores sint sacramẽtalia, cui fauere videtur Conc. Flor. & Tr. locis præalleg. c. illud. 77. dist. c. cleros. 21 dist. c. perlectis. 25. dist. quæ loquũtur de ordinib. septẽ, nec distinguunt, q̃ aliqua sint sacramenta, aliqua non; ratione probatur, nam in vnoquoq; horum ordinum datur potestas particularis ad aliquid agendum, vt patet ex verbis formæ, ergo, & de presbiteratu clarum est, nã in eo accipitur potestas consecrandi, & peccata remittendi. & in eo imprimitur caracter, ergo est sacramentum; de diaconatu etiã, probatur ex cõi omnium consensu, Tũ quia Apost. 1. Tim. 3. Phil. 1. & ad Tit. 1. semper coniungit diaconos cum epis .i. cum sacerdotibus, quia nomine episcoporum intelligit etiam presbiteros: vt ibi d. Chrisl. Tum quia diaconi ordinantur per manus impositionẽ vt episcopi & presbiteri. Act. 6. ergo Præterea diaconi possunt in absentia episcoporum .i. presbiterorum baptizare: vt d. Tert. lib. de baptis. & Hier. contra Lucifer. & in eorum absentia Eucharistiam laicis dare. ex Conc. Nic. can. 14. & prædicare similiter ijs absentibus: vt d. Greg. lib. 4. ep. 88. ergo egent speciali gratia Dei, ergo eorum ordinatio est sacramentum, & in eo etiam imprimitur caracter. De subdiaconatu idem probatur. Tũ quia imprimit caracterem, tum quia habet annexum solemne votum continentiæ, & licet olim non possent tangere sacra vasa. c. nullus. 24. dist. ex Conc. Laodic. c. 21. concessum est tñ postea, vt ea tangere possent. De minoribus ordinibus est etiam assertio cõis omnium Theologorum veterum, & idem sequitur Victoria. de sacr. ord. Petr. Sot. de sacr. ord. & alij, & idem videtur sentire etiã Conc. Flor. & Conc. Tr. sess. 23. c. 2. vbi numerat septem ordines. & can. 3. absolutè, d. ordinem esse sacramentũ. Quartò, quatuor minores ordines imprimunt caracterem, & reiterari non possunt, ergo sunt sacramentum.

Ex quo fit vt conferant gratiam gratum facientem, & sacramentalem & etiam imprimant caracterem.

Licet tamen singuli per se sint sacramenta, tamen sunt & censentur vnum sacramentũ, & sunt quædam partes integrales totius sacramenti ordinis, quia omnes ordinantur ad sacerdotium tanquam in finem, & complementum eius ordinis. Vel dicuntur vnum, quia vnum sunt gratia, ita Bellarm. de sacram. ord. lib. 1. cap. 6. 7. & 8.

Ordines singuli à Xpo sunt instituti, quando, & quomodo.

Quinta propositio. Sacramentum ordinis est à Christo dño institutum; probatur conclusio in vniuersum ex Conc. Flor. & Trid. supra cit. & ex Conc. IIII. Cartag. vbi omnes ordines numerãtur, & modus traditur quo ordinatio est facienda, & hr̃ in canonibus apostolorũ, maximè 41. & 42.

Et licet euangelistæ non faciant mentionem de omnibus ordinibus, nam vt d. Dion. de eccl. hier. c. vlt. Christus voluit formas sacramentorum esse occultas, ne venirent in irrisionem infidelijs, eas tñ docuit, & ante & post resurrectionem, maximè per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei .i. de regimine ecclesiæ. Imò in euangelijs legitur Christum vsum esse actibus omnium ordinum, & tunc verisimile est eum ordinem instituisse, & potestatem vtendi & conferendi apostolis contulisse. Nam ordine, vel officio ostiariatus vsus est, qñ fecit flagellum, & eiecit è templo ementes, & vendentes, boues & oues. Io. 2. Lectoratus cum aperuit librum

brum Esaiæ, clausit & dedit ministro; Exorcistatus qñ tetigit aures surdi, & muti, d. Epheta, q̃ est adaperire; & dedit apostolis potestatẽ, vt dæmonia eijcerent; officium acolitatus docuit in se esse, cum d. Ego sum lux mundi, officio subdiaconatus est vsus in cœna, qñ præparauit materiã sacramenti; officio diaconi cum ministrauit & ministrari fecit sanguinem, officio sacerdotali quò ad primum actum, cum panem & vinũ consecrauit & instituit, cũ d. Hoc facite in meam commemorationẽ, Matt. 26. quò ad secundum actum, cum post resurrectionem. Io. 20. d. Quorum remiseritis peccata &c. potestate episcopi est vsus, cum d. Petro, Pasce oues meas, in quib. verbis dedit, quod promiserat Matt. 16. Tibi dabo claues &c. Et licet Ap. faciat mentionem tñ de episcopo, presbitero, & diacono, non tñ sequitur q̃ Christus illos solos instituerit, tunc enim ob defectum & paucitatem ministrorum oĩa ministeria diaconibus committebãtur, vt patet ex Dion. 3. c. eccl. hier. postea verò ampliatus est cultus diuinus, & quod ecclesia implicitè habebat, in vno explicitè tradidit vniuersis: vt d. D. Th. d. 24. q. 2 art. 1. quæst. 2. ad secundum. Vnde Ignat. in ep. ad Antiochensem ecclesiã, d. Saluto subdiaconos, lectores, cãtores, ostiarios, & exorcistas. Ratione probat̃, nam omnes ordines sunt sacramentũ, vt supra, at sacra à Christo sunt instituta.

Ordines alij sacri, alij non, & qui sacri dicantur.

Sexta propositio. Ordinum alij sunt sacri, alij non sacri, probatur conclusiò ex cõi consensu oĩum Theologorũ. d. 24. & Canonist. in d. c. cleros. & c. perlectis. & c. à multis. de ætat. & qual. Vbi notandum, q̃ ordo dr̃ sacer tripliciter: primò ex parte suæ continentiæ, quia scilicet continet sacramentum, & sic quilibet ordo est sacer, quia continet gratiã sanctificantem. Secundò, ex parte suæ essentiæ secundùm se, & sic etiã quilibet ordo est sacer, cũ sit quoddam sacramentum. Tertio modo ex parte materię, circa quam actum vel effectũ habet, & sic ordo sacer dr̃, qui habet actum aliquem circa rem aliquam consecratam, & sic tres sunt tñ ordines sacri .s. sacerdos, qui habet actum consecrandi corpus & sanguinem Christi, & diaconus qui habet actum dispensandi sanguinem Christi, & subdiaconus qui habet actum præparandi vasa sacra, vel cõsecrata, & ideo ei etiam continentia indicitur, vt sanctus & mundus sit qui sancta tractat, & ideo hi tres ordines sacri impediũt matrimonium contrahendum, & dirimũt contractum. Alij ordines quatuor inferiores non sunt circa rem sacram, ideo non indicitur eis continentia, nec impediunt matrimonium contrahendũ, aut dirimunt contractum. ita D. Th. 4. dist. 24. q. 2. art. 1. quæst. 3.

Licet autem subdiaconatus olim nõ esset sacer. d. c. à multis. de æt. & qual. tñ potuit ecclesia illum sacrum facere, & illi annectere votum continentiæ: vt d. Pet. Sot. de sacr. ord. lect. 4. ad fi.

Ordinibus sacris cęlibatus est annexus, quo iure, & q̃uo.

Septima propositio. Hinc sequitur qđ cœlibatus iure apostolico annexus est ordinibus sacris; probatur conclusio ad Tit. 1. d oportet epm esse hospitalem benignum, sobriũ, continentem &c. vbi verbum sobrium græcè, vt ibi d. Hier. significare potest castum, & quia castitas est etiam in matrimonio, ideo addit continentem. Secundò, 2. ad Tim. c. 2. d. Nemo militans Deo se implicat negotijs secularibus, vt nuptiæ sunt. Tertiò, 1. Cor. 7. vbi Apostolus præcipit coniugatos ad tempus debere abstinere, vt vacent orationi, ex quo Hier. c. 1. ad Tit. & lib. 1. contra Iouin. deducit Apostolum præcipere episcopis & alijs hominibus sacratis, vt perpetuò à nuptiarũ operé vacent, cum semper instare debeant orationi, quo argumẽto vtitur & Orig. hom. 23. in Num. & Epiph. hær. Catharorum. In cuius figura continentia ab vxoribus requirebatur ab ijs qui erant Deo propinquaturi, vel rem aliquã sanctam tractaturi, vt Exo. 12. præcipitur de comedentibus agnum paschalem, vt explicat Greg. hom. 22. super Euang. per renum vnctionem, & Exo. 19. idem præcipitur populo qui legẽ à Deo erat accepturus, quo argumento vtitur Amb. lib. 1. de offi. c. vlt. ad probandam continentiam clericorum, & Exo. 28. præcipitur

tur Aaron, & filijs cum ingrederentur tabernaculum, vt fœminalibus lineis essent tecti, & Beda lib. 3. de tabernaculo. c. 9. explicat debere sacerdotes noui testamenti virgines esse, vel ab vxoribus separatos iā esse. Et 1. Reg. 21. Achimelech noluit dare panes propositionis Dauid ad comedendum, nisi intellexisset eū aliquandiu ab vxore abstinuisse; vnde Hier. in c. 1. ad Tit. deducit in sacerdotibus requiri perpetuam continentiā etiam ab vxorib. Et lib. 1. Paralip. c. 24. & Luc. 1. colligitur sacerdotes eo tempore quo ministrabant, à domo & vxore abfuisse. Ex quo Siricius Papa in ep. ad Himericum. & Innoc. I. in ep. ad Victricium, & Beda in 1. Luc. deducunt semper sacerdotes nunc debere ab vxoribus abstinere.

Ex Conc. probatur in Cōc. Antirano can. 10. diaconos non posse vxorem ducere, nisi ante continentiam sint protestati. Et Neocæsār. can. 1. d. presbiterū si vxorem ducat, ordine dimouendū esse. Et Conc. Nic. can. 3. prohibet episcopo, presbitero, & diacono, ne vllā domi habeat præter matrem, sororem, amitā, & Syn. 6. Trullana can. 6. prohibet ne episcopi, presbiteri, diaconi, & subdiaconi post ordinationem suā vxorem ducant. & can. 48. prohibet ne episcopus cohabitet vxori. Et Conc. Cartag. II. can. 2. Et Rom. sub Silu. I. can. 8. quo prohibetur subdiaconis ne vxores vllo modo ducāt. Conc. Arelat. 2. can. in Gallia, Turon. I. can. 1. & 2. & Turon. II. can. 20. Agatense c. 9. Aurelian. III. can. 2. Elibert. in Hispania. can. 3. vbi prohibetur episcopis, presbiteris, diaconis, & subdiaconis, vt ab vxoribus abstineāt, Tolet. II. c. 2. Tolet. III I. c. 26. Tolet. VIII. c. 6. Aquisgranense in Germania. c. 6. Vuormatiense. cap. 9. Mogunt. cap. 10.

Ex veteribus Pontificibus. Clem. I. in canonibus apostolorum, can. 27. vbi lectoribus tantum, & cantoribus permittitur vxores ducere, & idem intelligit de alijs minoribus. Calixt. I. vt habetur dist. 27. cap. presbiteris. Siricius in ep. ad Himericum. c. 7. Innoc. I. in ep. ad Victricium. c. 9. & in ep. ad Exuperium. I. ca. 1. Leo I. ep. 82. ad Anast. epm. c. 4. & in ep. 90. ad Rusticum c. 3. Greg. I. ep. 42. primi lib. & ep. 34. tertij libr. Zacharias in ep. vlt. ad Bonifac. epm. Germaniæ.

Ex Patrib. Orig. hom. 23. in lib. Num. Epiph. ad fi. operis adu. hæres. & hær. 59. Chris. hom. 2. de patientia Iob. Gregor. Niss. lib. de virg. c. vlt. Ciril. catechel. 12. Cipr. in lib. de singularitate clericorum, vel author eius operis. Amb. lib. 1. de offi. c. vlt. & in ep. 82. ad eccl. Vercell. Hier. lib. con. Vigil. Aug lib. 2. de adult. côiug. c. 20. Greg. lib. 6. c. 1. in lib. Reg. Isid. lib. 2. de offi diu. c. 10. Ans. ep. 8.

Ratione, nam matrimonium impedit munus sacrificandi. vt d Hier. lib. 1. con. Iou. studium lectionis, & orationis: vt d. Aug. lib 14 ciu. c. 16. ob efficaciam prædicationis: vt d. Amb 1. de offi. c. vlt. curam pastoralem: vt ibi d. c. 7. curam pauperum, & sacramentorū administrationem. Vnde meritò Epiph hær. 59. d. ob honorem sacerdotij esse necessariā continentiam. ita Bellarm. tomo 1. de controu. de clericis. lib. 1. cap. 19.

Octaua propositio. Supra episcopalē dignitatem sunt alij ordines per gradus ascendentes vsque ad Pontificatum exclusiuè; probatur in c. cleros. 21. dist. & c. perlectis. 25. dist. sunt enim primò episcopi, qui pluribus episcopis præficiunt, & pallio vtuntur imposito humeris, q episcopis nō conceditur ob honoris augmentum: vt hr c. quoniam quidam. & c. prisca. 1 10. dist. & extra de vsu & authoritate pallij. Metropolitanus idem est q Archiepiscopus, sed sic dr à mensura ciuitatum quibus debet præsidere, d. tn Isid. in d. ca. cleros. q Archiepiscopus, q dr quasi summus epōrum & primas, ptī det tam Metropolitanis, quam cæteris episcopis; Patriarcha præponitur Archiepiscopis, & idem sonat græcè, q princeps episcoporū, & est post summū Pōtificem authoritate, & dignitate primus; capiendo nomen patris non pro genitore, sed pro honorabiliori; sic enim & à Romulo dicti sunt patres ipsius consilij, & eorum filij patritij, vt d. Liu. 1. lib. Et venerandi seniores, & patres dicunt: vt d. Plutarc. in vita Fabij Maximi. Vnde

Supra episcopalem dignitatem sunt alij grad⁹, & qui, & conuenienter, & an sint sacrum ordinis.

de & episcopi qui præstāt cæteris in ecclesia authoritate patres sunt dicti.cap. sexta Synodus.16.dist.c.fin.68.dist.Et ĕt qui doctrina nobis acquirunt verbi Dei cognitionem,dicuntur patres. 1.Cor.4. Patriarchæ verò sunt quatuor, & quatuor Patriarchatus,Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus,vt est diffinitum à 6.& 8.Synodo.c.pen.& fi.22.dist.cap.antiqua. de priu. Patriarchæ tñ dicuntur etiam episcopi,& ipse summus Pōtifex. c.omnes, c.sacrosancta.dist.22.ca prima sedes.99. dist. Isti tamen ordines, nec sunt sacramenta ordinis,nec potestate ordinis differunt, sed sola iurisdictionis amplitudine.Vnde & Papa non potest aliquod sacramentum administrare, ꝙ non possit & episcopus.

Cardinales vnde originē duxerunt, & quæ sit eorum potestas.

De Cardinalibus notandū, quòd ita sunt dicti ꝙ inseruiant sedi apostolicæ, vt d.gl.in c.execrabili. de præb.in extr. cōi. quæ axis & velut cardo aliarum ecclesiarum est.c.sacrosancta. 22.dist. Vel ꝙ sint ex summi Pontificis senatu,& dicuntur pars corporis Papæ.ca quisquis. 6.q.1.Clem.Felicis.de pœn. & senatores principis dicuntur pars corporis eius. l. quisquis.ff.ad leg.Iul.Maiest. & dicūtur filij primi gradus,vt d.Imola in c.sacris. de pœn.in 6. & vtuntur insignibus apostolicæ dignitatis dū legatione funguntur.c.antiqua. de priuil. & ex eorū corpore, & episcoporum eligitur Papa.cap. oportet.& c.seq.79.dist. & ipsi sunt qui Papam eligūt.c.vbi periculum. de elect. in 6.Et licet Turr.Cr.lib.1.de sum.eccl. c.80.dicat ordinem Cardinaliū esse iure diuino cæteris sublimiorem, tñ non nititur certo fundamento, nam ꝙ d. eos successisse in consiliarios Papæ loco apostolorum, non est certum, quia fuerunt aliqñ consiliarij Papæ ordine, & dignitate episcopis inferiores vsq; ad tempora.Clem.V. & Io.XXII. & post Papam episcopi subscribebant ante diaconos Cardinales,& gradu deprimi videbātur episcopi qui fiebant Cardinales vsq; ad Bonifacij tempora : vt d.Io.And.in c.cū aliquibus.de rescrip.in 6. & ideo alij putant, hunc ordinem Cardinalium tempore Siluestri inuentum.ex cap.præsul. 2.q.5.& c.à subdiacono.93.dist. Sot.tamen existimat antiquiorem esse quàm alij existiment. 4. dist.24. art.4. Sed de his Deo dante latius agetur, vbi de statibus erit sermo.

Papa est in culmine omniū ordinum iure diuino, & q̄uo.

Nona propositio. In culmine omniū ordinum iure diuino est vnus summus Pontifex;probatur ex Conc.Constantinop. vbi deducitur Romæ episcopū esse primum, & maximum episcoporum sine pare,& hr̄ in l.4.C.de summ.Tr.in c. in nomine.23.cap.omnes.21.dist.Christus enim vnum solum vniuersarum ouium suarum pastorem reliquit D. Petrum, & ei soli pascendi oues, & agnos sollicitudinem mandauit. Io.21.Matth. 16.c.sacrosancta.22.dist.cap.quanto. de translat.episcoporū ; Sicut enim vna est ecclesia vniuersalis.c.ecclesia.de consec. d.1.c.Nouatianus. 7.q.1. quæ vnius debet esse viri sponsa.ca.cum non ignores. de præb.Vna fides Eph.4.Vnum baptisma ibi.Vnus Deus.Mal.2.& cœli omnes vnius motu rapiuntur, in corpore phisico cuncta membra vni capiti seruiunt, & apud Hebræos sacerdos magnus dictus cohen gadol. Leuit.8,Num.35. Sic vnus est Christi vicarius.ca saluator.de præb.in extr.cōi. c.1.de sum.Tr. c.in apibus. c.Nouatianus.7.q.1.& probāt ex Patribus Chris.in id Io.21. ibi, sequere me.& ibi Teoph. & Aug.Amb.in 5.cap. Luc. Bern lib. de consid.ad Eug.Pap.Atha.ep.ad solitarios. Tert.lib.de præscr. contra hær. Cipr.lib.1.ep.5.

Ratione probatur, nam Christus instituit ecclesiam instar monarchiæ,quæ omnium est optimum regimen, in qua omnes ordines consummantur in vnum culmen; Præterea Christus ecclesiā exēplo optimæ politię fundauit,optima verò,vt d.Philos.2.Polit.est regalis, cui vnus præest;Præterea Christus fundamētum ecclesiæ Petrum instituit. Mat.16. & ego tibi dico quòd tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, qui locus licet à multis exponitur de Christo,tamen etiā de Petro intelligi potest ob eius cōfessionem,vnde Leo serm.3. de passione dñi, d. vnus de

toto

toto mundo eligitur Petrus, qui cũctis ecclesiæ Patribus præponatur. & Clem. Papa in ep. 1. ad Iacobum fratrem dñi, Petrum fundamentũ fidei à Christo positum esse commemorat, & ita etiã intelligunt Orig. homi. 5. in Ex. & Hieron. Matt. 16. probatur idẽ Io. vlt. vbi Christus d. Diligis me plus his? pasce oues meas .i. præpositus esto, & caput fratrũ, vt ibi d Chris. Vnde & in Conc. Nic. Sũmus Romano Pontifici est honor delatus. ita Sot. dist. 24. q. 2. art. 5. & Tur. Cr. in c. cleros. art. 5. 21. dist. Præterea ordo intelligitur secundùm prælationem, & subiectionem, prælatio verò attenditur secundùm ascensum & descensum, non secundùm æqualitatẽ, & ascendendo superius necessarius est status, & reductio ad vnum, cum non sit processus in infinitum, ergo secundùm rectum ecclesiæ ordinem oportuit aliquem vnum esse prælatum, & superiorem omnibus in quo ecclesiasticæ potestatis esset status, qui aliorũm esset rector & pastor: vt d. ibi Turr. qui vtitur etiam alijs rationibus, quas Sot. allegat, & latius hæc explicat Bel. ar. lib. de Rom Pont. tom. 1. controu. general 3. & latius de his dicetur Deo dante, cum de statibus agetur.

Ecclesia ñ pôt facere q non sit Papa.

Ex quibus fit, vt d. Sot. ibid. in facultate ecclesiæ, non esse facere quòd non sit Papa, quia Christus eum sibi vicariũ elegit, & ideo ecclesia tenetur eũ vt caput suum colere, & si desisteret ab eius electione Sp. S. non permitteret eã perseuerare in hoc errore. Nec posset duos Pontifices eligere respectu duorum hemisphæriorum, quia Christus vnicam monarchiam instituit, cui vnum suum vicarium præfecit, potest tamẽ legatos ad diuersa loca delegare cum plenitudine potestatis, non tamen potest supremam potestatem à se abdicare, quia illos posset reuocare.

Papa ẽ caput totius ecclesiæ.

Ex his etiam sequitur, q Romanus Pontifex, & Episcopus caput sit totius ecclesiæ: vt hr in c. per venerabilem. qui filij sint leg. & Gaiet. apol. 3. de primat. Papæ refert, & post eum Bellarm. loco prædicto. Non per hoc tñ prohibetur, quin ecclesia posset statuere, vt episcopus orbis sedem suam ab vrbe demutaret, imò vt nullam sibi particularem ecclesiam applicaret, cuius diceretur episcopus, sed esset vniuersalis mundi episcopus; primò, quia apostoli sic fuerunt vniuersales mundi episcopi: secundò, quia Petrus quando fuit à Christo caput institutus, nulli fuit particulari ecclesiæ addictus: vt d. Sot. d. art. 5. in fin. sub censura tamen ecclesiæ.

Ordinati debent ferre coronã, quõ, & quare, ac quo iure.

Decima propositio. Clerici omnes ordinati debent coronæ tonsura insigniri, vbi notandum, q nomen clerici dicit à cliros græcè, q significat sors, vel pars cõtingens alicui, ita dictus, quia de sorte dñi sit, vel quia ipse dñs sors eius est, .i. pars clericorum, vel hæreditas eorũ, vt. s. ipse possideat dñm, & possideatur à dño, vnde si quippiã aliud habuerit præter dñm, quo. s. ad affectum inordinatũ, aurum, argentum, variam suppellectilẽ possessiones, non dignatur cum his partibus dñs fieri pars eius, sed quasi leuita, & sacerdos viuat de decimis, & habens victum & vestitum, his contentus nudam crucem sequatur: vt d. Hier. ad Nepotianum. & refertur. 12. q. 1. c. clericu. Vel ita dictus esse de sorte domini, & hre partem dñi, quia ea quæ sunt specialiter deputata, vindicãt sibi, & decimas & primitias, & oblationes, & generaliter oẽs res ecclesiasticas: vt d. Vgo. in c. cleros. vbi & Tur. Cr. dist. 21. ita tñ vt earum dñs non sit, sed possessor tñ & nil inde sibi vendicet victu & vestitu excepto, & sic intelligitur dictum Hier. cætera verò pauperibus, & ecclesiæ cui tui distribuat, de quib. aliàs erit sermo, cum Deo dante, de statibus agetur. Inde cleros dr collectio eorũ qui ministerio sacrorum operam dant, sicut & lex duodecim tribus Israel, vna Leui vocatur, cui Deus pars & hæreditas. d. c. cleros. Vel dicit, quasi sorte electus, sicut Matthias est sorte electus, ex speciali dispositione Sp. S. modo enim sortium vsus in electionib. est damnatus. c. ecclesia nostra. de sortibus. & ita dicitur clericus quasi sorte electus, quia hũc Deus in suum elegit: vt hr in c. duo sunt. dist. 12. q. 1. q est Hieron. ad quendam suum leuitam.

leuitam. Ex quibus fit etiam, vt qui hodie in clericorum ordinem eligitur palam sacrum professionis huius versiculum pronuncient ex Ps. 15. Dñs pars hæreditatis meæ, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. His prænotatis, probatur conclusio ex Hier. in d. c. duo sunt, vbi d. clericos esse reges i. se & alios virtutib. regentes, & ita in Deo regnum hrē, quod designat corona, quā in capite habent ex institutione Romanæ ecclesiæ in signū regni, quod in Christo expectant; Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio, vt sint victu & vestitu contenti; Hæc Hier. ibi. Ratione probatur à D. Th. d. 24. q. 3. art. 1. & Sot. ibi q. 2. art. 1. nā Petrus Apostolus eadem fertur insignitus corona in memoriam spineæ coronæ quam crucifixores eius capiti imposuerunt, & quod hoc hostes Christi ad ignominiam eius fecerunt, religiosissimum duxerūt Apostoli idem insigne ad suum decus, & gloriam Christi deferre, & sumere: & tondebantur, vt ibi d. Sot. olim clerici, vt nunc faciunt religiosi super aures, & nō tantum in summitate, vt ita coronam præseferrēt: vnde & d. ex Th. Vald. to. 5. de sacr. tit. 9. c. 80. in primitiua ecclesia ortum esse schisma. Vnde Anicet. Papa in c. prohibete. 23. dist. & habetur in c. si quis. extra de vita, & hon. cler. prohibetur ne clerici comam nutriant, contra Ap. 1. Cor. 11. sed desuper caput in modum sphæræ radant, & alijs authoritatibus id ibi roborat Sot. Catechis. tamē de sacr. ord. f. 361. d. quo quisque in altiori ordine collocatur, sic eius forma latior esse debet. Et de hac corona meminit Dion. lib. de eccl. hierar. p. 2. cap. 6. quod episcopus quem ordinat signo crucis tondet. Vgo lib. 2. de sacr. part. 3. c. 5. Rab. lib. de instit. cler. c. 3. Hier. in quadā breui epist. ad Aug. & Aug. ad Proculianum. Secunda ratio quare clerici corona insigniūtur, nam qui diuinis ministerijs applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent, ad significandum ergo hanc dignitatem, coronam accipiunt, d. c. duo sunt. Tertiò, ratione figuræ, quæ cum sit circularis imaginē perfectionis præsefert, quam altaris ministri adipiscuntur, & profitentur. Tonsio verò capillorum ex parte superiori per rasuram fit, ne mens eorum temporalibus occupationibus à contemplatione diuina retardentur, & vt aptius recipiant diuinos influxus, & ex parte inferiori per rasuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur. Et ita omnes religiosi qui choro addicuntur, licet nullis ordinibus sint initiati, tamen ob seculi renunciationem tundentur, & raduntur, quia diuinis dedicantur, conuersi verò tondentur, ob secularium renunciationem, sed non raduntur, cum non vacent diuinis, sed vitæ actiuæ: vt d. D. Tho. ibi in resp. ad secundum; raduntur etiā clerici, vt à populo, qui laici dicuntur distinguatur. Et hic mos in omnibus ferè temporibus, & in omni religione obtinuit, vt capillos succiderent, qui se Deo dicarent, vt d. Greg. Tolos. de pers. lib. 16. c. 1. tom. 1. & probat multis exemplis, quæ quia paganorum sunt, congruum non est visum ea referre.

Hæc tamen tonsio, & rasio clericorū non est de essentia sacramēti, qui enim intonsus ordinaretur, etiam in presbiterum, verum sacramētum acciperet, episcopus tamen id omittens grauiter peccaret, & in maioribus probabile est esse mortale.

Quod verò dictum est clericos nutrientes comam anathema esse in cap. si quis. de vit. & hon. cler. intelligitur. i. si ant, vt ibi d. gl. si inobedientes sint, quæ tamen pœna non tangit clericos in minoribus cōstitutos, si velint in statu seculari viuere, & eo magis si moniti non ferat habitum, tunc enim priuilegio clericali priuantur. c. contingit. de sent. excom. & minus clerici coniugati, si voluerint priuilegijs clericalibus abdicari, vt extra de cler coniug. sancitur, nec bigami tonsura licitè vtuntur. c. si quis clericus. 84. dist. & c. altercationis. de bigam. Deferentes verò publicè vestem breuitate notandā, vel bipartitam i. varij colores simul cum tonsura, per sex menses suspendatur à suspensione fructuum, beneficiorum,

neficiorum, quòd si ijs careat inhabilis ad ea per idem tempus redditur. clem. quoniã.de vit. & hon.cler.ita Sot.d.art. vbi d. primam tonsuram non esse ordinem, sed dispositionem ad ordines, & beneficia sine qua non possunt obtineri. c. 1.79.dist.c.cum contingat. vbi Doct.de vit. d.clem.2. vbi Doct.Domin.in cons. 91.& est vt nouitius in religione, & catechumenus inter Christianos, qui nõdum suscepit caracterem, vt ibi d.Sot. Hæc de ordine secundùm se.

De ministro sacramenti Ordinis. Cap. II.

ordinis minister ordinarius est tñ eps, cũ ampliationib.& limitationibus ac declarationibus.

PRima propositio. Minister ordinarius sacramenti ordinis est solus episcopus, & is consecratus, vt habetur expressè in Conc. Flor. in vn. Armen. & in Tr.sess.23.de sacr.ord.c.4. & can.7. & habetur in Concil.Ancir. can. 12.Antioch.can. 10.

Ex Patribus Epiph hær.75. Damas. ep.4. Hier.in ep.85.ad Euagrium.Chris. Teod & alijs, & in 3.& 4.c.1.ad Timot, & est cõmunis opinio, & ecclesiæ vsus. Ratione probatur à D.Th.d.25.q.1.art. 1. nam potestas episcopalis se habet ad potestatem ordinum inferiorũ sicut politica, quæ coniectat bonum cõe ad inferiores artes, & virtutes, quæ cõiectant aliquod bonum speciale, politica verò, vt dr 1.Eth.Legem ponit inferiorib.artibus .s. quis quam debeat exercere, & quantum & qualiter, & ideo ad episcopum pertinet in omnibus diuinis ministerijs alios collocare, vnde ipse solus confirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi fidem constituuntur, & solus virgines benedicit, quæ figurã gerunt ecclesiæ Christo desponsatæ, cuius cura ipsi principaliter committitur, ipse etiam in ministris ordinũ ordinandos consacrat, & vasa, quibus vti debẽt eis determinat sua consecratione, vt & officia secularia in ciuitate distribuuntur ab eo qui habet excellentiorem potestatem, vt à rege.

Ampliatur conclusio, vt procedat ẽt si hæretici fuerint, & ab ecclesia præcisi, verum ordinis sacramentum conferunt, si id attẽtent, licet mortaliter peccent, nec cõferant suscipienti gratiam, non propter inefficaciã sacramenti, sed propter peccatum suscipientis ab eis sacramentum contra prohibitionẽ ecclesiæ.D.Th.d q.art.2. nam vt d. Aug.tr.4. super Io. Sacramentorum ministri non sua propria authoritate, sed facultate Christi conferunt sacramenta, iuxta id Io.1.super quẽ videris Sp.S. descendentem ipse est qui baptizat, & habetur in c.non nocet.1.q.1.c.baptizatus.de cons. dist.4. & habetur in c. quod quidam.1. q.1. quod est Aug.lib.4.contra ep. Parmen.c.13.vbi d.baptismum, & ordinem ab hæretico collatum non iterari in ecclesia, & lib.2. de vnico baptismo, idem d. & Greg.in c.sicut semel.dist.68.

Ratione probatur, nam potestas quæ per cõsecrationem suscipitur nullo accidentali euentu deleri potest, vt nec ipsa cõsecratio, vbi verò potestas manet, vsus etiam, licet illicitus sit, suum sortitur effectum, quia caracter dicit rectã potentiam ad operandũ, gratia verò est habitus ad rectè operandum, eps ergo, licet sit extra gratiam sacramentum administrare potest, licet peccet. Et licet episcopus caracterem nõ recipiat, & sic nec potestatem indelebilẽ, vt supra; tñ licet non recipiat nonum caracterem, extẽditur tñ in eo episcopalis caracter ad noua sacramenta dispensanda, & sic suscipit indelebilem potestatem: vt d. Sot.d.q.1.25.dist.d.art.1. Alia tñ ratio est de sacramento pœnitentiæ, nam ad conferenda alia sacramenta sufficit potestas ordinis per caracterem indelebilem, sed ad absoluendũ requiritur præterea iurisdictio. Vnde qui iurisdictione priuatus est, vel ab eius vsu suspensus, nullum iure absoluere valet, nec absolutio tenet, si tñ nominatim sit præcisus, vel publicus sit clerici percussor. ex decreto Conc. Constant.

Secundò, ampliatur etiam si sit simoniacus, vel apostata; adhuc enim verum ordinem confert, & sacramentum c.gratia.c.quicunque.c.si quis episcopus.1.q.

1.Sot.d.art. & ijdem episcopi ordinant vel consecrant epm.dist.75.per totũ. & ex Conc.Tr.sess.23.c.2.& 7 c.9.tres requiruntur episcopi ad episcopi consecrationem, idq; intra tres menses, nec id potest vltra alios tres menses prorogari locis prædictis. Ex consuetudine verò Cardinales presbiteri possunt conferre primam tonsuram.

Ordines conferre q possint, & quibus.

Ex priuilegio verò Abbates, qui habent vsum mitræ conferre possunt primam tonsuram,& minores ordines suis subditis.c.abbatibus.69.dist. c.cum contingat. vbi Doct.de æta.& qual.c.abbates. de priuil. in 6.

Quò ad subdiaconatum aliqui censent concedi posse etiam non episcopis, & dicunt fuisse concessum cuidam Abbati Parisiensi,& antiquitus dicunt fuisse concessum corepiscopis,qui modo nõ sunt in vsu, Diaconatus verò & presbiteratus non possunt concedi non episcopo per dispensationem sedis apostolicæ, vt ab eo conferatur: vt d.D.Th.d.25.q.1.art.1.in resp.ad tertiũ. ꝙ Papa potest committere nõ episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent; dũmodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi, ideo ex eius cõmissione sacerdos simplex potest conferre minores ordines,& confirmare,non autem nõ sacerdos, nec sacerdos maiores ordines,qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra ꝙ consecrandum Papa non habet maiorẽ potestatem, q̃ simplex sacerdos.

Non potest præterea episcopus ordinare sibi non subditum, nisi de expressa licentia eius epi cui ipse subditur,subditum hoc loco intelligẽdo,qui est natus, & educatus,& habitãs, vel habet beneficium in aliqua diœcesi, vel inde oriundus, aut eo transtulit domicilium, talis .n. subditur diœcesi illius epi,& dat dimissorias tali ad ordines. c.cũ nullus. de temp.ordin.in 6. intelligendo de beneficio requirente residentiã. Conc.Tr.sess.23 c.9. familiarem verò suum ordinare non potest, nisi per trienuium secum sit moratus, & beneficiũ sine omni fraude illi conferat.c.8.ibid.ordinans verò non subditum per annum suspẽsus est ab ordinum collatione, & ordinatus suspensus ab ordinum exequutione,donec suo episcopo videbitur.c.7.ibid.

Hodie verò ex Constit. Sanctiss. Dñi Sixti cõtra clericos malè promotos, huiusmodi alijs etiam pœnis subduntur, de quibus ibi, vt infra dicetur.

Licentiam verò hanc dare habet proprius episcopus, & non alij,nisi ex priuilegio id habeant. c.3. de temp.ord.in 6. quæ tamen priuilegia reuocantur in d. c.9.sess.23.in Trid.Conc.Nec eius vicarius, nisi episcopus speciali mãdato hãc potestatem ei dederit,vel longè absit. c. 4.de offi.vic.Sede verò episcopali vacante capitulum concedit dimissorias elapso anno,non ante à die vacationis; ratione tñ accepti beneficij, vel recipiendi potest etiam intra annum eas concedere, si aliter capitulum licentiam concedit, incurrit sententiam interdicti,eo ipso,& ordinati in minorib. vigore huiusmodi licentiæ nullo gaudent priuilegio clericali saltem in criminalibus; in maiorib. verò suspensi sunt ab exequutione ordinum ad beneplacitum futuri episcopi, vt habetur in Conc.Tr.sess.7. c.8. Et sede vacante etiam si non succedat capitulum in episcopi iurisdictione, sed alia particularis persona loco capituli,idem ius statuitur, vt in d. sess.23. de Refor.cap.8.& 9.& in d.c.9.reuocantur facultates quas quis haberet concedendi literas dimissorias clericis secularib. vt ab alijs ordinentur, etiã si Abbates, collegia,vel capitula sint. Et abbatibus, ac alijs omnibus existentibus intra fines alicuius diœcesis, vel licet etiam in locis exemptis, & nullius diœcesis non licet conferre tonsuram, vel minores ordines, nisi ei qui sit regularis subditus. Ex Conc.Trid. sess.23. c.9.

De ætate, & qualitate ordinandorum. Cap. III.

Ordinãdi, quibus rebus vacui, & quib. potem-

Notandum ex dictis, ꝙ cum ordinandi mancipati debeãt esse diuinis, & abdicare à se secularium desiderium & tem-

diti esse debeant, & quare, & q bus adhibitis ordinatione, ac consideratis, faciendæ.

temporalia abijcere, vt significat eorũ rasio & tonsio, vt signatum signo respondeat; Ideo vniuersaliter, ordinandorum vita à vulgari abesse debet, & à mundi discreta voluptatibus, spectaculis, pompis, cõuiuijs, publicis, & priuatis minus honestis, à negotiatione, vsuris, amore pecuniæ, honorum ambitione, dolo; odio, detractione, æmulatione, inuerecũdo incessu, & sermone, mulierum cohabitatione, castè viuant, obediant senioribus, non se extollant, psalmis, himnis, & canticis incumbant, sint sine crimine graui, sine infamia, vt inquit Isid de vita cler. & habetur in c. his igitur. dist. 23. c. cum decorem cum seq. vsq; ad fin. de vit & hon. cler. castitatem vouere debent subdiaconi, diaconi, & presbiteri, non inferiores. c. lex continentiæ. 31. & 32. dist. per tot. c. pen. 27. & 28. dist. per tot. I. cum qui. & auth. multo magis. C. de episco. & cler. qui enim perpetuò altari assistere debent, perpetuò debent ab vxoribus abstinere. c. sacerdotibus. c. episcopos. 31. dist. Vnde nec nuptiarum conuiuijs interesse debent. Ex Concil. Agath. in c. presbiteri. 34. dist. orientalis tamen ecclesia in ordinationibus votum castitatis non suscepit perpetuum. c. aliter. 31. dist. & debent esse sine crimine manifesto. c. ex tenore. & c. fi. de temp. ord. Et in summa, vt inquit Clemés in c. tales. 23. dist. tales eligi debent clerici, qui dignè possint dñica sacramenta tradere, melius est enim vt ibi. d. Dñi sacerdotiũ paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, q̃ multos inutiles qui onus graue ordinatori adducant, ꝙ probat D. Th. d. 24. q. 1. art. 3. 1. quæst. ex Dion. 3. c. eccl. hierar. quia cũ in quolibet ordine quis fiat alijs dux, in rebus diuinis, non debet audere fieri dux, nisi secundùm omnem habitum suum factus sit Deo simillimus, & firmissimus vitę bonitate. Vnde in Conc. Cartag. III. in c. nullus. 24. dist. prohibetur, ne quis clericus examinetur, nisi probatus vel examine eporum, vel populari testimonio populorum. Et Archidiaconus feria quarta ante Sabbatum ordinationis debet sistere epo ordinandos, vt eps eos probet, vel eorum examen committat viris sacerdotibus bonis, & prudentibus, in diuinis lectionib⁹, & ecclesiasticis sanctionib⁹ exercitatis, qui inquirant ordinandorum genus, patriam, ætatem, institutionem, locum vbi educati sint, si instructi sint in lege Dei, si catholici, & huiusmodi. c. qñ eps. & c. fi. 24 dist. vbi etiam statuitur, vt examinatores fauoris gratia, vel cupiditate à vero non deuient, aliter ordinatus ab altari remouebitur, & qui donum Sp. S. vendere conati sunt, coram Deo iã condemnati, ecclesiastica dignitate careãt, ꝙ intelligitur, vt dicetur, Deo dante, infra de simonia, loco suo. c. ad nostram. de offi. archid. & idẽ innouatur in Cõc. Tr. sess. 23. c. 6. & qñ quis ad maiores ordinandus est, in ecclesia id publicari debet, & moneri an quis contra eum aliquid obijciat, & parochus transmittere fidem epo cum literis testimonialibus dictam inquisitionem cõtinentibus circa natalia, ætatem, vitam, mores, & huiusmodi, idq́; per mensem ante ordinationem. d. sess. c. 4. Et ordinatus sine examine, vel in crimine notorio, à clero est abijciendus. ca. si quis. quòd est Martini Papæ. 24. dist. His ita in vniuersum notatis circa singulos ordines descendẽdo.

Tonsuræ primę initiãdus q̃ bus prædictus esse debeat, & q̃b⁹ carere.

Prima sit propositio. Prima tonsura omnino illiterato conferri nõ debet, vt nec alij ordines. c. fi. de temp ord. in 6. si tñ ordinetur accipit ordinis quem susci pit caracterem. Innoc. & Io. And. in c. cũ in cunctis. de elect. Tur Cr. in c. illicitè. 36. dist. suspendendus tñ hic erit ab exercitio, donec se idoneum gradui suscepto reddiderit. c fi. de ætat. & qual. Bernard. Diez. in pract. crim. ca. 8. non tñ est necessaria emmens, sed sufficit mediocris. c. cum in cũctis. c. cum nobis olim. vbi Doct extra de elect. & sufficit, ꝙ habeat tãtum de scientia, ita ꝙ dirigatur in actu illius ordinis, & non est necessarium, ꝙ in tota scriptura sit instructus, sed plus & minus prout eius officium se extendit: vt d D. Th. dist. 24. q 1. art. 3. ad 2. quæst.

Et pro prima tonsura, quæ est dispositio ad ordines, vt supra, requiritur:

primò ætas saltem septem annorũ completa, vt d.gl.in cap.in singulis. dist.72. Secundò, vt susceperit sacramentũ confirmationis. Ex Tr.Conc.sess.23.de Ref. c.3.licet si id omittatur teneat ordinatio, vt alibi ex Sot. est dictum. Tertiò, quò ad doctrinam, vt sciat rudimenta fidei, legere & scribere competenter. Quartò, vt sit probabilis coniectura suscipientem primam tonsuram non id agere animo fugiendi censurã iudicij secularis, sed vt præstet Deo fidelem cultum.d.c.3.in Tr.Conc. intelligendo nomen rudimentorum fidei, probabiliter, vt intelligat totam doctrinam Christianam quam vocant, vel saltem eius præcipuas partes.s.salutationem Angelicã, orationem dñicam, Simbolũ Apostolorum, vel saltẽ duodecim articulos fidei; præterea decem præcepta decalogi, & præcepta ecclesiæ, quæ omnia videntur multis necessariò sciẽda, & fortè etiam septem peccata mortalia, opera misericordiæ, virtutes, & huiusmodi; non tñ est putandum omnium scientiam necessariò requiri. Est etiã peccatum aliquẽ promoueri ad primam tonsuram absq; vllo animo vitæ clericalis, quia cum sit instituta vt gradus ad ordines, frustra susciperetur, si non adesset animus alios ordines suscipiendi, & grauius peccat q eam susciperet animo solũ fugiendi seculare iudicium, & episcopus peccaret eam illi conferens, ex d.c.Conc.Trid.& etiam indebitè agit qui eam suscipit solum gratia consequendi beneficij ecclesiastici vt in Catech. Rom.

Secunda propositio. Pro minorib. ordinibus requiritur vt ordinandi bonum à parocho, vel magistro scholæ in qua educantur, testimonium habeant, d.sess. c.4. idq; intelligitur de vita, & morib. posset etiam magister testimonium præbere de ingenio, & indole eius pueri. Secundò, requiritur vt saltem latinam linguam intelligant.d.sess.c.11. Aetas pro primis tribus ordinibus debet esse post septennium, vsque ad annos duodecim, pro acolitatu requiritur, vt saltem habeat annos duodecim, vt colligitur ex c. in singulis.dist.72.non tñ omnes hi ordines simul conferantur, nisi aliud expedire epo videatur, vt ita exerceantur in actibus singulorum ordinum in ea ecclesia cui sunt dedicati, d.c.10. vt & in Bul la Sanctiss.Sixti latius cauetur; ij etiam, vel prima tonsura initiati, ante quartũdecimum annum ecclesiasticum beneficium non obtineant, nec gaudeant priuilegio fori, nisi beneficiũ ecclesiasticũ habeant, vel habitum & tonsuram clericalem deferant, alicui ecclesiæ ex mandato epi inseruiant, vel in seminario clericorum, vel in aliquo gymnasio, aut vniuersitate quasi in via ad maiores ordines accedendi versentur. Clerici verò coniugati, qui cũ vnica & virgine contraxerunt, si vestes & tonsuram deferũt clericales, gaudeant priuilegio canonis si quis suadente, & fori, ita q coram iudicibus secularibus criminaliter, vel ciuiliter conueniri nõ possint.c.vnico.de cler.coniug.in 6. d.sess.23.c.5. Qñ verò per nõ delationem habitus quis perdat huiusmodi priuilegia, locus est alibi tractandi, videlicet in excõmunicatione.c. si quis suadente.& vbi de statibus, Deo dante agetur, & aliquid etiam in hoc sacramento dicetur in fi.

adMaiores ordines assumendi quas qualitates hre debeant, & quibus carere.

Tertia propositio. Pro ordinibus maioribus est diligens examen, & scrutiniũ faciendum, & primo mense vno ante ordinationẽ qui volunt ad sacros ordines promoueri, adeãt epm qui parocho, vel alteri cui expedire videbitur, committere debet, vt eorum nominibus, & desiderio publicè in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, & vita, ac moribus à fide dignis diligenter exquirat, & literas testimoniales prædictam inquisitionem iam factã continentes quamprimũ ad epm transmittant.d.sess.23.c.4. pro subdiaconatu requiritur ætas viginti duorum annorũ, pro diaconatu viginti triũ, ita tñ vt sint moribus, & literis probati, exercitati in minoribus ordinibus, ac instructi necessarijs ad ordinem exequendum, & si regulares sint, etiam sine examine epi nõ ordinentur, & nisi prædictam ẽt ætatẽ habeant, & q professionẽ in religione probata ante emiserint, & idem de presbiteratu.

ad ordines maiores assumendi, quas qualitates hre debeant in singulis, & quib. consideratis, ipsi ordines conferẽdi.

biteratu. Tertiò habeant spem probabilem, q Deo authore, castè viuere poterint, vnde si quis ex prauis habitib. ante actæ vitæ, vel alia de causa nullā habet spem de sua cōtinentia, temere se exponit ad hos sacros ordines, de his enim d. Apost. melius est nubere, q̄ vri, & posset tāta probabilitas esse, q non cōtineret, q mortaliter peccaret accedendo ad ordines sacros. Quartò, nō debent promoueri ad subdiaconatum, nisi anno elapso ab ordine acolitatus, & q in eo per annum sit versatus, nisi aliud ep̄o videat. d. sess. 23. c. 12. & c. 10. ob vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ, quod innouatur etiam in Bulla Sanctiss. Sixti V. vetante ne ante annū quis ordinetur, q̄ in ordine anteriori ministrarit. In diaconatu tn̄ requiritur aliqua maior doctrina, q̄ in subdiaconatu, vt aliquem sermonem hr̄e possit ad populum qn̄ opus est, modo tn̄ supra exposito. Et etiam in eo requiritur maior probitas; vnde in ordine diaconi publicè episcopus solet petere testimonia eius vitæ ab Archidiacono, nec eo contentus facultatē facit his qui præsentes sunt dicendi si quid habent aduersus ordinandū; Vnde Archidiaconus si testificetur de ijs quæ non habet cognita, innixus approbationi ep̄i, non peccat mortaliter, si verò nouit eius indignitatem secretò debet ep̄m monere de illa, & si ep̄s adhuc vult eum ordinare, debet se absentare, q si non potest, probabile est posse testificari sine peccato mortali, quia si talis est peccator occultus, Archidiaconus excusatur, quia testimonium eius est de vita, quæ publica est: si verò peccator publicus est tunc testificatio Archidiaconi est tn̄ quædā cœremonia, & materialis testificatio, q̄ non tendit ad faciendā fidem in ordinatione illa, docet etiam diaconos, & subdiaconos saltem dn̄icis, & solemnibus diebus, cum altari ministrauerint, sacrā cōionem accipere, & inseruire ecclesijs, quibus ascribentur, d. sess. 23. c. 12. Et vlterius tenentur quotidiè sub pœna peccati mortalis recitare horas canonicas. c. fin. 92. dist. cap. 1. de celeb. miss. Nau. in Man. c. 25. nu. 96. ver. 30.

Quarta propositio. Pro sacerdotio requiritur ætas annorum vigintiquinque, q intelligitur incœptorum, q & in prædictis locum habet, cum in fauorabilibus sufficiat attigisse annum requisitum, nisi aliud exprimatur, & ita communiter Doct. sentiunt in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & sic etiā vsus obtinet. Secundò, tanta doctrina, quāta sit necessaria ad docendum populū necessaria ad salutem .i. q aliquo modo possit explicare populo articulos fidei, præcepta Dei, & ecclesiæ, & sacrorum vim explicare. c. qui piè. sess. 23. in Trid. Conc. & probabile est sufficere si sit versatus in Catechismo ex decreto Conc. Tr. edito, licet etiam sit ei discendus sacramentorum liber, lectionarius, anarius, baptisterium, computum, canones Pœnitentiales, psalterium, homiliæ per circulum anni ex c. q̄ ipsi. & Sot. dist. 38. Tertiò, vt saltem per annum in diaconatu ministrauerit, nisi aliud ep̄o pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ videat, vt quia ecclesia sacerdotibus egeat, vel beneficio arctatus sit ad ordines suscipiēdos. vt in c. licet. c. cōmissa. de el. in 6. Quartò, vt piè, & fideliter se gesserit in anteactis ministerijs. Quintò, vt sit pietate, & castis moribus ita conspicuus, vt præclarum bonorum operum exemplū, & vitæ merita ab eo possint expectari. cap. qui piè. d. sess. 23.

Ad Sacerdotiū promouendus quib. præditus esse debeat.

Quinta propositio. In ep̄m ordinandus debet esse natura prudēs, docibilis, moribus tēperatus, vita castus, sobrius, peruigil, semper suis negotijs cauēs, humilis, affabilis, misericors, & literatus, in lege dn̄i instructus, in scripturarum sensibus acutus, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia fidem teneat, & si ordinetur cum omni consensu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ ep̄orum, maximè Metropolitani authoritate, vel præsentia. c. qui ep̄s 28. dist. & debet exegisse trigesimum annum ætatis suæ, vita & scientia commendabilis, & de legitimo matrimonio natus. c. cum in cūctis. 1. resp. de elect. Electus verò debet confirmari, ante .n. confirmationem nil debet attingere,

In ep̄m promouendus quib. præditus esse debeat.

gere, licet repelleretur. ex c. qualiter. de elect. & debet consecrari intra tres menses. c. quoniam quidam. 100. dist. & tunc vacant beneficia per eum prius obtenta, & à proprio collatore sunt conferenda, vel si elapsum sit tempus ad consecrationem faciendam, nisi legitima causa eum impediuit. d. c. cum in cunctis. §. cum verò. vbi gl. Hodie verò ex dispositione Trid. Conc. in c. 2. sess. 22. requiritur vt sint idonei sciẽtia, moribus, & ætate, perq; sex menses ante in ordine sacro constituti, & Doctores, vel licentiati ab vniuersitate publica i Theologia, vel iure canonico, aut eiusdẽ academiæ testimonio ad alios docendos idonei iudicati, quorum omniũ instructio ad Papam mitti debet. ex Conc. Trid sess. 24. c. 1. seruatis ibi statutis, vt. s. in curia huiusmodi qualitates per Cardinalem, qui erit relaturus in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinẽtur, vt ibi habetur: ex regulis verò Cancellariæ apostolicæ reseruantur Apostolicæ sedi collationes episcopatuum.

Papa quis eligendus, & quibus seruatis.

Sexta propositio. Summus Pontifex eligi debet idoneus sponsus ecclesiæ, & dignus Christi Vicarius, omni affectu postposito, à duabus saltem partib. Cardinaliũ, qui præsentes fuerint in curia, vbi Pontifex decessit expectatis absentibus per decem dies, q̃s verò moritur extra ciuitatem, vbi erat curia, tunc Cardinales conuenire debent in ciuitate cuius est territorium vbi extant, expectatis absentibus per decem dies, sub varijs formis, & pœnis ibi contentis, & interim ab omnibus fidelibus orationes ad Deum fundantur. ca. vbi periculum maius. de elect. in 6.

Ex Const. verò Pauli IIII. 42. incip. cum secundùm, & Pij IIII. 61. incip. in eligendis. alia quoque sunt obseruanda, de quibus latè supra tract. de electione est actũ. De his verò latius agetur vbi, Deo dante, de statibus erit sermo.

Ordines gradatim sunt conferendi, quo, & sub qua pœna.

Septima propositio. Ordines gradatim sunt conferendi, vt prima tonsura prius tradatur, tum ostiariatus, & c. si tñ is ordo prætermittatur caracter imprimitur, sed post peractam pœnitentiam debet omissus suppleri, & si in eo antea ministrauerit irregularis efficitur à solo Papa dispensandus. ca. 1. vbi Doct. de cler. per saltum prom. Si verò casus sit occultus poterit cum eo eps dispensare, ex c. 6. sess. 24. in Tr. Conc. de Refor. vbi cõceditur epis dispensare in omnib. irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus, excepto homicidio voluntario, quod tamen hodie Papæ reseruatur, ex Constitut. prædicta Sixti V.

Ordinari qui tantũ debeant.

Octaua propositio. Nullus debet ordinari qui iudicio epi non sit vtilis, vel necessarius suis ecclesijs, ideo nõ debet quis ordinari, qui illi ecclesiæ, vel pio loco pro cuius necessitate, vel vtilitate assumitur non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus, ne incertis sedibus vagetur, ꝙ si locum epo inconsulto deseruerit, sacrorũ exercitio interdicatur. Vnde ne alio confugiat, nullus clericus peregrinus sine commendatitijs literis sui ordinarij ab vllo epo ad diuina celebranda, vel sacra administranda admitti debet. c. 15. sess. 23. in Trid. Conc. si tñ admittatur sine prædictis literis nõ incurrit vllam censuram, nisi proprius epi scopus id prohibuerit sub censurarũ incursu, incurrit tñ peccatum inobedientiæ, nisi notabilis necessitas eũ excuset.

Et ideo vt clericis prouideatur in functionibus exequendis, & eæ functiones exerceantur, ab ostiariatu ad subdiaconatum, in omnib. ecclesijs, vbi populus est frequens, & census ferre queunt, debent assignari stipẽdia, ex beneficijs, vel fabricis clericis prædictis dictas functiones exercentibus, & si clerici cœlibes non aderunt qui quatuor minorum ordinum exercitia exequantur, suffici poterunt coniugati, qui vitam probatam, cum tonsura & habitu clericali in ecclesia coniungant. cap. 16. d. sess. 23.

Subdiaconi patrimoniũ sufficiens vel pẽsionẽ, vel beneficiũ hre debet, antequam

Nona propositio. Ad subdiaconatum nemo est ordinandus sine titulo sufficienti beneficij, vel patrimonij, ꝙ ab eo verè possideatur, & sufficiens sit ad eius vitã sufficienter & honestè sustentandã, vt in Conc. Tr. sess. 21. c. 2. c. neminem. cũ seq. 70. dist. c. cũ secũdm. c. tuis. de præb. Nemo .n. est ordinandus sine titulo. i. beneficio

ordinētur, cum variis circa hæc, declaratio nibus.

neficio ecclesiastico, ex Conc. Calcedon. vt refertur in c. 1. dist. 70. & c. 2. ibidē; sufficit tñ hodie idoneum patrimoniū, vnde viuere possit ordinandus sine quo non debet eps ordinare, c. 2. & c. tuis q̄stionib. de præb. & d. Conc. Tr. Et si sine eo ordinet tenetur ei alimenta eps exhibere, donec ei beneficiū sufficiens conferat. c. cum secundum. & c. 4 de præbē. quod tñ patrimonium alienare non potest inconsulto epo, sicut nec beneficiū dimittere, aut pensionē extinguere, eodem inconsulto, vt in d. Conc. Trid. statuitur donec ei de beneficio sufficienti sit prouisum. d. c. si verò dimittat patrimonium, probabile est non valere alienationem antequam ei aliundè sit prouisum, cum clericus renunciare non possit priuilegio, quod in fauorē totius ordinis clericalis est institutum. arg. c. si diligenti. de foro comp. ne. s. cum dedecore ordinis mendicet. c. diaconi. 93. dist. Quod si eius patrimonium repentina clade est exhaustum, eps ei prouidere debet, quia cum propria clericis non sufficiunt, ecclesiastica hre debent. c. illi autem. 12. q. 1. c. clericos. 1. q. 2. gl. in d. c. quæstionib. ne clerici, vt supra, in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogantur. d. c. diaconi. & d. c. in Trid. Conc. aurum enim habet ecclesia non vt seruet, sed vt distribuat pauperibus. c. aurum. 12. q. 2. Quod si quis sine patrimonio fecit se ordinare, cum pacto non petendi ab epo victum; & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiati, cum pacto nil ab eo petēdi suspenditur Papaliter. c. pen. de sim. idq; procedit, vt d. Nau. in Man. cap. 27. nu. 158. in eo qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo cum pacto inito ante ordinationem se nil petiturum postquam fuerit ordinatus; nā &, vt d. Dec. in c 2. extra de præb. ordinatus sine titulo fingens se illū hre non habet ordinis exequutionem, quę tamē pœna, vt d. Nau. prædicto loco non procedit in eo, qui sine pacto præcedenti postea retrodonat. arg. gl. in cap. tuis de præb. quæ tñ retrodatio non valet sine epi licentia, nec nisi prius beneficio adepto, quia licet patrimonium non sit de essentia sacramenti ordinis, est tñ introductum ad fauorem ordinandi ob bonū publicum clericale, ne quis. s. mendicet cum dedecore cleri, cui priuatus renunciare non potest. d. c. si diligenti. de foro competen. Similiter episcopus cui in genere committitur à proprio epo, vt ordinet clericos suæ diœcesis, si ad sacros ordines aliquem sine titulo promoueat, tenebitur ei vitæ necessaria prouidere, donec per eū, vel alium ei sit de beneficio competenti prouisum. Quod si concessum est ei vt certas ordinet psonas, tunc proprius eps ei debet prouidere; similiter & qui dant licentiam subdito, vt possit àquocunq; promoueri, tenenī ei prouidere, cū dare eā non debeāt his, qui titulū non habent. c. si eps. de præb. in 6. Et idem procedit in eo qui ordinat regularē vbi sit tm̄ votū temporale religionis, quia censet secularis, & suspēsionem incurrit, ex Const. Pij V. fo. 207. Hodie verò in Const. Sanctiss. Sixti V. dat. 1588. statuitur, qui ordinat regularem vel secularē, aliquo vitio vel defectu notatum, vel aliàs inhabilē, vel irregularē, vel extra tempora à iure statuta, vel absque dimissorijs literis veris sui ordinarij, vel ante ætatem legitimā etiam primæ tonsuræ, & cuiq; ordini, vt supra præscriptam à Tr. Conc. vel sine sufficienti patrimonio, quò ad seculares, vel per saltum, aut furtiuè, vel nō seruatis temporum interstitijs, ita vt vno die vel continuatis diebus; ieiunio s. non interposito, vel ante lapsum temporis interstitiorū, nisi rationabilis causa adsit; vel aliàs malè promouerit, sciēter vel ignoranter, nisi probabili facti ignorantia excusetur, eo ipso suspensus est à collatione ordinum etiam primæ tonsuræ, & interdictus ab ingressu ecclesiæ, & sic ordinatus suspensus est ab ordinum exequutione, & inhabilis ad alia suscipienda, & si in eis ministrauerit irregularis efficit, & à nullo excepta Sanctitate sua, etiam vigore Iubilei, & pœnitentiæ absolui, vel dispensari possit, antequam pœniteant, aliàs secus, modo non egeant dispensatione, si. n. egent

Ordinari qui prohibentur ex Const. Sixti V. cum eius expositione.

debent prius dispensari, quod qualiter se habeat, mox dicetur tit sequenti. Vbi notandũ, quod dicitur de crimine, intelligitur de notorio quò ad ordinãtes, & quò ad ordinatos, de occulto etiam quod tñ impedit ordinis susceptionem, de quo infra; Quod verò patrimonium sit sufficiens arbitrarium est ordinario, attenta loci & personarũ qualitate, inhabilis dr, qui scientia vel alio defectu, de quibus sup. & infra ét dicetur, notatus sit; furtiuè verò dr ordinatus, qui sine scientia sui episcopi, & sine examine pmouetur. c. qñ 24. dist. c. extra conscientiam. 64. dist. c. 1. vbi glo. verbo, furtiuè, de eo qui furtiuè ordines suscipiunt: si quis tamen citra examen ordinatur notus ex vitæ sanctitate, & doctrina, accedente episcopi scientia non dicitur furtiuè ordinatus. arg. eorum quæ not. in c. vnico. de scrutin. in ord. faciendo.

Ordines quib. temporib. sint conferẽdi.

Decima propositio. Quòd ad tempus ordinationis faciẽdæ attinet prima tonsura omnibus diebus potest conferri, vt inquit Host. & Abb. in c. consultarioni. extra de temp. ordin. etiam ab abbatib. Tum quia canones contrarium non statuunt, tum quia generalis consuetudo, ita se habet. Ordines minores diebus dominicis, & festiuis conferri possunt. cap. de eo. vbi Abb. eo. tit. sub hac tñ moderatione quod plures non ordinentur, ita vt appareat generalis ordinatio. Secundò, quod omnes eadem die non sunt conferendi, & minus cum tonsura, vbi hoc non habet cõsuetudo: vt d. Abb. in d. c. de eo. & Romæ seruatur vt simul non conferantur, nec alibi seruari deberet, & hodie ex Conc. Tr. & d. Bulla sine rationabili causa non sunt conferendi simul vt supra, & quod dicitur de diebus festiuis, intelligitur non de omnibus, sed de festiuis ex præcepto, vt sentit Abb. in d c. ex eo. & ita se habet vsus. Maiores & sacri conferri possunt tantum dieb. quatuor Temporum, Sabbato ante Passionem, & Sabbato sancto. c. de eo. & c. literas. extra eo. vbi Doct. & quod dicitur de diebus ieiuniorum quatuor temporum, intelligitur de Sabbato tantum quatuor Temporum, vt exemplificat Abb. in d. c. literas. Non tñ duo sacri eodem die conferri possunt etiam regularibus, non obstante quocunque priuilegio. c. 12. d. sess. 23. in Concil. nec Sabbato, & Dñica continuato ieiunio; cum tunc fictione canonica propter continuationẽ ieiunij vna dies censeatur. c. literas. vbi Pan. de tẽp. ord. Vnde nec die Dñica promoueri potest, vt ibi statuitur, ordinatus rñ à Papa ad ordines superiores, ab alio, quã à Papa promoueri non potest. c. cũ in distribuendis, extra, de temp. ord. & si episcopus eadem die duos sacros ordines conferat ab ordinandi potestate suspendit. c. dilectus. eod. tit. ordinãs etiam extra quatuor tẽpora ad maiores priuatur potestate ordinandi, & ordinatus non recipit ordinis exequutionem, licet recipiat caracterem. c. sanè. vbi Abb. de temp. ordin. & in hoc extat etiam Bulla Pij II, & ex Bulla Sanctiss. Sixti V. vt sup. grauioribus etiam pœnis subijciũtur, licet olim peracta pœnitentia possent in ordine ministrare. c. consultarioni. eo. tit.

Ordines vbi conferri debeãt.

Vndecima propositio. Ordinatio debet fieri in cathedrali præsentibus eiusdem canonicis, quod si qñ alibi fieri contingat, fiat in insigniori ecclesia præsente eiusdẽ loci clero. c. ordinatiões. d. sess. 23.

Ordinãdus quõo debet esse dispositus.

Duodecima propositio. Quòd ad dispositionem attinet, accedẽs ad ordines debet esse sine conscientia peccati mortalis, & si habet, vt saltem conteratur, aliter peccat mortaliter. Et quia secundùm decreta Conc. Tr. solent homines recipere sacramentum Eucharistiæ, illi saltem qui habent cõicare, debent esse confessi. Tertiò, intentio requiritur recipiendi ordines, vel actualis, vel saltem virtualis. Quartò, in re tam sancta, vt est ordinatio debet sibi proponere aliquem finem sanctum, saltem principaliter, vt vacare Deo, & alia prosequi ac vitare, quæ supra sunt dicta, vnde multi volunt quod qui accedit ad ordinẽ principaliter causa consequẽdi beneficium, quod peccet mortaliter cum rem tam excelsam ordinet in finem tam vilem, & abiectum, si respiciat solum bonum tẽporale quod est in beneficio, & non Dei seruitium, secus si vt principaliter seruiat

uiat Deo, & exinde consequitur beneficium ex quo viuere habeat. arg. c. cum secundum. de preb.

De his qui ordinari prohibentur. Cap. IIII.

Ordinari prohibiti qui sint.

Notandũ, quòd ordinari prohibiti in triplici sunt differentia, quidam namque non recipiunt caracterem, quidã recipiũt, sed nõ ordinis exequutionem, vel alijs pœnis subijciuntur, & quidam solum peccant sic ordinari, sed non amittunt ordinis exequutionem. His notatis.

Ordinari mulier p̃hibet̃, nec recipiũt caracterem si ordinẽtur, & quid de hermafroditis.

Prima sit propositio. Mulier non est capax sacramenti ordinis, vt d. D. Tho. d. 25. q. 2. quæst. 1. vbi notandum in suscipiente sacramenta quædam esse necessitate requisita, quibus deficientibus non solum res sacramenti .i. gratia, sed nec sacramentum suscipitur, quædam, licet non sint de necessitate sacramenti, sunt tñ de necessitate præcepti, q̃ ideo si desint, recipiuntur sacramenta, sed nõ res sacramenti; quo stante probatur cõclusio. 1. Tim. 2. vbi mulier prohibetur docere in ecclesia, & dominari in virũ, vnde colligitur, quòd nec ad ordinis sacramentorumq; eminentiam super viros, est admittenda. Ratione probatur ex Christi institutione, qui nec Matth. ca. 26. cum potestatem consecrandi dedit, nec Ioan. vlt. dum potestatem dedit remittẽdi peccata, fœminam vllam, sed solos viros ordinauit, licet mater eius sacratissima esset omnium dignissima; Præterea, qui sacris initiatur, in eminẽti gradu constituitur, quo alijs præsit, sexus verò fœmineus lege naturæ est subditus virili. Gen. 3. vnde non decuit eam ad vllos ordines suscipiẽdos admittere, & ideo si ordinari tentaret, quia sacramentum est signũ rei sacræ, & hoc sacramentum est signum cõsecrationis ad gradus præeminentiam, esset signum falsum, & nullum esset sacramentum: vlterius qui ordines suscipit, eo ipso habilis fit vt possit fieri episcopus, qui est ecclesiæ sponsus, mulierem verò nõ decet esse sponsum ecclesiæ Christum repræsentantem, qua de causa non solum maiorum, sed nec minorum ordinũ est capax. Vnde nec abbatissæ moniales proprias debent benedicere, & ipsarũ confessiones in criminibus audire, nec publicè prædicare. c. noua. de pœnit. & remiss. nec vasa sacra tangere possunt, aut incensum circa altare etiam sanctimoniales adhibere. c. sacratas. dist. 23. Nec obst. quòd in ca. diaconissam. 27. q. 2 aliquæ moniales dicãtur diaconissæ, & et presbiteræ apud græcos. c. mulieres. 32. dist. Resp. quòd ibi dicitur diaconissa q̃ lectionibus euangeliorũ in choro erant destinatæ, & presbiteræ erant matronę viduæ, cum presbiter dicatur senior. Vnde hermafroditus ordinari non potest donec constiterit sexum virilem in eo prævalere, quia tunc vir censetur. l. quæritur. ff. de statu hom.

Secunda propositio. Defectus rationis prohibet ne quis ordinari possit. Vnde puer ante annos discretionis nõ debet ordinari. ca. pueri. 1. q. 1. & sequitur D. Th. d. q. 2. art. 1. quæst. 2. sed quia potestates infusæ sunt priores actibus, vt & naturales, & remoto posteriori non tollitur prius, ideo omnia sacramenta in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus dat̃, possunt pueri suscipere, & alij qui vsu rationis carent, hac tñ distinctione, quòd in minoribus ordinib. requiritur discretionis tempus de honestate propter dignitatem sacramenti, sed non de necessitate præcepti diuini, nec de necessitate sacramenti. Vnde si necessitas adsit, & spes profectus, aliqui possunt ad minores ordines p̃moueri ante annos discretionis sine peccato, & suscipere ordinẽ, quia licet tunc nõ sint idonei ad officia, quæ eis committũtur, tñ per assuetudinem idonei reddunt̃; sed ad maiores ordines requiritur vsus rationis, & de necessitate præcepti, & de honestate, & p̃pter votum continentiæ, quòd habent annexum, & propter sacra quæ sunt eis tractanda; Sed ad episcopatũ vbi in corpus

Ordinari prohibent̃ patiẽtes rationis defectum, & q hi sint, ac quomodo.

pus misticum potestas accipitur, requiritur actus suscipientis curam pastoralem, ideo est etiam de necessitate consecrationis episcopalis, q usum rationis habeat ita D.Th.ibid. Vnde dubium oritur an sic ordinatus teneatur ad votū castitatis, Sot. prædicto loco sentit non teneri, dist.25.q.1.art.2.quia ex Ricard. continentia non est annexa nisi ordinib. sponte susceptis, & ideo posse matrimonium contrahere, nisi in tale votū consenserit; sustinendo tñ opin. D.Th.quòd ordines maiores de necessitate sacramēti, requirant vsum rationis, vix sustineri potest opin. Sot. q votum non sit ordinibus sacris annexum, quòd aliter natura sua est ijs annexum, & ideo probabile est teneri etiam ad obseruandū castitatem, cum castitas ab ordinib. sacris modo separari non possit, vt supra est dictum, nisi ex Papæ dispēsatione, de qua hic non apparet Vnde sic posset distingui, q vel habuit vsum rationis licet nō annos duodecim, & sic sacramentū confertur, & votum tenebit: si verò nullū habuit vsum rationis, nō videtur ablurdum dicere cum Dur. dist.25. q.2.ordinem sacrum tali non conferri, sub censura tñ ecclesiæ: dicit etiam Sot. q si episcopus ante vsum rationis consecraret, q extensionem caracteris sacerdotalis modo supra exposito susciperet, non autem curam animarum donec consentiret; sed profectò D.Th.sentit, q neutrū suscipiat, & hæc opinio videtur sanior, maximè sustinendo opin. Dur.supra relatam; hæc quò ad caracteris impressionem, quia q non liceat ex præcepto, sic ordinare nunc, patet ex Conc.Tr. Bulla Pij II. & Sanctiss.Sixti V.supra relatis.

Ordo vi collatus an teneat, & quomodo.

Tertia propositio. Vi præcisa ordinatus, vt quia vi teneretur non recipit caracterem, sicut nec baptismū reciperet. c.maiores.de baptis. si verò vis sit conditionalis, vel metus, vt euadat mortem vel cruciatum, verū suscipit sacramentum, & eius caracterem, imò & gratiam si obicem alium nō opponat, quia cum ibi re vera sit consensus, licet conditionatus, qui tñ simpliciter est consensus, 3.Eth. & dixi supra de sacr.bapt. de baptismo metu collato, nil eorum deest q ad substantiam sacramēti exigūtur.arg. c.vbi ista.dist.74.c.de iudæis.dist.45.ca. quod quidā.1.q.1.Si verò est metus cadens in virum constantem, non tenetur ad votum continentiæ, cum votum per huiusmodi metum annulletur. c.perlatum.de his, quæ vi, met.& c.ad aures.de æt.& qual. quòd intelligitur, vt d.Silu. verbo, ordo.4.§ 1. si habeat vxorē, quia tunc potest ea vti, sed si non habet, continere tenetur, quia sicut ordinē, sic & continentiā saltem indirectè vouit, arg. c.de iudæis.supra alleg. & similiter tenetur continere si non fuit talis metus; & si talis velit viuere clericaliter habebit priuilegium clericale, vt extrà de cler. coniug. modo deferat habitum & tonsuram vt supra; nisi contraxerit cū vidua, vel secunda.c.quisquis.85.dist. vel vxor vellet continere, & ipse nollet: quòd si contraxit cum vnica & virgine nolente continere, & aliàs vult viuere clericaliter illud habebit. arg.c.multorum.27. q.2. & hæc opinio mihi satis probabilis videtur, & concordat cum relata supra propriè præcedenti.

Ordinari prohibent illegitimi, & q hi sint & quando ac qūo admittantur

Quarta propositio. Legitima natiuitas licet non sit de necessitate sacramēti, est tñ de necessitate præcepti. Vnde si illegitimus quocunq; absq; præuia dispensatione ordinatur, sacramētum verum suscipit, & imprimit caracter, sed vterq; mortaliter peccat, & cū sit quædam irregularitas, suspensus est ab ordinum exequutione arg.c.vt filij.c.nimis. de fil.presb.c.is qui.eod in 6. Ratione, pbatur per D.Th.d.q.2. dist.25 art.2.qīst. 3.nam cum ordinati in quadam dignitate præ alijs constituantur, decet vt sint honestate clari, & sint bonæ famæ, quæ ex illegitimis natalibus obscuratur. Secundò, in detestationem paterni criminis, cuius solent filij imitatores esse, & sæpè patres imitari, vt dicunt Doct. ibi in rubr. maximè Host.in summ. & alij.

Dispensat tñ cum eo episcopus vt ordines minores obtinere possit, & habere beneficium sine cura, nisi paternū fuerit, in maioribus verò solus Papa dispensat & beneficio cum cura.c.is qui. de fil. presb.

presb. in 6. si tñ religionem profitetur absque dispensatione potest ordinari. c. presbiter. 56. dist. & c. 1. de fil. presb quia per ingressum religionis tollitur omnis irregularitas, præter eam quæ ex homicidio volűtario, vel bigamia oritur, vel naturali impotentia: vt supra tract. de regularibus. cap. 1. est dictum. nec etiam si ex culpa propria prouenit, cum peccato, de quo alias: vt dicit Sot. d. quæst. 1. art. 3. & ex iuristis in d. ca. 1. colligitur: non potest tamẽ is habere prælationem in relegione fine dispensatione. ca. vt filij. de fil. presb. Hodie verò ex Constit. Sanctiss. D. Sixti V. de regul. illegitimi, ex sacrilegio, vel ex adulterio religionẽ ingredi prohibentur, nati verò ex soluto & soluta, non admittuntur, nisi de consensu capituli prouincialis, & alias, vt in dicta Bulla, de quo alibi latius, Deo dante, in tract. agetur.

Ordinari qui prohibentur, remissiuè.

Quomodo verò vlterius sit intelligenda irregularitas prouenies ex illegitimis natalibus, & quis in ea valeat dispensare, inferius latius agetur, vbi de irregularitatibus sermo erit.

Alij præterea ordinari quoq; prohibentur, vt bigami, corpore vitiati, homicidæ, criminosi, & alij, de quibus in d. tract. latè agetur, ad quem recurrendum est, cum ibi aptius cadat materia, & aliqua de his etiam egi lib. de casibus reseru. sub tract. de irregularitate.

De practicè obseruandis circa ordinis sacramentum.

Cap. V.

In ordinis administratione, quę practicè obseruanda.

VBi episcopus generales ordinationes est habiturus, vicarij foranei huius rei generatim ante certiores fiant, qui iubeant vt parochi eos qui ordinibus sacris sunt initiandi ad episcopum per mensem ante mittãt, iuxta. c. 5. sess. 23. in Tr. Conc. qui illis mandabit, vt illorum nomina, & desideria in ecclesia publicent, & eorum status veram relationem remittant.

Tum viros ecclesiasticos vita, & doctrina conspicuos depůtet, qui simul cũ eo ipsos examinent, & eorũ testimonia recognoscant, & pro exam ine eorũ qui sacris sunt promouendi tres Theologos vel Canonistas deputet.

Parochi verò, quando ordinatio generalis est habenda, populum admonebunt, vt pias ad Deũ preces fundat, vt promouendis Sp. S. largiatur gratiam, quo boni ecclesiæ ministri fieri valeãt; & moneãt, si quod in eis legitimum nouerint impedimentum, qui ordinandi sunt, id sibi referant, quo huius rei episcopum certiorem facere possint.

His actis, vbi clerici episcopum sunt adituri pro ordine suscipiendo in habitu & tonsura clericali existentes, literas obsignatas eis exhibeat, quibus contineatur an ijs præditi sint, eaq; peregerint, quæ supra hoc toto tract. exposita sunt, & specialiter in tract. de stat. episc. cap. 7. num. 26.

Quod si quis clericus causa studij abesse velit, de licentia episcopi id faciat, & dimissorias literas post decem dies quàm ad gymnasium venerit, episcopo loci exhibeat, & de huiusmodi exhibitione proprium episcopum certiorem intra mensem, faciat, & de vita, ac profectu in ecclesiasticis functionibus, ac disciplina, iuxta dicta d. nu. 26. testimonium ab episcopo illius loci vbi degerit obsignandum exhibeat, & de progressu in literis à Doctoribus, quos audit, proprio episcopo fidem faciat.

In reliquis, obseruando, quæ hoc toto tract. habentur, & practicè latius explicantur in Conc. 4. Prouinc. Mediol. tit. quæ ad ordinis sacramentum pertinent, prout cuiusq; loci, ratio exposcet, & in ministerio ipso, ritus adhibendo, qui in Pontificali Romano conscripti sunt. In quo etiã sustineri potest, quòd impositio manuum in ordinatione sit de essentia sacramenti: vt probat Bellarm. de sacram. ord. c. 9. & ideo ab episcopo omittendam non esse vllo pacto.

Sen-

Sententiæ De sacramento Ordinis.

Quid sit sacramentum.

Sacerdos p benedictionem fit, pq̄d anima in melius transformatur.

NIss. orat. de sancto baptismate, eadem item verbi vis et facit sacerdotem augustum, & venerandũ, nouitate benedictionis à cõitate vulgi segregatum; quùm enim heri ac tempore superiori, vnus è multitudine, ac plebe esset, repẽte redditur præceptor, præses, doctor, pietatis, misteriorum latentium præsul, eaq; contingunt ei, cum nihil corporaliter, vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat, inuisibili quadam gratia ac vi, inuisibilem animam in melius transformatam gerens.

Ordo sacramentũ.

Greg. in 1. Reg. c. 10. Samuel Saul in principem vnxit, Deus autem cor aliud ei immutauit, quia sacrorum ordinum sacramenta ab ecclesiæ doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotenti Deo interius roboramur; virtus verò sacramenti est gratia septiformis.

Leo ep. 81. ad Dioscorum. quod à Patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à vobis quoque volumus custodiri, vt nõ passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinario celebretur, sed post diem sabbathi eius noctis, quæ in prima sabbathi lucescit, cordia deligẽtur, hoc est sub lege diuini officij substituantur, in quibus his qui cõsecrandi sunt ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur.

Ordo non omni tpe dādus, & à ieiunis, & ieiunis eõ ferendus.

Aug. lib. 1 de bapt. con. Don. c. 1. sacramentũ baptismi est, quod habet qui baptizatur, & sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur, sicut autem baptizatus si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi nõ amittit; sic etiam ordinatus si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit.

Ordinatus minister ẽ baptismi.

Conc. Flor. in doctr. de sacr. sextum sacramẽtum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionẽ confertur ordo, sicut presbiteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri euangeliorum dationem, subdiaconatus per calicis vacui cũ patena vacua superposita traditionem. Et similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationẽ. forma sacerdotij talis est, accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis, & mortuis in nomine patris, & filij, & Sp. S. & sic de aliorum ordinum formis: ordinarius minister huius sacramenti est episcopus.

Ordo sacrm, eius materia, forma, minister.

Quòd ordinati sunt ab alijs segregati.

Ad Eph. 4. Ipse dedit quosdam quidẽ apostolos, quosdã verò prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores, & doctores &c. Et ad Cor. c. 12. nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ, nunquid omnes doctores? &c.

Ordines distinguuntẽ p gradus.

Ignat. in ep. ad Neronem diaconum, sine episcopis nihil agas, sacerdotes .n. sunt, tu verò minister sacerdotum, illi enim baptizant, sacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt, tu verò eis ministras.

Leo ser. 3. in anniu. assumptionis suæ. Licet vniuersa ecclesia Dei distinctis ordinata sit gradibus, vt ex diuersis membris sacrati corporis ĩtegritas subsistat, non tñ oẽs, sicut ait Apostolus, in Christo Iesu vnum sumus, nec quisquis ab alterius ita diuisus est officio, vt non ad connexionem pertineat capitis, cuius liber humilitas portionis. In vnitate igitur fidei & baptismi indiscreta nobis societas, dilectissimi, & generalis est dignitas, secundùm illud beatissimi Petri sacratissima voce dicẽtis, & ipsi tanquã lapides viui superædificamini in domos spirituales, sacerdotium sanctũ offerentes spiritales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Et infra: Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis; omnes .n. in Christo regeneratos crucis signũ efficit reges, sancti verò spiritus vnctio cõsecrat sacerdotes. Et infra: Quid enim tam regium, quàm subditum Deo animum & corporis sui esse rectorem? & quid tam sacer-

1. Cor. 12.

3. Pet. 2.

Christiani oẽs qua ratiõe reges, & sacerdotes dñr.

sacerdotale, quàm vouere dño conscien tiam puram, & immaculatas pietatis ho stias de altari cordis offerre?

Chris.lib.6. de sacerdotio. Est qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate, imò vero pro vniuerso orbe terrarum legatus intercedit, deprecatorq; est apud Deū, vt hominum omnium nō viuentiū modo, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? cum autem ille & Sp.S. inuocauerit, sacrificiumq; illud horrore & reuerentia plenissimū perfecerit, cōi omnium dño manibus assiduè pertractato, q̄ro ex te, quoto illū in ordine collocabimus, quan tam aūt ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? considera .n. quales manus illas administrantes esse oporteat, qualem linguam quæ verba illa effundat. Et hom.60. ad pop. Verum & tu laice, cum sacerdotem videris offerentem, ne vt sacerdotem putes esse hoc facientem, sed Christi manum inuisibiliter extensam. Et d.lib.6. de sacerdotio. per id tempus & Angeli sacerdoti assident, & cœlestium potestatū vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur Angelorum choris plenus est.

Sacerdotū dignitas quanta, & quid ab eis exigatur.

Sacrificij tpe Angeli astant.

Hier.ep.1. ad Heliodorum. c.7. Absit vt de his quicquam sinistri loquar, qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus, qui claues regni cœlorum habentes quodammodo ante diem iudicij iudicant.

Amb.lib. de dignit. sacerd. c.5. Homo imponit manus (s. ordinato) Deus largitur gratiam, sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potēti dextera, episcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem.

De distinctione ordinis graduum.

Dion. lib. eccl. hier. cap.3. apud Canis. porrò ministrorū alij quidem pro clausis templi foribus adstant, alij proprij aliquid muneris agunt, qui verò ipsius ordinis præcipui sunt, vnà cum sacerdotibus sanctum panem, & benedictionis calicem sacratis altaribus imponunt, cum ante præcesserit ab omni clero vniuersalis laus, atq; confessio.

Cleri distī ctio tēpore Dionisij.

Clem.ep.1. ad fratrem dñi. Episcopos vicem apostolorū gerere S. Petrus dñm docuisse dicebat, reliquorum discipulorum vicē tenere debere presbiteros insinuabat. Et idem testatur Beda in c.10. Luc. & Anacl. ep.2. ad epos Italiæ. cap.4. ponit distinctionem sedium epalium, in Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, & Episcopales, quarum omniū Romana & Apostolica sedes est caput. & hr in cap. cleros. & in c. in nouo. 21. dist. in ca. sacrosancta. 22. dist. Hier. ep.54. ad Marcellam. Cipr. ep.69. Aug. in Ps.44.

Epi locum apostolorum, presbteri aliorum discipulorum tenent.

Cornelius Papa ep. ad Fabium: c.35. istum igitur lepidum euangelij patronum præterijt, omnino nouatum, s. vnū solum epm oportere esse in hac ecclesia catholica, in qua tñ non ignorabat, quo enim poterat? presbiteros esse quadragintasex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolutos quadragintaduos, exorcistas, & lectores vnà cum ostiarijs quinquagintaduos. Et in Conc. Tr. sess.23. c.2. & can.2. enumerātur hi septem ordines, vt dictum est supra in materia. De officio verò ordinum dictum est supra in materia.

Ordinis graduū distinctio tē pore Cornelij.

Chris. de sacerdot. lib.3. sacerdotium ipsum in terra quidem peragitur, sed in rerum cœlestiū classem ordinemq; referendum est, atque id per quam merito, quippe non mortales quisquam non Angelis, non Archangelis, non alia quæuis creata potentia, sed ipse paracletus ordinem huiusmodi disposuit, qui mortalibus hominibus, etiā num in carne manentibus author fuit, vt angelorum ministerium animo cōciperet. Et infra: Hi sunt, hi sunt inquam, quibus tū concreditæ sunt spirituales parturigines, tū & baptismatis partus à Deo est cōmissus, per hos ipsos Christum induimus, vnà cum Dei filio sepelimur, beatæ carnis illius membra efficimur, quo nomine sacerdotes meritò non modo plus vereri debemus, quàm vel principes, vel reges, verum etiam maiori honore, q̄ parentes proprios honestare, hi enim ex sanguinibus,

Sacerdotij dignitas quanta, & quantū honorādi sint

guinibus, & ex voluntate carnis nos genuerũt, illi verò authores sunt nobis natiuitatis illius, quam à Deo habemus, beatæ regenerationis illius, libertatis veræ, atque adeò adoptionis eius, qua nos per gratiam filij Dei effecti sumus. Et hom.4.de verbis Esaiæ. Vidi dñm, alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij, hoc regnum illo maius est.

Cipr.ep.55.ad Corneliũ. Quõ possunt censuram vltores dñi euadere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tãtus de Dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti nõ obtemperet, statim necaretur? quòd ep.65. ad Rogatianum comprobat scripturæ testimonijs, exemplo Chore, Dathan, & Abiron, qui à terra absorpti, & quinquaginta qui ab igne deuorati sũt, & populi Israel, qui ob contemptum Samuel à Deo afflictus fuit. Et Chris. homil.2.in ep.2.ad Timot. probat obedien dum esse etiam malis sacerdotibus, audiendi enim sunt, licet non imitandi, vt d.etiam Orig hom.7.in Ezech. & Bern. ser.66. in Cant. cum ex hoc non amittant suam potestatem, & Aug.ferm.49. de verbis domini.cap.5.

Num.16.

1.Reg.8.

De effectu huius sacramenti.

Ordinis sacramentũ gratiã præstat.

Conc.Flor. effectus sacramenti ordinis est augmentum gratiæ, vt quis fit idoneus minister.

Cipr.ep.77.ad Magnum. Si apud Nouatianum est ecclesia, apud Cornelium non fuit, si verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano legitima ordinatione successit, & quem, præter sacerdotij honorem, dñs quoque martirio glorificauit, Nouatianus in ecclesia non est, nec eps computari potest, qui euangelica & apostolica traditione cõtempta nemini succedens, à seipso ortus est, hñc namq; ecclesiam, aut tenere nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia non est, foris enim non esse ecclesiã, nec scindi aduersum se aut diuidi posse, sed inseparabilis, atq; indiuiduæ domus vnitatẽ tenere manifestat scripturæ diuinæ fides, cũ

Ordinatio est nota, q quis sit in ecclesia.

de sacramẽto Paschæ & agni, qui agnus Christum designabat, scriptum sit, in domo vna comedetur, non eijcietis de domo carnes foras, vbi patet q ordinatio est nota, qua quis dignoscitur esse in ecclesia, & distinctus ab ijs qui foris sũt, cum in ecclesia ordinatus nõ se mittat sed mittatur. Vnde Apostoli eligebant ordinandos: vt patet Act. 6. 13. 14. 15. Tit 1. Hebr.5, nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, quòd contra hæretici faciunt qui mittunt seipsos.

Exo.12.

Nota est etiã, quòd in ecclesia nil sit inordinatum. Vnde Leo ep.87.ad episc. Aphricæ. Quod si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterq; curandum est, vt in domo Dei nihil sit inordinatum, nihilq; præposterum, quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur non erretur? nam totius familiæ dñi status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite. Vnde & in Conc.Laodicen.can. 13. statuitur turbis non esse permittendum, eorum qui sunt in sacerdotio, electionem facere.

Ordo facit vt in ecclesia nil sit inordinatum.

Greg.lib.4.ep.52.ad epos Galliæ. Ad hoc diuinæ dispensationis prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus differentiæ ordo seruaret, exemplo Angelorum &c.

Ordinũ distinctio cã ẽ vt seruet in ecclesia Hierarchica concordia.

Dion.c.5. hier.eccl. ostensum est igitur Antistitum ordinem esse perficientem, & perfectionis authorem, sacerdotum verò illuminanrem, atq; ad lucem promouentem, porrò ministrorum purgantem atque discernentem, cum seq.

Epi pficiunt sacerdotes illuminãt, ministri purgant, & distinguunt.

De cœlibatu ecclesiasticorum.

Hier.lib.1.cont.Iouin.c.19. non dicit Paulus eligatur episcopus, qui vnam habet vxorem, & filios faciat, sed qui vnã

1.Tim.3.

vxorem habuerit, & filios in omni subditos disciplina, certè confiteris nō posse eṗm esse, qui in eṗatu filios faciat, alioquin si deprehensus fuerit, nō quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur; Sed & hoc inferendum, si laicus, & quicunq; fidelis orare non potest, nisi careat officio sacerdotali, sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia semper orandum est, si semper orandum est, ergo semper matrimonio carendum est.

Matrimonium eṗo, & sacerdoti ꝓhibēt.

Fulg. de fide ad Petr. Diac. ca. 3. apud Aug. coniugiū in primis hominib. Deus instituit & benedixit, propter ꝙ Apost. ait, Honorabile cōnubium in omnibus, & thorus immaculatus, ideoq́ue serui Dei in eo quòd à carnibus, & vino abstinent, non tanquam res immundas refugiunt, sed mundioris vitæ instituta sectantur. Et in eo, quòd coniugia non habent, nō nuptiarum bonum crimen esse existimant, sed continentiam iugem nuptijs esse meliorem non dubitant, isto ꝙ maximè tēpore quando dicitur de continentia, qui potest capere capiat, de nuptijs verò, qui se non continet nubat, in vna enim ratione virtus exoritur in alia infirmitas subleuatur.

Ecclesiastici continētiam seruātes non dānant cōiugia, sed eligūt vitam meliorem.

Greg. lib. 3. ep. ep. 34. Multorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licitè miscerentur cōiugibus, ꝙ ne denuo quisquā præsumeret, à seruo Dei, sedis nostræ diacono, ex authoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent .i. aut vxoribus abstinerent, aut certè nulla ratione ministrare præsumerent. & infra: statuit ne qui vxores habent, cum eis misceantur.

Ecclesiasticis matrimoniū vetitum.

Leo Magnus ep. 92. ad Rusticum. Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quæ episcopis, atq; presbiteris, qui cum essent laici siue lectores, licitè & vxores ducere, & filios procreare potuerāt, sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere quòd licuit. Vnde vt de carnali fiat spirituale coniugium, oporteret eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant sic habere. Et ep. 84. ad Anastas. cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ cōtinentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem carnale connubium cōceditur, vt & qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habent permaneant singulares.

Subdiaconi vxorem ducere nō possūt, vel iam ductis vti.

Beda lib. 3. de tabernaculo. c. 9. Sine illa castimoniæ portione, quæ ab appetitu copulæ coniugalis cohibet, nemo vel sacerdotium suscipere, vel ad altaris ministerium potest consecrari. i. si non aut virgo permanserit, aut contra vxoriæ coniunctionis fœdera soluerit, quòd videlicet genus virtutis nulli per legem Dei necessariò imperatum, sed voluntaria est deuotione dn̄o offerendū, dicente ipso de hoc, non omnes capiunt verbum istud. Et in ca. 1. Luc. quia tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio q̄rebatur, necessariò tempus substituēdæ soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritalis inquiritur, consequenter sacerdotib. vt semper altari queant assistere, semꝑ ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur.

Castitas sacratis hoībus seruāda, cū seq.

Hier. in c. 1. ep. ad Titum. Si laicis imperatur, vt propter orationē abstineant se ab vxorum coitu, quid de eṗo sentiēdum est, qui quotidiè pro suis populiq; peccatis, illibatas Deo oblaturus est victimas? relegamus libros regum, & inuenimus sacerdotem Abimelech de panibus ꝓpositionis noluisse prius dare Dauid, & pueris eius, nisi interrogaret vtrū mundi essent pueri à mulieribus, non vtique aliena, sed coniuge. Et infra: Tantum interest inter panes propositionis, & corpus Christi, quantum inter vmbram & corpora, inter imaginem, & veritatem. Et in apol. pro libris con. Iouin. Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes eṗi, presbiteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in æternum pudici.

Orig. hom. 23. in Num. Si oratio iusti vt incensum offertur in cōspectu dn̄i, & eleua- Psal. 140.

eleuatio manuũ eius est sacrificium vespertinum, d. ait Ap. Ijs qui in cõiugio sunt, nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex cõsensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum in idipsum sitis, certum est quia impeditur sacrificium indesinẽs ijs qui coniugalibus necessitatib. seruiunt. Vnde videtur mihi, q illius est solius offerre sacrificiũ indesinens, qui indesinenti, & perpetuæ se deuouerit castitati. — 1.Cor.7.

Amb.lib.1.de offi.c.50: inoffensum autem exhibendum & immaculatũ ministerium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoscitis, qui integro corpore incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali, sacri ministerij gratiam tecepistis.

Greg.Magnus, ep.42.ad Petrum. Nullum facere subdiaconũ præsumant epi, nisi qui se castè victurũ promiserit, quia nullus ad ministeriũ altaris accedere debet, nisi eius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Conc.Tr.sess.24.can.9. Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares solemniter castitatẽ professos, posse matrimonium contrahere, contractumq; validum esse, nõ obstante lege ecclesiastica, vel voto, & oppositũ nihil esse q̃ matrimoniũ damnare, posseq; oẽs matrimonium contrahere, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, hẽre donum, anathema sit, cũ Deus rectè id petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id q possumus tentari. Et idem probatur apud Grat. dist.82. & sup in materia probatum est.

Quod castitas seruatu non sit impossibilis.

Aug.lib.6. confess.c.11. Putabam me miserum esse nimis, si fœminæ priuarer amplexibus, & medicinam misericordię tuæ ad eandem infirmitatem sanandam non agnoscebã, quia expertus nõ eram, & propriarũ virium credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius, cum tam stultus essem vt nescirẽ sicut scriptũ est, neminẽ posse esse continentem, nisi tu dederis, vtiq; dares si gemitu interno pulsarem aures tuas, & fide solida in te iactarem curam meam.

Sap. 8. Castitas p cib. postulantib. cõcedit, & paratis illam seruare.

Orig.in c.19.Matt.tr.7. Petite & dabitur vobis, & omnis qui petit accipit, aut fideles non sumus, aut scientes scripturas; qui enim vult esse capax verbi, q de castitate positum est, petat credẽs dicenti, & accipiet, non dubitans de illo q dictum est, omnis qui petit accipit, & sine intermissione orantes. — Matt.7.

Chris.hom.63.in c.19.Matt.de eodẽ, d.his datum est qui spontè id eligunt, q ideo dixit vt ostenderet, superiori auxilio opus nobis esse, q quidem omnibus illud expetentibus paratum est, si volumus i hac luctatione euadere superiores.

Hæreses circa Ordinis sacramentũ.

Prima Hæresis, dicit, ordinationem non esse sacramentum ita Lutherus lib. de captiuit. Babilon. cap de ordine.

Mouetur, d.Dion.solum mentionem facere de ordine ex antiquis.

Quo tamen non obst. contrarium est catholicum & verissimum, vt supra in materia latè probatum est.

Ad contrarium, quòd multi alij Patres mentionem faciunt sacramenti ordinis, qui ibi latè citati sunt.

Secunda, dicit non esse in ecclesia potestatem consecrandi, & offerendi corpus & sanguinem Domini, peccataque retinendi & remittendi.

Contrararium tñ deciditur in Concil.Trid sess.23.can.1. vbi & damnãtur, qui dicunt præter sacerdotium non esse in ecclesia alios ordines maiores, & minores. ibi can.2. vt & qui dicerẽt per ordinem non dari Sp. S. nec imprimi caracterem, & sacerdotẽ fieri posse laicũ, ibi can.4. vt & qui cõtemnunt cœremonias ordinis ibi.c.5. & qui negant ecclesiasticam hierarchiã, q̃ constat ex epis, presbiteris, & gradibus inferioribus, vt ibi hr can.6. sicut & qui dicunt epos nõ esse presbiteris superiores, vel ordines non esse conferendos, nisi de populi consensu. vt ibi habetur can.7.cum seq.

Hæreses, q ordo si sit sacrm, & q p id nõ acq raĩ potestas cõsecrãdi ac offerẽdi cor pus, & sanguinẽ dñi, & q pter sacerdotiũ alij ordies nõ sint, vel q p ordinẽ nõ imprimaĩ caracter, vel q sacerdos possit fieri laicus, vel q cęremoniæ adhibitæ ĩ hoc sacro non sint adhibendæ, vel q epi non sinr maiores psbiteris, vel q ordines si sint conferendi, nisi de epi consensu, reijciuntur.

TRACTATVS

TRACTATVS DE SACRAMENTO Matrimonij.

De sponsalibus, & alijs quæ præcedunt Matrimonium. Cap. I.

Spōsi vnde dicantur, quare, & quis vsus I hoc olim fuerit.

NOTANDVM, quòd sponsus à spondendo dr, quia ante vsum tabellarum matrimonij cautiones sibi inuicem emittebant, in quibus spondebant se inuicem consentire in iura matrimonij, & fideiussores dabant: vt dicit Isid. lib. 9. de orig. c. de coniugijs. & habetur in l. 2. de sponsal. inde sponsi, & sponsæ appellatio nata est. l. 3. de sponsal. Vnde & Gell. lib. 4. c. 4. Noct. Att. d. qui vxorem ducturus erat in latio stipulabatur eam in matrimonium ductū iri, qui daturus erat, idem spondebat, is cōtractus stipulationum sponsionumq; dicebatur sponsalia, tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur, qui spoponderat ducturum, sponsus. Vnde sponsalia habent voluntarium pactionis liberæ à spontanea voluntate, vt & Varro li. 5. de lingu. lat. d. vbi ponit formā stipulationis, spondes tuam natam vxorem iri? spondeo, spondere enim propriè de firmioribus pactis dr, quæ adhibitis libationibus, & sacris fiebant; vnde fœdera quæ libatione intercedente fiebant sancta dicebātur, teste Homero 2. Iliad. q̄ libatio vino propinato olim fiebat, quòd hodie in aliquibus regionibus etiam seruatur dum eodem poculo spōdentes nuptias delibāt; quòd tamen vbiq; non seruatur, nec ex canonum iure, qui sanctitatem in nuptijs requirunt, id adhibetur. c. aliter. ca. nostrates. 30. q. 5.

Sponsalia quid sint.

Secundò, notandum, quòd sponsalia sunt promissio futurarum nuptiarum. l. 1. & 2. ff. de sponsal. l. sponsio. ff. de verb. sign. d. c. nostrates. 30. q. 5.

Sponsalia præcedunt nuptias & quibus rationibus.

Tertiò, notandum, sponsalia præcedere nuptias multis ex causis: primò, vt haberetur consensus parentum, qui de honestate debet interuenire in nuptijs. d. c. aliter. cum seq. 30. q. 5. l. in sponsalib. l. in potestate. de sponsal. Secundò, vt maritus præpararet ea q̄ subeundis oneribus necessaria sunt, vnde & iure diuino, & ciuili datur immunitas per annum à bello à die desponsationis sponso: vt d. Ioseph. lib. 4. antiquit. Iud. c. 6. & habet Deut. c. 20. & 1. Machab. c. 3. Tertiò, vt charior in posterū vxor sit si nuptiæ differuntur, & eam magis diligat quā ante suspirauerat. c. institutum. 27. q. 2. & probat D. Aug. lib. 4. confess. Quartò, vt qui nupturam dant possint pecunias congregare, quas coniugi dent, non enim tenetur quis statim venire cum sacco paratus. arg. l. quod dr. de solut. cum aliàs statim esset danda dos pro oneribus matrimonij sustinendis. l pro oneribus. C. de iure dot. Quintò, vt interim publicè proponi possit in ecclesia matrimonium futurum tribus diebus festiuis, vt si quod impedimentum adsit, affinitatis, vel alterius generis declaretur, iuxta c. cum inhibitio. de cland. despons. & habetur in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1.

Sponsalia inter quos & p quos fieri possint.

Quartò, notandū, quòd sponsalia possunt contrahi, & per coniuges futuros, & alios eorum nomine, & per epistolā, & nuntios inter absentes. l. 4. & l. fin. de sponsal. si absentes sciant, vel ratum postea habeāt. l. hæc ita. de sponsal. & Gen. 24. habet de Rebecca desponsata Isaac per seruum missum ad Abraham, & pater potest sponsalia inire pro impuberibus, non autem pro puberibus, nisi illis consentientibus, & adultis factis pactionem approbantibus. c. 1. 2. 3. & 4. de despons. impub. l. in sponsalibus. l. filiofamilias. l. sponsalia. ff. de sponsal. nō enim cogitur filiusfamilias vxorem ducere. l. non cogitur. ff. de rit. nupt. cum matrimonia debeāt esse libera. l. 2. C. de inut. stip. l. si §. fi. C. de sponsal. cap. gemma. de sponsal censentur tamen liberi voluntati parentum cōsentire, nisi expressè repugnent. l. sed ea q̄ patris. ff. de rit. nupt.

Sponsalia quo fiant.

Quintò, notandum, quòd sponsalia fiunt per verba de futuro; sic, accipiam te in meam, & ècontrario. Secundò, da-

tis arris non in pœnam tm, sed & in simbolum futuri matrimonij, & ad fidei datæ probationem, & quòd sponsalia facta sint, sicut in emptione aduenit. l. quòd sæpè de contrahen. empt & arræ nomine in sponsalibus semper ferè datur annulus: vt d. etiā Plin. lib. 33. c. 1. & de eo habetur etiā Gen. c. 38. & Pharao in signum potestatis Ioseph concessæ dedit ei annulum suum. Gen. c. 41. & in euangelio annulus dr datus filio prodigo in signū paternæ reconciliationis. Luc. 15. Cum ergo annulus fidei arra sit, in sponsalibus fidem facit promissionis nuptiarum, & ea nupta, vel desponsata præsumitur, quæ annulum defert. ca. illud. de præsumpt. d. c. nostrates. 30. q. 5. vnde & ad probationem matrimonij mulier inducere solet testes, quòd sit annulo subarrata. c. tenor literarum. de fert. & re iud. Dantur & pecuniæ arrarum nomine qñque vt qui maior sponsalia contraxit, arras amittat si à matrimonio cessare velit. l. 3. & fi. de sponsal. nisi sine eius culpa soluantur, vt morte vel lege nuptias prohibente: vt ibi hr; solent & proxenetæ interuenire in sponsalibus. i. consultrix futurarū nuptiarū, in cuius manibus arræ deponebantur, & dr etiā, Pronuba, de qua mentionē facit Plato. 6. de legib. osculum etiā ex constitutione Alexij in sponsalibus interuenit, in signum dilectionis, quòd efficiebat, vt osculo dato donatio facta à sponso præmoriente pro media parte valeret, aliàs in totum corrueret, si datum non esset. l. si à sponso. C. de don. ante nupt. vbi nūc oscula suspecta sunt, vt in Italia, quæ & arguunt aliquam adulterij: vt d. Io. Ripa in rubr. de iudic ff. non interueniunt. Vltimò solet etiam in sponsalibus interuenire iuramentum ad eorum maiorē firmitatem: vt d. D. Th. d. 27. q. 2. art. 1.

Sponsalia quibus verbis cōtrahantur, & quomodo.

Sextò, notandum, quòd sponsalia contrahūtur per verba de futuro, vel denotantia actum de futuro; vbi notandum, q qñque proferuntur verba de præsenti, & tunc in dubio intelligitur matrimonium de præsenti, vt si vir dicit, accipio te in vxorē c. pen. de spons. qñque verba sonant de futuro, & tunc aut sonant principium actus de futuro, & tūc in dubio solum contrahūtur spōsalia, vt si dr promitto, quòd te ducam in vxōrem, vel ducam talem in vxorem, & huiusmodi c. de illis. de spons. Qñque verba sonant in futurum, sed denotant exequutionem actus consummati, v. g. promitto q habebo te pro legitima vxore, quia non potest hri pro legitima cōiuge, nisi præcedat matrimoniū hęc verba & similia denotant exequutionē matrimonij, fallit tn si hæc verba denotantia exequutionem sequantur sponsalia de futuro, vt promitto quòd ducam te in vxorem, vel habebo te in vxorē, vel habebo te pro legitima coniuge, qa intelligunt, & restringuntur sequentia in tempus matrimonij contracti i. eū matrimonium erit contractū, arg. clem. nō potest. de procurat. Si verò d. promitto, quòd non habebo aliam in vxorem nisi te, intelligitur matrimonium contractū de præsenti, & est cōmunis opinio, quia dictio nisi ponit, qñ sequitur negatiuā, vt d. Bar. in l. si eum. §. quæ iniuriarum. ff. si quis caut. ita Abb. in c. ex parte. de spōs. Si verò quis vsus sit verbis dubijs, intelligi debent secundùm cōem interpretationem: vt d. Barto. in l. labeo. ff. de suppel. leg. vt si dicat, volo vel placet re hre in vxorē, si ista verba de futuro denotant principium actus, vt volo te desponsare, vel tecum contrahere, tūc cōtrahuntur tm sponsalia; si verò denotāt exequutionem actus, tunc inducitur discrimen de præsenti, vt si dicat, volo te hre in vxorem, quia non potest hri in vxorem, nisi prius cum ea contrahat. ita Abb. in c. sponsam. de spons. Sic si dr habebo te in meam, tenebo te, tractabo te vt meam, ambiguum est; & ideo si adijciatur ex nunc, sensus est quòd sit matrimonium de præsenti, secus si ex tūc. Ideo in huiusmodi, vtenda regula. c. intelligentia. de verb. sign. q intelligentia dictorum ex causis est assumenda, vnde si tunc agitur de matrimonio contrahēdo sic erit, si de sponsalibus sponsalia, & maximè si proferentes sint apti tantū ad sponsalia, & non matrimoniū, aliàs verba intelliguntur in eo sensu quem solet

recte

rectè intelligentibus generare.

Sponsalia fieri possunt purè, & sub conditione.

Septimò, notandum, quòd sponsalia possunt fieri purè, & sub conditione, & qñ adest conditio, vel est honesta, vt si parentibus tuis placeat, & tunc stante conditione stat promissio, aliàs non, vel inhonesta, & tunc vel contrariatur bonis matrimonij, vt accipiam te si venena sterilitatis procures, & nõ cõtrahuntur sponsalia, aut est turpis, sed non cõtraria bonis matrimonij, vt accipiam te si furtis meis consentias, & tunc stat promissio, sed tollenda est conditio.

Sponsalia nõ sufficiunt ad matrimoniũ, cũ aliquib. declarationibus.

Octauò, notandũ, quòd sponsalia nunquam sufficiũt ad matrimonium cõtrahendum, nisi nouus consensus accedat de præsenti, vel formalis, vel virtualis per consummationẽ copulæ affectu maritali; probatur, nam matrimonium est vera & realis traditio cõiugum inuicẽ, promissio verò non est traditio. Vnde sponsalia non sunt de essentia matrimonij, quia sine illis potest statim contrahi de præsenti: vt dicit Sot. dist. 27. q. 1. art. 1. His ita notatis.

Sponsalia ĩ qua ætate contrahi possint.

Prima sit propositio. Sponsalia ante septem annos completos contrahi non possunt; probatur in c. literas. c. accessit. c. ad dissoluendum. de desponś impub. c. vnico. eo. in 6. l. in sponsalibus. ff. de sponsal. Ratione probatur, nam tunc est infantiæ periodus, qua, vt nomẽ sonat, homo ea quæ rationis sunt fari nequit, & tñ cum sponsalia sint promissio futurorum, exigunt prudentiam quandam, & iudicium aliquod futurorum, aliter eorum promissio non esset prorsus libera; Sunt enim tres gradus cognitionis humanæ: vt d. Phil. 1. Eth. primò, qñ homo nec suo ingenio, nec aliorũ auxilio intelligere quicquam potest ad prudentiam pertinẽs, quòd est tempus ætatis primæ s. infantiæ, quæ primo septennio durat, qua ætate quia nihil deliberare potest, sed eius cognitio nihil ferè à cognitione brutorum differt, nullo cõtractui est aptus. Secundus gradus est, qñ homo nõ suo ingenio, sed aliorum auxilio intelligere aliquid potest, quòd aliquã habeat prudentiæ imaginem, & est tempus secundæ ætatis per secũdum septennium durans, quo tempore scholis mancipar, & potest aliquid polliceri in futurũ, de quo licet tunc se obliget, potest tñ maturius deliberans mentem mutare. Tertius gradus incipit à secundo septennio ad annũ vigesimumquintũ, quo adolescẽtia durat, anno enim quartodecimo potest homo per se deliberare, quæ ad prudentiam spectant, vnde tunc potest de propria persona disponere, & statum eligere coniugalem, vel monachalem, licet de bonis suis, ne prodigè dilapidet disponere iure nõ permittatur vsq; ad vigintiquinq; annos quũ incipit iuuentus. ita D. Th. d. q. 2. pater tñ non contrahit sponsalia pro filio pubere, nisi consentiat, sed pro impubere sic, si tñ adueniẽte ętate legitima reclamauerit nulla sunt. c. 1. & c. à nobis. de desponś. impub. Aetas autem septem annorum debet esse perfecta, nec sufficit eos attigisse. cap. literas. & c. seq. de desponś. impub. si tñ malitia superet ætatẽ non est ratio cur non valeant, qñ puer est pręcocis ingenij: vt d. gl. in c. sponsam. de sponś. Ioan. And. Fr. c. vnico. eo. in 6. D. Tho. 4. d. 27. q. 2. art. 2 ad septimũ. Coar. in 4. decret. 1. par. c. 2. Et si ante septennium contrahantur & nulla sint postea conualescũt ex tacito cõsensu ad sponsalia deducto. gl. & ibi Abb. in c. literas. de desponś. impuber. Coar. loco prædicto. Impubes tñ contrahens sponsalia non obligatur nisi vt peruenerit ad ætatem legitimam, & tunc resilire potest nisi carnalis copula interueniat, vel tacitus consensus post pubertatem. c. de illis. i. vbi Abb. de desponś. impub. & c. à nobis. eo. tit. non tñ ante aduentum pubertatis, licet ab eis resilire, sed alter primo factus pubes alium expectabit. d. c. de illis. secundùm vnam lecturã. Abb. enim ibi d. quòd non tenetur expectare, & ita minores ætate nubili maiores tamen septem annis possunt recedere à sponsalibus, nisi interueniat iuramentum, quia secus est. glo. in cap. de illis. eod.

Ex Sponsalib. oritur impedimẽtum publi

Secunda propositio. Ex sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quòd impedit matrimoniũ contrahere, & dirimit contractum. c. ad

ex honestatis iustitia.

audientiam. c. iuuenis. cap. sponsam. de spons. c. vna tantum. §. Ioannes. 26. dist. c. si quis desponsauerit. 27. q. 2. & olim extendebatur ad omnes consanguineos sponsæ, vel èconuersò; nullus enim contractis sponsalibus cum aliqua, poterat contrahere cum aliqua de eius consanguinitate. d. c. sponsam. quia inhonestum visum est, vt aliquis contrahat cũ consanguineis sponsæ. d. c. ad audientiam. & not. in cap. accesserit. de despons. impub. Hodie verò impedimẽtum publicæ honestatis iustitiæ, non extenditur vltra primum gradum, nec habet locum vbi sponsalia quacunq; ratione erunt inualida. c. 3. sess. 24. in Trid. Conc.

Sponsalia contrahentes tenent sub morta li matrimonium contrahere, cũ aliquibus declaratio nibus.

Tertia propositio. Contrahentes spõsalia tenentur sub pœna peccati mortalis, impedimẽto cessante, cõtrahere matrimonium. tex. est in c. 2. c. ex literis filiani. cap. requisiuit. de spons. & D. Tho. d. q. 2. art. 2. ad secundum.

Ampliatur, vt procedat etiam si iuramentum non interuenerit. ca. de illis. 1. de spons. vbi Abb. nam, vt in alijs contractibus, quis tenetur adimplere promissum, & perficere cõtractum quem promisit. l. si fideiussor §. meminisse. ff. de legat. 1. l. si quis. §. vlt. ff. de verb. oblig. sic & in matrimonio, vt d. Coar. in 4. decret. 1. par cap. 4. in princ.

Secundò, Ampliatur, vt quis teneatur vxorem accipere primam cui fidem dedit sine iuramento etiam si postea secũdæ iuramento se obligauit. not. Innoc. Abb. Io. And. & Præp. in c. sicut. de sponsal. & Did. ibi.

Limitatur, vt id procedat in foro cõscientiæ tñ, quia confessor potest eum cogere ad præstandum consensum matrimonio iuxta prædicta, sed in foro exteriori iudex ecclesiasticus non potest eos præcisè cõpellere ad contrahendũ, sed tñ moneri debent vt contrahant, cũ libera debeant esse coniugia. c. requisiuit. c. gemma. de spons. nec matrimoniũ validum sit sine eorũ consensu qui contracturi sunt, vt not. Host. Præp. & Butr. in c. fi. de spons. duo. Abb. in c. is qui fidẽ. de spons. & supra latè probatum est, & ita sentit D. Th. loco prædicto.

Secundò, limitatur etiam si iuramentum præcesserit, adhuc enim iudex ecclesiasticus nõ potest cogere præcisè ad contrahendum secundùm magis veram opin. Doct. in cap ex literis. 2. de spons. & idem sentit D. Tho. loco prædicto, quia militat eadẽ ratio, q̃ matrimonium esset nullum, imò adulterium deficiente consensu: vt not. Abb. in d. c. requisiuit. & Fort. in c. 1. de pact. nu. 30. vnde iudices mites esse debent in huiusmodi cogendo ad contrahendum: vt d. Coar. ibi.

Spõsalia transeant in matrimoniũ per copulam carnalem, & quomodo.

Quarta propositio. Carnalis copula post sponsalia de futuro matrimonium perficit in foro exteriori. c. veniens. 2. c. is qui fidẽ. de spons. c. de illis. c. per tuas. de cond. appos. adeo qđ cogunt sic copulati vt coniuges cohabitare, quare licet alter, vel ambo ad alia vota se transferant, compelluntur redire ad primũ, q̃ præsumptum fuit matrimoniũ, nec secundum censetur matrimonium dictis iuribus, & ratio est, quia cũ ecclesia nõ iudicet de occultis. c. erubescãt. 32. dist. nisi per extera iudicia iudicare non potest; & ideo licet nõ intendat sine nouo consensu coniugali ex sola copula matrimonium decernere, tñ ne iudicet copulam illam esse peccatum mortale, cũ in dubio malum non sit præsumendũ. l. meritò. ff pro soc. iudicat per illam copulam consensum cõiugalem accessisse, intantum vt illa præsumptio dicatur iuris, & de iure: vt d. gl. in c. is qui fidem. de spons. cõiter recepta, quo sit vt non admittatur probatio in contrarium, vt ibi not. etiam ex coniugum cõfessione, cum timor oriri posset collusionis, qui timor si cessat, potest obijci, vel si sponsus qui contra matrimonium stat probare velit illa sponsalia ante copulam fuisse mutuo consensu, vel aliàs soluta: vt in c. 2. de spons. vel nulla ex aliquo legitimo impedimento: vt d. Abb. in d. cap. is qui fidem.

Ampliatur pdicta propositio. Vt sponsalia in matrimonium per coitum transeant, etiam si post sponsalia ante coitũ cum sponso, fuerit sponsa cum alio fornicata, quia licet per illam fornicationẽ possint dissolui sponsalia, c. quemadmodum.

dom. de iureiur. tñ donec iudicio ecclesiæ fuerint dissoluta, manet sponsaliorũ vinculũ, vt d. gl. in c. de illis. 1. de despõs. impub. ita Coar. in 4 decret. 1. par. ca. 4. §. 1. In foro autem conscientiæ, vbi creditur confitenti, si sponsus diceret se accessisse ad sponsam animo fornicario, illa sponsalia non iudicarentur matrimonium. Abb. Ant. & Præp. in d. c. is qui fidem. Silu. in verbo, matrimonium. 2. q. 15. D. Th. quodlib. 5. art. 15. & ratio est, quia nisi consensus de præsenti accedat nunquam est matrimoniũ, ergo vbi deest consensus internus, licet accesserit copula, non iudicatur matrimonium in foro animæ. Si verò dicat, se dubitare an tempore copulæ cõsensum habuerit coniugalem, vel fornicarium, iudicandum est matrimonium, vt d. Did. d. §. 1. num. 9. ad fin. per cap. is qui fidem.

Declarat̃ autẽ propositio principalis, vt sufficiat copula sine nutib. vel signis ad faciendum spõsalia matrimoniũ, nec interior in foro fori requiritur intẽtio, q̃a actus ille est satis expressiuus consensus, licet tutius sit id exprimere: vt d. Sotus d. 27. q 2. art. 4. Ex his sequitur, contractis duobus sponsalibus copula secuta cum secunda ea transire in matrimonium prioribus irritatis. Maior. dist. 27. q. 5. cas. 2. Silu. verbo, sponsalia. q. 10. & facit. t. in c. pen. de sponf. in c. licet. c. si de sponf. duo. & Coar. probat d. §. num. 10. Notandũ tñ, q̃ sponsalia non transeunt in matrimonium per oscula, amplexus, vel tactus impudicos, nec per traductionem sponsæ ad domum sponsi solã, imò nec per nisum ad copulam, ea non secuta. c. si. de sponf. & ita sentit Sot. d. art. 4. & Coar. d. c. 4. §. 1. & 2. Imò Innoc. & Pan. in d. c. si. dicunt, q̃ si sponsus deflorauit sponsam, si non est secuta seminis emissio, q̃ sponsalia non faciunt actum huiusmodi trãsire in matrimoniũ quos sequitur Sot. d. art. 4. Hodie tñ, quia ex ex c. 1. sess. 24. in Tr. Conc. matrimoniũ cõtractum sine præsentia parochi, & testium nullius est momenti, ideo sponsalia de futuro nunquam per copulã transeunt in matrimonium etiã animo maritali: & ita sentit Nau. in Man. cap. 25. nu. 144. imò vbiq; ferè hic casus cognoscentis sponsam post sponsalia e͠pis reseruatur, vt peccatũ graue, & ex quo multa scandala oriri possent, si sponsus sponsam cognitam relinqueret, & quia iã nõ est sua. Et licet Conc. Tr. irritet matrimonium cõtractum sine parocho, & testibus, non tñ irritat sponsalia clandestina, & ita sentit gl. in clem. 1. de consang. & affin. Card. & Fel. in c. cum inhibitio. de cland. desponf. contra Abb. ibi, & emanauit etiam decisio congregationis Conc. quòd Cõcilium nil innouarit circa sponsalia. Et matrimonium contractum per verba de præsenti inter nõ valentes illud contrahere ratione minoris ætatis, censetur sponsalia de futuro. cap. attestationes. de desponf. impub.

Quinta propositio. Sponsalia multis modis soluuntur, & quandoque ipso iure, quandoque iudicis sententia. Primò enim mutuo consensu dissoluuntur. c. 2. de spõsal. et si sint iurata: vt dicũt Doct. ibid. Nau. c. 22. nu. 25. Coar. d. 1 par. c. 5. Secũdò, per subsequens matrimonium etiam copula non consummatum, licet iurata fuerint. c. sicut. c. si inter. c. de illis. de sponf. Nau. c. 22. nu. 26. Coar. ibid. Tertiò, per alterius ingressum religionis etiam ante professionem factam: vt d. D. Th. d. 27. q 2. art. 3. ad primum. Silu. verbo, sponsalia. q. 10. Sot. dist. 27. q. 2. ar. 5. si tñ iurauit contrahere, debet prius contrahere, vt seruet iuramentũ, & post contractum ante consummationem ingredi religionem. c. commissum. de sponsal. & his casibus d. D. Th. ipso iure solui sponsalia. Quartò, ipso iure etiam soluuntur, ex solo impuberis dissensu quãdo facta sunt in minori ætate, qui tñ dissensus nõ admittitur ante legitimã ætatem. gl. & Card. in c. de illis. 1. de despõs. impub. Silu. sponsalia. q. 10. ver. 12. Sot. d. art. 5. declarando tñ hunc casum, vt supra, per sententiam verò iudicis in seq. casibus soluuntur: vt d. Nau c. 22. n. 28. in Man. post Io. And. in c. de illis. de sponsal. & sic. Quintò, q̃n quis post votum simplex religionis, vel castitatis sponsalia contraxit, tunc enim non tenent. c. rursus. q. cler. vel vou. si verò post sponsalia

Sponsalia quib. modis soluantur.

salia voueret castitatem votum non teneret, quia esset in præiudicium tertij. Sot.d.art.5.& Nau c.22.nu 21.ver.10.dicet is possit ingredi religionem. Sextò, qñ vnus sponsorum renuit matrimoniũ cum altero contrahere, tunc enim cum fides fuerit mutuo data alter remanet liber: vt d.Sot.d.art.5. Septimò, qñ terminus est præfixus matrimonio contrahendo, tunc enim is per quem non stete rit, eo trãsacto remanet liber.c.sicut ex literis.de spons. Coar.d.c.5.nu.8.Nau.c.22 nu.27.ver.7.q; intelligitur qñ à principio tempus est positum, secus si post sponsalia, vt d.Coar.ibid. Et procedit ẽt si sponsalia sint iurata. gl.Card.& Abb. in d.c.sicut. Octauò, qñ sponsus est absens & vagatur per orbem.ca.de illis.de spons. iure tñ ciuili si nescitur vbi sponsus sit debet expectari per annos tres. l. 2.C.de repud. si verò sit in prouincia, ꝑ biennium iusto impedimento extante. l.2.C.de spons.quæ tñ distinctio iure canonico nõ admittitur: vt d.Abb.Card. & Præp.in d.ca.de illis.Nau.c.22.nu.26. ver.10.Coar.d.c.5.nu.7.Sot.d.art.5. tũc enim de licentia iudicis potest cum alio contrahere; si tñ est in loco propinquo est expectandus, vel monendus, vt intra certum tempus contrahat matrimoniũ, ratione.d.c.de illis.& si adest legitimum impedimentũ sponsalia non sunt temere dissoluenda, nisi, attenta sponsæ qualitate, ex mora periculũ sequeretur: vt d.Host.ex d.c.de illis. Nonò, qñ fiũt sub conditione, tunc enim si is cui incũbit, conditionem non implet, vt si puella non soluat dotem promissam, sponsalia nullius sunt valoris.cap.de illis.de cond. appos. & idem iudicium de aliis conditionib.modo sint possibiles, & honestæ, de quibus infra. Decimò, fornicatione secuta etiam si sponsalia sint iurata, non enim tenetur sponsus contrahere cum spõsa quæ cum alijs post peccauit, imò absolui potest ab illa promissione.cap. quemadmodum. vbi Abb.de iureiur. q; tñ intelligitur nolente illo cui facta est iniuria, si enim velit, tenetur alter cum eo contrahere, & èconuerso si sponsus fornicetur non tenetur sponsa cum eo contrahere; & procedit etiam si vi esset oppressa: vt d. Coar.in d.c.5. vbi etiam d.q; si vxor tempore sponsaliorum erat diues, & ad paupertatem sit reducta tenebitur vir cum ea contrahere, q; intelligerem si ei promisit omnia bona sua, secus si certam quantitatẽ, quia ea non soluta potest recedere à promissis. ex c. de illis. de condit. appos. si tamen post sponsalia intellexit virginem non esse quam talem putabat, non tenetur eam ducere: vt d.Cand.de spons. quæst.37. quod tamen mihi est dubium, nec forte sequendum, nisi persona sit insignis. Vndecimò, per superuenientem affinitatem, vt si alter cum alterius consanguinea carnaliter se commiscuit. c. si quis sponsam.27.q.2.cap.ex literis.de eo qui cogn.consang. vel filium leuauit de fonte, & huiusmodi, vel scandalum matrimonio contrahendo aduersetur. c.cum in tua.de spons.quòd intelligerem si dispensatio hñi non posset, vel difficulter. Duodecimò, qñ alter lepram, vel paralisiam incurrit, naso priuetur, vel aliam fœditatem incurrit.c.literas.de coniug. lepros. quia vt d.D.Tho d.art.3.ad tertium. huiusmodi matrimonia infœlicẽ exitum sortirentur. Decimotertiò, qñ superueniunt graues inimicitiæ, vel atrox sęuitia inopinata sponsi.c.dilectus. de spons. Decimoquartò, si fama sit canonicum impedimentum esse inter eos. c.cũ in tua. de spons. etiam si sit vnicus testis qui sufficit ad matrimonium impediendum.d.c.& c.præterea.eo. vel ordinem sacrum susceperit.§.ecce.27.q.2. & alijs de causis episcopo benè visis, & audito impedimento debet id parochus ad episcopum deferre, & eo inconsulto vlterius non procedere: vt in Conc.Tr. sess.24. c.7. maximè in vagis, vt ibi dr. Solutis sponsalibus si quis aliquid dedit eo nomine, vt aliquam in vxorem haberet causam præbuit solutioni si non reuocat data alias secus l.cum veterum. C.de don. ante nupt. imò & ea munera quæ parentibus filiæ data sunt, vt eam haberet in vxorem donans, si id non consequitur reuocantur. l.2. C. de donat. ante nupt.

De

De ipso matrimonio secundùm se. Cap. II.

Homines quid, coniugati, quidam cœlibes.

NOtandum, quod ex hominibus quidam coniuncti sunt, quidam cœlibes, cœlibes dicuntur qui nec coniuncti sunt, vel fuerunt. Vidui, qui nunc coniuncti non sunt, sed aliqñ fuerunt: Coniuncti quidam naturali cõiunctione solum, de quo d. Imperator Iustin. de iure nat. in princ. quod maris, & fœminæ cõiunctio naturalis est, alij coniunctione etiam lege approbata. Legitimæ cõiunctionis sunt sponsus, & sponsa, vir vxor, illegitimæ concubinus concubina, meretrix, scortator, adultera, adulter, incestuosi, nepharij, &c.

Secundò, notandum, quod matrimoniũ dr ab etimologia vocabuli, quasi matris munus à matre potius q̃ à patre dictum ob onus quod subit mater in gerendo dolores in edendo, labores in nutriendo cap. ex literis. de conu. coniug. vel quasi matrem muniens, quia iam habet à quo defenditur. s. virum, vel quasi matrem monens, ne. s. virum relinquat, vel à matre & nato, quia efficitur mater na ti aliqua per illud D. Tho. d. 27. q. 1. art. 1. q. 2. Inde dr coniugium, à iugo quo in nuptijs copulantur, ne resolui aut separari possint. Vnde & coniuges appellantur à prima desponsationis fide, licet adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus, sicut Maria Ioseph coniux dr, inter quos nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commistio: Maritus à mare dr, & coniugem sonat, Vxor dr quasi vnxior, olim enim puellæ simul veniebant ad limen mariti, & postes antequam ingrederentur ornabant laneis vittis, & oleo vngebant, inde vxores dictæ, quasi vnxiones, quæ ideo vetabantur limina calcare, quod ibi ianuæ coeant & separentur; Nuptæ dñr, quod vultus suos velent, translatum à nubibus quib. tegitur cœlum. ita Isid. orig. lib. 9. tit. de coniugijs.

Matrimonium vnde dicatur.

Tertiò, notandum, coniunctionem legitimam, vel matrimonium institutũ; primò causa prolis procreandæ. Vnde Gen. 1. dr: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Secundò, in officium, sic fuit ante peccatum Adæ, d. Dño: Nõ est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertiò, in remedium post peccatũ, d. Apostolo 1. Cor. 7. Vnusquisq; propter fornicationem propriam vxorem habeat &c. vnde sic ad eam virtutem refertur, quę temperantia dicitur, vt esset temperantiæ remedium. Quartò, vt esset sacramentum, quod sit signum rei sacræ, præteritæ, præsentis & futuræ, nam visibilis illa coniunctio, quæ fit stipulatione verborum, data arra, iunctis dextris, alijsq; solemnibus cœremonijs, admonet nos præteritæ misticæ coniunctionis diuinæ & humanæ naturæ, Christi sponsi, & ecclesiæ sponsæ, Dñs enim noster reliquit quodammodo, licet non re vera, patrem suum Deum. Io. 16. posteaquam exinaniuit seipsum formam serui accipiens Phil. 2. reliquit matrem suam sinagogam, ex qua secundùm carnem est natus, reliquit domum suã, vt adhæreret ecclesiæ, quam ex gentibus sibi copularat. Ier. 12. vt quam fœdam inuenerat, sanguine suo ablutã sãctificaret. Eph. 5. Secundò, visibilis ista copulatio, quæ fit iunctis dextris &c. admonet præsentis inuisibilis gratiæ, quam Deus largitur, quia vt primum ad visibile elementum accesserint verba, quæ præeunte sacerdote profert vterque coniunx fit sacramentũ, quo infunditur gratia, nisi obex ponatur & firmiores coniuges reddunt ad perpetuam concordiam, & robustiores ad toleranda huius vitæ incõmoda, & instructiores ad sobolem pijs morib. educandã. Tertiò, signũ est cõiunctionis copulatorũ fiendam cũ sponso Christo. Vnde Ap. 1. Tim. 2. d. quod saluatur mulier per generationem filiorũ si manserit in fide, & dilectione cũ sanctificatione, & sobrietate. Ex quibus meritò Apost. id vocat magnum sacrm in Christo, & in ecclesia, vt interpretatur Amb. in ep. ad Eph. & ibi Teod. Leo ep. 92. Et Aug. lib. 1. de nupt. & concup. c. 10. d. Ibi esse sacramentum, vt non solum ibi sit fœcunditas cuius fructus proles est, nec tantũ pudicitia cuius vinculum est fides, sed

Matrimoniũ quare institutũ.

etiam quoddam sacramentum nuptiarum, vt sicut Christus dilexit ecclesiā, sic coniuges nullo casu, excepta fornicationis, separentur. ita Vgo de S.V. tom. 1. tr. 7. de sacr. coniug. c. 1. Host. de sacr. matr. c. 1. Isid. orig. lib. 9.

Quinta causa institutionis matrimonij fuit ad cohibendam & vagam & furtiuam Venerem, ne homines ferarū more commiscerentur, 1. Cor. 7. c. nuptiarum. 27. q. 1. & probat D. Chris. hom. 59. in Gen. to. 1. Vnde abrogata est. l. papia, quæ prolem tātum considerans sexagenarios vxores ducere prohibebat, ex Constit. Iustin. in l. sancimus. C. de nupt. & in l. si maior. C. de leg. her. Nec per hoc tñ Vgo. d. c. 1. de sacr. matr. reprobat, q̄ quidam dote, vel pulchritudine allecti iungantur, quæ licet causæ sint minus honestæ, tamen verum efficiunt matrimonium, vt ibi d.

Sexta causa est vt proles esset certa, quam ita habere magni refert, primò, quia diligentius eos quis nutrit & instruit quos suos nouit, vel tales esse sibi persuadet ob nuptias, filius enim dicit quem nuptiæ demonstrant. l. filium. ff. de ijs qui sunt sui, vel al. iur. l. quia semper. de in ius vocan. Aliter enim difficilis, imò ferè impossibilis probationis filiatio dicitur. l. lucius. ff. de cond. & demon. Vnde & qui ex promiscuo concubitu oritur patrem non habere dicitur, vel q̄ honestè eum non possit monstrare. l. vulgo cōcepti. ff. de statu hom. matre certa extāte. l. quia semper. ff. de in ius voc. naturale enim est omnibus animantib. fœtus suos potius diligere, & nutrire, q̄ alienos, veluti ex sua substantia productos. Vnde & in l. 1. §. quamuis. de vent. inspic. & l. super statu. C. de quæstio. dicitur interesse maximè Reipublicæ partus non subijci, vt ordinum dignitas & splendor familiarum degeneri familia non conspurcetur; si enim vxores essent communes, & proles incerta, hæreditates quæ ex voto parētum liberis parantur. l. scripto. vnde liberi contra illorum votum ad extraneos peruenirent: & sæpè laborare contemnerent homines, q̄ nō proprijs, sed alienis relinquere cogerētur, & liberos communes contemnerent, cum negligatur, q̄ communiter possidetur. l. 2. ff. qñ & quib. quarta pars, & èconuerso, parentibus senescentibus rari essent, qui illis opem ferrent. Vnde à legibus cauetur ne alienus partus supponatur ne hæreditas ad extraneos deferatur. l. 1. §. si mater. & l. 3. §. si mater. ff. de carb. ed. Vel q̄ mulier fingat à marito se concepisse, & ab alio conceperit, cuius datur iudicium ea et prægnante, sed suspenso iudicio donec partus edatur, ne præiudicium fiat nato. l. si ventris nomine. de ventr. in poss. mitt. Vel dū alienus partus subijcitur, ob q̄ est emanatum edictum de ventre inspiciēdo. l. 1. ff. de ventr inspic. in quo apparuit mira sapientia Salomonis. 3. Reg. 3. & habetur in cap. afferte. de præsumpt. & de vtroq; habetur in c. officij. de pœnit. & remiss. vbi imponitnr pœnitentia mulieri, quæ alienum partum sibi supposuit, vel ex adulterio concepit, & declaraui in casu incest. q̄ vtroq; casu mulier tenetur ad damna inde viro, vel eius hæredibus secuta, & qñque id tenetur detegere. lib. de casib. reseruat.

Prædictis rationibus adducti sapientes nuptias semper approbarunt, explodentes Socraticam illam vxorum communionem, si tñ Plato id ibi sensit, q̄ Ficinus eodem loco omnino negat Platonem sensisse, de qua Plato. 5. lib. Reipub. meminit, sic enim tradunt Xenophon in œconomic lib. Arist. 8. Polit. & Lact. Firm. lib. 1. diuin instit. c. 21. Tert. lib. 1. con. Marc. Et damnati hæretici Eucratitæ dicentes nuptias esse diaboli, teste Epiph tom. 1. lib. 2. cont. hær. hæres. 47. & decretum fuit in Conc. Gangrensi. in c. 1. & 9. in c. si quis vituperat. & c. quicunque virginitatem. 31. dist. & in can. 51. apost. contrarium esse hæreticum. Vnde & mulieres plurimis priuilegijs decorantur, vt nubere possint. l. 1. ff sol. matr. Vnde & Augustus laudauit nuptias, teste Dion. lib. 56. & Plato lib. 6. de legib. & suscipiētibus liberos plures immunitates sunt datæ. l. si. C. de his qui mun. se excus. lib. 10. Instit. de excus. tut. Cum enim omnia quæ radijs, & orbitæ

lunæ

lunæ subijcitur, corruptioni, & mutationi suppositasint eũ motu perpetuo: vt etiam d. Imperator in auth. de nõ al. reb. eccl. §. vt autem lex. coll. 2. & corrumpi omnia soleãt cum mouentur, vt d. Phil Problem. sect. 22. q. 4. mouentur verò maximè ex circuitu lunæ, & coitu eius cũ sole, vnde generationes, & corruptiones vita, & mors proficiscuntur, teste Phil. lib. 4. de gener. anim. cap. 10. prouide Deus prospexit, vt omnia super essent perpetuò, vnde rebus ferè omnibus vim generationis concessit, vt haberent sua semina ad suæ speciei conseruationes in semetipsis. Gen. 1. & sic res per propagationẽ perpetuæ factæ sunt, aliter in hoc seculo, nil corporale perpetuum est, vt d. Phil. lib. 1. de generat. & 8. Polit. & tradit Iureconsf. in l. foramen. ff. de seru. vrb. præd. l. propositionib⁹. ff. de iudic. & vt in plantis est semen, sic in animantibus est indita cupiditas conseruãdi sui generis, cupiditas & natura. Vnde & coniunctio maris, & fœminæ naturalis putatur. l. 1. ff. de iustit. & iure. Instit. de iure nat. §. 1. & Cic. tradit lib. 1. de offic. modo homines leges Dei sequantur in hoc, qui ad imaginem Dei sunt cõditi. 1. Cor. 6. Gen. 1. iccirco meritò legitimum fœdus nuptiarum ab omnibus gentibus approbatur, & immunitatibus decoratur, si tñ alij fines proponantur, etiam turpes, dummodo alia concurrant quæ ad essentiam matrimonij spectant, validum est; Finis verò potest esse causa prolis, vel fornicationis vitandæ, qui in se est bonus; Finis verò vtilis, vel delectabilis, vt contrahere ob mulieris pulchritudinem non est de se peccatum, exemplo Iacob, qui seruiuit Rachel, vt eam in matrimonium duceret, & habeẽ Deut. 21. Nec ob diuitias vxorem ducere, cuius familia sustentetur, est peccatum; licet coniugis probitas, & honestas, sit eligenda ad alendam coniugij charitatem; attamẽ & ducere meretricẽ inter opera charitatis connumeratur; si verò vxor eligitur fine mortali, vt furandi causa, vel occidendi, vel hæreses seminandi, est mortale crimen, quia actiones ex fine speciem sortiunt. 2. Ethic. Sot. distin. 19. quæst. 1. art. 2. de quibus supra, cap. 1 est dictum.

De Matrimonio, vt est in officium. Cap. III.

Prima sit propositio. Matrimonium hominis est naturale, nõ prout distinguitur contra liberũ, q. s. ex principio naturæ quadam necessitate prouenit, vt igni moueri sursum, & graui deorsum, sed prout natura ad id inclinat, licet per liberum arbitrium compleatur, quo pacto cibum sumere, & virtutum officia exercere, ad q rationalis natura stimulatur, naturalia censentur, prima pars probatur, nam liberè homines aliqui matrimonio copulantur à quo alij abstinent: secunda pars probatur, quia nõ est quoddam inuentum ex hominum conditio, vt leges ciuiles, nec vt diuisio iure gentium introducta, sed res ex naturæ instinctu ꝑfecta; ratio probationis, nam prima causarum, ex qua naturæ opera perpendun tur est finis. 2. Phis. Deus enim & natura quicquid agunt, in finem aliquem referunt, vnde nõ pluit temere, sed ad ꝓcreanda terræ nascentia, vnde Alb. lib. de animalib. d. falsum esse viperam mori in partu, cui enim natura dedit vim concipiendi, & pariendi dedit. Finis verò concubitus maris, & fœminæ inter homines non est prolem in hoc tñ edere vt sit & viuat, sed vt debita nutritione, & educatione ad perfectum secundũ animam, & corpus perducatur, vnde vt Phil. loco prædicto, d. Filij à parentibus tria maxima beneficia suscipiunt, esse, ali, & educari; Finis verò hic & intentio naturæ non posset modo debito obtineri nisi singulariter vir & vxor arctissimo nexu copulati vicarias operas ad proles nutriendas, & educandas sibi præstarent, q fieri non posset si societas eorum liberè dissolueretur, nec proli esset benè cõsultum, ergo matrimonium est de iure naturæ. Secundò, nam homines non solum gratia creationis alterius egent, vt animalia, sed & eorum gratia quæ

Matrimoniũ est naturale, & quomodo.

quæ ad vitam conferunt, vt .s. vxor curet quæ domi agũtur, vir quæ foris, vt emptione victum quærere, & publica negotia gerere: vt dicit in œcon. lib. 1. & 2. Vnde cũ homo quatenus est pars domus sit coniugalis, & vt pars ciuitatis sit politicus, quo domus prior est, & domus magis necessaria quàm ciuitas, & procreatio filiorum animalibus communior, fit vt tanto magis natura sua sit coniugale, quàm politicum. Tertiò probatur Gen. 1. vbi Eua ex Adam est formata, vt inter eos esset summus amicitiæ vinculus. ita D. Tho. 4. dist. 26. q. 1. art. & ibi Sot.

Matrimonium quã do fuit institutum qualiter, & an sit in præcepto.

Secunda propositio. Matrimoniũ fuit institutum tñ in officium in statu innocentiæ ante peccatum, post lapsum verò hominis institutum perstitit non solum in officium, sed etiam in remediũ; probatur auth. Aug. lib. 9. Gen. ad literã. c. 7. & Vgo. lib. 2. de sacr. part. 11. Et fuit institutum à Deo, & etiam præceptum illis verbis Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, vt d. D. Th d. q. art. 2. & est communis opin. teste Sot. d. art. 2. authoritate Aug. 14. ciu. c. 22. & ratione, nam matrimonium ad creãdam speciem, ita est necessarium, vt ad conseruationem indiuidui alimenta, nisi q cuiq; est magis necessaria conseruatio sui indiuidui, q̃ speciei, ergo vt est præceptum naturale, vt homo ad suam conseruationem alimentum sumat, sic est illi præceptũ conseruandæ speciei, q non alibi expressius habetur quàm illis verbis: Crescite, ergo ibi fuit institutum & simul iussum. Post peccatum verò cœpit matrimonium prodesse in remedium, cum d. in dolore paries filio:, & sub viri potestate eris, & viro, quia audisti vocem vxoris tuæ, vt d. Scot. & Ric. vel vt d. Sot. ibid. id præceptum ante naturæ integræ fuisse positum, vt cuicunq; statui pro eius ratione seruiret; scilicet ante peccatum vbi nulla erat concupiscentia, in officiũ, post verò etiam in remedium. Vnde sequitur, q post diluuium non sit positum aliud præceptum, q̃ prius, sed id repetitum & etiam confirmatum per modũ etiã benedictionis ob necessitatem quæ tunc ingruebat, sicut prius procreandi humanum genus, q aquis fuerat submersum; tamen vt verum sacramẽtum non potuit institui nisi à Christo in lege euangelica.

Hinc sequitur, q præceptũ illud semper ab orbe condito durat, & durabit vsq; ad finem sub eodem tenore & vigore; probatur à D. Th d. dist. q. 1. art. 2. ad primum. Nam hoc est præceptum iuris naturæ ad propagandam speciẽ, posset autem nunc etiam necessitas generationis accidere, ergo manet semper in præcepto, & non tñ qñ necessitas vrget, sicut nec præceptũ eleemosynæ surgit tñ qñ adest necessitas succurrendi egenti. Est autẽ necessitas naturalis dupliciter homines inclinans, primò ad finem cuiusq; particularem, vt conseruatio indiuidui, & huiusmodi necessitas obligat singulos ad cibum sumendum, non semper sed qñ oportet, & vbi, alia non singulis, sed toti Reipublicæ incumbens, & hæc non obligat singulos, sed Rempubl. in communi, & sic principes qui eius sunt administratores necessarij sunt, vt agricoltura militia &c. nõ enim quilibet tenetur eam artem eligere, sed quam vult; si tñ contingeret vt aliqua ars esset artificibus destituta, tunc princeps posset cõpellere eos qui essent necessarij; sic lex matrimonij nõ singulos, sed collectim Rempubl. obligat. Vnde in principio orbis, quia in Adã erat tota Respubl. illi posita est lex, qua ẽt cogere poterat filios vt connubia inter se conciliarent, donec iusta esset facta humani generis propagatio, & idẽ de Noe; Vbi verò illa necessitas non adest, prouidentia Dei est, & naturæ instinctus & voluptas sufficit, vt non desint qui rei vxoriæ sine coactione operam dent. Vnde præceptum matrimonij, licet semper duret in Repub. tamen consilio castitatis non aduersatur. In lege verò euangelica vbi talis necessitas ingrueret posset rex .s. Papa cogere religiosos, qui voto se non astrinxerint ad matrimoniũ, imò si tanta esset necessitas, vt nulla ratione nisi per matrimonium eorum qui voto castitatis se addixerunt, genus humanũ susten-

sustentari non posset, etiam ij qui voto castitatis se obstrinxerint ad matrimonium tenerentur, votum enim semper includit illam conditionem, nisi ius naturæ conseruandi genus humanum obstet. ita Sot.d.art.2.

Matrimonium an licitum sit, & ēt meritorium.

Tertia propositio. Coniugalis complexus licitus est, & proinde eum negare licitum esse & necessarium non fuisse in statu naturæ integræ, hæresis est, & dementia contra lumen naturæ, probatur conclusio, verbo Apost. 1.Cor.7. d.virgo nō peccat si nubat, secūdò Gen. 2.Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi; in quem locum d. Aug.lib 9. Gen.ad literam.c.7. non ad adiutorium factam mulierem, si generandi causa subtrahitur. Vnde Dñs Mat.19.& Mar.10. d.propter hoc relinquet homo patrem, & matrē, & adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna, quæ verba etiam ante peccatum fuere prolata, ergo ibi in statu innocētiæ fuisset generatio;Præterea natura per peccatum in officijs naturalib. non est mutata, ergo sicut tunc, sic nūc species nostra, sicut aliorum animalium per commistionem masculi,& fœminæ propagantur, ideo patet hoc esse naturale opus,& sic simile in statu naturæ integræ fuisset. Idem probatur per Leonem in ep.ad Termillum. c.2. & in Conc.Bracar.& Tolet.1.& alijs multis. Quod verò contrarium sit hæresis, docet Aug lib.de hæres.c.35. Tatianos & Eucratitas fuisse illius hęresis authores. & Hier.lib.1.contra Iou.Marcionem,& Manichæum Talian. antiquiores ponit eius hæresis inuentores,& Tert.ad Marcionem eundem de eodem conuincit errore.& hæc hæresis damnatur in c.damnamus.de summa Trin.

Quòd sit error alienus à naturæ ingenio,prædixit Ap.1.Tim.4.d.Futuros esse qui spiritu dæmoniorum prohiberent nubere,& cibos sumere .s. ad conseruationem indiuidui. Idem probat 1. Cor.7. vbi licet virginitatem præferat matrimonio, tñ id approbat monens vt quisque suam vxorem habeat, ne se defraudent. Hinc sequitur, q̄ actus coniugalis potest apud Deum esse meritorius gratiæ, probatur primò, quia est actus obedientiæ.1.Gen. Crescite &c ergo si nō alia vitietur praua circunstantia,vel fiat extra charitatem erit moraliter bonus, sicut vbi & qñ oportet comedere ad conseruandam vitā; & si fiat ex charitate erit simpliciter virtus, & apud Deum gratus,& meritorius. Nec solum est obediētiæ, sed etiā iustitiæ officium si fiat ad reddendum debitum: vt d.Ap. Vir vxori debitū reddat;potest etiā esse actus religionis si fiat ad creandos liberos in obsequium Dei, non tñ oportet, vt coniuges hos fines meditētur necessariò dum cōmiscentur,sed sat est virtualis relatio,vt si nullam malam apponant circunstantiam. Non tamen sic est meritorius vt sit optandus, & ideo frequentandus,quandoque enim est abstinendum cōi consensu orationis gratia. Posset tñ esse peccatum, primò si fieret ociosè .i. sine vllo fine formali, vel virtuali, cum nullus detur actus in indiuiduo indifferens: vt d.D.Th.1.2.q.18.ar. 4.& dixi in casu de legatis,cas.8.& sic esset venialis culpa;secundò,si coniux sola libidine moueatur tamen intra bona matrimonij, sic vt ad aliam non accederet:& sic est veniale;tertiò,si coniux libidine extra bona matrimonij feratur, vt .s. cum quacunque muliere id facere proponeret,esset mortale, non q̄ accessus ad suam sit peccatū simpliciter, sed propositum accedendi ad alienam, q̄ speciem adulterij inducit.ita D.Tho.d. q.1.art.3.& 4. & ibi Sot.latè art.3.

De Matrimonio quatenus est sacramentum. Cap. IIII.

Prima propositio. Matrimonium est sacramentum nouæ legis, probatur Eph.c.5. d.Sacramentum hoc magnū est in Christo,& in ecclesia, vbi vox sacramentum nō accipitur pro misterio, sed pro sacramento propriè dicto.i.pro signo rei sacræ, & non pro contractu tm̄;Sacramentum enim ibi accipitur in vnitate viri & fœminæ, vt ibi exponunt

Matrimoniū est sacramentū nouæ legis.

exponunt Amb. & Hier. & Chris. hom. 20. in ep. ad Eph. & Aug. lib. 1. de nupt. & concupis. c. 10. vult enim dicere Apost. Sacramentum hoc, s. q̃ homo relinquat patrem, & matrem, & adhæreat vxori suæ, & sint duo in carne vna, magnum est, quia Christi, & ecclesiæ coniugium repræsentat.

Ex Patribus Leo ep. 92. ad Rusticum. c. 4. Vocat matrimonium sacramẽtum, & misterium. Chrisost. hom. 20. in ep. ad Eph. Amb. in c. 5. ad Eph. lib. 1. de Abraham. c. 7. Siricius Papa ep. 1. c. 4. Innoc. I. ep. 9. ad Probũ. Cirill. lib. 2. in Io. c. 22. Aug. lib. 9. Gen. ad literam. c. 7. de fide, & operibus. c. 7. de bono coniug. c. 7. 8. 15. 17. 18. 24. 25. lib. de sancta virg. c. 12. lib. 5. contra Iul. c. 9. lib. 2. de pecc. orig. c. 34. lib. 1. de nupt. & concup. c. 10. 17. & 21.

Ex Conc. probatur in Conc. Gangr. c. 1. Bracar. I. c. 2. Flor. sub Eugenio IIII. & Tr. sess. 24. de sacr. matr. can. 1. in Concil. Constantiensi sess. 15 contra Hus. & in c. ad abolendam. de hæret.

Ratione probatur, nam matrimoniũ Christianorum est vnius tm̃ cum vna, & omnino indissolubile, ergo est sacramentum conferens gratiam, & sic propriè dictum, antecedens patet Marc. 10. qui dimiserit vxorem suã, & aliam duxerit, mœchatur, cõsequentia probatur, nam ex eo q̃ est vnum, & insolubile, colliguntur duo: primò, esse signum sacrum: secundò, conferre gratiam, quæ duo sacramentũ efficiunt, nam illa indissolubilitas in vnis nuptijs, nõ potest referri nisi in signum coniunctionis Christi cum ecclesia, in quam causam vbiq; Aug. eam indissolubilitatem refert, in libro de voto coniugali. nam si consideretur vt ratio prolis propagandæ, nõ est ratio sic cur ob sterilitatem non possit dimitti, si etiam vt in remedium fornicationis, non est ratio cur ob morbũ nõ possit dimitti; Vnde matrimonium iure naturæ habet quandam indissolubilitatem: vt d. D. Th. d. 33. q. 2. art. 1. non tñ tantã quin ratio dictet expedire qñque vt soluatur quò ad thorum, maximè accedente dispensatione diuina potissima, ergo causa eius indissolubilitatis est, q̃a significat diuina institutione insolubilem coniunctionem Christi, & ecclesiæ. Secunda ratio sumitur à fine matrimonij, qui est propagatio prolis, & remediũ contra peccatum fornicationis ad quorum essentiam requiritur in matrimonio gratia Dei, nam in primo nõ solum ad matrimonium pertinet creare liberos, sed etiam educare & instituere, vt sic homines differant àbrutis, vt supra, sed ad officium instituendi liberos iuxta regulam rationis, q̃ est cõmune omnibus gentibus, ad Christianos coniuges pertinet filios instituere in fide, & religione, & operam dare, vt ecclesiæ viua membra efficiantur, q̃ patet tũ quia ad hoc cõiunguntur ecclesiæ filij, vt ecclesiam augeant & conseruent, tũ quia id requirit similitudo Christi, & ecclesiæ ex vna parte, & viri & fœminæ coniunctio ex altera: Christus enim & ecclesia semper spirituales filios gignunt per baptismum, per Eucharistiam nutriunt, per cõfirmationem roborãt &c. ergo obligantur coniuges Christiani ex coniugio ad officia diuina, nunquam verò à Deo committuntur officia, quæ naturam superant, nisi simul etiam gratia detur, per quam illa officia exerceãtur. Ratione alterius finis solum cõiugium sine gratia Dei non est sufficiens remedium contra fornicationem, quia cõcupiscentia ex actu cõiugali potius accenditur, & etiam ob morbum cõiugis, vel absentiam coguntur qñque abstinere, q̃ difficilius est coniugatis, quàm virginibus, pertinuit ergo ad authorem diuinæ legis, vt remedium perfectum ecclesiæ filijs prouideret; Præterea matrimonium semper inter res sacras habitum est, & inter sacrorum solemnia à sacerdote celebrari solitum.

Ex his colligitur, vt supra, quòd matrimonium à Deo est institutũ Gen. 2. faciamus illi adiutorium, quem locum, vt supra, ita de matrimonio interpretatur Aug. 9. Gen. ad literã. c. 7. & Gen. 2. propter hoc relinquet homo patrem & matrem, quæ ab Adamo dicta sunt dictante Sp. S. Christus enim Matt. 19. ea verba tribuit Deo; vnde Deus per os Matrimoniũ à Deo est institutum, & qñ.

Adæ

Adæ illa pronunciauit. & Matt. 19. quod Deus coniunxit homo non separet, nec alia de causa Ioã. 2. voluit Christus nuptijs interesse, nisi vt indicaret se fecisse nuptias, vt ibi Aug. notauit & 1. Cor. 7. 1. Tim. 4. & 5. Heb. 13. In noua lege, qua ratione est sacramentum, est à Christo institutum. quia omnia sacraméta, cum sint instrumenta passionis Christi, ab ipso sunt instituta. Quo verò ad alia eius officia, vt mutua officia, affinitates, & huiusmodi iure gentiũ, & ciuili aliquæ adhibentur leges, quibus matrimonium stabiliatur, vt de dotibus quas expedit mulieribus conseruari. l. 1. ff sol. matr. de successione vxoris in parte bonorũ, de legatis, donat. & huiusmodi, de quib. ff. de iure dot. & donat. inter vir. & vx. Et ita matrimonium, licet sit res vetus, tñ per Christi institutionem sacramenti rationem accepit, vel qñ nuptijs interfuit, vel qñ Matt. 19. d quod Deus coniunxit homo non separet. ita D. Th. dist. 26. q. 2. art. 1. & 2. & ibi Sot. Bellarm. lib. de sacr. matr. c. 2. 3. & 4.

Matrimoniũ cõfert gratiã, & quomodo.

Tertia propositio. Sacramentum matrimonij confert gratiam, probatur, nam matrimonium est sacramentũ nouæ legis, Sacramenta autem nouæ legis conferunt gratiam, vt dictum est supra de sacr. in gen. & habetur in Conc. Flor. & est sententia Aug. in Psal. 73. Præterea, nam sicut Eua è costa Adæ educta fuit in officium matrimonij, ita & de latere Christi in cruce educta est ecclesia, vt per sacramentũ matrimonij Christiani filij procrearentur qui eius colerent religionem, & sic in spirituales Dei filios adoptarentur, ergo matrimonium gratiam ex eodem latere promanantem veluti reliqua sacramenta cõfert, quæ gratia sacramentalis: vt d. D. Bon. d. 26. art. 2. q. 2. triplicem opem fert, vt vir sua sit contentus, & vxor suo: secundò, vt officio debito coniugij vtantur: tertiò, vt vbi opus fuerit, ob satietatem à debito reddendo non abhorreant, vt etiã præsupponit D. Th. d. q. 2. art. 3. dum d. dari gratiam adiuuantem ad illa operanda, quæ in matrimonio requiruntur, quia vbicunq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia quibus homo conuenienter possit vti facultate illa.

Ex his colligitur erroneum esse negare matrimonium cõferre gratiam, cum in Conc. Flor. sit declaratum, omnia sacramenta gratiã conferre, nisi obex ponatur; vnde opinio aliquorum canonistarum, qui id negant erronea est, si nõ hæretica, cum de hoc non sint condemnati. Id verò intelligitur secundùm aliquos qñ per ministrum administratur; si enim clanculum & absq; ministro cõtrahatur, nisi sacerdos cum sua forma interuenerit, non confert gratiam, vt videtur insinuare D. Tho. 4. lib. con. gen. c. 78. matrimonium non esse sacramentũ, nisi qñ per ministrum ecclesiæ ministratur, quæ tñ opinio est singularis: vt d. Sot. d. q. 2. art. 3. nam in Conc. Flor. non ponitur determinata materia, vel forma matrimonij, & verba sacerdotis, vt ipse d. non sunt de essentia formæ, ergo d. non adesse aliam formam quam quæ ex contrahentium consensu verbis expresso colligitur. Vnde Vgo lib. 2. de sacram par. 11. c. 5. d. coniugium tunc esse incipere ex quo consensus inter masculum, & fœminam factus fuerit, & non qñ sacerdos d. ego vos coniungo. Vnde colligitur, quòd clandestinum matrimonium est sacramentum, quia iura contrarium non exprimunt, licet enim sint interdicta, non tñ dicitur non esse vera & legitima, donec ecclesia ea reprobet. Hodie verò in Conc. Tr. d. matrimonia clandestina, quæ contrahentium consensu contrahuntur esse vera matrimonia, donec ecclesia ea reiecerit, nunc verò matrimonia non valere, nisi in præsentia parochi, & duorum saltem testium sint contracta, vt in c. 1. sess. 24. Vnde & D. Th. d. 28. ar. 3. d. in matrimonio actus contrahentium esse sufficientes causas proximi effectus. i. colligationis, & ideo verba exprimentia consensum cum directè faciant nexum, conferre gratiam, non vt actus humani, sed ex institutione diuina. Benedictio tñ sacerdotalis nõ est de essentia sacraméti, de quib. infra.

Quarta propositio. Matrimoniũ per mutuum consensum de præsenti conciliatum

Matrimoniũ, an sit

liatum est integrũ integritate quæ consistit in esse rei, & sic prima, & essentiali, non autem perfectione secunda, quæ consistit in operatione: vt d. D. Tho. d. q. 2. art. 4. Ratio primæ conclusionis, nam matrimonium est maris, & fœminæ cõiunctio indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinens. c. illud. de pręsumpt. & habetur 27. q. 2. in princ. vnde essentialis natura matrimonij est vinculum quo personæ sibi se mutuo tradunt, tunc enim dicuntur matrimonium contrahere, quia tũc cõtractus celebratur, hoc verò fit dum amborum consensus de præsenti concurrit, ergo tunc matrimonium in sua substantia perficitur. Vnde cum vsus & operatio rei non sit de eius essentia, fit vt ante copulæ consummationem sit legitimum matrimonium. Tertiò, nam aliàs matrimonium senum & sterilium non esset verum, & probatur multis canonibus alleg. 27. q. 2. quibus probatur consensum non concubitum facere matrimonium, & probatur 1. Corint. 7. vbi Apost. docet separationem thori nõ dissoluere matrimonium. & Aug. lib. de bono coniugali. d. ꝙ in nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, quàm fœcunditas ventris. Præterea inter Mariam & Ioseph verum fuit matrimonium. c. beata Maria. 27. q. 2. & probat August. lib. 1. de nupt. & concup. c. 9. iuxta verbum Angeli Matth. 1. & tñ hæresis esset dicere ibi fuisse carnalem copulam etiã in proposito tantum, cum prius id voluntati diuinæ commiserint, & postea voto firmarint, ergo sine copula est verum, & ratũ sacramentum, & matrimonium, sed nõ consummatum nisi per copulam, ꝙ non dirimitur per ingressum religionis, vt primum, vt infra dicetur. ita Sot. dicta quæst. 2. art. 3.

De essentialibus Matrimonij. Cap. V.

Matrimonium quid sit.

PRima propositio. Matrimonium est viri, & mulieris coniunctio maritalis indiuiduam, & perpetuam vitæ consuetudinem retinens, q̃ diffinitio est optima, quia cum res per suas causas debeat diffiniri, illa quæ datur per causam finalem & formalem est optima. Causa verò formalis est idem ꝙ species quæ constat ex genere & differentijs, genus verò matrimonij est, ꝙ sit formalis coniunctio, ꝙ significantius nomen cuiusque obligationis designat, quia licet nõ se obligarent per mutuos consensus, sed Deus traderet vnum alteri in perpetuam societatem esset ibi matrimoniũ, esset etiam ibi obligatio, sed non per consensus. Differentia verò quæ constituit speciem est ꝙ sit maritalis, quia si esset aliud genus pactionis, vel contractus quo se masculus & fœmina inuicem obligarent, vt sibi seruirẽt, .s. ob pretium, & huiusmodi, non esset matrimonium, dicitur viri & mulieris, licet idem sit etiã maris & fœminæ, aptius tamen sic dicitur, quia inter bruta requiritur secundum, non primum; & ita ẽt dicitur, quia inter personas eiusdem sexus non potest esse matrimoniũ. l. cum vir. C. ad leg. Iul. de adult. solet verò poni inter legitimas personas à Mag. d. 27. ex Vgo. 2. de sacr. par. 11. c. 14. sed non est necessariũ, quia inter personas illegitimas non est maritalis coniunctio. Dicitur, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, ad notandum expressionem causæ finalis, dicitur etiam indiuiduam, quia nõ tollitur de consensu partium more cõtractus ciuilis, qui mutuo consensu dirimitur. §. fi. Instit. quib. modis oblig. toll. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. quia contractus matrimonialis non est merè ciuilis à solo humano consensu dependens in fieri & conseruari, sed lege diuina, vnde licet cõciliatio matrimonij ex consensu mutuo contrahentium pendeat, tamẽ lege diuina, qua est institutum sacramentum, fit statim indissolubile, vt per contrarias voluntates dissolui non possit.

Matrimonium per quæ perficiatur, & consensus in eo quo

Secunda propositio. Consensus mutuus contrahentium de præsenti in indiuiduam vitam est causa efficiens matrimonij: probatur in c. sufficiat. cũ alijs ibi alleg. 27. q. 2. c. tuas. de sponsal. l. nuptiæ. ff. de rit. nupt. & in Conc. Flor. consensus

intelligat, & sic è de literis pro curatore &c.

sensus verò parentum de honestate requiritur, ratione probatur. i. dictum, nā bona vnius nō possunt in alterius potestatem transire, nisi vel lege cogēte, vel accedente ipsius dñi consensu l. consensu. ff. de act. & oblig. § p traditionē. Instit tit. de rer. diu. l qua rōne. § literæ. ff. de acq. rer. dom. sed per matrimoniū tradit vir sui potestatem viro, & èconuerso. 1. Cor. 7. vir corporis sui potestatem nō habet, sed mulier &c. & homines ad id nulla lege humana possunt compelli, ergo necessarius est amborū consensus; Dicitur per verba de præsenti ad differentiam sponsaliorum, quæ sunt de futuro, vt supra est dictum. Non tñ requiritur consensus formalis, & expressus in carnalem copulam, sed sat est illam implicitè, & virtute in illo consensu contineri, & est conclusio. Vgo. li. 2. de sacr. part. 11. matrimonium enim non facit coitus, sed consensus. c matrimoniū. 27. q. 2. l. nuptias. ff. de regul. iur. Ratio, nam substantia matrimonij cōsistit in traditione mutua propriorum corporum & animorum, qua. s. vnus potestatem alteri sui corporis facit, & in obsequijs mutuis, & implicitè in illo vsu carnali ad q matrimoniū ordinatur. 1. Cor. 7. Vnde substātia matrimonij exprimitur in illa forma, accipio te in meam, & trado me in tuam, & èconuerso, quæ substantia ideo in hoc consistit, vt vterq; coniugum ius habeat vtēdi altero ad illum finem, & sine alterius consensu nemini abstinere liceat, nec cum altero commisceri. In hoc verò sensu non exprimitur formaliter consensus in copulā, sed tantum implicitè si alius voluerit, quo fit vt huiusmodi cōsensus matrimonij, perfectæ virginitati corporis, vel mētis nō repugnet, licet enim quis tradat potestatem sui corporis alteri, si tñ scit alterū illius potestate nunquam vsurū, nil contrarium firmo proposito virginitatis admittit, vt infra. Non tamē tollitur, quin absq; consensu hominū de potentia Dei absoluta valida sint matrimonia, quin cōsensus est causa efficiens matrimonij, Deus potest verò seipso solo supplere vicem cuiusq; causæ efficientis, vt sine sole illuminare, & sine alimento sustentare, ergo potest matrimonium inter duos sine eorum consensu perficere, & alijs rationibus quas optimè congerit Sot. d. tñ de facto nūquam id Deum fecisse, nec in Osea Os. 1. nec in primis parentibus. Ex his colligitur, q Deus huiusmodi facultatem Reipublicæ nō tribuit vt possit absq; consensu contrahētium matrimonia firmare: vt ibi d. Sot. concl. 2. nam cōueniens fuit, vt sic illud relinqueret vt per ius naturę ipsum instituit, ius verò naturæ omnino ad suū finem adnititur, finis verò matrimonij id maximè poscit, vt coniuges in suam societatem libentissimè conueniant, aliter non possunt in indiuidua vita perpetuò viuere, nec sibi grati esse possunt, nisi spontè sua consentiant, quòd .n. quis non diligit, non optat, & facilè contemnit. c. præsens. 20. q. 3. vnde nec ad religionem quis est cogendus, vt ibi d. Nicolaus Papa, ergo nec ad matrimoniū. ita D. Th. dist. 27. q. 2. art. 2. quæst. 1. & ibi Sot. latè.

Consensus verò interior non sufficit in matrimonio, sed requiritur exterior verbis expressus, vel signis, aut nutibus, probatur in c. licet. de sponsa duorum, vbi deciditur oportere vtrunq; verbis consuetis mutuo consensu alterum recipere; Præterea matrimoniū fit ad modum contractus naturalis, sed huiusmodi non valent, nisi inuicem sibi voluntatem suam verbis promant, ergo verba requirūtur in matrimonio, quibus consensus exprimitur, vt expressio verborum se habeat ad matrimoniū sicut ablutio exterior ad baptismum, & nutus, & signa pro verbis in non valentibus loqui cōputantur D. Th. d. q. 2. ar. 3. qst. 2. & ibi in resp. ad 2. imò etiam sufficiunt nutus, vel signa etiam in valentibus loqui. c. tuæ fraternitati. de sponsal. & sequitur Sot. d. 27. q. 2. art. 3. Hæc aūt verba sufficit, quòd exprimantur in foro sori à patre, vel tutore puellæ, vt est expressum in c. 1. §. porrò. de despōs. impuber. in 6. ipsa tacēte, nec reclamāte, aliàs non censebitur matrimoniū in foro exteriori sine externo consensu, sed in fo-

In Matrimonio q consensus requirat, & vt expressus.

ro conscientiæ sufficit q. exprimâtur à quolibet astantium puella non contradicente: vt videtur sentire etiam D. Th. d.quæst.2.ad tertium. Hinc fit vt inter absentes etiam qui nunquã se viderunt possit contrahi matrimonium per procuratorem, & literas consensus mutuos exprimentes, dummodo fama vel auditu, aliquo modo se nouerint, vel etiã si sint diuersarum linguarũ per interpretem.c. tuæ fraternitati.de sponsal.c. nec illud.in gl.30.q.5.& 32.q.2. non omnis. Tur.Cr.in c.matrimonium.ar 2.27.q.2. Sot.d.27.q.1.art.3. Hodie tamẽ cum ex Conc.Tr.sess.24.c.1. requiratur vt matrimonium celebretur coram parocho, & testibus non video quõ per procuratorẽ contractũ validẽ esse possit, nisi id fiat in eiusdẽ procuratoris ꝓsentia præsente altero ex cõiugib.vel procuratore alterius. Ratio verò quare cõsensus mutuus de præsenti sit exprimẽdus per aliquod sensibile signum .s. verba, nutus, signa, interpretes, literas, & huiusmodi, est, quia matrimonium est sacramentũ, & in tali quolibet requiritur sensibile signum, vt d.Tur.Cr.ibid. Consensus tñ per verba de futuro non facit matrimonium, quia qui promisit se aliquid facturum non facit illud, sed qui consentit ꝑ verba de futuro, promittit se cum aliqua contracturum matrimonium, ergo adhuc non contrahit cum illa; secundò, causæ sacramentales significando efficiunt, vnde id efficiunt q. significant, sed cum quis per verba de futuro exprimit consensum suum, non significat se facere matrimonium, sed facturum, ergo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsionẽ eius, quæ sponsalia dicuntur Turr.Cre.d.c.art.3. post D.Th.d.art.2.quæst.3.

Matrimonium sine cõsensu interno contractũ an validũ sit, & quid ibi sciendum.

E conuerso sicut cõsensus sine verbis, vel nutibus non sufficit, ita nec verba sine interno consensu matrimonium efficiunt, probatur in d.cap.tuæ. de spons. vbi in puero ante ætatem legitimã verba non sufficiunt, & c.tua nos.eo.tit. vbi habeš, quæcunq; verba interuenerint, si consensus deficiat, non effici matrimonium. Ratione probatur, primò, nam consensus in omnibus sacramentis illa recipiendi requiritur, hic non adest, ergo: secundò, nam qñ quid constat ex aliquo tanquam formali, & ex aliquo vt materiali, qñcunque hoc deficiat & ipsum deficit, sed sacramentum matrimonij est tale, ergo cum cõsensus animorũ sit dispositio, & forma .s. factus per verba &c.in præsentia, vt supra, sit complementum, quodcunque deficiat non erit sacramentum; tertiò, sicut se habet ablutio exterior ad baptismum, sic expressio verborum ad matrimoniũ, sed si qs ablutionem exteriorem acciperet non intendens accipere sacramentum, sed ludum & dolum facere, non esset baptizatus, ergo nec hic. ita Tur.Cre.d.c.art.4. D.Th.d.q.art.2.quæst.4. In hoc verò casu si vterq; dissensit verè animo non est matrimonium in foro conscientiæ, ecclesia tñ in foro fori pro eo iudicabit donec contrarium probetur, qñ verò alter dissensit, nõ est item matrimonium ex aliqua parte, quia matrimoniũ consistit in mutua cõiunctione: vt d.D.Th. d.art.2.q.vlt.ad secundum; & si quis sic contraxit, vt à fœmina carnalem copulam extorqueret, tenetur seductor cum illa contrahere sub pœna peccati mortalis, si aliam non duxit, si verò duxit, tenetur ei damnum resarcire, q. stupro intulit: vnde iure canonico, & ciuili pœna stupri est puniendus, iuxta c.1. & 2. de adult. & si sint pares cõditionis debet eã ducere, aliàs saltẽ damnum resarcire. D.Th.d.28.q.1. art.2. ad quartum. Silu. matrimonium.4 q. 8. Adr.de matr.tr.4. q.2.ver.dico igitur, mulier verò tuto cũ alio cõtrahet, si sufficientib. cõiecturis, & probationib. persuaderi potest in viro coniugalem consensum defuisse. Adr. ibi.q.2. Silu.q.9. Coar.4.decret. 2.p.c.2. nu.4. mulier verò patiens se sic agnosci si nullam habeat fraudis suspitionem à peccato excusaš, si verò adest suspitio probabilis, quia sit disparis valdè conditionis, vel quò ad nobilitatem, vel fortunam, tunc patiendo se cognosci peccat, vt sentit D.Th.ibi. ad tertium.

Quod si contraxit postea cum secunda ecclesia compellet eum ad standum

cum prima, quia iudicat secundùm ea quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia, licet decipiatur in facto, sed is debet potius excõmunicationem sustinere, quàm redire ad primam, vel in remotas regiones fugere. D.Th d.27.q.1. art.2.4.quæst. ad tertiũ. & debet ei primæ damna resarcire: vt d.28. dist.q.1. art.2.ad quartum. Vbi verò ignoratur an consenserit vel nè, si leuis sit scrupulus est deponendus, vt d.Scot.d.30 & habetur in ca.inquisitioni. de sent.excom. dubiũ verò dr̃ qñ quis nec assentit, nec dissentit, & tunc est deponendus si leuis sit coniectura de contrario, & vbi est moralis certitudo alterum cõsensisse in matrimonium mortale est ad alias transire nuptias, vel debitum negare petenti, huiusmodi verò coniecturæ ex diuersis qualitatibus sunt pensandæ, vt si vir sit iuuenis, & nobilis, & aliàs probatæ vitæ, & aliam ducit, dicens se in primã inferioris conditionis nõ consensisse est ei credendum: vt d.Sot.d.art.3. & tunc puella potest alteri nubere, sic èconuerso si puella metu patris probabilib. coniecturis probat se contraxisse, non tamen cõsensisse, si sit fœmina aliàs bonis moribus prædita, & alteri viro copulatur, tunc vir potest alteram tuto ducere, si verò coniecturæ præteriti consensus sint vehementes, quia non sint valdè dispares, nec metus ita verisimilis, & talibus verbis & modo vir consensit, vt ipsa arbitrio sapientum non possit credere illum nõ consensisse, maximè si est notabile tempus: vt d.Ric.d.19.art.1.q.3.licet vxor iuramento id neget, vt ad alias transeat nuptias, non debet illi credere, argum.c per tuas.de probat.& alteri non potest nubere, & si nubat debet separari non obstante scandalo, quò ad thorum, si sit congressus periculum. ita Sot d.art.3. Vbi verò non est huiusmodi certitudo, de primo matrimonio, sed sit ad sapientum arbitrium dubius, ita vt post debitam diligentiam vtrinq; sint pares coniecturæ, non potest transire ad secundas nuptias, & ẽt peccaret contra conscientiam, nec eam deponere tenetur, quia vterq; est in possessione matrimonij, ideo neuter per suũ dubium potest alterum iure suo spoliare: q̃ si postea ambo vel alter incipit dubitare de matrimonio, vt si mulier audiuit à primo se non consensisse, vel esse consanguineos, & cũ secundo nubat, & incipit dubitare primum valuisse, & secundum non, vel dubitet eum secundum esse consanguineum, si facta diligẽti inquisitione res dubia manet, probabile est non solum posse reddere, sed etiam petere, maximè si ambo coniuges dubij sint, quia tunc citra suam culpam essent sua libertate priuati, vt petere neuter posset, & ita intelligit Sot.d.art.3.c.inquisitioni.de sent.excom. & c.dominus de secun.nupt. quibus habẽt qui est in huiusmodi dubitatione quam relinquere non potest, nec debet, reddat, sed non petat. Quod si interius non adhibuit consensum, licet verbis expresserit si transiuit ad secundas nuptias tenetur satisfacere damna, vt supra, q̃ si res est integra, tenetur præstare consensum & sic contrahere: vt d.D.Th.d.28.art.2. ad quartum, nisi vt supra sit multũ dissimilis cõditio eorum, quo casu debet ei satisfacere, & prouidere de nuptijs, vt ibi d.D.Th. & ego dixi in casu incestus. ita Sot.d.art.3. Non tñ est necesse vtriusque consensum simul tp̃e concurrere, imò sat est vt vnus hodie cõsentiat, & alter alio tempore etiam longo, si modo primus consensus cadit super materiam legitimam, quia si adesset affinitas, & requireretur dispensatio, consensus non prodest nisi post obtentam dispensationem. ita Sot.d.art.3.

Tertia propositio. Consensus coniugum verbis expressus, vel per verba cõsensum exprimẽtia sunt materia, & forma huius sacramenti; vel ipsa corpora, vel personæ contrahentium sunt materia, forma verba consensum exprimentia: vt d.Pal.4.d.1.q.4. quæ duæ sententiæ sunt veræ, & cõciliari possunt; nam potest matrimoniũ considerari: primò, vt fit, secũdò, dum manet & factum est: si consideretur dum fit, tota eius essentia in signis exprimentibus consensum consistit, corpora .n. coniugum non cõ- | Matrimonio qd sit materia, & qd forma.

Z z currunt,

currunt, nisi vt materia circa quam, vel vt subiectũ; sic enim est, & in alijs contractibus, vt in venditione domus dum fit, tota ratio cõtractus in consensu mutuo sita est, domus verò est materia circa quam illa operatio versatur, sed quia verba vnius coniugis determinant verba alterius, & ab illis pariter determinãtur, ideo in ijs potest distingui materia, & forma, nam verba quatenus determinant, forma dici possunt, quatenus determinãtur materia, & ita sentit D.Th.d. 26.q.2.art.1. ad primum, enim d.verba coniugum esse formam huius sacramenti, & ad secundum, d.actus coniugũ esse materiam, intelligens per actus verba q̃ ante dixerat esse materiam. Si verò consideratur matrimonium factũ, ipsi coniuges cohabitantes, vel eorum societas, est materiale simbolum externũ repræsentans Christi, & ecclesiæ indissolubilẽ coniunctionem, & ita sentit Vgo.lib.2. de sacr.par.11.c.5. & omnes cõmuniter Cano excepto. Cum verò ad ministrum pertineat verba formæ pronunciare, & per ea sacramentum cõficere, & in hoc sacramento verba formæ à coniugibus proferantur, necesse est, coniuges ipsos esse ꝑprios huius sacramenti ministros. ita Bellar.lib.1. de sacr.matr.c.6.gl.in c. tuas. cõmuniter recepta. de spons. Bal. in rub. ff.de iust.& iur. Adr.tr.4.de matrim.q.1.Coar.in 4.decret.2.part.c.1.§. vnico.n.8.Ric.Capreol.& alij.d.dist.26. Ex his reijcitur distinctio illa quam ponit Cano.8.loco Theol.c.5.qui d.matrimonium contractum sine ministro esse contractũ ciuilem matrimonij, sed non sacramentum matrimonij; hæc enim distinctio communiter reijcitur, & ignoratur ab omnibus: vt d.Bellar.d.c.6. licet verum sit, ꝙ ad modum contractus se habet, cum in eo tradat quis potestatem sui alteri, & ècõuerso, vt sup. Vnde nec minister in eo est necessarius exterior, cum non perficiatur per collationem alicuius rei exterioris, sed per contractum conuenientium: vt d.Petr.Sot. lect.4.de sacr.matr. Vnde & d.sequendo suam opin. ꝙ sicut in omni contractu necessariæ sunt res super quas cõtractus fundatur, & illæ sunt materia contractus, vt si venditur domus, domus erit materia vẽditionis, sic in matrimonio, qui contrahunt dicitur ipsius materia, .i.mas, & fœmina legitimi, qui tradunt sibi inuicem sui potestatem. Superest tñ maxima difficultas, nam certum est ecclesiam non posse immutare substantialia sacramentorum, vt dictum est supra de sacr.in gen. & tñ in Conc.Tr.sess.24. c.1. statuitur, vt matrimonium contractum sine præsentia parochi, & testium nullius sit momẽti, ergo videtur immutasse substantialia, respõderi potest sine tñ glo.appositione, qđ sicut ecclesia potest constituere certos gradus consanguinitatis, & affinitatis intra quos matrimonium sit irritum, quia dũ eos constituit, facit, vt personæ quæ alioqui erãt materia huius sacramẽti amplius non sint materia: vt d.Bellarm.d.c.6.ita potuit modum apponere contrahentibus, quo non seruato non sint amplius materia huius sacramenti, & ita potest dici hac ratione nouum id esse impedimentum, nec per hoc substrahiẽ quicquam de substantialibus sacramenti, qa adhuc necessarius est consensus verbis, vel signis expressus, & forma, & personę legitimæ, vel traditio sui ipsius vt materia, & ibi sit vterq; minister modo superius expresso. Vel si vellemus sentire cũ Cano, ꝙ in sacramento matrimonij, vt est sacramentum semper fuerit necessarius sacer minister, licet non vt contractus ciuilis, res esset absoluta, qa sic Conc. nil immutasset; sed quia id repugnat Concil.prædicto in princ. vbi anathematizantur dicentes matrimonium clandestinum non esse verum matrimonium, quò ad ecclesia id non reprobat; & etiã sequeretur matrimonia, quæ hactenus sine ministro sunt celebrata, nõ esse sacramenta, & etiã prædicta distinctio, vt supra cõiter reijcitur, ideo melius est vt prædicta difficultas modo supra posito soluatur. Vel dici potest matrimonium posse cõsiderari, vt officium naturæ, & vt sacramentum, primo modo est etiam apud infideles, & est verũ, licitũ, & legitimum matrimonium, & ex

ex eo nati filij sunt legitimi, ideo ijs coniugibus conuersis remanet matrimoniũ illud. arg. cap. ex literis. de conu. infid. & sic non confert gratiam, vt verò est sacramentum, sic confert gratiam, & est sacramentũ, & sic statim fideles vt coniunguntur ibi est sacramentũ: vt probat Bellar. d. lib. 1. c. 7. d. ét si nullus adsit minister ecclesiasticus, & sint clandestina esse verum sacramentum: vt d. D. Th. d. 28. q. vnica art. 3. nam in clandestinis inueniuntur ét omnia quæ sunt de essentia matrimonij .s. consensus vtriusque coniugum. vt d. Vgo lib. 2. de sacr. p. 11. c. 5. & D. Th. d. 26. q. 2. art. 1. ad primũ. d. formam in sacramento matrimonij esse verba coniugum, vnde colligit benedictionem sacerdotis non esse de essentia. Et etiam Conc. non poscit verba sacerdotis, ego vos coniungo, &c. vt formam, sed potius vt solemnitaté, nec ibi intelligitur, vt minister sit qui applicet formam, cum dicatur in præsentia, sed vt is qui materiam, quæ sunt personæ contrahentium, faciat legitimam cum testibus, quia licet ecclesia non possit mutare substantialia sacramentorum, potest tamen declarare hanc esse materiam, hanc non, vt fecit de Eucharistia, sic etiam potest modum apponere materiæ, vt nisi adsit sacerdos, & testes, contrahentes non sint materia.

Matrimonio iuncti ante consummationé an possint religioné ingredi

Quarta propositio. Ante matrimonium consummatum ratum tñ & contractum, licet vtriq; coniugum ad religionem conuolare, probatur in c. verũ. c. ex publico. de conu coniug. c. desponsatum. cap. decreta, & c. scripsit. 27. q. 2. Ratione probatur, nam ante carnalem copulam est tñ inter coniuges spirituale vinculum, sed post est inter eos etiã vinculum carnale, & ideo sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur, quia religio est quædam mors spiritualis, qua quis sæculo moriens viuit Deo. ita D. Th. d. 27. q. 1. art. 3. qst. 2. secundò, status religionis est perfectior coniugali, 1. Cor. 7. sed id ꝙ est perfectius nó debet per minus perfectum impediri, ergo vtrique coniugum si citra iniuriam alterius fieri potest integrum est ad religionem se conferre, ante verò matrimonium consummatum nõ fit tam atrox iniuria, quæ per lucrum dotis nõn repensetur, quia illa iniuria, vel fieret fini matrimonij, qui est creatio prolis, vel desertæ sponsæ, nõ primum, quia nullus præcessit cõiugalis congressus, non sponsæ, quia cum integra manserit nil honoris inter Christianos amisit, quin nubere possit. Confirmatur id exemplo multorum Sanctorũ, qui post nuptias celebratas ante thorũ voto castitatis se astrinxerunt, vt est de Ioanne Euangelista, vt legitur in præfatione eius operum, nec per hoc homo separat quod Deus cõiunxit: primò, quia id intelligitur de matrimonio consummato. d. c. publico. secundò, nam in transitu ad religionem non homo, sed Deus interna inspiratione diuino iure separat, quo religio tanquam spirituale connubium Dei est instituta. Qñ verò matrimoniũ est consummatum, neutri coniugum licet, altero inuito religionem ingredi; probatur canonibus in princ. allegatis. & Mat. 5. Mar. 10. Rom. 7. 1. Cor. 7. idem probatur ex traditionibus, omni. n. seculo Patres ita tenuerũt. Clem. can. 48. Ap. excõmunicari iubet, qui vxore dimissa aliã ducit. Iustin. in apol. pro chr. Clem. Alex. lib. 2. strom. Tert. lib. 4. cont. Marc. orig. tr. 7. in Mat. c. 19. in Conc. Elib. c. 9. Amb. in 16. Luc. Hier. in ep. ad Oceanũ. & in ep. ad Adamandũ. Chris. hom. 17. in Mat. cap. 5. Conc. Mileuit. can. 17. Conc. Aphric. can. 69. Innoc. in ep. 3. ad Exuperium. can. 6. Aug. lib. de adulterinis coniugijs, & lib. de bono coniug. Isid. lib. 2. de offic. d. cap. 19. Conc. Foroiul. can. 10. Teoph. c. 7. 1. ad Cor. Conc. Nannetense. c. 12. Ans. c. 5. & 19. Mat. c. ex parte. de spons. c. gaudemus. de diu. Doct. dist. 35. Conc. Flor. in instr. Arm. & demũ Trid. sess. 24. can. 7. Bell. li. 1. de sacr. mat. c. 16. Ratione, nullus enim potest facere obligationem Deo de alieno, vnde cum per matrimoniũ consummatum corpus viri iam sit factum vxoris, & èconuerso 1. Cor. 7. nõ potest absque consensu ipsius

ipsum Deo offerre per continentiæ votum. D.Tho.d.art.3. quæst.1. Vnde per solum obitum alterius cōiugum potest dissolui absq; vtriusq; cōsensu Rom.7. d. mulier obligata est viro, dum viuit .&c. nec in hoc Papa potest dispensare secundùm omnes. Qñ verò alter coniugū in matrimonio rato non consummato religionem profitetur, licet relicto matrimonium contrahere post eius tamē professionem emissam. d.cap.verum. de conu. coniug. quia sicut matrimonium consummatum morte temporali dissoluitur. Rom.7. sic matrimoniū non consummatum, q̄ est spirituale, morte spirituali, vt est religio dissoluitur, quia significat solum coniunctionē Christi ad animam per gratiā: vt d. D.Th.dist.27. q.1.art.3. quæst.2. quæ est amissibilis, ideo per religionis ingressum dissoluit, consummatum verò significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ est inamissibilis. Nec Papa altero inuito potest dispensare in matrimonio rato, vt altero manente in seculo, alter nubere possit eo inuito: vt latè probat Dom. Sot.d.27.q.1.art.4. Nec sufficit ingredi religionem, quæ non sit approbata, nec militem fieri in religione militari, secus de eorum clericis & monialibus, qui viuunt in claustro, & datur vtriq; tēpus duorum mensium ad deliberandum an velint ingredi religionem quo trāsacto tenentur reddere debitum petenti, vel ingredi.c.ex publico.de conu.coniug. & qñ alter ingreditur, remanens tenetur expectare integrum annum probationis antequam nubat; & cū hodie professio non possit fieri ante decimumsextū annū, vt in Conc.Tr.sess.vlt.c.in quacunque.esset etiam nunc maius tempus expectandum, cum matrimonium in decimoquarto fieri possit, vt infra. Nec intra duos illos menses datos ad deliberādum, licet vi opprimere dicentem se habere in animo ingrediendi religionem, id enim esset peccatum mortale, si tñ vi consummetur nō potest amplius ingredi, quia matrimonium ratione consummationis fit natura sua indissolubile, & q̄ vi oppressa sit, accidens est, q̄ naturā

Matrimonio iuncti an possint ingredi religionēq̄, & q̄uo.

mutare non potest. Sot.ibi. Dicitur autem matrimonium consummatum non ex osculis, & tactibus, nec ex seminatio ne extra vas, licet præpostera & nefandissima alia interueniant, arg.c.extraordinaria.35.q.2. seminatio verò intra vas sufficit etiā sine ruptione virginei claustri, quia euenire potest vt citra rupturam semen coletur, conatus verò ad rūpendum & seminandum non sufficit. c. fi.de spons.etiam si fœmina seminet: vt d. Sot.ibid. si tñ vir ingreditur etiam si non seminet, si quidem frigidus sit, ita vt seminare non possit, non facit matrimoniū, vt infrā, si verò frigidus non est, p̄babile videtur multis q̄ cōsummatur matrimonium, licet alij cōtrarium sentiant, vt infra sub cap.de imped.consanguin.& affin.habetur, vbi est locus proprius id tractādi. Matrimonio verò consummato separatio de consensu vtriusque fieri potest, quo ad thorum.c.quod Deo placet.33.q.4. c.sunt qui. & c.si q̄s cōiugatus.27.q.2. q̄ elicitur ex illo Ap. 1 Cor.7. nolite fraudare, nisi ex consensu, & licet c.si vir, & vxor. d.27.q.2.dicat id faciendum de episcopi licentia, tamen non est de essentia, quia vota sine eius licentia tenent. Hæc verò separatio potest dupliciter fieri, primò, vt separato thoro maneant in seculo, tunc qñ vnus tantū votum continentiæ de consensu alterius fecit, potest alter qui facultatem dedit illā reuocare. c.manifestum.33 q.5. imò durāte voto debet petenti reddere debitum, licet petere non possit. Qñ verò ambo votum castitatis eodem consensu emiserunt, si ambo exigendi & reddendi debitū renūciarunt, neuter potest petere vel reddere, sine dispensatione voti. Secundò, id potest fieri per ingressum religionis amborū, vel alterius coniugum, nam si ambo cōmuni consensu religionem profitetur professio tenet, nec possunt votum reuocare.c.dudum. de conū.coniug. Potest & vnus solus de alterius consensu intrare religionem, altero in seculo remanente. c.agatosa.27.q.2. Sed tunc qui in seculo manet si est sexaginta annorum, vbi nō sit periculum incontinentiæ, sat est vt conti-

continentiam voueat, si verò est iunior, ita vt periculum sit, non sat est simplex votum, vt alter religionē intret, sed tenētur ambo religionem ingredi. d.c.agatosa. c.cum sis. cap.ex parte abbatis, de conu.coniug. Et vbi suspitio non est incontinentiæ, & tñ remanens in seculo peccat, non tenetur ingressus exire altero petente, nec manēs intrare, quia propter fornicationem fieri potuit separatio.d.c.veniens. licet ad consentiendum sit dolo inducta.d.c. Cōiugatus verò faciens professionem vxore consentiente, licet nunquam intrauerit monasteriū, si mortua coniuge cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasteriū intrare compellitur. c.ex parte abbatis. eo.tit. Qui tñ contra voluntatem vxoris votum castitatis solemne fecit in religione, credens id posse, tenetur ad vxorem redire, nec illa mortua compellitur ad monasterium reuerti, quia votū non fuit solidum religionis, non potest tamē transire ad secundas nuptias, quia votū ex parte sua tenuit ad debitum non petendum.c.quidam.eo tit. Et quod dicitē de separatione post consummatam copulam per ingressum religionis de alterius cōsensu, id intelligitur etiam de susceptione ordinis sacri, vel epatus. c.sanè.eo.tit. vt.s.habeatur respectus an sit iuuenis, vel ne, in episcopo tamen, tenetur ingredi religionem.d c.5. Ex fornicatione verò thoro separato, potest innocens facto diuortio religionem ingredi, vel ordines sacros suscipere, alio in seculo exterius manente, qa solutus est vinculo reddendi debitū fornicariæ, nisi ei pepercerit.& sit reconciliatus, & illa pœnituerit. c.1. 32 q.1. de quo alibi latius, ad quem locum me remitto. Et ita matrimonium soluitur quò ad substantiam tantum antequam sit consummatum, sed non nisi per ingressum religionis. Consummato verò, nō sit separatio nisi quo ad thorum, idq; vel de consensu communi vel alterius, vt supra, vel per fornicationem. Et licet differentia sit non consummato matrimonio, quò ad ingressum religionis, & susceptionē ordinis sacri, quia matrimonium ratum non consummatum non soluitur per susceptionem ordinis sacris, vel episcopatus, cum id iure nō sit expressum: vt inquit Coar.in 4.decret. consummato tamen non est differentia. ita Sotus dist 27.quæst.2.art.4.

Quarta propositio. Vnitas vxoris, & ita monogamia in matrimonio est de necessitate matrimonij; definitū est in Conc.Tr.sess.24.can.2. d. si quis dixerit licere Christianis plures simul hr̄e vxores, & hoc nulla diuina lege prohibitum esse, anathema sit. Siricius Papa idem olim diffiniuit ep.1.Innoc.I.ep.9. & habetur in c.gaudemus.de diuort.& toto tit. de sponsa duorum. & 24.q.3.c. an non. Probatur hæc conclusio Mat.19.vbi dominus matrimonium reuocat ad primā institutionem d. & erunt duo in carne vna, quod Deus coniunxit homo nō separet. Sed in prima institutione includebatur polygamia, ex illis verbis, masculum, & fœminam fecit eos, adhęrebit vxori suæ &c. erūt duo in carne vna, q̄ verba indicāt cōiunctionem vnius cum vna, vnde & dominus dixit, itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Ex quibus Chris.Hier.Beda, Teoph.in c.19. Matt. Amb lib.de viduis, extremo. Aug.lib.1. de nupt.& concup.c.9.docent matrimonium à principio institutum excludere polygamiam; Secundò, Christus Mat.5. & 19.Marc.10.& Luc.16. declarat eum qui dimissa vxore aliam duxerit, mœchari. Tertiò, Rom.7. viuente viro vocabitur adultera si fuerit cū altero viro, & 1.Cor.7.idem probatur. Ratione, nam cū quatuor sint fines matrimonij; primò susceptio, & educatio prolis, repugnat iuri naturæ, q̄ vna mulier pluribus viris iungatur, quia cum non nisi semel in anno parere possit, ab vno viro sufficiēter fœtari poterit, q̄ si pluribus iungatur, non solum non parit sæpius sed rarius, experientia meretricum quæ steriles sunt, & id etiam repugnat educationi filiorum, quorum pater ex vxoris communione ignoratur, vt sup. probatum est; & ideo mulieri nunquam licitum fuit, neq; per dispensationem, vt pluribus simul viris matrimonio sit iuncta,

Vxor vna potest hr̄i & an circa id dispensatū sit, vel possit id fieri.

iuncta, id enim simpliciter est cõtra ius naturæ: vt d D.Th. dist.33.q.2.art.3.& ibi Sot. Habere tñ virum plures vxores simul nõ est contra ius naturæ, non primum .s. cõtra susceptionem liberorum, quia potest ex pluribus vxorib. liberos suscipere, & eos alere & educare auxilio matrum. Alter finis est vicaria officiorum communicatio, & actionum, tum in officium familiam tegendi, & domesticam curam transigendi. 8. Eth. c.12. hic verò finis impediretur, licet omnino nõ tolleretur per multitudinẽ virorum in eadem familia, quia essent multa capita vnius corporis. Tertius finis est ad vitandum fornicationem, qui impeditur per istã polygamiam vnius viri cum pluribus vxoribus, quia vir nõ potest ita reddere debitum pluribus vxoribus, vt vnicum pet actum illum impotens reddatur, & inde etiam rixæ orirentur inter mulieres, vt etiam inter Sarram & Agar, Liam & Rachel sanctas fœminas ortæ sunt. Gen. 16. & 30. Quartus finis, vt sit sacramentum .s. significare coniunctionem Christi cũ ecclesia assumptione humanitatis, cuius partes nunquam dimisit, & huic fini omnino polygamia repugnat; & sic polygamia omni iure prohibetur; vnde & iure ciuili polygami infamiæ nota, & alijs pœnis afficiũtur. l.1. ff de his qui not. infam. l. neminem. C. de incest. nupt. l. cũ qui. ff. ad leg. Iul. de adult. Et Arist. tum in Politicis, tum in lib. Oeconomicorũ, monogamiam præcipit. Bell. lib.1. c.10. de sacram. matr. Sot. d.33. q.1. art.1. & 2. Sed q ad Patriarchas attinet, certũ est eos pluribus vxoribus vsos esse, non lubrico tñ carnis, sed amore posteritatis, vt d. Aug. lib.22. con. Faust. c.47. & licitum fuit eos vti pluribus vxoribus non solum in lege Moysi, sed etiam in lege naturæ, vt patet de Iacob, & Abraham. Gen.16. & 30. Ratione probatur, nam adulterium semper fuit cognitũ vt graue peccatum, Abraham ergo, quẽ Deus iustissimum ex toto orbe elegit, cũ quo fœdus iniret venturi Messiæ, fas non est credere huiusmodi scelus commisisse, sed iure ad Agar fuisse ingressum. Difficultas verò stat quo id licuerit. D. Aug. lib.16. ciu. c.38. d. Iacob quatuor habuisse vxores, quia eo tpe nulla lege id prohibebatur. & idem d. lib.22 cont. Faust. c.47. Innoc. verò in c. gaudemus. de diuor. d. nulli vnquam licuisse plures vxores simul habere sine diuina dispensatione. Communis aũt sententia Scholarum est Patriarchis diuina dispensatione tñ licuisse, sic tenet D. Th. d.33. q.1. art.2. & ibi Sot. & alij passim ibid. & ex his aliquæ dicebantur concubinæ, licet veræ essent vxores, Sciendum .n. duo genera vxorum, tum apud gẽtiles, tum apud Hebræos fuisse, quædam quę ducebantur non solum ad liberos procreandos, sed etiam ad curam totius domus, & ad communionem omnium bonorum, & harum tñ filij erãt hæredes, & hæ propriè dicebantur matres familias, quædam ad liberos creandos admittebantur, & erant veræ vxores, sed non admissæ ad domus gubernationem, nec ad communionem bonorum, nec dicebantur matres familias, nec earum filij erant hæredes, & hæ tum vxores tum concubinæ vocabantur, id in vsu fuit apud Hebræos, vt patet Gen.25. & apud gentiles patet ex Gellio. lib.18. cap.6. & hoc modo exponitur in c. oĩbus.34. dist. Hanc autem desponsationem circa polygamiam tam vxoris, cũ multis viris, q̃ viri cum multis vxoribus nullus homo dispensate potest, & maximè post euangelium promulgatũ, patet quia prohibita iure diuino naturali, vt supra, & postea diuino euangelico; non potest autem homo dispẽsare in lege superioris, c. inferior. 21. dist. & ita diffinitur in d. cap. gaudemus. & tot. tit. de spons. duorum. & in c. an non. 24. q.3. & in l. eum qui binas. C. ad leg. Iul. de adulterijs. Secundò, Deus potest dispensare circa polygamiam vnius viri cũ pluribus vxoribus, non autem vnius fœminæ cũ pluribus viris, ex parte rei, nam ius naturæ continet duo præceptorum genera, quædam principalia, & communissima, quę sunt velut principia prima iuris naturæ, quædã alia quæ ex primis vt conclusiones deriuantur, prima ita vniuer-

saliter continent regulam rectitudinis, vt in nullo casu mutatione omnino egeant, & ideo sint indispensabilia, secunda continet regulam rectitudinis, sed qñque mutatis circunstantijs rerum, & personarum vtile est legem mutari, ab eo tñ qui eam tulit. Polygamia verò vnius feminæ cum pluribus viris, pertinet ad illa prima principia iuris naturæ, nec per vllam mutationem circunstantiarũ potest fieri bona, qa repugnat omnibus finibus matrimonij, vt supra, ergo in illa non cadit dispensatio, & si daretur casus vt vna esset in mundo sterili cõiugata, esset potius dispensandum vt vinculũ illud solueretur, q̃ vt duob. esset collocanda, polygamia verò vnius viri cum pluribus vxoribus pertinet ad secundum genus præceptorum, nam nõ repugnat primo fini matrimonij s. prolis, sed alijs, vt supra, & ideo quia qñque oportet consequi primarium finem, necesse secundarium omittere, ideo in eo fine potest dispensatio quãdoq; cadere. Tertiò, vt Deus dicatur dispensare circa polygamiam, non requiritur externa aliqua loquutio vel scriptura, nec sufficit q; recta ratio alicui dictet illam esse licitam, sed requiritur peculiaris inspiratio Dei; prima pars probatur, quia vt d. D.Th. d. art. 2. & post eum Sot. qualis est lex, talis etiã requiritur dispensatio, lex verò prohibens polygamiam tempore Patriarcharum, nõ erat scripta in vllo libro, sed solum impressa in mentib. libros enim scripturæ sacræ à Mose initium habuisse certum est; secunda pars probatur, quia lex prohibens polygamiã erat non solum naturalis, quia conformis rationi rectę; sed quia Deus speciali inspiratione docuerat Adamum, quæ esset natura matrimonij à se instituti, & sic se velle vt monogamiam contineret; Nam secundaria ista præcepta iuris naturæ, non habent vim coactiuam, nisi specialiter à Deo, vel ab aliquo principe sanciãtur, sed solum obligant quatenus recta ratio docet, ita esse faciendum, vel non, vt d. D.Th. d. 33. q. 1. art. 1. ad secundũ. Sicut ergo speciali inspiratione sancitæ fuerant à Deo hæ monogamiæ, ita speciali inspiratione opus erat in eius dispensatione. Quartò, dispensatio circa polygamiam indicata est à Deo primis aliquot Patribus, deinde non alijs probabilirer est reuelata, sed eorum verbo vel exemplo ad alios peruenit, probatur quia iam tẽpore Abrahæ, & deinde postea res erat omnibus nota, adeò vt Sara Abrahamum induceret ad secũdam vxorem ducendam, non enim credi debet Saram fœminam sanctissimã hoc facturam fuisse, nisi id licitum esse sciuisset, nec verisimile est illi primum hoc à Deo indicatum pari ratione Laban obtulit Iacob duas filias, & illæ obtulerũt eidem duas alias vxores, nec dixit non licere, & Moses, vt de re nota, d. Deut. 21. Si fuerint alicui duæ vxores, altera dilecta, altera odiosa, ergo non oportebat, vt inspiratio fieret singulis, sed satis erat si primis Patrib⁹ facta fuit, & fortè soli Noe est facta, & ipse alios docuit. Quintò, licet Sot. & alii d. art. 2. sentiant hanc dispensationem esse concessam soli populo Hebræo, ad propagãdam eam gentem ex qua Messias erat venturus, & etiã quia non erat licita iure naturę, tñ probabile est id esse cõcessum etiam gentibus, probatur authoritate Aug. li. 16. ciu. c. 38. & li. 22 con. Faust. c. 47. d. in terris vbi Iacob quatuor vxores duxit, morem fuisse ducendi plures vxores posteritatis causa, & eum morem fuisse inculpabilem, locus verò ille erat gentilium, quia Laban cuius filias Iacob accepit vxores erat idolatra Gen. 31. & quia prolis causa id concedebatur: vt d. Aug. secundò, quia scriptura d non solum Abraham, sed etiam Esau, qui ad populũ Dei non pertinebat multas vxores duxisse. Gen. 26 & 28. qui ad imitationem Abrahæ id fecit, & hodie etiam Ismaelitæ hanc consuetudinẽ retinent, & credibile est eam à Patribus accepisse, nec scriptura reprobat eos gentiles, qui plures vxores habuerunt, inditium q; generalis fuerit permissio, ducta tñ ex exemplo Patrũ, quibus specialis est facta reuelatio. Sextò, probabile est dispensatio nem hãc ante Christi aduentũ cessasse. Vnde Elcana, & Ioachim, licet vxores

habuissent steriles, & arderent desiderio sobolis procreandæ, non tñ alias duxerunt fœcundas. Præterea tunc cessauerat causa dispensationis, quæ erat paucitas hominum, quia enim post diluuiũ homines paucissimi erant, & non diu viuebant, vt ante, ideo Deus ad faciliorem propagationẽ generis humani indulsit polygamiã, quæ causa cessauerat tempore Christi; vnde eius tẽpore, nec apud Iudæos, nec Romanos erat in vsu polygamia, nisi apud paucissimos; Vnde nec Zacharias pater Ioannis voluit aliã ducere. Luc. 1. Post verò latam legem euangelicam, nemini licet toto orbe plures vxores ducere, & qui id post primã attentaret, nullum esset matrimonium, probatur, nam matrimoniũ ab orbe redempto habet vim sacramẽti, quod ex latere Christi in cruce pendentis emanauit, significans coniunctionem Christi cũ ecclesia vna, & assumptionem vnius humanæ naturæ in vnitatem personæ.. Vnde quia secundum matrimoniũ adiectum primò, hanc significationem non retinet, non esset sacramẽtum, & sic nec matrimonium: secundò, nam matrimonia cum pluribus vxoribus nunquam fuerunt licita, nisi ex diuina dispensatione, quia sunt contra naturam, idque causa multiplicandæ prolis, sed hodie hæc causa cessat, ergo; vnde & Christus legem matrimonij ad primũ eius institutum reuocauit, vt nec repudiare liceret vxorem nec plures ducere. Matt. 19. Ex his colligitur, ꝙ a tẽpore legis euangelicæ, nõ licet super hoc dispensare, vt quis possit plures vxores ducere, nã super ius diuinum nulla, nisi per diuinam inspirationem, cadit dispensatio, quia cũ Papa sit tm̃ vicarius Christi, & sic eius inferior, non potest in lege eius dispensare, ita vt nec infidelis qui conuertũtur ad fidem nostram eum pluribus vxorib. illas retinere possit, prima excepta legitima. d. c. gaudemus. de diu. Nec obst. c. quod proposuisti. 32. q. 7. vbi habetur, ꝙ si mulier infirmitate correpta nõ valuerit debitum reddere, vir poterit aliã ducere. Resp. ꝙ ibi loquitur de infirmitate, quæ matrimonium dirimit, qualis est frigiditas, vel maleficium, de qua habetur in c. consultationi. de frig. & malefic. & in c. requisisti. 33. q. 1. ꝙ patet dũ ibi. d. ꝙ non potest debitum reddere, ita Sot. d. 33. q. 2. art. 2. Ex his colligitur, ꝙ hr̃e concubinam est cõtra legẽ naturæ, nã res à fine optimo denominatur, matrimonium verò dicit prolis creationẽ, & educationem, concubinatus verò solum concubitum, & quia ad rectã prolis educationem requiritur longa parentum cohabitatio, quod non dicet concubitus, ideo concubinatus, quia repugnat fini optimo .s. prolis educationi est contra legẽ naturæ, & est peccatum mortale, cum per illum tollatur debita ordinatio parentis ad prolem, & illa sunt peccata mortalia, quæ tollunt fœdus amicitiæ hominis ad Deum, & ad hominẽ. Vnde sequitur, ꝙ nullo tempore fuerit licitum hr̃e concubinam etiã ex dispensatione, nam concubitus cum non sua, non est conueniens actus ad bonũ prolis, ꝙ est principalis finis matrimonij, & ideo est contra præcepta legis naturæ, quę dispensationem non recipiunt. Vnde si qñ in scriptura dr̃ aliquos sanctos habuisse cõcubinas, intelligitur de vxoribus, secundo tñ loco habitis, vt supra est dictum; ita D. Th. d. 33. q. 1. art. 3. 1. 2. & 3. quæst. Et quod dr̃ de Osea quòd Deo permittẽte acceperit fornicariam intelligitur, ꝙ fuit vera vxor: vt d. Sot. de mente D. Th. d. 33. q. 1. art. 2.

Ex his colligitur circa repudium, ꝙ sicut matrimonij est secũdùm naturam vnitas, & indiuisibilitas, quia matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad bonam prolis educationem, non solũ per aliquod tempus, sed per totam vitã prolis. Vnde de lege naturæ est, ꝙ parentes filiis thesaurizant, & filij parentum hæredes sint, & ideo cum proles sit commune bonum viri, & vxoris, oportet eorum societatem perpetuò manere indiuisam, secundùm legis naturæ dictamẽ, & sic inseparabilitas matrimonij est de lege naturæ: vt d. D. Th. d. 33. q. 2. art. 1. Sic fit vt repudium sit contra ius naturæ; vnde nullo iure humano, vel gentiũ potest super hoc dispensari, vt matrimonium. Repudium an licitum vnquã fuerit, ita vt ẽt secunda vxor duceretur, & qd hodie.

nium,quod fuit legitimum sit dissolubile; nam super ius naturæ nemo præter Deum, qui est author, & institutor naturæ,potest dispensare. Deus,ergo super hoc ius potest dispensare, vt matrimonium dirimatur, ita D.Th d.q.2.art.2. Scot. & alij; probatur, nam prima præcepta iuris naturæ non cadunt sub dispensatione, sed illa quæ sunt in secundo gradu. Vnde D.Th.1.2.q 100. art.8. d. super prima principia, vel præcepta iuris naturæ nullam cadere posse dispensationē, vt in homicidio, fornicatione, furto, & huiusmodi, quia per se præcepta illa habēt innatam rectitudinem, & & iustitiæ ordinē, vnde sicut Deus non potest facere hominem irrationalē, ita nec licitum facere id q̄ est contra præceptum decalogi. Vnde qñ Deus dedit facultatē Abrahæ filium occidendi,non id iussit vt legislator dispensans super homicidium,sed tanquam dominus vitæ,& mortis humanæ tradens eum patri occidendū, sicut quis potest tradere suum pecus;nec cum Hebræis in Aegypto dispensauit super furtum,sed vt dñs rerum dedit eis vasa Aegyptiorum, vel vt iudex illis adiudicauit illa præmia, quæ Aegyptij pro operis, & laboribus sibi à Iudæis impensis eis debebant: Oseæ etiam vel tradidit meretricem, vt dominus eius, qui erat etiam dominus ad illum vsum, vel iussit verum coniugium;simpliciter igitur prima præcepta naturæ, & præcepta decalogi sunt indispensabilia; Præceptum verò de perpetuitate,& indissolubilitate matrimonij; vt d.D.Th.d.q.2 art 2.quæst.1.inter secunda præcepta legis naturæ continetur, quia licet pertineant quodammodo ad primum finem matrimonij, qui est bonum prolis,nō tñ simpliciter, quia sunt gradus,ius enim nutriendi, & educandi proles simpliciter pertinet ad primū gradum, vt primum principium;thesaurizare verò vitæ filiorum,& prouidere illis in posterum nō pertinet ad illum finem simpliciter,sed ex quadam honestate, quia appropriatio rerum non est de prima intētione naturæ secundùm quā omnia erant communia,ideo non nutrire teneram prolem, & educare per nullam dispētationem potest fieri licitum, sicut non pascere extremè egentem; Super hoc verò q̄ est prouidere in futurum, potest Deus ex causa dispensare: perpetuitas verò matrimonij per totā coniugum vitam nō fundatur in nutritione,& educatione, quia hoc officium tunc finitur, dum liberi sunt adulti, vt per se sibi prouidere possint, sed fundatū in illa prouidentia quam coniuges debent habere de hæreditate filiorū, ideo educata prole potest Deus bona ex causa dispensare,vt matrimonium dissoluatur. Præterea,vt d D.Th.d.art.8 dispensatio legis tunc locum habet, qñ si eius verba obseruarentur, obuiaretur intentioni legislatoris,cuius intentio est primum obseruatio boni communis,& deinde ordo iustitiæ,& virtutis; vnde qñ forma ipsa verborum expressè continet bonum commune, vel ordinem iustitiæ,tunc lex illa non est dispensabilis, & talia sunt præcepta decalogi,quæ dicūtur in primo gradu iuris naturæ. Qñ verò lex datur de aliquo medio ad seruandam iustitiam, vel bonum commune id est dispēsabile, v.g nullus destruat Rempublicam, non recipit dispensationem, sed hæc, singuli ciues statis horis ad illius conseruationem vigilent, q̄ est medium ad illum finem, potest dispensationem tolerare;ad rem ergo; alimentatio, & educatio filiorum ætate minorum est de primo ordine iuris naturalis, quæ nullam fert dispensationem: medium verò ad illum finem est coniunctio indissolubilis parentum,ideo potest Deus super hoc dispensare, quia aliter potest pueris alendis prospicere, & per aliam causam, s.ad vitanda homicidia, hoc detrimentum compensare; Vt etiā in vnitate vnius vxoris, nā pax domus est in primo gradu iuris naturæ, sed tñ ius de vnica vxore, q̄ est medium ad illum finem, bona de causa à Deo potest dispensari. Sotus dist.33.q.2.art.1. post D.Thom.ibidem.

Repudium vxoris an vnq̄ licuerit, & qd hodie, & qd operetur, ac qb⁹ casib⁹ licuerit.

Ex his ita præmissis, statuitur prima conclusio,quod in lege naturæ non fuit permissum repudium, quia contra ius naturæ.

naturæ etiam in secundo gradu, non licet agere, & si non sit per aliquam legē extrinsecus expressum, nisi ab ipso iuris conditore intrinseca saltem reuelatione admoneatur, qñ & ob quam causam id sit faciendum, quia iure naturæ, nec tempus, nec causæ determinatæ sunt tale ius variandi, cum ergo Deus gentib. non legatur, nec credatur talem dispensatoriam reuelationē inspirasse, illis nō fuit licitum repudium, sed est ex corruptione naturalis luminis: Iudæis verò id fuit permissum nō ob maius bonum, sed ob minus malum, vt impunè fieret, vt habetur in d.c. gaudemus de diu. Vnde ex Hebræis sancti non repudiarunt vxores, nisi ex speciali reuelatione Dei ob misterium aliquod significandum: vt legitur de Abraham. Iudæis verò id est permissum ad duririam cordis eorū ad maius malum cohibendum s. vxoricidium, ad q Iudæi erant proni propter corruptionem irascibilis, vt & eis permissum extraneis fœnerari ob aliquam corruptionem in concupiscibili, ne. s. fœnerarentur fratribus, & ob corruptionē suspitionis in rationali fuit eis sacrificiū zelotipiæ, ne sola suspitio apud eos iudicium corrumperet: vt d. D. Th. d. q 2. art. 2. quæst. 2. Apud gentes verò pluribus causis vxor dimittebatur, vt si esset sterilis, vel venenum marito propinasset, vel si fieret leprosa, vel fornicaria, vel seditiosa l. consensu. C. de repud. Non tñ licet Christianis adulteras vxores occidere, licet legibus humanis permittatur, vel verius, minus puniatur. vt d. Aug. lib. 2. de adult. coniugijs. ca. 14. & 15. D. Th. tñ 4. d. 37. art. 1. q 2. condemnatam in iudicio licitè putat occidi posse à viro, modo nō vindictæ animo, sed iustitiæ zelo id faciat, si mandato iudicis id tñ faciat, repertam verò in adulterio licitè putat non posse occidi sine sententia iudicis, & etiam requiritur licentia, vt supra. Causæ verò repudij nō scribebantur in speciali in libello repudij, sed solū in generali, vt ostenderetur iustum repudium. Facto repudio matrimonij cum velum nō dissoluebatur, vir tñ poterat aliam vxorem ducere, quia poterat tunc vnus vir simul plures vxores ducere, vt supra. Repudiata verò iure diuino, & naturali, quia non poterat duobus viris iungi, vt supra, nō poterat alteri viro adhærere, licet per legem liceret ei id impunè facere, sed debebat vel recōciliari cum priori viro, vel cœlibem vitam ducere, vt nunc tenentur per diuortium vxores à viris separatæ: vt videtur etiam colligi ex Deut. c. 24. ita Sot. dist. 33. q 2. art. 3. Apud infideles verò matrimonium est etiam solubile, quò ad vinculum, qñ relictus non vult cohabitare, vel non nisi cū iniuria creatoris. d. c gaudemus. non tñ apud hæreticos, nam differentia est inter coniugia contracta in infidelitate, & post baptismum, prima enim licet sint rata & firma natura sua, tñ sacramenta non sunt, & ideo deest illis potissima ratio insolubilitatis, s. signum Christi & ecclesiæ, posteriora verò sacramenta sunt, & ideo duplicem habent rationem insolubilitatis: vnde si alter coniugum conuertatur ab hæresi, & alter nolit cohabitare sine iniuria creatoris, nō soluitur matrimonium quò ad vinculum, nō quia hæresis nō sit species infidelitatis, sed quia id matrimonium post baptismum contractum erat sacramentum, vnde si alter coniugū fiat non solum hæreticus, sed etiā apostata, ethnicus, vel atheus, non soluitur matrimonium quò ad vinculum, quia sacramentum est. Hæc de solubilitate matrimonij, vel insolubilitate quò ad vinculum.

Quo verò ad thorum, & cohabitationem. Notandum, q diuortium dr à diuertendo .i. à mentis diuersitate, quia qui matrimonium distrahunt, in diuersas partes eunt. ff. de diuort. per tot. & extra eo. i. q thoro se vel domo separant, manente tñ vinculo matrimonij; dixi thoro vel domo, quia thoro tm possunt ex consensu se coniuges separare ad tēpus causa orationis, vt d. Ap. 1. Cor. 7. Præterea sic propria authoritate potest vir se separare a redditione debiti adulteræ faciendi, domo verò se separare nō possunt, nisi actione iudicis. c. porrò. de diuort. vbi Doct. modo tñ quo infra. Matrimoniū an possit separari quò ad thorum, & q. bus causis, & qd operet, & qua authoritate.

Potest

Potest autem matrimoniũ consummatum quò ad fideles solui duabus ex causis: primò, ex consensu ob maiorem & altiorem statum acquirendum, vt si vterque coniugum continentiam perpetuam voueat, & ad religionem trãseat, iuxta Christi consilium Mat. 19. Omnis qui reliquerit domum, vel agrum, vel vxorem &c. vbi loquitur de dimissione vxoris causa sequendi Christum, vt Apostoli fecerunt, de quo supra latè sermo est factus. Secundò, sine consensu ob crimen: vt est diffinitum in Conc. Trid. sess. 24. can. 8. Et primò, ex causa fornicationis alterius coniugis. Mat. 5. & 19. intelligendo nomine fornicationis omnia crimina, de quibus infra, vt benè notat D. Aug. lib. 1. de serm dñi in monte. cap. 26. 27. & 28. non sic tñ vt ex omnib. criminibus matrimonium separetur, sed aliquibus tantũ, de quibus infra: vt hr in c. 2. de diu. quæ ad fornicationem magis accedunt, & illi assimilãtur; hæc autem lex dimittendi vxorem causa fornicationis, communis est vtriq; cõiugi, qui in hoc ad paria iudicãtur, vt d. Ap. 1. Cor. 7. vxor à viro non discedat, & vir vxoré non dimittat. c. sine causa, & idem dicit Conc. Mileuit. can. 17. & Innoc. I. ep. 3. Hier. in ep. ad Oceanũ de obitu Fabiolæ, & Aug lib. de adult. coniug. 2. c. 8. & hr in c. Christiana. 32. q. 5. & c. placuit. Notandum tñ, q ad paria se habent sed non pariter, consideratur enim adulterium, & vt contra temperantiam, & vt contra iustitiam: primo modo, nam inclinatio ad venerea oritur ex humidita te superflua, & ex vegeto calore ad digerendum, in fœmina plus humoris abũdat, & sic culpa tenuatur. 8. Eth. in viro verò est maior calor ad digerendum, & sic remissior est in eo culpa; & licet in fœmina debeat esse maior pudor, tñ in viro est maior ratio, q̃ omnium est moderatrix, & sic grauius vir peccat, simpliciter loquendo: secũdo modo magis peccat mulier ob prolis incertitudiné, & iure ciuili grauius punit, nec potest virum capitis accusare, sed èconuerso. Sot d. q. vnica. dist. 36. art. 4. probatur cõclusio Matt. 5. & 19. & in c. ex literis. de diu. c. ex parte. de sponsal. c. significasti. c. gaudemus. de diu. c. intelleximus. c. tuæ. de adult. c. tuæ. de procurat. l. consensu. C. de adult c. Christiana. 32. q. 5. Ratione probatur à D. Th. d 35. art. 1. ver. sed contra. nam illi qui frangit fidem non tenetur quis fidem seruare. c. peruenit. de iureiur. in fœdere verò matrimonij coniuges mutuo sibi fidem seruandam paciscuntur, quæ est vt sibi inuicem debitũ reddant, simulque conuiuant, & neuter alijs commisceatur. 1. Cor. 7. ergo, quæ adultera est digna est vt ei debitum nõ soluatur, sed thoro pellatur, & subinde domo; secunda ratio naturalis, nam fornicatio saltem vxoris proliũ educationi qui finis est matrimonij planè aduersatur, cum partum incertum reddat cuius pater ignoratur. Tertiò, fornicatio valdè repugnat alteri fini matrimonij, qui est conuictus, ad qué mutuus amor necessarius est, & vxoricidij causa potest esse, vnde Saluator non odium vxoris, sed fornicationem, quæ causat odiũ solam esse vult in causa separationis thori, cæteras verò molestias iubet pro fide & castitate sustinere: vt d. Aug. super 24. Deut. & ne vir pudicus impudicam traducens videatur eius crimini conniuere. Nomine autem fornicationis intelligitur etiam crimen contra naturã ob quod separatio thori fieri potest: vt d. D. Th. d. art. 1. ad quartum. Silu. verbo, diuortium. q. 7. Abb. in c. maritus. de adult. Coar. in 4. decret. 2. par. c. 7. §. 5. & D. Amb. super 1. Cor. 7. & Pal. d. 35. & ratio est quia nomine fornicationis omnis illicitus coitus comprehenditur. c. meretrices. 32. q. 4. & per illum actũ licet nõ cõtrahatur affinitas, tñ caro diuiditur, & fides coniugalis frangitur. Non tamé sufficit seminatio extra vas, nec tactus, aut affectus impudici, qa per huiusmodi mulier non fit vna caro cum altero, nec carnem suam diuidit. Fallit aũt prædicta conclusio in septem casibus, quos ponit D. Tho. d. art. 1. quibus ob fornicationem nõ licet vxorem dimittere: primò, qñ vterq; delinquit. c. tua fraternitas. c. significasti. de diu. cum paria delicta mutua compensatione tollantur. l. viro.

viro.ff.sol.mat. in ea enim lege quã ambo contempserunt neuter est iudicandus, nil enim est iniquius causa fornicationis vxorem dimittere, si ipse fornicetur: vt d.Aug lib.de serm dñi in monte.& hr in c.nihil.32.q.2.obstat enim illud Apost.Rom.2.In quo alium iudicas teipsum condemnas, qui dicis non mœchandum mœcharis. Id autem intelligitur qñ vir prius ante vxorem adulterauit, quia priuauit se iure petendi diuortium, etiam si id sit occultum, modo adultera id ei probare possit. Idem est si vxor prior peccauit, & antequã ipse petierit diuortiũ, idem cõmiserit scelus, in dicto enim .c.tua .& c.fraternitatis. non sit ratio prioris, vel posterioris; si tñ post reconciliationem factam ab vtroq; vxor relabatur, non potest vxor opponere adulterium viro, cuius actio per reconciliationem est sublata; Quando verò alternatim vterque peccauit, nec reconciliatio est secuta, nec diuortium; tunc si in ista alternatione peccandi vnus corrigitur, maximè si cõiugem moneat, quia id est quædam reconciliatio, qui post deliquerit reus est diuortij, quia pacta nouissima sunt seruanda. Couar.in 4. decret. 2 part.c.7.§ 6 nu.7. vbi verò neuter corrigitur omnia paria sunt iudicanda. ita vt nulli ius diuortij competat. Sot.d.36.q vnica.art 1. id tñ intelligi debet, qñ vir correctam sibi reconciliauit, non enim tenetur etiã correctam sibi reconciliare, nisi sibi opponatur defectus idem & probetur in foro fori: vt not.in c.ex literis. & c.significasti.de diu. Hæc autem separatio quò ad thorum potest proprio arbitrio fieri, quamprimum enim vxor peccat non tenetur vir ei debitũ reddere, nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum sibi præiudicium facit; Quo verò ad thorũ, & cohabitationem non potest dimitti sine iudicio ecclesiæ, & si dimittit, potest cogi ad cohabitandum.d. c.porrò.de diu. & ita tenet D.Th.d.q.vnica.art.3.Couar.in d.§.5.ad si.quia publicum supplicium nemo inferre potest, nisi sit publicus iudex, & testibus, vel alijs id probatur legitimè, id est huiusmodi, ergo, alijs si propria authoritate dimittat, & ipsa restitutionem petat, tenetur eam in domum recipere, nisi incontinenti testimonia legitima fornicationis perhibeat. c.literas.de restit.spol. Fallit tñ qñ vxor in iudicio publicè sit crimen confessa, vel publicè cum adultero cohabitet; tunc enim potest vxor expelli propria authoritate, nec tenetur eam recipere vir, aut ei debet restitui stante notorietate: vt d.Coar.loco prædicto, ex gl.in c.1.32.q.1.Nau.in Man.c. 22.nu.22.Silu.diuortium.q.8.Vt autem debitum neget, nõ sufficit sola suspitio, sed oportet sufficiens suspitio adsit etiã ad faciendum diuortium, vt quod eam inuenerit in eodem cubili cum adultero, & se amplexantes, iuxta cap. literis. de præsumpt. Potest tñ vir petere debitum ab adultera, & tunc post tenetur etiam reddere, ne claudicet cõiugium, quia sic reconciliatio fit. Et vxor etiam adultera inscio viro credens tñ eum si sciret, quod ipsam traduceret, potest petere, quia non debet esse sui accusatrix; si verò vir adulteriũ opponat, nec posset vxori probare, compellitur per ecclesiam ei debitum reddere, si tñ verè id commisit, nõ tenetur in foro interiori ad id, nec excommunicatio in foro cõscientiæ eum ligat, & ècõuerso ita Sot.d 36.q.vnica. art.3.qui etiam d posse innocentem domo pellere adulteram, si scandalum non adsit, nec ipsa ad iudicem recurrit propria authoritate, quia non debet ei con uictum humanum, nec copulam, nec alimenta, & poterit ei dare licentiam peregrinandi, & vterque in conscientia erit tutus; quòd tñ nõ videtur suadendum. Secundus casus positus à D.Th.est si vir per lenocinium vxorem exposuit, in ipsum enim culpa refunditur.probatur in c.discretionem.de eo qui cogn.consang. imò tunc vterq; punitur. l.2. §.si publico ff.de adult. quod intelligitur si præbuerit ei causam immediatam adulterij, vt quia inducat eam ad adulteriũ, vt not. Pau.Cast.in consi.126.Fel.in c.fin.col.2. de constit.secus si dedit causam remotã & mediatam, vt quia nõ prouidit ei de necessarijs, quia prætextu paupertatis non

non debet mulier committere tantam ignominiam. l. palam. § non enim. ff. de rit. nupt. tex. est in c. ex literis. de diuor. not. Abb. in c. significasti. de diu Coar. in reg peccatum in princ. de reg iur. in 6. d. tñ Nau. loco præalleg. si vir inducat domum viros impudicos, & exiens inde tentent mulierem, & monitus vir ne id faciat, negligat, posse ab eo discedere. Tertius casus est, qñ vxor bona fide arbitrata virum defunctum alteri nupsit, ius adimit viro petendi diuortium. cap. cũ per bellicam. 34. q. 2. ꝙ intelligerem si per nuntium, literas, vel alias probationes certificata sit de morte viri, habita consideratione etiã qualitatis nuntij, arbitrio iudicis, & si mortuus dr̃ in partibus propinquis non sufficit fama etiam cum longo tempore absentiæ, in foro tñ conscientiæ sufficit, quòd mulier probabiliter credat maritum mortuum. in cap. in præsentia. de sponsal. Quartus, qñ ignoranter passa est adulterium, vt d. Aug. lib. de fide, & operib. & habetur in c. in lectum. 34. q. 2. exemplo Iacob & Liæ. Quintus, qñ per violentiam est cognita. c. ita ne. & c. proposita. 32. q. 5. quod intelligitur, quando coactione absoluta ad id cogitur, quia si per metum consentiat etiã mortis, nõ excusatur. c. omnes accusationes. 32. q. 7. Sextus, qñ eam sibi recõciliauit, nisi iterum relabatur. c. si quis. & c. quod autẽ. 32. q. 1. quòd procedit si eam post adulterium sciens cognouerit, tunc enim ei tacitè reconciliatur. arg. c. 1. 32. q 1. glo. recepta. in c. si. de adult. Coar. d. §. 6. n. 7. si enim adulterium ignorarit, non censetur eam sibi reconciliare, nec mulier si graui metu perculsa ei debitum reddat, vel per ecclesiam ad id cõpellatur, perdit ius petendi diuortium opportunitatem expectans. Et si innocens vult reconciliari tenetur rea redire, etiam si diuortium esset iam celebratũ; si verò post diuortium vir innocens peccet, nõ tenetur vir recipere vxorem adulterã: vt d. D. Th. d. 35. q. 1. art. 6. ad quartum. & ibi Sot. d. 36. q. vnica art. 6. de rigore iuris, cum diuortium fit celebratũ absolutè, & non sub conditione, si vir non peccet, vt d ibi Sot. qui & resp. c. si. de adult. vbi contrarium statuitur, quòd ibi d. procedere in foro fori, quia ecclesia potest compellere eum redire, ob scandalum, & periculum animæ: vt etiã ibi sentit D. Th. vbi verò ecclesia eum non cogit quòd non tenetur redire, cum id fit in pœnam, & pœna non debeatur in conscientia ante iudicis condemnationem: vt d gl. in c. fraternitatis. 12. q. 2. Et vir adulter peccat accusans vxorem de eodem crimine, & si ante diuortium vxor reconciliationem petat, tenetur ei parcere, licet eius crimen probare non possit. ita Sot ibi. Vir tñ cognoscens, & sibi reconcilians vxorem ab alio cognitam, bigamiam incurrit. c. si cuius. & c. laici. dist. 34. Septimus, qñ matrimonio in infidelitate vtriusque contracto vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit; tunc enim si vtriq; conuertantur, tenetur eam recipere: vt d. D. Th. ibi. & habetur in c. gaudemus. de diu. de quo latius infra. Non tñ tenetur vir dimittere vxorem quæ se correxit, nam dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendum vxoris crimẽ per talem pœnam, pœna verò corrigens non requiritur vbi emendatio iam præcessit: vt d. D. Tho. d. q art. 2. & habetur in c. quod aũt. 32. q. 1. & c. non etit. ibid. Qñ verò emendari non vult, tunc si est vxor non peccat cũ eo cohabitans, quia cum non sit caput viri non habet facultatem eum corripiendi, nec licet cum adultera maneat, inditium est se in adulterium cõsentire, & nullum præbet inde scandalum, nec adest ex hoc periculũ incertitudinis prolis; Si verò sit mulier incorrigibilis absolutè loquendo non tenetur vir eam dimittere, quia Christus id non præcipit, sed solũ permittit, nec tenetur eam accusare ad necem, vel ad diuortium, cum sint iura propria quib. ipse renunciare potest. Si verò scandalũ sit quòd consentiat in crimẽ vxoris, nec ex cohabitatione, aut mulieris emendatione posset tolli, tenetur ab illa discedere, ratione enim scandali tenetur aliquid de iure suo amittere: si verò hanc maculam potest aliter tollere, nõ tenetur

tur se separare, quia non est scandalum actiuum, sed passiuum, Nec tunc qñ car ne vexatur, ita vt vxorem sine periculo non possit relinquere, Nec qñ est infirmus & pauper, tenetur eam abijcere, & illa se priuare, sat enim est tunc ꝙ vir acriter vxorem obiurget, & cautè custo diat, ita vt vicini intelligãt, se ægrè ferre illam delinquere, & necessitate teneri cũ illa cohabitare, Nec tenetur adulteram occidere, & si est vir potēs, eum abigere, & cum ad diuortium petendũ expensæ fiant, non tenetur tot onera subire; Vnde Abul. in 19. Matt. d. si est spes emendationis, vel periculum ne ipse infametur, vel idem dici potest de graui detrimento, potest retineri, qñ verò nõ est spes emendationis, & res est manifesta, & putatur vir eius crimini fauere, tenetur dimittere, nõ in perpetuum, sed quousque spes emendationis eius appareat. ita Sot. d. q vnica. art. 2. dist. 36.

Diuortio facto ad q d cõiuges te neantur, & quid de do te, alimentis, &c.

Celebrato verò diuortio tenetur vterq; cœlibem vitã ducere, nec possunt ad secundas nuptias transire, probatur conclusio. 1. Cor. 7. Matt. 5. Rom. 7. in c. quod proposuisti. 32. q. 7. & c. Apostolus. ibid. & cap. omnes. c. licitè. ibid. in cap. ex literis. de diuort. Ex Patribus Aug. ad Pollentium lib. trib. vbi d. quòd sicut Christianus dum excommunicatur manet in sacramẽto regenerationis, sic coniux propter crimen ab altero separatus non carebit sacramento coniugij, & lib. de bono coniug. & habetur in c licitè. c. quemadmodum. c. tãtum. c. vsqueadeo. 32. q. 7. Greg. in c. hi verò. 32. q. 7. Beda in 1. Cor. 7. Orig. hom. 7. in Matt. Chris. hom. 17. Matt. 5. Teoph. in Matth. 19. in Conc. Mileuit. in c. placuit. 32. q. 7. & in Conc. Elibertino in c. fideli. ibid. Innoc. III. in c. quanto. de diu. & in Conc. Flor. in instruct. Armen. Ratione probatur à D. Th. d. 35. q. 1. ar. 5. Nam nil adueniens supra matrimonium potest ipsum dissoluere, & ideo adulterium non facit quin sit verum matrimoniũ, quia manet inter viuentes coniugale vinculum, quòd nec copulatio, nec cum alio coniunctio potest auferre: vt habetur ex Aug. in li. de bono coniug. & ref. 32. q. 7. c. vsqueadeo. §. manet. vnde non licet vni, altero viuente, ad aliam copulam transire. ita D. Tho. ibidem. & Sot. d. q. vnica. art. 5. Separato itẽ matrimonio propter adulterium vxoris, ipsa perdit dotem, & donationem propter nuptias quã debebat lucrari ex pacto soluto matrimonio, & bona paraphernalia, ac arras. cap. plerunque. vbi Abb. de don. inter vir. & vxor. Didac. Coar. in 4. decret. c. 7. §. 6. nu. 1. 2. Ampliatur etiam si vxor propria authoritate recessit à viro, vt quia eũ habet suspectum ob adulterium commissum. Fallit si separatio sit facta à iudice seculari, arg. c. tuæ. de procur. cum in huiusmodi causa non sit iudex competens. Secundò fallit si vxor viro sit reconciliata: tertiò, si vir adulterium commisit èconuerso maritus adulter debet amittere donationem propter nuptias, quã fecit vxori. ita Abb. in d. c. plerunq;. quæ quidem procedunt in foro fori, nõ in foro conscientiæ, non crederem teneri ad hanc pœnam, nisi post iudicis condemnationem, iuxta glo. communiter receptam. in cap. fraternitatis. 12. quæst. 2. Si verò licitè fit separatio etiam quò ad thorum tantũ, dos debet vxori restitui. c. 1. & 2. de don. inter. cum dos detur ob onera matrimonij. l. pro oneribus. ff. de iure dot. cap. salubriter. de vsur. ideo eo separato debet restitui.

In dotis autem restitutione faciẽda: primò, spectandum est, quid cõuentum sit inter eos qui dotẽ repetere possunt. l. 2. de pact. dotal. id enim seruãdum est. l. cum dos. ff. eo. l. legem quam dixisti. C. eod. l. 2. C. de pact. conu. l. vni. §. illud. C. de rei vxo. act. dummodo tempus à lege præfixũ dotis restitutioni faciendæ non transgrediãtur. l. item. l. vt autẽ. l. attilicinius. de pact. dot. nisi iusta causa intercesserit. l licet. eo. tit. tempus verò est vt intra annum restituatur in rebus mobilibus vel se mouentibus, vel immobilibus, s. alijs quàm soli, vt nominibus, vel debitis. l. vni. §. cum autem. & §. exactio. C. de rei vx. act. cæteris, quæ solo continentur illico restituendis diuisione facta fructuum pro tempore quo ante durauit matrimoniũ. l. de diuisione. ff. sol. matr.

Dos qualiter & qño restitui debet, separato matrimonio per diuortiũ, vel aliter.

matr. remanente tñ priuilegio mariti, matrimonio dissoluto, eo viuēte, vt cōueniatur pro ijs quæ in pondere, numero, mensurave consistunt non in solidū, sed in quantum facere possit. & idē pro mobilibus. l. vni § cum autem. C. de rei vx. act. hoc tempore exacto, debetur ob moram vsuræ quadrātales .i. tertia pars centesimæ. l. cum quidam dotes. §. fi. C. de iure dot. Et si debitor diues sit tenetur statim restituere mobilia non expectato anno, vt d. Rom. sing. 461. Alex. in l. debitoribus. de re iud. Castr. in l. nō solum. sol matr. nisi ex annua retentione mobilium aliquid commodi esset percepturus, vt d. pdicti. & Boer. cōs. 50. n. 19. Si verò pactum non interuenit, consideratur lex municipalis, quæ si circa id statuat, est obseruanda. l. de quibus. ff. de legib. Tertiò, consideranda est dotis distinctio, si enim est profectitia .i. à patre profecta, mortua filia i matrimonio, est restituenda patri, vel auo in cuius erit potestate. l. dos à patre. C. sol. matr. dos enim loco alimentorum censeretur data à patre. l. dotis fructus. de iure dot. at vsufructuario mortuo vsufructus ad dominū redit. l. 2. C. de don. quæ sub mod. vel quia succedit loco legitimæ: vt dicit Bartol. in l. illam. C. de collation. Quando verò extant filij, dos nō reuertitur ad patrem, sed filijs debetur per l. post dotem. C. solu. matrim. vbi quæstio latè disputatur, ideo ibi videndum. Si verò agitur de dote aduentitia, tunc si nil de eius redditione cautum sit, nec municipali iure contrariū decernatur, mulieri, vel eius hæredib. reddi debet. l. vni. §. accedit. C. de rei vx. actio. Vnde maritus ex prædictis cum teneatur dotem restituere non potest matrimonio pendente, rem dotalem alienare, vel obligare. l. lex Iulia. l. Iulianus. ff. de fund. dot. l. vni. §. & cū lex Iulia. C. de rei vxo. act. etiam consentientibus coniugibus. auth. si qua mulier. C. ad Sen. Conf. Vel. qa res subiectæ restitutioni nō possunt alienari. l. fi. §. fin. C. de reb. al. non alien. Et prædicta procedunt in rebus immobilibus in dotem datis nō æstimatis, vel de æstimatis, quorum opinio est mulieris an velit ea, vel pretiū, aliàs contra. l. 1. C. de fund. dot. Si verò sunt mobilia, vel sunt eius naturæ, quæ in suo genere functionem recipiunt in pondere, numero, mensura, consistentia, & tunc periculo mariti dari videntur, vt eas vendat, & soluto matrimonio tantundē reddat. l. res in dotem. de iure dot. l. æstimatæ. ff. sol. matr. Vel res mobiles alterius generis sunt, & tunc si æstimatæ simpliciter sunt, vendi possunt à marito, qui pretium tantum tenetur reddere. l. æstimatis. solut. matr. Si verò res mobiles æstimatæ non sunt, tunc non licet vendere, nisi quæ peritura sunt. l. 3. C. de iur. dot. quia in his maritus tenetur de dolo, & culpa. l. in rebus. de iure dot. Si tñ alienatio etiam immobilium est necessaria valet vxore cōsentiente. l. 1. de fund. dotal. & iure canonico si mulier iuramento firmet alienationem, tenet. c. cū contingat. de iureiur. c. licet. eo. in 6. hoc tñ casu repetit mulier ab hæredib. viri pretium rei venditæ, nisi probent conuersum esse in mulieris vtilitatē: vt d. Gem. in c. 2. de pact. in 6. & Bart. in consi. 124. Fallunt autem prędicta, nisi factū sit pactum de lucranda dote, si diuortiū, vel mors vxoris sequatur, quia tunc dos nō est restituenda. l. si pater dotem. de pact. dot. auth. licet dos. C. de iure dot. nisi is vxorem occiderit. l. ab hostibus. §. si sol. matr. vel occisæ mortem segniter vltus sit. l. ei qui mortem. ff. de ijs quib. vt ind. Secundò, si statuto municipali cauetur, vt vir dotem, vel partem lucretur, vel consuetudine approbata. Guil. Bened. in repet. c. Rainutius. de testam. reliquum mulier transfert ad hæredes ab intestato venientes. l. si mulier. C. de iure dot. & prædicta procedunt etiam si mulieri non data, sed promissa tantum dos sit, quia adhuc maritus lucratur. gl. in l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. act. Castr. in l. cū post mortem. ff de admin. tut. & debet etiā haberi ratio vt mulier sit traducta in domum mariti, ita tamen vt sit ætatis nubilis, vel cū ea concubuerit in domo vel alibi. Bal. in l. pen. § fi. quod cum fals. tut. & in consi. 276. 2 vol. Boer. decis. 22. nu. 37. Tertiò, si culpa vxoris di-

uortium

uortium factum fuisset, lucratur maritus dotem, vt & illa donationem propter nuptias si culpa mariti.l.consensu. §.hæc nisi.& §.sin autem aliter.C.de repud.si tñ dos sit mulieri restituenda, nó si alteri ex pacto.l.si dotem marito. de iure dot. Quartò, si pendente matrimonio, vel ante aliquid purè sit datú à patre, vel matre marito, postea non repetitur.l.si mř vestra.C.de don.ante nupt. Quintò, si mulier adulterium committat, tunc enim maritus ea conuicta dotem lucratur.l.cósensu.C.de repud.modo supra exposito, si verò filij tunc adsint dos debetur filijs, vsufructu marito tantum debito. Io.And.in c.plerunque. de donat.inter vir.& vx.

Dotis priuilegia quæ sint.

Dos autem in multis priuilegiatur: primò, vt bona viri sint pro eius restitutione tacitè obligata & hæredú. l.1. §.& vt plenius. C.de rei vx.act. & præfertur etiam anterioribus creditoribus ī dotis repetitione.l.assiduis. C.qui pot. in pign.hab. non tñ habentibus priuilegium expressæ anterioris hypothecæ, sed tantum tacitæ. Bart.Bal.& alij in d. l.assiduis.nisi concurrat cum fisco, quia tunc prior tẽpore est potior iure. Doct. in l 2. C.de priu.fisci. Secundò, quòd vxor pro marito non teneatur. tit. ne vx.pro mar. tertiò, vt suppleatur omissio stipulationis de dotis restitutione. l. 1. C. de rei vx. act. quartò, vt sit actio bonæ fidei contra naturam stipulationis. §.in bonæ fidei. de act. quintò, quòd summariè in ea sit procedendum.l.3.de re iud.sextò, quòd dos incerta arbitrio tertij possit certa reddi l.cum poss.§.gener. de iure dot. septimò, quòd mulier doté promittens non restituitur Velleiano.l.fi.C.ad Velleian. octauò, vt res inalienabiles subiectæ restitutioni causa dotis possint alienari.auth.res q. C.comm. de leg. nonò, quòd repetenti mulieri non possit obijci cópensatio, vel rerum amotarum vel aliorum debitorum, quòd tñ priuilegiú non transit in hæredes. l.vni. §. taceat. C.de rei vxo.act. decimò, quòd dos non præsumitur communicata in societate generali, sed excepta.l.actione. §.fi.cum l.seq. ff.pro soc.licet id possit. l.lucius.§. impuberes. de leg.2. vndecimò, vt laudemia non debeatur si res emphyteoticaria sine æstimatione in dotem datur. Ias.in l.3. C.de iure emph. Greg.Tolos. ita lib.9.de personis. cap.22.23.& 24. Notandum tñ, quòd pœna non potest apponi in matrimonio.c.gemma.vbi Abb. & Doct. de spons. arra tñ potest dari in sponsalibus in pignus contrahendi matrimonij.gl.in d.c.gemma.& habetur in l.arris.& l.fi.C.de spons.Coar.in 4.decr. c.3.§.7.& has arras datas non promissas amittit is per quẽ stat quominus matrimonium impleatur; secuto verò matrimonio redeunt ad dantem, vt not.Doct. in d.c.gemma. & Coar.loco prædicto. Secundus casus principalis, quo matrimonium, quò ad thorum, & cohabitationem potest separari est sæuitia viri in vxorem nisi det cautionem sufficientem, de ea non offendenda. c.1. vt lit. non contest. c.literas. de restit.spol. vbi Abb.Alex.consi.78. 5.vol. Nec tantú est spectáda sæuitia præterita, sed & timor futuræ, vt matrimonium separetur.d.c. literas.Vnde iusta erit causa, si alter tentauerit alterum veneno necare. Abb. in locis prædictis, & in c quemadmodum. de iureiur. & his casibus maritus tenet alere vxorem extra domum, vt d.Bald. in l.1. 2.col. C.comm.de leg. nec potest accusare vxorem ad dotis restitutioné, quádo ob sæuitiam fugiens adulterium commiserit: vt d.Anchar. consil.408. Tertius ob furorem, qñ sit ita ardens vt esset periculum in cohabitando iuxta cóem, quam refert Alex.in l.si cum dotem §.si maritus. ff.sol.matr. aliàs non. Quartò, ex fornicatione spirituali, si alter coniugum labatur in hæresim. c.2. de diuort.c.fi.de conu.coniug. quo casu dos fisco adiudicatur.Card.in d.c.fi. nec in hoc est peculiaris diuortij sententia necessaria. c.vlt.de hæret si verò sine iudicio ecclesiæ est separatus, reuerso ad fidem tenetur cohabitare, aliàs non. Quintò, ex crimine sodomitico. c.omnes accusationes.32.q.5. ita Coar.4.decret.2.par. § 5. Sextò, qñ ab eo inducitur ad aliquod peccatú mortale, nec ab inducendo potest retrahi, vt d.Pal.4.dist.39. q.1.

q.1 col fi. Nau. in Man.c.22.nu.22. & vt d. prædicti potest discedere à marito sure nolente à furando cessare; Non tamē potest ab eo discedere ob morbum Gallicum arg.c.si vxorē.32.q.5. & Nau.ibi. His casibus facta licitè separatione dos est restituenda, nec potest alter ad secūdas nuptias transire: vt ex Couar. est dictum d. §.6.

Secundæ nuptię licitæ sunt.

Quarta propositio. Polygamia multarum vxorum successiuè, & ita secundæ nuptiæ. Christianis concessæ sunt; probatur Roman.6. d. mulierem viro mortuo non fore adulteram si cum altero nupserit, & 1. Cor.7. si dormierit vir eius cui vult nubat tantum in domino, quem locum considerans Aug. lib de bono viduit.c.12.d. Ap. non dicere, si dormierit primus vir, vel secundus, vel tertius, sed indefinitè, ideo semp licere nubere marito mortuo. Item 1. Tim.5. Viduas, iuniores hortatur vt nubant secundo, ob incontinentię periculū. Ex Conc. Nicenum, can.8. iubet Nouatianos redeuntes non recipi, nisi polliceantur se communicaturos cum ijs qui etiam secundas nuptias contraxerint. Et Conc. Flor. in instruct. Armen. declarat non solum primas, sed secundas, tertias, quartas, & deinceps nuptias licitas esse. in c. aperiant. c. Deus masculum. cap quod si dormierit. 31.q.1. c. qua ratione. c. virginib. ibid. c. pen. & fi. extra de secun. nupt. Ex Patrib. Ambr. in lib. de viduis. Hier. in ep. ad Gerontiam. Aug. lib. de bono viduit. Chris. hom.20. in ep. ad Eph. Ratione probatur, nam vinculum matrimoniale non durat nisi vsque ad mortem. Rom.7. nam moriente altero coniugum vinculum matrimoniale cessat, & ita ob præcedens matrimoniale vinculum nō impeditur quis à sequentibus nuptijs. D.Th. 4.dist.42.art.1.q.3. Præterea primum matrimonium potuit esse sterile, ergo opere pretium est, vt liberi suscipiantur, iterum nubere. Vlterius est institutum in remedium, vnde quandoq; consilium est, vt quis ad vitandam fornicationem id suscipiat. Vnde contraria opinio est hæresis Montana, teste Aug. lib. de hær.c.26. & Nouatianorum: vt d. Teod. lib.3. de fab. hær. Ampliatur, vt etiam secundæ nuptiæ sint sacramētum, nam vbi inueniuntur quæ sunt de essentia sacramenti ibi est sacramentum, sed in secundis nuptijs prædicta inueniunt, .s. debita materia quam facit personarū legitimitas, & debita forma .s. expressio interioris consensus per verba, ergo, vt d. D.Th. d.q.3 art 2. Secundò, ampliat, vt mulier nubens infra annū euitet infamiam à lege ciuili impositā, & alias pœnas iuris, ex canonica dispositione c super illa. & cap. fi. de secun nupt. vbi latè Abb. vbi d. non debere incurrere pœnas inductas in odiū secundo nubentis, nec fortè fauore filiorum impositas, licet cōmunis opin. sit in contrarium per l.1. & 2. l. fœminæ l. hac edictali. & in auth. ijsdem pœnis. C. de secun. nupt. vt .s. amittant proprietatem rerum quas ex facultatibus priorum maritorū receperant, liberis enim extātibus eis debētur, vsufructu tñ apud matrem manente. d. l. fœminæ. & auth. in donatione. C. de secun. nupt. & ita est cōis opinio, q̄ hæc amittant, à qua etiam Abb. d non recedendū. Non tñ debent secundæ nuptiæ benedici. c. capellanum. & c. vir autē. de secun. nupt. aliàs debet suspendi ab officio, & beneficio eas benedicēs, secundò, & mittendus ad sedem apostolicam pro absolutione. d c. capellanum. & ita ipso facto non est suspensus, vt ibi not. Abb. idem probatur in c. sponsus. c. nostrates. 30 q. 5. Patres Conc. Neocæs. can.7. Ambr. 1. Cor.7. & 3. c. primæ ad Cor. Aug. serm. 243. de temp. Isid. lib.2. de diu. offi. c.19. Non tñ benedictio est sacramentū, nec de necessitate, sed de solēnitate, & ideo consummans matrimonium ante benedictionem non peccat mortaliter: vt d. Gaiet. tom.1. tr.13. Ratio verò cur non sint benedicendæ secūdæ nuptiæ est quā ponit Mag. d.42. nam benedictiones solemnes rerum & personarū, vt sunt consecratio ecclesiæ, altaris, virginū, exorcismus, catechismus, ordinum, & huiusmodi iterari non debent ne vilipendantur, & quia benedictio data i primis nuptijs non perijt. d. cap. capellanum. Vnde non debent benedici altera persona benedicta,

Secūdæ nuptiæ nō benedicūtur.

nedicta, vel sit vir, vel mulier, quia primo benedictus communicat benedictionem suam alteri: vt d. Abb. in d. c. vir autem. nisi consuetudo sit in contrariũ: vt d. Nau. sequutus in hoc D. Th. c. 22 n. 83. Aliæ pœnæ imponuntur secũdo nubentibus intra annũ luctus, ex l. 1. & 2. C. de sec. nupt. vt s. mulier sit infamis, secũdò, vt vltra tertiam partem bonorum suorum dare non possit in dotem: tertiò, nec ei vltra tertiam partem relinquere possit. quartò, vt sit incapax omnium supremarum voluntatũ legatorũ, & mortis causa relictorum expers: quintò, vt relicta in suprema volũtate prioris mariti amittat: sextò, vt hæreditates legitimas, vel ab intestato iure ciuili, vel honorario delatas non possit vltra tertium gradum vendicare, quæ pœnæ iure canonico sublatæ censentur: vt dicit Abb. in d. c. fi. licet Goffr. in l. 1. C. de secun. nupt. & gl. in l. decreto. C. ex quib. cau. infam. irrogetur: contrariũ sentiãt, sed prior opinio est magis pia, cui & adstipulari videtur. l. 2. C. de ind. vid. toll. vbi statuit mulierem posse percipere, q̃ maritus reliquit. Pœnæ verò, quæ respiciunt fauorem liberorum non odiũ nubentis non sunt sublatæ per ius canonicum d. l. fœminæ. cum seq. C. de secund. nupt. latè Coar. in 4 decret. c. 3. 2. par. §. 9. nu. 6. Vnde etiam pater vel mater ea quæ consequitur ex bonis filij primi matrimonij decedentis. auth. defuncto. C. ad Tert. §. cõsequutas. de hær. ab intest. coll. 4. cum hodie succedant illis in proprietate cum alijs filijs, gl. in l. fœminæ. vbi Bar C. de secund. nupt. l. matre quæ defuncto. C. ad Tert. tenetur reseruare alijs filijs eiusdẽ matrimonij, nec potest alienare, si ab intestato successit, secus si ex testamento, vt quilibet extraneus. auth. ex testamento. C. de secun. nupt. §. huic nos. auth. de nupt. quæ intelligũtur si ex priore coniuge is filius ea percepisset, secus si ab extraneo. d. auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Pater tñ qui habet vsumfructum in bonis filij aduentitijs, & maternis. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. l. 1. C. de bon. mater. eo non priuatur si transit ad secundas nuptias. l. fi. C de bon. mat. Nec donatio propter nuptias filijs debetur, nec donationes reciprocæ, nec dos quæ mortuo marito ad vxorem rediit. quæritur prioris matrimonij filijs. l. si liberis. C. de don. ante nupt. l. 3. § fi. de minor. l. quod autem. §. si vir. de donat inter vir & vx.

Quinta propositio Matrimonium indiget per aliqua bona excusari; probatur, nam vbicunque est indulgentia ibi est necessaria aliqua excusationis ratio, sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis secundùm indulgentiã. 1. Cor. 7. ergo eget per aliqua bona excusari. Præterea concubitus matrimonialis, & fornicarius sunt eiusdem speciei quantum ad speciẽ naturæ, sed fornicarius est de se turpis, ergo vt matrimonialis sit honestus oportet aliquid ei addi quòd ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem moris trahat; Vlterius nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi per recompensationem alicuius æqualis, vel melioris boni, vnde electio alicuius, quòd habet aliquam iacturam annexam indiget alicuius boni adiunctione per cuius recompensationem ordinetur, & honestetur, in coniunctione verò viri, & mulieris rationis iactura accidit, tum quia propter vehemẽtiam delectationis absorberetur ratio vt non possit aliquid intelligere in ipso actu, vt d. Philos. 7. & 8. Eth. tum etiam ob molestias quas matrimonium affert: vt d. Ap. 1. Cor 7. quo loco Amb. commemorat maritorum & vxorum molestias: & Hier. recenset lib. 6 con. Iouin vt est vinculum indissolubile, genitura, nutrimentum filiorum, onera in tolerandis & mariti, & vxoris peruersis moribus, & rebus domesticis curandis, & huiusmodi, ergo electio talis coniunctionis non potest esse ordinata, nisi per recompensationem aliquorum ex quibus dicta coniunctio honestetur; & talia sunt bona q̃ matrimonium excusant & honestũ reddunt. D. Th. 4. d. 31. q. 1. art. 2. & ibi Sot. Hæc autem bona matrimonium excusantia sunt tñ tria s. fides, proles, & sacramentum; probatur authoritate Aug. lib. 9. super Gen. ad literam. c. 7. & lib. de bono

Matrimonij bona q̃ sint, & quare.

bono coniugali. & lib. de nuptijs, & concupisc. c. 11. de quibus bonis Vgo. lib. de sacr. coniugij. tract. 7. c. 4. d. quòd bonum nuptiarum est tripartitũ, fides, proles, & sacramentum. In fide attenditur ne post cõiugale vinculum cum altero, vel altera concubatur. In prole, vt amanter suscipiatur & religiosè educet; In sacramento vt coniugium non separetur; significans inseparabilem coniunctionem inter Christum, & ecclesiam, licet sint & alia coniugij bona, vt vitatio fornicationis, amicitia viri & mulieris, & quandoque pax inter hostes ante. & habetur etiam in c. omne. 27. q. 2. Ratione probatur, nam matrimonium cõsideratur, vt officium naturæ, & vt sacramẽtum primo modo duo postulat, vt & qlibet virturis actus, vnum ex parte agentis. s. intentio finis debiti, & sic ponitur bonum matrimonij proles, aliud exigit ex parte ipsius actus, qui est bonus ex genere quia cadit supra materiam debitam, & sic est fides, per quam homo ad suã accedit, & non ad aliam; sed vlterius habet aliquam bonitatem in quantum est sacramentum, & hoc significatur ipso nomine sacramenti. ita D. Th. d. 31. q. 1. ar. 2. Vel vt d. Ric. d. dist. aliter hæc sufficientia probatur, nam in matrimonio est vinculum, vsus, & fructus, vinculum honestat rationem per sacramentum, vsus per fidem, & fructus per prolem. Præterea, vt d. Phil. 8. Eth. c. 3. bonum diuidit in vtile, delectabile, & honestum; Vtilitas enim matrimonij est proles, delectatio eius consistit in fide thori, sed honestas decoratur per rationẽ sacramenti. Non tñ hæc omnia bona sunt de essentia coniugij, sed sola ratio sacramenti, cætera sat est si seruẽtur in intentione, & natura matrimonij; sic sentit Aug. locis cit. & Vgo. lib. 2. de sacr. fidei. par. 11. c. 7. & 8. & maximè 8. vbi d. prima duo semper esse non posse in coniugio, tertium verò. s. sacramentum esse omnino necessarium, primis enim casibus per adulterium, vel sterilitatem matrimoniũ non desinit esse, sunt tñ ambo de intentione facti; vt q generationis causa institutum fuit, & vt vterq; fideliter sibi debitum ad illum finem redderet. Differunt tñ; nam fides non solum ad intentionem matrimonij spectat, sed debet etiam in intentione contrahentium inesse. s. mutuam sibi fidem seruare, licet quamuis mente proponant adulteros fore, matrimonium non annihiletur; proles verò non est necesse vt expressa de intentione contrahentium existat; nam beata Virgo verum matrimonium contraxit, licet creare prolem per concubitum nunquam expressè proposuerit, seruauit verò fidem viro, vt d. Aug. in hoc quòd alium nõ cognouit, vt nec ipsum, prolis verò bono diuina opera, & munere potita fuit. At ratio sacramenti matrimonio legitimè contracto inseparabilis est, etiam si quis alteri adhæserit, vt d. Aug. lib. 1. de nupt. & concup. c. 20. & Vgo. d. c. 8. Inter hæc autẽ bona principatum tenet ratio sacramenti: primò, quia proles, & fides ad officium naturæ pertinent, sacramenti verò ratio ad gratiam, quæ per ipsa confertur, gratia verò præstantius bonum est q̃ natura: secundò, quia ratio sacramenti inseparabilius adhæret sacramento q̃ alia bona, vt supra; Præterea principalius in qualibet re accipitur, vel quòd est dignius, vel essentialius, ratio verò sacramẽti est dignior, quia spectat ad gratiam, vt sup. accipiendo verò principalius, quod est essentialius, & sic fides, & proles possunt dupliciter considerari: primò, in seipsis & sic pertinẽt ad vsum matrimonij, per quẽ & proles producitur, & pactio coniugalis seruatur, sed indiuisibilitas quã importat sacramentum, pertinet ad ipsum matrimonium secundùm se, vnde matrimonium nunquam inuenitur sine inseparabilitate, sed quandoq; sine fide, & prole, & hoc modo sacramentum est essentialius in matrimonio, q̃ fides, & proles; alio modo possunt cõsiderari fides, & proles secũdùm quòd sunt in suis principijs, vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum seruãdi fidem prout fides est pars iustitiæ, sine quibus etiam matrimonium esse nõ potest, quia hæc in ipso matrimonio ex ipsa pactione coniugali causantur, itaq;

si aliquid aliud diuersum exprimeretur in consensu, qui matrimoniũ facit non esset verum matrimonium, & sic accipiendo proles est essentialissimũ in matrimonio, secundò fides, tertiò sacramẽtum, vt etiã homini est essentialius esse naturæ, q̃ esse gratiæ in genere .s. naturæ, non autem gratiæ, licet hoc sit dignius. D.Th d.q.1.art.3.& ibi Sot.art.2.

Matrimonialis act⁹ ã sit licit⁹, vel an sĩ eo peccatũ esse possit, & q̃ ac quõ.

Ex p̃dictis sequitur, q̃ hæc bona excusant actum coniugii non solum vt sit bonus ex parte agentis, vt solet ignorantia excusare, sed etiam vt sit bonus ex suo genere, & q̃nq; meritorius. Actus enim aliquis dr̃ dupliciter excusari primò ex parte facientis, vt non imputetur facienti in culpam, licet sit ex se malus, vel saltem minuit culpam, vt ignorantia dr̃ excusare actum in toto vel in parte; secundò actus excusatur ex parte sui, vt .s. non sit malus, & hoc modo prædicta bona dicuntur excusare actum matrimonij. Ex eodem verò actus habet q̃ nõ sit malus in genere moris, & q̃ sit bonus, cum non detur actus indifferens; Dicitur verò actus humanus bonus dupliciter, primò bonitate virtutis, & sic actus dr̃ q̃ sit bonus ex his, quæ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonij fides, & proles. Alio modo ex bonitate sacramenti secundum q̃ actus non solum bonus, sed etiam sanctus dr̃, & hãc bonitatem habet matrimonium ex indiuisibilitate coniunctionis secundùm quam signat coniunctionem Christi ad ecclesiam. D.Th dist 31.q.2.art 1. Præterea redditio debiti est actus iustitiæ, ergo est bonus. Et licet ibi sit delectatio intensissima secundùm quantitatem, tñ non excedit limites sibi à ratione præfixos ante principium suum, licet in ipsa delectatione ratio eos ordinare non possit, & ideo non est malus; vt d. ibi D.Tho. ad tertium. vnde requiritur hæc spiritualis intentio in coniugibus, si nõ formaliter saltem in habitu & virtualiter .s. vt vtantur matrimonio eo fine, quo illud Christus instituit: vt dicit Sot. dist.31.quæst.1.art.2.

Not. etiam concubitum coniugalem quatuor de causis cõtingere posse: primò causa generandi, secundò debitum reddendi, tertiò fornicationem vitandi, vel solius libidinis explendæ, morbum, aliave incommoda vitandi, qñ sit causa generandi licitus est, quia ibi concurrit primum bonum, q̃ est proles, in redditione etiam debiti, etiam si alter non causa generandi, sed se delectandi exigat, iustus etiam est, quia ibi seruatur secundum bonum .s. fides & iustitia, & ita sentit D. Aug. lib. de bono coniug. c. 4 posset tñ ei negare si ex hoc magnum dispendium corporale ei immineret.

Quando verò solum voluptatis captandæ gratia petitur, ita vt illa sit electa, & principaliter intenta, non est de se peccatum mortale, nisi alia adsit mortalis circunstantia, probatur, nam delectatio non est de se bona, nec mala, nisi ratione operationis vnde captatur. 1. Eth. c. 8. Vnde delectatio operationis bonæ est bona, malæ mala, concubitus verò coniugalis nõ est de se operatio mala, ergo nec delectatio ei adiuncta, vnde electio huius delectationis non est ex genere mortalis. Venialis tñ est huiusmodi culpa: vt d. Aug de bono coniug. cap. 6. alias senes, & steriles peccarẽt mortaliter simul conueniendo. Accedere aũt ad coniugem generationis causa, cum delectatione & voluptate adhærente, & placente nullum est peccatum, nisi nimius excessus voluptatis procuretur, probatur, nam coniugalis vsus ea ratione, & conditione, quia naturæ sagacitate instigatur nullum est delictum, natura verò sagaciter delectationem illi actui propter necessitatem conseruandi speciẽ adiunxit, vt & sumptioni potus, & cibi ratione conseruandi indiuidui, ergo sicut cibum, & potum cum delectatione capere nulla est culpa, ita nec cõiugalis coitus; Huiusmodi tñ cõcubitus voluptatis gratia est venialis culpa; probaẽ auth. Aug. loco p̃dicto, & lib. 1. de nupt. & concup. cap. 4. & in Ench. c. 78. d. illa peccata esse ex eorũ genere, de quibus quotidie dicimus, dimitte nobis debita nostra. Beda 1. Cor. 7. Greg in c. vir cum propria. 33. q. 4. D.Th. d. 31. q. 2. art. 3. Si verò delectatio vltra matrimonij honestatem

quæ

quæritur, dum .s. in coniuge quis non attendit q coniux est, sed solum q mulier, idē paratus facere cū ea licet vxor non esset, tūc mortalis culpa contrahit. Si verò delectatio infra limites matrimonij continetur, quia in aliam, quæ nō esset vxor non affectaretur, tunc est veniale. ita D.Th.d.art.3. & Sot.d.31.q.1. art.3. Ad prægnantem etiam accedere, & reddere, vel ab ea petere non est mortale, quia licet alia animantia grauida coitum abhorreant, mulier tamen appetit, modo id nō fiat cum periculo ventris, q fit maximè in principio, & fine fœtus: vt d. Hippocrates, lib. de pueri, fœtusve natura, cum seq. Qn̄ verò actus fit causa vitandæ fornicationis, si maritus exigat causa vitandæ fornicationis in vxore, & èconuerso nullum est peccatum, probatur auth. Aug. de bono coniug. c.7. & 10. & in ep. ad Eluidiam, quæ est 199. & refertur in c. secūdùm verba. 33.q.5. sequitur Beda. 1.Cor.7. Mag. & alij, nam hmōi redditio debiti pertinet ad fidem coniugij, vnde non opus est, vt vxor formaliter petat, sed sat est si vir eius infirmitatem nouit, tūc enim debet interpretari illam exigere. Ad vitādum verò fornicationem in seipso, cōmunis sententia est Patrū Aug, Bedæ, & Greg. locis prædictis. Mag. d.31. & D.Th. ibi q. 2.art.2. D.Bona. Ric. & aliorum, ibid. vt ad vitandam fornicationem, cōcubitus citra venialem culpā fieri nō possit. Altisiod. verò 4.lib. in materia de matrimonio. c.4.q.2. d. q cognoscens vxorē causa vitandæ incontinentiæ non peccat, sed qui illā cognoscit causa libidinis, vt delectetur. Sot. verò dist.31.q.1.art.4.d. fortè probabiliorem esse hanc opin. quia institutum est matrimoniū in officium generandi, qui est primarius finis, & causa vitandæ fornicationis, qui est secundarius, vti verò matrimonio ad hunc finem licet non sit principalis, nō est ius coniugale transgredi, ergo qn̄ concubitus est ad id moraliter necessarius licitus est, cui & accedit t. Ap. 1.Cor.7.d.& iterum reuertimini in idipsum ne tentet vos satanas; vnde & d. propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat, si tn̄ alia via potest fugere incontinentiam non est ad hanc recurrendū, secus qn̄ moraliter alia via non est, tunc enim hæc est licita; similiter si necessitas coniugalis coniunctionis sit necessaria ad vitandum magnum malum, nullū esset peccatum illa vti, si verò nō sit tanta necessitas ꝓbabile est, q sit veniale. Sed si extra vas semen effundit est mortale, si sit notabilis, nam distillatio non semper rantæ culpæ est tribuēda, vt nec dum festinantius ingredi credens extra vas seminat, non est mortale. quia id festinationis naturæ ascribi debet; Retro verò accedere intra tn̄ vas legitimū, vel supinum virum manere, & huiusmodi non est iudicandum mortale, quia sic vt d. Alb. & alij medici potest fieri generatio, quia matrix, vt & stomachus virtutem habet attractiuam, qua semē exorbet, huiusmodi tn̄ sunt venialia peccata & viris probis exhorrenda. Tactus verò impudici si fiant cū periculo mollitiei, sunt peccata mortalia, si verò vt necessarij ad venerem excitandam generationis gratia, nullam in coniugibus præ se ferunt culpam, extra hos casus sunt venialia, oscula verò licet non alio fine inter coniuges fiāt, nisi vt amoris indicia, nulla sunt culpa notanda. ita Sot. d. ar. 4.

Sexta propositio. Quòd ad debitum matrimonij attinet. Vterq; coniugum est alteri de necessitate præcepti obnoxius vt ei reddat; probatur 1.Cor.7. vir vxori debitum reddat, similiter & vxor viro; probatur etiam ex natura matrimonij, quæ est mutua corporum traditio, vt ibi d. Ap. vnde ex ea oritur obligatio debiti reddendi, quæ obligatio cū sit in re graui, vtrumq; sub mortali crimine astringit, tanquam iniustitiæ crimen, velut is qui rem alienā inuito dn̄o vsurpat. D.Th.d.32.q.1.art.1 & ibi Sot. Fallit verò prædicta conclusio si aduersetur redditioni conseruatio proprij indiuidui, probatur, nā ordo tam naturæ, q̄ charitatis, quæ naturā perficit, requirit, vt quælibet res accuratius sibi consulat q̄ alteri, vnde cū nutritiua virtus cōseruationi indiuidui seruiat, generatiua verò conseruationi speciei, natura pro-

Debitū matrimoniale qn̄ sit necessariò reddē dum, qn̄ excusant coniuges, an qnq; id illi citū sit, &c.

prouidua sit indiuiduis consuluit, vt natura indiuiduo prius prouideat, & deinde q superflui generatiuæ eroget, vnde nemo hunc ordinem peruertere tenetur nec potest. si verò paruum salutis sit detrimentū, tunc virtuti iustitiæ est satisfaciendum, aduertendo tñ q non semper maritus vel vxor petit cum intentione obligādi sub peccato mortali, sed sæpe insinuando vel alliciēdo, & tūc negare non est mortale, qñque nec veniale. Et etiam dum alter obnixæ petit, potest alter dum causa adest, eū rogare ne petat. Imò qñ alter creberrime peteret, non tenetur alter semper ad nutum ei obsequi, quia in petēdo debet modus adhiberi, & ideo tunc negans non facit iniuriam saltem grauem, sed nullam vel venialem. Qñ verò coniux nō nisi cum magna difficultate, & rarissimè reddere vellet, & maximè si periculum in coniuge præsentiret, vel adulterij, vel illicitæ pollutionis, esset peccatum mortale nō reddere. Item si abstineret ne prolem susciperet, altero poscente peccaret mortaliter. Qñ verò filijs abundant, de communi consensu possunt abstinere, & probabile est etiam negantem non peccare mortaliter, nisi timeatur pollutio alterius, si magna egestate præmantur vt filij ali non possint. Vbi verò quis febri, vel alio morbo tenetur non tenetur pro illo tempore cū graui detrimento salutis, vt supra, reddere. Ob lepram verò, licet sit morbus perpetuus non separat matrimonium. c. quoniā. & c. peruenit. de coniugio leprosorum, tenetur tñ huiusmodi debitum reddere, sed non cohabitare, quia non tm̄ periculi in vno congressu imminet: vt d. D. Th. d. art. 1. ad quartum. & eum sequūtur D. Bon. Ric. & alij, si verò adsit periculum contagionis, non tenetur vt d. Dur. Palud. & Caiet. & Abb. in d. c. quoniam. d. idem esse si magnus sit horror ad reddendum, cū ad impossibile nemo obligetur in conscientia, licet ecclesia quæ nō videt hāc impossibilitatem compellat per excommunicationem ad reddendum, & ibi ēt d. q si alter grauatur morbo ethico, vel alia ægritudine, vt morbo gallico nō tenetur reddere, quia ordinata charitas incipitā seipso c. non satis 70. dist. Imò vir non potest diu stare absens ab vxore, dr autem diu abesse, donec quærela perueniat ad iudicem ecclesiasticum. s. donec alter eorum fuit conquestus, vel notoriè liquet alterum eorū viuere incontinenter, & ideo iudex ex officio debet curare, cessante causa lepræ vt coniuges iuniores nō viuant separatim ꝑpter periculum adulterij, ita Abb. in c. 1. de coniugio leprosorum. Et debitum reddendi adest nedū si verbis petatur, sed etiā tacitè, vt si vir percipit per aliqua signa q vxor vellet sibi debitū reddi, tenetur eidem reddere, qñ expressa signa apparent in vxore voluntatis reddendi sibi debitum, licet ex verecundia taceat. ita D. Th. d. art. 2. aduertendo tñ q in hoc ad paria nō iudicanť, quia vir semper ex redditione fit impotentior, mulier non. Ex hac obligatione reddendi debitum sequitur, q æqualis sit in vtroq; hæc obligatio, quia licet non sint æquales in regimine domus, ꝙ qua vxor regitur vir regit, in reddendo tñ debitū æquales sunt. vt d. D. Th d. quæst. art. 3. Qñ verò mulier est menstruata, vel vir fluxum sanguinis patitur, si quidē menstruum sit innaturale, non tenetur vir ab ea abstinere, quia est perpetuū, & sic perpetuò deberet vir abstinere, & similiter fluxus perpetuus in viro nō debet obstare petitioni debiti, quia id semen non est admodum generationi aptum, & ideo nec proli inde est timendum; si verò menstruum sit naturale, si vir petat scienter, tunc vxor debet eum precibus auertere, non tñ qñ in eo periculum pollutionis timet; si verò ignoranter, potest aliquā infirmitatem prætendere vel excusationem si habet aliā, nō tñ illam ne horrorem illi obijciat, si tñ is omnino institerit, debet reddere, qa vir corporis sui potestatem non habet. 1. Cor. 7. & sic sentit D. Th. d. art. 2. q. 3. Silu. verbo, debitum coniugale. § 6. D. Bon. & Pal. d. 32. q. 1. Caiet. in sum. de vsu matrimonij, & Sot. d. 32. q. 1. art. 2. & hoc casu non est mortale etiam petere, sicut & nullum reddere cum debitis circunstantijs.

cunstantijs. Tempore verò puerperij nō est peccatum petere, vel reddere, vt dicit ibi Sot. An verò causa voti, vel orationis, vel temporis sacri possit alter alteri debitum negare. Resp. quòd neuter coniugum potest sine volūtate alterius votum facere non reddendi, imò faciendo mortaliter peccat, nec implere tenetur, probatur authoritate Aug. in Ps. 46. & refertur in c. si dicat. & c. secundùm verba. 33. q. 5. Ratione probatur, nā votum spontaneæ voluntatis est actus, vt nomen etiam sonat, vnde non potest emitti nisi de illis rebus, quæ nostro arbitrio subsunt, cuius generis non sunt illa quæ alijs debemus, cum sint aliena, vnde cum maritus sui corporis potestatem non habeat, sed vxor, & èconuerso 1. Cor. 7. ideo neuter altero inuito potest votum non reddendi emittere, imò licet alter huiusmodi licentiam concedat, potest eam reuocare, vt d. Ric. dist. 32. art. 2. q. 1. & habetur in c. manifestū. 33. q. 5. nisi fortè mutuam sibi facultatē facientes vouendi vterque iuri suo renunciauit, dum alter vel ambo mutuo consensu religionē profitentur, de quib. supra est dictum. D. Th. d. q. art. 4. & ibi Sot. art. 3. Ampliatur, vt neq; alter altero inuito votum possit facere non petendi, quia per huiusmodi votū matrimonium fit alteri cōiugi onerosum, maximè in fœmina, quæ ob verecundiam petere desinit. ita D. Th. d. art. ad tertiū. Quo verò ad tempora sacra, licet D. Th. d. q. art. 5. dicat nullo die festo licere petere debitum, sed esse peccatum veniale, vel tempore ieiuniorum, quia actus matrimonialis, licet culpa careat, tñ ob annexam delectationem hominem reddit ineptum ad spiritualia, non tamē est mortale, quia non est circumstantia trahens ad aliam speciem peccati. Sot. tñ d. art. 3. mitius agendo putat probabile esse, id esse veniale solū diebus solemnib. præcipuis, vt Natalis, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & Veneris sancti, si tñ tunc gratia delectationis solius petatur, licet non sit mortale, est tamen grauius peccatum, vt d. ibi D. Th. quæst. 2. & habetur in c. quotiescunque. 33. q. 4. Et idem videtur in processionū diebus, solemnium etiam ieiuniorum, vt dicit Amb. serm. de adu. domini, & Aug lib. q. nou. & vet. test. q. 187. & habetur in cap. fratres. & c. Christiana. 33. q. 4 Sot putat tñ id esse ex consilio, quia nimis onerosum esset per totā Quadragesimam oportere abstinere. Reddere verò quocunque tempore, & quacunque hora licet, quia alter nō habet potestatem sui corporis, quò ad actum generationis. 1. Cor. 7. ideo alter tenetur semper alteri debitum reddere salua tñ honestate. D. Th. d. art. 5. quæst 3. In loco verò sacro .i. intra ecclesiam, vel cœmeterium, non autem in campanili, vel thalamis ecclesiæ adiacentib. exigere vel reddere suo genere mortale est, quia per illam coniunctionem violatur locus, nec potest in eo celebrari donec reconcilietur, vt dixi supra de Missa, cap. de loco. Ric. tamē id moderatur. d. 32. art. 3. q. 1. qñ coniuges diuturnam morā non trahunt in ecclesia, quia si diu ibi detineantur violenter inclusi, tunc licet eis reddere & exigere, quòd procedit vt d. Sot. si id fit occultum, quia tunc ecclesia non eget reconciliatione. Vnde coniuges intra ecclesiam nō sunt admittendi habitare, licet in turri possint tolerari. ita Sot. ibi. Ante verò sacram communionem an liceat petere vel reddere, dixi supra in sacramento Eucharistiæ, sub cap. de sumentibus Eucharistiam.

Matrimoniū quibus tpibus celebrari tm̄ possit, & qd tpe feriarū prohibeatur.

Nuptiæ autem non possunt celebrari à Dñica prima Aduentus, vsq; ad diem Epiphaniæ, & à Dñica Septuagesimæ, vsq; ad diem octauam Paschatis inclusiuè, quo tempore nuptiarum solemnitates prohibentur: vt in Tr. Conc. sess. 24. c. 10 ratione, vt d. D. Th. d. ar 5. quæst. 4. nam qñ nouæ sponsæ traduntur, tunc coniugū animi magna voluptate tenentur, & cognati immodica lætitia dissolui consueuerunt, ideo temporibus illis, quæ sunt ad vacandū spiritualibus dedicata, nuptiarum celebratio interdicit, vt habet in c. non oportet. & c. nec vxorem. 33 q 4. & in cap capellanus. de fer. Papa tñ potest dispensare, vt nuptiæ tūc solemniter celebrentur, & etiam eps ex

Aaa 4 caula

causa graui, vt si periculum adsit dissolutionis matrimonij, vel mulier ducat indotata, & huiusmodi, potest dispensare, vt matrimonium fiat, modo populus non adsit frequens, nec aliæ solemnitates nuptiarum interueniant, vt d. etiã gl. recepta. in d. c. capellanus. quæ etiam, non requirit epi dispensationem. Non licet tñ ijs diebus benedictionem nuptiarum accipere, vel in domum suã solemniter sponsam traducere. d. c capellanus. & c. nõ oportet. cum tribus seq. 33. q. 4. & ita sentit etiam D. Th. d. quæst. Silu. matrimonium. 7 q. 2. nec etiam priuatè traducere. vt dicit ibi Silu. de quo infra. Consummare verò per copulam absq; solemnitate nuptiarum, & absq; traductione in domum nullo tempore prohibetur, vt d. Caiet. verbo, matrimonium. par. 2. Nau. in Man. c. 22. nu. 71. ad fin. qñ matrimonium iam est contractum. Hæc de essentialibus matrimonij.

De impedimentis Matrimonij in generali. Cap. VI.

1 Matrimonio cur dētur impedimenta.

Notãdum, q in matrimonio sunt quædam quæ sunt de essentia ipsius, & quædã de solemnitate. Et quia remotis his quæ nõ sunt de necessitate sacramenti adhuc manet verũ sacramẽtum, ideo impedimenta quæ contrariant his quæ sunt de solemnitate sacramenti, nõ officiũt quin sit verum matrimonium, & talia dicuntur impedire matrimoniũ contrahendum, sed non dirimunt contractum, vt prohibitio ecclesiæ, & tempus feriarum, vnde versus:

Ecclesiæ vetitum, nec non tps feriarũ,
Impediũt vetitũ permittũt cũcta teneri.

Impedimenta verò quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonij faciunt vt non sit verum matrimonium, ideo non solum dirimunt contrahendũ, sed etiam dirimunt cõtractum, quæ his versibus continentur:

Error, conditio, votũ, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hęc socianda vetant connubia facta retractant.

Quorum sufficientia sic accipi potest; Nam matrimoniũ potest impedire, vel ex parte contractus matrimonij, vel ex parte contrahentium: Si primo modo, cum contractus fiat per voluntariũ consensum, qui tollitur per ignorantiam & violentiam, & sic erunt duo impedimenta, vis, & error. Alia impedimenta sumuntur ex parte personę contrahentiũ, quæ sic distinguuntur. potest .n. aliquis impediri à matrimonio contrahendo, vel simpliciter, vel respectu alicuius psonæ, simpliciter vt cum nulla matrimonia possit contrahere; & hoc contingit quia impeditur à matrimoniali actu, idque dupliciter, primò, quia non potest de facto, & sic ponitur impotentia coeundi, siue quia non liberè possit, & sic ponitur impedimentum seruitutis. Secundò, quia non licitè potest, & hoc secundùm q ad continentiam obligat, quod cõtingit dupliciter, vel quia obligatur ex officio suscepto, & sic est impedimentum ordinis, vel ex voto emisso, & sic impedit votum, si verò quis impeditur à matrimonio non simpliciter, sed respectu alicuius personæ, vel propter obligationem ad alteram personã, sicut qui iunctus est vni matrimonio non potest alteri coniugi, & sic est ligamen .s. matrimonij; Vel quia deest proportio ad alteram personã, & hoc tripliciter: primò ob nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus: secundò, pp nimiam propinquitatem, & sic ponũtur tria impedimenta .s. cognatio, quæ importat propinquitatem duarum personarum, vel ratione tertiæ matrimonio iunctæ, & sic est publicæ honestatis iustitia in qua est propinquitas duarũ personarũ, ratione tertiæ personæ per sponsalia iunctæ. Tertiò, propter indebitam coniunctionem ad ipsam factã, & sic impedit crimẽ adulterij prius cũ ipsa commissũ. ita D. Th. d. 34. q. 1. art. 1. His not.

Matrimonij impedimẽta quæ sint, & quot.

Prima sit propositio. Multa sunt matrimonij impedimẽta, probatur in Cõc. Tr. sess. 24. can. 4. Ratione, nam res vniuersæ, quæ ex causis mutabilibus pendent,

dent, obnoxiæ sunt impedimentis, quibus impediuntur, vel ne fiant, vel factæ cassantur, matrimonium est huiusmodi, ergo, maior patet, minor probatur, nam matrimonium ex triplici causarum genere cõstat, quia quatenus est officium generandi est naturæ institutũ, & quatenus sacramentum est institutum Dei, & quatenus ad conuictum humanũ pertinet Reipublicæ pacem, legibus humanis subditur, & omnes causæ sunt variabiles, & impedibiles, nam iure naturæ constituitur per mutuum consensum ad finem generationis, consensus autem cum sit res humana, vi, & errore impediri potest, & generatio per impotentiã coeundi, significatio verò cõiunctionis Christi cum ecclesia impeditur per bigamiam, conuictus verò pacificus impeditur per vxoricidia, & incestus, & alia crimina, quę ideo ecclesia prudenter voluit esse impedimenta matrimonij, sed & ornamentum & ciuile decus per hoc accedit, ꝙ cognatione propinqui à matrimonio repellant, quo fit vt de omnibus his ecclesia possit leges prohibitorias condere, imò & principes, & ciuilis Respublica, si id ecclesia permittat, possunt huiusmodi leges ferre quibus matrimonia cohibeantur. ita D.Tho.d.art. ad quartum. & ibi Sot. vnde & personæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum dicuntur, quia sunt contra legem qua matrimonium constituitur: vt ibi d.D.Th. vnde & iustæ nuptiæ dicuntur eorum qui secundùm præcepta legum coeunt. §.1.Instit.de nupt. & inde filij legitimi, & naturales. l.filij. ff. de his qui sunt sui vel al.iur.c.pen.qui filij sint leg. Iniustæ quæ contra præceptum legum fiunt, & filij inde nati illegitimi sunt.l. qui cõtra.C.de incest.nupt §.si quis aduersus. Instit.de nupt.

De consensu coacto, & sic de metu. Cap. VII.

Violentia quotuplex sit, & quid, quisq; eius effectus.

NOtandum, ꝙ coactio, & violentia, quæ in idem coincidunt duplex est, vna quæ absolutam infert necessitatem, & à Philos.2. & 3.Eth. dr̃ simpliciter violentum, vt dum quis alterũ renitentem loco depellit, ibi enim nullus est voluntatis consensus, ideo motus ille simpliciter fit à principio extrinseco passo non conferente vim. Aliud est violentum, vel coactum mixtum, vt dum quis in naufragio, vt vitam seruet, bona sua in fluctus eiicit, hoc enim, licet per se absolutè consideratum, quatenus est iactura bonorum, non fit voluntarium, sed violentum, tñ illa circunstantia, & qualitate vestitum, ꝙ est necessariũ ad vitandum mortem, quæ grauius malum est, fit per electionem voluntarium. Et quia actiones circa singularia versant, prout hic & nũc fiunt, ideo illud est simpliciter voluntarium, quia ibi cõsensus interuenit, licet sub conditione sit violentum, nam si is aliter posset vitam seruare, iacturam illorum bonorũ non faceret. Violentia primi generis, quæ est coactio simpliciter dicta, est tm̃ in rebus inanimis, & in membris corporis animatorum, in appetitu verò vel rationali, vel sensitiuo quantum ad actus elicitos esse non potest, prima pars patet, nã lapis per violentiã proijcit, & tã homo q̃ brutum ad motũ corporis fortioris, licet nullum habeat consensum, sed dissentiat, depellitur; hic verò motus non est actio subiecti, sed mera passio exterius illata: secunda pars probatur, nam huiusmodi violentia est passio contra inclinationem agentis, motus verò appetitus tam sensitiui, q̃ rationalis est ipsa animalis inclinatio, quare à quocunque metu idem nascatur sit secundùm eius inclinationem, imò est ipsissima inclinatio, & licet principium motus .s. timor extrinsecus incutiatur, consensus tñ ad motum ab intrinseco appetitu elicitur.

Secundò, notandum, ꝙ violentia secundi generis .s. conditionata in sola voluntate, & brutorum appetitu repetiri potest, & eadem non nisi per metũ, probatur, nam hæc violentia actũ dicit simpliciter voluntarium, cum inuoluntario conditionato admixto, vt supra, huiusmodi verò consensus esse non potest, nisi in voluntate, vt dũ homo metu periculi

riculi aliquid agere consentit, & dum pecus metu à pabulo discedit. Ex his sequitur, vt vis hoc secũdo modo, & metus conuertantur; imò vis in præsentia non solum non vsurpatur pro violentia eis illata, quæ anima sensitiua caret, vt sunt saxa, sed neque pro illa quæ brutis animantibus infertur, quia cum nõ sint propter se, sed propter hominem, & sic nõ sint iuris, vel iniuriæ capacia, nulla propriè eis vis infertur, sed solo homini. Et ita vsurpatur hic vis humano more pro ea quæ homini fit, quæ idem est ꝙ metus, qui est instantis futurivè periculi causa, mentis terpidatio. l. 1. ff. de eo quod met. causa. & vt d. Cic. 4. Tusc. ꝙ opinio impendentis mali, ꝙ intolerabile esse videtur, vnde & in ff. ponitur tit. de eo quod met. caus. fit, quia quod vi fit, etiam metu dicitur fieri, & èconuerso, & ideo in consensu interiori non cadit coactio vel vis.

Metus qđ sit, & q̃s dicatur cadere in virũ constantẽ, vel non, & quis dicat vir cõstãs.

Tertiò, notandum, metum cadere in aliquem dici, quando eo impulsus facit quòd aliàs non faceret, exemplo eius, qui in tempestate, vt se saluet, proijcit merces in mare.

Quartò, notandum, homines aliquos esse inconstantes .i. timidos, pertinaces, & fortes, vel constantes; constantia est enim media virtus inter incõstantiam, & pertinaciã, nam recta ratio docet ex duobus malis minus esse eligendum, & ex duobus bonis id ꝙ est melius, summum verò malorum est peccatũ, ꝙ non licet eligi ad vitandum quodlibet incõmodum, & malum pœnæ, is ergo inconstans dr̃, qui vt minus malum caueat in maius cadit, vt qui ne pecuniam amittat, honorem contemnit; pertinax èconuerso, qui maius malum renuit ad minus vitãdum, vt si quis à latronibus inuasus, mauult vitam amittere, q̃ decem aureis quos habet illam redimere; constans qui ad cauendum maius malũ minus eligit, nunquam verò ècontra. Vnde metus dr̃ non cuiuslibet mali, sed maioris mali; secundò, differt constans ab inconstante penès æstimationem periculi, quia constans nõ nisi ex probabili, & vehementi æstimatione periculi, quòd est præsentaneum, & iam iam imminẽs mouetur. l. 1. ff quod met. cau. dr̃ imminentis, quia quæ remota sunt, licet certa non timentur, vt mors: vt d. Philos. 2. Rhet. & 3. Eth. c. 1. inconstans verò ex leui & remotiori metu mouetur Prou. 27. & hr̃ in l. metum. 1. ff. quod met. cau.

Quintò, notandum, quòd metus potest cadere in constantem virũ, nec virtuti cõstantiæ, & fortitudinis repugnat illum ab eo vinci, quia constans vir & prudens eliget potius rem agere, cuius agendæ causa periculum instat, quam subire periculum quòd grauius, & acerbius est viro prudenti, ita D. Thom. d. 29. q. 1. art. 2. & ibi Sot. & ibi Ric. art. 1. q. 1. & Ioan. Maior. Silu. verbo, metus. q. 1. Et ob eam rem talis metus à tota culpa excusat, modo tamen infra dicendo. Huiusmodi verò metus tum ex obiecto, tum ex effectu, & alijs qualitatibus perpenditur; primò enim metus mortis, & enormis cruciatus inter eos qui cadunt in cõstantem virum est primus. cap. cum dilectus. de his quæ vi, metusve cau. fiunt. Secundò, timor vinculorum atrociũ & longi carceris. l. nec timorem. l. qui in carcerẽ. ff. quod met. cau. Tertiò, metus stupri in virgine, & seruitutis, & amissionis status. l. ego puto. l. iste quidem. eo. tit. c. abbas. eod. tit. Quartò, metus mutilationis membri, vt d. Coar. 4. decret. 2. par. c. 3. §. 4. Quintò, metus excõmunicationis, qñ est iniusta dr̃ cadere in cõstantem virum, quia timenda est. cap. 1. 11. q. 3. ita Coar. loco prædicto. nu. 12. Sextò, metus amissionis omnium bonorum. c. 2. & ibi glo. de his, quæ vi. Bart. in l. si ob turpem. ff. de condic. ob turp. cau. Did. ibid. nu. 18. & etiã metus vxoris, & liberorũ amissionis vel nocumẽti grauis dr̃ iustus. d. l. isti quidẽ. Metus leuis, nec cadens in constantem virum dr̃, vt metus amissionis paruæ pecuniæ, vel illationis paruæ contumeliæ, vel si quis ob vitãdam mortem eligeret peccare mortaliter, is enim imprudens esset, cum nullum malum maius sit peccato. 2. Eth. c. 1. c. sacris. de his, quæ vi, met. imò, nec si ob mortem vitandam eligat peccare venialiter, vt d. Abb. in d. c.

d.c.sacris.Coar.loco prædicto.nu.3.& 4. Sot. tñ tenet contrarium in hoc.d.ar.4. Vnde arbitrio iudicis cõmittitur quis dicatur metus cadens in constantem virum:vt not.gl.in c.cum dilectus.de his, quæ vi. & ibi Abb. Coar.ibid. nu.8.qui etiam ibi nu 9.d.quòd minor metus dicitur constans in fœmina,quàm in viro.

Metus in qbus excusset, & i q-bus non.

Sextò,notandum, metum cõstantem posse attẽdi ex obiecto,vel ex subiecto, ex obiecto, vt metus mortis, vel mali imminentis, & hic propriè dr̃ constans, ex subiecto ne ad cauendum minus malum, maius admittat, vt metu mortis non peccet, vt supra.

Septimò,notandũ, quædam esse prohibita quia mala, aliqua mala quia iure humano prohibita;prima cum sint natura sua mala nõ possunt non esse mala, & ea nullo metu etiam atrocissimæ mortis, licet cõmittere, & sic in hoc metus non excusat in totum, licet in parte. c. sacris. de his,quæ vi, met. non tñ mortalem culpam vsque ad venialem extenuant:secunda,quia non sunt intrinsecè mala, possunt fieri bona qñ sunt media cauendi maioris mali, vt in ieiunio qñ malum graue ex eius obseruatione timetur;posset omitti,& idem de statutis iure humano, nisi eorum obseruationis necessitas adsit: vt d.Sot.d.art.2.

Metus ab extrinseco & intrinseco, & quis vtriusque effectus.

Octauò, notandum,metum posse cadere qñq; à principio extrinseco,vt minis ab homine illatis, qñque ab intrinseco vt ex naufragio,graui infirmitate, & huiusmodi, vel animalium brutorũ insultu, primus excusat ab obseruatione promissi,secundus non.

Nonò, notandum, quòd metus leuis non excusat à culpa,probatur,nã nil culpam abluere potest, nisi sit virtuti conforme, virtus verò fortitudinis repellit timores leues. 2.Eth. cũ media sit inter audaciam & timorem, ergo qui leui timore vincitur firma virtute caret, & sic timor ille nõ excusat à culpa. Timor verò cadens in constantem virum excusat à culpa,probatur,nam timor qui secum compatitur virtutem à culpa excusat, quia virtus & culpa è directo pugnant,timor verò cadens in virum constantem id sonat q̃ non repugnare virtuti; ergo excusat à culpa, ideo huiusmodi metus dicuntur iusti. His ita not.

Matrimoniũ violenter contra ctũ, est nullum.

Prima sit propositio. Vis maior si cadat in matrimonio, ita vt quis coactione absoluta cõtrahat matrimonium, vt quando ducitur trahitur inuitus, vel ligatur, ipso reclamanre, est ipso iure nullum, vt d.D.Bon. dist.29.art.1.q.1.quia id simpliciter est inuoluntarium quia violentum.

Matrimoniũ metu contractũ, qñ sit nullũ, vel nõ.

Secunda propositio. Matrimoniũ contractum metu cadente in constantem virum est ipso iure nullum.c.cum locũ. c.veniens.2.de spons.c.significauit.de eo qui dux.in matrimonium gl.in cap 2.de his,quæ vi,met.cau. Imo.in cap.tuæ.de spons. Abb in d.c.cum locum.Paris.cons. 58.nu.56.D.Th.d 29.q.1.3. & ibi Sot. Ampliatur, vt procedat etiam si sit iuramento firmatum, nam licet iuramẽtum metu præstitum non sit nullum ipso iure, sed ab eo expectanda sit absolutio.c. verum.vbi Imo. d.hanc opin. esse communem.de iureiur.cap.debitores.eo. D. Th.2.2.q.89.art.7.vbi etiam Caiet.etiã si iuramentum accedat contractui inualido, vt alienarioni rei dotalis, vel rei minoris, ibi enim est necessaria absolutio à iuramento metu præstito: vt d.Io. Mon.Io.And.Dom.in c.pactum.de pact. in 6. quia licet non obliget quò ad inferentem, obligat tñ quò ad Deum, ideo necessaria est absolutio, vel remissio illius, pro quo Deus vt testis intercessit. c.2.de iureiur. & D.Th.d.loco. quia fat est quòd possit seruari sine interitu salutis æternæ. d.c.si verò;licet ab eo facilè absolutio impetretur, tñ in matrimonio id locum non habet, ob libertatem consensus, qui in eo contractu à principio eius requiritur. Ratione probatur conclusio, nam vt d. D.Tho.d.art.3. id quod perpetuitati repugnat tollit matrimonium, metus verò cadens in virũ constantem perpetuitatem contractus tollit, quia potest peti restitutio in integrum, ergo tollit matrimonium.

Secundò ampliatur, etiam si metum passus dederit causam coactioni. l. nec timorem. §.1. ff. quod met. causa. glo in

in cap. veniens. 2. de sponsal.

Tertiò, ampliatur etiã non solum qñ cogitur accipere certam vxorem.sed et incertam de certis.s.alteram de filiabus Sempronij,probatur nam hic cum neutra volebat contrahere,ergo inuitus nõ liberè in illam consensit, not. Bald. in cons.schismatis.colum.4. Dec.in c.licet. colum.pen. de elect.

Quartò,ampliatur, vt etiam constitutio procuratoris metu facta in causa matrimoniali sit nulla ipso iure. Henr. in c.2.de his,quæ vi.Rom.sing.754 Declaratur aũt conclusio, vt nedũ iure leuitico,sed etiam naturali,& diuino matrimonium metu cõtractum nullum sit ipso iure,probatur, nam consensus liber præcisè est necessarius ad hunc contractum. c.tua. c.cum locum. de spons.hic autem consensus liber non est vbi metus in virum constantem cadens cõcurrit, igitur matrimoniũ natura sua contractum est nullũ,quòd Scot.asserit.dist. 29.q.1.& ibi D.Th.art.3. d metum omnino repugnare, & esse contrarium contractui matrimonij si grauis sit,non autem si leuis,& hanc opin. esse communiter receptam.d.Almain.distin.29. col.4. Præterea cum matrimonium nexũ contineat indissolubilem, & qđ gratum nõ est perpetuum esse non possit, quia non diligitur, & facilè contemnitur, ꝙ non optatur.c.præsens.20.q.3.ergo oportet, vt consensus, qui matrimonij causa est futurus spõtaneus sit. Præterea ecclesia qñ constat sibi de metu huiusmodi matrimonium nullum dicit. d.c.cum locũ. quia nõ præsumit illũ qui est passus metum cõsensisse,ergo.Vlterius,vt d.Scot. consensus metu extorctus omnes alios contractus inualidat iure naturali,quia talis consensus per iniuriam extorquet, ergo debet qui cogitur in suam libertatem restitui, ergo à fortiori in matrimonio vbi maior libertas exigitur id ipsum eadem natura secundùm Deũ constituit; vlterius si solo iure ecclesiastico consensus coactus infirmaretur, sequeretur,vt si inter infideles tale matrimonium contraheretur esset validum, etiã si fidem susciperet postea, quia ecclesia erga infideles nil potest disponere, consequens est falsum, nam ibi censetur irritum vt & inter Christianos,ergo,præterea,votum metu extrinseco graui, vt supra emissum, nullũ est secundùm magis receptam opin. vt tet et Ric.dist.29. & ibi Sot. q.1.art.3. per c. cum locum. de spons. quod generaliter loquitur de omni consensu coacto,quòd.s.consensus locum nõ habet vbi coactio, vel metus intercedit,ergo & in voto. & in c.perlatum de his,quæ vi.vbi mulier quæ metu mortis monasterium intrauit,absoluitur à voto,vel cõsensum habuerit vel non,quia si fuit,fuit coactus.& idem hr in c.notificasti.33.q.5.ergo & in matrimonio metus annullat. Et ita metus incussus ad matrimonium cõtrahendum, id irritat ipso iure siue iustè, siue iniustè incutiatur, & timor stupri in virgine est iustus metus.

Limitatur modo propositio, si metus ab intrinseco incutiatur,quia nullus talis potest illo fine incuti, est verò metus ab intrinseco dũ quis propter vitandam infirmitatẽ vxorem duceret, quem metum nemo intulit, sed è rei natura nascitur. Imò licet incutiatur à rebus inanimis extrinsecus, vel à feris animalibus propriè dr ab intrinseco. Vnde si quis metu tẽpestatis in mari, vel incendij quo circunsepitur, vel ferarum à quibus obsidetur,votum emitteret, teneret, quia metus ille censeretur ab intrinseco illatus,quia fit per modũ naturæ,secus quãdo efficitur ab hominib. Econuerso,qñ infertur ab hominib. extrinsecè,non tñ illo fine,vt matrimoniũ contrahatur sed alio,matrimonium tenet etiã si iniustè inferatur. Vt si in obsidione vrbis metu captionis princeps, vel alius priuatus eius offerret hosti ei matrimonio copulare filiam eius;matrimonium teneret, quia metus nõ est illo fine incussus, sed qui illum patiebatur spontè propria voluit se illa conditione liberare. Secus si hostis eo fine vrbẽ obsideret, vt principem ad matrimonium cogeret; sic si ĩfirmus metu mortis medico polliceatur se eius filiam ducturũ si eum sanet, imò licet medicus hanc ei con-

conditionem offerat, aliàs nō curaturus matrimonium tenet, quia medicus non infert metum, sed morbus: matrimoniū verò est vt pretium pro medela constitutum; sic si latroni ob sua crimina in carcerem coniecto puella conditionem offerat se illum liberaturā si se velit in vxorem ducere, matrimonium teneret, quia metus ille nō est illatus ab illa, sed est oblata cōditio si vult à metu, in quo est, liberari, iuxta l. metum. 2. §. licet. qđ met. cau. Secus si deprehendens aliquem in crimine minatur se eum accusaturū, nisi puellam ducat l. qui in carcerem. eō. tit. vel pater iuueni, quem cum filia deprehendit, minaretur eum accusare nisi eam duxerit, matrimonium non tenet, quia metum infert, licet iustè possit accusare. Sic si princeps ei, quem potest capite plectere, dicat occidā te nisi hāc duxeris, matrimonium non tenet, quia illatū illo fine: si verò ipse, vt periculum euadat, conditionem illā spontè eligat, matrimonium tenet. Sic matrimonium tenet, si metu et ad illum finem incusso cōtrahatur qñ metus ille in lege propositus est, vt si sit lex, q̄ qui virginē violauit illam ducat, tunc licet iudex etiā metu corporis eum compellat, tunc matrimonium est validum. & ita intelligit l. continet. §. sed cum. ff. quod met. cau. Et qñ quis cogitur debet dicere quantum in me est cōsentio, & ideo trahor, ne mentiatur, quia sic minus malum eligit, vt maius, idest mortem, effugiat: Imò nec qñ iuramentum interuenit in sponsalibus, vel matrimonio metu extortum tenet, vt supra dictum est; & tenet Ric. & Pal. dist. 29. nec etiam in conscientia. Nam si Deus, vel ecclesia eius authoritate inualidat consensum metu extortum per verba de præsenti, quia si matrimonium esset solidum nullus pateret locus restitudinis; eadē ratione ipsum inualidat quocunq; iuramento cōfirmatum, cum iuramentum per iniuriā fuerit extortum, aliter ipse remaneret per iniuriam citra remedium ligatus.

Qñ verò metu cadendi in constantem virum quis fuit coactus cōsentire in copulam, certè nisi in matrimonium consenserit, licet consenserit in copulam, nullum est in conscientia, sed si metu consensit & in copulam, & in vinculum matrimonij ecclesia debet illud præsumere matrimonium, & ita cogere contrahentes vt in illo perseuerent, tam in foro conscientiæ, si consensus in matrimonium fuit iusto metu coactus, & consensus in copulā non fuit, vt affectu maritali, sed vt fornicario accederet, non fuit matrimonium, secus si fuit cū maritali affectu, licet vbi met⁹ iustus fuit, nullum fit, vt supra, & not. Nau. in Man. c. 22. nu. 51. ad fin. §. Vnde qui in huiusmodi angustias incutitur debet potius mortem pati quàm copulā consumare, sicut & si cui mors indiceretur, nisi in fornicationem consentiret, vel eandem copulam affectu maritali consumando & perficiendo inire, ita Sot. d. art. 3. seruatis tamē ritibus, & alijs, vt supra, per ecclesiā statutis, de quibus infra, c. vlt. Quòd si puella fuerit rapta, si prior dissensus transeat in consensum. c. vlt. de rapt. potest contrahi. d c. ita tñ, vt libero consensu fiat; Hodie tñ inter raptorem, & raptam nō potest fieri matrimonium, nisi in loco libero sit cōstituta, & ipsa consenserit, ipse tñ est excōicatus & infamis, & si clericus gradu suo cadit, & raptor, vel ducat vel nō, tenetur eam dotare. c. quandiu. sess. 24 in Trid. Conc. Dr̄ autem raptor iure canonum, vt d. Abb. in c. cum causa. de rapt. vbi d. q̄ vbi præcessit tractatus de nuptijs, & puella consensit, non dicit̄ raptus, licet iniuria sit facta parentibus, de iure canonico, q̄ respicit libertatem matrimonij, licet secus sit de iure ciuili, q̄ respicit delictum raptoris, & deceptionem mulierum. Et si mulier promisit dotem raptori, tenetur pater eam dotare, vt d. Bart. in l. obligamur. ff. de act. & oblig. vnde cauta debet esse mulier, vt promittat dotem, vt dicit Abb. in d. cap.

Ex prędictis colligitur metum cadentem in constantem virum irritare matrimonium ipso iure nedum iure humano, sed etiā naturali & diuino, talem verò dici non quemcunq;, sed mali imminentis & grauis, vt mortis, incarceratio-

nis

nis periculosæ, mutilationis membrorum, amissionis bonorũ, & huiusmodi, q ex arbitrio iudicis pensabitur attenta personarum qualitate si vir vel mulier, vt supra. Secũdò, oportet, vt is metus sit eo fine illatus non alio, vt supra. Tertiò, vt ab extrinseco incutiatur non ab intrinseco, vt supra; vnde qui ad patibulũ ducitur si consentiat ducere meretricem vt liberetur secũdùm morem regnorum valebit. Quartò, vt sit imminens, nõ timendus futurus, vnde si quis dum puellam solicitat domi aliquẽ strepitum sentit, & consentit in matrimonium valet, quia metus ille nondũ erat illatus, nec præsens, & idẽ si timeret postea metum sibi à parẽtibus inferendũ.

Si verò metus fuerit leuis, vt amittendæ paruæ pecuniæ, vel leuis honoris iacturæ, teneret, & idem ècõuerso in casibus prædictis si grauis, & non sit eo fine illatus, vel ab intrinseco, vel brutis incussus, vel non imminens; habenda est etiã ratio in metu nedum sexus, vt vult glo in c. cum dilectus. de his, quæ vi. sed etiam ętatis, magnitudinis, vel paruitatis animi, & aliorum accidentium morum passi, & corã Deo sufficit quilibet timor etiam minor iusto, modo sit causa sine qua non, saltem principalis eius. Nau. in Man. c. 22. num. 5 t. ver. quartus.

Probatur autem metus per coniecturas, & testes, vt d. Bart. in l. ob turpem. ff de cõd. ob turp. Innoc. in c. super hoc, de renunc. vbi etiam d. plus credendum duobus testibus dicentibus metum in actu illatum, quàm mille dicentibus de libero consensu, quia primi deponunt de metũ, qui sensibus corporeis percipitur, alij verò de consensu, qui in animo consistit; Sed cum interior voluntas ex signis cognoscatur. c. fin. de renunc. in 6. potest etiam liber consensus optimè pcipi à testib. Et maximè probatur metus ex protestatione præcedenti, & si fiat parte præsente, nec contradicente, probatur metus ex præmissa protestatione, gl. in c. Lotharius. 31. q. 2. Et si fiat ante actum ex causa legitima, etiam ex interuallo, actus postea gestus censetur metu expeditus. Abb. in c. 4. de his, quæ vi. & si nõ audeat metum patiens protestari id publicè coram viris honestis, secretè agat. Bal. & Castr. in l qui in aliena. §. 1. ff. de a. q. h. rr. Ripa in c. cum M. nu. 115. de consti. Et si nec secretè potest protestari, sat erit postea metum probare: vt d. glo. & Abb. in d. c. 1. de his, q vi.

Purgatur autem metus per superuenientem cohabitationem qñ causa metus recessit, vt d. Oldr. consi. 35. & probatur in d. c. 1. Vnde fœmina tunc debet in loco tuto & libero poni, vbi liberè valeat consensum proprium exprimere. c. cum locum. de spõs. Coar. 4 decr. 2. par. c. 3 §. 5. & 6. Aduertendum tñ circa prędicta, q cum hodie ex c. 1. sess. 24. in Tr. Conc. requiratur præsentia parochi, & testium in matrimonio contrahendo, etiã si leuis, vel ab intrinseco, & huiusmodi sit, non erit validum matrimoniũ sine dicta præsentia in vim matrimonij, licet valere id posset in vim spõsaliorũ. Metus qualiter purgetur.

Tertia propositio Pater, vel princeps non potest cogere filium, vel subditum ad matrimoniũ contrahendum, nec eorum consensus necessariò requiritur. de patre probatur in l. non cogitur. ff de ritu nupt in Conc. Tr. sess. 24. c 1. vbi decernitur matrimonium sine parentum consensu contractum validum esse, donec ecclesia illud irritet; & hr in c. sufficiat. 27. q. 2. in c vbi non est. 30. q. 2. in c. duas de spons duor in cap vnico. de desponsi. impub lib. 6. Vnde & Gen. 24. hr q exquisitus est puellæ consensus Rebeccæ à patre; præterea Esau duas vxores accepit inuitis eorum parentibus. Gen. 26 & c. 28. accepit tertiam contra eorum voluntatẽ, vlterius Iacob: Gen. 29. & 30. duxit vxorem vnam iuxta cõn filium suorum parentum, sed alias tres & maximè ancillas ijs inscijs. Præterea Tobias, vt hr Tob. c. 7. vxorem duxit in aliena regione parẽtibus ignorantibus, nec tamen ab Angelo reprehenditur. Ratione probatur, nam in matrimonio huiusmodi, oĩa essentialia concurrunt, f. consensus, personæ legitimæ, & huiusmodi, ergo verum est matrimonium. Matrimoniũ contra here pater vel prĩceps cogere nõ potest.

Peccat tñ filius qñ inscijs parentibus, vel inuitis sine iusta, & rationabili cau- Matrimoniũ an filia-

teneat cō-trahere de pātris consensu, & iuxta eius voluntatē.

sa matrimonium contrahit: primò, nā vt plurimū parentes sunt prudentiores, & eorum est prouidere filijs, & eos dirigere, ergo filiorum est finere se à parentibus regi & duci. Vnde Isaac Gen. 24. accepit in vxorē quam pater ei dedit, & Rebecca eius vxor consilium eius in hoc est sequuta, & Isaac iussit Iacob filio suo ne acciperet vxorem aliquā de filiabus Palestinorum, sed Laban, quod ipse fecit. Gen. 25. & Amb. lib. 1. de Abraham. c. vlt. multa ad hoc ꝓposirū affert. Imò pater potest inducere filium precibus, & monitis, & qñque præcepto, cui ipse eatenus parere tenetur, quatenus causa illius ꝓcepti se habet erga ipsum, vt si causa cogat ipsum de necessitate tenetur sub pœna peccati obedire. & sic intelligitur l. si patre cogente. de ritu nupt. Vt si pater eum desponsauerat, & sponsalia iurauerat, & matrimonium sit filio vtile & cōmodum, nec vlla sit causa repudiandi, si verò causa præcepti ꝓcedit ex honestate, tunc filius etiam ex honestate tenetur obedire, & nō ex necessitate, & sic intelligitur c. tua nos. de sponsa. non tamen potest eum cogere per metum cadentem in cōstantem virum, nec sine eius consensu matrimoniū contrahi potest. Sot. d. q. art. 4.

Hinc sequitur, ꝙ filia contrahens matrimonium in facie ecclesiæ sine consensu patris, non potest ab eo exhæredari, quia nemini facit iniuriam qui facit qđ lex sibi permittit, sic est hic, ergo. ita Host. Abb. & alij in c. 1. de desponf. impub. Io. Lup. in c. per vestras. de donat. 3. notab. § 9. Alex. consi. 97. 1. vol. & est cōmunis opin. vt d. Abb. in d. c. 1. Et procedit etiam si nubat turpi, vel indigno ante annos vigintiquinque, etiam si pater vellet eam nuptui tradere equè digno viro & honesto, congrua sibi dote constituta, ob hanc libertatem, quæ in coniugali cōtractu requiritur, potius enim toleranda est hæc iniuria, quæ patri fit indirectè, q̄ ꝙ libertas matrimonij impediatur. ita Imol. & Alex. in l. 1. nu. 32. ff. sol. matr. Imol. in c. accedens. de ꝓcur. Imò pater cogitur dotare filiam quæ sine eius consensu nupsit viro digno ante vigesimumquintū ætatis annū, si filia dotem marito promisit. Abb. in d. c. 1. de desponf. impub. & in consi. 12. 1. vol. Ripa in l. 1. ff. sol. matr. nu 57. qui testatur de communi; ꝙ procedit etiam si non promisit dotem, & est etiam cōis opin. vt d. Ripa d. nu. 57. secus si indigno, vel turpi, quia tunc pater non tenetur eam dotare, etiam si filia eam promiserit. gl. in cap. de raptoribus. 36. q. 1. vbi Arch. Ant. in c. accedens. de procur. Si tñ filia esset pauper, & eius vir, tenetur pater ei alimenta præstare, iuxta cap. cum haberet. de eo qui dux. Coar. 4. decr. c. 3. § 8.

Quarta propositio. Princeps non potest cogere subditum ad contrahendum matrimonium, quia nil potest statuere, ꝙ tollat libertatem matrimonij etiam circa accidentaria in ipso matrimonio, vt latè probat Did. in d. §. 8. nu. 6. ad fin. & de hoc adest decretum Trid. Concil. vbi huiusmodi excommunicatur.

Quinta propositio. Metus reuerētialis patris solus non irritat matrimoniū, nisi coniunctus cum minis emissis ab eo qui ꝙ minatus est solet exequi, vt in simili d. Bar. in l. 1. l. quæ onerandæ. ff. quarum rer. act. Abb. in c. cum contingat. de iureiur in c. cum dilectus. de his, quę vi. vel nisi enormis læsio contingat in contractu cum metu obsequij, & reuerentiæ: vt d. Aret. consi. 24. col. 2. Vnde matrimonium ex tacito consensu filij pręsentis, nec contradicentis patri pro eo contrahenti non tenet, qñ filius tacuit propter metum reuerentialem patris, aliàs non taciturus: vt d. Did. d. c. 3. §. 6. ꝙ ego intelligerem qñ minæ, vt supra adiunctæ sunt, aliàs leuis metus cēseretur qui, vt supra, non irritat matrimonium: in foro tñ conscientiæ si talis metus reuerentialis fuit causa sine qua non matrimonij, animo non consentiente, matrimonium non est validum, vt supra ex Nau. est dictum.

Matrimoniū metu reuerētiali contractū, an valeat.

De impedimēto erroris. Cap. VIII.

Notandum ignorantiā ab errore distingui, nam ignorantia nullam de se dicit cognitionem, & tollit omnino voluntarium.

Ignorātia, & error, vt differant.

luntarium. 3. Eth. cum voluntarium sit principiũ in aliquo sciente singularia in quibus est actus, ideo ignorantia dr puræ negationis. Error verò dicit ignorantiam pravæ dispositionis, quia ponit iudicium falsum, est enim approbare falsa pro veris error, vt d. Aug. in Ench. c. 13. Attamen q̃ ad impedimentũ matrimonij spectat, non differt an dicatur ignorantia vel error, quia cum matrimoniũ per aliquod iudicium cõtrahatur, oportet vt si ibi ignorantia latet, vbi iudiciũ est falsum, error subinde nascatur quo vnum pro alio reputatur, quia cõsensus in id non dirigitur, quod omnino ignotum est. l. cum ab eo §. Missam. ff. de contrah. empt. ideo quia error, i. iudicium falsum est tunc causa proxima contractus congruentius dr error q̃ ignorantia, vnde oĩmoda ignorantia circa personam non permittit vt sit propriè error personæ, sed illa quæ aliquam æstimationem personæ, vel conditionis præsupponit, quæ enim nunquam audiuit regẽ habere filium non potest errare in persona nubendo alicui putans esse filiũ regis: vt d. Sot. dist. 30. q. 1. art. 1.

Error: quotuplex, & cur impediat matrimonium.

Secundò, notandũ, errorem circa matrimoniũ esse quadruplicis generis, personæ, conditionis. i. seruitutis, qualitatis & fortunæ. His ita notatis.

Prima sit propositio. Error conuenienter impedit matrimonium, probatur, nam deficiente causa, deficit effectus. c. cum cessante de appell. sed consensus est causa matrimonij, vt supra, ideo quod euacuat consensum euacuat matrimonium: consensus verò voluntatis est actus, qui præsupponit actum intellectus cum voluntas non feratur in non præcognitum per intellectum, & ideo qñ error cognitionem impedit, sequitur etiam in ipso consensu defectus, & per consequens in matrimonium, & ita error de iure naturali habet quod euacuet matrimonium. D. Th. dist. 30. ar. 1. cum nil magis contrarietur consensui q̃ error. l. si per errorem. de iurisd. omn.

Error personæ q. dicat impedi re matrimonium, & qui nõ.

Secunda propositio. Error personæ impedit matrimonium, vt si quis putans se contrahere cum Maria filia Petri, contrahit cum Marta, quia qui cõsentit in Mariam non consentit in Martam, & iste error personæ est credere quòd persona illa sit alia, vt quòd sit filia talis ducis, vel comitis cuius non est, dicit talis quia si credatur indeterminatè quòd sit filia ducis vel comitis, & sit filia pauperis, non est error personæ, sed fortunæ, vel qualitatis. Nec etiam si credatur filia talis ducis, vel comitis; & talis comitis, & talis filij cognitio nõ habeatur: vt d. Silu. matrim. 8. q. 1. §. 5. Error etiã personæ est credere quòd sit primogenitus alicuius, & non sit, ob spem quam habet illum successurum in bonis paternis, & nubat vt primogenito, vt d. Cand. in c 2. de coniugio seruorum; nisi cõsentiat in eum præsentem, & non vt primogenitũ, quia tunc tenet matrimonium, aliàs secus, vt d. Nau. in Man. c. 22. nu. 32. Silu. matrimoniũ. 8 §. 1. ver. quintum. & idẽ d. ibi dicto. 7. quòd si consentiebat in aliquem qui est mortuus, & loco eius alius præsentatur matrimonium non tenet, quia est error personæ.

Error conditiõis seruilis qualiter impediat matrimonium.

Secunda propositio. Error conditionis. s. seruilis impedit matrimoniũ, probatur in c. 1. 29. q. 2. cum seq. in c. proposuit. de coniugio seruorũ. Ratione probatur, nam qui contrahit cũ ancilla credens liberam læsione nimis enormi læditur in bonis matrimonij, nam læditur in bono prolis in hoc quòd eam non habebit in sua potestate, & in bono fidei, quia mulier non poterit ei liberè debitum reddere, quia fortè eo tẽpore quo ab illa vellet debitum petere, dñs posset eã occupare in aliquo negotio, & in bono sacramenti. i. in cohabitationis inseparabilitate, quia dñs ancillæ posset eam vendere, ideo æquitate naturali prouisum est talem errorem matrimoniũ impedire, ita Ric. dist. 36. art. 1. q. 1. & vt d. D. Th. dist. 30. q. 1. art. 2. quia seruus non potest potestatẽ sui corporis alteri tradere sine consensu domini sui, de hac tñ conditione inferius longius dicetur.

Error qualitatis, vel fortunę an ĩpediat matrimonium.

Tertia propositio. Error qualitatis, vel fortunæ matrimoniũ non impedit, probatur canonibus supra cit. quod procedit, etiam si dolus interueniat, & det causam

causam contractui, adhuc enim non vitiat contractum. gl. sing. & ibi Abb. in c. cum dilectus. de his, quę vi. Bal. in rubr. de iudic. gl. in l. à diuo pio. ff. de rit. nupt. Coar. in d. c. 3. §. 7. nu. 3. Ratione probatur, quia error qualitatis, vel fortunæ non vitiat aliquid eorum quæ sunt de essentia matrimonij: vt d. D. Th. d. art. 2. ad quartũ. nisi error nobilitatis, vel diuitiarum redundet in personã, quia tũc matrimonium impedit, vnde si consensus fertur in istam personam directè, error de nobilitate ipsius non vitiat, si verò directè intendit consentire in filium regis quicunq; sit ille, tunc si alius præsentetur ei quàm filius regis, est error personæ, & impeditur matrimoniũ. D. Th. ibi ad quintum. Vnde si puella huic nupserit consentiendo in illam personã quicunq; is sit, licet credebat eũ esse filium regis, vel primogenitum, vel diuitem, cui aliàs non nupsisset, matrimoniũ tñ tenet, quia tunc esse filium regis, vel primogenitum est qualitas personæ, sed si non intendebat contrahere nisi cũ illo filio regis, vel diuite, quem habebat in corde matrimonium non tenet quia est error personæ. Sic si intendens nubere absenti Petro, nupsit præsenti Ioanni, non tenet matrimonium, licet ignorantia eam excuset, etiam q; ex eo filios susceperit: vt d. Sot. d. art. 1. sic si credens virginem contrahit cũ corrupta, tenet, quia est error qualitatis. Quòd si in conditione ponatur q; sit diues vel nobilis, pendentem faceret contractum, ita q; nisi verificetur illa conditio nõ tenetur quis cõtrahere matrimonium, secus qñ non apponantur per modũ conditionis. Sponsalia tñ si contrahũtur cum prædictis erroribus fortunæ, vel qualitatis; sic deceptus non cogeretur cum ea contrahere: vt d. Vgo in c. raptor. 27. q. 2. vnde contrahens sponsalia cum corrupta credens virginem, vel cum rustica credens illustrem, non tenetur contrahere, si ex eius conditione ei ignominia irrogetur, & quando contrahit cum corrupta non cogitur consummare matrimonium, ne fiat irregularis, quia impeditur ab ordinibus sacris, sed potest ingredi religionem, iuxta cap. ex publico. de conuers. coniug.

De consensu conditionato, vel impedimento conditionis. Cap. IX.

Notandum, q; conditio dicitur in proposito, actus, vel contractus ex euẽtu incerto suspensio, v. g. si dicatur ducã te si tantum dotis dederis, vel hmõi. Conditio quid sit.

Secundò, notandum, q; in matrimonio necessarius est consensus in coniugalem societatem, nec est necessarius consensus explicitus in carnalem copulam. c commissum. vbi Abb. de sponsa. D. Th. dist. 28. q. 1. art. 4. & ibi Pal. q. 1. sat enim est q; sit in potentia coitus: vt idem D. Th. d. dist. 30. q. 2. art. 1. Consensus quis in matrimonio sit necessarius.

Tertiò, notandũ, q; sicut cæteri contractus pendente conditione suspensam habent executionem sic hic. c. super eo. c. de illis. de cond. appos. vbi Innoc. Ioan. And. & Abb. qui dicunt ad matrimoniũ requiri consensum non solum per verba de præsenti, sed etiam liberum ab omni conditione suspensiua, aliter non esset coniugalis consensus de præsenti, sed de futuro in conditionis euentum, vt notant prædicti, & Henr. in cap. fin. col. 2. de cond. appos. Conditio an suspendat matrimonium.

Quartò, notandum, præstito consensu per verba de præsenti sub conditione tñ de futuro, q; ea adueniente requiritur nouus consensus, quia de tali conditione sit idem iudicium, q; de consensu qui fit per verba de futuro: vt d. D. Th. dist. 29. q. 1. ar. 3. quæst. 3. Maior. dist. 27. q. 4. colum. 2. Adr. 4. sub tract. de matrim. cap. ad discernendum. Conditio vbi est in matrimonio, purificata conditione, requiritur nouus consensus.

Quintò, notandum, quasdam conditiones esse sub intellectas, vt si Deus voluerit, quasdam necessarias in se, vt si sol cras orietur, quasdam impossibiles, quasdam contingentes, & harum quædam contra substantiam matrimonij, bonum prolis, fidem, vel sacramentũ; quasdam quæ matrimonio non aduersantur, vt si pater consenserit, si fueris virgo, quas- Conditiones quotuplices sint, & q̃ intelligant sub intellectæ.

dam turpes, quæ tamen matrimonio non aduersantur, vt si furtis meis consenseris, & huiusmodi.

Sextò, notandum, q matrimonium conditionem non admittit, sed consensus eius, videlicet q consensus potest ex conditione pẽdere, sed dum ille pendet matrimonium nullum est, cum absolutus purusque debeat esse contractus, & ideo donec conditio purificetur, & consensus fiat de præsenti purus, vel maritalis accedat copula, vigorem coniugij non habet.

Septimò, notandum, quòd nulla harum cõditionum quicquam facit ad infirmandum, vel confirmandum matrimonium, nisi ambo in illam consentiãt. His ita notatis.

Conditiones subintellectæ, nil faciunt ad matrimonium.

Prima sit propositio. Cõditiones subintellectæ nil ad matrimonium faciũt, videlicet si Deus voluerit, si nos viuos seruauerit, quia semper in omni contractu subintelliguntur. l. in conditionibus. §. 1. ff. de condit. & demonstr.

Conditio omnino futura purũ facit matrimonium.

Secunda propositio. Conditio omnino extitura, vt si cras sol orietur contraho tecum, purum facit matrimonium conditione omnino reiecta. Card. Host. & Abb. in c. per tuas. de cond. appos. D. Th. dist. 29. art. 3. quæst. 3. & ibi Pal. q. 2. art 5. concl. 3. Silu. matrimonium. 3. q. 2. quia conditio omnino futura nõ suspendit actum, sed facit illum omnino purũ. l. hæres meus. ff de cond. & demon. etiã si conditio certo futura referatur in diẽ incertum, vt si Titius morietur tecum contraho. arg l. nam & si cum moriar. ff. de cond. indeb. secus tñ est qñ verba contrahentium referuntur ad tempus conditionis venturæ, vt si sic dicatur, contraho tecum si & qñ sol. cras orietur: vt d. Henr. in c. fi. de cond. appos. quia tunc suspendit actum in diem sequentẽ, vt d. Adr. q. 16. de matr. Et idẽ si dicatur contraho tecum si Antichristus nascetur, quia illa conditio non est certo futura per naturam: vt d. Coar. d. c. 3. § 2. ad fi.

Matrimonium sub cõditione de præsen-

Tertia propositio. Consensus de præsenti sub conditione de præsenti, si illa tunc impleta est vel adimpletur per se absque alio consensu sufficit ad matrimonium, vt si Petrus d. Antoniæ consentienti, contraho tecum si patri meo placuerit. nil enim deest quod substãtiæ matrimonij requiratur, modo sint personæ legitimæ, cum interueniat cõsensus mutuus nullo modo ex futuro dependens, qui ideo eo momento quo exprimunt vim suam habet; sic enim est & in alijs contractibus. l. institutio talis. ff. de condit. inst. l. si ad præsens. ff si cert. pet. vbi conditio de præsenti, vel præterito si verificatur non suspendit cõtractum; Vnde etiam si cõtrahentes assensum parentum ignorent, imò si credant illis displicere, modo postea cõstiterit tunc parentibus fuisse gratum, nõ est opus alio cõsensu, sed matrimonium est habendũ pro rato; imò & si de illo non cogitabãt nisi virtualiter quia dormirent, tenet, & etiam si de illo nunquam cogitassent, si postea interrogati matrimonium id approbassẽt, approbatio illa esset interpres virtualis consensus præteriti, vel saltem nõ displicentiæ, quia cum dr̃ si patri placuerit, intelligitur si non fuerit dissentitus, & sciens gratum habuerit; si tñ tunc parentibus displicebat, licet postea scientibus placeat, matrimoniũ non valuit, quia conditio ad id momẽtum est referenda quo cõsensus exprimitur; qñ verò cõditio necessaria futura ponitur vt modus, vt si pater morietur, non tenet, nisi in euentum modi, secus si ponitur vt conditio necessaria futura, quia tunc contractus purè factus censetur. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouationibus § impossibilis. Instit. de inutil. stipul. Sot. dist. 29. q. 2. art. 1.

ti, an sit purũ vel nõ, & qũo.

Conditio de futuro an suspendat, & qũo matrimonium.

Quarta propositio. Conditio de futuro adiecta verbis de præsenti, non facit matrimoniũ adueniente conditione de futuro, nisi nouo consensu interueniente de præsenti, vt supra, & est conclusio S. Th. d. quæst. 3. vt supra probatum est, quia cõsensus de præsenti requiritur ad matrimonium, & maximè quatenus sacramentum est conditionem non accipit exemplo aliorum sacramentorum. Et eo magis procedit hæc opinio quando conditio de futuro cadit super materiam illegitimam, vt si contrahatur sub con-

conditione si Papa dispensauerit in gradu inter eos prohibito, quòd & iurisperiti censent, licet in prima quæst. contrarium sentiant; sic enim censet in hac q. Card. & Abb in d. c. super eo. de cond. appos. quòd sit necessarius nouus cōsensus præter Papæ dispensationē. Silu. matrimonium. 3. q. 9. Henr. in c. fin. de cond. appos. col 2. Aret. consi. 144. vol. 5. d. hāc opin esse cōem. Coar. in d. c. 3. nu. 7. quia lex, & dispensatio respicit futura nō autem præterita, vnde qñ Papa dispensat in gradu prohibito, solum intelligit facultatem illis facere contrahendi, non autem ratum habere quòd factum est, ergo si cōtrahere volunt, nouo opus est consensu; minor cōfirmatur, nam quod in se nullum fuit, non potest vllam parere obligationem. l. cum lex. ff de fideiuss. consensus verò ille inter illegitimas personas nullus fuit, quia iure prohibitus, ergo non potest pro rato haberi vt ad matrimonium sufficiat.

Ex quo fit vt licet cognati sponsi per verba de præsenti, & carnalem copulam affectu maritali matrimonium consummarint, & proles susceperint, nullum est matrimonium, sed omnes sunt fornicationes, donec post dispensationem denuo de præsenti consenserint.

Imò huiusmodi promissio vim sponsaliorum non obtinet, vt est communis opin. Doct. in d. c. super eo. nam illa conditio, quæ pendet ex volūtate principis censetur impossibilis, & quę sine dispensatione non conceditur: vt d. Innoc. in c. pastoralis. de causa poss. & propr. Couar. tñ loco prædicto n 8. tenet contrarium, quòd sint sponsalia, quia quòd solet concedi à principe etiam per dispensationem nō debet censeri impossibile. Vnde vt d. Sot. d art. 1. sic potest dici, qđ licet huiusmodi contractus non habeat vim sponsaliorum, qñque tamē ex quadam honestate oritur inde obligatio, dū matrimonium illud inter cognatos ob aliquem finem expediens est, & dū expensæ amplæ in dispēsatione factę sunt, vel puella passa sit se deflorari, licet talis concubitus & oscula, & tactus sint mortalia, quia ferūtur super indebitam materiam, qui aliàs inter spōsos de præsenti liciti sunt; Vnde secundùm hanc opin. peccant contrahentes sponsalia, & eo magis si iurauerint cum feratur iuramentum super materiam indebitam: vt d. ibi Sot. sed si in euentum dispensationis obtentæ id spondeant de futuro nō de præsenti non video quō peccent, nec tū incurrunt excōmunicationem. clem. 1. de consangu. quam incurrunt contrahentes in gradu prohibito, quia intelligitur de his qui contrahunt de facto, & non sub conditione, vel in futurum, vt d. ibi Sot. post Adr. 4 tract. de matrim q. 10. ad fin. & Couar. d. num 7.

Quod si post obtentam dispensationem, siue scientes obtentam dispensationem, siue ignorantes, affectu coniugali coeant; affectus ipse sublato impedimento habetur pro consensu, & nō est opus nouo consensu, vt dicit Sotus ibi.

Hodie tū ex c. 1. sess. 24. in Tr. Conc. cū requiratur præsentia parochi, & testium ad matrimonium contrahendum carnalis copula non facit transire sponsalia in matrimonium, ideo nō esset matrimonium, nisi cōsensu præstito modo prædicto; Imò si Romæ esset impetrata commissio dispensationis ordinario, & antequam coram ordinario fuissent dispensati se cognoscant carnaliter, peccāt mortaliter, & iuxta aliquos dispensatio esset inualida, & opus esset noua dispensatione in qua mentio fiat copulæ prædictæ, vt stilus seruat, cum in rescripto sit fienda mentio eorum omnium quæ reddere possunt principem magis difficilem ad concedendum. c. constitutus. de rescrip. quod procedit in casu isto, vnde noua dispensatione est opus, qñ ante dispensationem essent copulati, & eius mētionem nō fecissent; Contrarium tñ est verius quòd non sit opus noua dispensatione, quia eps potest ante vel post absoluere & dispensare super incestu, vt pluribus probat Nau. cons. 1. & 5. de consang. & affin. si id sit notorium, vt ibi d.

Quinta propositio. Conditio impossibilis apposita in matrimonio iudicio ecclesiæ præsumitur talis, ac si nulla esset cōditio apposita. tex. est in c. fi. de cond. — *Conditio impossibilis an obsit matrimonio, & quō.*

appos. & facit matrimonium valere. d. c.

Ampliatur si fiat etiam sub conditione impossibili de iure, licet natura sit possibilis, vt contraho tecũ si inter consanguineos intra quartum gradum potest coniugium contrahi, vel si filius potest exhæredari à patre sine causa, adhuc enim reijcitur cõditio, & valet matrimonium, vt fit & in testamento. l. 1. ff. de cond. inst. secundùm cõem intellectum. §. impossibilis. de hære. inst. Instit. tit. Adr. 4. q. 11. de matr. licet Silu. contrarium teneat, verbo, matrimonium. 3. q. 9. & hoc in foro ecclesiæ fauore matrimonij: vt not. in d. iuribus.

In foro tñ interiori non iudicabitur matrimonium sub conditione impossibili contractũ si consensus cõiugalis defuerit in contrahente, & in dicto foro credetur pœnitenti, sic sentit Adr. 4. q. 7. de matrim. Pal. 4. dist. 29. q. 2. art 5. cõclus. 5. Io. Medina. de contractibus. q 23. nam ad matrimonium requiritur consensus absolutus de præsenti. Ideo autẽ ecclesia præsumit matrimonium valere fauore matrimonij, & conditionem haberi pro non adiecta, quia ad impossibile nemo obligatur, quod procedit etiã in testamentis. Vnde aduertendum, ꝙ conditiones impossibiles, vel nil ad mores spectant, vel spectant ad eos, primo modo, vt illa si cœlum digito tetigeris, vel si sol de cœlo deciderit, vel si luna est animal; secundo modo vt contrahã tecum si decem millia aureorũ dederis, & sit pauper; primo ergo modo perpendendum est per alia an habuerit consensum, vt quia verba, vel facta cõsensum præsumant, & tunc ꝓsumitur ioco conditionem adiecisse & matrimonium valere; Et pariter si per fraudem adiecta est conditio si cœlum digito tetigeris contraho tecum, vt copulam extorqueret, cogeretur in matrimonio perseuerare, ea sequuta; si verò ex coniecturis perpenditur totum ioco dixisse, non est matrimoniũ. Idem iudicandum in alijs conditionibus moralibus si puella quæ pauper videtur, dicat se habere decem millia aureorum, & iuuenis dicat si dederis tantum & non aliter, similiter si mentita dicat se potiri apud regem magno fauore, & vir dicat contraham tecum si feceris mihi donare marchionatum, nam licet hæ conditiones sint illi puellæ impossibiles, tñ quia poterãt credi, nec omnino sine prudentia, impossibiles non sunt habendæ, nec pro nõ adiectis, sed faciunt contractum pendulũ, nec is obligatur cõtrahere, nisi cõditio impleatur; si verò ioco putetur adiecta huiusmodi conditio, tunc si ex coniecturis cõstare potest de consensu in matrimonium debet haberi pro non adiecta, & matrimonium valebit. Sotus dist. 29. quæst. 1. art. 2.

Conditio verò impossibilis natura de præterito, vt si dicatur, cõtraho tecum si heri non fuit ortus sol, reijcitur à matrimonio, & contractus remanet purus: vt d. Pal. 4. dist. 29. q. 1. art. 5. & probatur in d. c. fi. de condit. appos. quòd tamen in foro conscientiæ, intelligi debet, vt supra; qñ aliàs adest cõsensus in matrimonium, vt etiã d. Nau. in Man. c. 22. n. 67.

Conditio tñ lucri ex causa dotis, vel alia honesta valida est, & admittenda in matrimonio, vt si quis contrahat cũ aliqua si ei centum aureos dederit c. de illis. de condit. appos. nec causa libidinis præsumitur apposita dicta conditio, vt not. in d. c. & in dubio causa honesta ꝑsumitur, & datum in dotem, nisi causa cognita, turpis promittendi causa constiterit; & præsumitur causa libidinis si vir vxori dare promittat, non ècontra. Illa etiam cõditio admittitur qñ datur iuueni generosæ, & nobili in præmium iuuentutis, vel nobilitatis quam vxor amittit si contrahat cum ignobili matrimonium: vt not. Abb. & Præp. in d. c de illis. etiam si illa donatio fiat constante matrimonio, quia sic adhuc fieri potest: vt not. Abb. in c. fi. de donat. inter virũ. qñ tñ expressè constat animus donandi causa remunerationis. Sic etiam valet conditio qñ quis sub spe lucri allicitur ad matrimonium contrahendum cũ aliqua legato, vel conditione adiecta, vt si quis Antonium hæredem instituat cum conditione, vt contrahat cum Marta, & non solum vbi apponitur conditio huiusmodi,

Cõditio lucri, vel sub pœna modo, an valeat in matrimonio.

Conditio an valeat vt qs amit

tat hæredi tatem, nisi contrahat cũ Marta. iusmodi, sed etiam cum modus adijcit, ꝙ si non contraxerit priuetur hæreditate: vt not. Oldr. cons. 16. & talis quantitas debet censeri dos fœminæ in dubio. ita Coar. in 4 decret. 2. p. c. 3. §. 3.

Conditio cõtra substantiã matrimonij ã teneat, & quæ dicatur talis. Sexta propositio. Conditio cõtra substantiam matrimonij turpis in cõtractu adiecta, irritat matrimonium, si verò sit turpis, sed non contra substantiam matrimonij fauore matrimonij hɼ pro non adiecta, & matrimonium valet, text. est, & ratio, quia sine substantia nil potest consistere. c. tua nos de spons. c. detrahe. 1. q. 1. Bart. in l. vbi ita donatur. ff. de condit. & demon. Id verò dɼ esse contra substãtiam matrimonij quæ est contra tria bona matrimonij. s. coniugalem societatẽ sub quo tacitè intelligitur mutuus consensus ad perpetuum vinculum, contra fidem, & contra prolem; exemplum primi, si quis dicat, contraho tecum donec aliam inueniam facultate, & honore digniorem, exemplum secundi, si te adulterandam tradideris, exemplum tertij, si prolem euites. vt hɼ in d c. fi. vbi glo. & Doct. Silu. matrimonium. 4. q. 6. Adr. 4. q. 9. de matr. D. Aug. de bono coniug. c. 4. & hɼ in c. ille autem. 32. q. 5. c. omne. & c. coniunx. 27. q. 2. quòd est D. Aug. lib. de nupt. & concup. c. 11. & 12.

Ampliatur, vt etiam conditio honesta si sit contra substantialia matrimonij ipsum annullet, licet Pal. 4. dist. 39. q. 2. concl. 2. contrarium sentiat, sed communiter reijcitur, vt si dicatur, contraho tecum si mecũ in perpetua castitate viuas, nam hæc conditio est cõtra substantiam matrimonij quæ consistit in consensu saltem tacito ad carnalem copulã, s. in explicito consensu ad cohabitationem coniugalẽ, vnde adiectio huius conditionis repugnat ipsi consensui, quia in pactum deducitur hæc continentia: vt d. D. Th. 4. dist. 28. q. 6. in fin. Adr. q. 9. de matr. Silu. matrimonium. 4. q. 6. Abb. in c. commissum. de spõs. Nec obst. obiectio beatissimę Virginis de decreta cõtinentia, quia matrimonio cõtracto castitas voueri potest per cõiuges. c. quod Deo. 33. q. 5. Abb. in c. 1. de conu. coniug. & supra est explicatum, non tñ hoc potest deduci in pactum tempore contractus, nec sic beatissima Virgo deduxit in pactum tempore coniugij, licet diuinitus esset certa Ioseph esse in eodem proposito continentię, & castitatis. Vnde matrimonium cõtraxit simpliciter, & licet ante vouerit virginitatem, consensit tñ coniugalem habitationem, & implicitè in omnia quæ ad matrimoniũ spectant, nec ex his sequitur beatissimam Virginem consensisse in carnalem copulam, quia id repugnaret virginitati, implicitè verò consensit non in actum copulę, sed in potentiam, qui consensus non est cõtrarius virginitati, vt d. D. Th. 4 dist. 30. q. 2. art. 1. habetur in c. beata. 27. q. 2. Vnde & illa conditio consentio in te si non cognoscas me, non facit consensum matrimonialẽ: vt d. D. Th. dist 28 art. 4. ad tertium. quia illa conditio nõ solum actui, sed & potestati contrariatur carnalis copulæ; idem d. ibi Ric. art. 1. q. 4. & D. Bonauen. q. vlt. Similiter si dicatur contraho tecum si nullo nos vnquã cõplexu coniugamus, vel sic tñ ꝙ non trado tibi potestatẽ mei corporis, quia hęc omnia aduersantur substãtiæ matrimonij, vt d. Sot. dist. 29. q. 2. art. 3.

Ampliatur tertiò, etiam si hæc conditio matrimonio adiungatur, contraho tecum si coniugale debitũ mihi denegaueris, quoties id mihi exigere non licet: vt d. Adr. 4. q. 14. de matr quia id est contra substantiam matrimonij, quia licet pluribus casibus non liceat viro exigere sine mortali, vt si fecit votum simplex continentiæ, non tñ licet vxori ei petenti denegare, nec per hoc vxor peccat ex cooperatione ad peccatum, cũ non spontè, sed coactè id faciat, vt not. Palud. 4. dist. 32. quæst. 1. art. 1.

Quartò, ampliatur, vt non solum cõditio, sed etiam modus contra substantiam coniugij ipsum vitiet, vt d. Pal. 4. dist. 29 q. 2. art. 3. Silu. matrimonium. 3. in fi. distinguendo tñ ꝙ si fiat ante contractum, vitiatur ipse contractus, si verò fiat post, reijcitur modus, & remanet contractus firmus & purus, vt si cõtracto iam matrimonio paciscatur, ꝙ alter prolis generationem euitet, vel adulte-

retur, nam matrimonium remanet firmum reiecto pacto: vt d.Card.in d.c.fin. de cond. appos. id enim procedit etiã in alijs contractibus à quibus modus contra substantiam contractus reijcitur, & contractus remanet purus.l.cum precario.ff.de precar.not.in c.fi.de precar.etiã ante contractum appositus, quod tamẽ non est in matrimonio, quia si à principio ponatur modus contra substantiam matrimonij statim vitiatur.

Quintò, ampliatur, vt procedat siue ipsa conditio sit contra substantiã coniugij suspensiua actus, vel ipsum actum resoluens, vt si contrahat cum conditione ne si fornicetur, liceat ei aliam accipere. Car. Præpos. & Abb. in d.cap.fin. & Card.in cap.1.eod.

Sextò, ampliatur, etiam si copula sit subsecuta, quia adhuc ex conditione apposita contra substantiam coniugij matrimonium vitiatur. Adr.4.de matr.q.5. probatur autẽ copula, si vir dicit se cognouisse mulierem, qñ de matrimonio cum ea contracto agitur. c.continebat. de despõs.impub. c.si quis acceperit. 33. q.1. imò & mulier si iuret se à viro cognitam fauore matrimonij. Host. Ant. Abb.in c.duo pueri. de despons.impub. contrariũ tamen potest probari per obstetricum aspectum.gl.& Doct.in d.cap. continebatur.

Septimò, ampliatur, si fiat hæc pactio, contraho tecum si veneris ad exequias meas, vel si capitolium non ascenderis, cum sit contra substantiam actus, cum euentus harum conditionum non permittat obligationem nasci, vt not.Adr. 4.de matr. q.5. etiam copula secuta, vt ibi d. Vnde cautela ponitur contrahenti matrimonium vi. in d.c.fi.de condit.appos. vt verbis contrahat, intentione tamen non, & adiungat conditionem contra substantiã matrimonij, quia sic contractus erit nullus. Doct.in d.c.fin.Hippol.singul.286.

Limitatur modo prædicta conditio, vt procedat qñ contrahentes intendunt contrahere matrimonium, & eo contracto hanc conditionem seruare, vt si ponatur conditio de adulterando, cum sit contra substantiã coniugij, secus si contrahentes intendant nõ contrahere, nisi conditio eueniat, quia tunc matrimonialis consensus suspenditur, & conditiones vt turpes reijciuntur à matrimonio.d.c.fi.& licet Adr.4.de matr.q.9. dicat matrimonium valere, tñ probabile est contrarium ex defectu consensus, vt probatur in d.cap.fin.

Secundò, limitatur, qñ altera tm̃ pars consensit in conditionem contra substãtiam, quia tũc tenet matrimonium, secus si vtraq;. Innoc.Host.Abb.in d.c.fi. quia tunc erunt tantum sponsalia, quæ in matrimoniũ transeunt per copulam: vt d.Silu matrimonium.4.q.5.

Septima propositio. Conditio turpis apposita in matrimonio reijcitur in matrimonio, & remanet contractus purus, fauore matrimonij.d.c.fin. vt si dicatur, contraho tecum si furtis meis consenties: vt not. Innoc. Præpos. Abb. & alij in d.c.fi. Similiter conditio illa, si te virginem inuenero, turpis censetur & reijcitur à matrimonio, & cõtractus remanet purus, si sic simpliciter intelligatur: vt not.gl.in c.per tuas.& ibi Præpos. de cond.appos. secus si illa conditio ad actũ licitũ referatur, vt si inuenta fueris virgo per aspectum matronarum, & obstetricum: vt d.Silu.verbo, matrimonium. 3.q.8. Aret.consi.82.col.pen. *Conditio turpis à irritet matri monium, vel non.*

Sic etiam matrimonium contractum sub conditione turpi, quæ credebatur honesta, nõ tenet, nec censetur purè contractũ, vt si sic contrahatur, si coniugale debitum mihi nõ negaueris in quocunque dubio existas: vt d.Adr.q.7.de mat.

In foro verò animæ, etiam si conditio sit turpis, vel impossibilis, & consensus defuerit in coniugio, non censebit matrimonium, nec reijcietur conditio turpis, & in hoc credetur asserenti: vt not. Adr.4 q.7.de matr. & Pal.d.29.q.2.ar.5. conclus.5.Io.Med.de cõtract.q.23.& id procedit etiam in foro iudiciali, quãdo probari possit consensum defuisse: vt d. Adr.4.de matrim.q.6. sic conditio illa si mecum cõcubueris, in foro conscientiæ nõ facit matrimonium, si defuerit in eo consensus, in foro verò cõtentioso sunt spon-

sponsalia, quæ per copulam transeūt in matrimonium secūdum ius antiquum: vt dicit glo. in d. cap. 1. de spons. duor.

In conditione verò honesta aduertendum, q̄ si post eā sequatur copula, erit recessum ab ea. c. super eo. c. per tuas. de cond. appos. post Concilium verò secus est, nisi contractus fiat de præsenti in p̄sentia parochi, & testium, vt supra.

Conditio dotis, vel lucri an su spēdat matrimoniū, & quid de alijs.

Notandum etiā q̄ conditio dotis, vel lucri, vt si vir contrahat cum muliere si dederit centum, intelligitur enim causa dotis, non libidinis explendæ, & ideo huiusmodi conditio licita est, c. de illis. de condit. appos. & suspendit contractum; similiter & q̄n datur vxori iuueni, vel generosæ, in præmiū iuuentutis, vel nobilitatis: vt d. Abb. & Prǣp. in d. c. de illis. Et generaliter omnes conditiones honestæ suspendunt contractum in conditionis euentum, vt si dicatur, contraho cū incognita, si nō fuerit cæca, leprosa, vel si sciit talem artem ad vitam sustentandam, quia huiusmodi conditiones, licet non referātur ad matrimonij naturam, vt illa si pater consenserit, si dotem dederis, tn̄ honestæ sunt & suspēdunt contractum, licet fiat per verba de præsenti, si verò cōditiones huiusmodi parum referant vt quia contrahatur cū absenti cum hac cōditione si sit pulchra, vel benè morigerata, quia istæ cōditiones recipiunt magis & minus, in foro ecclesiæ non admittuntur.

Generaliter etiam contrahens sub conditione suspensiua de futuro, si conditio eueniat, debet de nouo per verba de p̄senti consentire: vt d. Sot. d. art. 3.

Illæ aūt dicuntur veræ conditiones, quæ de futuro sunt, & suspēdunt actum donec impleatur: vt si dicatur, cōtraho si pater consenserit. c. de illis. cap. super eo. & c. per tuas. de condit. appos. modo ponātur à principio, & suspensiuè, secus si à principio resolutiuè, vel post contractum suspensiuè. c. 1. vbi Abb. de condit. appos. quia conditiones de præsenti, vel præterito non sunt veræ conditiones, imò si statim est falsa matrimonium est nullum, si vera valet. l. illa institutio. de cond. instit. Nau. in Man. c. 22. nu. 62.

Aduertendum etiam ad formam verborum, vt si dicatur, non aliā nisi te ducam, statuenda enim est regula, q̄ nunquam per puram negationem fit matrimonium, imò nec sponsalia, sed per affirmationem explicitam, vel implicitam, quia ad matrimonium consensus requiritur. Vnde si dicatur nullam vnquam extra te vxorem ducam, non est matrimonium, nec sponsalia, secus si dicatur, non aliam, sed te ducam, quia tunc sūt sponsalia; sic si dicatur nullam mulierē ducā præter te, sensus enim dialecticus est, non aliam ducam, & ducam te. Sic q̄n d̄r, non ducam mulierem nisi te, vel nullam quàm te, vel non contraham cū alia à te, quia verba sunt ambigua, & ex alijs causis, & appēdicibus veritas est indaganda. c. ex literis. 1. de spons. c. intelligentia. de regul. iur. quia possunt facere sensum conditionatum, q̄ si dicat vxorem ducam te, vel nullā, quia negatio, ideo in foro conscientiæ indaganda est mens proferentis, in contentioso autem coniecturis, vt supra, est procedendum. ita Sotus d. art. 3.

Hactenus de impedimentis respectu defectus consensus, vel quia fuerit error personæ, vel quia consensus fuerit conditionatus, vel coactus. Sequitur de impedimentis ex parte naturæ.

De impedimentis ex parte naturæ, scilicet furore, frigiditate, maleficio, & minori ætate. Cap. X.

Frigiditas quid sit, & q̄n īpediat & dirimat matrimonium, vel non.

Circa frigiditatem notandū, q̄ frigiditas dicit morbus quo vir vel est adeo frigidus, vt nullo modo incalescere possit, & eo morbo liberari, vel mulier ita arcta, & talis morbo reddita, vt nullo modo vxoris munia reddere possit. c. quod autem. c. interrogasti. 33. q. 1. c. 3. & cap. fraternitatis. de frig. & malefic. Et sic potius dicetur impedimentum obiectum ne matrimoniū perfici potuerit, q̄ dissolutio, quia quod non est coniunctum plenè, dici absolutè

dissolui nõ potest.l.Iulianus.ff.de diuor.

Secundò,notãdum,q̃ huiusmodi impedimentum potest contingere dupliciter,natura,vel artificio: natura, vt q̃a ita natus sit vterq; vel alter impotens, arte,maleficio, q̃ si sit indissolubile, idẽ est iudicandum q̃ de impotentia naturali, quia vtrunque impedit & dirimit matrimonium. c. si per sortiarias. 33. q.1. c.1.& 2. de frig. & malefic.

Tertiò,notandum,solam sterilitatem non sufficere ad impediendum,vel dirimendum matrimonium.c.pen.& fi. 32. q.7.not. glo.recepta.in c.quod sedem.de frigid. & malefic.

Quartò, notandum, quòd impotẽtia coeundi in viro dr̃ frigiditas, quia vis caloris naturalis est,quæ semen satis ad egestionem digerit, vnde frigiditas mulieris,quia non se habet nisi vt patiens, & recipiens matrimonio non obstat; dr̃ autem potentia coeundi, potentia seminandi in vase debito,per hoc enim coniuges efficiuntur vna caro, quæ esse potest sine generãdi vigore, dummodo sit potentia seminandi, quia consummatio matrimonij cõsistit in commistione sexuum, quæ per eiusmodi seminationẽ conficiuntur.Vnde licet masculo membrum erigatur si tñ sit impotens seminare, licet fœmineum aperiat, frigidus censetur. Imò licet quis esset potens seminare tñ præ properè,ita vt non posset vas idoneum expectare, sed semen foris effunderet, frigidus censetur, licet hoc raro sit impedimentum perpetuũ, cum per artem medicam ei remedium adhiberi possit; si tñ quis sit potens effundere semen, sed non erigere ob debilitatem, vt in senibus, & debilibus non dicitur frigidus.

Quintò,notandum, q̃ impotentia naturalis est triplex, vel ratione minoris ætatis, de quo infra, vel ratione priuationis, vel ineptæ dispositionis membrorum,vel ratione alterius qualitatis idoneam seminationem impedientis, accidentalis verò vel per abscissionem virilium,vel per maleficium, vt supra.

Sextò,notandũ,prædicta impedimenta aliq̃n esse perpetua, omni remedio destituta, alia quæ medica arte vel aliter reparari possunt, alia quæ non sunt simpliciter respectu omniũ, sed aliquarum personarum, q̃nque enim quis potest esse aptus ad conueniendum cũ corrupta,& ineptus cum virgine,&validus cum pulchra, sed non cum deformi. His ita notatis.

Prima sit propositio. Impotentia coeundi naturalis,vel artificialis perpetua impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum,vel declarat non fuisse legitimum, text.in cap.2. de frig. Ratione,probatur,nam per contractum matrimonij coniuges se obligant alterutrum debitum reddere.1.Cor.7.sed nemo potest se obligare ad id quòd nõ potest facere,ergo frigiditas.i. talis impotentia coeundi impedit matrimonium. D.Th.dist.34.q.1.art.2.dicitur impotentia naturalis, vel artificialis ad differentiam impedimenti legalis per cognationem, dr̃ perpetua,quia si per artem, vel aliter ei succurri potest,vt frigiditati viri per medicamina succurri,vel claustrũ fœmineum, quod per virum pandi non potest,per artem potest; non est impedimentum, licet peccent, qui contrahunt cum his impedimentis, donec sublata sint;vnde nõ potest contrahi matrimonium cum eunucho castrato spadone,& alijs de quibus infra, vt testatur Sot.d. q.1.art.2. Abb.in c.quod sedem. de frig. nec cum sene qui nullo modo seminare potest,vt d.gl.in d.c. Nau.c.22.num.59. Cand.de matrim.nu.237.& 238.

Secunda propositio. Q̃n lis de frigiditate, vel huiusmodi impedimẽto constatur,si potest via iuris ꝓbari statim est dirimendum, vt si vir per legitimos testes probaret antequam contraheret virilibus caruisse, vel non habuisse ætatem legitima,nec ea habita consensisse; Vel si mulier matronarum iudicio probare possit se esse ita arctam,vt nulla arte penetrari possit,quod si impedimentum hac via constare non potest, triennium expectari debet,quo tempore bona fide operam dare debẽt matrimonio consummando,quo elapso si constiterit congredi non potuisse,tunc si cohabitare

re noluerint, quia qui idoneus est matrimonio, dicat se filios velle procreare, separandi sunt: si verò cohabitare consenserint, possunt in eadem domo vt frater & soror manere, si non possunt vt vir & vxor. c. quod autem. 33. q. 1. c. laudabilē. de frigid. Elapso triennio potest probari per inspectionem matronarū matrimonium non esse consummatum, quæ matronæ prouidæ & honestæ esse debent, & de parochia mulieris, quia præsumūtur hēre pleniorem eius notitiam, arg. c. scriptum. c. postquam. supra de elect. & debent facere prius lauari mulierem aqua calida, quia potuit medicinis se arctasse, & generaliter peritis in arte est standum. c. tua c. significasti. de homic. & tunc cum septimana manu propinquorum debet iurari ꝙ non potuerint copulari inuicem, & sic separādi sunt. i. propinqui iurare debent, vel vicini, ꝙ non potuerint copulari, & sic sunt separandi. c. laudabilem. c. fi. de frigid. nec in hoc statur confessioni coniugū, sed aliæ probationes requiruntur ne dolis via teratur. c. 1. eo. vbi Abb. Vnde ad probationem impotentiæ, vel non tria considerari, vel concurrere debent, primò aspectus corporum, vt ꝙ mulier sit arcta, & viro sint abscissa virilia, vel frigidæ sit naturæ, ita ꝙ seminare non possit, vel quòd caret vtroq; testiculo, secus si vno, vel seminare nō possit, licet virgam habeat erectam; secundò, quòd labatur triennium vbi est dubium; tertiò, vt iuretur cum septimana manu propinquorum. Abb. in c. 1. nu. 5. & in c. 2. eo. difficile tñ est probare hoc impedimentū per testes, maximè si in eodē lecto per triennium cubauerūt, cum eo casu sit etiam præsumptio pro adultero. c. præterea. de testib. c. literis. de præsumpt. si verò tm̄ in eodem thoro steterunt, sed nō lecto, tunc non potest probari copula, nisi per turpem aspectum testium; vnde eo casu admittūtur testes de auditu, quod audierint cōiuges dixisse se se cognouisse, vel non, & in dubio debet ferri sententia pro matrimonio: vt dicit Sotus dist. 34. art. 2. quæst. 1.

Quòd si scienter contraxerunt scientes impedimenta, non separantur; quo casu maritus tenetur præstare alimenta impotenti. c. consultationi. vbi Pan. de frig. & isti habitabunt simul vt frater & soror, vt ibi hꝫ: non potest tñ vti tali matrimonio ad delectationem carnalē, licet possit niti ad copulam, citra tamē periculum pollutionis extraordinariæ. Nau. c. 22. n. . Si verò impedimentum superueniatur post matrimoniū iā contractum etiam ratum tantū, tunc vt d. Abb. in c. ex literis. de frig. non separat, cum matrimonium ratum solū per religionis ingressum separetur. c. ex parte. c. ex publico. de conu. coniug. & sequitur Sot. d. art. 2. & in dubio impedimentum frigiditatis præsumi debet ꝓcessisse matrimonium: vt d. Abb. in c. fi. n. 3. de frig.

Tertia propositio. Matrimonio dissoluto, qui frigidus, vel aliter impeditus probatur, prohibetur ne aliud matrimonium possit cōtrahere, alter verò potest. c. requisisti. 33. q. 1. c. laudabilem. c. ex literis. de frig. quia impedimentum vnius alteri nocere nō debet: quòd si is qui tanquā impeditus cōdemnatus est, transierit ad secundas nuptias, & matrimonium consummarit, ad priorem coniugem est reuocādus, etiam si vxor iam tunc cum alio fuerit viro coniugata, qa tunc ecclesia agnoscit se esse deceptam, & ita id matrimonium, quòd ratum & legitimum erat, tanquam irritum pronunciare. d. c. requisisti. & c. laudabilem. & c. fraternitatis. eo. tit. secus si religionem fueris professa, quia id licet. cap. ex publico. de conu. coniug. matrimonio non consummato, nec potest egredi. Aduertendum tñ, quòd aliqui sunt habiles ad aliquam fœminam vt corruptā, & non ad aliam vt virginem, vel deformem, vel ob membrorum disparitatē, in his casibus si arte medica potest impedimentum auferri, non potest matrimonium separari, quia vt d. Abb. in d. c. fraternitatis. aptus ad copulam cū vna, censetur aptus & cum alia, licet id recipiat probationem in contrarium. Aduertendum etiam an impedimentum sit perpetuum, vel ne, quia perpetuum dr̄ quòd sine miraculo absq; periculo corporali

re-

remouere non potest. d.c.fraternitatis. Similiter qñ nisi per artem magicam potest auferri, censetur perpetuum, cum ope dæmonum vti non liceat. Quòd si illa iudicetur posse cognosci ab alio viro, non debet per hoc experimentum facere fornicando, quia impedimentum, ꝙ non nisi per peccatum potest auferri, censetur inauferibile; secundò, dr eo casu matrimonium non debere dirimi, qa si potest cognosci ab alio viro, signum est ꝙ & ab hoc sit cognoscibilis; quòd verò attinet ad pulchram, vel deformem non refert, cum illa conditio sit nimis accidentaria.

Qñ verò iudicatur à peritis impedimentum posse auferri, tenetur arcta pati aliquém dolorem, maximè cum sua culpa in id periculum inciderit, & sic pati se incidi, & si opus est cauterium fieri, non tamen tenetur subito magnum periculum corporale subire, ex d. cap. fraternitatis. ita Sotus d art. 2.

Non tñ ob fœtorem coniugum licet matrimonium separare, cum iure id nō exprimatur. Qui verò scienter contraxerunt scientes impedimentum, ꝙ probabile sit posse arte dirimi, tunc debent cohabitare vt frater & soror. c. consulta tioni. c. laudabilem. eo. tit. Vnde non debent se impudicè amplexari, vel tangere, aut osculari, qa huiusmodi sunt mortalia, nisi inter veros coniuges, maximè vbi sit periculum extraordinariç pollutionis, ꝙ nec viro, cui post consummatū matrimonium id accideret impedimentum, licet, vbi est periculū pollutionis extraordinariæ; possunt tñ sibi alia officia coniugalia præstare. Vbi verò nō est verum impedimentum, valet matrimonium contractum à non impedito, licet sic peccet non expectans iudicium ecclesiæ, præterquàm si obligauit se vxorem alere, nam ad id tenetur. c. requisisti. 33. quæst. 1. Sotus d. art. 2.

Maleficiū quid sit, & qñ ipediat & dirimat matrimoniū, vel nō. Circa maleficium, notandum, ꝙ dæmones habent facultatē grassandi in homines, nisi à Deo prohibeantur. Iob 40. & latè dixi in casib. reseru. casu 2. & 8.

Secundò, notandum, cōtingere sæpè, vt dæmonum actu maleficium carnalē copulam impediat, nam sæpè probatur coniuges non à causa naturali, sed libera ligari, cum natura vniformiter semper se habeat, & ideo natura frigidi pariformiter erga omnes mulieres sunt, & tñ experiētia patet aliquem omnes mulieres cognoscere posse & nō hanc, imò ei erigi membrum. sed cum vas mulieris tangit reclinari. & mulierē viri congressum horrere, licet ante eum optauerit, & alijs viris sit idonea, ex phantasiæ læsione qua sibi videtur deformis, quæ maleficij inditia sunt.

Tertiò, notandum, hæc maleficia posse esse tēporalia, & perpetua, probatur, nam quā ratione dæmones permittunt ad tempus homines vexare, eadem & in perpetuum, & habetur in c. si per sortiarias. 33. q. 1. cap. literæ. de frigid.

Quartò, notandum, ꝙ hæc maleficia possunt multis modis fieri; primò, mouendo hominis phantasmata ad illusionem, vt quando vxori viri aspectus horrificus videtur; secundò, per specierum alterationem potest alter alteri inuisus fieri; tertiò, per solum motum, membrū virile impediendo ne erigatur, & erectū relaxando; quartò, citissimo spatio appli cando actiua passiuis, instrumentum fœminæ indurare, & viri lumbos infrigidare, & spiritus quibus instrumentum viri erigitur exsufflare. Vel per venena, vel aliter si à Deo permittitur generatricem virtutem in viro exiccare, & cō ceptricem in fœmina; Non tamē dæmones obediunt magis, cum nil nisi vltro faciant, licet id illis persuadeant, vt eos ligatos sibi deuinciant. Sot. d. q. 1. art. 3. His ita notatis.

Prima sit propositio. Maleficium perpetuum impedit, & dirimit matrimonium, temporale non. c. si cūm ibi not. de frig. quæ probatio fit vt in maleficio per habitationem per triennium vbi est dubium, cū iuramento & 7. manu propinquorum. cap. per sortiarias. 33. q. 1. & d. c. fin. de frig. quia cum maleficiatus non sit respectu omnium, sed vnius tantum impeditus, non debet prohiberi quin cum alijs contrahat, frigidus verò quia respectu omnium reputatur impo

tens

tens prohibetur contrahere cum oibus.

Secunda propositio. Qñ matrimoniũ per maleficium dissoluitur, licet vtriq; transire ad secundas nuptias.d.c.fi. & in hoc differt à frigiditate, quia frigidus præsumitur simpliciter respectu oium, maleficiatus verò respectu certæ personæ cum fiat instigante diabolo: vt dicit Abb.in c.accepisti. in fi.de frigid.

Tertia propositio.Separato matrimonio per maleficium,secũdum matrimonium non est separandum,etiam si appareat ambos esse aptos ad copulam, & in hoc est maxima differentia inter maleficium,& frigiditatem, q̃ si frigidus contrahat cum alia,& consummet reuocatur ad priora coniugia,quia constat ecclesiam fuisse deceptam,non sic est autẽ de maleficiato, quia cum fiat instigante diabolo restringitur ad certam personã, vnde impotens cum vna non est impotens cum alia.ita Abb.in d,c.accepisti.in fi.& Sot.d.art.3. nisi constaret ecclesiam fuisse deceptam: vt d. ibi Sotus.

Maleficia nõ licet p maleficia dissoluere.

Quarta propositio.Non licet maleficia per maleficia dissoluere,nam mortale est vti dæmonum potestate, etiam si certũ esset eos nobis prodesse posse; vnde magi in hoc consulendi non sunt. Et minus licet cum demonibus ipsis tractare, tum q̃ hostes nostri sint, nec nobis fidem nisi in pernitiem seruant, tum q̃ omne fœdus cũ eis prohibitũ est. Deut. 18.Leuit.19.1.Reg.28. & habetur in c. qui sine Saluatore.26.q.2. & latè dixi ca su 8.lib.de casib.reseruat. Imò nec licet eorum opera vti licet parati sint, nam sunt duo operum genera mala,quædam sic intrinsecè mala,vt fieri benè nõ possint,quædam quæ fieri benè possunt,sed culpa facientis fiunt malè; Præterea nulli licet alium inducere ad malũ quia id est facienti consentire.Rom.1.Maleficiũ verò de se est malum,ergo nec à parato licet petere,nec est simile de vsura,quia dum petitur mutuum, non nisi bonum postulatur, sed cum alter non vult, nisi cum spe fœnoris dare, perperam dat. Sot.d.art.3.Vnde in Conc.Prou.Med.5. sub tit. quæ ad matr. pert. matrimonia fascinantes,veneficiave circa ea facientes,& id cõsulentes eave soluentes verbis indebitis ab episcopo non approbatis, excommunicationis sententiam eo ipso incurrunt.

Circa tertium, videlicet furiam. Sit propositio. Matrimonium contractum à furioso irritum est; probatur in c.dilectus.de spons.l.furiosum, C.qui testam, facere poss. Ratione probatur,nam matrimonium eliditur errore, quia ibi deest consensus, ergo & furia, quæ omnino tollit consensum. clem.1. de homic. & Mag.id not.dist.34.& ibi D.Th.art.4. Id autem intelligitur qñ continuo quis furore laborat, qui.n.per dilucida dierum interualla laboraret, posset cõtrahere matrimonium tempore quo furor cessat,& redijt sana mens: vt d gl.in d.c. dilectus. & probatur in c.quãuis. 7.q.1.

Matrimonium ante neat cõtra ctum à furiosis,& qñ & ad quid hmõi tenentur, vel non,& qui tales dicantur.

Debet autem furor probari cum quilibet præsumatur sanæ mẽtis.l.2. C.qui testam.fac.& probatur ex signis exterioribus quibus iudex arbitrari debet non esse fictum.l.quidam in suo. ff.de condit. instit. quia res in animo consistens debet per exteriora demonstrari. cap.fi.de renunc. in 6. Signa verò quibus probatur furor traduntur à Doct.in c.fi.de successionibus ab intestat.& in d.l.furiosum.f. qñ quis dicit verba, vel facta agit indicantia omnia tñ mentis alienationem; fatuus,qui tñ stulta verba loquitur,vel extra rem: stultus qui eligit malum cũ possit eligere bonum; & semel furiosus, semper præsumitur talis nisi probetur contrarium: vt not. Abb. & apost.in d. cap.fin. Ias. & alij. in d.l.furiosum.

Nec præsumitur continuus esse quia aliquot vicib. contigerit,sed quòd mense vel anno continuato extiterit. Alc.de præsumpt. reg.2. præsumpt.18. Bart.in l.2.ff.de bon.poss infant.del. quia primo casu non præsumitur furor, secundo sic adesse, & qñ dubitatur an sana mente, nec ne matrimoniũ contraxerit ad circunstantiam, & coniecturas est deueniẽdum;vt d.Dec.in l.in negotijs. ff.de reg. iur. Et quod dictũ est de furioso,intelligitur ẽt de mente capto,qui ei est similis;vt d.Nau.in c.si qñ.de rescrip. excep. 9.col.30. text.est in l.2. C.de curat.fur.

Et

Et idem dicendum est de ebrio si ebrietas consensum impediat, nam matrimonium cum eo contractum est nullum: vt d.Henr. in d.c. dilectus. Dec. consil. 112. Prædicta verò intelliguntur qñ furia aderat tempore matrimonij, vel arte esset continua, secus si successit, quia tunc non dirimitur cap hi qui. 32. quæst. 7. Contrahens tñ cum furiosa lucidis interuallis potienti, aliquid iniuriæ facit matrimonio, quia ad prolem educandã non satis idonea est. Qñ tñ est factum matrimonium, licet sano cum furioso consummare copulam, licet non sit omnino honestum, maximè cum sit periculum ne legitimè seminet, & tenetur petenti debitum reddere, si aliter succurri non potest periculo illegitimè polluendi se, vel cum alia commiscendi, aliàs non tenetur, cum amens non petat vt homo per rationis vsum, sed vt bellua. ita Sotus d. quæst. 1. art. 4.

ad Matrimonium q̃ ætas requiraẽ, & quid sit i his fiẽdũ, vel nõ.

Circa quartum. s. ætaté contrahendi. Prima propositio. Aetas legitima ad cõtrahendum matrimoniũ in viro est annorum quatuordecim, in fœmina duodecim. c. puberes c. attestationes. c. continebatur. c. ex literis. de despõs. impub. l. quæsitum. l. in sponsalibus. ff. de sponsal. l. mulierem. ff. de ritu nupt quia tunc facultas generandi adest ijs & cõsensus in coniugalem copulam, quia tunc incipit moueri vis generationis in masculis, & purgationis in fœminis, & tutela tunc finitur quæ personis datur, vt habetur Instit. tit. de tut. Ratio verò diuersitatis inter masculum, & fœminam, est vt d. Philos. lib. 4 de gen. anim. c 6. nam pubes vigor, & senectus prius fœminis venit, quàm maribus, quia natura frigidiores, & debiliores sunt, intus ergo tardè prę sua frigiditate discernuntur; hęc etenim discretio concoctio est, calor verò concoquit, & quod calidius, id cõcoctu facilius, sed foris propter suam debilitatem citò ad ætatis florem, & senectam proueniunt; omnia enim minora citius ad finem deueniunt, vt in arte, sic in natura. Quod verò dictum est de ætate prædicta nõ est ita punctatim accipiendum, quia si ante sint apti ad copulam sunt & apti matrimonio qñ malitia suppl. ætatem. c. continebatur. c. de illis. 2. c. fin. de despons. impub. modo sint proximi pubertati; & duo concurrunt, scilicet potentia ad copulam, & rationis vsus ad consensum, quæ malitia dr̃ prudentia in d. c. fi. potentia verò ad copulam probatur esse si is cũ alia peccarit, & ècontra glo. & Doct. in c. 1. § 1. de despons. impub. in 6. allegans verò impuberem aptum ad copulam, debet probarem copulam, nec sufficit probare fœminam ill. tradiram esse corruptam, nisi & probetur ante fuisse virginem: vt d. Host. & Præp. in d. c. de illis. Nec sufficit potentia ad copulam, nisi adsit & discretio ad coniugalem consensum. cap. continebatur. de despons. impub. & hæc prudẽtia præsumitur ex ætate proxima pubertati, non tñ potẽtia coeundi, è conuerso, ex nixu ad copulam præsumitur potentia non tñ discretio. c. attestationes. de despons. impub. imò copula arguit potentiam non tñ discretionem. d. c. continebatur. Vnde proximus pubertati non potest contrahere matrimoniũ nisi & præsumatur potentia coeundi. c. ex literis. eo. tit. raro tñ potentia coeundi adest ante duodecim annos; licet glo. 20. q. 1. in summa. referat puerum nono anno grauidam nutricem reddidisse. ex Greg. 4. dialog c. 19. proximus verò pubertati dr̃ fœmina anno vndecimo, vel nono, & dimidio, masculus tertiodecimo, vel decimo, & dimidio secundùm alios. glo. in § pupillus. de inut stip. Ias. in l. properandum. § & si quidem. ff. de iudic. vbi d. hanc esse cõem, alij dicunt cum sex tñ menses desunt legitimæ ætati. Bal. in l. excipitur. ff ad Sillan. glo. in c. attestationes. c. continebatur. de despons. impub. Sed verius id iudicis arbitrio est relinquendũ ex discretione pueri, & alijs circunstantijs: vt dicit Abb. & Præp. in d. c. continebatur. qui tñ ante illam ætatem, quæ dr̃ proxima pubertati cõi opin. vt supra, maximis est adducendus coniecturis, vt eum iudicet proximum pubertati, & cautissimè id agere debet & raro. Post verò illam ætatem, sat erit mediocria signa perpendere, qñ verò

verò sex tñ menses desunt, audacius le uibus argumentis arbitrari potest esse proximum pubertati. Coar.4.decr.2.p. cap.5. Hæc sunt statuta ecclesiastica.

Ex honestate tñ, & ad rectam politiam constituendam Philosophi aliter ætatẽ nuptijs assignarunt. Nam Plato.4.& 6. de legib.mari ætatem idoneam censet à trigesimo, ad trigesimumquintum annum. Arist.7.Polit c.6. mulieri in decimooctauo anno, viro in trigesimosexto ætatem aptam matrimonio cẽset, aliter immaturas nuptias facere corpora pusilla, reddere mulieres veneri nimium indulgentes, vt citius ei assuetas, & partus imperfectos reddit, cum semen in minori ætate corporis nutritioni adhuc inseruiat, vires contrahentium extenuantur, nec fœminæ vterũ habent satis amplum, quo possit fœtus extendi, & informari. Præterea filij ab ætate parentũ non debẽt nimis, vel minimum distare; senes enim filios gignunt quos non possunt ob senium educare, nimis iuuenes gignunt filios, qui eos non reuerentur ob ætatis paruam distantiam. Vnde contrahentes hæc cõsiderare deberent; Sed quia matrimonium contrahendũ est, & in remedium, ideo vbi hoc remedio est opus, non est tutum illam ætatem expectare, de quo latius dicetur tract. de Domo, in principio.

De impedimento seruitutis. Cap. X I.

Seruitus quid sit, & quotuplex

NOtandum, q seruitus aliqua est naturalis, qua prudentes & sapientes minus sapientibus, & imperfectis imperãt: vt d.Arist.1.Polit. c.3. & 4. & 7.Polit.c.14. Vnde & Cicero Parad.c. 5.d.Prudentes esse liberos, stultos & insipientes seruos. Plato verò in legib.lib. 3. d. primum dignitatis rectam rationẽ esse vt genitores natis imperent, secundum, vt ignobilibus generosi, tertiũ, seniores iunioribus, quartum, dñi seruis, quintum, vt petitiores imbecillioribus, sextum, vt supradicti insipientibus, vt supra. D.etiam Aug. super epistolam ad Coloss. d. ordinationem naturalem esse in hominibus, vt fœminæ seruiãt viris, & filij parẽtibus, sed de his nil ad p̃sens.

Secundò, notandum, q seruitus, de qua in præsenti, est institutio iuris gentium, qua quis alicui contra naturã subijcitur. c.iuris gentium. dist.1.§.seruitus. Instit.de iur.pers.& huiusmodi sunt mancipia dominorum.

Tertiò, notandum, q inter Christianos serui esse non possunt licet bello iusto capti, vt d.Abb.in c.sicut.3. de iureiur. & ibi Aegid. Bellam nu.20. Bart.in l.hostes.ff.de capt. sed capti pecunia relaxãtur: vt d. Alciat l.hostes.de verb.sig.

Ampliatur, vt nec capti à Turcis, vel Saracenis Christiani serui esse possint, cum ex eorum parte bellum iustum esse non possit, nec aggressione, nec defensione, cũ iniustè prouincias Christiani nominis occuparint; vnde sequitur apud eos captos licitè fugere posse. Econuerso tñ infideles capti à Christianis iustè efficiũtur eorũ serui: vt d.Coar.in reg. peccatũ.3.par.§.11.nu 6.de reg.iur.in 6. seruitus etiã est approbata ab ecclesia, & serui tenẽtur ad sacramenta necessitatis suscipienda. Abb.in d.c.1.efficiuntur autem serui, vel quia nati ita sunt, vt qui ex seruis oritur, & sufficit, vt ingenuus sit, q ex matre libera oriatur, licet pater sit seruus, cum partus ventrẽ sequatur: secundò, serui fiunt iusto bello capti, vt supra: tertiò, qui ad pretium participandum alijs se in seruitutẽ tradunt.§.serui. Instit.de iur.pers. si maioris sit vigintiquinque annis, & de ingenuis in princ. vbi gl. His ita notatis.

Prima sit propositio. Seruitus non impedit matrimonium quominus si scientes eorum conditionem contraxerunt, etiam inuitis dominis validum sit; probatur in c.omnibus. 29.q.2. & in c.1.de coniug.seru. Ratione probatur, nam seruitus iure gentium est introducta, vt supra, sed ius positiuum naturali non obstat, at est naturale non solum hominibus, sed & cunctis animalibus, vt sicut per alimoniam propria indiuidua sustẽtant, ita & per generationem speciẽ ꝑpagando conseruent, quæ generatio in- Seruitus ã ĩpediat matrimoniũ.

ter

ter homines, nō nisi per matrimonium legitimum fit, vt supra, ergo vt domini seruos prohibere non possunt, quin alimenta sumant, & somnū capiant, & huiusmodi naturæ necessaria, sic nec eos arcere possunt à matrimonio, quin si cōtrahant validum sit. vt d. D. Th dist. 36. q. 1. art. 1 prædicta verò conclusio intelligitur vel si serui contrahant inter se, vel cum ancilla liber, vel è conuerso, dūmodo nullus error lateat, vt infra.

Qñ verò seruus dño ignorante contrahit non eximitur à seruitijs dñi. d. c. 1. ꝙ intelligi debet qñ agitur de magno dñi seruitio; si enim paruum sit detrimentum, potest vxori morem gerere, & succurrere omisso dñi seruitio, & in dubio per matrimonio est iudicandum; & eo casu dñs nō potest seruum in longinquam regionem transferre vendendo, quia domi iusto pretio vendere potest; si tamē ex iusta causa id faciat, vt quia ad bellum proficiscatur, si vxor potest illuc commodè transferri tenetur obedire, alias castè viuere debet. ita D. Th. d. art. 1. & 2. & Sot. dist 35. q. 1. art. 1.

Matrimonij contrahens cum serua credens liberam, an teneat, & qd in hmōi.

Secunda propositio. Si liber ancillam ducit, quam credit liberam, vel è conuerso matrimonium est nullum. c. si quis li ber. c. si quis ingenuus. c. si fœmina. 29. q. 2. cap. proposuit. de coniugio seruorum. Ratione probatur, nam in matrimonio fit corporum traditio. 1. Cor. 7. se obligante, inuicem debitum reddere, & in eadem domo proles educare, & gubernare familiam, si igitur alter eorum est impotens hæc munera persoluere, ergo ignorantia huiusmodi personæ contractum viciat, hoc tñ impedimentum est iure Pontificio, non autem iure naturę, licet multum iure naturæ fulciatur, vt supra: vt d. Sot. d. q. 1. art. 2. si tñ seruus contrahit cum serua, credens eam liberam, tenet matrimonium, quia sunt in pari gradu. Silu matrimoniū. 8. q. 2. Ang. matrimonium. 3. & 4. imped. num. 4.

Notandum tamē, ꝙ si quis cōtrahat cum ancilla, credens eam esse liberam, & ingenuam, matrimonium tenet: vt d. Silu. matr. 8. q. 2. Archid. in sum. 29. q. 2. Henr. & Ioan. And. in d. cap. proposuit. Multo magis contrahens cū libera credens ancillam, matrimonium tenet, qa seruitus non impedit matrimoniū, nisi qñ creditur libera & non est, si ergo est libera nullus est error. c. si quis liber §. ijs itaque. 29. q. 2. Nau. cap. 22. num. 33. Coar. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 4. Notandum etiā seruum contrahentem cum libera dño sciente, & consentiente, non effici liberum, si fœmina sciebat mariti seruitutē, ꝙ si ignorans seruitutem hanc contrahat cum seruo dño præsente, vel sciente, nec tñ seruilem conditionem liberæ fœminæ reuelante, tunc seruus liber efficitur. Doct. in c. 1. & fi. de coniug. seru. tex. in §. si verò ab initio. auth. de nupt. Præterea notandū etiam dñm accipientem in vxorem propriam ancillam, non efficere eam ex eo solo liberam, sed necessarium esse manumissionem. §. vlt. au then. de triente, & semisse. Notandum etiam dñm tradētem in matrimonium seruum etiam scienti eius conditionem eum seruum ex hoc liberum efficere, si dotalia instrumenta ad hoc matrimonium constituerit, vel ea fecerit præsente dño, & non contradicente, & matrimonium tenet. glo. & Abb. in c. illud. de præsumpt. tex. in l. vnica. §. sed & si quis homini. C. de lat. lib. toll. Abb. in c. ad nostram. de coniug. seru. ꝙ si instrumentū non facit, & mulier sciens seruitutem, etiam dño sciente, & non contradicente, contrahat cum seruo non efficitur liber, quòd si mulier id ignorat, & cōtrahat dño præsente, & non reuelante serui sui cōditionem efficitur liber. Coar. 2. p. c. 3. §. 7. nu 1. Notādum etiam, quòd si ducens ancillam credens liberam, eam duxisset etiam si liberam non esse credidisset, valet matrimonium, dummodo contrahat sic, contraho tecum etiam si ancilla sis, quia consensus practicus in illam fertur; si verò mente id sentiat non explicans id signo vel verbo, matrimonium non tenet, quia ecclesia huiusmodi consensum pro nullo ducit. Ducens etiam manumissam secretò credens liberam probabile est requiri nouum consensum qñ nouerit eā esse liberam, idq; intelligitur de libertate perpetua; si eñ

ad

ad tempus tñ esset manumissa, cum per hoc non efficiatur libera, matrimonium non tenet; qñ tñ quis contrahit cũ ancilla credens liberam, matrimoniũ conualescit si eam postea cognoscat. gl. in c. fi. eod. tit. Henr. in c. proposuit. eod. Silu. matr. 8. q. 3. tenetur tñ hoc casu vterq; consentire, cum à principio matrimonium fuerit nullum: vt d. Sotus d. art. 2. Notandum etiã, quòd si seruus contrahit cum ancilla credens liberam matrimonium valet. c. si quis. 29. q. 2. & D. Th. dist. 36. q. 1. art. 1. & ancilla etiã cogitur per ecclesiam consentire in matrimonium liberi, si is cum ea contraxit ignoranter, & vult eam habere: vt d. gl. in d. c. fi. seruus autem potest contrahere matrimonium etiam dño nesciente, & contradicente. Caiet. 3. p. in add. q. 52. art. 2. & liber vxore accepta potest se alteri in seruum dare, nec per hoc matrimonium soluitur. c. 1. de coniug. seruo. Caiet. d. q. art. 3. D. Th. 4. dist. 36. Qñ etiã dñs consensit seruis matrimonium contrahentibus tenetur eis dare locum ad debitũ reddendũ. Qñ verò matrimonium inter seruum, & liberum non valet, quia ignorãter contractum, potest fieri separatio propria authoritate, & quò ad thorum, & cohabitationem si fuerit clandestinũ, sed si in facie ecclesiæ est contractũ, potest fieri propria authoritate separatio quò ad thorum, sed non quò ad cohabitationem sine iudicio ecclesiæ. arg. cap. porrò. c. significasti. de diuort. Nau. c. 22. nu. 31. Man. potest etiam vir se dare in venditionem facultate vxoris non expectata, probatur, nam vir non est vxoris, nisi quò ad thorum, vbi opera creandis liberis datur. 1. Cor. 7. in reliquis ergo est dominus actionum suarum, ergo saluo iure vxoris petendi debitum, cui ipse dum possit respõdere tenetur, potest se alteri in seruũ vendere, nec per hoc matrimonium dirimitur. cap. perlatum. 29. q. 2. D. Th. d. quæst. 1. art. 3.

Filij nati ex seruis, vel altero eorum, an sint liberi, & quid in cæteris reputentur.

Tertia propositio. Filij quò ad statum liberum, vel seruilem sequuntur matrẽ. l. partum. C. de rei vendic. l. lex naturæ. ff de statu hom. c. 1. de nat. ex lib. ventr. c. liberi. 32. q. 4. Vnde natus ex patre seruo matre libera ingenuus est, & liber, & sufficit liberam fuisse tempore conceptionis. §. sed & si quis. Inst. de ingenuis. & etiam qui nascũtur ex altero libertino, qui scilicet libertate donatus est, & altero ingenuo. eodem tit. in principio. In his verò quæ pertinent ad dignitatẽ, vt honores publicos, ciuilitatem, hæreditatem, & huiusmodi, partus sequitur patrem, quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substãtiam corporis; seruitus verò corporalis conditio est, cum seruus sit quasi instrumentum dñi in operando, & corpus sit animæ seruitium; honor verò & illa q̃ ad perfectionem attinent, sequitur formam, & sic patrem: vt d. D. Th. d. q. 1. art. 4. alicubi tñ partus sequitur deteriorem partem, sed non in Repub. benè constituta: vt d ibi D. Th. Si tñ dña nubit proprio seruo, partus patrem sequitur, & est omni nobilitate priuatus, & à materna hæreditate exclusus. l. vnica. C. de mulier. quæ se propt. fil. nupſ.

De impedimẽto criminis. Cap. XII.

Crimina q̃ impediunt matrimonium qũo, & quando.

Notandum, quòd tria crimina impediũt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractũ: primum si vir viuente vxore cum alia contraxit, & commisit cum ea adulterium. Secundò, adulterium cum fide, quam adulter dat adulteræ, quòd eam post mortem coniugis ducet. Tertiò, adulterium cum machinatione in mortem alterius coniugis. c. 1. vbi Abb. de eo, qui dux in matr. secuto effectu. Sot. 4. d. 37. q vn. art. 4 cõcl. 3.

Matrimoniũ an impediat ob adulteriũ, vt & qũo.

Quò ad primum intelligitur, qñ adultera cui fides datur, conscia erat ipsum etiam coniugatũ, secus si id ignorasset, quia tunc nouo interueniente consensu licitè cum ea manet. c. significauit. c. veniens. eo. tit. si tñ certiorata de vita primi coniugis permisit se ab illo viro cognosci, non potest amplius eum habere in maritum. Abb in c. propositum. eo. per c. fi. eo. tit. Vel etiam si cõtrahit matrimonium cum secũda viuente prima, nec eam cognouit, mortua prima, nouo in-

interueniente consensu potest manere cum secunda.c.fi.eo.tit. quod si vterque id sciuit, etiam mortua prima non potest hře secundam d.c.significauit. vbi Abb.

Circa secundum notandum, quod solum adulterium sine fide data contrahendi mortua prima non impedit prima mortua.d.c.significauit.nu.3. vbi Abb. Id tñ intelligitur qñ alter erat cōiux alterius, quia si non est non impedit matrimoniū etiam data fide, licet sic putetur. d.c.significauit.impedit tñ si sit ratum, licet non sit consummatum, vel etiam licet sit solutum solum quò ad thorum. c.significasti.c.ex literis.eo.Si etiam vterq; ignorat alterum esse coniugatū possunt contrahere, cum est mortuus qui impediebat, & si alter tm̃ ignorat, in eius arbitrio est sublato impedimēto de nouo contrahere vel non.c.1.eo.nisi sciens cū tertia contraxerit, vel ignorans resciuerit, vel postquam sciuit habuerit copulam, & qñ potest matrimoniū inter eos esse, oportet vt adsit nouus cōsensus ab ignorante præstitus: vt d.Innoc.in c.1. eod. & Scot.4.dist.35. & tunc sufficit quod in genere ei detegatur impedimentum, dicendo, suspicor te non esse maritum meum, ideo de nouo cōtrahamus, vt d. Nau.d.c.22.nu.47.in Man. Ex his fit, quod si coniugatus dat fidem Mariæ sine adulterio, & mortua vxore ducit Bertam, & postea adulteratur cum Maria, mortua Berta, potest contrahere cum Maria: vt d. Abb.in c.si quis eo. quia per contractum cum Marta videtur recessisse à fide data Mariæ, cum & persona intermedia, aliàs tollat vitium successionis. c.ex transmissa. de fil.presb. Similiter si Maria peccat cum Petro coniugato, cū hac fide vt defuncta eius vxore, contrahat cū ea quam Berta ei consuluerit, si Berta consulat de ipsa Maria, quæ hac arte sciens in hoc via sit, non tenet matrimonium, aliàs si credebat Bertam de alia consulturam, non surgit impedimentū. ita Sot.post D.Th.& Ric.dist.37.q.vnica art.4.ad 6. Ratio verò huius prohibitionis est, vt vitetur occasio captandæ mortis: vt d.Abb.in d.c.si.

Circa tertium notandum, quòd homicidium machinatum ab vtroq; circa personam coniugis, causa contrahendi cum machinante, ratione enormitatis criminis impedit matrimonium, & dirimit.c.si quis viuente.31.q.1.c.super eo. de eo qui duxit in matr.quòd vt procedat requiritur primò, vt mors sit secuta, quia sola machinatio non sufficit, ēt cum adulterio, nisi data sit fides matrimonij: vt d. D.Tho.dist.37.q.2.art.2.& Abb.in c.fi.eod.tit. Secundò requiritur, vt vterq; sit machinatus in mortem ēt si alter esset infidelis, & facta esset ad procurandam eius conuersionem.c laudabilem.de conu.infid. aliàs non sufficit nisi adulteriū interueniat. d.c.super eo. vbi Io.And.& Pan. vnde si quis occidat virum alicuius, vt illam ducat, ea inscia, quam ante non cognouerat, non impeditur matrimonium. Tertiò, requiritur, vt eo fine causa contrahendi occisio sit facta, quia si alia via vt in bello, vel huiusmodi, sit facta secus est, vt d.Silu.verbo, matrimonium. 8.q.9. & Ric.dist.37. & hř in d.c.laudabilem & sequitur Sot. q.37.q.vnica.art.4. maximè in foro conscientiæ, & vbi delictum est occultum. vt d.Nau.in Man.c.22 n.46. nec sufficit ratihabitio alterius, nisi præcessit iussio vel consilium: vt d gl.in c.si quis viuente.31.q.1.& in c.1 de conu.infid.& Nau. loco prædicto. Et id procedit ēt si adulterium non præcesserit, quia eo ēt casu occisio impedit matrimonium, qñ est facta vtroq; machinante. d.c.laudabilem. Qñ verò in prædictis, nec fides de contrahēdo, nec machinatio præcessit, licet præcesserit adulteriū nō impedit matrimoniū contrahendū; mortuo.n. eo cum quo fuit verum coniugium, potest contrahi cum iam adultero, vt & concubinarij possunt coniungi. c.deniq;.32.q.1.

Homicidium quo impediat matrimoniū.

De impedimento legaminis. *Cap. XIII.*

Prima sit propositio. Matrimonium contractū per verba de præsenti, vel consummatum, vel ratum tantum, est impedimentū dirimens quod-

Matrimoniū contractū cū secunda viuente prima est

nullum, & quodcunq; matrimonium contractum cum alia ea viuente.c.1.de sponsa duorum.& si matrimonium sit tm̃ ratum,licet non consummatum cap.licet.eo.tit. vbi Doct.Nau.c.22 n.53. Sot.4.dist.37. q.vn.art.5.nec sufficit quęcunq; regionis lóginquitas,nec temporis diuturnitas quo maritus absens fuit,nec q̃ secũdo nupserit,& ex ea filios susceperit, et si testibus legitimis sit facta certa de morte viri, quia q̃ñcunque prior comparuerit,tenetur, secundò matrimonio non soluto et per mortem,primo, vt legitimo cõiugi adhærere.c.cum per bellicam. c.si virgo.c.cũ in captiuitate. 34. q. 2. sed si ecõtrario eum credit viuum, & re vera mortuus est, & contrahit cũ secũdo matrimonium validum est, quia nil deest eorũ quæ requiruntur ad substantiam matrimonij si tñ credit matrimonium validum esse vt d.Nau.d.c.22. nu.56.petendo tñ,& reddendo debitum ob malam fidem peccaret.vt d.Sot.dist. 37.q.vn.art.5.Ad hoc verò vt bona fide contrahat cũ secundo sine peccato, requiritur moralis certitudo secũdùm arbitrium prudentum .s.per nuntium certum de morte viri, vel æquiualens testimonium , vt habetur in c.in præsentia. de sponsal. cap.dñs.de secun.nupt.Auth. hodie . C.de repud. Qñ verò dubitatur de morte cõiugis, vt quia fuerit senex, vel bellum ingressus, tunc d. Nau c.22. num.53.famam sufficere de morte eius. Sot tñ d.art.5.d.qñ res est dubia vt non sit assensus,vel dissensus, tunc non licere ad secũdas nuptias transire , quia ibi non potest esse bona fides, nec sufficere opinionem tenuem de morte coniugis , sed per nũtium,vel saltem testes, vt ita dicatur nõ solum probabile, sed certum iudicio prudentum,nec famam sufficere,nisi re diligẽter exquisita, longitudo absentiæ vel vniuersalis fama vbi coniux morabatur obitum eius testetur, & hæc opinio est tutior,licet & opin.Nau. probabilis sit maximè vbi preliũ sit ingressus,iuncta absentiæ diuturnitate,& quod dictum est de morte coniugis absentis, intelligitur et dum fertur eũ religionem ingressum post matrimoniũ ratum tm̃: vt ibi d.Sot. Dũ verò transiens ad secundas nuptias de vita prioris dubitat, nõ potest petere debitum, sed tm̃ reddere. d c.dñs. & idem si prius credebat mortuũ, & postea dubitat de eo ob nuntium acceptum de vita eius : vt d. Nau. in d.c.22.n.55.sed si certo scit primum viuere,tenetur relinquere secundum. & adhærere primo. c.dñs. & c.inquisitioni desent excom.& primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior factus, cum secunda peccarit.c.cum per bellicam.34.q.2. ob adulterium,q̃ thorum separat , si tñ mala fides est in matrimonio, tunc non potest debitum peti,nec exigi:vt d.Sot.& scienter contrahens cum secũda viuente prima efficitur infamis.l.1. ff.de his,qui not.infam. Abb.in c.fi.de eo qui duxit in matr.sine dispensatione. Vlterius qui alterius spõsam de præsenti ducit, mortuo viro,eã vxorem hr̃e non potest . c.accepisti . de sponsa duorũ. Filij verò nati ex ignorante primum matrimoniũ legitimi sunt. c.ex tenore. vbi gl. qui fil.sint leg. Nau. vbi supra. & à parentibus sunt alendi.c. cum haberet . de eo qui duxit in matr.

Quid si dubitetur de vita viri.

De impedimento ordinis. C.XIIII.

PRima sit ꝓpositio. Ordines minores nõ impediunt matrimonium cõtrahendum, maiores verò qui & sacri dicuntur impediũt contrahendum & dirimunt iam contractum. c.placuit c.omnium. c.feriatim.32.dist. c. 1.de cler.coniug.c.1.qui cler.vel vou. c.presbiteris.27.dist. Ratione id probatur, nã Christus de Virgine natus, virginitatis ipse decus,ecclesiam,vt colum bam sibi cõnubio copulauit, sacerdotes docẽs exemplo suo, quibus eandé ecclesiam desponsauit,vt virgini si nõ virgines,saltem cœlibes fidem seruent, Præterea,vt d Aug.lib.1.c.7.de nupt.& con cup. bonæ nuptiæ sunt sed mala est libido,sine qua bonum nuptiarum fieri non potest , & hæc est cui ordo repugnat . Probatur etiam hæc propositio ad Tit. c.1.vbi dr̃:Oportet esse sanctum,contientem,

Mrimoniũ an ĩpediatur ob ordines, ob quos sic,& alios non.

nentem, quæ verba de casto exponit ibi Hieron. & 2. ad Tim. 2. Labora vt bonus miles Christi Iesu, nemo militans Christo implicat se negotijs secularibus. & 1. Cor. 7. d. Oportet coniugatos vacare ad tempus ex consensu ab opere nuptiarum, vt vacent orationibus. Vnde deducit Hier. in c. 1. ad Tit. & lib. 1. con. Iou. Hominibus sacratis, vt perpetuò ab opere nuptiali abstineant præcipi, cum quotidiè orationi insistere debeant.

Idem probatur alijs authoritatibus, & rationibus, quas supra attuli, cum de ordinibus sacris agerem. & latè tradit Osius de sacr. matr. c. 56. Hæc verò obligatio ordinibus sacris annexa nō est iure diuino, sed Pontificio ijs imposita: vt d. D. Th. 2. 2 q. 88. art. 11. & Caiet. in opusc. to. 1. tract. 27 & Sot. de iust. & iure. lib. 7. q 6. ar 2. & 4 dist. 38. q. 1. art. 1. vbi d. hanc obligationem à tempore Apostolorum ordinibus sacris esse annexā, Papam tamen super hoc posse dispensare, sed dispensationem cū sacerdotibus esse ecclesiæ pestiferam; sequitur Bellar. de clericis tom. 1. lib. 1. cap. 18.

Hæc autem propositio, intelligitur de matrimonio contracto post ordines sacros, quòd inualidum est. c. presbiteris. 27. dist. nam si quis de consensu vxoris religionem vouentis, vel ea per diuortium thori dimissa sacris initiatur matrimonium non cessat, sed eius vsus: vt dicit Sotus dist. prædicta, q 1. art 1.

Aduertendum etiam, vt idem d. ex D. Th. differentiam esse inter græcos, & latinos, nā ordo sacer solum ex vi ordinationis matrimonium impedit, ideo post eā susceptā græci nullum matrimoniū contrahere permittunt, sed non habent votum ordini annexum. c. cum olim. de cler. coniug. ideo non solum coniugatos sacris initiār, sed & initiatos in vsu coniugali permittunt, exceptis hebdomadibus quibus altari ministerio incumbūt. c. si quis. 32. dist. Latini verò non solum ob ordinum dignitatem, sed & ob votū ordinibus annexum à matrimonio prohibentur, quia licet ordinati votum nō exprimant, tñ ex statuto ecclesiæ ibi inducitur; vnde nō solum ordinati matrimonium cōtrahere prohibentur, sed & si attentent, est nullum, & etiā post matrimonium ab ordinibus sacris excluduntur, votum enim in illis conclusum nō solum matrimonio contrahendo, sed & eius vsui est impedimento. Vnde colligit Sot. nullibi ab orbe redempto fuisse receptum, vt sacris initiatis saltē presbiteratu, matrimoniū contrahere permitteretur, verum esse tñ durasse apud græcos, vt subdiaconi ad matrimonium permitterentur. c. ante trienniū. 31. dist. & ēt diaconi si in ipsa ordinatione protestati essent, quòd vellent habere vxores, sed authoritate illius canonis, q fuit Gregorij eum prohibuisse quemquā in subdiaconum ordinari antequam se castè victurum promisisset, in c. nullū. 28. dist. & idem hr̄ in c. multorum. 32. dist. & cap. placuit. eod. & in clem. vn. de consang. & affin. in sacris existentes matrimonium cōtrahentes excommunicari, & officio, ac beneficio priuari. & c. decernimus. c. de his. 28. dist. & c eos qui. dist. 32. iubere deponi. Ex quibus reprobat Pan. in c. cum olim. de cler. coniug. dicentem, consultum iri ecclesię, si sacerdotibus abstinere nolentibus facultas fieret matrimonium contrahendi. Non tamē negat posse Papam dispensare cum huiusmodi initiatis, vt matrimonium contrahere possint, sed videndum de dispensationis causa an sit legitima. Clerici tñ coniugati, modo non sint in sacris possunt potiri beneficijs ecclesiasticis, si ob sequijs spiritualibus se tradunt. c. sanè. cap. quod ad te. de cler. coniug. & si sacratus de facto contrahat, sacrilegium committit, & incurrit excōicationem, clem. 1. de consangu. Nau. c. 22. nu. 52. & cap. 27. nu. 141. & alijs pœnis subest: de quibus Diez. in pract. crim. c. 74.

Secunda propositio. Matrimoniū non impedit, quominus ordinibus sacris insigniti, vel græci sint, vel latini sacramentum recipiant, cum sit sacramentum or do quòd imprimit caracterem, & ideo vbi adest legitima materia, & forma, & intentio verè imprimitur, siue coniugatus sit siue seruus, verè sit diaconus, vel sacerdos.

Tertia

Cõiugatus an aliquo casu possit ordinẽ sacrum susci pere.

Tertia propositio. Coniugatus vxore consentiente, potest etiam sacerdotalem ordinẽ suscipere, ꝙ tñ intelligitur qñ ipsa ingreditur religionem, vel sit maturæ ætatis, vt dictum est supra in sacr. ordinis,& facto item diuortio thori, potest licitè vir vel religionem ingredi, vel sacris initiari, vt ibi est dictum, modo tamen ibidem explicato.

Ordines suscipere vxore inuita an vnq̃ liceat, & quid si fiat tā in græcis, quàm latinis.

Quarta propositio. Vxore inuita, vel non facto diuortio, sacrilegiũ est sacros ordines suscipere, quia & matrimonio, & ordinibus fit iniuria, & hmôi prohibetur ministrare in ordine suscepto, & ad vlteriores promoueri. c. antiquæ. de voto in extrau. Ioannis XXII. nec officium, aut beneficium ecclesiasticum obtinere potest; per huiusmodi tñ susceptionem matrimonium præcedens, licet tm̃ ratum, nunquam dirimitur. Vnde vxor debitum petere potest, & vir tenet reddere, non tñ potest exigere, imò & mortua vxore irregularis manet, nisi aliquam religionem approbatam sit professus, quo casu eps proprius poterit cũ eo dispensare, vt ibi dr, sed tñ viuente vxore non potest religionem ingredi, nisi ipsa sexagenaria sit & consentiat, vel religionem ingrediatur.

Quinta propositio. Sic ordinatus in sacris ordinibus matrimonium contrahens tenetur cœlibem vitam ducere, nisi vxore petente; & hoc ecclesia occidentalis seruat, & canones supra relati probant. ita Sot. d quæst. 1. art. 4. dist. 38. Vnde elicit morem contrarium græcorum, vt sacri cum vxoribus copularentur, in nulla legitima synodo, vel ecclesiæ authoritate, aut deductione ex sacris literis fundamentum hre, licet dicat Doct. cõiter illum vsum approbare, nec id licitum fuisse etiam tẽpore Apostolorum, vt in sacris constitutus matrimonium contraheret. d. Sot. Et hanc opin. Sot. approbat can. 27. Apostolorum. & in Conc. Neocæsar. c. Siracusana. 28. dist. gl. apertè in c. si quis. 32. dist. vbi d. apud græcos in sacris ordinibus nõ con trahi matrimonium, nec etiam tempore Apostolorum. vbi Tur. Cr. idem probat. ex c. presbiteris. 27. dist. ꝙ est Calixti Papæ antiquissimi. & ex c. cum ex præterito. 84. dist. vbi habetur tempore Apostolorum non licuisse sacris initiatis contrahere matrimonium. Licitum tamen est eis in minoribus constitutis contrahere matrimoniũ, quod & latinis licet. c. si qui. vbi Tur. Cr. 32. dist. c. cum olim. de cler. coniug. & vlterius ipsi græci in sacris cõstituti possunt vti matrimonio in minoribus contracto. d. c. cum olim. & expressè id confirmat Tur. Cr. in d. c. si quis. ex D. Th. Nam & in primitiua ecclesia, qui ad sacros ordines promouebantur matrimonio contracto in minoribus vtebantur, mortuis tñ vxoribus ad secundas nuptias migrare non poterant, vt hr in can. 6. Apostolorum. in c. cum igitur. 35. q. 1. vbi dicit, ꝙ ecclesia post instituta, quædã consilia perfectionis addidit, s. de continentia ministrorum; vnde colligi potest in primitiua ecclesia licuisse in sacris constitutis vti matrimonio ante contracto; & hunc vsum primitiuæ ecclesiæ græci nunc seruant, vt hr in d. c. cum olim & per Tur. Cr. in d. c. si quis. Nec à Romanis Pontificibus damnantur, vt ibi habetur, vnde & filij ex his generati, licitè inter latinos promouentur, si scandalum non obsistat, vt ibi dicitur.

Beneficia vacant per matrimoniũ, & quid de pensionibus.

Notandum etiam, ꝙ ordo minor nõ impedit matrimonium contrahendum. c. 1. vbi Doct. de cler. coniug. beneficia tamen per eũ obtenta ipso iure vacant etiam ante carnalem copulam, vt ibi d. gl. cõiter recepta: ꝙ procedit etiã si contraxerit matrimonium nullum iure, vt cum contrahitur cum consanguinea, validum tamen consensu. Card. & Abb. in d. c Ioannes. eod. tit. Rom. in consi. 483. Imò per contractum matrimonij accessus regressus, & alia quælibet iura ad beneficium ecclesiasticum ipsi contrahenti competentia vacant, gl. & cõis. in c. 1. de cler coniug. in 6. Nec potest ea repetere etiam si vxor ante coitum religionem profiteatur. Doct. in d. c. 1. Imol. in clem. gratiæ. de rescript. Imò & amittũt pensiones, vt d Gig. in tract. de pens. q. 54. quocunque sint modo datę, sic enim stilus curiæ seruat, nisi aliquo priuile-

gio muniatur, non tamen per sponsalia, nec per cōtractum eum impubere cum ibi sint tantum sponsalia. Coar.4. decret.2.par.cap.6.§.2.

De impedimento voti. Cap. XV.

Votum quid sit. Notandum, ꝙ ad hunc locum attinet, quia hic non cadit materia, sed 2.2 q.88. ꝙ votū est testificatio promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de ijs q̄ Dei sunt propriè fieri debet, nam ad voti rationem non sufficit propositum aliquid agendi, nisi accedat deliberata promissio, vel interna, vel externa, & dr̄ testificatio, quia olim vouentes testes adhibebant, sed licet non interueniant, & fiat solo corde sufficit quò ad Deum, qui hominum nouit cogitationes, nec eget testibus. Hic verò agitur solū de voto castitatis, & religionis, & ordinis sacri.

Votū quotuplex. Diuiditur autem prædictum votum in simplex, & solemne, quæ ita differūt, ꝙ votum simplex non est aliud q̄ promissio quædam: solemne verò est traditio in possessionem alterius .s. Dei: vt d. D.Th.2.2.q.88. & habet completam vim obligandi, vt d.D.Th.4.dist 38.q.1. art.1.quęst 3.& Ric.ibid.art.7.q.2.sicut & inter homines differentia est rem alicui promittere, & eum in possessionem illius rei inducere, ꝙ fit quando quis p̄sentialiter se dat Deo diuinis se seruitijs mancipando, per ordinis sacri susceptionem, vel professionē certæ regulæ debito modo facto .s. in manu eius qui potest recipere, & seruatis alijs debitis circunstantijs: vt ibi d.D.Th.& hr̄ in c. qua Christo. 22 q.1. c.vnico. de vot.in 6. Vnde non idem est votum publicum & solemne; quia publicum dr̄ ꝙ fit coram testibus, ꝙ potest esse etiam in voto priuato; solemne verò est quo se homo plato Dei nomine tradit, ꝙ potest fieri etiam occultè: vt d.D.Th.d.q.3.ad vlt. Non tn̄ receptio in religione obligat nisi recipiatur quis à valente eum acceptare, quia licet in voto simplici nō requiratur, ꝙ quis recipiat votum cum fiat Deo, & ob id factum etiam coram nō habente authoritatem valeat, secus tamen est in receptione religionis per professionem, quia cum per illam incorporetur quis religioni, & ipsa teneatur eum alere, requiritur vtriusq; consensus, & authoritas recipientis. Abb.in c. porrectum.de regular. & id intelligitur de religione approbata, vt dicit Silu. & Cand.nu.122. & quòd professio in ætate legitima facta sit, vt in Conc. Trid. sess.25.c.15. nec vi, vel metu cadente in virum constantem. Nau. c.22.num.51. & 52.& alijs de quib. alibi. His ita not.

Votum ꝙ matrimoniū impediat, vel non, aut ordo. Prima sit propositio. Post votum simplex castitatis, religionis vel ordinis sacri cōtrahere matrimonium peccatum mortale est & magnum, cum sic Deo fides frangatur; probatur c.rursus.qui clerici vel vou. c.vnico. de vot.in 6. c.vouentibus.c.si nupserit.27.dist. vbi damnabile est vouentibus non solum nubere, sed etiam velle nubere. Præterea votum perpetuæ continentiæ est licitum, sanctum, & Deo gratum. Is.56. Sap.3. Matth.13.& 19.1.Cor.7.1.Cor.9. Vnde & Philippus quatuor filias habuit, & omnes virgines. Et idem probatur ex Patribus, Orig.in c.15.ad Rom. Ath.lib.de humanitate verbi post mediū. Bas.lib.de virg.post med. Epiph.hær.48. Chris.homil.8.de pœnit. Naz.orat.1.in Iul. Cipr. lib.de habitu virg ad fi. Amb.lib. de viduis post med. Hier.lib.1.con.Iou. Greg. lib.15. Mor.c.9. Aug.lib.de sancta virg. c.30. & in Ench. c.121. cum ergo votū continentiæ sit bonū iuxta prædicta est seruandum, vt d. Scriptura, si quid voui sti Deo ne moreris reddere. Eccles.5. Deut.23.& Ap.1.Tim.5. de viduis, quæ continentiam vouerant, d.quòd peccāt si nubant, quia primā fidem Christo datam irritam fecerunt; sic enim eum locum intelligunt ibi Patres græci, & latini. Conc. Cartag.IIII.can.104. Tolet. IIII.can.55. Tertul.lib.de monogamia. Bas.lib.de virg. Hier.li.1.in Iouin. Aug. li.de bono vid.c.8.9. Innoc.I.ep.2.c.13. In voto autem perpetuo simplici castitatis solus Papa dispensare potest, idq; iusta de causa, aliter dispensatus non est tutus in conscientia, nisi sit magnum periculum

riculum incontinentiæ,& Papa adiri nõ possit, tunc enim eps dispensare potest. Nau.c. 12.nu.76. q tñ nescio quo adiri non possit,cum id hodie per literas fiat, nisi loci sint valdè remoti,& periculum sit in mora. Votum tñ non contrahendi matrimonium,non est votum castitatis nec per fornicationem violatur, & ideo super huiusmodi voto eps dispẽsate potest, & fortè etiam super voto ad tẽpus castitatis, quia nõ dr propriè votum castitatis. Sot.dist.38.q.2.art.1. Nau.loco cit.Ang.votum.4.§.9. Silu.q.4.

Matrimoniũ an teneat post simplex votũ religionis, vel castitatis, & ad quid is teneatur.

Secunda propositio.Matrimoniũ post simplex votum castitatis, vel religionis contractum validum est,cum id matrimonium tñ impediat non dirimat. cap. quidam c.vir.27.dist.c.consuluit.c.rursus.qui cler.vel vou.c.1. de cler.coniug. in 6.D.Aug.lib.de bono vidu.c.9.& 10.

Dicitur autem votum simplex qñ fit corde deliberato promissio Deo religionis,vel castitatis mediatè vt qñ fit sanctissimæ Virgini,vel sancto alij,vel immediatè qñ fit ipsi Deo: vt d.Sot.d.ar.1. Ratione probatur cõclusio, nam qui rẽ suam promisit, non subinde eius dominio spoliatus est, votũ verò simplex est tñ promissio facta Deo, vt supra, ergo per huiusmodi votum possessionem rei suæ non amittit,qui verò habet rei dominiũ põt eã alteri tradere, & traditio tenebit, licet, si alteri eam obligauerat, peccet. Qñ verò post votum est contractum,si fuerit votũ religionis, ante consummationem matrimonij tenetur etiã inuita vxore religionem ingredi,& vxorem dimittere: & in hoc solus Papa dispensat,& idem d.Silu. si tñ votum castitatis, vel sacri ordinis emittit. verbo, matrimonium.7.q.5.Sot.tñ d.arẽ.1. putat ad tam arctum vinculum nõ cogendum,sed sat esse in secundo casu,q facti pœniteat,& debitum reddat, nõ autem exigat, tametsi Silu.matr.q.5. quem sequitur Nau. c.16.nu.30. sentiant etiam eum qui vouit tñ castitatem teneri ante consummationem ingredi religioné, quæ tñ opin.mihi non arridet,cum obligatio vouentis non extendatur ad id q non intendit, sed hic non vouit religionem, in qua surgit obligatio non solum castitatis,sed & paupertatis, & obedientiæ, quæ potior omnibus votis religionis est, & sat est quod, quò ad se,seruet votum s.non petendo debitum,reddendo tñ, vel petendo dispensationem, & qui post ratum matrimonium religioné ingreditur,quæ sibi videtur intulerabilis, ad seculum reuertens, tenetur ad idem matrimonium redire, quia vsque ad professioné non dirimitur. Consummato verò matrimonio non potest ingredi religionem, nisi de consensu coniugis religionem profitentis,modo superius explicato. Et qui contra votum sic cõtrahit, peccat duplici peccato, primò cõtrahendo,secundò consummando: vt d.D.Th.d.q.1.art.3. & Ric.ar.7.q.1.Sot. tñ ibi id declarat, q si est votum religionis peccat prima vice reddẽdo, quia ex tunc fit impossibilis impletio eius; si verò fit tantum castitatis, quòd reddendo non peccat, petendo tamen sic.

Tertia propositio. Post simplex votũ castitatis contrahens non potest petere debitum,reddere tñ tenetur. c.quidam. c.placet. de conu.coniug. c.transmissæ. de eo qui cogn. idq; perpetuo durat,donec secũ dispensetur: vt d.D.Th.& Ric. ac cõis locis prædictis. Vnde si vxor moriatur tenetur perpetuò castitatem seruare; Reddere verò tenet ex debito iustitiæ,qua tradit se in potestatem alterius.1.Cor.7. etiam si vxor tacitè id petat ex verecundia, & si vterq; votũ huiusmodi emisit, neuter petere potest, vterq; tñ potest reddere. Et in hoc dispẽsat eps, vt d. Host.in prædictis canonib. non solum qñ non patet accessus ad vrbem, sed etiam ratione periculi maximè ratione iuuentutis:vt d.Doct.in d.c. & id debet ad vitandum periculũ. Non tñ potest dispensare super voto simpliciter, nisi solus Papa quominus mortuo coniuge teneatur votum implere. Sot. d art.1. Nau.c.12.nu.60. & c.16.nu.30. dicit etiam ibi Sot. q qui emittit votũ simplex religionis non explicando castitatem, contracto matrimonio potest & exigere;sed hæc opin.videtur periculosa,nam vouens religioné se obligat implicitè

In Voto qs dispenset.

plicitè ad omnia quæ ad religionẽ pertinent, caſtitatis verò annexio adhæret religioni ex vi ſua: vt d. D. Tho. 2.2.q. 186.art.4. ex quo fit vt probabile fit eũ non poſſe petere, ſed tantum reddere.

Votum ſolemne impedit & dirimit matrimoniũ.

Quarta propoſitio. Votum ſolemne matrimonium impedit, & contractum dirimit.c.presbiteris.27.diſt.c.vouentibus.17.q.1.c.vnic. de vot.in 6.c.viduas. 27.q.1.c.inſinuante. qui cler. vel mona. Conc.Tolet.I.can.16.Calcedon.can.16. Foroiulien.can.16.Toletan.VIII.can.6. Toletan.IIII.can.51. Turon.II.can.16. Triburien.can.23.

Ex Pontificibus Siricius ep.1.c.6. Innoc.I.ep.2.c.12.& 13.Gelaſ.I.ep.1.c.22. & 23.Greg.I.lib 1.ep.40.

Ex Patribus Cip.lib.1.ep.11. ad Pomponium.Baſ.lib.de virginitate.Ambroſ. lib.ad virginẽ lapſam.c.5. Chriſ.ep.6.ad Theodorum. Hieron.lib.1. cont. Iouin. Ratione probatur, nam qui votum ſolemne emittunt, ſtatum vitæ mutãt, & ab imperfecto ad perfectum aſcendunt, ſed abſurdum eſſet eundẽ redire ad ſtatum imperfectiorem; Præterea huiuſmodi vota magna cõſideratione, & deliberatione fiunt, at incõgruum eſt, vt id ꝙ maturo conſilio actum eſt iterũ mutetur: vt d.Bellarm.de matr.lib.1.c.21. Vlterius per votum ſolemne nõ ſolum promiſſio, vt in voto ſimplici, ſed etiam traditio in poteſtatem alterius fit, vnde non eſt ſui iuris vt poſſit ſe in coniugiũ alteri dare. Imò ſic contrahens eſt excommunicatus, ex clem.1.de conſang.

Diſpẽſare ã poſſit Papa vt ligatus voto ſolemni, vel ordine ſacro cõtrahere matrimoniũ poſſit.

Quinta propoſitio. In voto ſolemni per ſuſceptionem ſacri ordinis Papa diſpenſare poteſt ſecundùm cõem ſententiam Theologorum. diſt.38. & canoniſtarum, in c.cum ad monaſteriũ. de ſtat. reg. nam ordini ſacro votum continentiæ eſt annexum iure tm̃ poſitiuo, & nõ diuino, vt ſupra probatum eſt, ergo per eccleſiam poteſt circa id diſpenſari.

Maior verò eſt difficultas an in ſolemnizato per profeſſionem religionis poſſit Papa diſpenſare. Abb.in d.c.tenet ꝙ ſic & Fel.in c.ſi qñ.de reſcript. d.eſſe magis cõem opin. ꝙ poteſt diſpenſare vbi agitur de bono totius Reipublicæ Chriſtianæ, vt ſi rex infidelis vellet conuerti cum toto ſuo regno ſi monialis ſibi nuptui traderetur, & idẽ tenet Ric.d.diſt. art.9.Dur. & Scot.q.2. & Io.Med.tract. de conf. Contrariam ſententiam defendit D.Th.2.2.q.88.art.11.Altiſſ.3.tract. 22.Turr.Cr.lib.q. q.75.Silu.votũ.4.§.5. In hac difficultate, licet periculoſum ſit velle diffinire, tñ magis inclino in partẽ affirmatiuã, ꝙ Papa id poſſit ob bonum cõe totius Reipublicæ Chriſtianæ, quia poteſt Papa de monacho facere nõ monachum, & tunc cum eo diſpenſare vt matrimoniũ contrahat, & ſic debet intelligi.c.cum ad monaſterium. Prꝭterea hæc obligatio prouenit ex volũtate humana, licet ex diſpoſitione iuris diuini ſit executioni tradenda, actus verò humani principibus ſubijciũtur, nam licet voti in cõmuni obligatio ſit iuris diuini, quia iure diuino tenemur vota ſeruare, nõ tñ quodlibet peculiare votũ eſt iuris diuini. ita Coar.in tit.de teſtam.c. 2.nu.11. vbi d. hanc eſſe cõem opin. Et de facto traditur Cœleſtinũ III. diſpenſaſſe cum conſtantia ſanctimoniali regis Rogerij filia, vt cũ Henrico VI. Imperatore contraheret, & alterum vt d. Pal. diſpenſaſſe cum Ramiro Monacho filio regis Aragoniæ, licet Sot. has hiſtorias impugnet. Pet.tamẽ Sot lect.5.in fi. de ſacr. matr. tenet poſſe diſpenſari, & ita communiter teneri, cum religioſo. Si tñ votũ fiat in regula nõ approbata, vt tertia S.Dñici, vel S Frãciſci ſi ita eſt, donec approbẽtur, nõ dirimeret matrimoniũ. Caiet.matr.imped.3. Silu.matr. 8.q.4.cũ ſeq. Idẽ ſi profeſſio facta fuiſſet per vim abſolutã, vel metũ cadentem in virum cõſtantem: vt d.Nau c.22.nu.51. & 52. Idẽ ſi fiat profeſſio ante decimũſeptimum annum, quia profeſſio eſt nulla, vt in Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.15.

De impedimẽto diſparitatis cultus. Cap. XVI.

NOtandum, quòd matrimonium, vt ſupra eſt dictũ, eſt contractus naturæ in officiũ propagationis humani generis;

ris; & in remedium aduersus concupiscentiam, tertiò, vt sacrm. His ita not. Prima sit propositio. Inter infideles potest contrahi, & cōstare matrimonium prout est cōtractus naturæ, & concupiscentiæ remedium, q̄ habet vinculū inualidū fit, dissolubile, nisi per solam Dei dispensationem religionis causa dissoluatur, probatur in c. gaudemus. de diuort. e. de in. de. 26. dist. Ratione probatur per D. Th. dist. 39. q. 1. art. 2. nam natura, & Deus eius parens non deficiunt in medijs necessarijs ad finem, matrimonium verò est institutum ad prolem non solùm generandam, quia id & sine matrimonio perfici potuit; sed etiam producendam ad perfectum, cum quælibet res intendat effectum suum perducere ad perfectum statum: In prole verò considerati potest duplex perfectio, naturæ non solum quò ad ea quæ sunt corporis, sed et animæ per ea quæ sunt de lege naturæ, & perfectio gratiæ: & prima est materialis, & imperfecta respectu secund. è. Et ideo cum res quæ sunt propter finē, sint proportionatæ fini: matrimonium quod tendit ad primā perfectionem est imperfectum, & materiale respectu illius q̄ tendit in secundam perfectionē. Et quia prima perfectio cōis esse potest fidelibus, & infidelibus: secunda verò est tm̄ fidelium, ideo inter infideles est matrimonium, sed non perfectum, vltima perfectione, vt est inter fideles; Vnde matrimonium est institutū in statu naturæ integræ. Gen. 2. & post peccatū in remedium concupiscentiæ cessit, vt supra est dictū. Vnde ab orbe condito matrimonium indissolubile natura fuit, ob procreationem, & educationem prolis, quæ sine perpetuitate matrimonij commodè fieri nō potest, vt supra est dictū; sed tamen Deo ipso authore naturæ dispensante per susceptionem Christianismi, infidelium matrimoniū dirimitur, vt & inter nos matrimonium ratū per religionis ingressum. Non autem est inter infideles matrimonium, vt est sacramentum. c. veniens. de presb. non bapt. Ratione probatur, nam sacramenta ex latere Christi in cruce pēdentis promanarunt, vt dictū est supra de sacr. in gen. & ita per eius institutionem virtutem conferendi gratiam adepta sunt. Vnde nec in lege Moisi, nec naturæ ijs qui in amicitia Dei matrimonia iungebant, ex virtute operis operati gratia conferebatur, nec modò si catechumeni matrimonia contraherent; licet enim tūc possint homines per conuersionem in Deū gratiā obtinere, vt dignè possent filios procreare, non tñ illam gratiam virtute matrimonij consequebantur, sed operis operantis .i. fidei, & deuotionis se conuertentes ad Deum. Vnde Mag. dist. 39. d. & hr̄ in c. si quis. 28 q. 1 q̄ tres species sunt matrimonij, legitimi, sed non rati, vt inter infideles; est .n. legitimū quia secundùm leges naturales, & mores prouinciæ contrahitur, sed nō ratum, quia dissoluitur per susceptionē baptismi i q̄que, secundum ratū, sed nō legitimū, vt inter fideles clandestinum, post Conc. tñ non est ratū, vt supra, tertium ratum, & legitimum, vt sacramentum matrimonij solemniter celebratū. c. aliter. 30. q. 5. Si verò infideles sint diuersarum sectarum, sub lege naturæ promiscuè omnes gentes iungi poterant; In lege verò scripta Deus populo Israel prohibuit matrimonia cum gentibus terræ promissæ .s. Hætheis, Gerezeis, Amorreis, Cananeis, Phærezeis, Eueis, & Iebuzeis, ne illorum idolatria, & corruptis moribus contaminarentur. Deut. 7. cum alijs verò gentibus id non prohibuit. Deut. 21. Et cum primis probabile est illegitimū fuisse matrimonium cum illis gentibus, quia illa lege populum suum Deus instituebat ad ipsius cultum, & tanta erat ferè inter fideles illos, & infideles disparitas, vt nunc est inter infidelem & nos. Quòd si infideles diuersarum sectarum inuicem contrahant pter prædictos, vera sunt matrimonia, cum iure diuino non sint irrita matrimonia, nec ecclesia illa prohibeat, cum de foris sint; probabile tñ est quamlibet Rempub. gentilem posse interdicere matrimonia suis subditis cum alijs gentibus, vt inimicis, & illa irritare, nam contractus matrimonialis partim est ciuilis, quà ratione su-

Matrimoniū contractum inter infideles à validū sit, & q̄d si cōuertant ad fidem, vel alter tm̄, agendum.

bijciuntur Reipublicæ, quatenus ad pacē Reipublicæ pertinet, nec ecclesia potest in hac re quæ ad eorum Rempublicam pertinet infideles cohibere, ideo si huiusmodi conuertantur debent denuo contrahere, vel consentire. Ante verò orbem redemptum nulli gētium licuit matrimonium cum Iudæis prohibere si vellēt Iudaismum profiteri, sicut modo nō possunt prohibere cum Christianis, si vellent ad religionem conuerti, quia illa erat lex Dei, cui nulli hominū reniti licebat. ita Sot dist. 39. q. vnica. art. 1. Prædicta etiam intelligūtur si inter infideles contractus fiat secundùm eorū leges, aliàs, nec vt contractus valet. arg. c. fi. de diuort. & c. de infidelibus. de consang. multo minus si contra leges naturales, vt si cum pluribus cōtraherent. c. gaudemus. de diu. Nau. Man. c. 22. n. 48. Quòd si infideles conuertantur ad fidē, cōuertantur vel ambo, vel vnus, nō necessariò dirimitur matrimonium inter eos contractum, probatur in c. si enim. 28. q. 1. Aug. lib. de serm. dñi in monte. & habetur in cap. gaudemus. de diuort. Et tunc vel ambo conuertuntur, & sic matrimonium antiquū remanet sine nouo consensu, nam fides naturam nō tollit, nec eius iura. Si verò non nisi vnus, eam altero renuente, fidem suscipit, tūc vel infidelis est adeo pertinax, vt sine Saluatoris contumelia nō possit habitare cum fidele, eo casu non licet fideli habitare cum infideli, saltem quò ad thorum, nec tenebatur tempore Apostolorum, licet per hoc solum matrimonium non dirimebatur, quò ad vinculū; prima pars probatur, nam cū per fidem fiat matrimonium spirituale cum Christo, ꝙ carnali est potius, fides naturalis soluendi debitum coniugi cum detrimento fidei quæ præstatur Christo, non est seruanda, sed frangenda; & sic intelligitur dictum Ap. 1. Cor 7. & c. si infidelis. 28. q. 1. secunda pars probatur, ꝙ matrimonium statim non dissoluatur, nam post conuersionem alterius coniugū, si alter conuerti aliquo paruo tempore renuat, si tñ conuertatur, antequam ad secūdas nuptias fidelis transierit primum matrimonium est custodiendum; Si verò infidelis baptismum renuat, non tñ sit ita iniquus, quin velit absq; iniuria fidei, & contumelia Christi cū cōiuge morari, & tunc pōt fidelis cū eodem infideli habitare, & rei vxoriç vacare, sic intelligitur Ap. 1. Cor. 7. si quis vxorē habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, sanctificata est enim mulier infidelis per virum fidelē, & èconuerso, & ita sentit Aug. serm. dñi in monte, & ad Pollentium, hocq; secūdùm sensū Apostoli, sed an hodie is mos vigeat, videbitur infra; Ex charitate autem tenetur conuersus fidelis habitare cum infideli, si habet certissimam spem illum conuertendi, quia præcepto dilectionis, & correctionis tenetur quàtum in se est, fratrem suum lucrari. Et licet ecclesia conuersum ex Iudęis cum infideli coniuge habitare non patiatur, ex Conc. Tolet. IIII. c. 62. c. Iudæi. 28. q. 1. tñ si conuersio infidelis expectaret, vel vt apud Indos, scandalum timeret, quia terrerentur à fide, possent cohabitare, modo contumelia Creatoris non timeretur, id tñ debet fieri cum epi examine, & facultate. Licet autem infidelis velit sine offensa Creatoris manere cū fideli, tñ fidelis non tenetur, nec tempore Apostolorum tenebatur manere cum illo, sed erat ei licitum manere cum coniuge quò ad thorum vel renuere, quòd colligitur ex Apost. 1. Cor. 7. vbi nō iubet ne discedat, quia ius habet discedendi, sed consulit vt non discedat. Dicitur autem nolle manere sine iniuria Creatoris, si Christum blasphemet, vel in ipsius fidem conuitia iactet, vel si fidelem ad suam sectam peruertere molitur, vel alia morum corruptela inficere.

Qñ verò infideles conuertuntur, & sint consanguinei in gradu tñ iure canonico prohibito matrimonium non dissoluitur. c. gaudemus. de diuort. quia ad leges ecclesiasticas ante baptismum nō tenebantur, d. c. gaudemus dissoluetur verò si gradus lege naturæ prohibeatur, vt inter ascendentes fratres, & sorores. Quòd si vnus tñ cōuertatur, filijsi sint doli capaces non sunt cogendi ad fidem.

c. ad

e.ad fidem.23.q.5.c.Iudæis.dist.45. Vnde siue pater,materve cōuertatur,filius suo iudicio est relinquendus,& monitis tñ adducendus, & si non est doli capax debet ali apud conuersum. c.ex literis. de conu.infid. vbi Abb.c.iudæi.28.q.1. Danda est autem dilatio infideli competens an velit ad ecclesiam venire,& habitare cum fideli, & in Insulis vbi sperari potest conuersio, possunt huiusmodi induciæ ab episcopo prorogari.

Et si apud Turcas vir conuerteretur,& fieret Christianus, & si ab vxore discederet capite truncaretur, nō tenetur se separare ab vxore si potest cū ea latenter manere,sic tñ vt infidelium cœrimonijs abneget, nec Christum abneget, et ore tñ,quia tenetur prius mortem subire,q̃ id inconueniens incurrere. c.nō solum. vbi gl.11.q.3. Sot.d.39.q.vn.art 3. Conuerso autem infideli,si alter admonitus conuersionem pollicetur est expectandus dum non est in mora, & si conuertatur matrimonium antiquum perseuerat, & fit simpliciter indissolubilē. Et si alter conuertatur, tunc vel alter vult ei cohabitare sine iniuria Creatoris manendo tñ in infidelitate, tunc potest fidelis facere diuortium quò ad thorum, & sic tñ vt eo viuente non possit transire ad secundas nuptias;si verò infidelis renuit manere cū fidele, vel vult manere, sed non nisi cum iniuria Creatoris,tunc fidelis potest, & debet ab infideli discedere,& eo viuente potest transire ad secundas nuptias; probatur in c. si infidelis. 28.q.1.c quāto.c gaudemus. de diuort.& sic sentit D.Th.Ric.& alij. d.dist.39. Ratio differentiæ est, nam in primo casu qñ infidelis vult cum fideli habitare sine iniuria Saluatoris,non est cur eam relinquens aliam sibi copulet, in secundo verò casu cum cogat ab ea diuertere, nō debet cogi sine sua culpa absq; vxore in cœlibatu viuere, & hodie si infidelis monitus renuit cōuerti, fidelis quò ad thorū debet ab eo diuertere modo quo supra, & potest post debitum tps ad secundas transire nuptias. Soluitur verò huiusmodi matrimoniū non authoritate ecclesiæ, sed Christi per os Pauli, qui vetat debere tūc cum infideli habitare,& permittit transitum ad secūdas nuptias.1.Cor.7.Non dissoluitur tñ,vt d D.Th.in resp.ad primum. Dur.& Pal.donec fidelis ad secundas nuptias migrarit. & hr̃ in d.c. gaudemus. & hoc intelligitur, quò ad fidelem conuersum; quo verò ad infidelem,si contrahit matrimonium tunc validum est post contractum fidelis, vt d. ibi D.Th. & Ric.art.2.q.3. non tñ ante posse infidelem contrahere,aliter peccare, non q̃ ecclesia illi id prohibeat, sed ius diuinū naturale, quo infidelis tenetur fidelem in eadē Christiana religione sequi, vnde prohibetur ei ne fidelem relinquens alterū sibi copulet. c.si infidelis. 28.q.2. si tñ ad fidem conuertitur,& fidelis iam sit altero coniugio alligatus,conceditur sibi vt alteras eligat nuptias, & si cum viro suo infideli conuertatur,matrimonium illud firmū manere debet. Si item fidelis conuersus petit infidelem venire, & renuit,soluitur matrimoniū per religionis ingressum cum professione, sicut per secundum matrimonium, d.tñ D. Th.in resp.4.non dissolui per susceptionem sacri ordinis,sed relictam in infidelitate imputare sibi debere de mora suę conuersionis qua marito caret.

Per hæresim verò,vel apostasiam matrimonium non soluitur, cum soluatur tñ per ingressum religionis si sit ratū, vel per solā conuersionem ad fidem alio matrimonio superinducto. c.quanto. c. gaudemus.de diuort.matrimoniū enim contractum cum hæretico, vel apostata tenet,ratione caracteris baptismalis, & tunc mulier hæretica nubens dotem amittit. cap. decreuit. de hæret. in 6. Si verò hæreticus ecclesiæ reconciliat, si hæresis non processit vsq; ad sententiam,tenetur catholicus reconciliatam, si verè pœnitens est,sibi reconciliare, si autem publico iudicio ecclesiæ hæresis sit damnata,& sic à coniuge separata,& postea ecclesiæ reconciliata,tunc catholicus potest si velit,etiam inuita vxore, religionem approbatam ingredi,& profiteri,& idem ècouerso de vxore respectu mariti.c.mulier. de conuers.coniug. & re-

Matrimoniū an dissoluatur p̃ hæresim, vel apostasiam.

& remanens reconciliatus potest manere in seculo; quòd si nolit religionem ingredi, tenetur vxorem pœnitentem accipere, modo sine periculo cum illo manere possit.c.de illa. c.quāto. de diu. Non potest tamen rediens inuito catholico religionem ingredi, quia illa indulgentia fit innocenti in eius fauorem. Et probabile est innocentem etiam posse suscipere ordinem sacrum. ita Sot.4. dist.39.q.vnica.art.4.

Matrimoniū à fideli cū infideli factum an teneat.

Secunda propositio. Non licet fideli cum infideli, vel etiam hæretico matrimonia iungere; probatur arg.c.7.Deut. vbi Deus prohibuit populo suo ne matrimonia iungat cū infidelibus, quia seducet, d filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis, quod repetitur.& 3.Reg.11.Secundò, 1.Cor.7.cui vult nubat tm̄ in dño, quòd intelligitur cum fideli, vt ibi exponunt Amb.Teod. Teoph. & alij. & Tert lib.2.ad vxorem. & Hier.lib.1.aduer.Iou.& Aug.lib.1.de adult.coniug. c.35. Tertiò, probatur 2. Cor.6.d.Nolite iugum ducere cum infidelibus, quòd de matrimonio intelligit Hier.lib.1.cont.Iouin.

Ex Conc. id statuunt Calcedon. can. 13. Agaten.can.67. Tolet.III.can.14. Tolet.IIII.can.61. & hr̄ in c.nō oportet.c. caue.28.q.1.& in l.ne quis.C.de iudæis.

Ex Patribus id asserunt Tert.lib.2.ad vxorem ad longum. Amb.lib.1.de Abraham.c.9.& ep.70. Hier.lib.1.con.Iouin. Cipr.li.3.con.Iudæos ad Quirinū.c.62. Ratione probatur, nam huiusmodi matrimonia multum periculi afferunt apostatandi à fide, ergo vitanda, cum qui amat periculum pereat in illo.Eccles.3.

Hæc tm̄ prohibitio non est iuris naturalis, nec diuini, vt d.Scot. & Pal.4.dist. 39.q.1.col 1. & Io.Echius.de sacr.hom. 71.Catha.lib.5.c.de matr. Coar.4.decr. 2.part.c.6.§.11. non naturalis, quia non tollit omnino finē matrimonij, licet impediat, quia ꝓles inde nasci potest, licet educari in religione nō possit. Et in lege naturæ Iacob vxores duxit filias Laban idolatræ, Ioseph Aegyptiam, Moses Aethiopissam. Et tēpore gratiæ. Aug.lib.de fide & operibus.c.19. & Hier.lib.1.con. Iou.dicunt eorum tempore fuisse multa huiusmodi coniugia in ecclesia, nec dirimebantur, licet reprehenderētur, & S. Monica virum habuit paganum: vt dicit Aug.lib.9.conf.c.9. In veteri verò lege nullum extat de hoc præceptū impediens, nisi Esd.lib.1.c.9 & 10.quòd tm̄ fuit iudiciale tm̄, ideo cessat cum alijs apud Christianos; Non extat ēt aliqua lex ecclesiastica de hoc quæ dirimat huiusmodi matrimonia, licet supra dictæ authoritates asserant non esse faciendū.

Ex quibus sequitur, quòd huiusmodi matrimonium inter fidelem, & infidelē non baptizatum irritum tm̄ sit ex more populi Christiani vim legis obtinente: vt latè probat Sot.d.quæst. vnica.art.2.

Ex quo sequitur, Papam, qui est supra ius positiuum.c.cum venerabilem.extra qui fil.sint leg. posse in hoc impedimento ex causa dispensare.vt ibi probat Sot. & Bell.de sacram.matr lib.1.c.23.

Si verò fidelis contrahat cum hæretica vel schismata, licet grauissimum sit peccatum, tamen matrimoniū tenet. gl.cōmuniter recepta. in c.non oportet. 28.q.1. D.Th.4.dist.39 q.1.art.1. Coar. 2.par.c.6.§.11.nu 4.Nau.c.22.nu.49.

Matrimonium cum hæretica an teneat.

De impedimento cognationis. Cap. XVII.

Cognatio quid sit.

Notandum, ꝙ cognatio est nomen genericum, quòd comprehendit cōsanguinitatem, vel cognationem carnalem, spiritualem, & legalem. Carnalis est, quæ per carnalem generationē deriuatur: spiritualis, quæ per regenerationem in fonte baptismi, vel confirmatione contrahitur: legalis, quæ per adoptionem vel arrogationem lege cōtrahitur: vt d.Silu. in verbo, cognatio. Cognatio verò specialiter acciped̄o cognationem, dicitur quasi vna cōiterve nati, vel ab eodem orti, l.4.§.1.de grad. affin & l.1.§.1.Vnde cognati, & lex duodecim tabularum vocat eos agnatos. Differunt aūt cognati ab agnatis, quod agnati tm̄ sunt qui ex eodem patre: cognati qui ex eadem familia sunt, sed co

gnati

gnati solum, non agnati, qui per fœminas vel matrem coniunguntur. l. iurisco sultus. ff. de grad. l. inter agnatos. ff. vnde legit. Arist. verò 2. Polit. diuidit cognationem in eam quæ per necessitudinem sanguinis, & eam quæ per affinitatem coniungitur.

Cognatio qualiter diuidatur.

Secundò, notandum, q cognatio diuiditur in naturalem, ciuilem, & naturalem, & ciuilem simul, naturalis, sine ciuili intelligitur quæ per fœminas descendit, quæ vulgo filios pariunt. §. 1. Instit. de leg. agn. tut. quæ licet lege improbetur ob concubitus vagos, tñ eius iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. l. ius. de pact. Vnde vulgo quæsiti nullos habent agnatos iure ciuili, cum agnatio à patre, cognatio à matre fit. §. vulgo quæsitos. Instit. de success. cogn. Naturalis, q habet legis consensum ex iustis nuptijs oritur. l. iurisconsultus. §. cognationis origo. ff. de grad. & hæc est etiam in seruis, qui in gradu prohibito nuptias contrahere non possunt lege etiam canonica, si sint Christiani, licet vt supra, serui esse non possint. § illud. Inst. de nupt. Ciuilis est duplex, spiritualis, vel secularis: secularis ex adoptione nascitur sine naturali. l. non facilè. §. cognationis. ff. de grad. affin. c. 1. de cogn. leg. hi enim iura consanguinitatis habent cum his qui sunt in familia, vel in vtero, vel post mortem patris nat. l. 1. §. fi. ff. de suis, & leg. hær. Spiritualis est, quæ per baptismum, & sacram chrismatis confirmationem oritur. c. 1. 2. 3. & 4. de cogn. spirit. c. 1. & 2. eo. in 6. & est dignior naturali. c. 1. 2. & 3. 30. q. 3. in alijs verò sacramentis huiusmodi cognatio non oritur. c. fi. §. fi. de cogn. spir in 6. c. omnino. 30. q. 1. Naturalis, & ciuilis est, quæ ex iustis nuptijs oritur. d. l. non facilè. §. cognationis. de grad. affinit. Subdiuiditur verò cognatio vt nomen generale, in parentes, liberos, & propinquos ex latere; Parentum superior cognatio, vel ascendétium dr, liberorum inferior, vel descendentium, quæ ex transuerso, vel collateralium, fratrum & eorum qui ex his generantur. §. 1. de grad. cogn. Instit. l. 1. de grad. affin. Parentes vsq; ad tritauum dicuntur, alij dicuntur maiores. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de grad. §. 1. de leg. agn. tut. Liberi vsque ad trinepotem dicuntur, vltra hos posteriores dicuntur. d. §. parentes. Ex latere veniunt qui nec nos genuerunt, nec èconuerso, sed communem nobiscum originem ducunt, vt frater, soror, patruus, auunculus, amita, vel matertera, & qui ex illis oriuntur. Vnde superiores, & inferiores à collateralibus distinguuntur quibusdam notis; quibus gradus distinguuntur etiam inferiores à collateralibus.

Gradus vnde dicanť, & vt supputetur iure ciuili, vel canonico.

Gradus dicuntur ad similitudinem scalarum, quas ita ingredimur, vt à proximo in proximum. i. donec in eum qui ex eo quo nascimur, transeamus. d. l. iurisconsultus. §. gradus. Et iure ciuili superior & inferior cognatio à primo gradu incipit, transuersa verò à secũdo. l. 1. de grad. affin. § quare. de grad. cogn. Iure tñ canonum ponitur primus gradus in transuersalibus, vt in duobus fratribus, vel sororibus, & qui iure ciuili vocantur gradus, canonico dicuntur generationes: linea verò dr series, vel ordo cognationis. l. iurisconsultus. §. sed & ex lateribus. ff. de gradib. vnde linea paterna dr cuius caput est pater, materna èconuerso cuius mater. vt d. Anch. consi. 9. Ex his fit prima regula, iure ciuili, & canonico ascendentium, & descendentiũ, quot sunt personæ, tot sunt gradus vna dempta, & sic filius patri primo gradu iungitur, nepos secundo auo, pronepos pauo tertio, abnepos abauo quarto: secunda regula, in linea transuersali. i. qñ vterq; eodem gradu distat à stipite, quoto gradu alter distat à cõi stipite, toto sibi attinent: tertia regula, in linea transuersalium inequali, quo quis remotiori gradu distat à stipite, eodé distant inter se. Iure verò ciuili in linea transuersa quot sunt personæ, tot sunt gradus vna dempta, cum habeat respectum ad successionem, vnde frater & soror sunt in secũdo gradu. Iure verò canonico sunt in primo. c ad sobolem. 35. q. 5. quia ius canonicum habet respectũ ad matrimoniũ, q inter duas personas contrahitur,

trahitur, ideo transuersales qui duo sal tem esse debent .s. frater &, soror, vel duo fratres, vel sorores, sunt in primo gradu. Et in foro ciuili quò ad coniugiũ est standum computationi canonum: vt d.gl.in arb.consang.& affin. §.hactenus. Inst.de grad. in contractib. verò in foro suo quilibet stat suæ supputationi: vt d. Io.And.in addit. ad Spec. tit. de success. ab intest.§.1.in fi.magnæ additionis.

Mattimonii vsq; ad quẽ gradũ, iure naturæ, diuino, vel ecclesiastico prohibeatur.

Matrimoniũ ergo iure canonum in linea trãsuersa vsq; ad quartum gradum inclusiuè prohibetur.c.nõ debet.de con sang. In ascendentium verò linea & descendentiũ non habet finẽ prohibitio. l. nuptiæ.4.de rit.nupt. Abb.in d.c.nõ debet. Non tñ ex hoc graduum supputatio extenditur in infinitum, quia virtus paterna in filium traducta, per quam filius est similis patri non solum in specie, sed etiã in indiuiduo, vt complexione, moribus, colore, lineamentis, ob quam affectio particularis existit inter consanguineos, paulatim minoratur, ita vt maior sit in filio, q̃ in nepote, maior in nepote, quàm in pronepote, & tandem post aliquot generationes pœnitus euanescit; sed quia nescitur quousq; illa virtus duret, ideo vt aliquid certi haberet, legislatores certum numerum graduũ præfixerunt. Vnde Moises Leuit. 18. duos tñ gradus præfixit, primum & secundũ, quia in recta linea prohibuit matrimonium patris cũ filia, & nepte, & matris cum filio & nepote: in trausuersali verò fratris cum sorore, vel vtroq; vel vno parente nata, & nepotis cum amita, vel matertera: non tñ prohibuit matrimonium patrui, vel auunculi cum filia fratris vel sororis, & hæc quò ad consanguinitarem vbi sunt duo gradus secundùm canones, & tres secundùm leges. Quo verò ad affinitatem prohibuit matrimonium filij cum nouerca, & patris cum nuru, & patris etiam cũ priuigna, vel eius filia, & hæc in recto ordine: In transuerso verò prohibuit matrimoniũ cum vxore fratris, & cum sorore vxoris vxore viuente, & cum vxore patrui, vbi secundùm canones sunt duo etiam gradus primus, & secundus, & tres secundùm leges. Lex verò ecclesiastica olim vsq; ad septimũ gradum prohibuit coniugia, hodie verò restrinxit tantũ ad quartum. d.c.non debet.de consangu.& affin. vnde contrahentes intra illum gradum sine dispensatione peccant mortaliter, & sunt excõicati. clem.1.de consang. nisi ignorantia probabilis excuset. Sot.d.41.q.vn.art.3.in fi.Nau.c.22.n.43. Et addidit duas species cognationis, q̃ in Leuitico non continentur .s.cognatio nem spiritualem, quæ oritur ex baptismo, & confirmatione. c.1.& per tot. de cogn.spir.& eo.in 6. & cognationem legalem addidit lex ciuilis. Et duas alias quasi species addidit, vnam quæ oritur ex sponsalibus, quæ dr̃ publicę honestatis iustitia, alteram quæ oritur ex copula carnali fornicaria, licet & hæc ex Leuitico eruatur. Notandum etiam impedimenta Leuitici nõ obligare vt Leuitica, & sic iudicialia, sed vt naturalia. Vbi etiam aduertendum non omnia impedimenta in Leuitico contenta, esse naturalia, & ideo ecclesiam in eorum aliquo posse dispensare, vt in Trid. Conc. sess. 24.can.3. Et naturalia præcepta esse illa sola, quæ solo lumine naturali sine aliquo rationis discursu, vel per facilem discursum cognoscũtur, & eadem sunt apud omnes, & quò ad notitiam & rectitudinem, quia quæ egent lumine supernaturali, dicuntur diuina positiua, q̃ per discursum humanũ à principe constituunt dicuntur humana. Præceptum verò prohibitiuum potest dici naturale tripliciter, vel quia sit intrinsecè de re semper mala quæ nunquam potest mutari, vt mœchari. Secundò, de re mala q̃ obligat semper excepta necessitate, vt tollere alienum inuito dño. Tertiò, q̃ sit de mala absolutè sumpta, tñ ex circunstantijs possit fieri bona, vt occidere hominem, nam si fiat priuata authoritate malum, secus si publica ob bonum publicum seruato ordine iuris; Et hoc tertio modo pcepta naturalia habẽt vim legis, si agatur de re nude sumpta, sed si agaẽ de re adhibitis varijs circunstantijs nõ habet vim legis, quia tunc res illæ sunt mutabiles, nec eodem modo sunt apud omnes,

omnes, ergo oportet vt sanciantur speciali lege positiua, si omnino prohibendæ sunt, maximè si matrimonium dirimunt, quia multa licet cõtra rectam rationem facta tenent, vt coniugia facta inuitis parentibus. Non ergo omnia pręcepta Leuitici de gradibus sunt naturalia primo, & secundo modo, sed tertio potest concedi: vt d. Bonau. Ric. Pal. & alij. 4 dist. 4. vnde non omnia habebunt vim legis, quia varijs circunstantijs mutari possunt. Vt autem cognoscãtur impedimenta naturalia Leuitico ꝓhibita. Notandũ Leuit. c. 18. ferri leges de gradibus quibus matrimonium prohibet, at 20. c. addi pœnas contrauenientibus. Vnde ex pœnarum diuersitate colligĩt diuersitas etiam graduum, nam matrimonium in primo gradu affinitatis punit pœna mortis, & coniungit cum sodomia, & adulterio, quæ sunt cõtra ius naturæ, & idem est de consanguinitate in primo gradu in linea recta: vnde dignus est morte, qui ducit matrem, cũ eo qui ducit nouercam, eadem etiã pœna mortis statuitur in eos qui contrahũt in primo gradu cõsanguinitatis in linea transuersa, vt cum frater accipit sororem; Matrimonium verò in secundo gradu consanguinitatis in linea transuersa, vt nepotis cum amita vel matertera, non punitur morte, sed pœna leniori. Similiter matrimonium in gradu primo affinitatis, vt qui cũ vxore fratris defuncti, & in secundo gradu vt nepotis cũ vxore patrui, non puniuntur morte, sed solum priuatione filiorum, quæ pœna indicat hæc matrimonia non prohiberi iure naturæ, sed positiuo proprio Iudæorum, nam communis ratio non dictat apud omnes homines hanc esse iustam pœnã huius criminis; Præterea, si illa præcepta fuissent omnia naturalia, fuissent semper & vbiq; immutabilia, vt præceptum de non adulterando, nõ furando, non occidendo, &c. sed multi sancti in his gradibus contraxere, vt Iacob cum duabus sororib. simul viuentib. Gen. 29. q tñ prohibetur Leuit. 18. cum sit primus gradus in linea trãsuersa; secundò, nam Iudas Patriarcha dedit filio suo vxorem primogeniti defuncti. Gen. 38. qui est primus gradus in linea transuersa. Similiter Moises natus est ex coniugio nepotis cum amita. Exo. 6. sic Abraham, & Nachor duxerunt vxores duas filias fratris sui Aram. Gen. 11. Et etiã Deuter. 25 præcipitur vt si quis sine liberis moriatur ducat frater eius vxorẽ illius, & suscitet semen fratri suo, ergo lex ista nil præcipit contra ius naturæ, quia author naturæ non pugnat contra naturam. Ex his colligitur primum gradum in linea recta ascendentium, & descendentium: vt not. D. Th. & Caiet. 2. 2. q. 154. art 9. iure naturæ esse prohibitũ, tam in linea consanguinitatis, q̃ affinitatis. Et etiam in primo gradu consanguinitatis in linea transuersa, nõ autem in primo gradu affinitatis, in linea trãsuersa, nec in secundo gradu consanguinitatis in linea transuersa, vt supra, quæ inseruiunt ad videndum an matrimonia cõtracta ab infidelibus sint valida, & in quibus Papa possit dispensare, vel non.

Vltimò, notandum, ꝙ consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite propinquorum descendentiũ, quarumve vna ab alia descendit carnali ꝓpagatione contracta, dr̃ vinculo, quia vt d. Cicero lib. 1. de offic. Sanguinis cõiunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines. Dr̃ ab eodẽ stipite propinquo, quia non omnes qui ab eodem descendunt sunt inuicem consanguinei; sic .n. essent omnes homines, ꝙ ab vno Adam descendunt, nam, vt supra, virtus naturalis, quæ in generatione viget, per varias transfusiones fit debilior, & tãdem deficit, vt d. D. Th. d. 40 q. 1. ar. 1. vbi Pal. Vnde & consanguinei dicuntur propinqui, quod eodẽ propinquo sanguine fuerint generati. l. Lucius. ff. de pet. hæred. l. cũ pater. §. a te peto. ff de leg. 2. Dicuntur etiam proximi. l. capitis. & l si spurios. ff. vnde cogn. l. dudũ. C. de contrah. empt. & sic fratres eodem patre nati dicuntur consanguinei. §. sunt autẽ. Instit. de leg. agn. succes. vbi Teoph. Ex eadem verò matre dicuntur vberini. auth. de consanguineis, & vter. fratribus. col. 6. His ita notatis.

Prima

Gradus iure diuino prohibitus, & naturali prohibet.

Prima sit propositio. Nullus gradus iure diuino hodie prohibitus est qui nõ sit, & lege naturali vetitus; probatur, nã lex vetus aduentu Christi expirauit. c. translato. de const. D. Th. 1.2. q. 98. art. 1. & quæst. 104. ar. 3. Mag. 4. dist. 3. vbi alij. In lege verò euangelica nullum præceptum continetur, q̃ non sit iuris naturalis prẹter præcepta de sacramentis, & de fide: vt d. D. Th. 1.2. q. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 13. ergo circa matrimonium nullus gradus erit diuina lege prohibitus, qui non sit iure naturali; Præterea præcepta illa prohibitoria Leuitici prout talia, apud nos non persistunt, vt supra, nisi vt moralia, quatenus .s. vim retinent iuris naturalis, nã Christus ius naturæ non extinxit, sed potius perfecit. Secunda verò pars probat Heb. 7. vbi translato sacerdotio oportet vt legis translatio fiat, & vt dicitur Rom. 8. ab illa lege nos Christus liberauit; sequitur tñ ex his expediens fuisse modo in lege euãgelica, vt illa matrimonia iure positiuo impedirentur, vt factum est.

Gradus iure naturę qui prohibeant in linea recta.

Secunda propositio. In iure naturæ, quædam sunt vt prima principia, alia vt cõclusiones longius propinquiusvè ex illis deductæ: Vnde & prima irritant iure naturæ matrimonia alia impediunt tantum. Vnde inter patrem & filiam, & matrem & filium iure naturæ matrimoniũ ipso iure naturali irritatur, quia licet id nõ repugnet totaliter fini matrimonij, qui est prolis generatio, & educatio, repugnat tñ fini, quatenus, nisi modo inde centissimo, & fœdissimo huiusmodi cõiunctio, & generatio fieri potest, & alijs multis rationibus, quas Sot. allegat dist. 40. q. vnica. art. 3. Non tñ negatur, quin si vnus tm̃ pater, & filia in mũdo essent, quin Deus cum eis dispensare posset, vt matrimonio iungerentur, quia id non est ita intrinsecè malum, vt in eo non possit dispensari, sicut in præceptis decalogi, quæ sunt ita intrinsecè mala eorum transgressiones, vt super eis nõ detur etiam à Deo dispensatio: vt dicit D. Th. 1.2. q. 10. art. 8. & ibi Caiet. Pari ratione, vt supra, inter auum & neptem ius naturæ matrimonium cohibet, non tñ vlterius hæc prohibitio iure naturæ prohibetur, nam auus vocatur magnus pater, & qua ratione prohibetur pater, sic & auus: secunda pars, q̃ non in infinitum, probatur, nam consanguinitas cõsideratur, vt radix, & fons amicitiæ, cõmunio autem naturalis amicitiæ inter ascendentes, & descendentes nimiũ distantes euanescit, & demum perit. Vnde nec ecclesia in infinitũ id prohibuit, inter tñ auum & neptem nunquam legitur dispensasse. In alijs verò gradibus rectæ lineæ vsq; ad quartum, nec vt dispenset consulendum videtur, nec si dispenset reclamandum. Sot. ibi. licet gl. in c. non debet. de consang. & Coar. 2. par. c. 6. nu. 11. dicant esse communem, q̃ si hodie Adam viueret, non posset contrahere matrimonium, prima tamen opinio est mitior, & probabilis.

Gradus in linea transuersa iure naturæ q̃s prohibeat.

Tertia propositio. In linea transuersali matrimonium fratris cũ sorore iure naturæ prohibetur, primò, quia Leuit. 18. prohibetur: secundò, nam ibi est primus gradus consanguinitatis: tertiò, nã idem est ferè pudor contrahendi inter hos, ac patris cum filia, & tam necessariò ferè in eadem domo habitãt, & in eodem sæpè lecto vt pater & filia: & vt d. Philos. 8. Eth. c. 12. Fraterna amicitia est ingentissima, amant enim se fratres, vt idem seipsum, quia eodem sanguine generati, lacte nutriti, & moribus imbuti, & arctissima consuetudine iuncti, vnde nisi religio eas nuptias vetaret, eadẽ succrescerent libidinis incitamenta. Vnde Arist. 2. Polit. Fraterna contubernia, vt paterna ferè eodẽ modo detestatur; & clerico sororem domi hr̃e permittitur, q̃ fœdus naturale nil sæui cogitari permittat. c. 1. de cohab. cler. l. eum qui. C. de epis, & cler. & Gen. 26. & 30. Abraham iussit vxori suæ, vt diceret se esse eius sororem, vt sic celaretur q̃ esset vxor, & lege ciuili inter fratres prohibetur matrimonium. §. inter eas. Instit. de nupt. & iure canonico in c. gaudemus. de diuort. vbi infideles iuncti in primo gradu sunt separandi, in alijs permittitur, q̃ debet intelligi de consanguinitate, quia de affinitate non est ita certum:

vt

vt infra dicetur, vbi tractatur an possit dispensari, vt quis ducat sororē vxoris, vel vt vxor leuiro .i. fratri viri copulari possit, quia nō sunt consanguinei, sed affines. Vnde non legitur vnquam dispensatum esset inter fratrem & sororē, nec Sara fuit Abrahæ soror, sed consobrina: vt d. Hier. in q. hebraicis. Gen 20. & in prologo super Iob. & Aug. de ciu. Dei. c.19. & 22. con. Faust. c.35 & habetur in c. quæritur. 22. q. 2. & sequitur D. Th. 2. 2. q. 110. art. 3. nec Rebecca fuit soror Isaac, vt latè probat Sot. dist. 40. q. vnic. ar. 4. Et ita iure naturæ prohibetur matrimonium inter patrem & filiam, auū & neptem, fratrem & sororem.

Gradus secundus in linea transuersa ā sit iure naturę prohibitus, & an ī eo possit dispensari.

Quarta propositio. Secundus gradus consanguinitatis in linea transuersa, nō est iure naturali, & diuino, sic modo prohibitus, quin Papa super illo dispensare possit; nam illæ prohibitiones Leuiticæ abolitę sunt, nisi quatenus sunt naturales, vt supra. Sed non est tanta conuersatio inter patruum & neptem, nec tanta naturalis amicitia, vt idoneo vsui matrimonij illæ personæ sint ita repugnātes, nec tantum fœditatis habeant, vt coniungi non possint. Vnde Thare pater Abrahæ, & Nachor ambobus illis filijs, filias primi filij Aran matrimonio iunxit, quòd indiciū est sub lege naturæ, id non esse prohibitum, nec amita & matertera iure naturæ prohibentur consobrino nubere, vt nec patruus & auunculus cō sobrinam ducere, licet in Leuitico prohibitæ sint fœminæ maiores natu contrahere cum consobrinis, ob periculum quòd oriretur si permitterentur cōtrahere, cum in eadem domo habitent, vel quia absurdū est vt consobrinus qui debet esse subditus amitæ, illi copuletur, non tñ iure naturali prohibetur, quin possit super his dispensari. ex d. c. gaudemus. de diuort. ſ in secundo gradu consanguinitatis in linea laterali æquali, & inæquali: vt d. ibi Sot. & Flor. 352.

Ecclesia potest ob sanguinis propinquitatē

Quinta propositio. Ecclesia potest legitimas, vel illegitimas decernere personas ob sanguinis propinquitatem; probatur in Conc. Tr. sess. 24 can. 3. & 4. Vnde & in Conc. eod. sess. 24. c. 1. inhabilitauit matrimonium clandestinum contrahentes Ratione probatur, nā matrimonialis contractus ab orbe condito à Deo fuit in officium naturæ institutū, ad genus hominum prdpagandum, sed quia id ad pacem & tranquillum Reipublicæ statū attinet; pertinebat ēt ad ciuilem Rempubl. de illo statuere, sicut de reliquis ciuilibus contractibus, & stipulationibus quorum peruersitate potest Respublica perturbari: in lege verò euangelica matrimonium in sacramentum est institutum, ergo cum ei Dñs administrationē sacramentorum reliquerit, huius etiam curam illi credidit, vt pro locorum, & temporum, & gētium varietate de eius causis, & conditionibus disponeret. Vnde ius quòd erat apud Rempubl. ciuilē decernendi de causis matrimonialibus, dum non erat sacramentum, vt patet in l. sorores. l. semper. l. si. cum alijs. de titu nupt. l. si adulterium. ff ad leg. Iul. de adult. quibus certi personarum gradus à nuptijs repelluntur, facto eo sacramento est ad ecclesiam trāslatum. Præterea materia huius sacramenti est homo, qui iuri humano subest, & Reipub. legibus, vt eius membrum obedire debet, ideo humana lex potest aliquos homines à matrimonio auertere, & subtrahere materiam à sacramento, sicut Papa posset subtrahere hominem, ne à parocho possit absolui, nec per hoc Pontifex quicquam mutat circa sacramētum, sed vel exhibet, vel detrahit materiam sacramenti, vt d. Palud. 4. dist. 26. q. 4. art. 3. & Adr 4. tract. de matrim.

personas legitimas, vel nō, decernere.

Hinc sequitur, ꝙ Respubl. ciuilis potest leges statuere circa nuptias, & si cō ntra attententur irritæ sint, non tñ eas ferre potest, sine Papæ, vel Concilij authoritate, alias irritæ sunt; Prima pars probatur, quia Respubl. ciuilis respicit fœlicem statum ciuium; hic verò plus pendet ex nuptijs contrahendis, q̄ ex alijs contractibus, ergo potest legibus ea matrimonia dirigere; Præterea institutio sacramenti matrimonij non obstat quominus sit ciuilis contractus, & quatenus huiusmodi à potestate ciuili non eximitur: vt d. D. Th. dist. 26. q. 2 art. 1.

Secunda

Secunda pars probatur, quia ad ecclesiã pertinet de sacramentis censere in his, quæ pertinent ad regnum cœlorũ, ideo oportet vt Respublica ciuilis ecclesiasticæ sit subdita, maximè in legitimandis, vel illegitimandis personis, ne sint duo capita, quòd monstrum esset in ecclesia Dei: ita D.Tho.dist.42.q.2.art.2. ad quartum. & idem est in discernendo ꝙ matrimonium sit legitimum vel ne. De dotibus verò, & hæreditatibus, quæ merè secularia sunt, secularis decernere potest: vt dicit Abb. & alij in cap.1. & c.gemma. de sponsal.

Gradus cõsãguinitatis quò ad matrimonij prohibitionem

Sexta propositio. Temporum lapsu gradus cõsanguinitatis in matrimonijs iniungendis mutationem susceperunt; Vnde sub lege naturæ primus gradus ascendentium, & collateralium est prohibitus inter fratres, & secundus in linea ascendentium, vt supra, Leuit. verò 18. prohibitum est matrimoniũ materteræ, vel amitæ cũ consobrino, in quo tñ hodie cadere potest dispensatio, cũ non sit omnino moralis, sed iudicialis prohibitio: & tempore Aug. vt d.15.ciu.c.16.& Greg. in ep.ad Aug. & hr in c. quædam lex. 31.q.2. prohibitũ fuit matrimoniũ inter filios, & filias fratrum, qui fratrueles dicuntur; postea fuit prohibitũ matrimonium, vsq; ad septimã generationem. in cap. progeniem. cum seq. 32.q.2. Tum redacta fuit ad sextum gradũ, in c.fi.ead. & c.1. 35.q.4. Et demũ redacta est ad quartum, in c.non debet. de consang.& affin.ob rationes, quæ ibi Innoc. III. allegat, maximè ob breuiorem vitæ cursum, qui cursu mũdi senescente quotidie decrescit, auferens etiam secundũ, & tertium genus affinitatis.

quomodo variarint, & qd modo sit.

Descriptio Arboris Consanguinitatis.

PETRVS
Pater.

FRATER, VEL soror. I. — Filius, vel filia. I. — FRATER, VEL soror. I.

Filius vel filia fratris, vel sororis. II. — Nepos. II. — Filius vel filia fratris, vel sororis. II.

Nepos vel neptis fratris, vel sororis. III. — Pronepos. III. — Nepos vel neptis, fratris vel sororis. III.

Pronepos vel proneptis, fratris vel sororis. IIII. — Abnepos. IIII. — Pronepos vel proneptis, fratris vel sororis. IIII.

Abnepos vel abneptis, fratris vel sororis. V.

Et idem iudicium est de ascendentibus, videlicet auo, abauo, tritauo, patruo, patruo magno, propatruo, &c.

Arboris cõsãguinitatis descriptio, cum eius expositione.

PRo intelligentia huius Arboris, notandum, ꝙ non ponitur linea directa, sed tantum transuersalis, quia in dicta, vt in materia est dictum, impeditur matrimonium in infinitum iuxta communem, licet lex ciuilis id ad certum gradum

gradum

gradum restringit: Ad cognoscendum verò quoto gradu in linea transuersali quis distet ab alio factæ sūt duæ lineæ, vna à dextris, alia à sinistris, & quoto gradu quis distat à communi stipite .f. à primo tot distat ab alio, primò dempto, vt in figura patet, & si quis sit in tertio gradu remotus à communi stipite, alius in quinto cōceditur inter eos matrimonium cum attendatur gradus remotior à stipite communi. c. fi. de consang. & hi omnes dicuntur consanguinei, & si originem trahant ex duabus sororibus, vel fratre & sorore, & si sint diuersarum familiarum, cum communis origo consideretur; In cæteris adnotando ea quæ dicta sup. sunt in materia, ideo si distent tertio gradu à communi stipite, sibi tertio consanguinitatis gradu attinebunt, si tertio vnus, alius quarto, tertio itidē & quarto gradu sibi consanguinitatis iungentur: & si vnus quarto, alius quinto matrimonium licebit, cum attendat gradus remotior à communi stipite.

De impedimento affinitatis. Cap. XVIII.

Affinitas quid sit, & vt contrahatur.

Notandum, q affinitas est personarū propinquitas ex carnali copula proueniens omni carens parentela; quæ vltima pars adijcitur, vt distinguatur à consanguinitate, quæ propriè dr̃ parētela, licet & affinitas dicatur species quædam parentelæ. c. porrò. 35. q. 5. & qñque concurrat cum consanguinitate, vt si quis cognoscat vnā ex duabus sororibus, quæ sibi erant coniunctæ intra quartum consanguinitatis gradū, erit contracta cum altera affinitas, & sic erit eius affinis & consanguineus, & in dispensatione obtinenda oportet vtriusque mentionem facere, vt vtrunq; impedimentum auferatur ad hoc vt matrimonium contrahi possit, vt not. Præp. post gl. in arbore affin. si sit intra gradū hodie prohibitum. Dr̃ autem affinitas, quasi finitas .i. finium propinquitas, vt agri dicuntur affines, vel confines, quia finis vnius est proximus fini alterius, & ipsum attingit, cum ergo per copulam fiant vir et vxor vna caro. c. 1. 35. q. 10. Sanguis vnius attingit sanguinem alterius, & èconuerso; & ita consanguinei vnius fiunt affines alterius, & èconuerso. glo. in c. non debet. de consang. communiter recepta. ab Abb. & alijs. Dicit ex carnali copula, quia cōtrahitur ex copula tam licita, & matrimoniali, q̃ fornicaria. c. discretionem. c. tuæ. de eo qui cogn. consang. vx. cap. in literis. vbi Abb. de testibus. D. Tho. 4. dist. 41. & ibi Pal. q. 1. art. 1. quæst. 1. Et contrahitur ēt si copula sit coacta, vel vi præcisa, vel conditionali facta. d. c. discretionem. Vel ēt si fiat cum dormiente: vt ibi d. Card. & Præp. & etiam si seminet intus, licet nō intret claustra pudoris. Nau. c. 22. n. 43. Diez. in pract. crim. can. c. 77. de stupro. Non tñ attentatio copulæ, nec pollutio extraordinaria. arg. c. fi. de spons. c. extra ordinaria 35. q. 2. id agit. Nec etiā si copula sit consummata, sed vir non seminarit intra vas debitum mulieris, licet ipsa non seminet, sed spermatizet, & si ipsa seminat non vir, non contrahitur affinitas, etiam si vir sit ingressus claustra pudoris, vt d. Silu. matr. 8. q. 15. & ēt si virginitatem abstulerit, vt d. D. Th. dist. 41. q. 1. art. 1. q. 4. ad secūdum. Nau. c. 22. nu. 42. Vig. c. 16. § 7. ver. 9. cum vir & mulier efficiantur vna caro in carnali copula per commistionem seminum, & ideo si semen viri in balneo ingrediē vas mulieris. d. Silu. ibi posset esse generatio dæmonis opera, non tñ ibi contraheretur affinitas, cū non adsit coitio, & idem si dæmon vel incubus id operet, vt ibi d. Silu. qui & alia multa ibi similia d. probabile tñ est per actum consummatum sine viri semine, matrimoniū ratū consummari, vt supra dixi, loco suo, q a sic matrimonium per commistionem viri, & mulieris, & virginitatis ablationē videtur cōsummari. Nec per crimen sodomiticum, vt d. ibi Silu. D. Th. dist. 41. & ibi Sot. quæst. vnica, art. 2.

Affines nō sunt q sūt causa affinitatis.

Secundò, notandum, q vir, & mulier per quos contrahitur affinitas, nō sunt sibi affines, sed causa affinitatis. l. non ideo. C. de hæred. instit.

 Tertiò,

Gradus affinitatis q sint, & quo coputent, & vocent.

Tertiò, notandum, q gradus affinitatis enumerantur. in l. 4. §. affines. ff. de grad. affi. & ibi etiam explicatur, socer, i. viri pater, & vxoris, ita dictus quia generum sibi sociauit, mater verò eorum socrus dr: Gener verò dr maritus filiæ, à genere, quòd ad augendum genus adhibeatur, nurus filij vxor; Vnde pater vxoris est marito socer, ipse è cõuerso illi gener, socer magnus dr vxoris auus, maritus est ei progener; Econuerso pater viri est socer vxori, illa ipsi nurus, & auus viri est socer magnus vxori, illa ipsi pronurus. Item mater vxoris est viro socrus, ipse eius gener, & auia vxoris prosocra viro, & ipse eius progener, & mater viri vxoris est socrus, illa ei nurus, & auia viri socrus magna est vxori, ipsa illi pronurus. Priuignus est vxoris filius ex alio patre quàm ex se natus, & ipse illi vitricus, Econuerso liberis viri ex alia vxore, vxor est nouerca, filij viri illi priuigni, quasi nati antequã mater secundo nuberet. Viri frater dr leuir, Viri soror glos vxori, Duorum fratrum vxores à quibusdam dicuntur ianitrices, & hi dicuntur affines iure ciuili; eo enim iure affinitas contrahitur tantum ex iustis nuptijs: l. 4. §. sciẽdum est. ff. de grad. Iure verò canonico etiam ex copula fornicaria, vt supra c. discretionem. c. pen. de eo qui cogn. consangu. vx.

Affinitas qualiter cõtrahať, & inter quas personas.

Quartò, notandum, quòd per carnis copulam viri, & mulieris, contrahitur affinitas inter virum, & consanguineas mulieris primi generis, in eo gradu in quo vxor est illis consanguinea, & èconuerso respectu vxoris, non autem contrahitur affinitas inter cõsanguineos viri, & consanguineos vxoris. c. quod super his. de consang. & affin. § mariti. Instit. de nupt. Vnde frater viri rectè contrahere potest matrimonium cum sorore vxoris eius, vel alia ipsius consanguinea, & contra respectu mulieris, pater, & filius cum matre & filia, vir mortua vxore cum relicta fratris suæ vxoris, & filia vxoris ex alio marito potest nubere filio sui mariti ex alia vxore. Couar. 2. p. c. 6. § 7. nu. 6. & §. 10. nu. 8. Vig. c. 16. §. 11. ver. 9. Sot. 4. dist. 41. q. vn. art. 1.

Affinitatis gña quot sint, cũ eorũ explicatione, & qđ hodie tm̃ teneat.

Quintò, notandum, quòd tres olim fuerunt gradus affinitatis, hac regula, q persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum, vt declarat gl. in c. non debet, de consangu. & affi. Exempli gratia, si Maria fratri meo esset matrimonio iuncta, erat mihi & sorori meæ affinis in primo gradu, & in primo genere, quia cõsanguinei viri fiunt affines vxoris, & èconuerso; Si verò fratre meo defuncto eadẽ Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi & sorori meæ affinis in secũdo genere affinitatis, sed primo gradu; Et si Maria defuncta, Petrus duceret Martam, illa efficiebatur mihi affinis, & sorori meæ in tertio genere, & primo gradu, & etiã nunc. Dicebantur verò genera affinitatis, quia non erant eiusdẽ speciei cũ prima affinitate, quia sicut copula carnalis non generat consanguinitatẽ, sed affinitatẽ, sic persona iuncta affini, nõ dicebatur propriè affinis, sed alia attinentia, vel necessitudine iuncta. Hodie tñ secundũ; & tertium genus affinitatis est sublatũ, ita q in illis potest contrahi matrimonium et in primo gradu, vt in exemplo proposito, Petrus mortua Maria posset nubere sorori meæ, & remansit tm̃ impedimentum in primo genere affinitatis, vsq; ad quartum gradum inclusiuè: vt habetur in c. non debet. de consang. & affi.

Gradus affinitatis quo distinguantur.

Sextò, notandum, quòd gradus affinitatis nõ distinguitur per se, sed ratione consanguinitatis vnde nascitur, quia quoto gradu, vt tertio, vel quarto quis est consanguineus vxori, eo ipso gradu etiam est affinis viro, & èconuerso.

Affinitas ñ extinguať morte.

Septimò, notandum, quòd affinitas nõ extinguitur morte eius cuius causa est contracta, v. g. filius fratris est consanguineus in secũdo gradu viro, & affinis vxori in secũdo gradu, mortuo viro, adhuc remanet affinitas inter eosdem; & sic deinceps, ita quòd non potest inter eos consistere matrimonium vsque ad quartum gradum inclusiuè; probatur à Greg. Papa in c. 1. cum seq. 35. q. 10. nam cũ per copulam carnalem vir & mulier efficiantur vna caro, non potest esse consanguineus vni quin sit affinis alteri, nec

per

per mortem huiusmodi affinitas deletur, & sequitur D.Th.d.art. 1.quæst.2.

Affinitas ex fornicatione vsq; ad quē gradū duret.

Octauò, notandum, quòd hodie affinitas per copulam fornicariam contracta non extenditur vltra secundum gradum inclusiuè: vt in Conc. Trid.sess.24. c.4.de reform. statuitur. Vnde in tertio & quarto modo contrahi potest matrimonium, vt declarauit Pius V. anno 1566. Constit.ad Romanum. Nau.cap. 22.num.43.

Affinitas ñ contrahit p spōsalia, sed publicæ honestatis iustitia.

Nonò, notandum, quòd per sponsalia non cōtrahitur affinitas, sed aliquid simile quo matrimonium cū consanguinea sponsæ impediātur, quæ dicitur publicæ honestatis iustitia. d.sess.24.c.3.

Affinitas pōt pcedere vel subseq matrimoniū, & qd iuris sit in vtroq;, & quis ibi dispensare possit.

Decimò, notandū, q affinitas fornicaria pōt pcedere vel subsequi matrimonium, si præcedit, vt si quis cognouit consanguineam sponsæ in secundo gradu, matrimonium est irritū, & opus est dispensatione. d.c.non debet. & d.c.4.in Trid.Conc.& aliter contrahentes incurrunt excommunicationem. clem. 1. de consang.Nau.c.22.n.43. Si verò sit subsecuta, vt quia quis cognouerit consanguineam vxoris suæ postquam matrimonium esset contractum, matrimoniū non dirimitur, sed vir amisit ius petendi debitū ab vxore, & inhabilitatur ad contrahendum ob crimen incestus. c.1. & fi. extra de eo qui cogn. consang. vx. In vtroq; tamen dispensare potest episcopus: vt d. Abb.& alij in d.c.1. Nau.c. 22.num.75. Silu.matrimonium.8.q.15. ver.7. Sot.4.dist.37.q.vnica,art.2. Palu. dist.34.q.1. art.2. maximèque cum iuuenibus id est agēdum, vt ibi not. quòd si affinitas superuenit matrimonio rato non consummato, non potest is petere debitum, nec etiam reddere, vt d. Silu. matrimonium. 8.quæst.15.versic.7. His ita notatis.

Affinitas præcedens matrimonium intra secundum gradū, īpedit matrimoniū, & dirimit.

Prima sit propositio. Affinitas præcedens impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum vsque ad quartum gradum. c.& hoc. c.& sanè.c. porrò.35.q.3.& c.fraternitatis.35.q.10. c.discretionem. de eo qui cogn.cōsang. cap.non debet, de consang.

Dispensari ā possit cū fratre, & relicta fratris.

Secunda propositio. Inter leuirum, & fratriam, scilicet vxorem fratris relicti, non est iure naturæ prohibitum matrimonium, ideo in eo dispensari potest; nam tres in iure naturæ gradus constituuntur; primò enim sunt quædam prima principia, quæ ita rectitudinem iustitiæ intrinsecè continent, vt indispensabilia sit, vt præcepta decalogi, quædā sunt quæ licet iure naturæ sint honesta, & eorum contraria inhonesta, tamē extrema necessitas boni communis potest ea à iure naturali immutare, & quòd erat inhonestum facere honestum, vt matrimonium fratrum in principio mundi. Tertiò, quædam sunt honesta, & eorum contraria inhonesta, quæ etiam citra extremam necessitatem ob honestas causas, maximè si ad bonum publicū spectent, possunt iura gentium & ciuilia, & magis ecclesiastica ea mutare, & in hoc gradu est matrimoniū inter prædictos. Vnde Alexander VI. dispensauit cum rege Portugalliæ in huiusmodi gradu, & Iulius II. cum rege Angliæ, & Innocentius III. cum quodam Lugdunensi, vt duceret relictam fratris. c.vlt.de diuort. licet prohibuerit ne deinceps id fieret, vt latè probat Sotus 4. dist.41.q. vnica,art.3. Non tamen licet dispensare in primo gradu affinitatis ascēdentium, & descendentium: vt d.Pal.ibid. & Sot. ibi sequitur, eo maximè cum sit contra ius naturæ, & nunquam in eo dispensatum legatur.

Arbor Affinitatis ex Matrimonio.

Vir sororis viri, primus gradus, secũdum genus.	Frater vel soror viri, primus gradus, primum genus.	Vir—Vxor I.	Soror vel frater vxoris, primus gradus, primum genus.	Vxor fratris vxoris, prim⁹ gradus, secundum genus.
Vir filiarum fratris viri, primus gradus, secũdum genus.	Filij fratris viri, secũdus gradus, primum genus.		Filij fratris vxoris, secundus gradus, primum genus.	Vxor filiorũ fratris vxoris secundus gradus, secũdum genus.
Vir neptis fratris viri, tertius gradus, secundum genus.	Nepotes fratris viri, tertius gradus, primum genus.		Nepotes fratris vxoris, tertius gradus, primum genus.	Vxor nepotũ fratris vxoris tertius grad⁹ secundum genus.
Vir proneptis fratris viri, quartus gradus, secũdum genus.	Pronepotes fratris viri, quartus gradus, primum genus.		Pronepotes fratris vxoris, quartus gradus, primum genus.	Vxor pronepotum fratris vxoris, quartus gradus, secundũ genus.
			Abnepotes fratris vxoris, quintus gradus, primum genus.	Vxor abnepotũ fratris vxoris, quintus gradus, secundum genus.


Et idem iudicium est de ascendentibus, scilicet patre vxoris, vel matre, auo, abauo, tritauo, patruo, auunculo, patruo magno, propatruo, &c. & ècouerso.

Arbor affinitatis cũ eius declaratione.

PRo declaratione huius Arboris, aduertendum, q̃ vt supra in materia est dictum, consanguinei viri sunt affines vxori in eodem gradu, sed in diuerso genere, quia viro sunt consanguinei, & vxori affines, & ècouerso. Vnde quo gradu persona distat consanguinitatis à marito, eodem distat affinitatis gradu ab vxore, & ècouerso, & ideo si protrahatur linea ad latus sinistrum ad filios fratrum mariti, distant secundo, tertio, & quarto gradu ab vxore, & ècouerso, nisi quòd vnus ex ijs quia distat quinto gradu consanguinitatis ab vxore, distabit & quinto affinitatis à viro, & sic ibi licebit matrimonium.d.cap.fin. & idem in superioribus viri & vxoris notari poterit; & hi omnes sunt in primo genere affinitatis. Si vis verò habere secundum genus, adde filiabus fratris viri, maritum, hic erit in secundo genere affinitatis vxori, vnde mortuo proprio, & eius viro, poterit illum ducere. c. non debet, de consanguinit.

Arbor

Arbor Affinitatis ex Fornicatione.



Arbor affinitatis ex fornicatione, cũ eius declaratione.

PRo intelligentia huius Arboris, notandum, vt supra, copulam fornicariam non impedire, & irritare matrimonium, nisi intra secundum gradum, vnde fornicarius non poterit vxorem ducere matrem, filiam, vel sororem fornicariæ, cum sint ei iunctæ in primo gradu affinitatis, nec cum auia, amita, auuncula, filia fratris, vel sororis fornicariæ, cum ei iungantur in secundo gradu, & èconuerso fornicaria non poterit virum habere, patrem, filium, fratrem fornicarij, cum ei iungantur in primo gradu affinitatis, nec cum auio, patruo, vel auũculo fornicarij, vel filio eius fratris, cum illi iungantur in secundo gradu eiusdem affinitatis, vltra quos gradus non impeditur matrimonium, & prædicta intelliguntur, vt in materia est dictum, vbi fornicatio præcessit matrimonium cum eius affine, si enim est subsecuta, non dirimit matrimonium, vt ibi est dictum; Similiter & auus, patruus, auunculus, & filius fratris fornicarij, non possunt matrimonium contrahere, cum auia, amita, auuncula, filia sororis fornicariæ, quia ijs iunguntur secundo gradu, nec cum matre, filia, sorore ve eius.

De impedimento cognationis spiritualis. Cap. XIX.

Cognatio spiritualis quid sit, & qũo cõtrahatur.

NOtandum, quòd cognatio spiritualis est propinquitas personarum, ex collatione sacramenti, vel tentione ex statuto ecclesiæ proueniens, & contrahitur in baptismo, & confirmatione. c. veniens. de cogn. spirit. c. 1. 30. q 1. Coar. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 1. & 2. Sot. 4 dist. 42. q. 1. art. 2. conclus. 1. Nau. c. 22. nu 35. quæ verò oritur ex Catechismo non dirimit matrimonium. c per catechismũ. de cognat. spir. in 6. Coar. c. 6. § 4. nu. 11. Nau. c. 22. nu. 40. & 72. licet impediat, vt ibi.

Secundò, notandũ, quòd hodie vnus tantum, vel vnus, & vna ad summũ infantem de sacro fonte suscipere debent, inter quos ac baptizatũ ipsum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahitur; & ideo parochus debet interrogare quis electus sit ad suscipiendum è sacro fonte baptizatum, & eum tm̃ vel illum, & illã in libro describat, & alij etiam si tetigerint cognationem non contrahunt. ca. 2. sess. 24. in Trid. Conc. Vbi aduertendum virum & mulierem leuantem, non esse inuicem compatres, nec contrahere cognationẽ vllam, nec eam transfundere ad eorum coniuges, quo etiam ad baptizatum, nec vllam cognationem extare inter baptizantem, & patrinos: vt declarat Nau. c. 22. in Man. nu. 37. qui ibid. d. si nulli designãtur patrini culpa parochi, omnes cognatos fieri tangentes, quòd tñ esse videtur contra mentem Concilij. & eo casu dici posset, quòd nullus contraxerit cognationem, vt de consecrante plures hostias indeterminatas sup. tract. de Eucharistia est dictum, in quo tñ expectanda est decisio sacri Concilij Congregationis; vnde vir & vxor possunt simul leuare. gl. in cap. fin. 30. q. 4. Cand nu. 153. Et eadẽ quæ dicta sunt procedunt etiã

in confirmatione: vt ibi declarat Conc.

Tertiò, notandum, quòd si quis domi baptizatur, & in ecclesia exorcizatur, esse compatrem, qui domi non autem in ecclesia baptizauit, cum primum sit sacramentum, non secundum: vt d. Nau. d. c. nu. 40. licet id eueniat ignorantia sacerdotis iterantis baptismũ, cum secundum non sit sacramentum; & sic etiam in casu necessitatis cõllatus baptismus inducit cognationẽ: vt d. Sot. 4. dist. 42. art. 1. q. 2. Coar. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 4.

Cognatio spiritualis qũo impedit, & dirimit matrimonium.

Quartò, notandum, quòd si huiusmodi cognatio matrimonium sequatur nõ dirimit, c. dictum. cap. ad limina. 30. q. 1. cap. si vir. de cogn. spirit. sed amittit ius exigendi debitum, cum obligatione reddendi, si sit contracta extra casum necessitatis, vel ex ignorantia culpabili, secus si fuerit casus necessitatis, vel ignorantia inculpabilis. cap. 1. de eo qui cognat. consangu. vxoris suæ. & sequitur Sotus dist. 42. quæst. 1. art. 1.

Cognatio spiritualis per quæ sacramenta cõtrahat, & quæ nõ.

Quintò, notandum, quòd per alia sacramenta, exceptis prædictis, non contrahitur cognatio; probatur in c. 1. de cogn. spirit. in 6. Ratione, nam cognatio spiritualis per generationem spiritualem fit, huiusmodi generatio verò fit tãtum per baptismum & cõfirmationem, nam in baptismo datur esse spirituale, in cõfirmatione datur augmentatio gratiæ baptismalis, ergo. Nec obst. cap. omnes. 30. q. 1. vbi cuius confessio est audita, di. filius spiritualis, nam intelligiẽ per similitudinem, quia per doctrinã, & monita & ministeriis sacramenti reconciliatur Deo, & quòd ad pœnam abutentis filia spirituali, vbi ita deponitur clericus, ac si abuteretur propria filia; vel spirituali, cum nefas sit, cum duci debet ad vitam, retrahi ad gehennam, & qui dux esse debet salutis, ad perditionem perducat, & quòd in gratiam sacramentũ est institutum, quis eo in damnum abutat. Notandum etiam quòd per procuratorẽ nõ contrahitur spiritualis cognatio, nec per nuntiũ. Did. §. 4. nu. 6. quo casu contrahitur per procuratorem tenentem, quia oportet ad hoc vt cognatio cõtrahatur, quod puer teneat vel nudus, vel vestitus, vel in vase aliquo, vt d. Sot. 4. dist. 42. quæst. 1. art. 2. ad quod non sufficit consensus.

Vltimò, notandum, quòd baptizans filium suum ex concubina in necessitate non potest eam habere vxorem. Nau. d. nu. 40. His ita notatis.

Cognatio spiritualis impedit, & dirimit matrimoniũ, & qũo.

Vnica sit propositio. Cognatio spiritualis impedit, & dirimit matrimoniũ si illud præcedat; probatur in c. de eo. 30. q. 1. c. veniens. & c. vlt. de cogn. spir. Ratione probatur, nam sicut homo per carnis propagationem accipit esse naturæ, ita per sacramenta suscipit spirituale esse gratiæ, ergo sicut vinculũ ex carnis propagatione contrahitur, quod est naturale homini, vt est quædam res naturæ, ita & vinculum ex sacramentorũ susceptione resultat, quòd est ei supernaturale quatenus fit membrũ ecclesiæ. Vnde fit vt cognatio spiritualis, ita impediat matrimonium, sicut carnalis. Hoc autem impedimentum est tantum inductum iure canonico. c. vos ante omnia. de cons. dist. 4. Sot. 4. dist. 42. q. 1. art. 2. Silu. matr. 8. q. 7. non autem iure naturali, vel diuino. Quod tamen procedit quando baptizatus leuet infantem, aliàs nullam contrahit cognationem, vt dicit Silu. matrimonium. 8. q. 7. ver. 12. Sot. 4. dist. 42. q. 1. art. 3. & contrahitur hæc cognatio, licet quis leuet filium iudæi, vel gentilis, cum eius parentibus, vt tenet Sot. 4. dist. 42. quæst. 2. art. 1. sequutus in hoc D. Th. Nec opus est ad contrahendam cognationem, quòd patrinus respondeat, quia susceptio & leuatio de sacro fonte solum sunt de substantia, cætera verò de solemnitate. c. 1. vbi Doct. de cognat. spirit. in 6. D. Ant. 3. part. tit. 1. §. 3. cap. 15. Coar. 2. par. cap. 6. §. 4. num. 7.

Arbor Cognationis Spiritualis.

Mulier suscipiens—Vir suscipiens——Baptizans——Baptizati pater mater.

BAPTIZATVS.

Arbor cognationis spiritualis cũ eius expositione.

PRo declaratione huius Arboris, aduertendum non contrahi vllam cognationem inter virum & mulierẽ simul suscipientes, sed tñ inter suscipiẽtes & susceptum, & hæc dr̃ paternitas, & filiatio, & inter suscipiẽtes & patrem ac matrem suscepti in baptismo, vel cõfirmatione, & dr̃ compaternitas, quia simul fiunt patres suscepto, & inter baptizantem, siue sit clericus, siue laicus, & baptizatum, quæ dr̃ paternitas, & filiatio, & baptizantem ac patrem & matrẽ baptizati, quæ dr̃ compaternitas, ratione iam dicta, extra quos nulla contrahit hodie affinitas. ex d. cap. 1. sess. 24 in Tr. Conc. in fi. de quo & tr. de bapt. est dictũ.

De Cognatione legali. Cap. XX.

Cognatio legalis qd & quotuplex sit.

NOtandum, quòd cognatio legalis est propinquitas ex adoptione alicuius in filium proueniens. glo. in cap. 1. de cognat. legal.

Adoptio qd sit, quo tuplex, cur ĩtroducta, quis eius effectus, & qũo differat ab arrogatione.

Secundò, notandum, ꝙ adoptio est legitimus actus per quẽ quis fit filius, vel nepos alterius qui non est, & est triplex .s. adoptantis, & adoptati, & descendentium eius, quæ nec dissolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur. c. ita diligere. 30. q. 3. §. ergo. Instit. de adoptio. Secunda quasi transuersalis .s. inter adoptatum, & filios naturales adoptãtis durante adoptione, & filio naturali existẽte in potestate patris, & non aliàs. c. 1. de cogn. leg. l. qui per adoptionem. ff. de adopt. Tertia est quædam legalis affinitas inter vxorem adoptati & adoptantem, & adoptatum & adoptantis vxorẽ, quæ durat perpetuò; vt prima. l. adoptiuus. ff. de ritu nupt.

Tertiò, notandum, quòd adoptio est duplex per adoptionem, & arrogationẽ, per adoptionem primo modo adoptantur ijqui sunt in parẽtum potestate, vel filius, vel filia, nepos vel neptis imperio magistratus; arrogantur verò qui sunt sui iuris imperatoris authoritate. Instit. de adopt. in princ.

Quartò, notandum, ꝙ adoptio quò ad successionem est inducta iure ciuili, quo verò ad matrimonium iure canonico, ad hoc vt qui liberos proprios nõ habet, natura successionem optante habere possit.

Quintò, notandum, differentiam esse inter adoptionem, & arrogationem, nã per adoptionem filius non trãsit omnino in potestatem adoptanti, nec habet necessariò legitimam in bonis eius, nec pater tenetur ei quotam assis legare, succedit tamen ei ab intestato.

Arrogatus verò transit in potestatem arrogantis, nec potest excludi à legitima, succedit ei ab intestato; Præterea in adoptione non requiritur verba determinata, in arrogatione verò debet interrogari an velit arrogari; Præterea traditus in adoptionem extraneo non eximitur à potestate patris naturalis, & licet succedat adoptanti nõ tñ transit in eius potestatem: si verò traditur in adoptionem auo materno filij, vel paterno, aut alijs ascendentibus trãsit in eius potestatem. §. sed hodie. Instit eod.

Adoptare qs possit vel non.

Sextò, notandum, ꝙ minor natu non potest adoptare maiorẽ, & oportet excedat adoptatum decem octo annis, nec fœmina virum, nec frigidus, nec carentes testiculis: altero tamen sic, cum ars imi-

imitetur naturam. §.minorem.cum seq. Instit.eod. & potest adoptari etiam consanguineus adoptantis, dummodo nō sit in eius potestate. Sot.4.dist.42.q.2.ar.1. & ēt sacerdos, si naturaliter generare potest adoptare valet. Abb.in c.vnico. de cognat.leg.Cand.testans de cōi. n.17. & spadones qui accidētaliter generare possunt, & omnes demū qui generare possunt, modo sint sui iuris, & maiores viginti quinq; annis, aliàs .n. frigidus, vel impotens aliter copulæ nō potest. l.adoptio. ff.de adopt. D. Th.4.dist.42.art.1. q.2.& ibi Sot. Silu.adoptio.q.5. & alij.


Cognatio q̄ inducat p adoptionem, & arrogationē, & iter quas personas.

Sextò, notandum, inter filios adoptiuos, & naturales adoptātis impediri matrimonium dum adoptio durat. c.1.de cogn.leg. vbi gl.l.per adoptionem. ff de rit.nupt. Et semper vt supra inter ascendentes, & descendentes .s.inter adoptantem, & adoptatum. l.adoptiuus. ff.de ritu nupt.licet soluatur adoptio.l quia ét. eo. tit. Et etiam inter filium arrogantis, & arrogatum dum filius est in potestate patris.c.1. de cogn.leg. etiam si talis emancipetur. §.ergo. Instit. de adopt.c. ita.30.q.3. Nau.c.22.num.44.Sot.4.dist. 42. quæst.2. art.2. nec cum vxore adoptantis.d.l.adoptiuus. finita tamen adoptione per mortem adoptantis, vel emācipatione finitur impedimentū inter filios naturales, & adoptiuos, aliter matrimonium interim inter eos contractum non valet, nisi nouus consensus accedat, si tñ filia adoptantis sit sui iuris potest cum ea contrahere adoptiuus. gl.in d.c. 1.& ibi Innoc. Host. & Henr. c.adoptionem. 30.q.3. Imò matrimonium potest consistere inter filios adoptiuos, vel arrogatos ab eodem patre legali, nisi aliud canonicum obsistat, vt d.esse communē Coar.4.decr.2.par.c.6.§.5. Præterea inter adoptantem, & adoptiui matrē hæc cognatio non contrahitur; Non tamen potest qui aliquam in filiam adoptauit, contrahere cum aliqua eius descendente intra quartum gradū; nec cum vxore filij adoptiui eo mortuo, nec ècōuerso adoptiuus cum vxore adoptantis, potest tamen adoptans contrahere cū matre adoptati etiam filio viuente. Nec potest filius adoptiuus contrahere cum filia naturali adoptantis illo viuente, & in eius potestate manente, sed sic patre mortuo, vel filia emancipata, aut si est illegitima, vel ipse emācipatus. ita Nau. cap.22.nu.44.& 45. His ita notatis.

Cognatio legalis impedit, & dirimit matrimoniū, & quō.

Prima sit propositio. Cognatio legalis impedit, & dirimit matrimonium; probatur in c.ita diligere.30.q.3.c.1.de cogn.leg. Ratione, nam oīs cognatio impedit matrimoniū, sed legalis est cognatio ad instar naturalis, ergo impedit, idque in oībus speciebus, modo quo sup. licet de secunda aliqui dubitent. Nau.c. 22.nu. 44. potest tñ adoptatus contrahere cū filia illegitima adoptātis, vt supra. Nau.c.22.nu.45. Armil.matr.nu.18.

Arbor Cognationis Legalis.



Arbor cognationis legalis, cū eius expositione.

PRo declaratione huius Arboris, aduertendum, q inter adoptantem & adoptatū, & eius descendētes impeditur matrimonium; secundò inter vxorem adoptātis, & filium adoptatum, & adoptantem, & vxorem adoptati, & adoptatum.

adoptatum ac filios naturales adoptantis, donec durat adoptio, quæ, vt supra, finitur morte adoptantis, & emancipatione: vt d. Nau. loco cit. & non vltra.

De impedimento publicæ honestatis iustitiæ, & Concilij Trid. Cap. XXI.

Impedimentũ publicæ honestatis iustitię qd sit, cur inductũ, qũo & vt intelligatur.

DE hoc impedimento dictum est supra, videlicet, q contrahitur per sponsalia, quia indecẽs est eũ qui cũ aliqua sponsalia contraxit, cũ consanguinea eius matrimoniũ cõtrahere; Et q hodie hoc impedimentum nõ excedit primum gradum, & tñ vbi sponsalia fuerint valida. ex c. iustitiæ. sess. 24. in Tr. Conc. Et licet sponsalia inualida tale impedimentum non inducant, matrimonium tñ inualidum per verba de præsenti contractum, hoc impedimentũ inducit: vt declarat Pius V. in Bulla: Incip. Ad Rom. Dat. anno 1566.

Impedimẽtum de pñtentia parochi, & testiũ, qd sit, & qũo intelligatur.

His impedimentis addi potest impedimentum Concil. Trid. de clandestinis desponsationibus. cap. cum inhibitio. de cland. despons. & c. 1. sess. 24. in Trid. vbi statuitur denunciationes esse præmittendas tribus diebus festiuis, intra Missarũ solemnia, nisi videatur epõ eas esse remittendas, quia dubitatio esset ne matrimoniũ impediret malitiosè, si fierẽt, quo casu, eis omissis matrimonium fiat, sed ante copulã, emittantur; vbi notandum denunciationes esse fiendas diebus festiuis, non quibuslibet, sed ijs tñ qui ex præcepto, vel loci voto, aut consuetudine seruantur. arg. c. 1. de cons. dist. 1. Notandum etiam denũciationes fiendas esse intra Missas, non in vesperis, vel alia hora diei; Notandum item licet eps possit remittere publicationes, non posse tñ eas iubere fieri diebus ferialibus: vt sacra Congregatio Cardin. Conc censuit, Notandum item denunciationes posse remitti ab epõ nõ solum quando timetur ne matrimoniũ malitiosè impediatur, sed etiã ex alia causa episcopo benè visa, vt eadem Congregatio censuit. Notandum et q qñ est periculum instans impedimenti matrimonij, nec potest statim adiri eps, q parochus potest eas omittere, vt sentit Sot. 4. dist. 28. q. 1. art. 1. & 2. conclus. 2. Ledes. 2. p. q. 47. art. 5. Coar. 2. p. c. 6. in princ. cũ & Conc. Trid. id nõ prohibeat parocho eo casu, fine tñ glossæ additione. Notandum et publicationes non esse de essentia matrimonij, quin valeat si omittantur etiam de facto: vt d. Nau. c. 16. nu 36. & quãdo sponsi sunt diuersarum parochiarũ, debet matrimonium fieri in parochia sponsæ, cum fide parochi sponsi eius manu scripta, & sigillo apposito, q denunciationes emissæ sint, nec impedimentum apparuerit, quæ fides si sit alterius epatus, debet subscribi in epatu, & sigillo eiusdem muniri, vt moris est, & huiusmodi fides seruari, & matrimoniũ inde celebrari in facie ecclesiæ. i. præsentibus testibus, & parocho: vt d. Pan. in d. c. cũ inhibitio, licet tutius sit vt contrahatur in ecclesia, quo verò ad præsentiam parochi, & testium, ita est necessaria, vt si omittatur matrimonium sit nullum, ex Conc. prædicto, cum, licet ecclesia non possit immutare pertinentia ad matrimonium, & formam sacramentorũ, possit tñ inualidare personas contrahẽtes, & sic decernere eas non esse materiam debitam, nisi certo modo seruato, etiã extra impedimentum cõsanguinitatis, vt dictum est supra, & sic noua impedimenta adijcere, qui testes, & parochus authoritatem matrimonio præstant, nõ autem sunt eius ministri.

De impedimentis quæ impediũt matrimonium cõtrahendum, sed nõ dirimunt contractũ. Cap. XXII.

PRimum impedimentum qñ eps, vel parochus, aut iudex interdicit matrimoniũ donec constet illud impedimentum esse sublatum, cõtractum tñ tenet. c. 1. de matr. contract. Idem est si contra prohibitionem legis, vel

Impedimẽta q̃ impediãt matrimoniũ, & nõ dirimãt & qũo intelligãtur.

vel Papæ qñ illa lex habet temporalem nõ perpetuam causam prohibitionis.gl. in c.tua.de spons. vbi Abb.idem in c.ad dissoluendum. de despons.impub. Coar. 4.decret.2.par.c.6.nu.6.vnde matrimonium lite pendente super eo non debet contrahi, contractum tamen tenet. d.c. tua nos.de sponsal. Coar.ibi.

Secundum, qñ clam contrahitur, ꝙ tñ hodie est impedimentum dirimens, ex Conc.Tr.sess.24.c.1. vt supra latè est dictum, ꝙ intelligitur qñ fit sine præsentia parochi,& testium, quia si omittantur publicationes de facto, etiam sine licentia episcopi nõ ob id matrimonium est inualidum: vt dicit Nau.c.22.nu 69. Corduba, & alij.

Tertium, qñ temporibus ab ecclesia prohibitis,de quibus supra est dictũ,iuxta d. Conc. benedictio nuptiarum accipitur, vel solemniter in domum sponsa traducitur.c.capellanus.de fer.c.cum oportet.cum seq.33.q.4.Non tñ si matrimonium de præsenti, vel sponsalia tñ contrahuntur, vt d.gl.in d.c.capellanus. quia id licet omni tempore. Caiet.verbo,nuptiarum peccata in sum.Silu.matrim.7.q.3.D.Th.4.dist.32.qui d.prædicta tunc prohiberi, quia animus sponsorum ex rei nouitate, circa curam carnalium occupãtur,qui tñ spiritualibus deberent intẽdere,& Silu. ob eam rationẽ d.tpe feriarum prohiberi traductionem vxoris ad domũ viri etiã sine solemnitate conuiuij, & exactionem debiti si traducitur adhuc virgo ritè tñ benedicta, & quod est mortale prima vice,& prædicta agentes sunt separandi durante tẽpore feriarum: vt ibi d. nisi sit periculũ incõtinentiæ, in quibus tñ eps dispẽsar, modo id fiat sine solẽnitate & ex causa.

Quartum, sponsalia, de quibus latè est dictum.ex c.1.de sponsa duorum.

Quintum, qñ contrahũtur sponsalia, vel matrimonium cũ coniuncta cognatione spirituali ex Catechismo in baptismo. cap.1.de cognat.spir.in 6. c.ante.de consec.dist.4 quæ hodie restringitur vt & in baptismo.Nau.c.22.nu.32.

Sextum, votum simplex, de quo latè supra.

Septimum, si contrahitur cum illa quam quis scit castitatem vouisse.gl.in c.non nouimus.17.q.2.& si de facto contrahitur post mortem coniugis non potest eps dispensare super illo voto, sed solus Papa.Victoria.num.293.

Octauum, iuramentum, arg. c.debitores. de iur. & idem de consuetudine, quæ induceret tale impedimentum. gl. in d.c.1.de cogn.sp.Nau.c.22.nu.46.

Nonum,ob septem delicta,quæ impediunt non dirimunt,vt d.gl.in c.qui presbiterum,de pœnitentia, primũ incestus. c.1.& 2.c.transmissæ. de eo qui cogn. ꝙ intelligitur tñ qñ cognouit consanguineam vxoris non propriam post matrimonium eo constante: vt hr in cap.1.de eo qui cogn.Coar.2.part.c.6.nu.4. Nau. c.22. nu.75. si tñ ignorarit esse consanguineam non impeditur. Vict.nu.238. Secundum vxoricidium.cap.admonere. 33.q.2. & èconuerso: vt d.Nau.cap.22, nu.24.qñ id fit authoritate priuata,non publica. Tertiò, raptus sponsæ alterius. c.statutum.20.q.2. & hodie impedit nisi rapta libera dimittatur. c.7. sess.24.Tr. Conc.& huiusmodi raptor est excõicatus,vt ibi dr, ꝙ probabile est quãdo rapuit inuitam, si enim volentẽ,licet inuitis parentibus non videtur ꝙ incurrat excommunicationem,cum is iure canonico non dicatur raptor, vt not. in c.1. de raptor. Quartò, proprij filij de fonte susceptio animo ne vxor à se debitũ petere possit.cap.de eo.30.q.1.Quintò, presbitericidiũ.d.c.qui presbiterum. de pœn.licet non sit is cõuictus. Sextò,peccatum ob ꝙ solemnis pœnitentia iniuncta fuit.c.de ijs.33.q.2. Septimò,contractus matrimonij scienter cum moniali, quibus casibus matrimonium impedir, sed non dirimitur.Nau.c.22.num.47.

Decimum, peccatum mortale cũ indignè tractet sacramentum.D.Ant.3 p. rit.1.c.19.§.6. Coar.d.c.6.2.p.decr.

Vndecimum, excommunicatio. c.1. de eo qui dux. quam poll. Coar.ibi n.3. super impedimento autem incestus potest dispensare episcopus & debet, si timetur incontinentia. cap. ex literis. 2. de eo qui cogn.

Duo-

Duodecimum, qñ contrahitur ob finem mortaliter malum, vt ob aliquem occidendum, liberius adulterandum, & huiusmodi. Nau. ibi. nu. 79.

Tertiumdecimum, habitus religionis professorum susceptus extra religionẽ, à non habente potestatem incorporandi religioni impedit matrimoniũ, sed non dirimit. cap. consuluit. vbi Abb. qui eler. vel vou. Sciens verò impedimẽtum iussus sub pœna excommunicationis reuelare, tenetur illud denunciare monendo contrahentem vt desistat, aliter denunciando superiori si nolit desistere, non tamen id debet manifestare quando iusta ignorãtia contrahentes id ignorant, nisi id dirimat matrimonium.

Quartumdecimum, iusta prohibitio parentum impedit matrimonium. Nau. c. 14. nu. 15. quia sic inobediens sine causa mortaliter peccat, contractum tamen tenet. cap. 1. sess. 24. Trid. Conc. est verò mortale in impedimentis dirimentibus contrahere cum quis est in peccato mortali, vel excommunicatus, aut cum excommunicato contrahit, vel post votum castitatis, vel religionis, vel adest prohibitio iudicis ecclesiæ, vel superioris, vel cũ alia per verba de futuro contraxit sponsalia. Cand. num. 109.

Dispẽsare in quibus impedimẽtis matrimonij, Papa possit, vel non: & in quibus episcopus, vel non.

Repilogando verò dicta de dispensatione in impedimentis matrimonij, Papa non potest dispensare in impedimento erroris personæ, nec metus, cum per id tollatur consensus, qui requiritur ad matrimoniũ, nec Papa possit tollere ea quæ sunt iuris naturalis, vel diuini: vt d. Nau. in Man. c. 22. num. 84. In impedimento verò erroris cõditionis seruilis, consentiente vtroque, non video quare non possit, cũ iure humano sit introducta: in voto tam simplici, q̃ solemni potest, in cognatione omni dispensare potest, præterquã cũ patre, & filia, vel nepte ex filio forte, vel filia, & inter fratrẽ, & sororem, vt supra; in crimine potest, quia iure humano impedimẽtũ extat: in disparitate cultus probabile est, quòd possit cum non sit impedimentum iure naturali, vel diuino, vt supra; in ordine potest, vt supra: in ligamine non potest cum poligamia omni iure prohibita sit, vt supra; in honestate potest, & etiã in affinitate. In impedimento frigiditatis cum sit impedimentum ex parte naturæ, non videtur quòd detur dispensatio, nisi de consensu velint habitare, vt frater & soror.

In impedimento feriarum, & prohibitionis eps potest dispensare: vt not. in c. 1. cum seq. de matrim. contra int. eccl. In sponsalib. ex causa ea dirimit, vt sup. In Catechismo solus Papa, qui est supra ius positiuum, dispensat. In voto simplici si sit perpetuæ continentiæ nõ potest eps dispensare, secus si temporalis, vel de non nubendo. In iuramento ex causa videtur q̃ possit dispensare, & in septẽ delictis. In alijs, sublatis impedimentis, non est opus dispensatione, excepto forte penultimo, si ibi est votum simplex, & si velit redire ad seculum ante professionem est opus dispensatione, & generaliter potest eps dispensare in omnibus impedimentis non dirimentibus: vt d. Pal. 4. dist. 28. q. 2. Ant. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Nau. c. 22. nu. 85. q̃ tñ non procedit in voto simplici religionis, vel castitatis perpetuæ, q̃ Papæ reseruatur. Imò dicit Nau. ibid. q̃ eps potest dispensare post contractum in impedimento dirimente qñ impedimentum est occultum, & matrimonium publicum, & separatio fieri non potest sine magno scandalo, nec recurri potest ad Papam, vel eius nuntiũ ob magnam paupertatem, vel ex alio legitimo impedimento, q̃ potest procedere quando aliter ijs succurri non possit, quòd tamen non video quomodo sit, cũ huiusmodi gratis dispẽsationes dentur, & dũ expectatur Papæ dispensatio possint permitti cohabitare vt frater & soror, modo non sint in mora eam procurandi, nec adsit periculum peccati.

Dispensatio in gradib. prohibitis ex quibus caussis fiat.

Causæ verò legitimæ ad dispensandũ sunt septem: primò, ignorantia rigoris prohibitionis. iuxta Ap. 1. Tim. 1. secundò, proles iam habita. c. si. 35. q. 8. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. tertiò, diuturnitas matrimonij malè contracti iuribus prædictis: quartò, scandalũ inde oriturum mortis puellæ, & cognatorũ.

c. qui

c. qui circa. de consang. quintò, vbi puella est pauper, & patruelis iuuenis vult eā honestè dotare. arg. leg. 1. ff. sol matr. sextò, minor ætas quæ miseratione inducit. arg. l. auxilium. ff. de min. maximè in contracto: septimò, vbi aliqua ducit indotata arg. d. l. 1. vel vbi nō habet puella dotem sufficientem qua se honestè valeat iuxta eius statum matrimonio copulare, nisi consanguineo iungatur: octauò, additur angustia loci, vbi omnes ferè sunt consanguinei, tunc enim id conceditur. Nau. cons. 6. de consang. Ex stilo verò concedi solet ex quatuor causis quarta, quinta, septima, & octaua supra allegatis, & hodie conceditur etiam sine causa, dummodo personæ contrahentes ortæ sint ex honestis familijs, ꝙ intelligitur iuxta eorum statū arbitrio boni viri; Compositio q̄nque etiā persoluitur, vel in pœnam incestus, vel ob aliam iustam causam arbitrio Sanctiss. D. Papæ, & soluuntur pro expeditione Bullarum solicitatoribus, vel alijs, in quarto a quali septem aurei nummi, in tertio, & quarto, vndecim, in tertio, viginti, quòd iustè fit, de quo alibi cadit sermo.

De dispensatione in gradibus, & impedimentis matrimonij, & pœna cōtrahentium incestas nuptias, & filiorum legitimatione, ac matrimonij accusatione. C.XXIII.

Dispēsatio quid sit, & vt differat ab Iterpretatione.

Notandum differre dispensare circa ius, & declarare iura, nā ius interpretatur qui ita id explicat, vt apertè ostendat, an ius id ꝙ agitur includat, vel ne. l. fi. C. de legib. c. cum venissent. de iudic. vt lex naturalis non occides, per humanas leges ita sæpè explicatur, vt constet per eam homicidium ad defensionem nō prohiberi. l. vt vim. ff. de iust. & iur. clem. vnica. de homicid. sic etiam lex furti declaratur, vt nō habeat locum in extrema necessitate. c. si quis. de furtis. Dispensat verò circa ius, qui data legis obligatione ab ea aliquē eximit, nam lex ponitur respiciendo ad id ꝙ est vt in pluribus bonum, sed quia id contingit in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu legem nō esse seruandam: vt d. D. Th. 2. 2. q. 88. art. 10. Vn de Papa circa ius diuinum, vel naturale potestatem habet interpretandi non dispensandi: vt d. D. Th. quodlib. 4. ar. 13. & quodlib. 9. art. 15. Tur. Cr. lib. 2. de eccles. pot. c. 107. Maior. 4. dist. 24. q. 12.

Secundò, notandum, vt supra, causam requiri ad dispensationem faciendam, vnde si Papa sine causa cōtra ius dispenset, valet quidem dispensatio, sed tamen non deberet fieri, & licet actus sit validus, dispensatus tñ non caret peccato, vtendo huiusmodi dispensatione. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Caiet. 2. 2. q. 6. art. 5. ad fi. Innoc. in cap. cum ad monasterium. de statu reg. latè Coar. 4. decr. 2. par. c. 6. §. 9. quæ tñ intelligūtur in impedimētis in Leuitico prohibitis, quia in prohibitis iure humano tantum verior est opinio, quòd etiam sine causa possit dispensare: vt not. in c. non est. de voto. Innoc. in c. cum ad monasterium. de statu mon. Spec. tit. de leg. § nunc hf. ver. 15. Dec. cons. 141. vol. 1. nō solet tñ id ordinariè facere, & Papa potest dispēsare in omnibus impedimentis iure humano inductis. c. cuncta. 9. q. 3. c. proposuit. de concess. præb. excepto impedimē to inter ascendentes, & descēdentes modo quo supra, & erroris, ac defectu rationis. Cand. num. 24. Iusta autem causa est, proles ex consanguinea suscepta, si tñ bona sit fide suscepta: vt d. Coar. in d. c. §. 10. nu. 13. aliàs non, quia non sufficit incestus secutus, cum delictum nemini prodesse debeat: vt ibi d. nisi ob scandalum vitandū. Est etiam iusta causa si mulier ducatur indotata fauore matrimonij, vt not. in l. 1. ff sol. matr. vel si dotem habeat minus sufficientem, iuxta status sui conditionem, & consanguineus eam accipiat ita, & sufficit quòd dos sit incompetens mulieri cū polcente se, licet competens sit cum sibi pari vt d. Nau. in Man. c. 22. nu. 87. licet multi cōtrarium seruent. Vel si locus sit angustus,

Dispēsatio i matrimonio an possit fieri sine causa, & q̄ sint iustæ causæ.

gustos, vt ibi, nisi cõsanguinei sint cum quibus contrahi possit, vel difficulter alij paris conditionis habeantur, & hæ causæ de stilo admittuntur, & aliæ possunt sufficere etiam ad Papæ beneplacitum, vt nunc seruatur, vel si sint inimicitiæ, Nau. c. 22. in fi. oportet autem exprimere si matrimoniũ est cõtractum, vel si adest ibi publicæ honestatis iustitia, vel si sit alterius sponsa, & hmôi.

Dispẽsare vbi eps nõ possit.

Non potest autẽ episcopus dispensare circa prohibitionem. c. non debet, cum sit prohibitio facta in Concilio generali, vt omnes not. in c. at si clerici. §. fin. de iudic. Abb in c. proposuit. de cõcess. præben. Nec etiam legatus à latere, glo. in c. quia circa. de cõsang. Coar. d. §. 10. n. 11. Notandum etiam non licere dispensare in secundo gradu, nisi inter magnos principes, & publicæ vtilitatis causa: vt in Conc. Tr. sess. 24. c. dispensat. His ita not.

Dispẽsare in quibus gradib. Papa possit, & qb⁹ nõ.

Prima sit propositio. Papa dispensare nõ potest in prima linea ascendentiũ, & descendentiũ, nec probabiliter inter auũ & neptẽ, fratrem ac sororem, quia iure naturæ matrimoniũ inter has personas est prohibitum, vt supra. In alijs gradibus dispensare potest, non tamen conuenit dispensare in secundo gradu, nisi inter magnos principes, vt supra. In alijs gradibus potest dispensare, sed debet adesse causa, modo quo supra. Potest & Papa ex causa dispensare, vt fidelis con trahat cum infideli, vt inquit Bellar. lib. de sacram matr. cap. 24. 4. propos.

Matrimoniũ cõtrahentes in gradib. prohibitis, quibus pœnis subijciant iure ciuili, & canonico.

Secunda propositio. Cõtrahentes incestas nuptias multis pœnis subijciunt: Iure enim ciuili vir abiectus, verberatus in exilium mittitur bonis omnibus fisco adiudicatis, non existentibus eius filijs legitimis, qui fisco præferũtur. Vir verò honestus infamis effectus, & bonis fisco pariter applicatis in insulam relegatur. auth. incestas. C de incest. nupt. idq; à die commissi criminis, dicitur autem incestæ nuptiæ, quæ contrahuntur in gradibus iure canonico prohibitis, licet iure ciuili non sint prohibiti, Card. Abbas, & Præp. in c. & si necesse. de donat. inter vir. & vx. Dec. in c. 2. de testam.

Prædicta tamen intelligitur quã ab initio scienter incestæ nuptiæ contractæ sint, secus si à principio bona fide contractis, impedimentum detegatur, licet in contractu perseuerent. gl. in clem. vn. verbo, scienter. de consang. & ibi Doct. Fel. in c. examinata. de iudic.

Secundò intelligitur, quãdo sunt contracta sponsalia de præsenti. Bart. & Ias. in l. fi. ff. de condit. sine causa; imò secundùm leges, vt pœna habeat locũ oportet vt matrimonium sit consummatũ. d. c. & si necesse, vbi Abb. Card. Præp. & alij.

Tertiò, prædicta pœna non procedit data in contrahentibus ignorãtia iuris, vel facti etiam crassa, & ex lata culpa proueniens. Imo in d. clem. vn. de consang. & alijs pœnis subijciuntur, vt per Did. 4. decret. 2. par c. 6. §. 8.

Filij illegitimi qui, sint, & qb. casibus, q. bus ve nõ.

Tertia propositio. Contrahentes incestas nuptias sunt excommunicati. d. clem. vnica. de consang. & affin.

Quarta propositio. Filij nati extra matrimonium sunt illegitimi, qui distinguuntur secundùm gradus distinctos supra in sacramento Ord. sub cap. de qual. ordinand. c. quod nobis. qui fil. sint leg. Prædicta tamen recipiunt interpretationem, nã nati ex infidelib. in gradu iure naturali non prohibito, sed tñ canonico non sunt illegitimi si ad fidẽ conuertantur eorũ parentes. c. fi. qui fil. sint leg. Secundò, filij nati ex matrimonio nullo ob fidem bonam alterius tantum parentis censentur legitimi, c. ex tenore. qui fil. sint leg. ad quod requiruntur duo, primò, quòd matrimoniũ sit bona fidẽ contractum: secundò, quòd sit in facie ecclesiæ celebratum. c. cum inhibitio. §. 1. de cland. desponf. c. 2. & ibi not. qui fil. sint leg. Vnde prædicti sunt legitimi quò ad feuda. Bald. in c. 1. §. naturales. fi de feud. & excludunt etiam substitutum relictũ si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. Dec. consil. 153. Et bona fides pſumitur dum mala non probatur. Bal. in l. qui contra. C. de incest. nupt. Et etiam lite pendente præsumitur bona fides in matrimonio. Præp. & Anch. in d. c. 2. qui fil. sint leg. Imò nati ante sentẽtiam, vel concepti lite pendente legitimi sunt, Præp. in d. c. 2. Imò appellatione pendente

te super sententia lata contra matrimonium concepti sunt legitimi. Ioan. And. Præp. & Card. in d.c.2. Idem est de conceptis etiam post hanc sententiam pendente tempore decem dierum ad appellandum. c. non solum, in princ. de appell. in 6. licet hoc casu, & præcedente præsumatur mala fides ob authoritatem sententiæ. Dec. in rubr. de appell. Vnde & lata sententia pro primo, & pendente appellatione, contractum cum secundo dr mala fidei. Fel. in c. lator. n. 11. de re iud. Vnde è conuerso sententia lata pro matrimonio inducit præsumptionem bonę fidei. Coar. in 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 1. Quō verò probetur filiatio, & an credatur matri, & an possint spurij in aliquo succedere, declarat Coar. d. 2. par. c. 7. §. 3. cum seq. & notatur in c. officij. de pœnit. & remiss. per Abb. & alios ibi.

Filij qualiter legitimentur, & quō, vel à quibus, & quid acquirant.

Legitimantur autem filij per subsequens matrimonium, si ibi poterat esse coniugalis consensus. c. tanta. qui fil. sint leg. Idq; intelligitur siue natiuitatis, siue cōceptionis tempore potuerit inter eos esse matrimonium. l. qui in vtero. ff. de statu hom. glo. in d.c. a. recepta. Et et si concubina non sit domi retenta. gl. in cap. innotuit. vbi Abb. de elect. & in d.c. tanta. Et etiam si sint nati ex clerico in minoribus constituto et q ecclesiasticum beneficium obtineret. Ioan. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. Et etiam si concepti sint à monacho intra annum probationis ante professionem, quia inter illos potuit cōsistere matrimonium. Præp. in d.c. tanta. non tñ si tẽpore conceptionis mater erat infidelis, quia per subsequens matrimonium non efficiuntur legitimi. Host. Io. And. Card. & Abb. in d.c. tanta. Et etiam si non interueniũt nuptialia insta legitimantur per matrimonium subsequens. gl. in cap. 1. 30. q. 5. Abb. in d.c. tanta. cum iure canonico nō sint necessaria: vt ibi not. Et etiam si parentes sint fortuna, & diuitijs dispares. Ias. consi. 234. 2. vol. Io. Lup. in c. per vestras. de donat. inter vir. Et etiam si matrimonium sit contractum ab infirmo propè mortem, vel à sene decrepito. Io. And. in d. regula. Abb. in c. a. de frig. Io. And. & Præp. in d.c. tanta. Et procedit et si cōiuges tempore cōtractus matrimonij recusent filios fore legitimos, quia non possunt filijs præiudicare. arg. c. inter cætera. 15. q. 4. c. si diligenti. de foro compet. Et etiam si sint concepti cū essent soluti, & postea cum alijs contraxerint, tū inter se eo matrimonio soluto. Ioan. And. d. reg. sine culpa. Præp. d. cap. tanta. Et etiam si sint nati ex coniugato & soluta ipsa ignorante, q esset coniugatus. arg. cap. ex tenore. qui fil. sint leg. Et etiam si susceperit ex consanguinea, & ignarus consanguineus cum ea contrahat. Ant. d.c. tanta. nu. 9. Hæc verò legitimatio cōprehendit filios viuos tempore matrimonij nō mortuos. Et ita intelligitur, vt is sit legitimus quo ad omnia, ac si ab initio legitimus conceptus esset, gl. recepta cōmuniter in d.c. tanta. Et ideo succedat maioribus suis, & collateralib. et ab intestato. Ang. consi. 10. Et ita etiam posset recuperare bona à cōsanguineo vendita ratione proximitatis. Guil. Bened. in c. Raynutius. de testam. n. 161. Et etiam admittitur ad emphiteusim ecclesiasticã quam pater habuerat, Paris. consil. 13. volu. 2. num. 43. Et etiam in epm eligi potest sine dispensatione. gl. in c. innotuit. vbi Abb. Ant. & alij. de elect. Dec. in cap. cum in cunctis, col. 2. de elect. Hodie tñ non potest esse Cardinalis ex Constit. Sanctiss. Sixti V. de Card. elect. nisi à principio sit natus legitimus. Vlterius admittit ad ea quæ etiam statuta tribuunt filijs tantum legitimis. Abb in d.c. tanta. col. 2. Ant. in c. per venerabilem. eod. Et etiam admittitur ad feuda. Abb. in d.c. innotuit. de elect. Et etiam ad primogenituram. Ioan. And. in d. reg. sine culpa. Imò & donatio reuocatur ob legitimitatem per subsequens matrimonium. Bal. in cap. innotuit. de elect.

Illegitimi qualiter distinguant, & quid ijs debeatur.

Distinguuntur verò filij illegitimi, vt dixi in sacramento Ord. in varios ordines, vt noti spurij &c. Naturales ex his succedunt patri in duabus vncijs hæreditatis non existentibus legitimis. auth. licet. C. de nat. lib. gl. Abb. & Præp. in d.c. tanta. & si sint ei filij legitimi potest

eis pa-

eis pater relinquere vnciã hæreditatis. l.1. cum auth. C. de nat. lib. Imò carens legitimis potest relinquere hæreditatẽ naturalibus etiã si habeat ascendentes, dummodo eis legitimam relinquat. authen. licet. C. de nat. lib. Et donatio facta à patre natiuitate filiorum naturalium reuocatur. l. si vnquam. C. de reuoc. don. Et succedit matri æqualiter cum legitimis, etiam si mater sit illustris. l. si qua illustris. C. ad orfic. Ang. Aret. in §. nouissimè. Instit. ad orfic. Spurius tamen non succedit matri etiam ex testamẽto cum legitimis. d. l. si qua illustris.

Filij illegitimi sunt alendi à parẽtibus, & quõ, cũ ampliationib. & limitat.

In foro verò conscientiæ filij ex quocunque damnato coitu nati à parentib. sunt alendi. cap. cum haberet. de eo qui cogn. quam poll.

Ampliatur, vt hoc ius pacto partiũ tolli non possit. Spec. tit. qui fil. sint leg. §. 1.

Secundò, ampliatur, vt nulla consuetudine, nec statuto possit contrariũ induci. Abb. in c. si. de consuet. etiam si filius maior sit decem & octo annis, statutum enim statuens illum ali non debere inualidum est. Anch. in c. 1. de constit.

Tertiò, ampliatur, etiam si quis vxorem duxerit sine licentia patris, sine dote, modo honestã duxerit. Dec. cõs. 231.

Quartò, ampliatur etiã si pater prohibuerit ei alimenta deberi in testamẽto. Bald. in l. quod pauperibus. C. de epis & cler. hæc verò alimenta iure canonico debentur. d. c. cum haberet. nam iure ciuili negantur spurijs. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Et debent ali iuxta parentum & filiorum qualitatem. gl. in l. nepos proculo. ff. de verb. sign. Ias. in §. si. Instit. de actio.

Quintò, ampliatur, vt pater teneatur assignare dotem filiæ spuriæ, vt & eam alere. Bart. in d. auth ex complexu. Abb. in d. cap. cum haberet.

Sextò, vt etiam à patris heredibus alantur. d. authen. licet. C. de nat. lib. Abb. consil. 115. 2. volum.

Septimò, vt etiam aui & proaui ad idem teneantur. Abb. in d. c. cum haberet. Soc. consi. 161. 2. vol.

Limitatur si filius habeat patrimoniũ, vel arte aliqua polleat, qua se sufficiẽter alere possit dum illã detinet, vel si pater pauper sit ita vt eũ alere nõ possit; tunc enim à patre nõ est alendus. Abb. in d. c. cũ haberet. Soc. cõs. 141. 4. vol. nisi dedecus sit filio talem vitã exercere, vel impotens, vt dicunt prædicti. Nec in domo publica sufficit eum alere. s. in xenodochio. c. cum haberet. de eo qui cogn. Nau. c. 14. n. 17. si potest per se, vt supra, de quo alibi dixi latè lib. de casibus reseruat. c. 15. & in expos. 4. præcepti.

Ali verò debet primo triẽnio à matre post à patre. gl. in d. c. cum haberet. etiã si mater nobilis sit, quia adhuc tenetur eũ lactare, nisi careat lacte, quo casu est tradendus nutrici expensis patris. Et ẽt post triennium mater tenetur si pater eget: vt d. Abb. in d. c. cũ haberet. & in d. c. si. col. 2. Coar. 4. decr. 2. par. c. 8. §. 6.

Legitimi filij quib. casib. fiãt.

Secundus casus quo filij efficiũtur legitimi est per dispensationem Papæ, qui tñ procedit tñ quò ad ordines suscipiendos, non quò ad bona temporalia. c. per venerabilem. qui fil. sint leg. Ex causa tñ ardua, quæ fidei religionis, & Christianæ Reipubl. vtilitatem præ se ferat, potest Papa legitimare subditum principi seculari et quò ad bona & munera obtinenda. d. c. per venerabilem. Coar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 16.

Tertius, si pater nominet eum legitimum hæredem, & filius postea testamẽtum Imperatori offerat, nisi testator habeat alium filium legitimum.

Quartus, si deficiente aliquo legitimo filius ipse se curiæ Cæsaris offerat ad aliquod officium obeundum.

Quintus, si pater publico instrumento cum trium testium subscriptione eũ legitimum nominet.

Sextus, si filia naturalis nubat officiali curiæ.

Septimus, si concubina ipsa filium offerat Cæsari iuxta tamẽ prouinciæ morem. Et hæc iure Cæsarum. C. de natur. lib. per tot. auth. quibus modis nat. efficiantur legitimi per tot.

Legitimare qs possit, & ad q.

Legitimare verò potest Papa omnes, cõcedendo matrimoniũ in gradu prohibito etiam ante conceptos, si tñ Papæ eius rei fiat mentio. Abb. in d. c. per venerabilem.

nerabilem. & ibi Io. And. Card. & Præp. secus verò vbi Papa nõ legitimaret matrimonium contractum, sed tñ concederet facultatem permanendi in illu vel contrahendi, quibus casibus etiã si prolis susceptæ fiat mentio nõn censetur eam legitimare. Bal. consi. 129. 3. vol. nisi proles in specie legitima efficiatur: vt d. Abb. in d c. tanta. & ibi Card.

Nullus verò princeps potest legitimare sibi non subditum quò ad bona intra alterius regni limites existentia, etiam ex consensu eorum quibus ex legitimatione præiudicium fit. d. c. per venerabilem. quia ius legitimandi competit principi sub cuius iurisdictione legitimandus subest in signum subiectionis. d. c. & auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. illud; aliter legitimatio non tenet. Anch. consil. 320. Abb. & Ant. in d. c. per venerabilem. Potest tñ princeps legitimare sibi subditum etiam intra alterius territorium existentẽ, vbi nullus est citandus, vel sine citatione legitimationi cõsensit, etiam quò ad bona intra territorium alterius principis existẽtia, modo nõ fiat præiudicium subdito illius principis. Coar. d. §. 8. nu. 17. Et etiam potest legitimare filium clerici: vt ibi d nu. 17. Delegatus etiam à principe potest legitimare, & si legitimat eum qui non poterat esse filius legitimus parentum vt adulterinus ex principis commissione huiusmodi dicitur potius dispensatio q̃ legitimatio. Castr. consi. 30. 1. vol. Soc. consil. 65. Coar. d. §. 8. nu. 3. illatione 3.

Legitimatio q̃d sit. Legitimatus verò potest dicere nullum vel inofficiosum testamentũ paternum, & debetur ei legitima in bonis paternis. §. igitur. Auth. quib. mod. nat. effi. legit. Ad Cardinalatum verò nemo vnq̃ legitimat. Coar c. 8. §. 10. Hæc latè deducitur p Coar. in d §. 8. cũ seq. & alios.

Matrimoniũ in incestu contractũ est dirimendum, & q̃uo. Quinta propositio. Omne cõiugium, q inter consanguineos, & affines est cõtractum per diuortium est dirimẽdum. c. non debet. de consang. Ratione probatur, nam consanguinitas, & affinites est impedimentum dirimens, at omne matrimonium contractum cũ impedimento dirimente est dissoluendum, ergo.

Quò verò ad modum dirimendi; si sit contractum clandestinè, possunt & debent coniuges se ab inuicem, non expectata sententia ecclesię, separare: si verò sit in facie ecclesiæ contractum, si impedimentum fuerit manifestũ, possunt priuata authoritate discedere, nisi sit scandalum viciniæ quia impedimentũ constare non possit.

Matrimonium accusare q̃s poss it, q̃uo, & quid in his agendum. Qñ verò per rebellionem illegitimũ matrimoniũ retinetur datur locus accusationi. c. à nobis. c. videtur. c. cũ tua. qui matr. accus. poss. quia accusatio est inducta, ne qui innocens existimatur in culpa persistat; accusare verò matrimonium is tñ potest cuius interest. s. vir & vxor, denunciare verò potest etiam extraneus. c. quod in tua. c. à nobis. c. significante. qui matr. accus. præferuntur tñ consanguinei. c. consanguineos. 35. q. 6. quia præsumitur magis scire impedimẽtum: vt d. D. Th. deficientibus verò illis admittuntur extranei. Et qñ agitur de causa impedimenti consanguinitatis p̃feruntur parentes, qñ verò agitur an sit contractum matrimonium vel ne, præferuntur extranei; Non possunt tñ accusare matrimonium, qui fuerunt qñ debebant accusare, nisi probent tempore bannorum fuisse absentes, vel aliter matrimonij tractatus non habuisse notitiã. cap. cum in tua. qui matrim. accus. poss. In accusatione verò matrimonij testes adhiberi debent, & ad dirimendum matrimonium consanguinitatis præferuntur cognati, imò à stipite est incipiendũ si fieri potest. c. tua nos. de consang. c. cõsanguineos. c. videtur. 35. q. 6. & c. videt. qui matr. accus. poss. fine testibus enim matrimonium nõ dirimitur, nec in hoc statur dicto coniugum. cap. consanguinei. de sentent. & re iud. & testes debent esse circunspecti, & omni exceptione maiores. cap. 1. de consanguin. & affin. Ad matrimonium autem nondum contractum impediendum sufficit vnus testis. c. super eo. de testib. ob periculũ ne cõtrahant in peccato, & impedimento, ad dirimendũ verò illud plura requiruntur testimonia. Qñ verò accusatur non crimen, sed matrimonium multa specia lia

lia concurrũt, quia poteſt idem eſſe accuſator & teſtis, nec ibi exigitur iuramentũ calumniæ, & parentes ac cognati in teſtimoniũ admittũtur, nec omnino ordo iudiciarius ſeruatur, & poſt publicationes teſtium etiam alij teſtes admittuntur. Econuerſo poteſt matrimonium defendi, vel in petitorio, vel in poſſeſſorio. In primo, vt ſi mulier dicat aliquem ſibi fidem dediſſe, vel eam duxiſſe, & nolle fidei ſtare. c. i. c. veniens. c. ex parte. de ſponſal. In ſecundo, vt quia cum matrimonio ſint vſi, alter vana impedimenta opponat, vt diſcedat. cap. ex conquæſtione. c. ex transmiſſa. de reſtit. ſpol. Et in primo caſu qui accuſat poteſt opponere, ꝙ ſint conſanguinei, vel aliter contrahere prohibiti, & interim non cogantur cohabitare. c. fin. de cogn. ſpir. In ſecundo, quia melior eſt cõditio poſſidentis, non obſtante exceptione regulariter qui poſſidet eſt reſtituendus, niſi in quibuſdam caſibus, vt ſi petenti cohabitationem opponitur ſæuitia, vel metus mortis, quia tunc mulier ſequeſtratur. d. c. ex transmiſſa. & c. literas. de reſtit. ſpol. Vel ſi opponatur hæreſis petenti reſtitutionem, vel ꝙ ſine contumelia Creatoris cohabitare non poſſunt. c. gaudemus. de diuort. Vel ſi poſt matrimonium ratũ alter dicat ſe velle ingredi religionem, quia tunc datur ſpatium duorum menſium. c. ex publico. de conuer. coniug. Et lata ſententia ſi ab ea nõ appellatur, nõ admittitur exceptio non tñ ſi reus abſoluitur, quia cũ matrimonium ſit iure diuino qñcunq; conſtiterit ſententiam contra rei veritatem eſſe prolatã, matrimonium ꝙ erat diſſolutũ, in integrũ reſtituitur, & quod erat pronunciatum eſſe validum dirimitur. Ita D. Th. diſt. 41. q. 1. & ibi Sot. q. vn. art. 5.

De ritibus nuptiarũ. Cap. XXIIII. & vltimum.

Matrimoniũ quibus ritib. fieri debet, & q ſint de ſubſtantia, vel non.

Notandum primò, ꝙ ſicut in alijs ſacramentis, ſic in matrimonio, quædam ſunt de eſſentia ſacramenti, quibus omiſſis non eſt ſacramentum, quædam ad ſolemnitatem ſacramenti pertinent, quibus omiſſis verum perficitur ſacramentum, licet peccet qui omittat; conſenſus autẽ de præſenti inter perſonas legitimas eſt de eſſentia, nam matrimonium facit, cum præſentia tñ hodie parochi, & teſtium ex c. 1. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. alia autem omnia ſunt de ſolemnitate, quia ad hoc adhibentur, vt conuenientius fiant, vnde ſi omittantur verum eſt matrimonium, licet peccent ſic contrahentes, niſi ex aliqua cauſa legitima excuſenſ. Tur. Cr. in c. aliter 30. q. 5. De ſolemnitate requiritur, vt vxor petatur ab his qui ſuper puellam dñationem habent, & à quibus cuſtoditur, & à parentibus, & propinquioribus ſponſer, & legibus dotetur, & ſuo tempore cum precibus, & oblationibus à ſacerdote benedicatur, & à paranimphis cuſtodita & ſociata à proximis iuxta leges dotetur, ac ſolemniter accipiatur, ac biduo, vel triduo orationi vacent, & caſtitatem cuſtodiant. c. aliter. vbi Tur. Cr. 30. q. 5.

Denunciationes matrimonij fieri debẽt, quare, qñ remitti poſſint, & à quo, & à ſint de ſubſtantia.

Secundò, requiritur, ꝙ matrimonium fiat publicè, nõ clandeſtinè, ꝙ ita tripliciter dr: primò, qñ contrahitur ſine præſentia teſtium, vt inde nulla legitima probatio haberi poſſit. cap. quod nobis. de cland. deſponſ. Secundò, ꝙ ſine ſolemnitatibus conſuetis contrahitur, licet in præſentia teſtium. d. c. aliter. Tertiò, qñ fit ſine præmiſſa denunciatione. c. cum inhibitio. de cland. deſponſ. quolibet tñ horum modorum ſi fiat inter perſonas legitimas mutuo de præſenti accedente conſenſu verum eſt matrimoniũ ſecundùm Dei, & conſcientiæ iudicium: vt d. ibi Tur. Cr. ad quod tñ hodie requiritur parochi, & teſtium præſentia, vt ſupra. Ideo autẽ clandeſtina matrimonia prohibentur, vt d. Tur. Cr. ibid. ad pericula euitanda, quia qui in occulto contrahũt eos pœnitet, & cũ alijs de facto contrahunt, & cum non poteſt primus contractus probari neceſſe eſt eccleſiã decipi, & contra veritatem dare ſententiam. Vel quia eccleſia non poteſt iudicare de his quæ latent. cap. erubeſcant. 32. diſt. ideo ſi de clam contractis coram iudice eccleſiaſtico nuptijs agatur, cum dubiũ

illi sit nõ interueniente ecclesiastica solemnitate an fuerit factũ matrimoniũ, non potest compellere seruare illud. c. 2. de cland. despons. & quandiu illi de coniunctione legitima fides non fit, ita coniunctos ex præsumptione certa scortationis ab inuicem discedere iubebit, & stuprũ de tali coniunctione iudicat. c. 1. 35. q. 5. atq; ab eo qui asserit contractũ matrimonium probatio exigitur. cap. 1. 30. q. 1. c. 1. de cland. despõs. licet quò ad Deum, qui occulta nouit Ps. 43. Heb. 4. quique testibus non indiget verum sit matrimonium, si legitimus accessit consensus quandiu id ecclesia non irritat. d. c. 1. sess. 24. in Trid. Conc.

Matrimonia clandestina q̃ dicantur, & quæ non.

Matrimonia verò non erunt clandestina tribus obseruatis; primò, si testes dum fiunt adhibeantur. l. fi. de rit. nupt. c. nullus. c. nostrates. 30. q. 5. ad quod hodie etiã requiritur parochi præsentia. ex d. c. 1 sess. 24. Tr. Conc. Secundò, si parentum, vel fratrum habeatur consensus. d. c. 1. 30. q. 5 & adsint paranimphi .i. cũstodes puellarum, & eis assistentes, docentes eas qualiter se hře debeant, à para q̃ est iuxta, & nimpha, q̃ est puella. c. vlt. dist. 23. & explicat Turr. Cr. in d. c. 1. 30. q. 5. Tertiò, si matrimonia celebrãda publicè in ecclesijs publicentur, modo infra dicendo. cap. cum inhibitio. de cland despons. quæ publicationes dicuntur publicè banna, à pan oti pantis græco. i. vt omnib. innotescat, vel à prima, secunda, & tertia denunciatione, quæ tñ vltima non est de essentia matrimonij.

Instrumẽta nuptialia ĩ matrimonio cõficienda, & quomodo.

Accedũt his & nuptialia instrumẽta. l. nec ab initio. C. de nupt. licet per se nõ probent matrimonium. l. donationes in concubinas. de donat. accedunt etiã nuptiarum apparatus. vt in l. si donationẽ. C. de nupt. & dotis constitutio. l. fi. C. de donat. ante nupt. sine quibus tñ matrimonij substantia consistit; licet dicat Conc. Arelat. can. 6. vt refertur in c. nullum. 30. q. 5. vt nullum matrimoniũ fiat sine dote competente, & ita secundùm facultates dos cõstituatur, non q̃ sit de substantia matrimonij, sed quia sine publicis nuptijs nemo matrimonium contrahere debet, quæ dotis constitutio p̃cedit etiã in matrimonio contracto inscio patre; adhuc enim pater tenetur dotare filiam iuxta eius facultates, vt d. Abb. in c. 1. nu. 6. de despons. impub. dũmodo nupserit cum promissione dotis, siue ante siue post vigesimumquintum annũ: vt ibi d. aliàs si nil promisit pater non tenetur: vt ibi d. probabile tñ est teneri ad legitimam, de quo alibi.

Matrimonium qua forma, & solemnitate, & quib. premissis, vel adhibitis celebrãdum.

Forma verò desumpta ex Tob. c. 7. seruabatur vt dextera spõsæ iungatur dexteræ sponsi, fiebatq; postea scriptura cõiugij, epulum, Dei benedictio, & concubitus. Annulus etiã ex auro imponitur digito annulari mulieris, annulus .s. forma rotunda ad denotandum perpetuitatem matrimonij, sicut forma circularis rediens ab eodem ad idem perpetuitatem designat, ex primo, & secundo de cœlo; ex auro ad denotandum pretiositatem huius sacramenti, & amoris qui inter cõiuges esse debet, in digito quarto, vnde vena ad cor protendi dicitur, imponitur ad significãdum amorem castum qui inter coniuges esse debet. Plin. lib. 8. c. 48. & 16. c. 18. & 15. c. 22. & 18. c. 3. & 28. c. 9. refert varios ritus apud diuersas gentes in matrimonijs contrahendis seruatos, & Plut. in Romulo. Hodie verò ex Conc. Tr. sess. 24. c. 1. statuitur vt tres denũciationes à parocho intra Missarum solemnia fiant tribus dominicis, vel festiuis diebus publicè, quibus peractis, si nullum extet legitimum impedimentum ad matrimonium in facie ecclesiæ contrahendum procedatur præsente parocho, & duobus saltem testibus his verbis; Ego vos coniungo in matrimoniũ: In nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, vel alijs verbis, secũdùm receptum cuiusq; ecclesiæ ritũ, quod si probabilis timor sit matrimonium maritiosè impediri posse, si tot denunciationes emittantur, tunc vna tñ fiat, vel saltem coram parocho, & testibus duobus, vel tribus matrimoniũ fiat, & ante consummationem denunciationes fiãt, nisi de ordinarij licẽtia remittantur; q̃ si aliter q̃ præsente parocho, & testibus duobus, vel tribus; vel corã alio sacerdote nisi de ordinarij, vel parochi licentia

tia matrimonium fiat,& testibus,sancta synodus ad sic contrahendum eos inhabiles reddit,& huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit: Insuper sacerdotes, & testes, & eos qui sic contra hũt,si secus fecerint q̃ est statutum, puniendos ab ordinario decernit; Hortatur etiam coniuges, vt ante sacerdotis benedictionẽ confiteantur peccata sua, & triduo ante eius cõsummationem,ad cõionem accedant, mandans vt in eadẽ domo ante contractum nõ cohabitent, & q̃ benedictio ab alio q̃ à proprio sacerdote sine ipsius, vel ordinarij licentia,sub pœna suspensionis nõ præstetur. Ex quibus notandum, nullam tñ gl. sacro Conc. intendens apponere,verba ,p latа à sacerdote, vt & supra est dictũ, non esse formam sacramenti.cum aliter non liceret illam mutare, quod tñ sacrũ Concilium concedit,iuxta cuiusq; prouinciæ ritum, & tñ formæ sacramentorum sint certę,vt supra est dictum,cum de forma sacramentorum ageretur.

Denunciationes matrimonij qñ omitti, vel remitti possint, & ex quib. causis, & qũo matrimoniũ contrahitur. i facie ecclesiæ.

Secundò, notandum, denunciationes posse remitti ab epo non solum qñ timor est impedimenti matrimonij, sed etiam ex alijs causis eidem benè visis,vt sacra Congregatio Concilij diffiniuit.

Tertiò, notandum, qñ timor adesset impedimenti matrimonij, si denunciationes fierent, nec posset sine periculo moræ recurri ad epm, posse matrimonium celebrari etiã à parocho proprio, omissis publicationib. vt dr sacrã Congreg. Concilij respondisse,si ita est;aliàs cessante dicto moræ periculo debet recursus haberi ad ordinarium, cum sine eius licentia denunciationes omitti nõ debeant, vt sacrum Conciliũ declarat.

Quartò,notandum,matrimonium dici contractum in facie ecclesiæ, quando est contractum coram parocho,& testibus: vt not. Abb. in cap.cum inhibitio. de clandest. despons.

Quintò,notandum,matrimonium factum sine denunciationibus validũ esse, qñ contractum est coram parocho,& testibus, ad hoc vt matrimonium valeat, nõ autem quò ad alios effectus,vt quòd filij nati ex illo sint legitimi quò ad q̃dam,iuxta d c cũ inhibitio. quod tñ intelligerem nisi qñ sine licentia epi sunt omissæ: vt d.Nau.in Man.c.22.n 30.qui ibidem d. q̃ omitti possunt,qñ diues cũ paupere, nobilis cum ignobili, senex cũ iuuene vult contrahere, vel q̃ timeat consanguineos, vt d. Pal.4.dist.28.q.2. col 4. D. Ant.3.p.tit.1.c.16.§.5. vel,vt supra, sufficiunt aliæ causæ benè visæ epo,sic tñ vt interueniat parochus & testes,aliàs non esset matrimonium.

Mrimoniũ an possit fieri sine parocho, & testibus qñque, & quomodo.

Qñ tñ matrimonium est nullum ex aliquo impedimento,& prius est cõtractum publicè coram parocho, & testib. non est opus vt denuo interueniat parochus, & testes in noua dispensatione, vt declarauit Pius V.sanctę mem.& refert Nau. d.nu.& sic seruat sacræ Pœnitentiariæ stilus & vsus.

Denunciationes quibus diebus fieri debeant, & qño

Denunciationes verò matrimonij fieri debent festis diebus de præcepto ecclesiæ in media Missa, vbi populus frequentior erit, nec potest eps dispensare vt fiant diebus ferialib. licet eas remittere possit,vt sacra Concilij Congregatio respondit. & Cõc.I.Med.tit. quæ ad matr. & idem sentirem vbi festũ ex voto vel loci consuetudine solemniter celebratur,& sanctificatur,vt vsus seruat, & rationi consonum est.

Licẽtia alteri matrimoniũ celebrãdi data, qualiter custodienda.

Vbi verò eps vel parochus alteri concesserit facultatem contrahendi matrimonij id per epm in libro fori,per parochum in libro matrimoniorũ notetur; & similiter vbi eps concedit remissionẽ publicationum id in libro referatur, & parochus eas licentias in filcia seruet,q̃ omnia scripto tãtum cum sigilli appensione concedantur.d.Conc.1.

Matrimonium in locis hæreticorum,vel finitimo, qualiter celebrandũ.

In locis aũt vbi hæretici degunt qñ à finitimis matrimoniũ contrahitur id sine epi permissu non fiat, qui prius sit certus eum cum quo est cõtrahendum, catholicum esse. Conc.II.Med.decr.25. & similiter nec matrimoniũ contrahere eps concedat, nisi certus sit eos solutos esse, & à catholica cõione non alienos, & parochi sine epo nil in his agant, qui & denunciationes promulgent cum parentes puellæ,& vir ac mulier id postularint, vel ij qui puellæ curam habent,

Denunciationes vbi

Fidæ sunt, sponsi sepa rati de eorũ cõsensu sunt inter rogandi, & quid de pa rentibus.

ac prius sponso ac sponsa separatim interrogatis an velint denunciationes fieri, & si in diuersis parochijs habitant, in omnibus fiant, nec fiat matrimoniũ, nisi habita fide à parocho sponsi denunciationes statis diebus præmissas, & nullũ impedimentum emersisse, quę fides si parochus sit alterius diœcesis, sigillo epi, vel alterius cui id cõmiserit, munita sit. d. Conc II. decret. 26. & 4. tit. q ad mat.

Denunciationũ fides qualiter fiẽda.

Prohibeat verò eps, ne quis cogatur aliquid soluere cũ traducit sponsam alterius parochiæ, vel viduam ducit, sonis & vocibus omnibus explosis in iniuriã sacramenti emissis. d. Conc. IIII.

In sponsæ traductiõe vel viduæ despõsatione exactiones, & soni obsceni p̃hibendi.

Matrimonij porrò sacramentũ in ecclesia tm̃ ministretur, nisi eps aliud concedat repulsis inde musicis instrumentis, ex d Conc. II. decret. 28. nec celebretur die vltima publicationum sine licentia episcopi.

Matrimonium in ecclesia celebrandũ, nõ alibi, nisi de licentia epi, nec die vltima denunciationum.

Matrimonium quo ritum celebrandum.

Hæc verò forma in eius celebratione adhibeatur, parochus prędictis seruatis, in ecclesia parochiali existens, mane ante prandium, cotta & stola indutus præsentibus duobus saltem vel tribus legitimis testibus, virum & mulierẽ de consensu in matrimonium interroget d. N. placet tibi accipere N. in tuam legitimã vxorem, vel maritum, prout vult sancta mater ecclesia per verba de præsenti, q. bus respondentibus placet, iubeat eos iungere dexteras inuicem, subdens, Ego vos coniungo in matrimonium, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & eos aspergat aqua benedicta. Tũ benedicat annulum d. ℣. Adiutorium nostrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cœlũ & terram. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio. Benedic ✠ dñe annulum hunc, vt qui eum portauerint, in pace & voluntate tua permaneant, atq; in mutua charitate semper viuant. Per Christum dñm nostrũ. Amen. Quo acto. Aspergat annulum aqua benedicta in modum crucis, & sponsus acceptũ annulum de manu sacerdotis imponat in quarto digito manus sinistræ sponsæ, sacerdote, & non sponso, proferente, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum sacerdotis sit benedicere. ex Conc. IIII. Med. Tum sacerdos subiungat. ℣. Saluum fac seruum tuum, & ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Esto eis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio. Propitiare dñe supplicationibus nostris & institutis tuis, qbus propagationẽ humani generis ordinasti benignus assiste, vt qd̃ te auctore iungitur, te auxiliãte seruetur. Per Christũ dñm nr̃m. Amen. Deinde dicatur Missa sacramentalis, vt in Missali nil addendo, si non fuerit dies priuilegiata, quia tunc dr̃ Missa diei cũ commemoratione pro sponsa. Si verò primæ nuptiæ sunt benedictæ, modo quo in materia est dictum, in secundis est omittenda, quæ fit in Missa, vel alia solemnis, vidui tamen possunt Missæ interesse, modo ibi non benedicantur vt sponsi, & proinde nec nuptiæ, vt in Rit. Brixiensis ecclesiæ habetur.

Matrimonia qualiter describi in libro debeant.

Demum parochus cõiugum nomina & cognomina, diem, & locum contractus cum testium nomine in librum deferat sub hac forma.

Die N. mensis N. anni N. Petrus N. & Magdalena N. præmissis tribus publicationib. prima die N. mensis N. secunda die N. mensis N. tertia die N. mensis N. diebus festiuis, vel ijs omissis, aut aliqua earum de licentia epi, nulloq; opposito impedimento, & habita simili fide ab altero parocho, si sit alter alterius parochiæ, contraxerunt matrimonium per verba de præsenti, in præsentia mei presbiteri N.N. proprij eorum parochi, vel mei N.N. presbiteri, de licentia Reu. D. Epi, vel parochi sponsæ, & N.N. & N. N. testium ad id rogatorum, cuius libri exemplũ quotannis vel quouis biennio ad forum epale deferatur, & fides alterius parochi in filcia custodiatur.

Sententiæ

Sententiæ de Matrimonio.

Quod sit sacramentum.

Matrimonium vnde dictum.

AVg con. Faust. lib. 19. cap 26. Matrimonium quippe ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat fœmina nubere, quàm vt mater fiat. Idem lib. de fide, & operib. c. 7. absit vt sensu non humano, sed planè vano sic doleamus, cum flagitia corriguntur, tanquam cónubia dirimantur, maximè in ciuitate dñi in monte sancto eius, hoc est in ecclesia: vbi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum, ita commendatur, vt non liceat viro vxorem suam alteri tradere. Et lib. de nupt. & concup. c. 10. Quoniam sanè non tm̄ fœcũditas, cuius fructus in prole est, nec tm̄ pudicitia cuius vinculum est fides, verum ét quoddam sacramentum nuptiarũ commendatur fidelibus coniugatis; vnde & Apostolus: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, huius proculdubio res est, vt mas & fœmina connubio copulati, quandiu viuunt, inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicationis à coniuge coniugem dirimi; hoc enim custoditur in Christo, & in ecclesia, vt viuens cum viuente in æternum nullo diuortio separetur, cuius sacramenti tãta obseruatio est in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in ecclesia Christi, quibusque fidelibus coniugatis, qui vtique membra sunt Christi, vt cum filiorum procreandorum causa nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, vt alia fœcunda ducatur, quod si quisquam fecerit, &c. lege euangelij reus est adulterij, sicut etiam illa si alteri nupserit.

Matrimoniũ sacrm̄.

Ephes. 5. Matrimoniũ sacrm̄, & iseparabile, & ei bona sunt tria.

Amb. in c. 5. ad Ephes. Misterij sacramentum grande in vnitate viri, & fœminæ esse significat, nec hoc perdit, sed aliam causam, quæ non discordet à memorato misterio flagita, quam scit ad perfectum humani generis pertinere, homo est ecclesiæ, & Saluatoris, vt sicut relictis parentibus, homo vxori suæ adhæret, ita & relicto omni errore, ecclesia adhæreat & subijciatur capiti suo, quòd est Christus.

Conc. Tr. sess. 24. can. 1. Si quis dixerit, Matrimonium non esse verè & propriè vnum ex septem legis euangelicæ sacramentis à Christo dño institutum, sed ab hominibus in ecclesia inuentum, neque gratiam conferre anathema sit. & idem probatur in Conc. Flor. & in c. ad abolendam. de hæret. vt hæreticus excommunicatur qui asserit illud non esse sacramentum.

Matrimoniũ sacrm̄ à Christo institutũ, & gratiam confert.

Quid ad illud requiratur.

Gen. 24. Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem, cumq; vocata venisset, sciscitati sunt, vis ire cum viro isto quæ ait, vadam.

Consensus requiritur ad matrimonium.

Ambr. de inst. virg. c. 6. cum initiatur coniugium, tunc coniugij nomen asciscitur, non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis, deniq; cum iungitur puella coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.

Matrimonium consensum requirit.

Calixtus I. ep. 2. cap. 4. coniunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quã has & diuinæ, & seculi prohibent leges, leges ergo diuinæ hoc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, non solum eijciũt, sed & maledictos appellant: leges verò seculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt.

Matrimoniũ inter sanguine iunctos prohibetur.

Conc. Tr. sess. 24. can. 3. Si quis dixerit eos tantũ consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere vt plures impediant, & dirimant anathema sit. & can. 4. anathemate damnat asserẽtes ecclesiam in ijs constituendis errasse, de quibus supra latè dictum est in materia, maximè de impedimento cognationis.

Leuit. 18.

Quare contrahi debeat.

Isid. lib. 2. de offi. eccles. c. 19. illæ sunt

certæ nuptiæ, quæ in coniugio non libidinem, sed prolem requirunt, neq; enim sic institutæ sunt, vt carnis voluptatibus seruiant, sed tantū vt fructum propaginis quærant. Et infra: Quando ergo quisque luxuriosè amplius viuit, quam necessitas procreādorum liberorum cogit, iam peccatum est.

Matrimonium ob liberos, & alias honestas causas contrahi debet.

Chrisf. hom. 5. ep. 1. ad Tess. Propter vitæ communionem, & liberorū procreationem, puella adiuncta viro est, nō turpitudinis, tisusq; gratia, vt domum administret, vt & virum ad honestatem, & castitatem erudiat, non vt illi fornicationis incitamenta porrigat.

Basl. lib. de vera, atq; integerrima virginitate. Tunc legitimum constat esse cōnubium, & secundùm diuina iura institutum, cum non voluptatis affectus legis scita præcesserit, sed adiumēti necessarij prolisq; causa fuerit huiusmodi facta coniunctio.

Aug lib. 9. de Gen. ad literam. cap. 7. Denique vtriusq; sexus infirmitas propendens in turpitudinis ruinam, rectè excipitur honestate nuptiarum, vt quæ sanis possit esse officium, ægris possit esse remedium; neque enim quia incontinentia malum est, ideo connubium, vel quo incontinentes copulantur non est bonum; imò verò non propter illud malum culpabile est hoc bonū, sed propter hoc bonum veniale est illud malū, quoniam id quòd bonum habent nuptiæ, & quòd bonæ sunt nuptiæ, peccatum nunquam esse potest, hoc autem tripertitū est, fides proles sacramentum, in fide attenditur ne præter vinculum cōiugale, cum altera vel altero concumbatur; In prole vt amanter suscipiatur benignè nutriatur, religiosè educetur; In sacramento autem vt coniugium non separetur, & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri coniungatur.

Matrimonium ēt in remedium īfirmitatis institutū; cuius tria sunt bona.

Cuius rei sit sacramentum.

Isid. lib. 2. de ecclef. offic. cap. 19 apud Canif. Nuptialia bona tria sunt proles, fides, sacramentum. In fide attenditur ne præter vinculum coniugale cum altero vel altera cōcumbatur, in prole vt amanter suscipiatur, pudicè nutriatur; in sacramento vt coniugium non separetur, neque causa prolis alteri coniungatur. Sacramentum autem ideo inter coniugatos dictum est, quia sicut non potest ecclesia diuidi à Christo, ita nec vxor à viro.

Matrimoniū sacrā coniunctionis Christi & ecclesię.

Conc. Flor. de sacr. in vn. Armen. Septimum est sacramentum matrimonij, quòd est signum coniunctionis Christi & ecclesiæ, causa efficiens matrimonij est mutuus consensus per verba de pręsenti expressus.

Quomodo contrahendum.

Euaristus ep. 1. ad omnes eṗos Aphricæ. Similiter custoditum & traditū habemus ab Apostolis, vt vxor legitimè viro iungatur; aliter enim legitimum, vt à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis eorumq; successoribus traditum inuenimus, non fit cōiugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationē videtur habere, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cū precibus, & oblationibus à sacerdote benedicat, & à paranimphis custodita & consociata, à proximis tempore debito petita, legibus dotetur, & solemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacēt, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generētur, & dn̄o in actibus suis placeant; quæ colliguntur Tob. 3. 6. & 8. de quo, & huiusmodi, latè traditum est in materia, cum de ritu nuptiarū ageretur.

Matrimonium q̄ō contrahendum.

Quòd dirimi non possit.

Orig. tract. 7. in Matt. Scio quosdam qui præsunt ecclesijs extra scripturam permisisse aliquam nubere viro priori viuente, & contra scripturam quidem fecerunt dicentē, mulier ligata est quanto tempore viuit vir eius. Et infra: Qua enim ratione adultera est mulier quamuis legitimè nubere videatur, viro viuente, eadem ratione & vir quamuis legitimè

Rom. 7. Matrimonium indissolubile.

gitimè accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non accipit legitimè secundùm sententiam Christi, sed magis mœchatur, quasi alienam accipiens.

Amb. in c. 16. Lucæ. Noli vxorem dimittere, ne Deum tuæ copulæ diffitearis authorem, etenim si alienos multo magis vxorios debes tolerare, & emendare mores. Et infra: Qui hominibus obsequeris Deum verere, audi legem domini, cui obsequentur etiam qui leges ferunt, quæ Deus coniunxit homo non separet.

Matrimoniū indissolubile.

Aug. lib. 2. de adult. coniug. c. 5. Sicut manente in se sacramento regenerationis, excommunicatus cuiuspiā reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si nunquam reconcilietur Deo, ita manente in se vinculo fœderis coniugalis, si vxor dimittatur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiam si nunquam reconcilietur viro, carebit autem si mortuus fuerit vir eius.

Et lib. de bono coniug. c. 7. Vsqueadeo fœdus illud initum nuptiale, cuiusdam sacramēti res est, vt nec ipsa separatione irritum fiat, qñquidem viuēte viro, à quo relicta est, mœchatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est qui reliquit. Et infra: Tantum valet illud nuptiale vinculum coniugum, vt cum causa procreandi iunguntur, nec ipsa causā procreādi soluatur. Et c. 18. Sicut duobus pluribusve seruire: sic à viro viuo in alterius transire connubiū, nec tūc licuit, nec nunc licet, nec vnq̄ licebit, apostatare quippe à Deo, & ire in alterius adulterinam sectam semper est malum.

Hier. in epitaphio Fabiolæ ep. 30. c. 1. Præcepit dñs vxorem non debere dimitti &c. Et infra: Quicquid viris iubetur hoc cōsequenter redundat in fœminas, neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus retinēdus, si qui meretrici iungitur vnum corpus facit, ergo & quæ scortatori impuroque sociatur, vnum cum eo corpus efficitur.

Matt. 5. 1. Cor. 7.

Conc. Mileu. can. 17. Placuit vt secundùm euangelicam, & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur; & idem statuitur in Conc. Trid. sess. 24. can. 6. 7. & 8. Conc. Flor. & canonib. supra in materia citatis.

Quòd non omnes matrimonium cōtrahère possint.

Bas. lib. de vera virginitate. Cum virginitatem dñi professæ sint, carnali post modum voluptate malè blanda delinitæ ac deuictæ, stupri scelus honesto coniugio obtegere cupiunt, non ignorant huiusmodi quamuis ignorantiam simulēt, quæ sponsi dexteram & fœdera præuaricata sit, eam nec illius vltra esse sponsam, quem nequitiæ dans manus dereliquit, neque eius vxorem per vllas leges dici posse, cui se, deserto sponso, libidine incitata coniunxit. Et infra: Non se fallat, qui à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit, coniugium quippe illi in peccatum reputabitur, primum quidem quia pessimum huius coniunctionis fundamētum, voluptatem iecit, præuaricatorisq; malum, deinde quia causa nō esset libera. Et ep. ad virg. lapsam. ep. 185. Reuoca in memoriam honestā professionem quam professa es coram Deo Angelis, & hominibus, reuoca in memoriam venerandam congregationem, & sacrum virginum chorum, & consilium domini.

Matrimoniū cōtrahere non possunt virginitatem professæ.

Aug. in Ps. 83. Vnusquisq; autem fratres charissimi de loco itineris sui ad quem proficiendo peruenit, & quem vouit Deo, inde respicit retro, cum ipsum dimiserit, v.g. statuit coniugalem castitatem seruare (inde enim incipit iustitia, recessit à fornicatione, & ab illicita immunditia; qñ se ad fornicationes conuerterit, retro respexit; Alius ex munere Dei maius aliquid, vouit, statuit nec nuptias pati; qui non damnaretur si duxisset vxorem, post votum, q̄ Deo promisit, si duxerit damnabitur, cum hoc faciat q̄ ille qui non promiserat, quare? nisi quia iste respexit retro, iam enim ille ante erat, iste autem illuc nondū peruenerat: sic virgo, quæ si nuberet, non peccaret, sāctimonialis si nupserit Chri-

Luc. 9.

Matrimoniū cōtrahens post votū mœchatur.

sti adultera reputabitur, respexit enim retro de loco quo accesserat.

Chris.lib.de virg.c.39. Vidua deligatur non minus sexaginta annorum, nam viduæ omnino, si voluerit, potestatem nubendi facit, at eam quæ coniuge mortuo, se in reliquum tempus Deo castam fore professa sit, si postea nupserit, vehementer accusat, vt quæ pacto, quod cũ Deo fecerat, tãquam oblita neglexerit.

Idem.

Amb.lib.ad virg.lapsam. c.5. Non es memorata diei sanctæ Dñicæ resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti velandã? in tanto itaq; solemni conuentu ecclesiæ, inter lumina illa splendida, inter candidatos regni cœlestis, quasi regina regi nuptura processeras? Non es memorata qualis allocutio facta est ad te illa die? aspice filia, & intuere, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est dñs Deus tuus, reminiscere ergo quãtus ad sponsi tui, & dñi nuptias conuenerit populus, seruare te oportuit fidem, quam sub tantis testib: pollicita es, semper cogitare cui virginitatem spoponderis; facilius te oportuit sanguinem cum spiritu fundere, q̃ perdere castitatem tuam. Et infra: Vincor lachrymis cum hæc recordor, compungor stimulis cum hæc exempla considero, nam si inter decem testes confectis sponsalijs, nuptijs cõsummatis, quęuis viro coniuncta mortali non sine magno periculo perpetrat adulteriũ, quid putes fore si inter innumerabiles testes ecclesiæ, coram angelis, exercitibus cœli facta copula spiritualis per adulteriũ soluatur? nescio an possit digna mors an pœna cogitari; dicit aliquis, melius est nubere, q̃ vri; hoc dictum ad non pollicitam pertinet nondum velatam, cæterum quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortali iuncta est viro, etiam si voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.

Idem.

Monialis castitatem seruare quãto vinculo teneatur.

Bas.reg.14. fusius explicata. Cæterũ horum vnusquisq; si posteaquam intra religiosorum fratrum societatem adscriptus fuerit, factam iam à se professionẽ absciderit, is perinde adspici debet, vt q in Deum peccauerit, quem videlicet professionis suæ testem adhibuerit, cuique solemni voto se obligarit: si verò in Deum quis peccauerit, inquit, & quis orabit pro eo? Etenim qui seipsum Deo vouit semel; si ad aliud vitæ genus transierit, sacrilegij se scelere constrinxit, quippe qui seipsum Deo, cui se consecrauerat, veluti subterfuratus sit.

Votũ frangentes castitatis q̃ grauiter peccent.

Et ep.ad virg.lapsam.ep.85. Vidisti, q̃ fecisti mihi virgo Israel? ego despondi ipsam mihi in fide & integritate, in iustitia & iudicio, & in misericordia, & miserationibus; quemadmodum per Oseã prophetam ipsi promisi, ipsa autem dilexit alienos, & viuente me viro immortali, adultera appellatur, & non timet alteri viro cõmisceri &c. sublatis mẽbris Christi, fecisti membra meretricis &c. expediret illi vt mola asinaria circa collum eius appensa esset, & in mari proiectus esset, potius q̃ virginem vitiasset, quis seruus contumax ad tantam insaniam deuenit, vt herili cubili seipsum inijceret? quis prædo ad tantã dementiam perductus est, vt ipsa Dei donaria contingeret, non supellectilem inanimatam, sed corpora viuentia & aĩam inhabitãtem habentia factam ad imaginem Dei? quis ab æterno auditus est in media ciuitate, & serena meridie imagini regis formas immundorum porcorum inscribere ausus esse? si quis humanas nuptias ignominia afficit, citra miserationem coram duobus, vel tribus testibus moritur, quanto peiore supplicio dignus censebitur qui filium Dei conculcauit, & desponsatam ipsi sponsam adulterio contaminauit, & spiritum virginitatis contumelia afficere? & habetur in l.si quis. C.de epis, & cler. vbi pœna capitis constituta est contra huiusmodi.

Ier. 18.

Os. 2.

Moniales violans q̃ grauiter peccet.

De cœlibatu ecclesiasticorum dictum est supra in sacramento Ordinis.

Hæreses

Hæreſes circa Matrimonij ſacramentum.

Hæreſis, ꝙ Matrimoniũ non ſit ſacr̃m, refellitur.

PRima Hæreſis habet Matrimonium non eſſe ſacramentum, vt inquit Luth. lib. de capt. Babil. c. de matr. & Caluin. lib. 4. inſtit. c. 19. §. 34.

Mouentur primò, ꝙ nuſquam legatur aliquid gratiæ Dei accepturum qui vxorem duxerit.

Secundò, nam Matrimonium fuit ab initio mundi, & permanet apud infideles verum & ſanctum, vt apud nos, & apud fideles inueniuntur impij cõiuges, at apud infideles matrimonium non eſt ſacramentum, ergo nec apud nos.

His tñ non obſt. contraria ſententia eſt catholica, & veriſſima, ꝙ matrimonium ſit ſacramentum nouæ legis, vt ſupra in materia eſt probatum.

Ad primum dr̃, contrarium probari ex ſcripturis ſupra deductis, & pręterea dr̃ non eſſe ſolidum argumentum ab authoritate negatiua ſcripturæ, cum multa tradita ſint ab Apoſtolis, quæ non ſunt ſacris literis exarata.

Ad ſecundum, ꝙ matrimonium fuit ab initio mundi in officium ad prolis ſuſceptionem, & nunc eſſe apud infideles vt contractum ciuilem, & in officiũ naturæ, ſed non eſſe ſacramentũ, vel fuiſſe niſi apud Chriſtianos: vt d. Aug. lib. de fide, & operib. c. 7. & de bono coniugali. c. 24. & licet apud Chriſtianos ſint mali coniuges, nõ ob id polluitur ſanctitas ſacramenti: vt d. Bellarm. lib. 1. de ſacr. matrim. c. 5. vbi reſpondet alijs quoque hæreticorum obiectis.

Hęreſis, ꝙ vir & fœmina nõ ſint materia hui⁹ ſacr̃i, reijcitur.

Secunda, d. Virum & fœminam non eſſe materiam huius ſacr̃i. ita Kemnit.

Contrarium tamen in materia eſt probatum.

Hęreſis, ꝙ nuptiæ nõ ſit ſacr̃m, reijcitur.

Tertia, d. Secundas nuptias non eſſe ſacramentum.

Mouentur, quia ſecundæ nuptiæ non benedicuntur, quia careant ſacramẽto.

Contrarium tñ eſt catholicum, vt in materia eſt dictum, & veriſſimum.

Ad argumentum Reſp. Secundas nuptias non benedici, non quod careant ſacramento, ſed quia benedictio in primis nuptijs data non perit.

Hęreſis, ꝙ liceat hr̃e plures vxores ſimul, reijcitur.

Quarta, d. Licere habere plures vxorum ſimul.

Mouentur exemplo Patriarcharum.

Contrarium tñ eſt verum, & catholicum, vt in materia eſt probatum, vbi & id de Patriarchis eſt explicatum: vt d. Bellarm. d. lib. 1. c. 11. vbi reſpondet & alijs hæreticorum obiectis.

Hęreſis, ꝙ matrimoniũ infideliũ nõ ſoluatur per conuerſionem qñq; reijcitur.

Quinta, d. Matrimonium infidelium non ſolui quò ad vinculum, ſi alter ad fidem conuertatur, & alter ei habitare nolit ſine iniuria Creatoris.

Mouentur primò, Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo nõ ſeparet, ergo.

Secũdò, 1. Cor. 7. Qui dimiſerit vxorẽ excepta cauſa fornicationis, peccat &c.

Contrarium tñ eſt verum, & catholicum. 1. Cor. 7. c. ſi infidelis. 28. q. 2. cap. quãto. c. gaudemus. de diuor. & dixi ſup.

Ad primum, quòd hoc matrimoniũ non dirimitur ab homine, ſed à Deo, cuius interpres eſt Apoſt. Paulus, loco cit.

Ad ſecundum, quòd ibi loquitur de coniugio cõtracto inter infideles, quòd ſoluitur modo. ſupra alleg. vt d. Bellar. d. lib. 1. c. 12. auth. Aug. lib. 1. de adulter. coniug. c. 1. 2. vt & ſoluitur matrimoniũ ratum non conſummatum per ingreſſum religionis: vt ibi d. Bellar. c. 13. remiſſiuè, & dixi ſupra.

Hęreſis, ꝙ matrimoniũ nõ ſoluatur quò ad thorũ, reijcitur.

Sexta, d. Matrimonium conſummatũ non ſolui quò ad thorum.

Mouentur, nam iſta ſeparatio quò ad thorum eſt noua, cum Apoſtolus dicat ſe ſeparantem excepta cauſa fornicationis debere reconciliari viro, vel manere innuptam.

Secundò, nam conceditur ſeparatio ſolum ex cauſa fornicationis, & tamen eccleſia alias cauſas admittit.

Contrarium tñ eſt catholicum & verum, vt ſupra in materia eſt dictum.

Ad primũ Reſp. ſe ſeparantem ẽt iudicio eccleſiæ debere manere innuptã.

Ad ſecundum, quòd ex euãgelio aliæ cauſæ adſunt ſe ſeparandi prærer fornicationẽ, vt patet Matt. 19. de relinquente vxorẽ ob ſequelã Chriſti. & 1. Cor. 7.

vt

vt d. Bellar. d. lib. 1. c. 14. vbi alijs etiam hæreticorum argumentis respondet.

Hæresis, q matrimonium fidelium consummatum solui possit, reijcitur.

Septima, d. Matrimonium fidelium consummatum quò ad vinculum solui posse.

Mouentur primò, sic, lex Pontificia negans coniugi innocenti aliud coniugium, priuat innocentem iure suo sine culpa.

Secundò, si non licet in causa fornicationis aliam ducere, licentia discedendi, si habebit continere innocés, erit noxia, quia fortè non habebit donum continentiæ.

Contrarium tñ est verum, & catholicum, vt in materia est dictum.

Ad primum, quòd non est lex solius ecclesiæ, sed etiam Christi, & licet priuetur is iure suo sine culpa, non tñ sine causa, cum maneat prius vinculum.

Ad secundum, quòd si non vult continere, potest reconciliari dimissæ, & sic non priuabitur iure suo. 1. Cor. 7. & docet Amb. in c. 16. Lucæ. & Aug. lib. 2. de adult. coniug. c. 6. 7. 8. & 9. vt d. Bellarm. loco cit. cap. 17. vbi respondet alijs hæreticorum obiectis.

Hæresis, q consensus parentũ sit necessari' ad matrimonium, reijcitur.

Octaua, d. Consensum parentum esse necessarium ad matrimonij essentiam.

Mouentur, ex Groppero in institut. Colon.

Secundò, nam filij debent obedire parentibus per omnia. Coloss. 3. ergo.

Contrarium tñ est verum, & catholicum, probatur Gen 24. c. sufficiat. 27. q. 2. c. 1. sess. 24. in Trid. Conc.

Ad primum, quòd ibi nõ loquitur de matrimonio cui solũ deest cõsensus parentũ facto inscijs parentib. sed & simul clandestino, qđ hodie inualidũ est. d. c. 1.

Ad secundum, quòd id intelligitur in his quæ pertinent ad mores, non autem ad sacramenta, vel quòd peccat quidem filius si id agit sine causa, non tñ ex hoc est irritũ, nec peccat si ex causa iusta id agat: vt d Bellar. d. lib. 1. c. 20. vbi & respondet alijs hæreticorum argumentis.

Hæresis, q votũ continentiæ nõ impediat matrimonium, refell.

Nona, d. Votum continentiæ non impedire matrimonium.

Contrarium tamen supra in materia est probatum. & Bellarm. probat d. lib. 1. cap. 21. qui & respondet aliquibus argumentis in contrarium deductis.

Hæresis, q liceat matrimoniũ; vbi adulteriũ pcessit, cum fide, reijcitur.

Decima, reprehendit ecclesiam, quòd vetet matrimonium, vbi adulteriũ præcessit viuente vxore.

Mouentur exẽplo Dauidis, qui Bethsabeam vxorẽ duxit adulterio pollutã.

Contrarium tamen est verum, & catholicum, vt in materia est dictum.

Ad contrariũ Resp. quòd non est certum q Dauid occiderit Vriam, vt eam duceret vxorem, sed fortè vt ea potiretur sine matrimonio, vel adulterium tegeretur, cũ & scriptura id peccatum fuisse in Dauid afferat, ergo licuit viro mortuo eam ducere, vt ibi d. Bellarm. c. 22.

Hæresis, q liceat ducere infidelem fine dispẽsatione refellitur.

Vndecima, d. Licere sine dispensatione Papæ infidelem vxorem ducere.

Contrarium tñ est verum, & catholicum, vt in materia est dictum, & probat Bellar. d. lib. cap. 23. vbi & respondet contrarijs, quòd duxerunt eas quæ ad fidem conuertebantur, vel quòd ij reprehenduntur, vt Salomon. 3. Reg. 11.

Hæresis, q debeat stari gradib' prohibitis lege naturæ tñ, & Imperatoris, non ecclesiastica, reijcitur.

Duodecima, d. In cognationis impedimento standum esse gradibus prohibitis lege naturæ, & lege Imperatoris, nõ autem lege Papæ.

Contrarium tñ est verum, quòd ad Imperatorem id non spectet decernere, sed ad Papam, vt in materia est dictum. Idem dicunt non esse standum supputationi canonicæ in supputatione graduũ, quòd scilicet in linea recta tot sint gradus, quot personæ vna dempta, dicunt enim id tenere suspensum animum cur demenda sit vna, & quæ nam sit demenda. Secundò, quòđ nõ sit bona regula in ordine transuerso, si duo æquè distent à communi stipite, tot gradibus inter se distare; nam dicũt, tot oportet esse gradus quot generationes.

Ad primum Resp. quòd prima persona non potest gradum facere, cum nec à se, nec à superiori distet, & est vt punctum à quo ducitur linea.

Ad secundum, quòd nõ oportet transire à fratre ad fratrem per patrem communem, sed considerandũ qualiter quisque distet à patre, qui quidẽ ab eo vno gradu distant, ergo cũ patri non propinquior

quior sit filius q̃ fratri, oportet quòd à fratre non differ plusquam vno gradu, nec est necessaria series generationis, sed respectus ad communem stipitem, vt d. Bellarm.d.lib.1.cap.25.26. vbi & alijs eorundem ineptijs respondet.

Hæresis, q̄ oĩa pcepta Leuitici d̃ prohibitione matrimonij sint naturalia, reiellitur.

Decimatertia, d. Omnia præcepta Leuitici de gradibus cognationis esse naturalia, & ideo indispensabilia esse.

Mouentur, nã Leuit. 18. & 20. d. Deus se puniturum Palestinos ob incesta coniugia contracta antequam Hebræi illuc venissent, post prohibita in Leuitico, ergo naturalia sunt.

Secundò, Ioannes Baptista confirmauit præceptum Leuitici de non ducenda vxore fratris. Matt. 14. Marc. 16.

Contrarium tamen est verum, vt in materia est dictum.

Ad primum, quòd omnis coniunctio cũ consanguineis est naturali iure quodammodo prohibita, sed non omnia punita nec irritantia matrimonium, sed tñ proximiora, de quibus in materia, & præterea dicitur licet peccarint in iungendis his coniugijs cum proximis sanguine sine delectu aliquo graduum, nõ tamen ob id solum puniri, sed & ob alia scelera, scilicet idolatriam, adulteria, flagitia cum bestijs, & masculis.

Ad secundum, q̄ non licebat illã vxorem hře, cũ iam illi Herodiadi ex priore marito esset nata filia saltatrix, vt d. Bellar. d. li. 1. c. 27. vbi respondet ẽt alijs circa idem hæreticorum argumentis.

Hęresis, q̄ liceat matrimoniũ in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis in linea trãsuersa, reijcitur.

Decimaquarta, d. Licere contrahere matrimonium in primo gradu consanguinitatis in linea transuersa, & in primo gradu affinitatis.

Mouentur primò, nam filij Adæ cum sororibus matrimonia contraxerunt.

Secundò, exemplo Abrahæ qui duxit sororem vterinam. Gen. 20.

Contrarium tñ est verius, & iure naturæ prohibitũ, vt in materia est dictũ.

Ad primum, quòd Deus fortè cũ ijs dispẽsauit per internam inspirationem, vt mundus augeretur.

Ad secundum, quòd ibi dicitur soror more scripturæ, quia erat eius consanguinea, scilicet neptis ex patre: vt dicit Bellarm. d. lib. cap. 28. vbi respondet alijs etiam obiectis aduersariorum.

Hęresis ecclesiam nõ posse prohibere matrimonia i quartogradu, reijcit.

Decimaquinta, d. Ecclesiam non posse constituere vt matrimonia prohibeantur, vsque ad quartum, vel septimum gradum consanguinitatis, & affinitatis.

Mouentur, nam Papa non est supra Christum, cum se dicat eius Vicarium, at Christus non constituit leges politicas, sed verbum Dei annunciauit, ergo nec Papa id potest.

Secundò, Deus melius nouit quæ sint personæ aptæ ad matrimoniũ, & quousque se extendat gradus cognationis, q̃ vllus homo, sed ipse non prohibuit coniugium, nisi vsq; ad secundum gradum in linea inæquali, ergo nec homines vlterius id possunt.

Contrarium tamen est verum, & catholicum, vt in materia est dictum.

Ad primũ, quòd Christus potuit ferre leges politicas, & quòd per se potest, & per Vicarios potest; Præterea dicitur leges de matrimonio non esse merè politicas, sed etiam spirituales, cum sit sacramentum, vnde sicut ipse multa circa sacramenta instituit: sic ecclesiæ multa concessit circa ea statuendi, quòd ipsa fecit de matrimonio.

Ad secundum, quòd lex illa fuit communis tantum populo Hebræo, cui gradus is est restrictus, q̄ pauci essent, & quia opes in eadẽ tribu erant seruandæ, & proni erant ad vxores repudiandas, quòd non ita euenit de propinquis cum magis diligant, quæ tamen Christianis prohibentur, cum cessent rationes prædictæ: vt d. Bellar. d. lib. 1. cap. 29.

Hęresis, q̄ non detur cognatio spiritualis reijcitur.

Decimasexta, d. Non dari cognationem spiritualem.

Mouentur, nam omnes Christiani sunt fratres, & omnes Christianæ sorores, ergo sic cum solis ethnicis licebit contrahere coniugia.

Contrarium tamen est verum, vt in materia est dictum.

Ad arg. Resp. quòd impedimentum spiritualis cognationis non ex iure naturæ, sed ecclesiæ arbitrio pendet, quæ nõ quamlibet cognationẽ spiritualem impedimentum esse voluit, sed tantum eã

quæ

quæ oritur ex baptiſmo,& confirmatio ne, quia vnus ab alio recipit eſſe ſpirituale,vnde illi debet reuerentiam, vt d. Bellarm. d.lib.1.c.30.

Hęreſis,q matrimonia clandeſtina non ſint vera, ante Cóc. Trid.& tñ Deo inuiſa,reijcit.

Decimaſeptima, Reprehendit eccleſiam quòd ante Conc.Trid.diceret matrimonia clandeſtina eſſe vera,& tamen Deo inuiſa.

Contrariũ tamen deciditur in Conc. Trid.ſeſſ.24.c.1.

Ad contrariũ Reſp.id nó contrariari, quòd eſſent valida,& Deo inuiſa ob ma là ſæpè eis annexa, vt & valet baptiſmũ cum debita materia,& forma collatum, quod tamen eſt Deo inuiſum,ſi adultus id ſuſcipiens habeat animum in peccatis induratum.

Hæreſis,q matrimoniũ nó debeat interdici certis tépor ibus, reijcitur.

Decimaoctaua, Reprehendjt morem interdicendi matrimonium certis temporibus, quòd nunc non adſit præceptũ communicandi in natali Dñi, & quòd nó liceat tunc ſacramentum ſuſcipere.

Contrarium tamen conuenienter eſt ſtatutum, vt in materia eſt dictum.

Ad primum,quòd in natali multi cómunicant, ideo manet ibi interdictum feriarum, vt dignius homines communicent, & etiam id eſt inſtitutum ob celebritatem principalium feſtorum, ad quæ homines per ieiunia præparantur, ideo tunc non conueniunt nuptiæ, in quibus celebrãtur cóuiuia,ſcilicet tempore Aduentus, & Quadrageſimæ.

Ad ſecundum, quòd etiam tempore feriarum licita eſt celebratio matrimonij, non autem ſolemnitas nuptiarum, vel traductio,vt in materia eſt dictum, rationibus præmiſſis, vt dicit Bellarm. d.lib.1.cap.31.

Hæreſis,q ad Imperatorem non eccleſiam ſpectet iudiciũ cauſarũ matr. refellitur.

Decimanona, d. Ad Imperatorem nó eccleſiam ſpectare iudicium cauſarum matrimonialium.

Mouentur primò,quia Teodoſius Imperator tulit legem vetantem coniugia conſobrinorum.

Secundò, nam Conc. Mileuit. ait legé de diuortio petendam ab Imperatore.

Contrarium tamen verum eſt, & catholicum, vt in materia eſt dictum.

Ad primum Reſp. quòd etiam princeps politicus poteſt legem ferre de impedimentis matrimonij principe eccleſiaſtico approbante, aliter irrita eſt; vnde ſanctus Gregorius reprehendit legé Honorij,& Iuſtiniani qui id poſt conceſſere.in §.duorum. Inſtit.de nupt.in l.in celebrandis.C.de nupt. & ſeruatur tantum lex Pontificia in hoc in eccleſia. c. quædam lex. 35.q.2.

Ad ſecundum, quòd Patres Concilij id ibi non ſentiunt,cum huiuſmodi ante excommunicarint, vt dicit Bellarm. d.lib.cap.32.

Hæreſis,q matrimoniũ ſit malũ, reijcit.

Vigeſima, d. Matrimonium eſſe malum;quod damnatur apud Dir.2.par.q. 21. vt & quæ dicit nullam eſſe diſtantiã inter matrimonium,& virginitatem,vt ibi habetur 2.p.q.6. vel quòd matrimonium ſoluatur per fornicationem,cuius contrarium eſt probatum in materia.

TRACTATVS,

DE SACRAMENTALIBUS NOUÆ LEGIS.

ACTO in prçcedentibus de Sacramentis,congruè agendũ eſt de Sacramentalibus, quæ diſpoſitiones ſunt ad ſacramenta conficienda, vel ſuſcipiéda,vt Exorciſmi, cœremoniæ, benedictiones variæ: Vini,aquæ,panis,olei,ceræ,thuris,eccleſiæ, altarium,veſtimentorum ſacrorum, & ſacræ ſupellectilis, & huiuſmodi, de quibus ſigillatim dicendum eſt.

Sacramentalia quæ ſint.

De exorciſmis.

Exorciſmi qui dicantur,& quis eorum effectus.

OBſeruandum eſt exorciſmi nomé nil aliud ſignificare, q̃ per diuina verba ſpiritum immundum adiurando expelli, nam eccleſia à Deo poteſtatem accepit per exorciſmos coercendi dæmones,vt teſtatur Iuſt. dialogo cũ Triphone, d. Dæmones per nomen Ieſu Chriſti adiuratos à nobis parere. Tert. lib.de corona mil.ad Scapulam, in apologetico.c.32. Cipr.lib.ad Demetriadem.

Lact.

Lact.lib.2.c.16. vbi etiam d. Dæmones interrogatos ab exorcistis eorum nomina prodere.& lib.4.c.27.lib.5.c.22.Beda 8.Lucæ. Aug.lib.10 ciu.c.22.& de simbolo ad cathecumenos, & de gratia,& peccato originali. c.60. Dionis.c.1.eccl. hierar. Opt.contra Parmen.lib.4.Chris. hom. de Adam & Eua & hr in Concil. Antioch.can. 10.Cartag.IIII.can.7.Laodicen.can 29.& est apostolica traditio, & eo vsi sunt Apostoli: vt patet Mat.10. ex potestate eis à dño tradita. Marc vl. Matt.11.Luc.17. in nomine meo dæmonia eijcient, quòd admirantes discipuli d. Mat.10.domine etiam dæmonia subijciũtur nobis in nomine tuo, vt testatur etiam Aug.10.ciu.c.22.

Exorcismis non abutendũ, & qũo concludatur, & quare.

Cauendum verò ne exorcismis quis vtatur præter domini institutum, aliás grauiter is peccat, vnde Luc.9. Apostoli prohibuere quendam eijcientem dæmonia in nomine Christi, quia non sequebatur eius doctrinam,& Act.19. Legit: Dæmonem insiliisse in quosdã qui lucri, vel curiositatis gratia adiurabant; Cauendum etiã ne exorcismorum preces pro libito exorcistæ recitentur, sed tñ prout ab ecclesia sunt institutæ, & certo modo recitandæ præscriptæ, quæ sic propriè dicuntur exorcismi, vt patet in Conc. Cartag.IIII. can.7. & ex Io.Micr olog. lib. de obseruationib. ecclesiast. c.7. vbi etiam obseruat exorcismos concludi non per verba, per Christum dñm nostrum, & huiusmodi, sed, per eum qui venturus est iudicare viuos,& mortuos, & seculum per ignem, quia dæmones valdè horrent diem iudicij. De exorcismis verò baptismi supra tract. de bapt. ad.fi.est dictum.

De cæremonijs.

Cœremoniæ quid sint, & cur introductæ.

NOtandum, quòd cœremonia est actus externus religionis quo externè Deus colitur,& interpres est quidam interni cultus quo Deus spiritu colitur, qui in charitate consistit, teste August.ep.120.cap.18.& ep.18. & de Trin. li.12.c.14. d.quòd pietas Dei cultus est, nec colitur ille nisi amando, quę si nuda esset mens, nõ egeret externo actu quo Deum coleret, sed quia corpori complicata est, & eius auxilio sæpè ad Deum nititur,& sic geminus est homo, conuenit geminũ esse virtutum studiũ, quòd & corporis actibus, & animæ exercitijs absoluatur: vt inquit Bas. de vita solitaria.cap.5. Cum ergo cultus verus Dei in amore ipsius versetur, & vbi verus est amor, in mente ipsa sic reconditus esse non possit quin per signa quædam se foras prodat, hinc illæ oculorum subleuationes, pectoris tunsiones, genuflexiones oriuntur externæ, quæ cœremoniæ vocantur, per quæ se homo magis excitat ad orandum, & gemendum humilius atq; feruentius,& per eas cordis affectus, qui illas externè causauit, magis intus crescit, teste Aug. lib. de cura pro mort. c.5. quæ eatenus vtiles sunt ad gratiam Dei promerendam, & misericordiã, quatenus à recta & sincera voluntate Deo coniuncta proficiscuntur; si enim simulatè exerceantur ad fictam sanctitatem fingendam, quæ est duplex iniquitas: vt d. Hier.lib.6.in Isaiã. c.16. summum malum afferunt, cum Deus quòd intus est iudicet: vt dicit Greg. in past.lib.1.c.14. Et sic cœremonia dicitur actus externus religionis interno respõdens, quæ à græcis dicitur iustificatio, quia sit ritus institutus ad hominẽ purgandum, & iustificandum, & apud Hebræos cœremoniæ significant non tantum actionem externam, quàm legem quæ id statuit.

Cœremoniæ quotuplices sint, & quis earum effectus.

Secundò, notandum, Cœremonias in multiplici esse differẽtia, quædam enim sumũtur à re, persona, loco, & tempore: vt d.Os.de externo cultu.c.87. vel vt d. Bellar.tom.2.de cœremonijs c.29. quædam, sumuntur ab effectu, vt quædam sint institutæ ad iustificãdum, vt sacramenta, de quibus supra, quædã ad alios effectus spirituales, vt exorcismi, aqua benedicta,&c.ad dæmones coercendos, quædam ad solum ornatum,& significationem, vt vestis alba, lumina, & hmõi. Quædam ab institutore, vt aliquæ à natura ipsa sint quodammodo institutæ, velut respicere in cœlũ, flectere genua,

tundere pectus, manus tollere cũ Deũ oramus, quæ natura ipsa docet, & communes sunt cum gentilibus, quædam à Deo institutæ in veteri lege, & noua, vt sacraméta in noua lege, quæ diuinæ cæremoniæ vocantur, quædam ab Apostolis, vel eorum successoribus, quæ dicuntur ecclesiasticæ, vt quòd ad ordines sacros nõ admittantur nisi cœlibes, quòd in ordinatione manus imponãtur, quòd capilli radantur, & huiusmodi, de quib. supra latè in sacraméto ordinis dictum est, & in se habent misticam significationem, vt ibi est explicatum.

Quædam sumuntur à rebus, vt dicit Osius loco cit. c. 89. vel à causa formali, vt d. Bellar. vt quædã sint immediatè diuini cultus, vt sacrificiũ de quo supra de Missa agitur oratio, adoratio, quædã disponant ad colendum Deum, vt ieiunia, cœlibatus, vitæ asperitas, de quibus supra sacramento ordinis, & alibi, quædam sint instrumenta diuini cultus, vt templa, aræ, calices, &c. de quibus supra tract. de Missa est actũ. Inter has etiam cœremonias à rebus sumptas enumerat Osius accensionem luminarium, maximè dum legitur euangelium ad lætitiã designãdam, qui mos est antiquissimus in ecclesia, teste Hier. contra Vigilantiũ. & Sozom. lib. 6. hist. eccl. c. 13. & Euseb. lib. 6. c. 9. & aquæ benedictionem, cuius vsus ortus est à tempore apostolorum, teste Clem. lib. 8. constit. apost. cap. 35. & de ea meminere Cirill. Hier. cath. 4. Bas. lib. de Sp. S. c. 5. Amb. de sacr. lib. 2. c. 7. & Teodoretus d. ea dæmonem esse fugatũ, in ecclesiastica historia, & Epiph. hær. 30. insanum ea sanatum, & incantationes illa ab eo dissolutas. Et Alex. I. post Petrum VI statuit in ep. 1. ad omnes orientales, aquam benedici vt per eam populi purificentur, & sanctificentur, & præcipit id fiendum ab omnibus sacerdotibus, & ibi Os. d. c. 89. ad fi. se remittit ad illos qui scripsere de cœremonijs à rebus sumptis.

Quædam sumuntur à loco, vt quòd templa, & altaria Deo erigantur, & ibi tantum sacrificium peragatur, quòd ibi & in cœmeterijs fideles sepeliantur: vt ibi d. Os. c. 90. & id est institutum antiquũ ecclesiæ; sic enim Ioseph & Iacob in terra promissionis sepeliri voluere, vbi templum dñi futurum erat. Gen. 49. & 50. & tempore Christianorum corpora fidelium in templis sepulta fuisse testatur. Ambr. lib. 1. de Abrahã. c. 9. Hier. in vita Paulæ. & Greg. lib. 3. dialo. c. 13. & Aug. lib. de cura c. 1. idq; cum himnis, & psalmis: vt d. Naz. orat. 2. in Iul. Chris. hom. 4. in ep. ad Hebr. Dion c. 7. eccl. hier. Hier. in vita Paulæ, & Fabiolæ, & ad funus cerei accensi adhibebantur; vt d. Niss. de obitu sororis. & prædicti; & sacrificium altaris pro ijs offerebatur: vt d. Tert. lib. de corona milit. Cipr. lib. 1. ep. 9. Aug. 9. conf. c. 12. Amb. lib. de Valentiniani obitu, & pro ijs anniuersaria celebrabãtur: vt d. Tert. lib. de monogamia. Naz. orat. in Cæsariũ. & dies tertius, septimus, trigesimus, vt d. Amb. de obitu Teodosij, & pro ijs dabantur eleemosynæ pauperib. vt d. Chris. hom. 32. in Matt. & corpora lauabantur. Act. 9. & testatur Greg. lib. 3. dialog. c. 17. & cum honore deferebantur ad sepulturam. Gen. 50. Luc. 7. testatur Naz. orat. 2. in Iul. & tituli erigebantur. Gen. 37. Act. 4. vt latè probat ibi Bellarm. quædam sumuntur ab obiecto materiali, quædam enim cœremoniæ versantur circa personas, vt exorcismi, insufflationes, aspersio cineris: quædam circa locum vt consecratio templi; quædam circa tempus, vt dies festi, vigilię, Quadragesima, & dies determinati sacramentorum administrationi, & celebrationi: quædam circa modũ, vt quòd latinè sacramenta administrentur: & quædam circa res ipsas, vt benedictio aquæ, olei, vestium, palmarum, &c.

Quædam sumuntur à tempore, vt Paschatis celebratio, de quo magna fuit olim controuersia inter ecclesiam Orientalem, & Occidentalem, ita vt Victor Papa excõmunicarit Asiaticos contrarium sentientes: vt d. Euseb. lib. 5. c. 25. Socr. lib. 5. c. 25. Niceph. lib. 4. c. 36. cum seq. & Conc. Nicen. decreuit eodem die post quartamdecimã lunã mensis Martij ab Orientalibus, & Occidentalibus Pascha

Pascha celebrandum: vt d. Euseb.lib. 3. de vita Constantini; & idem statutum est de die veneris, vt celebraretur in memoriam dñicæ passionis, tunc à quibusdã cibis abstinendo, ad hoc pertinet etiã vt à Pascha ad Pentecosten stantes oremus, de quo meminit Tert lib. de corona mil. c. 10. & lib. de orat. Vt ieiunia, quatuor tẽporibus per annum celebrentur, de quibus Gelas. Papa. c. 12. in ep. ad vniuersos epos; vt Eucharistia certis diebus sumeretur; primò enim quotidiè sumebatur, tempore apostolorum, vt sic parati essent ad necem quæ parabatur sequacibus Christi, posteæ charitate frigescente id fiebat tñ diebus dñicis, qua ẽt magis frigescẽte, Conc. Agaten. c. 18. statuit vt cõicarent fideles saltem in Natali Dñi, Pascha, & Pentecosten. c. & si nõ frequẽtius. de conf. dist. 2. & quia tũc semel in anno aliqui non cõicabant: vt d. Chris. orat. de B. Philog. to. 3. & Aug. hom. 28. de verb. dñi, statutum est semel in anno saltẽ sumendã. c. omnis. de pœnit. Similiter, licet omni tempore orandum sit, statutum tñ, vt certis temporibus peculiariter oretur, vt testaĩ Cipr. in expos. orat. dom. Bas. serm. Ascheticо, & in Ascheticis. c. 33. Hier. in 6. cap. Danielis. Isid. lib. de offi. c. 19. Rab. lib. 2. de instit. cler. c. 1. Rup. lib. 1. de diu. offic. c. 1. cum seq. Ad hoc pertinet etiam ieiunij institutio, vt licet omni tempore ieiunare liceat, sabbato tñ loci consuetudo est seruãda, licet postea Innocentius in ep ad Decentium, ieiunium tunc seruandum statuerit in memoriam dñicæ sepulturæ, non aũt die dñico, teste Aug. ep. 80. & etiã vt quarta, & sexta feria à carnibus abstineatur, vt d. Aug. ep. 68. quia quarta feria traditus, & sexta Dñs est crucifixus; & Epiphanius id esse institutum apostolicum docet in cõpendiaria doctrina catholicæ fidei, ꝙ tñ de feria quarta non est in præcepto. Huc ẽt pertinet celebratio quatuor temporũ, vt supra Vere, Æstate, Autunno, Hyeme, ex Calixto ep. 1. ad Bene. & Quadragesimę obseruatio, quæ tñ non humanitus, sed diuinitus est consecrata: vt dicit Max. serm. 1. in die cinerũ. & Amb. serm. 39. Hier. tñ ad Marcellam, d. esse traditionem apostolorum. & extat can. 68. apostolorum de hoc. Huc etiam pertinet vt ijsdem diebus à certis cibis abstineamus, & idem de vigilijs quibus etiã ieiunium præcipitur, de quo Leo serm. 4. de ieiunio 10. mensis. & latè id probat Os. de cœremonijs. cap 91.

Quædam sumuntur ab accidentibus, vt aliæ sint vniuersales, aliæ particulares, vt ieiunium sabbati tempore Augustini seruabatur Romæ, non Mediolani, vt idem d. ep. 118. aliæ temporales, vt abstinentia à sanguine, & suffocato. Act. 15 aliæ perpetuæ, vt ritus sacramentorum, aliæ in præcepto, aliæ liberæ, de quibus Aug. d. ep. 118. His ita notatis.

Primum sit dictum. Christus, vel Apostoli aliquas cœremonias instituere quas ex sola traditione habemus; probatur, nã confirmatio est instituta à Christo, cũ solus Deus possit sacramenta instituere; & tñ in scriptura de chrismate mentio non hr: vnde & Ap. 1. Cor. 11. d. Cætera cum veneno disponam, & tñ nil legis in eo de ritu suscipiendi Eucharistiam, de qua ibi agit Aug. tñ ep. 118. d. esse legem apostolorum, vt à ieiunis tñ Eucharistia sumatur, & Basi lib. de Sp. S. c. 27 multa huiusmodi enumerat ex apostolica institutione, & primò signum crucis, & sic ẽt Christus statuit aquam vino miscendam in Eucharistia, teste Cipr. lib. 2. ep. 3. & Aug. lib. 3 doctr. Chr. c. 21. & tñ in scriptura id nõ legis. *Cœremoniæ à quibus institutæ.*

Secundum dictum. Aliquæ cœremoniæ habent vim spiritualem, vt signum crucis, quæ miram habet virtutem contra insidias dæmonum: vt d. Tert. in scorpiaco, in princ. Orig. hom. 6. in c. 15. Exo di. Cipr. lib. 4. ep. 6. Lact. lib. 4. c. 26. & 27. Naz. orat. in Iul. Hier. in vita Hilarionis. Aug. li. 22. ciu. c. 8. & Ath. lib. de Incarnat. idq; ex dæmonum apprehensione hominis deuotione, & Dei instituto, vt dictum est supra, tract. de Missa. cap. de ecclesia. §. de imagine crucifixi. & aliæ ẽt cœremoniæ habent vim spũalem. *Cœremoniæ an habeant vim spirituale, & quæ.*

Tertium dictũ. Ecclesia potest instituere nouas cœremonias, non ad iustificãdum, sed ad alios effectus spirituales; *Cœremonias nouas an ecclesia*

possunt

possit insti tuere.

possunt enim ecclesiæ cæremoniæ vtiles esse primò ad repræsentandũ, & rudioribus significandum aliquod misterium religionis, & ad orandum; secundò, ad morbos curandos, dæmones pellendos, & peccata venialia delenda per modum impetrationis, vt cũ ecclesia benedicit candelas, palmas, agros, &c. sic enim valent ad effectus ad quos instituuntur ex vi ordinum ecclesiæ, & etiam est probabile ecclesiam posse instituere illas cæremonias per applicationem meritorũ Christi, ita vt ex opere operato producant illos effectus: vt d. hic Bellar. dicẽs tñ id esse probabile non verò certũ omnino, quòd verò ecclesia possit instituere hmõi cæremonias, probatur, nã plus debet posse ecclesia, q̃ homines priuati non tñ sine Dei inspiratione, at Iacob Gen. 28. nouam cæremoniam excogitauit Deo inspirante .f. erigendi lapidem in titulum, & sinagoga addidit nouum diem festum celebrãdum, qui à Deo in lege non erat institutus, Ester 9. & Apostoli Act. 15. instituerunt nouam cæremoniam .f. vt gentiles abstinerent à sanguine, & suffocato, q Deus nõ iusserat.

Cæremoniæ ab ecclesia institutæ non possunt omitti.

Quartum dictum. Cæremoniæ institutæ ab ecclesia non possunt omitti sine peccato etiam citra scandalũ, cum lex ecclesiastica obliget in foro conscientiæ, vt est dictum tract. de Iur. Can, & Ciu. tom. 1. & tract. de Rom. Pont. qui enim potestati resistit Dei ordinationi resistit. Rom. 13. 2. Cor. 13. Heb 13. Præterea ob cæremonias in ecclesia ortæ sunt graues contentiones, ita q ecclesia decreuerit qñque hæreticos contra sentientes; prima fuit ob cæremonias legales, q̃ Apostoli sopiuere. Act. 15. secũda, de die Paschatis, ob q̃ Victor à cõione ecclesiæ separauit Asiaticos contra sentientes: vt hř in Conc. Antioch. can. 1. & ẽt habiti sunt hæretici contra seruantes: vt d. Epiph. hær. 50. Aug. hæres. 29. aliæ de ritu baptismi, de delectuq; ciborum, de peregrinationibus, de diebus festis, ita vt hæretici habiti sint apud Epiph. hær. 46. & Aug. hær. 23. recedentes à cæremonijs quibusdã ecclesiæ, de quo ẽt Hier. contra Vigil. Bern. ep. 240. agit. Idem Epiph. hær 75. & Aug. hær. 53.

Cæremoniæ quo sint vtiles, & meritoriæ.

Quintum dictum: Cæremoniæ sunt vtiles, & meritoriæ, non indifferentes: primò enim sicut oriunť ex pia affectione, sic illam conseruant & augent: vt d. Aug. li. de cura pró mort. c. 5. & ep. 119 c. 11. vnde cũ pulchrè ornatas ecclesias ingredimur deuotionẽ concipimus. Secundò, iuuant intelligentiam, & sunt rudibus loco scripturæ, vel picturæ: vt d. Aug. d. ep. c 7. & idem Aug lib 6. in Iul. c. 2. docet peccatum originale, peccatũ esse in natis non baptizatis, ex cæremonijs, quia exorcizantur & insufflantur. Tertiò, iuuant memoriã, ijs enim renouantur præteritæ Christi actiones, & sic misteria redemptionis, vt sic tanta beneficia recolamus. Quartò, ijs fides exercetur, nam signo crucis aqua benedicta, & huiusmodi protestamur nos certo credere tantam esse potestatem crucifixi, vt ad eius solam imaginem dæmones fugiant. Quintò, ijs religio conseruatur, vt d. Aug. lib. 19. con. Fau. c. 11. nullam religionem etiã falsam sine cæremonijs consistere posse. Sextò, nã per eas optimè distinguimur ab hæreticis, vt signo crucis, abstinentia à carnibus sexta feria, & huiusmodi, & sunt quodammodo signa eorum quę videbimus, Deo dante, in patria, vt d. hic Vig.

Quòd etiam sint meritoriæ, probať, nam sunt opera virtutum .f. saltem religionis, & etiam obedientiæ si sint imperatæ, ideo sunt meritoriæ si fiant vt oportet. i. cum fide, & charitate; Præterea ijs fidem profitemur, at id Deo placet. Matth. 10. ergo.

Cæremoniæ qua lingua sint in sacramẽtis exprimendæ.

Sextum dictũ. Conuenienter est institutum, vt in ecclesia latina sacramenta latinè administrentur. matrimonio excepto, in quo requiritur consensus nutibus vel verbis contrahentium expressus, sacerdote tñ latina verba proferẽte, Ego vos &c. modo sup. explicato; non est tñ de iure diuino, vt latinè ministrenť, conuenit tñ, primò, quia sic ecclesia semper est vsa, vt patet ex Alcuino, Isidoro, Rabano, Ruperto, qui dicunt lingua latina sacra ministrari solita; secũdò, quia aliter impediretur cõmertiũ ecclesiarũ

cum lingua latina sit cõmunis Anglis, Germanis, Polonis, &c. non autem alia lingua, & quia sic magis retinetur maiestas sacramentorum, & vitatur deprauatio, & aufertur occasio rudibus illa perpetim interpretandi: vt d hic Bell. c. 22.

Hæc de cœremonijs. De specialibus verò cœremonijs quæ adhibentur in sacramentis, & Missa, dictum est supra locis suis: de ijs verò quæ exercentur in diuinis officijs, tradunt Rup. de diu. offi. lib. 12. Gul. Dur. in rationali diuinorum officiorum, Ioannes Cochlæus, Amalarius, Isidorus lib. de diuin. offic. Ioannes Bellerus in rationali officiorũ, Guibertus de Tornaeo in libello de officio epi, Alcuinus, Micrologus, Thomas Valdensis, qui & misticam earum significationem tradunt.

De benedictionibus, & consecrationibus varijs.

Benedicere quot modis sumatur, & vt differãt

NOtandum, quòd verbum benedicere qñque sumitur pro laudare, & sic sumitur in cantico trium puerorum, & in Ps. 33. Benedicam dñm in omni tempore. qñque pro gratias agere; & sic accipit Ps. 102. Benedic anima mea dño, qñque pro sanctificare, fœcundare, & cõsecrare rem cui benedicimus, & sic accipitur hic, quatenus per inuocationem diuini nominis aliqua virtus dat rei benedictæ, maior .n. est vis benedictionis diuinæ, q̃ naturę; vnde virgã tenebat Moises, & proiecit eã & facta est serpens, rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur, Exo 4. vt explicat Amb. li. 4. de sacr. c. 4. vnde rectè benedicitur aqua, panis, oleum, vinum, rami, cineres, cerei, & huiusmodi, probatur, nam olim d. Deus Num. 6. inuocabuntq; nomen meum super eos, & benedicam illis. s. effectiuè, cũ benedicere Dei sit benefacere creaturæ benedictę, quòd hominibus nõ licet, qui tñ deprecari possunt vt veniat diuina benedictio super rem benedictam, & cũ desuper venit id virtute superna fit, qui dixit & facta sunt. Ps. 32. Et aperit manum suã, & implet omne animal benedictione. Marc. 6. Io 6. Quòd & in lege noua vsus est Christus, vnde panes multiplicaturus, eos benedixit, & ea benedictione multiplicauit. Matt. 14. Luc. 9. & Chris. & Teoph. 1. Tim. 4. d. etiã res immundas sanctificari per signum crucis & orationẽ, quanto magis res per se bonæ. Id etiam probatur ex vsu ecclesiæ, nam aqua à tempore apostolorum solita est benedici, teste Clem. lib. 8. apost. const c. 35. & Dion. de eccl. hier. cap. de baptismo. d. aquam sacris inuocationibus consecrari, & Alex. I. ep. 1. id ab omnibus fieri sacerdotibus præcipit. & Cirill. catech. 3. & Cipr. lib. 1 epist. 12. Bas. lib. de Sp. S c. 27. Aug. lib. 6. in Iul. cap. 8. qui omnes tradunt aquam sacris inuocationibus consecrari, & in Conc Nanneten. cap. 4. præcipitur sacerdoti dum visitat ægrotum aqua illum & cubiculum aspergere De benedictione olei tradit Dion. ibid. & Aug. tract. 118. in Ioã. De benedictione panis extra Eucharistiam, meminit Aug. lib. 2. de pecc. mer. cap. 26. De benedictione cerei Paschalis habetur in Concil. Tolet. IIII. can. 8. His notatis.

Primum sit dictum. Rectè ad significandos, & efficiendos effectus supernaturales vtimur aqua, oleo, pane, vino, & huiusmodi rebus benedictis; probatur, nam aliqua benedicuntur ad significandos effectus spirituales, vt cineris aspersio ad denotandam pœnitentiam, palma victoriã, cereus Paschalis gloriam resurrectionis Christi, qui se lucẽ mundi nominat & est, nam in cereo est cera q̃ ex ape virgine prodit, lichnus albus, & lumen: sic in Christo est caro q̃ à Virgine ꝓdijt, & anima sanctissima & diuinitas, q̃ post passionem illuxit sanctis Patrib. in limbo cũ anima sanctissima. Es. 9. Secundò, benedicũtur ꝓdicta ad delendum venialia, vt aqua benedicta. c. aquã sale. de cons. d. 3. Tertiò, ad fugandos dæmones, & morbos curãdos, vt patet ex precibus quibus benedicunt; probatur, nã Num. 5. Aquæ à sacerdote maledictæ, ab adultera epotæ, vẽtrem eius inflabant, ergo & ècõuerso benedictæ prosunt, & Num. 19. Aqua expiationis iudæi mun-

Benediciq soleant, & cur, & quę vis eorũ, & maximè a quæ benedictæ.

dabantur à legalibus sordib. Heb.9. & Eliseus ad sanãdas aquas adhibuit salem 4. Reg.2. & aqua Iordanis curauit Naamã Sirũ. 4. Reg.5. & Apostoli oleo vngebãt ægros, & sanabantur. Marc.4. ex potesta te eis à Dño tradita, d. super ægros manus imponent, & benè habebunt. Marc. vlt Matth. 11. Luc.17. Præterea Ioseph aqua benedicta soluit incantationes, teste Epiph. hær 30. & idem Marcellus, teste Teod lib.5. cap 21. & Macarius, vt d. Palladius. c.19. & Hilarion, teste Hier & S. Bernardus, vt hr in eius vita lib.3. c.5. & Fortunatus quendam qui ex equo ce ciderat, vt Greg. d. lib.1. dialog. c.10. & idem d Beda lib.5. hist c.4. mulierem ægrã sola aqua benedicta sanatã. & Tert. lib.5. hist. c.21. & lib 9. hist. tripart. c.53. Niceph. lib.12. c.27. d. Marcellum epm aqua benedicta dæmonẽ fugasse, qui im pediebat euersionem delubri Iouis, & Epiph. lib.1. de hæres. Ebionitarum ait, quòd cũ Iosephus vellet instaurare templum Adriani in honorem Christi, & egeret calce, & iussisset fornaces accendi, Iudæi q; prestigiis ignem ligassent, ipse aqua benedicta lignis perfusis, statim accensæ sunt. & turbæ clamarunt, Deus auxiliatur Christianis; & mulier quę videbatur in equam cõuersa, vi aquæ benedictæ in pristinam formã restituitur, teste Palladio in vita Macharii Abbatis. Io. Chris. etiam aqua benedicta multos infirmos sanauit, vt d. Beda lib.5. hist. c. 4. & 5. Malachias ea freneticũ sanauit. vt d. S. Bern. in eius vita, locustæ etiam ea fugatæ, vt d. Teod. in relig hist. c.8. & septem dæmones, vt d. Petrus Venerabilis lib.1. de miraculis. cap.7.

Verum est tamen quòd prædicta non operantur infallibiliter, vt sacramenta, quia habent hmôi virtutes nõ ex pacto Dei expresso, sed precib. ecclesiæ, & deuotione vtentiũ, & quia non expedit homini, vt liberetur qñque à morbo, vel dæmonis vexatione, & prædicta sunt quid sacrale contra dæmones, & impedimenta sacramentorum: vt d. D. Th. 4. dist. 12.3. p. q.65. art.1. ad sextũ. & q.71. ar.2. ad tertiũ. q.83. ar.3. Sot. dist.15. q.2. ar.3. Tur. Cr. tr. de aqua bened. c.5.6.7.

Secundum dictũ. Campanæ etiam recte exorcizantur, vt per earum sonitum pellanť externi hostes, fragor grandinum, & insidiæ inimici, & per eas homines inuitentur ad diuina, sicut olim tubis conuocabatur multitudo Num. 10. & in omni politia conuocatio fit aliquo sono. c. ius militare. dist 1. Cãpanæ, altaria, &c. cur benedicãtur.

Tertium dictum. Rectè etiam ornantur cõpetenter, vel benedicuntur ecclesiæ altaria, calices, & huiusmodi, de quibus sup. est dictũ tract. de Missa & quòd ecclesiæ antiquitus fuit consuetæ consecrari, patet ex Euseb. lib.9 hist. cap.10. Ath. in apol. ad Constantium. Bas. in Ps. 114. Amb. lib.1. ep.5. Conc. Cartag. can. 6. II. Bracaren. can.6.

Et ex his, impositus sit finis primæ Parti tomi IIII. Tractatuum meorũ Theologicorum, & Canonicorũ, licet fortè, sub alio nomine, vt aliis morem gererẽ, ægro animo editę ad laudem Dei Opt. Max. Beatissimæ Virginis, & omnium Sanctorũ, & fidelium vtilitatem, in qua si quid dissonum à fide catholica, & dogmatibus ecclesiasticis (q Deus auertat) continetur, id præter intentum meum cõtigisse affirmo, & idipsum reiicio, renuo, & pro non scripto reuoco, & annullo, omnia in ea contenta censuræ subiiciens, & correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & si quid in cæteris (quòd humanum est) minus certum & probatum, licet catholicum protuli, id omne virorũ piorum, atq; doctrina præstantium, correctioni, & emendationi libenter cõmitto, quos & alios oẽs togatos velim, vt priusquam manum operi admoueãt, errata perlegant, & locos ibi notatos, iuxta emendationem ibi notatam, adaptẽt; qui &, licet non operis præstantiam, at certè animi mei desideriũ, pro viribus, tametsi tenuibus, fidelibus vtilitatem aliquam præstandi (quæ ad hos labores suscipiẽdos, & ex variis locis simul conflandos me impulit) boni cõsulant, Deũ Opt Max. exorantes, vt gratiæ suæ rorem desuper effundat, ne optatis omnino destitutus relinquar.

F I N I S.

REGISTRVM.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt Quaterniones, præter b A & Fff quæ ſunt Duerniones, c & X Terniones.

B R I X I AE,
Apud Petrum Mariam Marchettum.
M D X C V.

Superiorum Permiſſu.

Errata ſic corrigantur.

PAgina 2.columna 2.linea 24. effectus ideſt, effectus qa ibi,pag.6.col.1.lin.43. ſic res, ſic nec
res,c.2.l.41.ſerm.de ſtellis,delendum,p.10.c.1.l.3.ſacramentorum,ſacramenta,ibi.l.5.tradi-
tione,addendũ,& Chriſti inſtitutione p.11.c.1.l.23.dubitabitur,dubitabatur,ibi.l.25.aſper
ſionem,add.etiã p.13.c.1.l.48.c.add.1.p.15.c.1.l.31.recipientis,præcipientis, c.2.l.9.neceſſitatũ,
neceſſitatem,ibi.l.vlt.corpus,corporalibus p.16.c.1.l.23.cond,10. ibi.l.vlt.quoties,add. quis,ibi.
c.2.l.14.hic,hoc,l.antep.faculas,faculas p.17.c.1.l.18.nõ ſumi,non aũt ſume p.18.c.2.l.31.finis,
finem p.21.c.1.l.22.& quõ ſoluendũ,& ſoluendũ,ibi.l.24.impoſſibile,add.vt ſupra,ibi ergo,de-
lendũ l.18.nos,non l.47.ita delen.c.2.l.7.ianua,add.initiatiuè,ibi.l.18.iuſtificantur,add.per ba-
ptiſmum l.20.illius,veteris p.22.c.2.l.28.certum eſt,add.ꝙ damnabuntur p.23.c.1.l.20. faciẽdæ,
conferendæ l.45.ve,vt p.24.c.1.l.7.& ſi,cum,ibi.l.9.tamen,ſi l.38.ſupernaturale,add.præceptiuũ
c.2.l.46.ſic ẽt,add.habebant p.25.c.1.l.33.ſecundũ,ſolum c.2.l.37.tñ,delen.l.42.certus,add.quan
tum ſit ex parte externi ſigni p.26.c.1.l.1.non, delend. l.2.paſſionis,add.non c.2.l.46.lege,add.
tempore aduentus Chriſti,vel aduentui Chriſti vicini l.47.explicitè, diſtinctius p.27.c.1.l.1.ex-
plicitè,diſtinctius c.2.l.2.miſteriorũ, add. reſpectiuè l.14. claram notitiam de miſterijs Chriſti,
habentes explicitam cognitionem de quibuſdam miſterijs fidei , quæ à prioribus nõ cognoſce-
bantur explicitè l.27.neceſſaria, neceſſariò p.28.c.2.l.13.originali, add. vt ſignum ex fide ſuſci-
pientium l.29.102,101.l.30.amphoras, add.ita Alen.loco cit. p.29.c.1.l.3.103,102.c.2.l.25. faciei
munditias,manuum,ibi.l.34.caſſare,ceſſare p.30.c.2.l.13.moralis,inſtrumentalis p.31.c.1.l.4.le-
gis,add.& Trid.ſeſſ.7.can.2.6.7.8.9.ibi.l.12.conferebant, add.ex fide,contritione, & deuotione
ſuſcipientium,vt ſigna quibus proteſtabantur fidem Redemptoris, cuius virtute peccata remit-
tuntur,vt d.D.Th.1.2.q.102.art.5.ad quartum,ſextũ,& octauũ.& q.103.art.2.Cano.de ſacr.5.p.
3.diſcrimine,d.ꝙ principaliter peccata remittebantur fide,& contritione, ſed cum illis ſacris vt
ſignis fidei &c.ibi.l.47.apoc.apol.c.2.l.12.regeratiua,regeneratiua l.34.baptiſmo,add.in actu p.
31.c.1.l.10.ſic,add.ideſt eſſet tm ſignum,ibi.l.11.tribuens,tribueret p.33.c.1.l.42.vel omnes,vel
multæ,delen.l.45.abſoluti,abſoluit l.49.50.51.& c.2.l.1.conſecratione,oĩa delen.ibi.c.2.l.35.mo
uentur,add.ideſt applicantur l.41.tantũ,delen.l.47.48.formaliter,inſtrumentaliter p.35.c.1.l.3.
vero,delen.l.9.corpus,animam p.36.c.1.l.21.gratiæ qualitas,del.ibi.c.2.l.7.8.operetur,operent,
ibi l.41.tribuit,tribui p.37.c.1.l.40.ſuam,del.p.40.c.1.l.33.diuinum, add. hypoſtaticè p.41.c.1.l.
38.abſurdum,add.eſt,& præſertim l.42.qua,quia l.46.credimus,add.& l.48.fidem,add.& ſic c.2.
l.10.babet,add.applicando ſacramenta l.11.Chriſtus,add.ſine ſacramentis l.22.datũ,add.ex tem
pore p.45.c.2.l.35.gratiæ effectricem,gratiam l.36.caracteris, caracterem l.37. producit effectũ,
producitur l.38.caracteris erit effectus entis realis)caracter erit effectus realis p.46.c.1.l.29.mo
tus,add.5.Phiſic.l.35.36.cum baptizatus ponit obicem ad gratiã)& cũ baptizatus nõ ponit obi-
cem,etiam ad gratiam p.47.c.1.l.37.fluxu,add. ſ.in quadam inclinatione c.2.l.16.rationem,add.
& diſcretionem p.49.col.1.l.34.caracter, add.indelebilis eſt p.48.c.1.l.38.eſſe in eſſentia animæ
non) eſſe nõ in eſſentia animæ,ſed p.50.c.2.l.29.Euchariſtia, add.pœnitentia p.52.c.2.l.32.veli-
mus,volumus p.55.c.2.l.35.vt,& p.57.c.2.l.9.&,add.non p.60.c.1.l.27.diſponatur,diſponat p.67
c.2.l.vlt.eſſe,etiam p.73.c.2.l.49.vt,ar p 74.c.1.l.49.conditio ſine qua non, radix & fundamentũ
iuſtificationis omnis p.75.c.1.l.16.non erat, non enim erat c.2.l.12.recipientium, recipiendam
p.76.c.1.l.5.6.aufert,auget l.8.rationem,add.eſt figura l.31.linguarum,delen.p.77.c.1.l.13.poni,
pani p.78.c.1.l.31.enim,tamẽ,ibi.l.47.nos comedere,nos,comedere, ibi.c.2.l.6.hominis,add.&,
ibi,&,delen.l.39.teſtamẽti,add.hæredes p.79.c.1.l.22 minus principalis,delen.ibi loquens,add.
illis p.80.c.1.l.vlt.vicem, add. de quo Luc.12. dr̃,baptiſmo habeo baptizari c.2.l.10, quam,q̃, q;
l.16.17. de quo ẽt dr̃ ſe Luc.12.baptiſmo babeo baptizari,delen. l.20.oſtendendum,credendum
p.81.c.2.l.7.hoc,add.etiam p.84.c.1.l.8.nominis,nominibus,ibi.c.2.l.8.eſſe, add.reſpõdendum,
ibi.l.31.eſſe,etiam p.85.c.1.l.43.&c.add.& hypoſtaſis ſubſiſtens p.86.c.1.l.3.eſt,etiam,ibi.l.19.li
lum,illũ p.89.c.2.l.4.re,regio p.90.c.1.l.43.fonte,add.oportet ſit baptizatus p.91.c.1.l.20.97, 67.
ibi.l.22.impatientes,impatientis,ibid.l.24.exigerit,exegerit p.92.c.1.l.8.verbũ, verbis, ibi.l.48.
quin,quia,ibi.c.2.l.13.cognitionem,cognationem,ibi.l.49.proficeret, perficeret p.93.c.1.l.13.ba
ptiſmus,baptizandus,ibi.l.40.enim,add.miniſtrauit,ibi.c.2.l.31.perſeuerauit,add. tenendũ eſt
p.94.c.2.l.6.cath,catechizandi p.98.c.1.l.27.qui,quia c.2.l.28.cum,eum p.99.c.1.l.36.c.adden.1.
p.101.c.1.l.4.eſt,eius c.2.l.42.eſſe,etiam p.102.c.1.l.27.gratiam,primo, gratiam primam l.35.re-
nuit,add.ergo:p.103.c.1.l.6.attritionem,add iuſtificando p.107.c.1.l.40. qui, add.de ſent.excõ.
in 6.l.47.c,conſtit.p.111.c.1.l.43.ſuffutum,ſuffoſum p.112.c.1.l.42. baptiſmũ, baptiſteriũ p.116.
c.2.l.28.eum,add.quem p.120.c.1.l.46.proficiendum,perficiendum c.2.l.38.carentium,add.vt ij
dicunt,p.125.c.2.l.20.ex,delen.p.127.c.1.l.11.ſacramentalis,ſacramento l.47.non d.Luth,nõ eſt
dicendum l.48.ſed,nec p.132.c.1.l.50.voto,mundum p.135.c.1.l.1 baptiſmi, add.Ioannis p.136.
c.1.l.10.pro, per c.2.l.15. ſint, add. vt nullatenus poſſint,niſi morte præueniente ab inuicem ſe-
gregari l.43.Borneatienſi,Vuormat.p.137.c.2.l.11.dictum eſt, dicitur p.138.c.1.l.21.poſſit, add.
modo explicato p.143.c.2.l.41.ar.7.add.de quo latè in tract.de pœnit.p.144.c.1.l.48. c.nã p.148
c.1.l.11.

c.1.l.11.Luciferianus,Luciferiane p.149.c.1.l.31.etiam,esse p.150.c.1.l.13.gratiæ S.S.,gratia Sp. S.p.151.c.2.l.1.tamen,eam p.153,c.2.l.29.eccle.add. e.vlt.ibi. fas nõ esse litteris mandare verba) efficientes consecrationis preces fas non esse scripto interpretari p.154.c.1.l.12.est, enim, ibid. cõfirmationis,sanctificationis c.2.l.26.27.esset error,esset ẽt error l.29.Caluinus, add.ex Bellar. l.42.succeditur,add.a Papa p.155.c.1.l.24.eis,alijs p.156.c.1.l.36.esse,etiam l.40.Rom.add.1. lin. 36.esse,etiã p.157.c.2.l.1.erat,add.consecrandus & p.158.c.2.l.40.3.q.1. 2.q.1.ex Mag.p.159.c.1. l.45.vna,vnum c.2.l.18.vnum,add.sacramẽtum p.161.c.2.l.45.totum, coctum p.163.c.2.l.19.nu. add.2.3.p.164.c.2.l.17.panis,add.sacratus l.21.diuinitatis,diuinitas p.165.c.2.l.18.Matt.add.26. p.166.c.2.l.6.sanguis,delen.p.167.c.1.l.15.eam,add.talem p.168.c.2.l.18. saluti, satiri p.173.c.1. l.39.forma,add.separata à materia p.174.c.2.l.24.ens transeat,ens non transeat l.25.totum,add. transit in corpus,ibid.vt aer, aer vero p.177.c.2.l.7. q̃ qui minus, neq; qui minus paraverat habuit minus p.180.c.2.l.18.sequitur,add.apud Sot.4.d.10.q.1.art.6.p.182.c.1.l.13.ibi, add.hoc est in eo quod videtur p.183.c.1.l.18.8.add.vbi p.184.c.2.l.15.vidit,videt l.39.animã, an id l.42.res, vel l.44.determinatur,determinetur p.185.c.1.l.46. conseruentur, cõseruarentur p.188.c.2.l.2.& verbum,vt verbum incarnatum p.191.c.1.l.6.dictum, dicendum p.192.c.1.l.33.se consecrare, reconsecrare c.2.l.27.si,sic p.193.c.2.l.18.cuius,eius l.19.consequantur,consequuntur l.38. &,vt p. 194.c.1.l.21.acciperentur,accipiuntur c.2.l.4.refert,refertur p.195.c.2.l.24.decẽ,duodecim l.33. ideo,12.p.196.c.1.l.46.47.48. ergo cum velut vniti nostris corporibus per sacra eius carnem, & sanguinem) ergo vniri nostris animabus per sacr̃m eius carnẽ,& sanguinem p.197.c.1.l.25.perficit, proficit p.201.c.1.l.36.sumpsimus,sumpserimus p.202.c.2.l.29.dispensare, dispensari l.34. ne,vt p.203.c.2.l.44.per,præter p.205.c.1.l.15.Viat. Vict.l.24. 4. add.de quo alibi.c.2.l.49. sacramentum,sacrum p.209.c.2.l.6.7.manet,add.est tñ abstinendũ l.8.aufertur,auferatur l.11.tñ,del. p.210.c.1.l.7.casu,add.cũ est sine culpa c.2.l.8.inf.in c.p.213.c.1.l.5.qui, quod l.27. Et per totum Papam,Sother Papa c.2.l.12.repræsentaret,add.quis l.31.anno,vita p.214.c.1.l.17.proficere,conficere l.34.30.lect. Tolet.c.2.l.48.quinto,add.ob p.222.c.2.ablationis, ablutionis p.227.c.1.l.13. Iren.Innoc.p.233.c.2.l.22.hoc,add.facite p.236.c.1.l.49.sumpsimus,sumpserimus col.2.l.20.sess. add.22.l.47.stola,add.potest p.237.c.2.l.8.dicens,benedicẽs p.238.c.1.l.2. dum consummetur,& consummatur c.2.l.10.in,infra p.239.c.1.l.43.47.add.de p.242.c.1.l.47.hoc, add. modo p.243.c. 1.l.38.peccata,add.per hoc sacrificium p.244.c.1.l.2.esse,etiã l.20.quod,delen. l.24.qui sumitur, quæ sumũtur p.245.c.1.l.1.sed,add.quod l.10.habet,add. s.quò ad iustificandũ,ibid.l.28.Missæ, add.propriè ratione præsentis status Christi l.30.mereri, add. propriè l.43.operato, add.quia c. 2.l.11.peccatis,add.oblatum,ibi,concedit,impetrat,ibid.l.12.auxiliũ, add.efficiens cõtritionem in disposito ad illam,ibid.ad pœnitentiam faciendã,del.ibi.l.22.sint,sunt, ibid.salutem, add.vel differt,ibid.l.27.satisfactoriũ,add.quatenus pro ijs offertur.d.c.2.& can.3.l.47.4,add.modo explicato p.246.c.2.l.39.per,qui p.248.c.1.l.14.qui,quia l.29.tñ,tam l.32.tñ,add.nõ p.249.c.1.l.10. baptismi,add.omnibus p.250.c.2.l.34.excõicatum,excõicationem l.38.recipitur,recipiunt ibid. vtitur,vtuntur p.253.c.1.l.1.omnia,omnino c.2.l.48.Iren.Innoc.p.254.c.2.l.11.sacr̃m, sacrum p. 255.c.1.l.9.sacramentum,sacrum c.2.l.22.sacr̃m,sacrum p.256.c.1.l.29.tradit,traden c.2.l.13.cœlum,cœtum p.257.c.1.l.5.sacr̃m,sacrum p.258.c.1.l.43.sacr̃m, sacrum p.262.c.2.l.37.erecti, eiecti p.266.c.2.l.5.fons,add.erat p.267.c.1.l.12.condonatur,donatur p.268.c.1.l.1.te,le l.28.tella,sella p.269.c.1.l.44.argenteas,add.adhibebãt p.272.c.2.l.10.c.C.p.274.c.2.l.16.el,Deo p.277.c.2.l.33. effusionem,add.& p.278.c.1.l.26.peccauit,add.intelligant p.279.c.1.l.14.pretiũ, pretiosum corpus p.280.c.1.l.44.loquendi,orandi p.281.c.1.l.14.iussu principis, publicæ l.40.aulam, add. Dei p.284.c.1.l.vlt.aliorũ,add.etiã p.188.c.2.l.49. lib. add.1.p.291.c.2.l.47.menetas, metretas p.292. c.2.l.21.Christus,Christi l.46.& si,tam etsi p.293.c.2.l.48.intelligi,add.quod p.296.c.2.l.47. expressum,add.tipicè p.301.c.1.l.24.lexiacinthina,iacinthinam p.301.c.2.l.2. capiendos, cõcurrentes p.303.c.1.l.30.itur,vè p.304.c.1.l.14.in ea vitriata, æneavè strata p.306.c.2.l.50. relectis, erectis p.307.c.2.l.6.per se,del.p.320.c.1.l.39.opertus, apertus p.316.c.1.l.17.fungia, frangia p.317. c.2.l.14.declarabitur infra,declaratur supra p.318.c.2.l.16.cubitis, add.tribus p.320.c.1.l.50.Lectoribus,Lectorilibus p.321.c.1.l.36.inferius dr̃,supra dr̃ l.37.&c,add.in p.322.c.1.l.30. ordo,nodo p.327.c.1.l.5.vt,& c.2.l.39.sumi,sumitur p.328.c.2.l.14.consecramus,conseruamus p.330.c.1. l.38.Inn.add.nisi in duplicibus vbi cadit alterius commemoratio p.331.c.2.l.3.spect.specul.l.17. pranæama,pœneama p.338.c.1.l.47.In add. vno p.340.c.2.l.13.&, add.in signum p.349.c.1.l.22. non,tum l.28.petitionem,add.oratio dirigatur c.2.l.38.Clemẽtis,add.Xisti p.355.c.1.l.16.cap.1. add.in fi.& supra cap.1.p.358.c.2.l.34.Ignatio, add.Alexandro p.360.c.1.l.1.creatione, creaturæ l.36.dicit,dixit l.37.dicit,dixit p.363.c.1.l.34.ꝙ,add.ei p.367.c.2.l.10.diuisionem, concussionem l.11.fractione,passione p.369.c.1.l.12.quasi,vt c.2.l.4.corpori, corporali p.370.c.1.l.38.ꝙ, qui p. 371.c.2.l.48.sacramentũ,sacrificiũ p.375.c.1.l.25.prope, properè p.377.c.2.l.23.pollicem, pollici l.24.indicem,indici p.379.c.1.l.49.correcto, porrecto p.381.c.1.l.50.& custodiat, del.p.382.c.1.l. 37.altari.add.non p.384.c.1.l.41.quibus,add.qñq; p.386.c.1.l.5.prius,pridie l.31.nautio, nausea p.387.c.2.l.27.sancta,2.ver.5.l.29.&,add.per p.388.c.2.l.5.in potentia, impotẽtia p.389.c.2.l.48. Vissel.Missel p.390.c.1.l.25,in,del.c.2.l.23.si bene,sibi enim p.391.c.1.l.42.duxerunt, add.modo

quo

quo supta c.2.l.24.ant,autē p.394.c.1.l.23.curentur, add.ijs l.50.satisfiat,&, add.con l.44.c.2.su-
sciperet,add.æstimandi p.395.c.2.l.12.est,add.qñque l.39.male, add.quis p.396.c.2.l.6. latrium,
latriæ p.398.c.1.l.34.præferentem,perferentem c.2.l.25.ti,se p.401.c.2.l.32.visitatori,visitationi,
p.402.c.2.l.22.interturbent,add.id p.403.c.1.l.5.possint, add.q̄ celebtarit l.37.quæ, qui c.2.l.33.
at,nec p.412.c.1.l.12.institutio,instituto c.2.l.16.summe, summi l.26.sacrificiū, sacrificia p.416.
c.1.l.37.non,ei p.426.c.1.l.39.etiam,non p.431.c.2.l.14.imaginem,imaginationē p.433.c.1.l.17.
præterea,add.illa p.436.c.2.l.2.magis,add.poterit,ibi aliud,add.re mutata non manente l.5. eo-
rum,aliquorum l.12.dr̄,dicit p.437.c.1.l.42.loquitur,loquuntur c.2.l.30.nil,add.aliud l.44.man-
ducatur,add.sic dr̄ p.439.c.1.l.6.dicentē,dicere l.21.substātia,specie p.442.c.1.l.38. &, est p.444.
c.2.l.11.&, add.nō p.447.c.1.l.40.mutationis,nutritionis p.448.c.1.l.28.obstare, add impiorum
sumptionem p.452.c.1.l.28.propositione,add.est dictū.c.2.l.30.dispensatione, add.sacri l.41.ca-
tholica,add.est p 453.c.1.l.39.Pontificij,Pontifices Maximi p.454.c.1.l.39.F. add.de quibus latè
infra c.2.l.46.ipsius,ipsorū p.455.c.2.l.25.mala,apta l.47.seruilis, add.surgit p.457.l.31.c.1.sunt,
add.per se p.459.c.2.l.40.medicina,add.in adultis,modo quo sup.in sacro baptis. p.462.c.2.l.33.
forte,del.p.463.c.1.l.35.exponere,exponit c.2.l.17.patitur,agatur p.465.c.2.l.11.compertū,add.
est ibi l.28.29.diuina positiua,vt furtum;ciuili p.467.c.1.l.31.chromatica, molli c.2.l.50. certum
est,aliqui dicūt p.468.c.1.l.16.turpiloquio,stultiloquio l.18. delectationem, add.vanā tm̄ p.469.
c.1.l.29.vt,vel l.42.opere,add.malo p.470.c.1.l.47.peccandi,add.nō peccare p.471.c.2.l.18.est,ex
p.473.c.2.l.20.pluribus,add.modo quo supra p.474.c.2.l.22.monachi,adden.modo quo infra p.
478.c.1.l.10. 23, add.modo quo supra in sexta regula p.481.c.2.l.2.talis, add.eius l.3.promittit,
permittit p.482.c.2.l.13.cœnam,add.aliàs non,& tutius est vt super hoc interrogētur p.483.c.1.
l.27.q.6.add.de quo infra c.2.l.33.34.secundùm voluntatem, s.voluntas p.486.c.1.l.12.ordinati,
ordinari p.487.c.2.l.1.quodammodo,delen.l.11.obiecti,subiecti l.13.14.15.sed nō exigit infini-
ta supplicia mensiue secundùm quantitatē obiecti,sed differens secundùm qualitatem,& quan-
titatem obiecti,l.seq.in inferno,delen.p.488.c.1.l.45.per, add.id p.489.c.1.l.15.dispositionis,di-
spositiua l.30.tm̄,add.modo quo supra p.490.c.2.l.17.habereti,haberetur l.22.extrinseco,intrin-
seco p.492.c.1.l.4.reuerenter,reuerentem l.20.remittat,remittatur c.2.l.16.vt, add.ei l.38.satisfa-
ctionem,charitatis actum p.493.c.1.l.35.sequitur,sequeretur p.494.c.2.l.26.conclusio, conditio l.
29.conclusio, conditio p.495.c.1.l.10.conclusio, conditio lin.17.conclusio, conditio c.2.l.35. om-
nino,oēs lin.48.49.50. restituta possibilitas, restitutum possibiles,ibid. vel pœnitentia restitui nō
possunt,virginitas enim amissa per pœnitentiam restitui non potest p.490.col.1.lin.31. contri-
tionis,virtutis col.2.l.31.confirmatur,confertur l.41.fuit,fuerunt p.497.c.2.l 24.committit, com-
mittitur p.499.c.1.l.36.satisfactionē,expletionem p.501.c.2.l.20.sed, add.animi & p.503.c.1.l.29.
concl.5.add.de quo supra lin.41.& non, add.facere col.2.lin.27.non,add.facere lin.28.potestate,
add. non lin.29.30. facere, add.non autem eorum pœnitere possumus,quia euitare nequiuimus
lin.48.causa,add.vt peccent lin.vlt.accrescit,add.primo p.504.c.1.l.40.virtutis, terrenorum p.511,
col.2.lin.14.confessionis,add.in baptizato p.512.c.2.l.5.pœnam, add vereatur l.50.tertia,delend.
p.513.c.1.l.5.primo,tertio col.2.l.27.28.cōtritio, attritio p.518.c.2.l.32.& add. tempora p.520.c.1.
l.39.11.add.de quo infra p.521.c.1.l.1. c.add.de p.522.c.2.l.32.anni, add.tempore p.526.col.1.l.11.
auertimur,add.sic p.527.c.1.l.34.est,add.non peccat p.528.c.2.l.35.prohibetur, prohibitionem p.
529.c.1.l.11.cogitatione,cogitentur lin.16.stetepat,strepat lin.29.committitur, cōsequuntur col.
2.lin.26.circunstātia, diligentia p.531.c.1.l.23.feminis,add.in ecclesia col.2.l.35.nu.7. add.de quo
infra p.532.c.1.l.34.vel,add.cum col.2.l.21.tñ,tm̄ lin.42.lacescat, add.non peccat p.535.c.2.l.38.li-
cere,add.non p.538.c.1.l.1.confessionis,add.agitur lin.48.non,esse col.2.l.47.est,del. p.539.c.1.l.3.
confessio,add.modo explicato p.541.c.1.l.11.posse,add.absoluere col.2.l.10.&,vt lin.17.si, se l.37.
ep̄o,add.sint p.542.c.1.l.9.tollere,add.eis lin.32.mandato, mandante lin.39.Mon, pen.col.2.l.32.
verisimiliter,add.non p.543.c.1.l.5.in 6.del.lin.7.possit,add.quod intelligitur de prælato,non au-
tem de delegato,nisi ei id specialiter concedatur col.2.l.43.superior, add.de quo intra p.544.c.1.
lin.21.absoluat,absolueret lin.35.36.qā ratione ducitur,audiens p.546.c.1.l.21.potest, add.illa p.
548.c.2.l.14.præcepti,add.modo quo infra p.549.c.1.l.3.ordinatam,ordinariam p.550.c.2.l.48.di-
cere,habere lin.vlt. perfecta,del. p.554.c.2.l.44.infra, alibi p.557.c.1.lin.12.priuil. add.vel ab ep̄o
approbatus sit p.561.c.1.l.36.moralis,ruralis p.563.c.2.l.14. nulli esse, nullū esse casum lin.25. &,
vt lin.43.optime,del.lin.45.in 6.add.de quo infra p.564.c.2.l.vlt.Cancell.Candel.p.565.c.1.l.1.ali-
quid,aliqui c.2.l.14.doctor,add.est p.566.c.1.l.25.ordinum, add.nō c.2.l.5.ei,in illo p.567.c.2.l.9.
dimitti,admitti p.569.c.2.l.49.q̄,quo p.570.c.1.l.32.non sigillum secreti naturæ,nam sigillum se-
creti confessionis col.2.l.8.infra,del.lin.31.perpetrasse,add.sunt celanda lin.42.tertiū, tertij lin.
43.cur,add.cum p.572.col.2.l.6.qua, quia lin.13.possit, posset lin.16.demonstratur,demonstraret
p.573.c.1.l.20.ep̄is,ijs p.575.c.1.l.vlt.imò,add.etiā p.576.c.1.l.35.si, add.tñ lin.37. &, debet p.580.
c.2.l.34.nō, cum lin.39.habens, add. nec paradiso quis potiatur quandiu dignus est pœna p.584.
c.2.l.vlt.sine alio,add.nec sine gratia p.587.c.2.l.18.Mariæ vt pœnæ,vt pœna Mariæ p.588.c.1.l.23
sensit, mensis p.589.c.1.l.1.si,est p.598.c.2.l.22.relaxet, agat p.599.c.1.l.20. 22. add.q.4. col.2.l.20,
octo,octoginta p.602.c.2.l.31.Bel. vel p.603.c.2.lin.36.iam, non p.607.c.1.l.22.vel inferno, delen.
c.2.l.22,

c.2.l.22.panciores,grauiores p.611.c.1.l.21.dinitiæ, add.augētur col.2.lin.8.domos, homines lin.
11.extenſo,add.expendant p.612.c.1.l.14.maledictus, maledictos col.2.lin.28.rugini, add.ſimile
lin.36.demōſtratur.demōſtrabit lin.39.at,& p.613.c.1 l.3.oritur,oriatur lin.19.ſi, ſe lin.23.ſtrui,
ſtecur lin.37.cuſtodienda,cuſtodiendam col.2.lin.7 proſequūtur,proſequitur lin.47.promittere,
permittere lin.50.proficere,perficere lin.ead.quia,quin p.614.c.1.l.1 id agat,aliter id agat lin.35.
vel in patientia, vel impatientia pagina 615. col.2.lin.2. ſternat, former lin.8.vim, eum lin.30.
deteſtatur,deteſtetur pag.616.c.1.l.10.inuoluatur, inuoluitur lin.31. reſponder, reſpondent c.2.
lin.44.poſſit,poſſim lin.45.famarer, famarem p.617.c.1.l.19.non, modo p.618.c.2.l.35.ſed, delen.
lin.39.data,dato lin 46.adicta,adiecta p.619.c.2.l.34.nouitiatum,nouitium p.620.c.2.l.27.pro,per
p.621.c.1.l.25.cognitio,add.non col.2.lin.40.vnicū,vnic.p.622.c.1.l.45.per, pro p.623.c.1.l.43. nō,
del.p.624.c 1.l.1.vitatio,viſitatio lin.33.&,ſi lin.34.abſoluatur,abſoluitur lin.vlt.ſpectent, ſpectet
p.625.c.2.l.20.vbi,vt ibi lin.vlt.ea,eo p 626.c.2.l.34.reuertatur o. reuertatur,ꝙ lin.43.iudex, add.
cui p.627.c.1.l.8.dici, dicto p 628.c.1.l.3.abſoluendum.abſtinendum lin.5.conceditur, concede-
bantur p.629.c.2.l.49.eſt,add.nil p.630.c.1.l.26.vel ſe,vel aliū) pro ſe,vel alio, vt lin.28.tur, add.
agit lin.48.pœnitentem,add.& p.631.c.1.l.16.recurrere, add.quod hodie eſt faciēdum ex Bulla
Xiſti V. p.632.c.1.l.4 eijciendos, eijciendo l.24.tum,tñ p.633.c.1.l.29.tam diuinæ,q̄, delen.lin.
39.dubij,dubijs lin.vlt.eligendam,eligendo col.2.l.18.eadem.add.d.p.635.c.1.l.44.ximam, add.
culpā p.636.c.1.l.32.fratrem,patrem lin.33.carnpa, carnalis p.637.c.1.l.10.audiat, add.& lin.25.
qui,add.cum lin.ead.norint,norunt col.2.lin.4.pœnitendi,pœnitenti lin.26.conſueire. conſue-
uere lin.36.ſi,add.per p.638.c.1.l.41.ēoionem,cōionem p.639.c.1.l.20 videri, videre lin.26.ſeue
riſſimè,ſeueriſſimæ col.2.lin.2.peccatum,peccatū lin.3.qui,quæ lin.14.qua,quam p.640.c.1.l.40
ae ſit,adſit p.641.c.1.l.42.ſerui.delen.p.643.c.1.l.22.& vim,& cum p.644.c.1.l.1.lactentibus,relu
ctantibus lin.3.ferant,ferunt col.2.lin.33.ſequututus, ſecaturos lin.ead.proceſturos, peruſturos
p.651.c.2.l.25.ſic,tñ p.656.c.2.l.27.28.intelligitur,add.ſecundo p.658.c.2.l.10.11. ſi non inſanijt
apertè in peccato mortali,del.p.666.c.2.l.30.reformatur.refertur p.669.c.1.l.44.propriè, impro-
priè p.671.c.1.l.19.cui,add.communi p.673.c.1.l.22.continentiam, matrimonium lin.38.prohi-
betur,præcipitur col.2.lin.30.epi.archiepi p.675.c.1.l.44.poſſet, non poſſet p.676.c.1.l.20.eius,
Christi col.2.lin.vlt.ſuſpenſione,perceptione p.677.c.2.l.34.epalis, ſacerdotalis p.682.c.1.l.1.li-
cet,aliter p.684.c.1.l.1.prius,deſuper p.686.c.1.l.48 quia, delen. lin.vlt.&, vt col.2.l.27.propriè,
proximè p.688.c.2.l.30.non,nos p.691.c.1.l.8.ſacerdotali,cōiugali p.692.c.1.l.30.eſſe, add.aliud
p.ead.col.2.in marg.in fi. epi,populo p.698.c.2.l.45.ſi,del.p.701.c.1.l.36.prolis,add.procreandæ
col.2.lin.pen.creationis,procreationis p.702.c.1.l.15.art.add.1.lin.28.creandam,conſeruandam
p.703.c.2.l.8.virtus,add.virtuoſus lin.13.creandos,procreandos p.707.c.1.l.48.quin,quia p.712.
c.2.l.39.debitum,add.renūciarunt p.713.c.2.l.21.includebatur, excludebatur p.718.c.1.l.27.eis,
add.datum lin.50.cum velum,vinculum p.722.c.2.l.22.non,nam p.723.c.1.l.vlt.opinio, optio p.
730.c.2.l.45.vir, mulier p.731.c.2.l.37. Dñica Septuageſimæ, quarta die cinerum p.737.c.1.l.44.
rectitudini,reſtitutioni lin.49.cadēdi,cadenti col.2.lin.6.tam, tñ p.738.c.2.l.27.morum, metum
p.739 c.1.l.23.repudiandi,add.tenetur parere p.743.c.2.l.47.affin.add.etiam p.746.c.1.l.47.con-
ditio,concluſio p.747.c.2.l.21.conditionatum, add. idem eſt p.750.c.1.l.vlt.actu, aſtu p.751.c.2.
lin.31. omnia tñ, omni nam p.754.c.1.l.28. per,pro lin.29.èconuerſo,add.libera ſeruum lin.47.
quis,add.ſeruus p.755.c.2.l.42.etiam,eſſe p.760.c.2.l.13.alijs, add.ſeruatis p.762.c.2.l.42. ſepti-
mum,ſextum p.763.c.1.l.45.Christianiſmi,add.quandoque p.767.c.1.l.17.pact. add.ſi tamen pa
rentes ſint certi p.768.c.1.l.4.gradu, add.conſanguinitatis p.769.c.2.l.29.vberini,vterini p.783.
c.2.l.42.43.procreandi, procurandi p.789.c.1.l.36.ſi,inde p.790.c.1.l.36.eſt,ſunt.